A-11061

populus, Amen. Similiter in bonis mobilibus debet vti iusticia cõmutatiua populus Christianus, & quãtũ ad hoc dicitur super. 45. d. Statera iusta & ephi iustum: & beatus iustus erit vobis, & c. *De principibus autem dicitur, quòd sint contenti terminis suæ possessionis per quod intelligitur quòd principes Christiani debent esse contenti suis reditibus, & nullo modò grauare populũ exactionibus indebitis, vnde dicitur Deu. 17. d. de rege:* Cúmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec habebit vxores plurimas, quæ alliciant animã eius, neque auri & argenti immensa pondera, per grauamen. *Scilicet populi congregata propter quod de facientibus contrarium dicitur Isa. 1. f.* Principes tui infideles, socij furum omnes diligunt munera sequuntur retributiones, pupillo non iudicant causa viduæ nõ ingredietur ad eos. *Principes igitur vtũtur iusticia commutatiua, quando sunt contenti propriis reditibus, & similiter regni sui limitibus, ita quòd non vsurpent indebitè sibi aliorum regna in toto vel in parte. Iusticia verò distributiua proprie pertinet ad superiores qui sunt bonorum & onerum debitorum subditis impositores, & hæc iusticia non attenditur secundum æqualitatem quantitatis, sed proportionis, vt quilibet honoretur plus vel minus sicut valet, & puniatur plus vel minus, sicut debet. Et de ista iusticia quantum ad sacerdotes qui sunt superiores in spiritualibus, iam dictum est, quòd debent determinare dubia, & quòd teneatur eorum sententia per quam vna pars iustificatur & alia cõdamnatur. Quantum ad principes autem dicitur in textu, quòd faciunt iudicium & iusticiam in populo per quod designatur, quod ad hoc tenentur principes Christiani plus quam principes tempore ve. te. quia totus ille status fuit figuralis respectu no. te. sicut dicitur. 1. ad Cor. 10. c.* Omnia in figura contingebant illis. *Figura autem defecit à perfectione illius rei cuius est figura propter quod principes Christiani debent esse multo perfectiores quam principes Iudæorum tempore ve. te. Circa tertium scilicet ædificium ciuitatis, patet ex fine libri Ezechielis, quòd in quadro describitur. Per ciuitatem verò quæ dicitur ciuium vnitas intelligitur vnitas populi Christiani in fide & sacramentis ecclesia vnde dicitur Eph. 4. b.* Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. *Per hoc autem quod in quadro describitur, significatur quod populus Christianus exerceri debet in quatuor virtutibus cardinalibus. Dicitur enim. 10. eth. quòd mentio legislatoris est ciues facere bonos seu virtuosos. In quolibet autem latere ciuitatis describuntur tres portæ, &. a. 12. tribubus nominatæ & ad. 4. orbis partes æqualiter respicientes, per quod intelligitur, quòd ad principem Christianum ad cuius officium spectat præesse communitati ciuium: omnes Christiani sibi subditi tã minores quã maiores ex qualibet parte regni sui liberũ ad eum habeant accessum, tãquam ad conseruatorẽ & defensorem omnium. Et quoniam in hoc sunt Dei ministri & eius vicarij, secundum quod dicitur Ro. 13. a.* Principes non sunt timori boni operis, sed mali, *& subditur:* Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. *Ideò subditur in fine libri.* Et nomen ciuitatis ex illo die dominus ibidem: *quia ciuitas non nominatur à vicario, sed à principali domino: & sic cõmunitas populi Christiani denominatur à Christo. Circa verò prædicta scilicet ædificium templi diuisionem terræ & ædificium ciuitatis descripti sunt multi numeri determinati cubitorum & calamorum. de quibus probabiliter potest dici in generali, quòd per ipsos intelligitur certa quantitas meritorum secundum conditiones & opera personarum: sed quoniam ista certa quantitas soli Deo nota est quantum ad omnia, aliis verò quantum ad aliqua quibus & quantum sibi placuit reuelare, ideò circa expositionem dictorum numerorum in speciali & particulari descendere nolui: sed hoc aliis relinquere, quibus reuelare voluerit ille: de quo dicitur Dan. 2. d. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Cui est laus, honos & gloria &c.*

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM.

DAnielem prophetam iuxta septuaginta interpretes, domini Saluatoris ecclesiæ non legunt vtentes Theodotionis editione, & hoc cur acciderit nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt. Lxx. interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorũ ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente editus est liber, siue aliud quid causæ extiterit ignorans, hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe, Danielem maximè & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldaico sermone conscriptos: & vnam Ieremiæ pericopem: Iob quoque cũ Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores eius rhetoricos, cũ me in linguę huius pistrinum reclusissem, & multo sudore multóque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiáque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem, & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem v eterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi sua lingua crebrius ingerente, † labor omnia improbus vincit: qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursum disputus esse Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque in præsentem diẽ magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostend erem, qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnũ trium puerorum nec Belis draconisque fabulas, quas nos (quia toto orbe dispersæ sunt) veru apposito easque iugulante subiecimus, ne videremur apud imperitos magnam partẽ voluminis detruncasse. Audiui ego quemdam de præceptoribus Iudæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam illud opponere quod Origeni quoque Aphricanus obposuit: etymologias has: ἀπὸ τῆς σχίνου σχίσαι ἀπὸ τῆς πρίνου πρίσαι, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare, vt verbi gratia dicamus, de arbore ilice dixisse eum, ilico per eas, & à lentisco, in lentẽ te cõminuat angelus: vel nõ lentè pereas aut lentus: id est, flexibilis ducaris ad mortem, siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse ocij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei elementa prouocarent omnia aut, quòd miraculum diuinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas, quæ magis † Dan. 41. g prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata. † Cùm verò Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum, vbi

† Vita. Ge

A-11061

populus, Amen. Similiter in bonis mobilibus debet vti iustitia cõmutatiua populus Christianus, & quãtũ ad hoc dicitur super. 45. d. Statera iusta & ephi iustum: & beatus iustus erit vobis, &c. *De principibus autem dicitur, quòd sint contenti terminis suæ possessionis per quod intelligitur quòd principes Christiani debent esse contenti suis reditibus, & nullo modò grauare populũ exactionibus indebitis, vnde dicitur Deu. 17. d. de rege:* Cúmque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec habebit vxores plurimas, quæ alliciant animã eius, neque auri & argenti immensa pondera, per grauamen. *Scilicet populi congregata propter quod de facientibus contrarium dicitur Isa. 1. f.* Principes tui infideles, socij furum omnes diligunt munera sequuntur retributiones, pupillo non iudicant causa viduæ nõ ingredietur ad eos. *Principes igitur vtũtur iustitia commutatiua, quando sunt contenti propriis reditibus, & similiter regni sui limitibus, ita quòd non vsurpent indebitè sibi aliorum regna in toto vel in parte. Iustitia verò distributiua propriè pertinet ad superiores qui sunt bonorum & onerum debitorum subditis imposítores, & hæc iustitia non attenditur secundum æqualitatem quantitatis, sed proportionis, vt quilibet honoretur plus vel minus sicut valet, & puniatur plus vel minus, sicut debet. Et de ista iustitia quantum ad sacerdotes qui sunt superiores in spiritualibus, tam dictum est, quòd debent determinare dubia, & quòd teneatur eorum sententia per quam vna pars iustificatur & alia cõdamnatur. Quantum ad principes autem dicitur in textu, quòd faciunt iudicium & iustitiam in populo per quod designatur, quod ad hoc tenentur principes Christiani plus quam principes tempore ve. te. quia totus ille status fuit figuralis respectu no. te. sicut dicitur. 1. ad Cor. 10. c.* Omnia in figura contingebant illis. *Figura autem defecit à perfectione illius rei cuius est figura propter quod principes Christiani debent esse multo perfectiores quam principes Iudæorum tempore ve. te. Circa tertium scilicet ædificium ciuitatis, patet ex fine libri Ezechielis, quòd in quadro describitur. Per ciuitatem verò quæ dicitur ciuium vnitas intelligitur vnitas populi Christiani in fide & sacramentis ecclesiæ vnde dicitur Eph. 4. b.* Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. *Per hoc autem quod in quadro describitur, significatur quod populus Christianus exerceri debet in quatuor virtutibus cardinalibus. Dicitur enim. 10. eth. quòd mentio legislatoris est ciues facere bonos seu virtuosos. In quolibet autem latere ciuitatis describuntur tres portæ, & a. 12. tribubus nominatæ & ad. 4. orbis partes æqualiter respicientes, per quod intelligitur, quòd ad principem Christianum ad cuius officium spectat præesse communitati ciuium: omnes Christiani sibi subditi tã minores quã maiores ex qualibet parte regni sui liberũ ad eum habeant accessum, tãquam ad conseruatorẽ & defensorem omnium. Et quoniam in hoc sunt Dei ministri & eius vicarij, secundum quod dicitur Ro. 13. a.* Principes non sunt timori boni operis, sed mali, *& subditur:* Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. *Ideò subdicur in fine libri.* Et nomen ciuitatis ex illo die dominus ibidem: *quia ciuitas non nominatur à vicario, sed à principali domino: & sic cõmunitas populi Christiani denominatur à Christo. Circa verò prædicta scilicet ædificium templi diuisionem terræ & ædificium ciuitatis descripti sunt multi numeri determinati cubitorum & calamorum, de quibus probabiliter potest dici in generali, quòd per ipsos intelligitur certa quantitas meritorum secundum conditiones & opera personarum: sed quoniam ista certa quantitas soli Deo nota est quantum ad omnia, aliis verò quantum ad aliqua quibus & quantum sibi placuit reuelare, ideò circa expositionem dictorum numerorum in speciali & particulari descendere nolui: sed hoc aliis relinquere, quibus reuelare voluerit ille: de quo dicitur Dan. 2. d. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Cui est laus, honos & gloria &c.*

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN DANIELEM PROPHETAM.

DAnielem prophetam iuxta septuaginta interpretes, domini Saluatoris ecclesiæ non legunt vtentes Theodotionis editione, & hoc cur acciderit nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt. Lxx. interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorũ ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente editus est liber, siue aliud quid causæ extiterit ignorans, hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe, Danielem maximè & Esdram Hebraïcis quidem literis, sed Chaldaico sermone conscriptos: & vnam Ieremiæ pericopem: Iob quoque cũ Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, ac flores eius rhetoricos, cũ me in linguę huius pistrinum recluſissem, & multo sudore multóque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiáque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem, & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem v eterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi sua lingua crebrius ingerente, † labor omnia improbus vincit: qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursum disputulus esse Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque in præsentem diẽ magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostend erem, qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnũ trium puerorum nec Belis draconísque fabulas, quas nos (quia toto orbe dispersæ sunt) veru apposito eásque iugulante subiecimus, ne videremur apud imperitos magnam partẽ voluminis detruncasse. Audiui ego quemdam de præceptoribus Iudæorum, cùm Susannæ derideret historiam, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam illud opponere quod Origeni quoque Aphricanus opposuit: etymologias has: *ἀπὸ τῦ σχίνε σχίσαι, ἀπὸ τῦ πρίνε πρίσαι,* de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare, vt verbi gratia dicamus, de arbore ilice dixisse eum, ilico per eas, & à lentisco, in lentẽ te cõminuat angelus: vel nõ lentè pereas aut lentus: id est, flexibilis ducaris ad mortem, siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse ocij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent, & per ordinem ad laudem Dei elementa prouocarent omnia aut, quòd miraculum diuinæque aspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas, quæ magis † prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata. † Cùm verò Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lecitaret, quærebat exemplum, vbi

† Dan. 41. g

† Vir. 1. Ge

BIBLIOTHECA CAPITULARIS

A legissemus in toto veteri testamẽto quẽquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarum spacia transisse. Cui cum quidam è nostris satis promptulus ad loquendum Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eũ de Chaldæa in Iudæá fuisse translatum, derisit hominem: & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielẽ in spiritu se vidisse transpositum, denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum
† 2 Co. 12. a in corpore, sed dixisse. † Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. His & talibus argumentis, aprocryphas in libro ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. D In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur, in legem, in prophetas, & in hagiographa, id est, in quinque, & octo, & in † vndecim libros, de quo non est huius temporis disserere. († nouem) Quæ autẽ ex hoc propheta, imò contra hunc librum. Prophyrius obiiciat, testes sunt. Methodius. Eusebius, & Apollinaris, qui multis versuum milibus eius vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad dominum preces, vt quandiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor qui in vtramque partẽ aut amore labuntur aut odio.

Heironym. in prooem. B

Sciendum autem nullum prophetam tam apertè de Christo scripsisse vt iste, nam & tempus notauit aduentus, & reges per ordinem, & annos enumerat, & manifesta signa. Quæ quia Porphyrius vniuersa vidit completa, & transacta, negare nõ poterat veritate superatus in hanc prorupit calumniam: vt quæ in consummatione mundi de Antichristo futura dicuntur, pro similitudine quadam gestorum sub Antiocho Epiphane impleta contendat. Sed eius impugnatio testimonium veritatis est. Tanta enim dictorum fides fuit vt propheta incredulis hominibus non videatur futura dixisse, sed præterita narrasse.

Danielem non iuxta. Lxx. interpretes, sed iuxta Theodotionem Christi legit ecclesia, qui post aduentum Christi incredulus fuit, licet eum quidam dicant Hebionitam, qui altero genere Iudæus est, quia ex parte matris.

Susannæ autem & Belis ac Draconis fabula non habetur in Hebræo, sed pars est ibi prophetiæ Habucuc filij Iehu de tribu Leui, sicut iuxta. Lxx. interpretes in titulo eiusdem Belis fabulę ponitur. Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel filius Abda, conuiua regis Babylonis. Danielem autem & tres pueros
Hieronym. in prooem. de tribu Iuda fuisse scriptura testatur. Contra Danielem 12. librum scripsit Porphyrius, nolens eum ab ipso cuius inscriptus est nomine esse compositum, sed à quodam qui tempore Antiochi Epiphanis in Iudæa fuit, nec tam ventura dixisse,
C quam præterita narrasse, & quod vsque ad Antiochum dixerit veram historiam esse, si quid vltrà opinatus fuerit mentitum esse, quia futura nescierit. Sed Eusebuis Cæsariensis & Apolinaris & Methodius sufficienter ei responderunt.

Hieronym. In anno tertio regni Ioakim, qui & Eliachim, qui regnauit in Iudæa & Ierusalem annis 11. cui successit Ioachim filius suis cognomento Iechonias, qui tertio mense regni sui captus est à ducibus. Nabuchodonosor, & ductus est in Babylonem. cui successit patruus suus Sedechias filius Iosiæ, cuius anno 11. capta est Ierusalem & subuersa. Fuit autem Ioakim pater qui scribitur per Ioakim, & filius per chin. E Inde in Matthæo, vbi minus videtur vna generatio, vbi secũda thesseredecas inuenitur desinere in Ioakim filio Iosiæ, & tertia incipitá Ioachin filio Ioakim quod ignorás Porphyrius Matthæum nititur arguere falsitatis.

Ioakim filius *Iosiæ* frater. Sellum à Nabuchodonosor captus est, & in Babylonem ductus, & cum eo Daniel, Misael, (Idem.) Ananias & Azarias, & ab eodem Nabuch. Ioakim interfectus & cadauer eius carnibus & volucribus cœli datum est, & in eo impletum est illud propheticum. Sepultura asini sepelietur. Ipse est etiam Ioakim qui & Eliachim. Quarto igitur regni eius anno Nabuch. cœpit regnare in Babylone, sicut legitur in Iere. propheta: Verbum quod factum est ad Ieremiam in anno quarto regis Ioakim filij Iosiæ regis Iuda. Ipse est primus (Iere. 22. c.) annus Nabuch. regis Babylonis Annos verò octauo regni Ioakim, & quarto Nabuch. idem Ioakim potestati Nabuch. se (Ibidẽ. 25. a.) dedit, & in eadem deditione tribus tantum annis perseuerans rebellis existens ab ipso Nabuchodonosor captus & in Babylonem ductus & interfectus est. Idcirco dicitur in exordio Danielis prophetæ. Anno tertio regni Ioakim regis Iuda ascendit Nabuch. in Ierusalem, &c.

Daniel interpretatur iudicium, siue quia in presbyterorum iudicio sententiam diuinæ examinationis exhibuit, dum reperta eorum falsitate Susannam ab interitu liberauit. Siue quia F visiones & somnia quibus per singula quædam ænigmata futura monstrabantur sagaci mente discernens aperuit. Siue quidem & desideriorum vir apellatus est, quia panem desiderij non manducauit, & vinum concupiscentiæ non bibit. Hîc de Christo, cũctorum manifestior prophetarum, in prophetia sua claro sermone regna orbis pronunciauit, & tempus aduentus Christi manifestissima prædicatione annotat,

Postilla Nicolai de Lyra super Danielem prophetam & primo eiusdem præfatio.

Danieli autem dedit Deus intelligentiã omniũ visionem, Dan. 1. *In verbo proposito tanguntur. 4. causæ li. Dan. quem præ manibus habemus, scilicet causa subiectiua, effectiua, finalis & formalis. Ad cuius intellectum sciendum, quòd tres istarum causarum in idem concurrunt in tota sacra scriptura & in partialibus eius libris sub alia tamen ratione. Sicut enim in prophetia naturali corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta, & in partialibus libris sub rationibus contractis vt in li. de gene. corpus mobile ad formam, & in li. cæ. & mũ. corpus mobile ad situm. & sic de aliis libris partialibus consequentur sic in tota sacra scriptura Deus sub ratione absoluta est subiectum vnde theologia dicitur quasi sermo de Deo: & sub contractis rationibus est subiectum in partibus sacræ scripturæ, vt in ve. testa. subiectum est, vt rex creator & gubernator, & in nouo vt humani generis redemptor & glorificator: & sic procedendo magis contractè in partialibus libris vtriusque testameti, Similiter Deus est causa effectiua sacræ scripturæ generaliter, quia tota sacra scriptura procedit per eius reuelationem, in libris partialibus est causa effectiua, vt reuelator noticiæ in quolibet libro specialiter contẽtæ. Similiter est causa finalis totius sacræ scripturæ loquendo de vltimo fine, quia tota sacra scriptura ordinatur finaliter ad supernaturalem beatitudinem consequendam, quæ consistit in Deo obiectiuè, & in partialibus libris sub contracta ratione. Igitur in li. Danielis. Deus est causa subiectiua, effectiua, & finalis sub rationibus contractis: quod notatur in verbo præassumpto, cum dicitur:* Dedit Deus. *quod ex principio clausulæ resumitur. Deus enim vt rex supereminens est hic subiectum, quia vt patebit ex processu li. in eo declaratur supereminentia regni Dei, ad regna terrena, de quo dicitur Psal. 94. a.* Deus mag. do. & rex ma. &c. *Et Psal. 46. a.* Rex ma. su. omnem ter. *Est etiam causa effectiua in hoc li. prout reuelauit Danieli noticiam huius regni. De quo potest accipi quod scribitur Sap. 10. c.* Ostendit illi reg. Dei: &c. *Est etiam Deus causa finalis cuius li. in quantum facit nos participes huius regni, vnde dicitur Apoc. 5. c.* Fecisti nos Deo nostro reg. & sa. &c. *Causv verò instrumentalis effectiua tangitur in verbo proposito, cum dicitur Dani. infrà 10. b.* Daniel vir desideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te. *Intellexit enim*

A *cum Daniel ea quæ scribit in hoc li. vnde infrà. 12. cap. dicitur.* Tu autem Daniel claude sermones tuos, & sig. li. & c. *Causa verò formalis huius li. tangitur cum dicitur:* Intelligẽtiam omnium visionum. *Circa quod sciendum, quòd duplex est forma libri scilicet forma tractatus & forma tractandi. Forma tractatus est diuisio huius libri, qui diuiditur secundum. 10. visiones, vt patebit prosequendo. Duæ verò historiæ quæ ponuntur in fine li. non sunt de eius integritate, quia nec apud Heb. habentur: Forma verò tractandi est mundus agendi, qui in li. isto est visionum intellectio, quia visio non est prophetica nisi sit intellecta, & hoc siue sit in somno. siue in vigilia, sicut Pharao vidit spicas Ge. 41. a.* & Balthasar vidit manum scribentem in pariete: *Da. 5. g. Ille dormiens, iste vigilans, neuter tamen fuit propheta: quia non intellexit visionem sed Ioseph fuit propheta quia intellexit visionem Pharaonis. & Daniel similiter, quia visionem Balthasar intellexit vnde dicitur Dan. 10. a.* Intelligentia opus est in visione. *Scilicet ad hoc quòd prophetica dicatur.*

Sciendum tamen quod hæc visio dicitur triplex. s. imaginaria sensibilis & intellectualis. Sensibilis visio est quando aliquid videtur exterius & intelligitur significatũ ipsius, sicut Daniel vidit scriptũ in pariete regis, mane thetel phares, *& intellexit Dan. 5. Imaginaria verò visio est, quando in virtute imaginatiua formantur imagines virtute diuina ad aliquid occultum significandum, sicut Dan. vidit 4. bestias ascendentes de mari significantes. 4. regna, & hoc intellexit Dan. 7. Visio verò intellectualis est quando sine aliquibus imaginibus seu figuris menti* D *prophetæ veritas reuelatur, sicut Danieli cogitatio Nabuch. fuit reuelata, Dan. 2. d.* Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc, &c. *Licet enim somnium Nabuch. fuerit Danieli reuelatum visione imaginaria, quia somnium regis vidit somnio suo vt infrà dicetur, tamen cogitatio regis non potuit sic reuelari, sed sola visione intellectuali. Item talibus visionibus prædictis aliquando apparet aliqua persona docens, & sic frequenter legitur Gabriel angelus apparuisse ad docendum Danielem, vt infrà videbitur persequendo. Item visiones propheticæ aliquando fiunt in somno, aliquando in vigilia, sicut dictum fuit in primo li. psal. diffusius de propheticis visionibus propter quod plura circa visiones huiusmodi alias à me dicta in prin. huius li. ad presens omitto, quia posita sunt in prin. li. Psal. vbi melius habẽt locum: cum sit primus liber prophetalis secundùm latinos doctores. Et vtroque modo scilicet in vigilia & somno factæ sunt visiones Danieli, vt iam in parte patet ex prædictis, & magis in sequentibus apparebit, & ideò meritò dicitur in verbo præassumpto.* Danieli autem dedit Deus intelligentiam omnium visionum. *Propter quod in eo fuit impletum quod dominus dicit Hoseæ 12. c. Ego visionem multiplicaui scilicet in Daniele, cui dedi intelligẽtiam omnis visionis propheticæ modo prædicto, & tandem à deo data est sibi visio clara diuinæ essentiæ in patria ad quam nos perducat qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum.*

CAP. I.

B Anno tertio. Occiso Iosia à Pharaone Nechao. populis Ioachaz filium eius regem statuit, quem Pharao vinctum duxit in Ægyptum imposita multa terræ, & pro eo Eliachim fratrem eius verso nomine Ioakim in regnum promouit, vt Regum & Paral. testatur historia. (Hieronym. 4. Re. 23. g.) Huius tertio anno venit Nabuch. & abstulit eum, & in loco eius Sedechiam posuit, de quo dictum est: *In Babylonem duceris, & non videbis eam.* (Iere. 20. b.) Viduatus enim fuit oculis à Nabuchodonosor.

Patri Ioackim per m. Ioachin (qui & Iechonias dictus est) successit regnum.

THEODORETVS. Quod regũ qui tunc erat, Daniel initio meminerit, propheticus character indicatur. Ita enim alios quoque prophetas fecisse comperimus. C *Visio, inquit, quam vidit Isaias filius Amos in diebus Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.* Sic Ieremias, & Ezechiel, & alij omnes prophetæ vt plurimum hoc proœmio vsi sunt. Et hoc igitur ad cõuincendam Iudæorum iniquitatem, & Danielem reuera prophetam ostendendum satis est.

a *Et tradidit dominus &c.* THEODORETVS. Docet Dei permissu, propter populi & regis scelera, tum vrbẽ captam, tum sacrorum vasorum partẽ in hostiũ potestatem concessisse adiecit: *Dedit dominus &c.* ne quis suspicaretur propriis viribus vsum Nabuchodonosor vrbem Deo dicatã superasse omnésque intelligant propterea quod Deus eam gratiam quæ ciuitatem primùm custodiebat ademerit, idcirco subiectam hostibus fuisse, & his nos admonet, se hominibus inferre supplicia instrumẽtis ad hoc idoneis vti. E

AVGVSTINVS. Nechao rex Ægypti cũ exercitu copioso post tres menses ex quo Iosias occisus est, Ierusalem reuertitur vnde inconsulto ordinatus rex Ioachaz Iosiæ filius inuentus Ioachim fratre suo in loco eius constituto, catenis vinctus in Ægyptum secum trahebatur Sed mortuo Nechaone tertio anno Ioacim regis Iudæ, qui hucusque Nechaoni adhæserat Nabuchodonosor rex Babylonis per exercitum Ierusalem velut Aegypti coloniam obsidebat. F Cui se Ioacim sponte tradens, datis obsidibus Daniele Anania, Azaria, Misaële & parte vasorum templi domini, adhuc in regno suo relinquitur donec grauissimæ seruituits onere depressus ad Aegyptiorũ regẽ diuertens, misso rursum de Babylone exercitu, comprehensus & tractus, priusquam ad vrbem veniret, in campo Babylonis, vndecimo anno regni sui interficitur &c. (lib. 2. de mirab. sacri script. c. 29.)

Incipit Propheta Daniel.



CAPVT I.

¶ Ex quo cœpit tributum reddere, in vndecimo captiuatus est Nabuchodonosor. I
a ¶ Fili Iosiæ, cuius tertiodecimo anno cœpit prophetare Ieremias, sub quo & Olda mulier prophetauit.

Anno tertio regni Ioakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem & obsedit eam Et tradidit dominus in manu eius Ioakim regem

a ¶ Cuius voluntate factum est, non viribus hostium scilicet Nabuchodonosor & aliorum.

Et partem

Postilla venerabis patris fratris Nicolai de Lyra super Danielem prophetam.

CAP. I.

Anno tertio. *Liber Danielis diuiditur in tres partes, in partem proœmialem, & partem exequutiuam siue principalem, in principio secũdi capituli,* Iu anno secũdo, *& partem incidentalem, in prin. 13. ca.* Et erat vir. *Circa primum describitur sapientia collata diuinitus autori huius libri scilicet Danieli, vbi sic proceditur quia primo præmittuntur quædã ad sapientiam disponentia, secundò describitur collata ei sapientia, ibi:* pueris autem *Tertiò ponuntur quædam ad hoc sequẽtia, ibi.* fuit autem. *Prima adhuc in tres secundum quod in Dan. describuntur tria ad sapientiam disponentia, primum est humilitas status, secundum nobilitas ortus, ibi:* Et ait rex Asphanez. *tertium sobrietas victus, ibi:* Proposuit autem Dan. *Circa primũ notantum quòd dicitur Prou. 11. a.* Vbi humilitas, ibi & sapientia: *ideò dominus qui præuiderat Danielem diuina sapientia decorari, permisit eum prius humiliari, quia cum esset de semine regio, vt dicetur infrà permisit tamen eum captiuari per regem Babylonis qui venit contra Ierusalẽ & spoliauit eam, & hoc est quod dicitur Anno ter. Et patet vsque ibi.* Et partem vasorum domus Dei *Ex quo patet, quod ille Nabuch. fecit reuerentiam Deo cœli qui colebatur in Ierusalem, quia non abstulit inde omnia vasa ministerij, sed aliqua reliquit ad cultum Dei. Item quia illa quæ asportauit, non applicauit humanis*

MORALITER.

1 *Anno tertio.* sequitur: *Et ait rex.* Per istum regem de quo dicitur in ca. se. Rex regum &c. potest significari Christus de quo scribitur Apoc. 11. c quod habet in femore suo scriptum: *Rex regum &c.* Per Asphanez præpositum eunuchorum significatur bonus episcopus qui præpositus est ecclesiæ ministrorum, & hoc sonat nomine episcopi, quia dicitur ab *epi* quod est super & *scopos* intentio, quasi super alios intendens ipsi verò præcipitur

a *Et partem vasorum.* ✠ Theodo. Cur nam cùm homines peccarint, sancta vasa Deo dedicata impiis hominibus tradita sunt? Hinc non Iudæis tantum, sed etiam ipsis barbaris allata est vtilitas. Primum enim docti sunt Iudæi eiusmodi esse diuinam naturam, quæ nulla re prorsus indigeat, accipit autem quæ ab hominibus offeruntur, vt illos gratos esse doceat, & sui colendi, & gratiæ referendæ offerat occasionem. Docet rursum Iudæos à Babyloniis nihil differre: æquè enim atque illi impiè agunt. Babylonij autem dum vasa illa in honore habuerunt, neque ad humanos vsus ea adhibuêre, nihil malorum experti sunt. At vbi Balthasar illis in conuiuio vti ausus est, statim debitas pœnas luit, suóque supplicio omnes docuit, quanta esset illorum vasorum vis: Deúmque ipsum non inuitum suis rebus priuatum fuisse, sed volentem propter ingentia populi scelera ea tradidisse. Hoc itidem de arca olim fecit.

† Arphaxat

1. Reg. 4.

Hieronymvs. Si enim cunctos reuoluas philosophorum libros, necesse est vt in eis reperias aliquam partem vasorum domus Dei, quæ intelligenda sunt, dogmata veritatis: vt apud Platonem, fabricatorem mundi Deum, apud Zenonem Stoicorum principem, inferos & immortales animas, & vnum bonum honestatem. Sed quia mendacium iungunt veritati, non omnia vasa, sed partem habere memorantur.

Hieronym. b *Sennaar in do.* Vbi campus Duran, vbi turris quam qui ab oriente mouerant pedes suos vsque ad cœlum ędificare conati sunt, vnde à confusione linguarum locus Babylon, id est cõfusio dicitur: Gigantes enim turrim facere satagebant, montem monti apponentes quã Deus destruxit: vnde dicta est Babylon, id est cõfusio. Gen. 11. b.

¶ Ecclesiæ.

a Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in

a ¶ Fœtor dentium, vel mendacium. ¶ Duran quidam fluuius esse dicitur, iuxta quem gigantes turrim Babel fecerunt. b ¶ Animas, sententias veras: quas hæretici habent. c ¶ Diabolus vel philosophus vel hæreticus, d ¶ Mundum, conuenticula hæreticorum.

b c terram Sennâar, in domum Dei sui, & vâsa tûlit in dômum

a ¶ Idoli. ¶ Hæresis. b ¶ Nabuchodonosor. c Hiero. i. equorum domitor.

thesauri Dêi sui. Et ait rêx † Asphânez præposito eunucho- 1 2

a Id est.

d rum suorum, vt introduceret de filiis Israel, êt de semine 3

c *Et vasa.* Aliquam reuerentiam deo exhibuit, cuius vasa in loco religionis suæ posuit, & non omnia asportauit.

d *Et de.* Hinc arbitrantur Hebræi Danielem & socios suos fuisse eunuchos, secundùm quod Isaias dici, Ezechiæ. *De semine tuo tollent & facient eunuchos in domo regis.* Si autem de semine regio fuerunt, constat quia de semine Dauid, sed fortasse non cohęret quod sequitur. & Tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, quia si essent eunuchizati nullæ eis grates, si nulla in eis macula. Isa. 36. d.

In qui.

NICOLAVS DE LYRA.

humanis vsibus, sicut fecit Balthasar nepos suus, propter quod fuit punitus à domino, vt dicetur infra 5. cap. sed posuit ea in loco sacro secundum suam æstimationem, scilicet in templo Dei sui, & hoc est quod dicitur hic: Et aspor. ea in. *Id est, in Babyloniam quæ primò vocata est Sennaar, & postea dicta est Babylonia, à turre ibi ædificata à filiis Noe, vt habetur Gen. 11. b. In domum Dei sui, &c. & patet. Circa istam partem tria sunt hîc dubia. Primò quis fuerit iste* Nabuch. *quia plures leguntur fuisse sic nominati. Secundò quis iste* Ioakim *eadem ratione. Tertiò quare* Nabuch. *venit contra eum in prælium. Ad primum dicendum, quòd iste* Nabuch. *fuit magnus: & dicitur à magnitudine operum, quia regnum* Chaldæorum *quod ante ipsum erat paruum, vade ampliauit, & monarchiam fecit. Sic Karolus magnus dicitur sic à magnitudine operum, quia primus de regibus Frãcorum adeptus est Romanum imperium. Dicitur autem in aliquibus historiis, quòd* Nabucho. *iste primò vocatus est hoc nomine, & hoc ab euentu, quia quando de nouo fuit natus, fuit in syluam proiectus & dimissus: sed ex diuina ordinatione venit capra syluestris puerum lactans: quia scriptum est in Psal.* Custodiens paruu. dominus. *Bubo etiam aduolauit super arborem iuxta puerum, quem leprosus per nemus transiens vidit & cœpit admirari: quia illa auis parum apparet de die. propter quod diligentius attendens vidit capram lactantẽ puerum sub arbore quem, assumens nutriri fecit, & eum* Nabucho. *ab euentu vocauit.* Nabucho. *enim bubo dicitur in illa lingua, Chodo: capra, nosor: leprosus. Et patet quòd non fuit ille* Nabuchodon. *sub quo historia Iudith dicitur fuisse, quia ille fuit post istum per magnum tempus, & communiter dicitur quòd fuit filius Cyri, quia historia Iudith fuit post reditum captiuitatis Babylonicæ, vt patet ibidem.*

Psa. 11. b. 4

Ad secundum dicendum, quòd iste Ioakim fuit filius Iosiæ regis Iuda, qui captiuato fratre eius Ioachaz per regem Agypti, ab eodem rege Aegypti constitutus est rex Iudæ mutato nomine ipsius qui prius Eliachim vocabatur, vt patet 4. Reg. *23. & regnauit iste 5. annis, cui successit filius eius Ioachin per N. scriptus in fine. & vterque captus est à Nabuch. rege Babylonis & eodem anno, vt videbitur. Propter quod dubium est de quo scriptura hic loquatur, sed patet solutio in Hebræo, quia primus scribitur per* Coph *&* Men: *quibus in Latino respondet, C. & M. secũdus scribitur per* Caph *&* Nun. *quibus in latino respondet Ch. & n. iste autem Ioakim de quo loquitur hic* Daniel, *scribitur in Hebræo per* Coph *&* Men, *& apud nos debet scribi per C. & M. Ex quo patet, quòd iste Ioakim fuit filius Iosiæ. Secundò hoc patet, quia secundus Ioachim qui fuit nepos Iosiæ, regnauit solum per tres menses vt habetur 4.* Reg. *24. De isto autem Ioakim dicitur hic:* Anno tertio Ioakim. *Sed istud dictum videtur repugnare prædictis, quia prædictum est quod Ioakim filius Iosiæ regnauit 11. annis: hic autem captus dicitur tertio anno regni sui. Ad quod dicendum, quòd non accipitur hic tertius annus regni Ioakim absolutè, sed ab illo tempore quo cœperat esse tributarius regi Babylonis, & iste fuit vndecimus annus regni sui. Ad tertium dicendum quòd causa huius belli habuit initium à tempore Ezechiæ regis Iuda, quando ostendit omnia secreta domus suæ nunciis regis Babylonis, & tunc prædixit ei Isaias vt habetur Isa. 39. c.* Ecce dies venient in quibus thesauri domus tuæ portabuntur in Babylonem. & de filiis tuis erunt eunuchi in aula regis Babylonis. *Quod tempore Ioakim filij Iosiæ impletum est. Rex enim Aegypti constituerat eum regem amoto fratre eius Ioachaz, vt visum est; & ideo fauebat regni Aegypti contra* Nabuchodon. *regem Babylonis, qui habebat bellum contra regem Aegypti: propter quod rex Babylonis venit contra Ioakim, & fecit eum tributarium, & sibi iurauit contra regem Aegypti. Iste tamen Ioakim tertio anno post rebellans à rege Babylonis captus est, vt dictum est, & vasa* Dei *deportata, & pueri de semine regio sunt ducti in Babylonem, & interfectus est iste* Ioakim, *& proiectum est cadauer eius extra muros Ierusalem, & impletum est quod de eo dixerat Ierem. 22. e. Sepultura asini sepelietur, & cõstitutus est filius eius Ioachin per* N. *scriptus rex Iudæ per regem Babylonis, qui post tres menses misso exercitu contra eum, tradidit se cum matre & multis aliis consilio Ieremiæ: & hoc propriè dicitur transmigratio Babylonis: & iste ductus est in Babylonem & incarceratus 37. annis vsque ad regnum Euilmerodach, qui eum amouit de carcere, & fecit sibi commensalem, vt dicitur 4.* Regum *vltimo. Sic igitur patet tertium, scilicet causa belli regis Nabuchodonosor contra* Ioakim *regem Iudæ: Sed hæc causa accipitur ex parte regis debellantis eum. Causa autem ex parte Dei fuit, quia reges Iuda & populus erant pessimi & idololatriæ dediti, vt habetur 4.* Reg. *& 2.* Para. *Propter quod dominus permittebant eos talia facere: vnde rex Aegypti & rex Babylonis mouerunt bellum contra eos successiuè.*

1 Et ait rex. *Hic ponitur secundum disponens Danielem ad diuinam sapientiam, scilicet nobilitas ortus, qui secundùm quod dicit* Boetius, *2. de consol. Nobilitas generis est quædam laus proueniens homini de probitate parentum, & ideo vt ipse dicit ibidem: In nobilitate generis hoc bonum est, quia per ipsam quædam necessitas ipsius nobilibus imponitur: ne à maiorum suorum probitate degenerent, homines autem bene morigerati sunt dispositi ad sapientiam, quia sedatis passionibus fit anima sciens & prudens, vt dicitur 7. Phys. Propter quod hic introducitur nobilitas* Danielis, *qui nobilis existens genere, nobilior fuit moribus: & ideo dicitur hic inter nobiles positus, edoctus & nutritus & nomine regio decoratus, quia impositum est ei nomen* Balthasar, *quod est regium, vt patebit infra 5. cap. Hoc est igitur quod dicitur hic:* Et ait rex. *scilicet, Nabuchodonosor.*

2 Asphanez præpo. *Id est, magistro seruientium in domo regis. Antiquitus enim illi qui in domo regia seruiebant ad interiora domus castrabantur propter securitatem à mulieribus, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt, quòd dicebantur eunuchi, propter castitatem & morum honestatem, quod verius videtur. Homines enim inhonesti non permittebantur seruire in domibus regum, & inde est, quòd seruitores generaliter dicti sunt postea eunuchi: vnde in actibus Apostolorum 8. vocatur eunuchus ille vir qui erat super Gazas reginæ Aethiopum, sequitur.*

3 Vt introduceret de filiis. *Et pro id est, quia volebat habere in aula sua aliquos de semine Dauid.*

Et tyranno.

MORALITER.

pitur à rege regum id est, Iesu Christo, vt introducat in ecclesiam pueros non sensu, sed malicia.

✠ *In quibus*

☞ a *In qui.* Non videntur abscisi qui sine macula sunt, quidam enim eunuchizantur aut vi aut infirmitate. Quidam autem se castrant pro cœlesti curia vel patria, & hi non abscisi nisi sola voluntate, & hi sunt sine macula. A

✠ Theodoretvs. Hoc regis superbiam declarat, quod non solum alios captiuos sibi ministros asciscere voluit: sed etiam eos qui è regio genere essent oriundi. Attamen hic perficitur quod Esaias Ezechiæ regi prædixerat. Isa. 39.

† principũ

¶ Dauid. ¶ Nobilium. Mentis vel corporis.

a regio & † tyrannorum, pueros, in quibus nulla esset mâcula, 1

¶ Propriè verba ponit. ¶ Quod plus est. 2

decoros forma, & eruditos omni sapientia, † cautos scientia 3

a ¶ Disciplina est ordinata morum cognitio. b ¶ His insigniti digni sunt regio aspectu. 4

b & doctos disciplinâ, êt qui possent stare in palacio regis, vt do 5 6

a ¶ Syram: quia vna est cum Chaldæa lingua.

c ceret eos literas & linguâm Chaldæorum. Et constituit eis 7 8

a ¶ Refectionem. ¶ Propriis. b ¶ Non de quolibet, sed.

rex annônam per singulos dies de cibis suis, & de vinô vnde 9 10

b Anticipatio: quia iam dicit eos enutritos: & dicturus est quomodo nutriti sunt. b ¶ Et quia præcepit ergo factum est.

bibebat ipse. Et enûtriti tribus annis postea stêterunt in con-

a ¶ Pueros. b ¶ Fuerunt enim alij multi. c ¶ Iudicium vel iudicat me Deus.

d spectu regis. Fuerunt ergo inter eôs dê filiis Iudæ, Dâniel, 11 12

Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis præpositus 13

a ¶ Hiero. id est capillus capitis. b ¶ Id est gratia domini.

eunuchorum nomina, Danieli, Balthâsar: Anâniæ, Si-

a ¶ Decor meus. b ¶ Populus Dei. c ¶ Id est qui scit risus vel de gaudio. d ¶ Auxilium domini. e ¶ Seruiens taceo. f ¶ Constituit ei rex annonam per singulos dies &c. proposuit autem Da. &c.

e drâch: Misâeli, Misâch: & Azâriæ, Abdênago. † Prôpo- 14

a ¶ Non dictis, intentio enim præualet verbis. b ¶ Contra legem. c ¶ Qidolothito vel crapula.

suit autem Daniel in côrde suo ne pôllueretur de mensa

Chaldaica lingua ab Hebræa.

b *Vt doceret eos literas.* Scilicet liberales artes & linguam Chaldæorum, quæ quadam proprietate distat ab Hebræa, licet Abraham inde venerit. Philo arbitratur linguam Hebræorum esse Chaldæam: quia Abraham de Chaldæis. Sed quomodo pueri linguam quàm nouerant, docerentur? Fortè secundũ quorundam opinionem Abraham Chaldæorum & Hebræorum linguam habuit. Et in tantum eos charos habuit, quòd eundem cibum, eundum potum quem sibi eis præparari præcipiebat. B

c *Et constituit ei rex annonam.* ✠ Theod. Hic nos edocet regis munificentiam, qui non vt bello captis, vilia quædam & qualia seruos decent præbuit alimenta, sed eos regia mensa frui iussit: ac paulò pòst suam Daniel & sociorum continentiam, philosophiámque declarat, non gloriæ cupiditate id faciens, sed vtilitatem persequentibus vtilitatis doctrina proposita. Licet autem illius intueri modestiam. Cùm enim supra dixerit electos è stirpe regia iuuenes formosos & decoros, & hic personarum nomina posuerit, tribus Iudæ simpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit. C

Hieronym. d *Et imposuit.* Quos diabolus captiuat, alio nomine vocat: iustum, vocat iniustum, castum incastum & huiusmodi.

Gene. 4. 1. f. Sicut Pharao Ioseph. Noluit enim in terra captiuitatis eos habere vocabula Iudææ, vnde: *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena.* Dominus autem in bonũ mutabat antiqua nomina, & ex rebus imponit virtutum vocabula, vt Abram & Sarai quos vocauit Abrahã & Saram. Et in euangelio dominus Simoni, Petri nomen imposuit: Simon enim obediens dictus est: sed postea in fide Christi confirmatus est, & ad passiones tolerãdas: Et filios Zebedei, non Boanerges, vt quidam putant, sed Benerahã, id est filios tonitrui appellauit. D Psal. 136. a. Gene. 17. a. Ibidem b. Ioan. 1. f. Marc. 3. b

† Ingeniosos & intelligentes.

✠ Theodo. Et hoc domini ius apud quosdã est in more, qui seruos ementes eorum mutant nomina, vt nominis mutatione seruitutẽ agnoscãt. Sic demptis hic Hebraicis nominibus, Chaldaica illis eunuchus imposuit, siquidem & rex iusserat, vt Chaldæorũ linguam iuuenes illi perciperent. E

† 37. dist. c. legimus. §. econtra. & cap. qui de mensa.

e *Proposuit autem Daniel in corde, &c.* Qui de mensa regis non vult comedere ne polluatur: si sapientiam atque doctrinam Ægyptiorum sciret esse peccatum: nunquam didicisset: didicit autem, vt non sequatur, sed vt iudicet atque conuincat. Si enim quis imperitus huius artis, aduersus mathematicos scribat, aut expers philosophiæ, contra philosophos agat, quis etiam ridendus, vel ridendo non rideat: Hac ergo intentione discunt pueri Chaldaicam doctrinam, qua Moyses Ægyptiorum sapientiam. F

Discere Aegyptiorum scientiam.

✠ Theodoretvs. Pij homines Deum non in vno loco quærant, sed quocunque peruenerint eodem illum cultu venerantur, & cùm rebus aduersis affliguntur. Ingens autem hoc loco licet nobis reperire miraculum. Pueri apud Iudæos educati doctique Deum in certo loco colendum, deinde externam regionem incolentes, seruire compulsi, iuuenili ætate, patriam, pietatem retinere student. Et quia videbant Babylonios idolorum imploratione obsonia inquinantes, conculcata

☞ regij

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et tyranno. *Id est nobilium, qui virtute armorum erant magnificati. Hoc faciebat Nabuchodonosor ad magnificentiam suam & memoriam suæ victoriæ, quòd tales nobiles captiuauerat. Sequitur.*

2 Pueros, in quibus. *Id est defectus membrorum, vnde & in lege dicitur: Animal sine macula, & immolatitium, quod non est cecum aut claudum & huiusmodi, non propter pulchritudinem pellis. Et ex hoc patet. quòd Dan, & socij eius nõ dicuntur hic eunuchi, quia fuissent castrati per abscisionem membrorũ genitalium, vt arbitrantur aliqui Iudæi quia non fuissent sine defectu membrorum, nec pulchri aspectus: quia taliter castrati sunt communiter male gratiosi etiam in facie.*

3 Decoros forma. *Propter pulchritudinem coloris & aspectus, vnde & in Hebræo dicitur:* Bonæ visionis

4 Et eru. omni sap. *quantum ad philosophiam naturalem.*

5 Cautos scientia. *Quantum ad scientiam, rationalem, cuiusmodi est grammatica, logica, rhethorica.*

6 Doctos disciplina. *Quantum ad philosophiam moralem, seu quantum ad disciplinam morum,*

7 Et qui possent stare. *Id est ministrare.*

8 In palatio regis. *Hoc dicit quantum ad robur corporis & agilitatem membrorum.*

9 Vt doceret eos literas & ling. &c. *Volebat enim Nabuchodonosor habere in palatio suo aliquos de qualibet lingua, qui cum lingua materna scirent linguam Chaldaicam, vt possent sibi interpretari & legere literas omnium Gentium. Patet etiam ex hoc quòd Philo Iudæus deceptus fuit, credens eandem linguam esse Chaldaicam & Hebraicam: Quòd credebat ex hoc quòd Abraham fuit oriundus de Chaldæa: quòd non valet, quia non est inconueniens, imò multum probabile Abraham plures linguas sciuisse, sequitur.*

Philo Iudæus deceptus.

10 Et constituit eis rex annonam. &c. *Vt ex bona nutritione essent magis gratiosi & apti in corpore & in mente: quia bona dispositio corporis bene facit ad bonam dispositionem mentis, quantùm est de se: & maximè quando cum hoc est bona disciplina, sicut fuit in istis iuuenibus, vt patet in litera.*

11 Fuerunt ergo inter eos. *Id est inter iuuenes electos de diuersis nationibus.*

12 De filiis Iudæ, Daniel, &c.

13 Et imposuit eis præpositus eunuch. nomina. *Quia nomina Hebraica erant Babylonis abominabilia & malè nota, quod est inconueniens in illis qui stabant in palatio regis.*

14 Proposuit autem. *Hic ponitur tertium disponens Danielem*

✠ *ad sapientiam*

MORALITER.

✠ 1 *In quibus.* Id est sine infamiæ nota.

2 *Decoros forma.* Per honestam conseruationem.

3 *Et eruditos &c.* Id est cognitione diuinorum.

4 *Cautos scientia.* Id est cognitione humanorum.

5 *Et Doctos disciplina.* Id est qui cõsueuerunt obedire mandatis superiorum.

6 *Et qui possent stare in palacio regis.* Id est in ecclesia militante ad seruiendum ibidem regi Christo: & cum dicitur *Et qui possent stare.* Hic accipitur &, pro id est: quia tales sunt ad ministrandum in ecclesia Dei. Et tales assumere debent & promouere ecclesiæ prælati. Sequitur postea.

✠ Pueris autem

regij conuiuij voluptate, supplicant, regiorum ciborum expertes esse. Sequitur autem voluntates eorum diuina cura, & simul atque diuina persequi instituerunt, statim diuino fouentur auxilio. Hoc item Ioseph vsu venisse comperimus. &c. Hinc docemur credentium neminem vnquam à Deo neglectum & derelictum fuisse. *Interrogate*, inquit aliis. *generationes quæ fuerunt ante vos, quis sperauit in Domino, & confusus est?*

Gen. 39. Ecclesi. 2.

Coæuis. Ideo coæuis apposuit. Solent enim iuniores maioribus pulchriores esse. (iuniores)

c *Tenta nos.* ✠ THEOD. Fide in Deum validius nihil est, quod præcipuè ex his verbis Danielis percipi potest. Nam quod crediderit fore, vt ope diuina subleuaretur, & delicatè viuentibus magis decorus videretur, euenit. Rectè autem persuasioni preces commiscuit. *Tēta nos*, inquit, &c. Tantam habuit à puero diuinus Daniel & diuinorum legum curam, & erga Deum fidem, vt hæc diceret: & Amalasar precibus eius consensit. Assecutus est quæ voluit diuinus iste propheta.

Admirabilis fidei magnitudo: non solum sibi corpulentiā viliori esu vt per legumina, promittit, sed & tempus statuit, nō temeritate, sed fidei magnitudine qua regias dapes cōtempsit. Cōueniens probationi spacium, nec breue nimis, nec nimis longum, quod cito possit impetrare.

Hieronym. — moram gessit eis in hoc & tentabit, &c.

d *Porrò Malasar, &c.* ✠ THEODO. Hic duplicem quæstum tulit. Primùm enim didicit posse aliquē vel ieiunio corporis robur & decorem sibi comparare: deinde alimenta quæ illis præbebantur accipiens, promptius eis concupita semina suppeditabat.

e *Pueris autem dedit, &c.* ✠ THEOD. Non Chaldæorum inquit, institutio intelligentes eos fecit, & omni sapientia imbuit, verum diuina gratia, intelligentia & sapientia & omni scientia impertiti, præstantiores omnibus visi sunt.

Hieronym. a *Dedit autem Deus.* Qui pro peccato maiorum ductus est in captiuitatem, virtutum suarum recipit mercedē. Proposuit enim in corde suo ne pollueretur de mēsa regis & viles cibos præposuerat regis epulis, ideo gratiam in conspectu principis, à Deo promeruit. Vnde datur intelligi, si quando diliguntur sancti ab infidelibus, non eorum bonitatis esse, sed Dei misericordiæ.

b *Timeo ego Dominum meum regem, &c.* ✠ THEOD. Non bonus eunuchi metus erat. Homo enim qui spiritualem gratiā non gustarat, opinatus solo sumptuosorum ciborum alimento corpora nutriri atq; florescere, veritus est ne cùm illi opiparè alerentur, hi parcè victitarent, in eorum vultu discrimen aliquod appareret, & subire supplicium cogeretur.

Similiter quia Pilatus plus Cæsarem timuit quàm Deum, pœnas gehennales meruit, prius manus suas abluit dicens. *Mundus ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis.* Et iterum: *An nescis quia potestatem habeo dimittere te?*

Matt. 27.c. Ioan. 19. b.

¶ Ideo.
regis, neq; de vino potus eius, & rogauit præpositum eunu-
a Ne cogeret eum contaminari cibis alienigenarum. b ¶ Danieli dico sicut & Ioseph, qui magis pro alienis peccatis capti. i. captiuati sunt. Ioseph pro fratrum peccatis: Daniel pro populo Ierusalem.
a chorum ne contaminaretur. Dedit autem Deus gratiam Da- 1
nieli, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.
¶ Ideo. a ¶ Q. Facerem quod precaris, sed: Timeo.
b Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego do-
minum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum,
a ¶ Regio vescentibus cibo.
qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adole-
a ¶ Quibus deberis sicut ætate, & corpore & pulchritudine comparari. b ¶ Reum capitis me facieris
scentibus coæuis vestris, cōdemnabitis caput meum regi. Et 2
a ¶ Quia eunuchorum princeps non acquieuit, non tamen diffidit, alium precibus inuadit, pulsat vt aperiatur ei. b ¶ Ex hoc potest facere quod petitur.
dixit Daniel ad Malassar, quem constituerat princeps eunu-
a ¶ Ideo poterat facere quod petebatur. b ¶ Caute ambiit, beneuolentiam quærit.
c chorum super Danielem, Ananiā, Misaelem & Azariā. Tenta 3
nos obsecro seruos tuos diebus decem, & dentur nobis le- 4
a ¶ Quæ lex nostra non prohibet. ¶ Post hæc.
gumina ad vescendum, & aqua ad bibendum, & cōtemplare
vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo re-
a ¶ Comparatione habita, si videris nos æque corpulentos & pulchros, concede nobis legumina.
gio: & sicut videris, sic facias cum seruis tuis. Qui † audito
sermone huiuscemodi, tentauit eos diebus decē. Post dies au- 5
a ¶ Quos panis satiabat qui de cœlo descendit. b ¶ Decore. c ¶ Pinguedine. 6
autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpu- 7
lentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. 8
d ¶ Sibi. a ¶ Ne quis hoc perciperet.
Porrò Malassar tollebat cibaria & vinum potus eorum, da- 9
¶ De cœlestibus. 10
e bátque eis legumina. Pueris autem his dedit Deus scientiam 11

Coæuis. — Daniel

NICOLAVS DE LYRA.

ad sapientiam scilicet sobrietas victus: secundū quod dicitur Ecclesiast. 2.a. Proposui à vino abstrahere carnem meam, vt animū meum transferrem ad sapientiam. *Sic fecit iste Daniel cum sociis suis: & hoc est quod dicitur hic:* Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis. *Hoc est de cibis eius. Erat enim consuetudo antiquorum quod de immolatis idolis ponebatur aliqua portio in mensa magnorum, sic similiter ibi erant aliqua lege Moysi prohibita, sicut carnes porcinæ & huiusmodi. Similiter erant ibi aliqua prohibita Iudæis ex traditionibus paternis, sicut modo prohibitum est eis bibere vinum pressum à Christianis, licet in lege non sit eis prohibitum. Et quia à talibus voluit abstinere Daniel ne pollueretur, aliqua peccata contra prædicta faciendo: ideo voluit abstinere à cibis & potibus regis. Hoc modo fecit Iudith quandiu fuit cum Holoferne, nolens comedere de cibis eius: sed tantum de his quæ secum attulerat, vt habetur Iudith. 12. Sequitur.*

1 Dedit autem Deus Da. gratiam & mise. in conspe. principis eunuchorum. *Quasi dicat Licet princeps eunuchorum multum diligeret Danielem, tamen noluit acquiescere, timens ne in corpore detrimentum pateretur, & per consequens præpositus puniretur à rege tanquam agens contra mandatum eius, & patet litera: sequitur.*

2 Et dixit Daniel ad Malassar, &c. *Quod enim non potuit impetrare à maiori: quærit impetrare à minori, qui erat constitutus ad ministrandum eis necessaria specialiter.*

3 Tenta nos obsecro ser. tuos diebus decem. *Conueniens spacium probationi petit: quia nec nimis longum, vt de facili possit illud impetrare: nec nimis breue: ita quòd possit veritas apparere.*

4 Et dentur, nobis le. &c. *Ista nunquam fuerunt prohibita Iudæis: nec ante legem, nec sub lege paternis traditionibus, nec idolis efibat oblatio de talibus: & ideo poterant vti talibus sine aliqua suspicione peccati, Propter hoc dicit Apostolus ad Ro. 14. a.* Qui infirmus est, olus manducet. *Et non loquitur ibi de infirmitate corporis, sed de infirmitate conscientiæ illorum qui timebant peccare comedendo idololatica vt ibidem patet. Sequitur.* 5 Post dies autem, &c. *Id est, magis viuidi in colore.* 6 Et corpulen. *Id est magis carnosi.*

7 Præ omnibus pue. qui vesc. cibo regio. *Hoc autem factum est diuina virtute propter iuuenum deuotionem.*

8 Porrò Malassar tolle. ciba. *Id est occultè portabat pro se & familia sua: ne ab aliquo perciperetur & puniretur.*

9 Pueris. *Hæc est secunda pars principalis huius ca. in qua posita multiplici dispositione ad sapientiam, vt visum est: hic consequenter ponitur eminentia sapientiæ collata Danieli & sociis eius. Et primò quantum ad intelligentiam seu sapientiæ habitum, secundò quantum ad eloquentiam seu experimentum, ibi:* Completis. *Prima adhuc in duas: quia primo ostenditur, sapientia collata omnibus generaliter: secundò Danieli specialiter, ibi.* Danieli autem. *Dicit igitur primò sic: pueris his id est Danieli & sociis suis.*

10 Dedit Deus scien. &c. *Ex hoc patet quod non solum habuit scientiam per humanam inuestigationem & doctrinam, sed etiam per diuinam infusionem: & dicit.*

11 Scientiam *Quo ad speculabilia.*

Et disciplinam

MORALITER.

9 *Pueris autem his dedit Deus scientiam, &c.* Quia mundis & honestis & abstinentibus cibis carnalibus & delicatis, dat Deus sacræ scripturæ noticiam. Isa. 28.c. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum.* Et respondetur ibidem. *Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus,*

MORAL.

a *Danieli autē, &c.* ✠ THEODORETVS. A puero quæ sibi diuinitus reuelabantur videbat, non in somnis tantum, sed etiam vigilans, & poterat quæ aliis ostenderentur interpretari. Hinc etiam docemur auctorem omnium rerū Deum nullam ætatis rationem habere, sed pietatem tantum, ac religionis studium requirere: qua in iuuene comperta, multis eum natu maioribus anteponit. Hoc idē erga Ioseph & Samuelem factum comperimus.

b *Cúmque eis loquutus, &c.* ✠ THEODORETVS. Non tantum Amalasar, verum ipse quoque rex nō mediocrem percepit vtilitatem, dū comperit ipsos omnibus aliis pulchritudine & magnitudine corporis præstantiores, sapientia verò & prudentia animi ac verborum eloquentia peritiores. Neque simpliciter facta collatione, sed adhibitis interrogationibus, experientiam cepit, veritatis magistram. Tum didicit esse Iudæos aliis omnibus

¶ De terrenis. a ¶ Vel discendo. b ¶ Discenda vel docenda.
c ¶ Extra alios, quia quod alij in phantasmate, hic mentis oculis aspiciebat.
a & disciplinam in omni libro & sapientia. Danieli autem intel- 1
a ¶ Aenigmatum quibus futura monstrantur. b ¶ Triennio secundum præceptum regis. 2
ligentiam omnium visionum & somniorum. Completis ita- 3
¶ Pueri. 4
que diebus post quos rex dixerat, vt introducerentur, intro- 5
a ¶ Arphanar aliàs Arsaxat. 6
duxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabucho- 7
¶ Tentando eorum sapientiam. 8
b donosor. Cúmque eis loquutus fuisset rex, non sunt inuenti 9
a ¶ In sapientia. b ¶ Pueris. ¶ Quos panis vitæ & fons sapientiæ pauerat & docuerat. 10
tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.
¶ Ideò. a ¶ Q. Seruituri. b ¶ Q. Meritò stant in conspectu regis, quia omne ver. sa. &c. c ¶ De diuinis.
Et steterunt in conspectu regis: Et omne verbum sapientiæ
a ¶ De mundanis.
& intellectus quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis de- 11
¶ Ab aris. a ¶ Magi sunt qui de singulis philosophantur. 12
c cuplum super cunctos ariolos & magos qui erant in vniuer- 13
a ¶ In Chaldæa, in honore. In sequentibus enim tertio anno Cyri regis visionem vidisse dicitur, defuncto enim Dario cum Cyro fuit. 14 15
d so regno eius. Fuit autem Daniel vsque ad annum primum 16
e Cyri regis. 17 18

omnibus nationibus sapientiores.

c *Ariolos, &c.* Alij sophistas & Philosophos non iuxtà hanc Philosophiam & sophisticam disciplinam quam Græci pollicentur, sed doctrinam Gentis Barbaræ, qua vsque hodie Chaldæi Philosophantur.

d *Fuit autem.* Dicendum est in sequentibus quomodo vsque ad primum annum Cyri hoc fuisse dicatur postea tertio anno eiusdem & primo Darij fuisse legatur.

e *Fuit autem Daniel.* ✠ THEODORETVS. Non sine causa hoc adiecit, sed quia voluit omnis prophetiæ tempus indicare. Nos enim & prophetiæ suæ principium edocuit, & finem addidit, vt regum qui intercessêre annos recensentes, omne prophetiæ tempus ediscamus. Adhæc, nobis ostendit vt captiuos à Cyro dimissos conspexit, & præsentem vitam tribulum suorum libertate consolatus est.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et disciplinam. *Quo ad moralia.*
2 In omni. *Discendo.*
3 Et sapientia: *Discenda vel exponenda.*
4 Danieli. *Hic consequenter ostenditur quid collatum sit Danieli in speciali, & hoc est quod dicit:* Danieli autem dedit, *supple Deus.*
5 Intelligen. *Id est, occultorum quantùm ad ea quæ in vigilia videntur, secundùm Balthasar vidit manum scribentem, quod Daniel intellexit, vt habetur infrà 5.c. Per hoc etiam intelligitur cognitio illorum quæ videntur auersis sensibus, vt in raptu, & extasi, & consimilibus quorum noticiam non habuit Daniel.*

6 Et somniorum. *Quantum ad ea quæ videntur in somno, sicut patet infrà quòd intellexit somnium Nabuchodonosor de statua magna, & lapide ipsam conterente. 2.c. Et somnium eius de arbore magna, & vigili sancto præcipiente eam incidi. 4.c. Vtrum autem talis intelligentia occultorum fuerit collata ipsi Danieli per aliquem habitum sibi infusum: est dubium. Et dicunt aliqui quod sic, quia non est dubium quòd scientia data sibi & aliis fuit habitus, & eadem ratione videtur de ista intelligentia occultorum, quæ fuit data specialiter ipsi Danieli, quia vtrumque eodem modo dicitur hic datum à Deo, nisi quòd vnum fuit datum generaliter tribus, aliud specialiter vni tantum. Item. 2. Ethic. dicit philosophus, quòd in anima non sunt nisi tria, potentiæ, passiones, & habitus. Talis autem intelligentia occultorum non potest dici potentia, quia inesset omnibus. Nec passio: quia passiones propriè dictæ sunt in parte sensitiua, quia non potest esse talis intelligentia Passiones autem largè dictæ, sicut intelligere & velle sunt actus qui transeunt & sic non diceretur aliquis propheta quando dormit: ergo videtur quod talis intelligentia sit habitus. Et confirmatur ratio, quia Daniel propositis sibi somniis: vel aliis occultis statim intelligebat quod non videtur esse nisi habentis habitum. Alij dicunt contrarium: dicentes quod non est per aliquod lumen habituale impressum menti prophetæ, sed per quandam illustrationem ad modum passionis transeuntis. quod probant ex dicto Greg. in prologo super Ezech. vbi dicitur quod spiritus prophetiæ aliquando prophetis deest: nec semper eorum mentibus præsto est: habitus autem inest semper: quia est qualitas de difficili mobilis. Ad hoc etiam inducitur illud. 4. Reg. 3. de Elisæo: qui non potuit dare responsum regi, nisi priùs vocato psalte.* Et cum caneret psaltes: factus est spiritus domini super eum, &c. *quia per melodiam diuinæ laudis quam psaltes canebat excitata est mens Elisæi ad deuotionem: & sic mens eius fuit disposita ad recipiendum diuinam illustrationem. Considerandum, quòd licet lumē propheticum non sit habitus secundùm istam opinionem: est tamen gratia gratis data: sicut est gratia miraculorum: de qua certum est quod non dicit aliquid manens in ipso homine, sed diuinam assistentiam ad agenda miracula ad preces hominis. & à tali gratia aliquis dicitur propheta. Per hoc patet solutio ad argumenta quæ sunt pro alia opinione. Si quis autem vult tenere aliam opinionem, potest de facili soluere istas autoritates inductas: quia duo requiruntur in cognitione actuali, scilicet, lumen intellectus agentis, & species rei cognoscibilis, sicut patet in cognitione naturali intellectus, in qua requiritur lumen intellectus agentis, & species abstracta à phantasmatibus. Potest igitur dici quod lumen propheticum est aliquid permanens per modum habitus, datum tamen à Deo. Ad hoc tamen quòd propheta per hoc lumen actualiter aliquid supernaturale cognoscat, requiritur cum ipso speciei acceptio per aliquam visionem imaginariam in se vel in alio, vel etiam aliquo alio modo, sicut est in cognitione prophetica siue tali visione imaginaria, quia tunc talis species intelligibilis fit immediatè à Deo in intellectu prophetæ. Et quātū ad hoc dicit Greg. quod spiritus prophetiæ aliquādo deest prophetis, quia non semper habent talem speciem, sed oportet quod de nouo fiat in prophetante actu: & per hoc patet illud de Elisæo.*

Vnde intelligentia occultorum collata fuerit Danieli. — Philosophus.

7 Completis. *Hic ostenditur sapientia collata Danieli & sociis eius quātum ad experimentum & eloquentiam, cū dicitur,* Completis itaque. *Id est, trium annorum.* 8 Post quos, &c. *Id est, conspectu suo scilicet, vt ibi probarentur, vnde sequitur postea.*

9 Cúmque eis, &c. *Tentando in diuersis quæstionibus sapientiam eorum.*

10 Non sunt, &c. *Qui edocti fuerant cū eis: sequitur.* 11 Et om. *Respectu diuinorum.* 12 Et intel. *Respectu humanorum. Vel aliter intellectus dicitur quātum ad apprehensionē bonā: Sapientia, quātum ad iudicium certum.* 13 Quod scis. *Hic accipitur numerus determinatus pro indeterminato. i. multò plus.* 14 Super cun. *Isti sunt qui vaticinātur de occultis per sacrificia in aris idolorum immolata.* 15 Et ma. *Isti sunt astrologi qui per constellationes iudicāt de futuris & occultis, vnde & illi qui visa stella venerūt adorare Christū dicti sunt magi, vt habetur Mat. 2.* 16 Qui erant. *Quia tales artes diuinādi tunc vigebāt in Chaldæa.* 17 Fuit autem. *Hæc est vltima pars in qua ponuntur quædā consequentia ad sapientiā collatā Danieli, quæ sunt honor & gloria ipsius Danielis in regno Chaldæorum & Persarum: vnde dicitur Sap. 8.c.* Propter hāc. *i. sapientiā.* habebo claritatē ad turbas, & honorē apud seniores: iuuenis & acutus inueniar in iudicio: & in cōspectu potētiū admirabilis ero, & facies principum admirabūtur me. *Hæc autē omnia fuerūt in Daniele propter sapientiā à Deo sibi collatā: & hoc est quod dicitur hic.* Fuit autē Daniel in honore, *scilicet, & gloria in Chaldæa, Mœdia & Perside: vt patebit ex libri prosequutione à tempore Nabuchodonosor magni vsque ad tempus Cyri: qui destruxit regnum Chaldæorum: propter hoc sequitur.*

Vltima pars

18 Vsque ad annum primum Cyri regis. *Ex hoc patet defectus illorum qui exponunt literam istam de tempore vitæ Danielis sic exponentes:* Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis, *id est, tantum vixit, & non plus: quia decima visio Danielis facta est sibi anno tertio Cyri: vt habetur infrà. 10. cap. Ex quo patet quod terminus vitæ Danielis non potest accipi pro primo anno Cyri, ideò expone vt prius.*

CAP.

Cap. II.

A a IN anno ſecundo. Si poſt tres annos pueri ingreſſi ſunt in conſpectu regis: quomodo ſecundo anno hæc ſomniaſſe nunc dicitur? Hoc ita ſolùm Hebræi. Secundus annus hic dicitur: quo omnibus Barbaris Gentibus imperauit Aſſyriis, & Ægyptiis, Moabitis, & reliquis nationibus, non tantùm Iudæis & Thadæis, vnde Ioſephus. Poſt annum ſecundum Aegyptiacæ captiuitatis: Nabuchodonoſor vidit mirabile ſomnium, & fugit ab eo.

Hier. Quæſtio. Ioſephus l. 10. antiq. c. 12.

b Somnium eius. Vidit rex impius ſomnium, vt Daniele interpretante glorificetur Deus: & captiui Deo ſeruientes inde habeant ſolatium: Sic & Pharao non quia meruerunt, ſed Ioſeph & Daniel digni fuerunt, qui interpretatione omnibus præferrentur. Hier.

CAPVT II.

¶ In anno autem Sedechiæ, &c. ¶ Poſtquam ſubdidit ſibi exteras Gentes. a ¶ Non ſibi ſed Danieli & captiuis Dei.

a IN anno ſecundo regni Nabuchodonoſor uidit 1

a ¶ Moraliter, quia carnalis non poteſt ſuſtinere ſpiritualia. 2

b Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus 3

a ¶ Vt per eius inquiſitionem virtus Dei oſtenderetur, & ſancti eius aliquantulum refrigerarentur.

eſt ſpiritus eius, & ſomnium effugit ab eo. Præcepit ergo 4 5

Magi.

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. II.

1 B IN anno ſecundo: &c. Hic ponitur ſecunda pars principalis huius libri, in qua intendit auctor exponere potentiam regni Chriſti per comparationem ad regnum mundi vel diaboli, & hoc per decem viſiones hic conſequenter poſitas. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur quinque viſiones ad primum aduentum Chriſti principaliter pertinentes. Secundò, aliæ quinque pertinentes ad ſecundum aduentum Chriſti principaliter pertinentes; licet tamen iſtis quàm in illis fiat aliquando mentio de vtroque. Secunda incipit cap. 7. Anno primo Balthaſar. Prima diuiditur in quinque partes ſecundùm quinque viſiones. Prima viſio eſt de lapide abſciſſo ſine manibus, ſtatuam grandem conterente: In qua figurata eſt Chriſti conceptio diabolum conterentis. Secunda de angelo, filio Dei aſsimilato in fornacem deſcendente: In qua figurata eſt natiuitas Chriſti in noſtram pœnalitatem deſcendentis. Tertia de vigili ſancto clamante præciſionem arboris: In qua figurata eſt prædicatio Chriſti vitia reſcindentis Quarta de manu ſcribentis in pariete terminationem regni Balthaſar: In qua figurata eſt paſsio Chriſti regnum diaboli exterminantis, & chirographum decreti cruci affigentis. Quinta de incluſione Danielis in lacum, & liberatione eius per angelum. In qua figurata eſt reſurrectio Chriſti infernum ſpoliantis. Partes patebūt in quinque capitulis per ordinem ſequentibus. Circa primum aduertendum, quòd dum cauſa effectiua principalis huius viſionis eſt ſpiritus ſanctus. C Cauſa impetratiua eſt oratio Danielis & ſociorū eius. Cauſa finalis eſt, vt Dei potentia panderetur, & Daniel exaltaretur, & rex ſuperbus humiliaretur. Cauſa autem materialis eſt continentia huius viſionis quæ oſtendit diſcurſum mundi per quatuor regna principalia ſibi ſuccedentia vſque ad tempus Chriſti omnia regna terrena ſibi ſubiugātis. Cauſa autem formalis eſt diuiſio huius cap. Notandum quod in qualibet viſione ponuntur hæ quatuor cauſæ vt poſitæ ſunt in iſta: quia quælibet viſio eſt quaſi quidam ſpecialis tractatus, ergo circa cauſam formalem huius cauſa, oſtenditur primò reuelatio, ſecundò inquiſitio viſi, ibi: Præcepit ergo rex. Tertiò reſeratio myſterij, ibi: Tunc Daniel. Quartò magnificatio Dei, ibi, Tunc rex Nabuchodonoſor. Circa primum conſiderandum, quis fuit iſte Nabuchodonoſor, quia enim dicitur hic: In anno ſecundo. Ideò dicunt aliqui quòd fuit Nabuchodonoſor iunior, & filius magni Nabuchodonoſor, & quòd regnauit ante fratrem ſuum Euilmerodach immediatè poſt patrem, & hoc ex ordinatione patris, propter maliciā Euilmerodach qui erat primogenitus: Magnus enim Nabuchodonoſor iam regnauerat per 7. annos integrè quando Daniel de Iudæa in Babylonem fuit ductus: & iterùm per tres annos fuit Daniel nutritus & edoctus antequam ei præſentaretur: vt viſum eſt cap. præce. Cum ergo in hoc ca. dicatur quòd Daniel vt aliis ſapientior expoſuit ſomnium Nabuchodonoſor: & cum dicatur quòd hoc ſomnium vidit ſecundo anno regni ſui: ideò concludunt quòd non poteſt intelligi de magno Nabuchodonoſor: propter quod dicunt alium fuiſſe Nabuchodonoſor filium prædicti, qui Nabuchodonoſor ſecundus regnauit poſt patrem: & ſecundo anno regni eius facta ſunt iſta quæ hic narrantur. Sed Hebræi & Beroſus hiſtoriographus Chaldæorum (quibus magis credendum eſt) dicunt Euilmerodach immediatè regnaſſe poſt patrem: & hoc eſt quod dicit quædam gloſ. quæ ſic incipit: Non filius, quæ habetur infrà ſuprà principium. 5.c. Hoc etiam videtur per dictum Ierem. 27. a. vbi ponitur verbum domini loquentis ſic: Dedi regi Babylonis terras iſtas, ſequitur: Et ſeruient ei, & filio eius, & filio filij eius. Et non ponuntur plures. Certum eſt autem ſecundùm omnes: quod Euilmerodach fuit filius Nabuchodonoſor magni: & Balthaſar erat filius filij ſui, ſcilicet, Euilmerodach & non dicitur quòd fuerit ibi alius intermedius qui vocatus fuerit Nabuchodonoſor. E Hiſtoriographi tamen aliqui ponunt duos filios inter Euilmerodach & Balthaſar, ſcilicet, Reguſar & Labozardach. Sed quia auctoritas Ieremiæ videtur diſcordare & Annales Hebræorum, poſſet dici quod iſti duo ſunt idem in numero cum Euilmerodach & Balthaſar quia vterque eorum fuit binomius, ita Euilmerodach alio nomine dictus eſt Reguſar, & Balthaſar Labozardach. Item expoſitio illorum qui dicunt: quod iſte Nabuchodonoſor de quo hic agitur fuit filius magni Nabuchodonoſor: & regnauit poſt mortem eius, includit contradictionē: quia ſecundum eos illa viſio quæ ponitur ſe. ca. exponitur de magno Nabuchodonoſor: qui verſus eſt in amentiam: & eiectus ab hominibus. 7. ann. Et ibi dicitur quòd Daniel fuit familiaris ei & collega: & famoſiſsimus in referando occulta & ſecreta diuina. In hoc autem c. dicitur. quod per expoſitionem huius ſomnij Daniel fuit primò cognitus eſſe tantæ ſapientiæ: & à rege primo promotus, & ſociis eius ad ſui petitionē: ergo iſtud factum non potuit eſſe poſt mortem magni Nabuchodonoſor. Et ideò dicendum quod iſte Nabuchodonoſor qui hoc ſomnium vidit fuit magnus Nabuchodonoſor. Et quod dicitur hic: In anno ſecundo, &c. F non accipitur annus ſecundus regni ſui ſimpliciter, quando factus fuit rex Chaldæorum: ſed accipitur annus ſecundus regni ſui poſtquam factus eſt monarcha quia multa regna acquiſiuit: & potiſsimè poſt vnum annum ſubiectionis Aegyptiorum, vnde & Ioſephus dicit de magno Nabuchodonoſor. 10. lib. anti. Iudaicæ. Poſt vnum annum Aegyptiacæ captiuitatis vidit Nabuchodonoſor ſomnium. Hoc etiam apparet: per viſionem iſtam vbi ſignificatus eſt per caput aureum: in quo deſignatur regnum eius primum inter quatuor regna maxima. Hoc eſt igitur quod dicitur: In anno ſecundo, &c, Id eſt, monarchiæ.

2 Nabuchodonoſor, &c. Specialis enim Dei prouidentia eſt circa principes magnos, inquantum ab eis dependet reſpublica, & propter hoc aliqua oſtenduntur eis magis quàm aliis quibuſcunque, ſicut Pharaoni fames futura & abundantia, fuit tamen eius viſio expoſita per Ioſeph ſicut viſio Nabuchodonoſor per Danielem.

3 Et conterritus, Ex inſolita viſione.

4 Et ſomniauerunt. Obliuio enim cauſatur ex motione humorum. Propter hoc enim pueri & multum ſenes ſunt immemores, ſecundùm philoſophum in libro de memoria & remi. Terror autem facit magnā humorum commotionem, & ideò cauſauit ſomnij obliuionem Hoc etiā factum eſt ex diuina ordinatione, vt occaſione huius obliuionis vocaretur Daniel ad Dei gloriam & populi Iſraëlitici reuelationem per ipſius Danielis ſublimationem, ſicut patebit inf. e. cap.

5 Præcepit ergo. Hæc eſt ſecunda pars in qua deſcribitur inquiſitio viſionis. Et diuiditur in duas, quia primò coniectores vocantur, ſecundò interrogantur, ibi. Qui cū veniſſ. Circa primū aduertendū, ꝙ homines antiquitus

MORALITER.

1 In anno ſecundo regni, &c. Secundùm ſenſum literalem per ſtatuam quam vidit, ſignificata fuerunt quatuor regna populum Iſrael affligentia ſucceſſiuè. Secundùm verò ſenſum myſticum per ipſam ſignificari poteſt Antichriſtus, qui populum Dei grauius cæteris eſt afflicturus. Ad hoc autem faciendum vtetur Antichriſtus quatuor inter cætera. Primùm eſt rerum opulentia, quæ per aurum ſignificatur: ideò caput huius ſtatuæ dicitur de auro optimo. Secundùm, eſt verborum eloquentia quæ bene per argentum ſignificatur. Prouer. 10. cap. Argentum electum lingua iuſti. Propter quod huius ſtatuæ pectus & brachia dicuntur eſſe de argento. Tertium, eſt ſimulationū fraudulentia, quæ per æs ſignificatur, eò quòd æs eſſe videtur aurum & non eſt, ideò huius ſtatuæ venter & femora dicuntur de ære. Quartum eſt armorum violentia: quæ benè per ferrum ſignificatur: eò quòd ferrum domat omnia: propter quod huius ſtatuæ dicuntur tibiæ ferreæ, per hoc autem quod dicitur.

Pedum

A a Magi. Conſuetudo autem & ſermo communis, magos pro maleficis accipit. Magi qui de ſingulis philoſophantur.

Idem. b Chaldæi. Chaldæi Philoſophi Chaldæorum, mathematici ſcilicet: quia hanc artem etiam reges & principes illius Gentis omnes faciunt vnde & in natiuitate domini primi ortum eius notauerunt, & Bethleem venientes puerum adorauerunt.

c Et malefici. Qui victimis vtuntur & ſanguine: & ſæpe contingunt corpora mortuorum.

d Ignoro quid viderim. THEODORETVS. Cùm diuina prouidentia vellet ab amico ſuo propheta ſomnium patefieri regi, vt inde bonas ac ſalubres acciperet admonitiones, ſomnij ademit recordationem. B Et quemadmodum Dei prouidentia perſpicua fuit, ita piis omnibus cognita eſt etiam regis inſania. Quomodo enim nō extremæ dementiæ eſt, ex aliis quærere ſomnij recordationem.

† Res. † in fruſtra ponemini † in latrinas ſeu lutū ponentur

e Reſponderúntque. Hucúſque Hebraicè: ab hinc vſque ad viſionem tertij anni regis Balthaſar quam Daniel vidit in Suſis Hebraicis quidem literis, ſed lingua ſcripſit Chaldaica, quam Syriacam vocant.

f Dic ſomnium, &c. THEODORETVS. Quod petierūt rei conſentaneum erat, ſed eorum promiſſum arrogant: neque enim humani ingenij erat quę diuinitus reuelata fuerant abſque auxilio ſupernæ virtutis interpretari. Et Syriacè loquuti ſunt Chaldæi, vt qui ex diuerſis nationibus coacti, propriam ſinguli linguam haberēt, cōmuniter Syriorum lingua vterentur. D

¶ Ab ariis. ¶ Alij incantores qui verbis agunt. ¶ Aſtrologici id eſt, mathematici.

a rex vt conuocarentur arioli & magi, & Chaldæi, & malefici, 1

b a ¶ Non [illegible]erunt, quia audire parati. 2

c vt indicarent regi ſomnia ſua. Qui cùm veniſſent, ſteterunt 3

a ¶ Vmbram & quaſi auram & veſtigia ſomnij retinebat, vt aliis referentibus, poſſet quæ viderat reminiſci, neque à mentientibus decipi. 4

coram rege, & dixit ad eos rex: Vidi ſomnium, & mente con 5

d fuſus ignoro quid viderim. Reſponderúntque Chaldæi regi 6

e f Syriacè: Rex in ſempiternum viue. Dic ſomniū ſeruis tuis, & 7 8

interpretationem eius indicabimus. Et reſpondens rex ait 9

¶ Somnium vel viſio. ¶ Prius. 10

Chaldæis: † Sermo receſſit à me. Niſi indicaueritis mihi ſom 11

a ¶ Poſt. b ¶ Interpretationem, quid ſcilicet portendat. 12

g nium et coniecturam eius, † peribitis vos: & domus veſtræ 13

a ¶ Confiſcatæ ſcilicet de fiſco erunt. b ¶ Si non terret pœna, alliciant præmia.

† publicabuntur. Si autem ſomnium & coniecturam eius nar 14

a ¶ In præſenti. b ¶ In futuro. a ¶ Inter vicinos & amicos.

raueritis, præmia & dona & honorem multum accipietis à

me. Somnium igitur & interpretationem eius indicate mihi.

a ¶ Iterum beneuolentia alliciunt eum.

Reſponderunt ſecundò, atque dixerunt: Rex ſomnium di-

cat ſeruis ſuis & interpretationē eius indicabimus. Reſpōdit 15

a ¶ Spacium vitæ. b ¶ Ambage verborum. 16

h rex & ait: Certè noui, quia tēpus redimitis, ſciētes quòd à me 17

18

g Peribitis. Minatur pœnam, propoſuit præmia: vt ſi potuerunt ſomnium dicere, cuius non poterat recordari, credat etiam ſomnij expoſitionem: aliter interpretatio eorum non habeat fidem.

THEODORETVS. Hæc non ſolum regis temeritatem ac feritatem, ſed etiam ſummam ſtultitiam indicant. E Extremæ enim dementiæ eſt opinari vel cōminatione malorum vel bonorum pollicitatione maiorē in Chaldæis cognitionem ingeneratū iri. Seruitutem inquiūt illi fatemur, verùm etiā humani ingenij vires nouimus, &c.

h Certè noui quia tempus, &c. THEODORETVS. Horū verborum procax quidem & inſana eſt efflagitatio: ſed accuſatio admodum vera. Vultis inquit, præcipere, &c.

f Dic

Non eſt

NICOLAVS DE LYRA.

antiquitus multum innitebantur auguriis ſomniorum: ſicut patet de Pharaone Gen. 40, & de miniſtris eius incarceratis cum Ioſeph: Gen. 40. c. & infra de iſto rege. 4. ca. propter quod fuit ſollicitus de inquiſitione ſomnij, ſecundum quod dicitur hic. Præcepit autem, &c. Qui in hoſtiis de animalibus immolatis diuinant.

D 1 Et magi. Qui arcanis incantationibus vtuntur, vt habetur Exo. 8.

2 Et malefici. Qui auertunt ſenſus humanos per aliquod factum vel dictum circa eos, & ſic auerſis ſenſibus aliqua occulta eis reuelantur à dæmonibus, ſicut de illis qui dormiebant in Sardos inſula, vt dicit expoſitor Thomas ſuper quartum phyſicorum. cap. de tempore. Chaldæi autem per conſiderationem aſtrorum diuinant. vnde tempore Ezechiæ rex Babylonis, quæ eſt in Chaldæa, miſit literas & munera Ezechiæ ad inquirendum de illa Solis retroceſsione, quæ facta eſt tempore ſuo, vt habetur. 4. Reg. 20.

3 Vt indicarent regi ſomnia ſua, &cæt. Per artes ſuas prædictas. Sed quæritur hic: quare non fuit vocatus Daniel & ſocij eius quia ſuprà dictum eſt, quòd erant ſapientiores ariolis & magis. Dicendum quòd hoc fuit ex inuidia, quia cum eſſent Iudæi dolebant Babylonij quòd magis appreciarentur à rege. Similiter ex cupiditate, quia per expoſitionem credebant dona & honorem conſequi, ſicut patet ex regis promiſsione ad eos facta, ſi ſomnium & eius interpretationem poſſent dicere. Et licet fuiſſent inuenti ſapientiores ariolis & magis in verbis ſapientiæ & intellectus, quando probati ſunt à rege: vt dictum eſt ca. 1. tamen non erat adhuc Daniel cognitus quantum ad donum prophetiæ & intelligentiam viſionum, de quo erat hic quæſtio, & ideo alij qui iam erant famoſi in arte diuinandi erant magis vocati.

Quæſtio.

4 Qui cum veniſſent, ſteterunt coram rege. Hic coniectores de ſomnio interrogantur, & ponitur hic triplex interrogatio. Prima eſt cum ſimplici denunciatione. Secunda cum forti comminatione & præmij promiſsione, ibi. Et reſpondens rex dixit Chaldæis. Tertia cum falſi impoſitione & ſuſpicione, ibi. Reſpondit rex & ait. Et cuilibet interrogationi additur ſua reſponſio. Igitur primò dicitur ſic. Qui cùm veniſſent: ſteterunt cum rege, quaſi parati ad reſpondendum.

5 Et dixit ad eos rex, vidi ſomnium, &c. Ex terrore enim inſolitæ viſionis phantaſmata ſunt facta confuſa, & ſic non remanſit memoria viſionis diſtincta: quæ fit per hoc quòd imagines diſtinctæ remanent in memoria, recordabatur tamen in confuſo: ſicut aliquando contingit etiam in actibus humanis, quòd aliquis recolit in communi ſe comediſſe optima cibaria in aliquo feſto, vel vidiſſe pulchra ſpectacula, & tamen neſcit determinatè dicere.

6 Reſponderuntq; Chald. Iſti erant principales inter coniectores, quia diuinatio eorum erat aliquo modo per viam rationis, ſcilicet per conſiderationem aſtrorum, aliorum autem diuinatio erat per viam ſuperſtitionis, vt viſum eſt. Et ideo iſti principaliter inter omnes reſponderunt. F

7 Regi. Syriacè. Hoc additur, quia ab iſto loco Chaldaicè vel Syriacè, quod eſt idem idioma quātùm ad literatos, licet vulgare aliquo modo diſcordet. Liber iſte deſcriptus eſt vſque ad octauum ca. Chaldaicè: Hebraicis tamen literis, quæ non diſtinguuntur à Chaldaicis in ſono, ſed tantum in charactere, vt dicit Hieron. in prologo ſuper libros Reg.

8 Rex in ſempi. viue. Hoc dicunt ad captandum eius beneuolentiam. Et quia credebant homines virtuoſos poſt vitam iſtam transferri ad vitam deorum æternam, vt habetur. 2. Macha. 11. e. vbi dicitur ſic. Patre noſtro inter Deos tranſlato, & ſunt verba Antiochi adoleſcentis, loquentis de Antiocho patre ſuo mortuo.

9 Dic ſomnium ſeruis tuis. Rationabiliter reſpondent: quia per artem non poteſt aliter ſomnium interpretari. Dicit enim Philoſophus lib. de ſom. & vigi. Ille eſt artificioſus iudex ſomniorum qui ſimilitudines viſas perpendere ſcit, & partes adinuicem comparare, & etiam per comparationem ad diſpoſitionem cœli, & paſsiones & ſollicitudines ſomniantis, & mores eius & complexionem. Omnia enim ibi attendēda ſunt, vt ibidem dicit magnus Albertus. Talis autem interpretatio ſomnij ſupponit ſomnium præſcitum.

10 Et reſpon. Hic ponitur ſecunda interrogatio, & fit cum adiunctione pœnæ & præmij & hoc eſt quod dicitur hic.

11 Niſi indi. Prius & poſtea coniecturam.

12 Peribi. vos. Id eſt, moriemini.

13 Et do. ve. Id eſt, poſſeſsiones & bona. 14 Publica. Id eſt. fiſco vel burſæ regiæ applicabuntur Quod ſequitur patet in litera.

15 Reſpon. rex. Hic ponitur tertia interrogatio, quæ fit non ſolùm cum pœnæ comminatione & præmij promiſsione, ſed etiam falſi ſuſpicione ſeu impoſitione, & hoc eſt quod dicitur hic.

16 Certè ſcio. Id eſt, detinetis in verbis, vel ſic.

17 Tem. re. Id eſt, ſpacium vitæ veſtræ vultis retinere per ambages verborum. Et ſubdit cauſam.

18 Scientes quod à me. Propter quod non poſſum vobis ſomnium indicare.

a *Non est homo super terrã, &c.* ✠ THEODORETVS. Humana; aiunt, à nobis requirito, nõ ea quæ sunt supra naturam omnium. Siquidem regibus conuenit iustè regnum administrare, & ea quæ fieri possint, à subiectis requirere.

b *Quo audito, &c.* ✠ THEODORETVS. Tyrannicus, & non regius conatus, apertissimè iniustus, expérsque iustitiæ: siquidem arrogantia & superbia potestatem nacta subuersis Iudæis perniciem machinatur. Cæterùm, sanctissimus Daniel iniustam hãc cædem conspicatus, de Arioch, percontatur.

Hieron. Daniel quare cũ sapientibus regis nõ intrauit.

c *Sapientes interficiebantur.* Quærunt Hebræi, cur Daniel & tres pueri non ingressi sunt ad regem cum aliis sapientibus; & cum eis iubentur perire, & sic soluunt. Cum rex dona maxima & summum honorem promittebat eis, ire noluerunt, ne dignitatem & diuitias viderentur ambire. Aut fortè Chaldæi inuidentes sapientiæ eorum & gloriæ: ingressi sunt soli, quasi soli præmia recepturi, sed postea pœnæ voluerunt habere cõsortes. Daniel autem & socij eius non venerunt, ne præmia ambire viderentur, vel propter inuidiã: ne fortè Chaldæi inuiderent sapientiæ eorum.

a ¶ Remanebat enim in eo aliquod somnij vestigium, vt si quis diceret illud, agnosceret statim.
recesserit sermo. Si ergo somnium non iudicaueritis mihi, v- 1
a ¶ Firma. ¶ Sola. b ¶ Mihi. c ¶ Non aliquis pro vobis intercedet. ¶ Hoc scilicet.
na est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fal- 2
¶ Fingendo.
lacem & deceptionem plenam composueritis, vt loquamini
a ¶ Hæret in proposito, stat in sententia, idem replicat.
mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mi- 3
hi, vt sciã quòd interpretationem quoque eius veram loqua- 4 5
mini: Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt: Nõ 6
a ¶ Tandem compulsi Deum creatorem omnium recognoscunt. b ¶ Super cœlum enim est indicare qui hoc potest. c ¶ Ne dum serui regum possunt soluere. 7
a est hòmo super terram qui sermonem tuum rex possit † im- 8
plere, sed neque regum quisquam magnus & potens verbũ 9 10
huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo & mago & Chaldęo. 11
Sermo enim quem tu quæris rex, grauis est, nec reperietur 12
¶ Confitentur arioli, & omnis scientia secularis præscientiam futurorum esse solius Dei, non hominum, vnde probatur prophetas spiritu Dei loquutos, qui futura prædixerunt. 13
quisquam qui indicet illum in conspectu regis, exceptis diis,
b quorum non est conuersatio cum hominibus. Quo audito
a ¶ Non de vno tantum præcepit. b ¶ Non de stultis & leccatoribus. 14
rex in furore & ira magna præcepit vt perirent omnes sapien-
a ¶ Non de extranea patria. ¶ A rege. 15
c tes Babylonis, & egressa à rege sententia, sapientes interficie- 16 17
¶ Præparabantur occidi, vnde post. Sapientes ne perdas.
bantur. Quærebaturque Daniel & socij eius vt perirent.
a ¶ Nesciens causam sui periculi. Celauerant enim Chaldæi quæstionem regis, ne Daniel & tres pueri præferrentur eis in expositione visionis. b ¶ Id est ad solitudinem redigens.
d Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch † 18
principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos 19
sapientes Babylonis. Et interrogauit eum: qui à rege
¶ Hanc.s.
potestatem acceperat quam ob causam tam crudelis sen-
¶ Secreto.
tentia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indi- 20 21
cassent Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem,
e vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

† principe interficientium id est executore.

d *Tunc Daniel requisiuit, &c.* ✠ THEODORETVS. Ignorabat enim, vt potè qui in cœtũ sapientum Babylonis non aduocatus fuisset. Nondũ enim tres illi anni præterierant, quibus illos cibo regio nutritos, constituto post modum tempore ad se iusserat rex introduci. Quod si antea narrauit eos ingressos fuisse, & aliis prælatos, nemo miretur. Cùm enim vellet narrationem illam absoluere, omnia quæ tunc accidêre apertè docuit: deinde ad ea narranda redit, quæ interiecto tempore gesta sunt.

e *Vt tempus daret.* Non vt sagacitate mentis occulta perquireret; sed vt dominum occultorum obsecraret. Alios sibi in preces adiungit, ne videatur præsumere de priuilegio sui meriti: & quorum est commune discrimen, fiat communis oratio.

Hieron. Daniel quare socios suos consuluit.

Tunc

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si ergo somnium non indicaueritis mihi, &c. est de vobis sententia. *Scilicet firma & irreuocabilis de morte vestra.*

2 Quod interpretationem quoque fallacem. *Quasi dicat eodem modo peribitis si talem fallaciam feceritis, & est hic truncatio sententiæ, sicut solent irati facere in loquendo, & ideo quod dictum est, est supplendum. Ad hanc verò fallaciam remouendam subdit.* Somnium. *Meum. Vel nisi prius dixeritis.* Erit de vobis sententia. *Id est, certissimè tenebo, quòd interpretatio quam dixeritis sit conficta.*

3 Somnium itaque dicite. *Integrè & perfectè.*

4 Vt sciam. *Per hoc supple.*

5 Quod interpretationem. *Et non confictam.*

6 Respondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt. *Hoc dicunt, quia ponebant animam à corpore separatam esse maioris intelligentiæ, & maximè diis coniunctam, sicut dicitur. 2. Macha. 11. e.* Patri nostro inter Deos translato. *ideo dixerunt.*

7 Non est homo super terram. *Id est, in præsenti vita.*

8 Qui sermonem tuum possit. *Quia non potest fieri per artem humanam, vt iam visum est. Declarant hoc esse per facta regum præcedentium dicentes.*

9 Sed neque re. *Id est, quantumcunque fuerit magnus & potens.*

10 Verbum huiuscemodi sciscitatur. *De præterito scilicet.*

11 Ab omni ario. *Id est, à quocunque diuinatore, quasi dicant, per consequens nec tu debes quærere cuius causa subditur.*

12 Sermo enim. *Id est, excedens virtutem intellectus humani.*

13 Nec reperietur, &c. *Posuerunt enim aliqui Platonici, quod dæmones habent corpora aerea, vt patet per dictum Apulei discipuli Platonis dicentis quod dæmones sunt animalia corporea aerea, mente rationabilia, tempore æterna, animo passiua, & sic per consequens quodammodo conuersantur cum hominibus, vnde & secundum doctores catholicos habitant hic nobiscum in hoc aere caliginoso vsque ad iudicium, & ab istis per artes magicas possunt aliqua quæri. Sed dij quorum cum hominibus non est conuersatio, vocantur hic ab istis Chaldæis substantiæ totaliter separatæ, quarũ scientiã dixerunt Platonici & etiã alij Philosophi maiorem quam sit scientia dæmonum, sed ars magica vel diuinatiua quacunque, non se extendit ad aliquid requirendum ab eis.*

14 Quo audito, &c. *Quod dicitur: quia irrationabiliter, mouebatur, cum se excusarent sufficienter.*

15 Et præcepit vt perirent, &c. *Id est, studentes philosophiam & cognitionem occultorum. Ille enim dicitur sapiens, qui vltra communem cognitionem hominum transcendit.*

16 Et egressa à rege sententia. *irreuocabiliter.*

17 Sapientes interficiebantur. *Id est, de eorum interfectione disponebatur, quia non fuerunt interfecti, vt habetur. inf.*

18 Quærebatúrque Daniel. *Quia eidem sententiæ subiacebat cũ sociis suis. Sed quæritur hic, quare tam duram sententiam dedit rex contra sapientes Babylonis? Dicendum, quòd vacantes philosophiæ, & coniecturis futurorum & similibus, habebant à rege victum & vestitum, & sumptus magnos: vt supra est habitum de* Daniele, *& sociis eius: Similiter & Gen. 47. dicitur, quòd sacerdotes Aegyptij non fuerunt compulsi vendere terram eorum sicut alij tempore famis, quia ipsi recipiebant victum ex horreis regis, & ipsi primo vacauerunt philosophiæ, vt habetur, 1. Metaph. Igitur quia rex Babylonis multa expenderat pro sustentatione sapientũ, fuit nimis iratus quando non responderunt secundũ eius voluntatem, & ex tali ira dedit sententiam tam durã & irreuocabilẽ.* Philoso.

Diuisio

19 Tunc Daniel re. *Hic ponitur tertia pars huius ca. vbi ponitur reseratio mysterij. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur reuelatio facta Danieli. Secundò interpretatio facta regi, ibi.* post hęc Daniel ingressus. *Circa primũ m Daniel primò quærit regis definitionem, secundò petit dilationem, ibi.* Cùm ergo rem indicasset *tertiò recurrit ad mentis deuotionem, ibi.* Et ingressus est domum suam, *quartò recipit diuinam inspirationem, ibi.* Tunc Danieli. *Quintò assurgit ad gratiarum actionem, ibi.* Et benedixit. *Circa primum dicitur.* Tunc Daniel requi. &c. *Quæstio enim regis fuerat sibi celata ab aliis ex inuidia & cupiditate, vt dictum est supra, & ideo ignorabant causam sententiæ regis. Sequitur.*

20 Et inter. &c. *Exequẽdi sententiã regis de interfectione sapientum Cætera patent.* 21 Cum ergo. &c. *Hæc est secunda pars vbi Daniel petit dilationem ad soluẽdũ quæstionẽ regis, & per hoc executio sententiæ regis de sapientium interfectione dilata est, & patet litera.*

✠ Et ingressus

a *Tunc Daniel requisiuit de lege, &c.* Somnia regis dicit suo somnio: imo & somnium & interpretationẽ eius, Dei reuelatione cognoscit: quod dæmones ignorabant: sapientia sæculi scire non poterat Daniel quod fuerat cunctis ignotum retroactis generationibus, cognoscit Deo reuelante mysterium.

c *Et ipse mutat tempora & ætates, &c.* Ne miremur ergo si quandoque cernimus reges regibus, & regnis regna succedere: quæ omnia fiunt Dei arbitrio, qui causas omnium nouit, qui condidit omnia, & malos reges patitur suscitari vt puniant malos, & emendent bonos.

Omnia Dei arbitrio fiũt.

✠ THEODO. Inter veritatem & mẽdacium multum interest. Nam mendacij opifices à Deo deserti, solisque humanis rationibus innitentes, omnia tum dicunt, tum faciunt, vt homines seducant: & veritatis alumni absque superno auxilio nihil neq; dicere, neque facere sustinent, sed petitiones suas ad diuinam prouidentiam referentes, constantes permanent & incolumes. Hoc diuinus Daniel testatur, qui tempus concessum non in ratiocinando, sed in precibus consumpsit: non se solo fretus, sed æqualibus ad communiter supplicandum ascitis.

† secreto
† secretum
† scientiam

¶ Moraliter ne sis sapiens tibi soli, omnibus proficere debes, & alios tecum docere.
Et ingressus est domum suam, Ananiæque & Misaeli, Azariæ 1
¶ Secum. 2
& sociis suis indicauit negocium, vt quærerent misericordiã
a ¶ Occulto somnio quo sacra futura signantur. ¶ Quo inuento.
à facie Dei cœli super † sacramento isto: & nõ periret Daniel 3
a ¶ Diligit inimicos, benefacit odientibus, orat pro persequentibus. 4
a & socij eius cum cæteris sapientibus Babylonis, Tunc Danie- 5
a ¶ A Deo. ¶ Ideo.
li † Mysterium per visionem nocte reuelatum est. Et bene- 6
¶ Non ingratus est, ideo imputat non sibi. a ¶ Ad differentiam eorum Deorum qui versantur in terra & demoniacis artibus & præstigiis terrenos deludunt. 7
b dixit Daniel Deum cœli, & loquutus ait: † Sit nomen domi- 8
a ¶ Qua cognoscuntur mysteria.
ni benedictum: à seculo vsque in seculum, quia sapientia 9
a ¶ Regnorum. b ¶ Non hominum, non dæmonum, non regum. ¶ Non alius. 10
c & fortitudo eius sunt & ipse mutat tempora & ætates. 11
¶ Nota quia generali disputatione, præparat auditorem, iam innuens somnium esse de mutatione regnorum. a ¶ Vnde: Audiens sapiens sapientior erit. Et: Qui habet dabitur ei, & qui non habet etiam quod videtur habere auferetur ab eo. 12 13
d Transfert regna atque cõstituit: dat sapiẽtiã sapientibus, & 14
a ¶ Diligentibus correctionem morum. 15
e sciẽtiã intelligentibus † disciplinã, Ipse reuelat profunda & 16
¶ Ignorantia. a ¶ Sapientia atque scientia. 17
f abscondita, & nouit in tenebris cõstituta, & lux cum eo est. 18 19 20

d *Dat sapientiam sapientibus & scientiam intelligentibus, &cæt.* Sapientia de cœlestibus, scientia de terrenis, disciplina ordinata morum correctio. Prius per disciplinam corrigimur, deinde scimus, & post sapimus. Hieron.

e *Ipse reuelat profunda & abscondita.* Cui reuelat Deus profunda: admiratur & dicit. *O altitudo di. sa. & sci. Dei.* Iste inhabitante in se spiritusancto scrutatur profunda Dei, & in profundo animæ suę altissimos puteos fodit: & terram egerit, quæ aquas cooperit bibit aquam de vasis suis, & de fonte puteorum suorum. Hieron. † Psal. 21 a. Rom. 11. d.

b *Deum cœli, & loquutus ait, &c.* Dij enim qui non fecerunt cœlum & terram peribunt. Hieron.

✠ THEODORETVS. In omnibus propriam grati animi præ se fert probitatem, hymnũmque conuertit, argumentum nactus somnij inuentionem.

f *Nouit in te.* HIERONYMVS. Tenebræ ignorantia, lux scientia atque doctrina, Deum enim peruersa non latent, recta ambiunt & adhærent. Vel, tenebræ, mystica & profunda. Vnde in parabolis. *Intelligit parabolam & tenebrosum sermonem.* Et in Psal. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris, præ fulgore*

Prou. 5 c. secundũ aliam literã. Psal. 17. b.

c Et ipse

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ingressus est domum suam *Hic Daniel recurrit ad mentis deuotionem: vt possit scire somnium regis & eius interpretationem Vnde patet quòd hic non quæsiuit tempus ad soluendum confidens de proprio ingenio, nec per viam superstitionis, sicut auguratores & diuinatores, quod est illicitum & lege diuina prohibitum, sed confidens de adiutorio diuino, & hoc est quod dicitur.* Et ingressus est domum suam, *vt sic sequestratus ab exteriori tumultu, melius vacaret orationi & contemplationi.*

2 Ananiæque & Misaeli, &c. *Adiungit enim sibi socios in orando, quia oratio multorum & maximè bonorum est multum exaudibilis.*

3 Super sacramento, &c. *Id est, secreto sacro: quia ibi fit mentio de regno Christi per lapidem abscisum de monte sine manibus vt videbitur.*

4 Et non periret Daniel & socij eius, &c. *Id est, ipsi & cæteri sapientes. In quo apparet oratio eorum charitatiua, quia non solum erat pro vita sua conseruanda, sed etiam pro vita aliorum sapientum qui eis inuidebant vt visum est.*

5 Tunc Daniel per mysterium. *Hic describitur Danielis inspiratio, & hoc est quod dicitur.* Tunc mysterium. *Scilicet somnium regis occultum & eius interpretatio.*

6 Per visionem nocte reuelatum est. *à Deo scilicet. Non dicitur hic qualis fuerit ista reuelatio, vtrum in somno vel in vigilia. Sed probabiliter videtur quòd vidit in somnis consimilem visionem visioni regis, & vltra hoc, intellectum ipsius. Et hoc etiam dicit glossa, quòd somnium regis didicit somnio suo. Hoc etiam videtur per hoc quòd dicitur. Nocte, quia tales reuelationes magis natæ sunt fieri, quietis sensibus ab exterioribus tumultibus, vnde dicitur Iob. 33. b.* Per somniũ in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperuit aures virorum, & erudiens instruit eos disciplina.

7 Et benedixit. *Hic pro prædictis ponitur gratiarum actio. Iste enim erat mos antiquorum in beneficiis perceptis laudare Deum sicut grati. Hoc autem fecit Daniel hic, propter quod dicitur.* Et benedixit Daniel deum cœli. *Id est, laudauit.*

8 Et loquutus ait, &c. *Vsque in sæculum. Id est, in æternum; quia vbicumque duplicatur hoc nomen in vete. Testam. importat æternitatem communiter.*

9 Quia sapientia. *Ad disponendum & ordinandum in creaturis, quia opus sapientis est ordinare, vt dicitur. 1. Metaph.*

10 Et fortitudo. *Ad exequendum quod disponit, quia nullus potest impedire.*

11 Eius sunt. *Quia dispositio & executio effectus in omnibus aliis dependet ab ipso, & potest per ipsum impediri.*

12 Ipse mutat tem. *Quia ipse est primus motor cœlestium corporum quorum motum sequitur tempus, vt habetur. 4. Physi.*

13 Et ætates. *Id est, periodos rerum mutabilium & corruptibilium, & maximè hominum: maior enim fuit periodus vitæ humanæ ante diluuium quam post, vt patet in Gen.*

14 Transfert regna. *Et hoc contingit frequenter propter peccata hominum, sicut patet Gen. 15. vbi dicitur quòd filij Israel acceperunt regnum Chananæorum propter peccata eorum. Similiter Romani acceperunt regnum Iudæ post mortem Christi.*

15 Atque constituit. *Quia aliquando etiam malos homines in regnum eleuat ad punitionem aliorum peccatorum, sicut patet de Cyro, qui ex ordinatione Dei eleuatus est in regnum ad destructionem Chaldæorum, & liberationem Iudæorum, secundum quod dicitur Isa. 45. a.* Hæc dicit dominus Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram, &cæt. *Aliquando hoc etiam fit ad exercitium & flagellationem sanctorum. Exemplum habemus de Attila rege Hunorum qui dixit sancto Lupo Trecensi, cùm obsideret eius ciuitatem. Interrogatus à Lupo sancto quis esset. Respondit. Ego sum flagellum Dei. Cui ille respondit. Ego sum lupus qui debeo flagellari, & præcepit ciuitatem aperiri.*

16 Dat sapientiam sapientibus. *Id est, notitiam de diuinis illis quorum mentes eleuantur ad cœlestia, quia tales sunt propriè sapientes, dicti à sapore.*

17 Et scientiam intelligentibus discipl. *Id est, noticiam de humanis hominibus bene morigeratis. Vnde. 1. Ethicorum dicitur quod passionem sequutor est inanis auditor politicæ.* Philosoph.

18 Ipse reuelat profunda & abscondita. *Ad quæ intellectus creatus non potest attingere propria virtute.*

19 Et nouit in tenebris constitutã. *Scilicet ignorantiæ respectu aliorum ab ipso. Vel aliter. In tenebris constituta. Id est, peccata quantumcunque occulta ipse nouit.*

20 Et lux cum. *Quia ipse est propriè lux vt habetur Ioh. 1. a.* Deus lux est, & tenebræ non sunt in eo vllæ. *Et hoc est intelligendũ, secundum quod nomẽ lucis extensum est ad significandum manifestationem, quia Deus est lux vera, quæ illũminat omnem hominem, vt dicitur Ioh. 1.*

10 Et

gore in conſpectu eius. Qui enim terrena deſerit,& ad excelſa con
A ſcendit,quaſi auis tenuiſſimum aëream ætheráque deſiderat, & nubes efficitur,ad quam veritas Dei peruenit, quæ per ſanctos pluere conſueuit Hic talis repletus multitudine ſcientiæ habet multas aquas tenebroſas & caligine inuolutas, † quam ſolus

† quas Exod. 33.b. Moyſes & ſui conformes ingreditur:& facie ad faciem Deo loquitur,de quo: *Poſuit tenebras latibulũ ſuum.* Nouerat illud quòd patriarchæ fodiebant puteos : & Allophyli nocte terram ingerebant : & patriarchæ iterum fodiebant, vſque ad inuétam aquam. Sic quælibet fidelis anima vigilare debet propter inſidias diaboli:vt ad aquam viuam Chriſtum ſcilicet poſſit peruenire, Somnolentiam quarum ſcilicet animarum increpat prophetа Dauid ſcilicet dicens. *Filij hominum vſquequo graui corde,* Memores enim eſſe debemus ſcintillulæ diuinæ, & imaginis nobis impreſſæ, de qua idem Dauid: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine.*

Pſal.17.b. Gene.26.a.

Pſal.4.a.

Pſal.4.b.

a *Tibi Deus patrum,&c.*✠THEODORETVS. Tales piorum animæ,agnoſcentes Deum eſſe qui ad neceſſarios vſus opportuna ſubminiſtrat;& ad eius portus confugientes, memores beneficiorum eius,& laudem ei reddentes. Operæpretium eſt autem diuini huius viri notare modeſtiam,nam & precibus petens ſo-
C cios obſecrationis aſciuit:& pro iis quæ conſecutus erat, laudem contexens,rurſus eorum mentionem fecit: neque enim dixit,indicaſti mihi quæ petij te,ſed quæ rogauimus à te.

Hieron. b *Sapientes.*Imitatur domini clementiam pro perſequutoribus orans. Nec vult eos perire pro quibus erat ipſe periturus ſi occiderentur.

✠THEODORETVS. Hæc miſericordia prophetam decet,Neque enim tulit ſolus cum amicis ab iniuſta cæde liberari, ſed etiam Chaldæis incolumitatem molitur,hoc miraculo conſulens eos ab impietate,ad omnium rerum auctorem Deum ſe D abducturum.

c *Introduc.* Arrogantiam vitat : quia ipſe recto itinere poſſet ire,& ideo vult introduci.

d *Inueni ho.&c.*HIERONYMVS. Dei gratiam ad ſuam refert diligentiam.&ſe inueniſſe dicit cum Daniel ſe vltro obtulerit,& morem nun- Hieron.
ciorum oſtendit: qui † tóque cum bona nunciant, ſua volunt videri.

e *De filiis tranſmig.* Nota quòd de filiis Iudæ id eſt,de regali ſtirpe iuxta LXX. ſit Daniel non ſacerdos ſicut in fine conti- †conſpectũ
net Belis fabula.

f *Putaſne verè.* Seruat ordinẽ quæſtionis: prius ſomnium Hieron.
E quod magi ignorabant poſt interpretationẽ ſomnij quærit: vt cùm quæ viderat recognouerit credat interpretationem ſomnij:quæ variam recipit coniecturam.

g *Myſterium quod rex.* Aufert regi præuam ſuſpicionem;ne exiſtimet inueniri poſſe humana ſolertia:quod ſolius Dei habet notitia.

h *Sed eſt de.* Non dij,vigilanter retrahit à multorum Deorum opinione.

✠THEODORETVS. Admirabiliter doctrinæ fecit initium,Eiecto enim inſipientiũ illorum choro,Deum eſſe aſſeruit arcana reuelandi magiſtrum : & adiecit, *in cælo* diis qui deorſum coluntur eiectis. F

✠TERTVLLIANVS. Solus Daniel Deo fidens quid ad Lib. de
demerendam Dei gratiam faciet,ſpatium tridui poſtulat,ſi cum Physico.
ſua fraternitate ieiunat, atque ita orationibus commendatis,& ordinem & ſignificationem ſomnij per omnia inſtituitur, tyranni ſophiſtis parcitur,Deus glorificatur, Daniel honoratur, non minorem Dei gratiam ei poſtea relaturus.

i *Quæ vent.* Aut ex quo Danieli ſomnium reuelatum eſt vſque ad conſummationem mundi : aut certè vniuerſa interpretatio Hieron.
☞ ſomnij

ſomnij ad finem tendit,in quo imago & ſtatua quæ videretur
A conterenda eſt.

Somniorũ ſpecies ſex. a *Somnium.tu.* Sex ſunt ſomniorum materiæ. Duo ſunt quæ etiam nemo ſanctus vitare poteſt, ex nimia ventris inanitate,& nimia ingurgitatione. Tertium, ex illuſionibus nocturnis inimici. Quartũ, præmiſſa cogitatione illuſione ſequuta. Quintum per reuelationem ſpiritusſanctis, quæ multis fit modis.Sextum ex cogitationibus præmiſſis,vel ex curis ad ca
† propter ſapientiam. † ſecretum put noſtrum Chriſtũ vel eccleſiam vel ad membra pertinentibus reuelatione ſubſequuta.

b *Cap.*Mentis,ſcilicet de quo cogitatio, Hierony.
vel caput Chriſtus, nos membra:iſte paſtor, nos grex. Vnde
B ſcriptũ eſt:Illuc perueniat infirmitas gregis quo præceſſit paſtoris firmitas. *Capit. tui.* Non dicit oculorum : ne quid putaremus eſſe corporeum ſed capitis.

Vnde in Para. *Oculi ſapientis in capite.* Id eſt, in principali cor
Ecclz.2.e. dis, vnde. *Beati mundo corde, &c.* Et *Quidcogitatis mala in cordibus veſtris.* Alij hac occaſione ſecũdũ Platonẽ in cerebro ſuſpi-
Mat.5.a. Sapiẽtia in cerebro ſecũdum Platonem cantur eſſe ſapientiam.

c *Tu rex.*Indicat cauſam ſomnij: quia ſcilicet Deus regi futura myſteria reuelauit:quia ſcire futura voluit.Et vt diuinæ inſpirationis miretur gratiã:non modo quod in ſomnio viderit, ſed quod ante cogitauerit,exponit:*Tu rex.* Conſiderandũ eſt q; ſomnia quibus futura ſignificantur , & quaſi per nubilum † veritas
† veritatis demonſtrãtur. demonſtratur non patent coniectoribus,& mundi ſapientibus, ſed ſolius Dei noticiæ reſeruantur.

✠THEOD. Cogitabas inquit,in lecto cubans an ſemper victurus eſſes, an verò humanæ naturæ lege moriturus,cupiebaſ-
C que ea quæ nondũ accidẽre,cognoſcere,& is qui arcana reuelat indicauit tibi quæ oporteat euenire. Vbique autem vnum Deũ prædicat,vt multitudinis deorum excludat errorem.

d *Et qui re.*Qui ſcilicet *facit ſolem ſuumoriri ſuper bonos & malos.*cuius tanta eſt clementia,vt etiam Nabuchodonoſor diſputationis ſuæ qua mundum regit myſterium reuelaret per Da-
Matt.5.g. Hieron. nielem.

Diuerſæ naturæ. HIERONYM. Interrogemus eos qui diuerſas aſſerunt eſſe naturas,cuius Nabuchodonoſor naturę intelligãt aut bonæ aut malæ:Si bonæ cur impius dicitur?Si malæ quod verum eſt ſecundum illos qui dicũt naturas bonas & malas,ſed omnes bonæ inquantum creaturæ Dei ſunt,cur malo atque terreno Deus ſua myſteria reuelauit.

e *Mihi quoque.* Q.d.Non putes futurorum noticiam humana ſolertia ſolertia poſſe comprehendi.*Mihi. q.* Sapientes Babylonis excu- D
ſat,& inuidiam euitat:ne putet eum † qui dicturus eſt ex pro- † quæ
pria habuiſſe ſapientia.

✠THEODORETVS.Mentis ſuæ modeſtiam præ ſe fert,dicens. Aſſequutus ſum vt hoc mihi reuelaretur, non quia ſim ſapientior omnibus hominibus , ſed vt cognoſcas,quæ diſcere concupiſti,neque vt proprio famulo huius cognitionis Deus vſus eſt miniſtro.

f *Tu rex videbas,&c.* † poſte.

✠THEODORET. Exorditur narrare,ac primùm ipſum affert ſomnium. Quadruplicem autem materiam ſignificauit per aurum,argẽtum, æs, ferrum:nam teſtã nó per ſe,ſed ferro com E
mixtam dixit, ac per hæc maxima regna declarat,quæ cum ſibi deinceps ſucceſſiſſent,maximam orbis terrarum partem obtinere. Alia regna viguiſſe, & in præſentiarum vigere perſpicuum eſt,non tamen omnibus aut pluribus,ſed vni aut duabus ſolum nationibus imperantia licet videre.Primum autem omnium aſſeruit fuiſſe Aſſyriorum quod idem eſt ac Babyloniorũ,de quo. *Caput aureum, &c.rex.*Et Hieremias. *Calix aureus Babylon in manu Domini ine-* Hierem. 15.
brians omnem terram,&c. Teſtatur etiam Moſes hęc ita ſe habere Gen. 10.
dicens Nembroth gigantem venatorem coram Domino, Babylonem habuiſſe principium regni. Externi quoque ſcriptores Babylonios Aſſyrios appellant, & vſque adhuc Aſſyriam ipſam Perſæ nominant.Igitur prima materia quæ aurum eſt, Aſſyriorum & Babyloniorum ſignificat regnum.

g *Grandis.*Totum ad magnum & ſublime,&c.

h *Statua,&c.*✠THEOD.Quærendũ qua de cauſa in imagine multiplicis materiæ vidit cõpoſitionem,cùm nihil temerè à Deo reuelatur.Imago,figuras, nõ res habet.Talis eſt,& præſens vita, F
quæ nihil habet perpetuũ,neq; ſtabile. Quare Paulus exclamabat.*Præterit figura huius mundi.*,Et alibi.*Nolite cõformari huic ſeculo.*Et Dauid humanæ tũquillitatis arguit vanitatẽ. *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.In imagine pertranſit homo,&c.* Quãdo itaq; præſens vita celerrimas habet mutationes, omnia fluxa ſunt & caduca,& imago rerũ vim nõ cõtinet,ſolas regũ ac ſubiectorum figuras oſtendit.Adhæc,ipſa quoque figura facilli mè diſſolui poteſt,ideo auctor omnium Deus ſuperbum illum Regem docere voluit,quàm facilem habeant res humanæ mutationem,& ſe ſolum imperio perpetuo potiri,&c. 1.Cor.7. Rom.12. Pſal.38.

i *Huius ſta.* Diuidit regna ſicut regnata ſunt à regibus.

k *Ex ære.* Macedonum quod famoſiſſimum virtute Alexandri & comparatur æri,quod reſonat plus quàm cætera metalla.

☞ *Abſciſus*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor. *Facit mentionem in oratione de Abraham & aliis patribus:quia ex merito eorum multa bona facta ſunt filiis Iſrael & reuelationes prophetis.*

2 Teque laudo. *Et cauſam ſubdit.* Quia ſapientiam. *Ad intelligendum.*

3 Et fortitudinem. *Ad pronunciandum.* Dediſti mihi &cæt. *Vnde ſequitur.*

4 Quia ſer.re. *Id eſt,illud quod requirit.*

5 Aperuiſti mi. *M.ſericorditer reuelando.*

6 Poſt hæc Daniel. *Hic conſequenter ponitur interpretatio facta ipſi regi.Et diuiditur in tres,quia Daniel primò exprimit regis indignationem.Secundò excitat eum ad mentis attentionem,ibi.* Et reſpondens Daniel. *Tertiò,aperit regi viſionem,ibi.* Somnium tuum. *Primum facit per hoc quod impedit magiſtrum militiæ ab exequutione ſententiæ regis,di.*

Diuiſio

7 Sapientes Babylonis ne perdas. *Per hoc quod paratus eſt regi ſatisfacere,dicens.* Introduc me in conſp.re.&c.

8 Tunc Arioch ſe.introd.Da.ad re. *Sciebat enim eum eſſe in deſiderio ſciendi:propter quod feſtinauit introducere Danielem ad eum: ſciens hoc regi eſſe placitum.*

9 Et dixit ei. *Scilicet Arioch regi.*

10 Inueni hominem de filiis tranſmigrationis Iudæ. *In qua ſcilicet terra ſolent eſſe prophetæ:propter hoc ſequitur.*

11 Qui ſolationem regi annun. *Id eſt, potens ſit annunciare: cùm ſit de illis apud quos ſolent eſſe prophetæ.Et nota cùm dicit.* Inueni hominem de filiis tranſmigrationis,&c. *Ipſe mentitur : quia non quæſierat Danielem : nec inuenerat , ſed ſe obtulerat. Sed hic eſt modus illorum quia aduſtiunt regibus , fingere ſe feciſſe illa quæ ſciunt eis placere. Quod autem ſequitur patet in litera.*

12 Reſpondens Daniel coram rege, &c. *Hic conſequenter excitat Danielregis attentionem,oſtendens rei quæſitæ difficultatem , dicens.*

13 Myſterium. *Id eſt,occultum quod rex interrogat.*

14 Sapientes magi & arioli , &c. *Exponuntur hæc nomina ſicut prius.*

15 Et auruſpices. *Id eſt,aurarum inſpectores,& per talia diuinant de futuris.*

16 Nequeunt indicare. *Id eſt, non poteſt diſſolui quacunque arte humana vel magica , ſed à Deo ſolo , & hoc eſt quod ſubditur.*

17 Sed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria. *Quia ipſe ſolus habet certam ſcientiam futurorum contingentium;cuiſmodi erant contenta in illa reuelatione.*

18 Qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor. *Diuina enim prouidentia eſt principaliter erga rectorem multitudinis,quia ab ipſo dependet directio multitudinis , ſicut bona diſpoſitio corporis dependet à capite.*

19 Quæ ventura ſunt in nouiſſimis temporibus. *Quia in illa reuelatione ſit mentio de regno Chriſti,quod eſt vltimum regnorum.Vnde & 1. Io.2.dicitur de tempore Chriſti.*

✠ *Filioli*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Somnium tu. *Hic conſequenter Daniel aperit regi viſionem. Et diuiditur in duas,quia primò eam repetit.ſecundò,expoſitionẽ ſubiungit hoc enim petierat rex à cõſiectoribus,vt patuit ſuprà,ſecunda ibi.* Interpretationem quoque eius. *Circa primum ſic procedit,quia primò repetit cauſam viſionis,quæ fuit cogitatio regis de futuris,& ex hoc apparet reuelatio mirabilior,quia non ſolum reuelata eſt Danieli viſio regis,ſed etiam cogitatio regis precedens,quæ ſoli Deo nota erat, & hoc eſt quod dicit.* Sollicitudo eſt cauſa ſomniorũ.

Diuiſio

2 Tu rex,&c. *Ex hoc etiam patet q; ſollicitudo precedens in vigilia bene eſt cauſa ſomniorum ſequentium in ſomno.Sed hoc eſt dupliciter. Vno modo naturaliter,quando phantaſmata quæ fuerunt in vigilia reuertuntur in ſomno,vel ſimilia eis,ſed non ſunt hic ſic:quia talia ſomnia non ſunt ſigna futurorum,ſed magis precedentium. Alio modo ſupernaturaliter quando exſollicitudine circa aliquid futurum diſponitur homo , vt de talibus fiat ſibi aliqua oſtenſio à Deo in ſequenti ſomno: quia talia conſonantia ſunt in ſomno,quam in vigilia , vt ſuprà dictum eſt,& hoc fuit hic.Cætera patent vſque ibi.*

3 Tu rex vi. *Vbi ſecundò repetit ipſum viſionem,dicens.*

4 Et ecce. *In longitudine ſcilicet & latitudine.*

5 Stabat cõtra te. *Sic enim erat diſpoſita in ſitu reſpectu regis,quaſi aſpiceret regem,& ipſe eam.*

6 Et intui.eius. *Quia illa ſtatua ſignificabat mutationem regnorum,vt videbitur,quæ mutatio per bella & occiſiones fit,& ad hoc de notandum terribile erat videre illam ſtatuam , vnde & ſupra dictum eſt,quòd rex territus oblitus eſt ſomnium.*

7 Huius ſtatuæ caput. *Iſta non oportet hic exponere,quia exponuntur in parte ſequenti.*

✠ Interpretationem.

MORALITER.

✝ † *Pedum au.quad.p.* Significatur quòd adhærentiũ Antichriſto aliqui adhærebunt ſibi firmiter, qui per partem ferream : aliqui timore mortis tantum qui per partem fictilem deſignantur.

A a *Abscisus est.* Christus lapis *quem probauerunt ædificantes.* Id est, Iudæi, *hic factus est in caput anguli.*

1 Pet.2.b. Psal.117.c. b *Et imple.* Vt per Constantinum qui licentiam dedit toto orbi vt Deo seruirent.

c *Tu rex regum, &c.* ✠ THEODORETVS. Non adulans hoc dixit, sed consueta vsus est appellatione: etenim in omnes qui tunc gentibus imperabant imperiū obtinebat. Tu cui Deus cœli regnum forte, validum, ac gloriosum docet in omni loco. Non enim humanis viribus omnibus superior euasisti, sed quia Deus supercœleste regnum obtinens istam tibi concessit potestatem. Bestias agri vocat ferino more viuentes barbaros, volatilia autē prudentia præditos & aliis præstantiores horum inquit, omnium te regem declarauit. *Tu itaque es caput aureum,* hoc est, tuum regnum. Neq; enim de persona, sed de ipso regno loquitur. († quisquis) (B)

d *Et post te consurget regnum aliud, &c.* ✠ THEODORET. Non filiorum ipsius regnum indicat, sed Persicum, quod minus vocat, non vt imbecillius, sed vt secundum. Cyrus namque Persis & Medis præfectus, materno genere à Medis, paterno à Persis oriundus, (C) Assyriorum regnum euersum transtulit ad Persas. Pectus ipsum & brachia vocauit Daniel, vt ostenderet cum duabus gentibus cognationem: per dextram enim paternum, per sinistram maternum significat genus.

Hieron. e *Et regnum tertium.* Alexandrum significat & regnum Macedonum & successorum, quod iure æneum, quia inter omnia metalla æs vocalius, & tinnit clarius: & sonus eius longè latéque diffunditur, quod non solum potentiam regni: sed etiam eloquentiam Græci sermonis ostendit. (D)

✠ THEODORET. Per ventrem statuæ Alexandri principatū significauit: per femora, eam quæ post ipsius obitum facta est regni diuisionē. Alexander autē Philippi dominatus est omni terræ duodecim regni sui annis omnibus hominibus in suam ditionem redactis.

f *Et regnum quartum &c.* ✠ THEODORETVS. De Romano regno loquitur, quod robustissimum fuit, omnésque nationes superauit, (E) & ab omnibus tributū ac vectigal exegit. Ipsi tibias assignauit vt potè quæ ad finē totius corporis sitæ totum etiam corpus ferre valeāt, pedúmque bases & ipsas ferreas, sed testæ commixtas, & hac re non aliud innuit regnum sed ipsum seipso imbecillius futurū, & testæ imbecillitati cōmistum. Materiæ autem differentiam apposuit, non vt honoris, sed vt viriū discrimen ostenderet, auro enim densius est argentum, argento æs solidius, & ferrum etiam ipso ære multis partibus robustius, differentia itaque non in honore, sed in viribus potentiáque consistit illud autem. (F)

g *Comminuet & conteret, &c.* Idcirco ascripsit, vt indicaret obedientiam, ordinem, ac legitimam reipublicæ administrationem.

dam autem fictilis. Videbas ita: donec abscisus est de monte †
a ¶ Benè in pedibus primum quia quando natus est dominus imperabant Romani, in quibus omne terrenum imperium confregit.
a lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius fer- †
¶ Et ita.
reis, & fictilibus & comminuit eos. Tunc contrita sunt pa-
riter, ferrum: testa, æs, argentum & aurum, & reda-
cta quasi † in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento, nul-
lúsque locus inuentus est eis. Lapis autem qui percusserat †
a ¶ De plenitudine enim eius nos omnes accepimus.
b statuam factus est mons magnus, & impleuit vniuersam ter-
a ¶ Rex sapiens tacitus omnia auscultat veritatem recognoscens.
ram. Hoc est somnium. Interpretationem quoque eius di- 1
a ¶ Cui omnia debes non idolis vanis & surdis. 2
cemus coram te rex. Tu rex regum, es Deus cœli regnum 3
a ¶ Contra inimicos. b ¶ In subditos. c ¶ Apud extraneos. d ¶ In terra ista. 4
e ¶ Vt breuiter omnia comprehendam. 5
& fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi: & omnia 6
a ¶ Vt boues, asini. 7
in quibus habitant filij hominum & bestiæ agri: & vo- 8
a ¶ Aeris. b ¶ Non meritis tuis, sed gratis. c ¶ Potestate. d ¶ Quia non contradicunt aliquis tibi. 9
lucres cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa 10
a ¶ Primum regnum scilicet Babyloniorum, auro preciosissimo comparatur. 11
constituit. Tu ergo es caput aureum: & post te consurget 12
d a ¶ Medorum atque Persarum: quod argento comparatur, priore minus sequente maius. 13
e regnum aliud minus te argenteum, & regnum tertium 14
a ¶ Romanorum quod comminuit scilicet & domat omnia, tandem domatur.
f aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ, & regnum 15
g quartum erit velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit 16
¶ Prædicta omnia. 17
& domat omnia, sic comminuet & conteret omnia hæc.

In diebus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Interpretationem. *Hic ponitur expositio prædictæ visionis & hoc est quod dicit Daniel.*

2 Tu. *Scilicet Nabuchodonosor.*

3 Rex regum es. *Quia multos reges deuicerat, & subtributarios habebat. Et quia maior rex erat de toto mundo tempore suo, sed vnde venerit sibi tanta magnitudo subditur.*

4 Et Deus cæ.regnum. *Scilicet Chaldæorum primò.*

5 Et fortitudinem. *Ad debellandum inimicos & reges alios.*

6 Et imperium. *Id est, monarchiam.*

7 Dedit tibi. *Quia de infimo statu per diuinam dispositionem eleuatus es ad omnia ista, vt visum est. 1. ca.*

8 Et omnia in quibus habitant filij ho. *Hoc dicit quantum ad ciuitates.*

9 Et bestiæ agri. *Quantum ad loca campestria.*

10 Volucres quoque cæ. *Quantum ad syluas, vbi habitant aues communiter.*

11 Dedit in ma.tua. *Hoc est sub potestate tua. Et accipitur hic pars pro toto per synecdochem quia non omnis terra habitabilis fuit ei subiecta, sed magna pars ipsius. Est etiam ibi alia figura quæ dicitur hyperbole. Id est, sermo multum expreßiuus ad expreßionem excessiuæ magnitudinis suæ, ex quo concludit.*

12 Tu ergo, &c. *Hoc est, regnū tuū significatur in statua illa quæ tibi apparuit per caput aureū, & hoc significatur conuenienter per aurum propter maximas diuitias illius regis quas congregauerat in Babylone de vniuersis regnis ab eo subiugatis.* 13 Et post te. *Hoc fuit regnū Mædorū & Persarū, quod successit regno Chaldæorū, vt habetur infra 5.cap. Significatū autē est illud regnū per argentū, quia in illo regno multū vacabant sapientiæ & eloquentiæ, quæ significatur per claritatē argenti & eius sonoritatē. Et quia regnū Mædorū & Persarum primò fuerunt duo regna & in vno regnabat Darius, & in alio Cyrus, ideò significata sunt per duo brachia, verumtamen quia fuerunt coniuncta simul tēpore Cyri: mortuo Dario eius auunculo, vt dicetur infrà 5.ca. & tēpore Darij cui in honore successit Cyrus, vt dicetur infrà 6.cap. ideo illa brachia erāt iuncta in pectore vno, ideo de illa statua dictū est, quod habebat brachia & pectus de argento.* 14 Et reg.ter. &c. *Hoc fuit regnū Alexandri magni & Græcorū, & quod successit regno Persarū & dicitur æreū, propter sonoritatē Græcæ eloquētiæ: quia æs inter alia metalla est magis sonorum.* 15 Quod impe.vni.t. *Hoc est quod Alexāder ferè ab omnibus regnis recepit tributa & munera. Multi enim reges audientes crebras & maximas victorias eius ex timore ne veniret super eos, miserunt sibi munera.* 16 Et reg. quart. &c. *Istud fuit regnum Romanorum, & cum subditur.* 17 Quom.fer.&c. *Ita regnū Romanorum subiugauit sibi omnia regna prædicta, & hoc ex tribus per quæ Romani deuicerunt totum orbem, scilicet sapientia, exercitio armorum, & bono regimine. Omnem enim hominem vndecumque*

veniret

MORALITER.

† *Videbas ita.* Per quem significatur Christus de excellentissima virgine sine humano opere natus.

† *Et percußit statuam.* Nam destruet Antichristum & magnam partem sui exercitus: sicut dicitur secundo Thesal. 2. *Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.*

† *Lapis autem qui percusserat statuam factus est mons magnus.* Nam Antichristo fulminato cum magna parte sui exercitus: omnes remanentes ipsi Christo firmiter adhærebunt.

MORA-

A a *In diebus.* His regnis præcurrentibus regnum Christi & prænunciatum est & venit.

Act.10.b. b *Comminuet.* Regnum mundi ideo conteret Christus: vt ibidem ædificet. vnde Petro dictum est: *Macta & manduca.* scilicet incorpora tibi id est, omnes fac tibi conformes Cùm Moyses (Exod.32.d.) descendisset de mōte: & inuenisset Iudæos qui fecerunt vitulum conflatilem precibus hoc consequutus est, ab eis vt destrueretur: & combussit eum intantum quòd puluis factus est: & postea dedit omnibus: aquam vt biberent: quod significat baptismum & pœnitentiam. Aqua enim in baptismo abluimur: igne conscientiæ vel materiali purgamur, vel spiritusancto, qui verus ignis dicitur. († &) (B)

✠ THEODORETVS. Hæc apertè ostendunt præsentium rerum finem, regnum autem cœlorum fine carens. Cùm enim ferreum regnum imbeciliter affectum fuerit, tunc apparebit lapis sine manibus excisus, & in nihilum omnia rediget, regnumque sempiternum iis qui eo digni fuerint præbebit.

Contra Porphyrium. Matth.21. Act.4. c *Lapis sine manibus &c.* Hæc impius Porphyrius & Iudæi ad populum referunt Iudæorum, quem in fine seculorum volunt esse fortissimum, & omnia regna comminuere, & regnare in æternum.

(C) ✠ THEODORETVS. Quæramus quisnam sit hic lapis, prius paruus visus, mox maximus euadens, & orbem terrarum contegens Audiamus ipsum Deum per Esaiam dicentem (Isa.28.) *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum &c.* Audiamus & beatum Dauid clamantem: (Psal.117.) *lapidem quem reprobauerunt ædificantes &c.* Hoc testimonium Christus Iudæis de seipso protulit: & Petrus ad Iudæos concionem habens, adducta in medium prophetia. *Hic est,* inquit. *Lapis qui reprobatus est à vobis &c.* Beatus quoque Paulus Eph.2.1.Cor.3. & 1.Cor.5. Petram vocat Christum. Hic excisus est à monte sine manibus, id est, natus de virgine absq; nuptiali commercio. (D)

✠ IRENÆVS. Lapis præcisus sine manibus hoc significabat, quod non operātibus humanis manibus, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria cooperante dispositione veniret Christus. (l.3.cap.28.)

✠ IDEM. Aliquando filius Dei visus est cum his qui erant in camino, † & liberans eos de igne: aliquando autem lapis à monte abscisus sine manibus, & percutiens temporalia regna, & ventilans ea, & ipse replens vniuersam terram. (l.4 cap 37.) (E)

✠ AVGVSTINVS. fuit quidam lapis angularis contemptibilis, præcisus de quodam monte sine manibus, hoc est de regno Iudæorum, veniens sine manibus, quia humanum opus non accessit ad Mariam, de qua natus est Christus. (In psal. 47.)

✠ IDEM. Quare lapis ille præcisus est sine manibus, quia sine opere virili Virgo peperit Christum, is ante oculos Iudæorum humilis erat, quia nondum impleuerat orbem terrarum quod ostendit in regno suo quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ. (Tract.4.in Io.)

✠ IDEM. Daniel vidit lapidem creuisse & implesse totam faciem terræ: lapis præciditur de monte Iudæorum, vnde Dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est. Et præcisus est sine manibus, quia sine opere humano, sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille, vnde, præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terræ non enim tenuerat regnum Iudæorum omnes gentes: & regnum Christi omnes gentes & vniuersum orbem terrarum cernimus occupare. (F) (Tract.9.in Io.)

a ¶ Quod hodie impletum est: Sicut enim in principio Romano imperio nil [illegible] durius: ita in fine nihil debilius.
Porrò, quia vidisti pedum & digitorum partem testeam fi- 1
guli, & partem ferream, regnum diuisum erit: quod tamen 2
a ¶ Quia à principio forte & durum. b ¶ Iuxtà quod. c ¶ Debilius. 3
de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum
mixtum testæ † ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, &
ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte
contritum. Quòd autem vidisti ferrum mixtum testæ † ex
a ¶ Id est, homines erunt ex priori semine descendentes vt testa & lutum.
luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non ad- 4
a ¶ Quia discordes: nec tantæ virtuti quantæ priores, & ab illis degeneres. 5
a hærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. In die-
¶ Pater. ¶ Filij sui & ecclesiæ.
bus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, 6
a ¶ Et regni eius non erit finis. b ¶ Vnde: Et gloriam meam, non dabo alteri.
quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri po 7
a ¶ Comparatione sui regni
b pulo non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuer- 8
a ¶ Vt. ¶ Cætera transitoria. ¶ Q. Hoc in visione tibi significatum est.
sa regna hæc, et ipsum stabit in æternum. Secundum quod 9
a ¶ De superba Gente Iudæorum. Lapidem quem reproba.ædifi.&c. b ¶ Materiali carne. c ¶ Christus de quo: contritis omnibus regnis factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, de quo Isaias: Venite ascenda.ad mon.domini & ad do.Dei Ia. d Absque viri semine genitus de virgine, qui
c vidisti quòd de monte abscisus est lapis sine manibus, & 10
a ¶ Primum Romanum imperium sub quo natus est Christus.
comminuit testam & ferrum, & æs, & argentum, & 11

Deus

NICOLAVS DE LYRA.

Veniret ad eos, honorauerunt secundùm valorem suum: siue in militia, siue in scientia, siue in arte mechanica, seu quacunque excellentia alia. Et propter hoc excellentes viri de omnibus partibus mundi propter magnam pacem iungebant se eorum politiæ. Quia tamen postea regnum fuit diuisum in imperium Constantinopolitanum & Romanum ideo hoc fuit signatum in statua per duas tibias ferreas. Vel alia ratione, scilicet quia ille qui erat principalis imperator accipiebat vnum socium ad administrandum imperium: sicut patet de Augusto & Antonio, & de Diocletiano & Maximiano, & pluribus alijs.

1 Porro quia vidisti pe. *Id est, de terra factam.* 2 Et partem. *Per hoc signatur fortitudo illius regni in principio, & postea debilitas ipsius per diuisiones intraneas: propter ambitiones ex quibus regnum Romanorum quasi ad nihilum deductum est: vt patet ad sensum.*

3 Quòd tamen de plantario ferri orietur. *Sic enim erant pedes illius statuæ dispositi, quòd planta pedis erat tota de ferro, digiti autem exeuntes de planta erant partim testei, & partim ferrei & per hoc significatur quòd diuisiones illæ, quæ ortæ sunt in Romanis, processerunt ex robore diuitiarū & potentiæ secularis. Quòd autem sequitur.*

4 Commiscebuntur quid. *Significat, quòd ad tollendum istas diuisiones regnum Romanorum debilitantes: facta sunt multa connubia.*

5 Sed non adhærebant sibi. *Quia per talia non potuerunt amoueri diuisiones animorum. Aliter exponunt quidam doctores Hebræorum ab illo loco:* Porro quia vi. *de societate Iudæorū & Romanorum: quæ incepit tempore Iudæ Machabæi: vt habetur. 1. Macha. 8. & renouata est, tempore Ionathæ & Simonis fratrum suorum. 1. Macha. 12. Et Iudæorum debilitas significata est per testam, fortitudo autem Romanorum per ferrum. Quod autem sequitur:* Commiscebūtur quidem humano semine. *Exponunt de Herode Ascalonita: cui regnum Iudæorum datum est à Romanis. Et cum non esset Iudæus natione: voluit sibi puellam de genere Machabæorum copulare: vt filius eius teneret regnum, sed illa præ dolore se interfecit: Herodes autem propter suam luxuriam & puellæ pulchritudinem ea mortua abusus est, vt dicūt: & hoc est quòd dicitur hic.* Cōmiscebūtur humano semini: *non dicitur fœmineo. Sed non adhærebunt sibi, quia Herodes nunquam dilexit Iudæos, nec ipsi eum.* In die.a.reg. *Scilicet, quando Romanum imperium in sua fortitudine erit: Quod dicitur regna in plurali: quia multa regna continebat sub se.* (Herodes Ascalonita.)

6 Suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur. *Istud est regnum Christi quod est æternum: secundum quod dicitur Lucæ. 1. c.* Regni eius non erit finis. *Quod regnum inchoatum est regno Romanorum existente in maxima fortitudine sua: quia subiectis omnibus nationibus descriptus est orbis de mandato Augusti imperatoris: quo tempore natus est Christus: vt patet Lucæ. 2. Sequitur.*

7 Et regnum. *Quia regnum Christi potißimè est in cœlo: vbi ciues sunt immortales.*

8 Commin. au. &c. *Q. In iudicio finali omnis potestas terrena auferetur: & omnis creatura perfectè Christo subiugabitur: & iam multa regna supposuerunt iugo fidei Christi colla. Sequitur.*

9 Secundum quod, &c. *In hoc ostenditur modus nascendi ipsius Christi: qui natus est de virgine: quæ significatur per montem propter excellentiam vitæ. De hoc monte abscisus est lapis, id est, Christus formatus qui per lapidem significatur: vt patet in Psal. 108. c.* Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus, &c.

10 Sine ma. *Id est, sine humano opere, sed spiritus sancti virtute.*

11 Et comminuit. *Quia omnia regna mundi pro maiori parte subiecta sunt Christo per fidem: & perfectißimè subiicientur tempore iudicij: vt dictum est.*

☞ a *Deus magnus, &c.* ✣ Theod. Operepretium est admirari Dei erga oẽs homines curã neq; enim impiè viuẽtes ꝓpria destituit prouidẽtia, sed ipsos etiã omni diligentia, dignatur, sicut barbarum istum aggrestem & impium non neglexit: sed ei præsentis vitæ fœlicitatem fluxam ostendit, & regnum ipsius mutationi obnoxium, ac nihil quod ad humanam tranquillitatem pertineat stabile. Atque hæc idonea erant ad illius arrogans supercilium sedandum, eique persuadendum vt humana cogitaret & vitæ regniq; finem expectaret.

Hieron. b *Tunc rex.* Hoc superbus calumniatur Porphyrius: quòd rex superbissimus captiuũ adorauerit, tãquã & Licaones populi ob magnitudinem signorum Paulo & Barnabę voluerunt hostias immolare: ergo error Gentilium qui omne quod super se est, Deos putant scripturæ nõ debet imputari: quæ simpliciter refert vniuersa quæ gesta sunt.

† secretum

Actu. 14. b.

c *Cecidit in faciem.* Qui cadit in faciem, videt quo vadat: qui autem retro cadit, nescit quo vadat. Vnde creditur quòd Eli sacerdos domini perditus sit qui retro cecidit. (1. Reg. 4. c.)

✣ Theodoretus. Considera quanti sit, arrogantem illum & miserum, qui etiam Deum esse se existimauit, qui omnes homines in ditionem suã redegerat, eo adductũ esse, vt captiuum adoret Iudæum, sibique persuadeat, per ipsum ipsius Deum adorare. Hac de causa ei obediri mandauit iis qui enim adorauerat, etiam incensum attulisset, si Sacerdotis officio fungi consueuisset. Et ne frustra videretur hominem adorare, dicit. *Verè Deus vester Deus Deorum est, &c.* Tantum & ex somnio, & ex somnij obliuione ei attulit vtilitatis Deus. Primum enim suam agnouit humilitatem, deinde Deorum quos colebat didicit imbecillitatem, ad hæc doctus est quanta sit Dei veri virtus.

d *Verè Deus, &c.* Possumus dicere quod ipse rex aperit quare Danielem adoret & hostias immolari pręcipiat & quẽ & cui, dicẽs: *Verè Deus* Non tã scilicet, Danielem quam in Daniele Deũ adorat, qui mysteria reuelat: Quod etiã Alexandrum magnum in pontifice Ioiade fecisse legimus. Vel fortè rei magnitudine confusus stupore ignorat quid faciat: & qui verum Deum non intelligit, seruum eius adorat. (Hieron.) († Danieli incuruauit se. Alexander adorat summum sacerdotem.)

e *Tunc rex Danielem.* Hoc quoq; porphyrius reprehendit quòd. s. Daniel munera non recusauit: & honorem Babyloniũ suscepit: nec cõsiderat regem ideo somnium vidisse: & interpretitionem Danieli reuelatam esse vt Daniel hac occasione cresceret, & in captiuorum consolationem, princeps omnium fieret Chaldæorum: & Dei potentia fieret manifesta: Sic exaltatus est Ioseph apud Pharaonem: Mardocheus apud Assuerum: vt, scilicet, captiui aliquod haberent solatium: videntes hominem suæ gentis principem Ægyptiorum vel Chaldæorum. (Iosephus lib. 11. antiq. c. 8.) († id est, manebat in curia apud regem.) (Genes. 41. e. Hester. 8. a.)

✣ Theodoretus. Hoc item Diuinę curæ proprium est. Maximam subiectis populis pietas principis affert vtilitatẽ, quod etiam erga Ioseph Dñs fecit, vt diuinus Dauid refert Psal. 104.

f *Daniel autem, &c.* Non obliuiscitur in mercede quos socios habuerat in prece & in periculi anxietate.

a ¶ Item reuelationem somnij, non meriti sui esse dicit: sed vt manifestum fieret regi solum Deum esse colendum.

a aurum: Deũs magnus ostendit regi quæ ventura sunt posteà:
b & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius: Tunc rex 1
a ¶ Posuit fieri vt nouitate rerum percussus nesciens caderet.
c Nabuchodonosor cẽcidit in faciem suam: & † Danielem ado 2
¶ Præparari vel por ari.
rauit, & hostias & incensum præcepit vt sacrificarent ei: Lo- 3
¶ Non nostri. ¶ Omnium 4
d quens ergo rex ait Danieli: Verè Deus vester Deus Deorum 5
¶ Quasi cœli & terræ. a ¶ Quia. b ¶ Hoc in re probatur.
est, & dominus regum reuẽlans mysteria, quoniam tu po- 6
¶ Hæc est causa somnij.
e tuisti aperire † sacramentum hoc. Tunc rex Danielem in su- 7
blime extulit & munera multa & magna dedit ei. Et consti- 8
tuit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & 9 10
f præfectum & magistum super cunctos sapientes Babylonis. 11
¶ Rex. 12
Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera 13
prouinciæ Babylonis Sidrach, Misach, & Abdenago. Ipse 14
a ¶ A latere regis non recedens honoratus familiaris.
autem Daniel † erãt in foribus regis.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tunc rex. *Hic ponitur pro dictis magnificatio Dei: Et diuiditur in tres partes, quia primò superbia regis reprimitur, secundò, Dei potentia panditur, ibi:* Loquens ergo rex. *Tertiò Danielis sapientia erigitur, ibi:* Tunc rex Danie. *Primum patet per hoc quod dicitur:* Tunc rex Nabuchodonosor. *Se humiliando.* 2 Et Danielem. *Ei reuerentiam exhibendo.* 3 Et hostias. *Ex hoc loco Porphyrius arguit hunc librum esse confictum: quia non est verisimile (vt dicit) quòd rex tam magnus & superbus adoraret Danielem captiuitate detentum, & multò minus est credibile, quòd cultum diuinum vellet sibi impendere: vt dicitur hic, & dato quòd vellet facere non est credibile quòd Daniel permisisset hoc, vnde Actu. 14. dicitur quòd Paulus & Barnabas non permiserunt se adorari à Licaonicis iustis, sed sciderunt vestes suas in signum doloris. Dicendum est ad ista, quòd adoratio ibi accipitur pro reuerentia: sicut de Nathan propheta dicitur. 3. Reg. 5.* Quòd adorauit regem Dauid pronus in terra. *Nec est mirandum regem prius superbum, hoc facere ex admiratione diuinæ sapientiæ quam in eo percepit. Quod autem arguit de hostiis & incenso Danieli offerendis: dicendum quòd bene dicitur hic quòd rex hoc præcepit: sed non dicitur quòd fuerit factum: & ideo credendum est quòd Daniel impediuit fieri: vel quòd induxit regem ad hoc quòd ista offerrentur ad honorem Dei qui mysterium reuelauerat ei, & hoc patet ex parte sequenti in qua ait qua panditur potentia Dei, cum dicitur.* 4 Loquens ergo. *Quem colitis, & non dij nostri.* 5 Deus Deorum. *Et causa subditur.* 6 Quoniam tu po. *Id est, sacrum secretum per ipsius reuelationem & sic patet quòd Nabuchodonosor honorem prædictum impendebat Deo principaliter.* 7 Tunc rex Danielem. *Hæc est tertia pars in qua Danielis sapientia erigitur ad Dei gloriam: & populi Israel qui captiuus erat in regno Babylonis reuelationem, & hoc est quod dicitur hic:* Tunc rex Danielem. *Id est, in magna dignitate posuit, vt statim patebit.* 8 Et munera multa. *Quæ accepit Daniel non ex cupiditate, sed vt de illis filiis Israel pauperibus posset benefacere. Patet etiam ex hoc quòd licet non sit licitum aliquid accipere ex pacto pro spiritualibus, tamen licitũ est ab eis quibus spiritualia ministrata sunt dona temporalia accipere: sicut Daniel hic accepit à rege: cui secreta diuina reuelauerat per spiritum prophetiæ.*

Diuisio. Diuisio.

9 Et constituit eum principem super omnes. *Principem, ad iustitiam exercendam.*
10 Et præfectum. *Ad causas magnas determinandum.*
11 Et magistrum *Ad facta ardua ordinandum.*
12 Super cunctos sa. Baby. *Vt talia sine eius consilio non agerent & ei rationem redderent.*
13 Daniel autem postulauit à rege. *In hoc ergo ostendit fidelitatem suam: quia promotus ad honorem non dedit obliuioni socios suos sed de eorum promotione fideliter cogitauit: & hoc fecit non solùm propter eos: sed propter consolationem filiorum Israel qui erant per prouincias dispersi. Et quia sciebat socios suos aptos ad tale officium: quia erant sapientes & fideles.*
14 Ipse autem Daniel, &c. *Vt enim teneret regem in amicitia: ideo non recedebat de latere eius ne aliqui inuidi in eius absentia seminarent odium. Et hoc etiã loco arguit Porphyrius contra istum librum dicens: quòd Daniel sanctus non accepisset talem honorem à rege infideli. Ad quod dicẽdũ quod Porphyrius ignorãter loquitur: quia Ioseph sanctus similia a Pharaone accepit. vt habetur. Gen. 41. e. & Mardocheus ab Assuero: vt habetur Esther. 8. a. Considerandum etiam. quòd talem honorem accepit Daniel, & isti hic dicti à regibus infidelibus non ex ambitione honoris sed ad consolationem populi sui & ad honorem Dei, videntes quòd per hoc regna melius regerentur secundum Deum & iustitiam. Circa istud capitulum moraliter exponendo potest dici quòd per statuam intelligitur vita simulata in qua caput est aureum, id est, operatio de genere bona. Pectus de argento, quia loquutio sancta. Venter & femora ex ære, id est, simulatio ficta: quia prædicta fiunt ad apparentiam: æs enim componitur ex aurichalco quod est auro simile: & stanno: quod est simile argento. Tibiæ ferreæ sunt obduratio fixa: quia quod talis concipit corde: vult omnino tenere. Pedes ferrei & fictiles sunt petulantia delectationis: & pertinacia excusationis, Hanc autem simulationem nequeunt indicare Arioli, id est, sacerdotes simoniaci. Magi, id est, philosophi vani. Malefici, id est, iurisperiti, quia scientia sua isti communiter vtuntur ad malè faciendum. Sed Daniel, id est, confidentia veritatis. Sidrach, id est, continentia puritatis. Misach, id est consistentia probitatis. Abdenago, id est, conscientia paruitatis seu humilitatis merentur fictionem cognoscere ac etiam euitare.*

9 Et ✣ Cap.

☞ Cap. III.

Hieron. A a *Nabuchodonosor rex fecit.* Veritatis præceps obliuio, qui seruum Dei quasi Deum adorauit: vt adoraretur statuam sibi fieri iussit auream, & infiniti ponderis vt stuporem ingerat cernentibus & adoraretur facilius. Datur etiam Barbaris salutis occasio: vt qui in somnij reuelatione per Danielem vnius Dei potentiam cognouerant: in trium puerorum fortitudine discant mortem debere contemnere & idola non colere.

B Quisque auariciam suam colit: *Quod idolorum seruitus est*: Quia iste argentum & aurum colebat, & auaricia erat, & idolorum seruitus. (Colo. 3. a.)

✣ Theodoretus. Cùm rerum omnium auctor Deus erga superbum hunc regem immensa clementia vsus esset, & post infinita scelera remedium ei adhibuisset, indicassetque & præsentis seculi vanitatem, & virtutis præstantiam, breui interiecto tempore ad ingenium suum rediit, quemadmodum canis ad proprium vomitum, & constructã ex auro statuam in plano campo statuit, vt æqualiter omnes superaret, & ab omnibus æquè cerneretur, & à cunctis in ea adoraretur. Nõ simplex autem hic superbię modus fuit Nam quia Deus in somnis maximam illi ostenderat, per quam quatuor regnorum successiones declarauit, proprium falsum quasi castra Deo opponens, ipsique apertè repugnans, ipse quoque statuam construit, tantæ magnitudinis quantam potuit ars humana præbere. Nec ex diuersis metallis, sed ex vna auri materia conficiendam curat: ratus infœlix iste falsas ostensurum se Dei prædictiones. Et quia beatus Daniel ipsum esse aureum caput dixit, omnem ex auro statuam molitur. (D Prou. 26. 2. Pet. 2.) (E)

b *Itaque Nabuchodonosor rex misit.* Excelsa periculosius stant & citius corruunt. Principes congregantur ad adorandum statuam (Hieron)

☞ statuam

CAPVT III.

¶ Q.d. Non fuit memor beneficij à Deo habiti. a ¶ Beneficij memoria fugax, maleficij quam lapa tenax.

a Nabuchodonosor rex fecit statuam auream 1
altitudine cubitorum. 60. latitudine cubito 2
a ¶ Theodotio Dorcas: Symmachus Duran. Lxx. Peribolon. Latinè vsuarium vel conclusum.
rum sex, & statuit eam in campo Dũran pro-
b uinciæ Babylonis: Itaque Nabuchodonosor rex misit ad 3 4
a ¶ Principes lingua Philistinorum vel allophylorum. 5
congregandos satrãpas magistratus & iudices; duces, & ty- 6
a ¶ Quibus regi consentientibus facile consentit populus. 7
rannos, optimates & præfectos, omnẽsque principes regio- 8
¶ Adorationem. 9
num vt conuenirent ad dedicationem statuæ quam erexe- 10
¶ Sicut præceptum est. 11
rat Nabuchodonosor rex. Tunc congregati sunt satrapæ ma
gistratus & iudices & tyrãni, & optimates qui erãt in potesta
tibus cõstituti, & vniuersi principes regionũ, vt conuenirent
¶ Ad orationem.
ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor
a ¶ Congregati admirantes.
rex, Stãbant autẽ in conspectu statuæ quam posuerat Nabu-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. III.

✣ 1 Nabuchodonosor rex fecit statuam. *Hic ponitur secunda visio consequenter se habens ad primam: quia sicut per primam Babilonij sunt inducti ac cognoscendum Dei potentiam omnia regna conterentẽ: ita per istã inducuntur agnoscere quòd metu mortis non est alius nisi Deus adorandus per latriam. Considerandum etiam quòd licet hæc visio sit historica, tamen cum hoc etiam est prophetica propter eius finem, scilicet, propter apparitionem angeli filio Dei assimilati pueros de fornace liberantis, in quo hæc visio tangit personam Christi tanquam regis eminentis ciues suos de manu cuiuscumque temporaliter potentis liberantis. Circa hoc considerandum, quòd materia huius visionis est de statua aurea facta: & de puerorum constantia, de fornace ardente, & de angelo pueros liberante. Causa finalis est vt Christi incarnatio panderetur: cultus Dei ampliaretur & populus Dei consolaretur, vt patet in fine. Causa efficiens est spiritus sanctus, habitus ex puerorum humilitate patientia & tribulatione. Causa formalis est modus scribendi hanc visionem quæ describitur ad modum cuiusdã sententiæ iudicialis iniquæ. & ideo habet tres partes, primo quia ponitur puerorum condemnatio indigna. secundò eorum liberatio benigna, ibi:* Et ambulabant. *Tertiò eorum exaltatio condigna ibi:* Tunc Nabuchodonosor obstupuit. *Circa primum tanguntur tria, primum est causa litigij inter regem & pueros. Secundum, est forma iudicij, ibi:* Statimque in ipso tempore. *Tertium pœna supplicij, ibi:* Tunc Nabuchodonosor repletus. *Circa primum: scilicet, causam litigij quæ fuit ex hoc, quòd tres pueri non adorabant statuam regis, duo tanguntur. Primum est, statuæ constitutio: secundum, eius dedicatio, ibi:* Itaque Nabuchodonosor. *Circa primum considerandum quòd Nabuchodonosor per superbiam propter monarchiæ adeptionem voluit sibi vsurpare honorem diuinum: & ideo fecit statuam magnam auream in qua adoraretur. Simile legitur de Caio imperatore Romano, qui (vt dicit Iosephus lib. antiquitatum. 18.) misit statuam suam per totum imperium suum vt in ea adoraretur. Ad faciendum autem talia credibile est: quòd homines inducebantur per aliqua responsa dæmonum & promissa, qui nituntur homines inducere ad idololatriam. Dicit igitur:* Nabuchodonosor rex fecit statuam auream. *Exterius tantum erat aurea quia non est credibile, quòd sibi esset tanta moles auri vel fortè erat interius concaua.*

Secunda visio. C Dui isio. Iosephus li. 18. c. 19.

2 Altitudine cubitorum sexaginta. *In hac altitudine computatur altitudo basis supra quam erat posita, aliter non responderet sibi latitudo quæ dicitur esse sex cubitorum tantum. Cætera patent. Si autem quæratur: quare Daniel qui erat familiaris regi (vt visum est) non prohibuit eum à tali insania: dicendum quòd fortè erat absens in extremis finibus regni propter magna negocia, supra quæ erat positus: vt visum est: vel infirmitate fuit impeditus: vel aliqua alia causa consimili, quod videtur ex hoc quòd non accusatur cum sociis suis: & tamen certum est quòd non adorasset si ibi fuisset. Vel dicendum quòd vidit regem obstinatum in malicia sua, & ideo tacuit videns se nihil proficere in reprehensione sua, sed magis regem ad peiora excitare: & hoc videtur glossa interlinearis dicere infrà eo. ca. super illum locum:* Præcepit vt adducerentur Sidrach, Misach. &c. *Vbi dicitur sic: De Daniele non fit mentio: quia regi assistebat qui propriam statuam non adorabat.* (F)

3 Itaque. *Hic consequenter describitur statuæ dedicatio: Voluit enim Nabuchodonosor, quòd prima adoratio suæ statuæ quæ vocatur hic dedicatio fieret cum magna solemnitate: propter magnitudinem superbiæ suæ: & hoc est quod dicitur hic:* Itaque Nabuchodonosor rex misit. *Nuncios solennes: scilicet.* (Stastuæ dedicatio)

4 Ad congregandos satrapas. *Id est, nobiles barones. Et dicuntur satrapæ quasi satis rapientes: quia solent bona inferiorum rapere.*
5 Magistratus. *Id est, consiliarios.*
6 Et iudices. *Qui sunt constituti ad audiendum causas.*
7 Duces. *Scilicet exercitus.*
8 Et tyrannos. *Id est, exactores tributorum regalium.*
9 Optimates. *Id est, optimos existentes: isti sunt honorabiliores post regem.*
10 Perfectos. *Id est, præpositos.*
11 Principes. *Sicut sunt balliui, qui habent plures præpositos sub se. Isti igitur prædicti primò sunt vocati ad adorandum statuam vt regi consentientes, cæteri timore mortis & exemplo maiorum facilius inducantur ad regis voluntatem, Cætera patent vsque ibi.*

✣ Vobis

MORALITER.

✝ 1 *Nabuchodonosor autem rex fecit statuam auream.* Per statuam auream significatur malus & inutilis prælatus qui statua dicitur. Zach. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.* Hæc autem statua quam fecit rex fuit tantum aurea exterius: nam principes terreni sanctitatis aparentia vel aliter decepti procurant aliquando ad prælationis statum inutiles promoueri: propter quod de ista statua dicit, est alta, scilicet, per superbiam, & lata per ambitionem, & sita in campo Duran, qui interpretatur loquela, ideo significat verbositatem sine veritatis substantia In huius statuæ dedicatione dicuntur esse instrumenta omnis generis musicorum, per quæ significantur, quòd in electione & confirmatione talis electi fiunt falsæ commendationes, quæ ad eius confirmationem vel electionem possunt operari,

statuam, vt postea subditi non renuãt: Diuites autem & potentes ne diuitias aut potentiam perdant, obedire non tardant, quorum exemplum subditi sequi non dubitant.

✠ THEODORETVS. Horum etiam vnumquodque summam superbiam declarat. Non enim quoslibet promiscuè ex subiectis ad hanc solennitatem accersiuit, sed toparchas, & præfectos, & si quod aliud magistratus genus apud illos habebatur. Et statim quidem videbatur simplex quædam conuocatio, mox verò per conuocationem illam tyrannicum imperium deprehensum est. Vbi enim conuenerunt omnes.

a *Præco clamabat valenter.&c.* Ita vsurpauit infœlix, diuinum honorem. Neque satis ipsi fuit à subiectis sibi populis adorari, quin etiam eodem adorationis cultu statuam coli sanciuit, & omnes materia, arte, & magnitudine statuæ perterrefacit: delinit autem musicorum instrumentorum sono, & alios fornacis minis deterret. Et minimè à proposito fine excidit videbat

a ¶ Magna voce. b ¶ Non quod in campo Duran omnes populi omnium nationum potuerunt congregari, sed in principibus sanctarum Gentium ere iuntur omnes a loraſſe.

a chodonosor rex, & præco clamabat valenter: Vobis dicitur 1
populis tribubus, & linguis: in hora qua audieritis sonitum 2
tubæ & fistulæ & cytharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorare statuã 3 4 5
¶ Præcepto pœnam si quis non fecerit addit. 6
auream quam constituit Nabuchodonosor rex: Si quis autem non prostratus adorauerit, eadem hora mittetur in for- 7 8 9
nacem ignis ardentis. Pôst hæc igitur statim vt audierunt om- 10
a ¶ Quia præcepit & minas addidit. 11
mnes pôpuli sonitum tubæ & fistulæ & citharæ, sambucæ & 12
a ¶ In principibus.
b psalterij symphoniæ, & omnis generis musicorum, cãdentes
a ¶ Tam mente quam corpore, qui autem in Apocalyp. Deum adorant, in faciem cadunt.
omnes populi, tribus & linguæ adorauerunt statuã auream,
quam constituerat Nabuchodonosor rex. Statímq; & in ipso 13
tempore accedentes viri Chaldæi accusauerũt Iudæos: dixe- 14 15
rúntq; Nabuchodonosor regi: Rex in æternum viue. Tu rex 16
c a ¶ Quod non licet violare. 17
¶ Neminem excepisti. ¶ Hæc omnia fiebant vt statuam honorarent & populus citius seduceretur.
posuisti dêcretum, vt omnis homo qui audierit sonitũ tubæ, 18
fistulæ & citharæ, sambucæ & psalterij & symphoniæ, & vni
¶ Q. Etiam pœna prædicta non mouentur illi.
uersi generis musicorum, prosternat se, & adoret statuam au-
ream. Si quis autẽ non procidens adorauerit, mittatur in for- 19
a ¶ Quos nobis præposuisti.
nacem ignis ardentis. Sunt ergo viri Iudæi quos cônstituisti 20
super opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Misach, & Abde-

Videbat enim omnes imperata facientes qui & metu & voluptate seruire consueuerant. Hieron.

b *Cadentes.* Nemo Deum cadens adorat, dæmones autem & idola adorant cadentes: sicut hic & Matt. 4. b. in euangelio: *Hæc omnia tibi dabo si ca. adora.me.* Sciendum quoque hæreticos qui fulgore eloquentiæ secularis falsa dogmata componunt, auream statuam facere: & quantum in eis est persuasione alios compellunt idolum falsitatis adorare. Hæretici ad idola perduadent

Iudæos. Quos sibi præpositos inuidebant, & offendebantur religione eorum & auersione idolorum. Nacti ergo occasionem criminantur eos apud regem.

Non statim dicunt vt eos interficiat: sed eos primum odium contra regem protrahunt.

d *Sunt er.* Inuidiosè. Q. quos captiuos & seruos principes fecisti i. nobis præposuisti in supbiã e lati præcepta tua cõtempserunt.

✠ THEODORETVS. Impij Chaldæi omnes impietatis participes habere studebant. Verbis autem suis & propriam inuidiam declarant,

declarant, & regis accendunt iram. Dicunt enim. Vide quosnam A nobis præueleris, quibus Babyloniorum commiseris imperium qui honoris sibi habiti præstantiam animo æstimare noluerũt, neque ei se gratos præbere, à quo sunt honore affecti: imò honoris excellentiam occasionem ignominiæ fecerunt, tuis apertè legibus contradicentes tuáq; decreta exequi recusantes &c.

a *Deos tuos non co.* Hieronym. Patet quòd alij sunt dij Nabuchodonosor, aliud statua quã in cultum sui iussit erigi: Alij dicunt scripturæ sacræ esse cõsuetudinem, vt vnũ idolum pluraliter appellat, vnde: *Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.* Exod. 32. a. Et in li. Reg. Ieroboã 3. Reg. 12. g. ponens aureum vitulum in Bethel idola fecisse memoratur, è contrà, multa dæmonia singulariter sicut in euangelio, legio dicuntur. Mar. 5. a.

b *Quod si non ador.*

✠ THEODORETVS. Adductos homines in medium interrogat, an re vera participes cultus Deorum esse nolint & statuam recusent adorare. Deinde præcipit & consulit vt id faciant, ignis eos minis detertens. Tum nefarium, ferinum atque illud impium audet maledictum proferre.

c *Et quis est Deus qui eripiet vos &c* Tam citò quem confessus fuerat, & Deum Deorum vocauerat, ei detraxit, ipsúmque homine imbecilliorem esse opinatus est: quem Dominum regum appellarat, eum vincere se infœlix iuueniliter gloriatus est. A maioribus autem suis tales illi audaces conatus. Etenim Sennache rib ille qui maximas contra Hierusalem copias adduxit, per nuncios talia locutus est Ezechiæ. Verũ, statim maledicti suppli- Isai. 37. 4. Reg. 18. cia tulit, & multa millia ab angelo interfecta sunt, & ipse ab iis quos genuerat.

d *Sidrach, Misach.* De Daniele non fit mentio: quia regi assistebat qui propriam statuam non adorabat.

e *Non oportet.* Q. Non necesse est audire verba: quorum iam rebus ipsis fortitudinem probatis atque constantiam, & in nobis Dei virtutem. Hieronym.

f *Ecce enim Deus.* Efficitur materia fortitudinis quod putabatur esse erroris: Non in longum differtur: in præsentiarum pollicentur sibi auxilium: *Ecce enim Deus &c.* Hieronym

g *Potest nos &c.* Q. Si non eripit, iustæ permissionis est, non eius infirmitatis. q. d. benè potest facere vt eripiamur: sed si non vult eripere, non meruimus liberari, & nostris præcedentibus meritis permittit nos flagellari.

Deus noster potest eripere &c. Non pro mercede illi seruimus, sed beneuolentia & amore stimulati, omnibus Dei nostri cultum præferimus. Quare ne ab his quidem malis temerè liberari petimus, sed Domini prouidentiam amamus, & illi, quod futurum est ignari, gubernatori quocumque libuerit nauem dirigendam committimus. Pro certo nobis compertum est illum posse, vtrum verò id velit facere ignoramus. Cùm sapiens sit, ei rerum nostrarum moderationem committimus. Siue igitur nos liberabit, siue nollet, Deos tuos adorare recusamus. Cùm animis tibi certamen est, quos neque honoribus delinies, neque minis deterrebis. Deus noster omnium nobis amabilissimus, & maximè formidabilis. Quid hisce verbis sublimius?

¶ Quos honorasti, te inhonorant, ingrati immemores beneficij.
¶ Q. Etiam in Deos redundat iniuria.

a nago: ãiri isti contempserunt rex decretum tuum. Deos tuos 1
non colunt, & statuam auream quam erexisti non adorant. 2
¶ Pessimis consultoribus.
Tunc Nabuchodonosor in furore & in ira præcepit vt addu- 3 4
cerentur Sidrach, Misach, & Abdenago. Qui confestim ad- 5 6
ducti sunt in cõspectu regis: Pronunciánsque rex Nabucho- 7
¶ Sicut dicitur. ¶ Vt supra.
donosor, ait eis: Verè ne Sidrach, Misach, & Abdenago, Deos 8
meos non colitis, & statuam auream quam constitui non a- 9
¶ Obedire. a ¶ Quamuis in furore præceperit adduci, dat tamẽ spacium corrigendi, & quod charos eos habebat ostendit.
doratis? Nunc ergo si estis parati, quãcumque hora audieritis
sonitũ tubæ, fistulę, citharę, sambucę, & psalterij symphoniæ,
omníque generis musicorũ: prosternite vos & adorate sta- †
b tuam quã feci: quòd si nõ adorauerit is, eadẽ hora mittemini
a ¶ Mira obliuio: Ille potest eripere cuius seruum paulò antè adorasti, quem Deum verum & dominum regum esse prædicasti.
b *Quod si non ador.*
✠ THEODORETVS. Adductos homines in medium interrogat, an re vera participes cultus Deorum esse nolint & statuam recusent adorare. Deinde præcipit & consulit vt id faciant, ignis eos minis detertens. Tum nefarium, ferinum atque illud impium audet maledictum proferre.
c in fornacem ignis ardentis: Et quis est Deus qui eripiet vos 10
d de manu mea? Respondẽtes Sidrach, Misach, & Abdenago, 11
e dixerunt regi Nabuchodonosor: Nõ oportet nos de hac re 12
a ¶ Qui vetus, non tui, qui fuisti.
f respondere tibi: Ecce enim Deus noster quẽ colimus potest
g a ¶ Quæcunque tormenta inferas.
nos eripere de camino ignis ardentis, & de manibus tuis ô

c *Et quis est Deus qui eripiet vos &c* Tam citò quem confessus fuerat, & Deum Deorum vocauerat, ei detraxit, ipsúmque homine imbecilliorem esse opinatus est: quem Dominum regum appellarat, eum vincere se infœlix iuueniliter gloriatus est. A maioribus autem suis tales illi audaces conatus. Etenim Sennache rib ille qui maximas contra Hierusalem copias adduxit, per nuncios talia locutus est Ezechiæ. Verũ, statim maledicti suppli- Isai. 37. 4. Reg. 18. cia tulit, & multa millia ab angelo interfecta sunt, & ipse ab iis quos

timus, sed Domini prouidentiam amamus, & illi, quod futurum est ignari, gubernatori quocumque libuerit nauem dirigendam committimus. Pro certo nobis compertum est illum posse, vtrum verò id velit facere ignoramus, Cùm sapiens sit, ei rerum nostrarum moderationem committimus. Siue igitur nos liberabit, siue nollet, Deos tuos adorare recusamus. Cùm animis tibi certamen est, quos neque honoribus delinies, neque minis deterrebis. Deus noster omnium nobis amabilissimus, & maximè formidabilis. Quid hisce verbis sublimius?

¶ Rex liberare

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vobis dicitur. *Non quòd omnes populi possint in campo Duran collocari, sed quia in principibus qui sunt capita aliorum intelliguntur omnes adorare.*

2 Tribubus. *Quia ibi erant homines diuersarum nationum & linguarum.*

3 In ho. *Forma huius instrumenti nota est & communis, & ea vtuntur homines in bellis & festis, & in populi congregatione: vt habetur lib. Num.*

4 Fistulæ. *Instrumentum de ligno habens multa foramina per quæ emittitur sonus, & eo vtuntur pastores.*

5 Citharæ. *Instrumentum est figura triangularis ad modum dimidij scuti: & tangitur digitis*

6 Sambucæ. *Quæ fit de arundine perforata. & dicitur sambuca à sam quod est sol. & bucca quod est parua buccina: quia solum potest fieri in æstate: vt dicit Hiero. in epistola ad Dardanum, de instrumentis musicis quæ in sacra scriptura reperiuntur.*

7 Psalterij. *Instrumentum notum est & tangitur cum penna.*

8 Symphoniæ. *Aliquando accipitur pro melodia in communi, sed hic accipitur symphonia pro instrumento determinato oblongo, quod solent portare caci, & digitis tangitur.*

9 Et vniuersi generis, &c. *Hoc additur, quia multa erant ibi alia instrumenta quæ non exprimuntur his. Talibus autem vtebantur in adoratione statuæ ad incitandum homines: quia ex diuersis melodiis excitantur in hominibus diuersa passiones, vt patet ad Senium: & habetur 8. Polit.*

10 Cadentes adorate statuam auream. *Id est, humiliter & reuerenter.*

11 Quam constituit. *Vt in ipsa adoraretur.*

12 Si quis autem non prostratus, &c. *Vbi pœna nunciatur non obedientibus. Cætera patent ex prædictis.*

13 Statimque in ipso tempore. *Hæc est secunda pars principalis huius capituli vbi ponitur forma iudicij: circa quam ponitur primò Chaldæorum accusatio. secundò puerorum citatio, ibi:* Tunc Nabuchodonosor in furore. *tertiò citatorum inquisitio, ibi:* Pronuncians, *& quartò inquisitorum responsio, ibi:* Nõ oportet nos. *In prima parte dicitur sic.* Statimque in ipso tempore. *dedicationis statuæ.* Diuisio.

14 Accedentes. *Ad regem.*

15 Accusauerunt. *Moti inuidia ex hoc quòd Iudæi erant eis præpositi in negociis regni, vt patet in fine præc. cap.*

16 Dixerúntque Nabuchodonosor. *Hoc dicunt ad captandum eius beneuolentiam vt melius impetrarent voluntatem suam.*

17 Tu rex posuisti. *Quod est lex firma & irreuocabilis, & non est licitum illud præterire.*

18 Vt omnis homo qui audierit sonitum tubæ, &c. *Quasi dicant, nullum hominem excepisti ab hac lege: hoc autem dicebant vt non pateret modus liberationis puerorum. Hoc autem modo in proposito formant accusationem suam dicentes.*

19 Sunt ergo viri, &c. *Quasi dicant, captiui sunt, & serui ex conditione: propter quod & humiliores deberent esse.*

20 Quos constituisti, &c. Sidrach, Misach, & Abdenago. *Et ideò deberent esse grati pro beneficiis acceptis, & per consequens contemptus eorum est grauior.*

✠ Viri

NICOLAVS DE LYRA.

1 Viri isti contempse. rex decre. tuum. *Q. d. ex prædictis patet q. nullo modo est eis parcendum.*

2 Deos tuos non colunt. *Scribit autem hoc Daniel morè Iudæorum qui vnum idolum vocant Deos in plurali, vt habetur Exod. 32. a. de vitulo aureo.* Hi sunt dij tui Israel: qui eduxerunt te de terra Ægypti. *Dicuntur autem hi dij Nabuchodonosor: non quia ipsam statuam adoraret: vt dictum est, sed quia illam fecerat vt in ipsa adoraretur.*

3 Tunc Nabuc. in fu. *Hîc ponitur puerorum citatio, cùm dicitur:* Tunc Nabucho. in fu. & in ira. *Ex contemptu sibi facto secundùm suam æstimationem, non tamen secundùm veritatem: & sic irrationabiliter. Ideò dicitur:* In furore & in ira.

4 Præcepit. *Illis pessimis accusatoribus.*

5 Vt addu. *Coram eo.*

6 Sidrach, Misach, & c. *De Daniele non fit mentio, & causa suprædicta est.*

7 Pronunciánsque. *Hic ponitur citatorum inquisitio, & patet littera ex dictis hoc excepto.*

8 Deos meos non co. &c. *Et pro.i.*

9 Statuam aur. quam consti. *Quam vocat Nabuchodonosor Deũ suum, non quia ipsam adoraret, vt dictum est, sed quia ipsum representabat cui diuinos honores exhiberi volebat.*

10 Et quis est Deus qui eri. vos. *Hæc fuit mira exæcatio: quia ipsum Deum Hebræorum omnipotentem vocauit at in præced. cap. quia superbia mirabiliter excæcat hominem.*

11 Respondentes Sidrach. *Hic ponitur requisitorum responsio, vnde dicitur.*

12 Non oportet nos de hac re respon. ti. *Q. quæstio tua est ita irrationabilis q. non est digna responsione, quia euidens est, q. est dare vnum primum infinitæ potentiæ, & sic potest nos liberare, quia ipsum colimus, & hoc est quod subditur:* Ecce enim Deus noster quem co. &c. *Sequitur.*

✠ Quod si

MORALITER.

✠ Hanc autem statuam sic confirmatam adorant satrapæ, id est, satis rapientes: quia prælatum malum vel inutilem venerantur & commendant illi qui sub eius vmbra quærunt bona rapere subditorum, & magistratus, id est, consiliarij qui sub eo volunt dominari: & iudices, id est. officiales ei assistentes, & duces tyranni, & præfecti. Isti sunt qui disponunt bona temporalia prælati, ex quibus quærunt magis ditari.

10 *Cadentes.* Nam inferiores videntes prælatum inutilem siue malum, à maioribus venerari, idem faciunt timore magis quàm amore virtutis.

15 *Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusa. &c* Per istos significantur illi qui iustos & innocentes accusant superioribus cupidi, vt inde trahatur pecunia sine causa.

✠ *Quod si*

MORALITER.

✠ † *Quod si non ado. ea. ho.* Per istos tres qui statuam noluerunt adorare sed magis periculum mortis subire significantur illi, qui Deo firmiter adhærentes p fidẽ sanctissimæ trinitatis nullo modo volunt assentire alicui quod sit in offensam maiestatis diuinæ, & isti semper saluantur, vel per diuinam potentiam eos mirabiliter à mortis periculo liberante, sicut fuit in proposito: vel per vel per Dei misericordiam ipsis in tormentis constantiam tribuentem: & ista liberatio maior est quam prima: sicut dicit Aug. in ser. Machabæi multò melius liberati sunt ab illis tribus viris contra quos homo sæuiebat: & flamma parcebat, nam illi ab vna tentatione liberati: sunt iterum cùm diabolo certaturi, isti verò sunt ab omni tentatione supplicij liberati illos Deus visibiliter liberat, istos autem inuisibiliter coronat.

✠ MORAL

a *Rex liberare.* In Hebræo non habetur rex, ne impio adulari aut regem credatur vocare qui ad iniqua compellit, vel ne videantur regem ad sanguinis sui effusionem procaciter prouocare, sic debitum honorem reddunt ei ne lædatur cultus Dei.

li.4.Epist.9. ✠ Cyprianvs. Cùm se crederent, & pro fide sua scirent posse etiam de præsenti supplicio liberari, iactare hoc tamen & vindicare sibi noluerunt, docentes quod non minor eis esset confessionis virtus sine testimonio passionis. Addiderũt posse omnia Deũ facere, sed tamen non in hoc facere vt liberari in præsenti vellent: sed illam libertatis & securitatis æternæ gloriam cogitarent.

Hom. 4. in Matth. ✠ Chrysost. Non verbis despicere regem atque inhonorare voluerunt, sed suam tantummodo erga Deum ratificare pietatem.

✠ Theodoret. Quis non iure admiratus obstupescat beatorum iuuenum fortitudinem, sapientiam, pietatem, erga leges iustitiam, omnibus in rebus continentiam? Quod nõ sunt veriti tantum tyrannum, neque maximã illam pyram non tantum verbis ad terrorem, sed re vera propositam & conspectam, hoc adamante robustiorem illorum fortitudinem testatur. Quod verò diuinas legas præsenti vitæ antepoſuerint, cuinam iustitiæ quidquam reliquum facit? Ipsorum continentiam id maximè commendat, quòd neque audacibus erga regem verbis vſi sunt: neque metu rursus genas dedecorarunt. Prouidentiam & sapientiam impiis & nefariis maledictis oppoſita pietas ostendit, Ille enim dicebat: *Quis Deus qui eruet vos de manibus meis?* At ipſi clamabãt: *Est Deus noſter quẽ colimus est.* Quæ autem poſtea dicta sunt, nullam fortitudinis ac religionis exuperantiam reliquam faciunt.

C b *Quia Deos tuos non col.&c.* Ordine præpoſtero quòd ad vltimum sic reſponderit. *Non oport.&c.* Q. Certùm est quòd habemus Deum qui poteſt liberare, demum reſponderunt sic ad primum & ad secundum: Deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam non adoramus.

c *Aſpectus ſa.* Immutatus dicitur in malũ. Est.n. commutatio in bonum, vnde quidam psalmi intitulantur: *Pro his qui commutabuntur*, quod tamen quidam accipiunt in malum: De Anna etiã legitur: *Et vultus eius non sunt amplius in diuerſa mutati.* Hieronym. 1 Reg.c.

✠ Theodoret. Ferox & insanissimus tyrannus furore plenus, ita vt vultu etiam præ ſe ferret animi perturbationem, amplius accendi fornacem præcepit, compedibuſq; vinciri sanctos, & vt nulla interponeretur pœnæ mora dũ veſtis & calceamenta detraherentur, vnà cùm ipſis, in pyram eos cõiici iuſſit.

d *Et præce. vt ſucc.* Q. Simplex ignis nõ sufficiat: sed furor & ira: insaniæ proxima modum tenere non poteſt, & putat multiplicis pœnæ commination terere: quos constanter videt reſistere. Hieronym. † palliis E

e *Viros.* De quibus scilicet præmiſſum est. *Et viris for.de exe.* Non fortuitò quoſcunque perdidit: sed fortissimos & ad bella promptissimos: vt non solum de miraculo pertimesceret sed etiã exercitus sui cladem sentiret. Hieronym.

✠ Hieronymvs. Grande miraculum, vincti mittuntur in fornacem, & cadunt in medium ignis præcipites, ardent vincula quibus ligati sunt, & vinctorum corpora timens flamma non tangit.

✠ Theodoretvs. Circumiecta ipſis ferrea vincula vſitato more ignis natura diſſoluit, indumenta autem, quæ admodum facilia ad comburendum eſſent, integra conſeruauit. Sanctorum virorum accuſatores & impios miniſtros qui foris ſtabant flamma conſumpſit, verùm iis qui intus erant terga vertens contra proprios adoratores procedebat, quaſi pœnas ab ipſis pro domini cultoribus exigens. Tanta autem pietatis præcones ſecuritate fruebantur, vt per ignitos carbones, quaſi per F quaſdam roſas incederent.

f *Et ambulabant.* (Ad hinc quæ ſequuntur vſque ad finem cantici trium puerorum, non habent Hebræi.

☞ ✠ Theod

a ¶ Vigilanter non contrarium ponunt: ſi non potuerit, ſed ſi noluerit, vt non impoſſibilitatis, ſed voluntatis Dei ſit ſi perierint.

a rex liberare: Quod ſi nõluerit, notum ſit tibi rex, quia Deos 1 2
a ¶ Dij colũtur, ſtatuæ adorantur.
b ¶ Qui veri Dei ſumus cultores & adoratores, vnde hi principes & iudices mundi, ideo placent Nabuchodonoſor, imperatorum verò ſtatuas adorantes Deo diſplicent.
tuos non cõlimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non ado ¶ Ideo.
c ramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore, & aſpe- 3
¶ Furore accenſus. ¶ Vt magis terreat.
d Abdenago, & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum 4 5
quam ſuccendi conſueuerat: & viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confeſtim viri 6
a ¶ Theodotio dixit ſaraballis quod Chaldæum eſt, & ſignificat crurium & tibiarum tegmina, brachas ſcilicet. b ¶ Græcum eſt genus pallioli eſt vel pilei.
illi vincti cum brachiis ſuis & thiaris & † calciamentis, & 7
a ¶ Vincti & veſtiti, nam iuſſio regis vrgebat nec licebat ſpoliare eos.
veſtibus miſſi ſunt in medium ignis ardentis. Nam iuſſio re-
a ¶ Anticipatio eſt, quia hoc in ſequenti plenius dicetur.
e gis vrgebat. Fornax autem ſuccenſa erat nimis. Põrrò viros 8
illos qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id eſt, Sidrach, Miſach, &
a ¶ Præcipites quia ligati, ſed ardent vincula, & vinctos flamma non tangit.
Abdenago cẽciderunt in medio camino ignis ardentis colligati.

Quæ ſequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

a ¶ Soluti exuſtis vinculis, ignis beneficij obſequium contulit, iniuriam non intulit. b ¶ Liberatorem ſuum.
f Et ãmbulabãt in medio flammæ laudantes Deum & benedi- 9

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quod ſi no. *Quia aliquando Deus non liberat ſeruos ſuos temporaliter, vt melius ſaluet eos, inuiſibiliter eos ad requiem transferendo vt dicit Auguſtinus in quodam ſermone ſanctorum martyrum ſeptem fratrum.*

2 Notum tibi ſit rex &c. *Ex quo patet quòd illud factum eſt tribus pueris materia fortitudinis quod ab impiis credebatur eſſe cauſa terroris.*

3 Tunc Nabuchodonoſor. *Hic deſcribitur pœna ſupplicij vbi primò ponitur regis indignatio, cùm dicitur:* Repletus eſt furore. *Secundò indignationis manifeſta oſtenſio, cùm ſubditur.*

4 Et aſpectus faci, il. immu. eſt &c. *Quia paſſiones cordis citius apparent in oculis quam in aliis partibus corporis, tertiò ſententiæ pronunciatio, ibi:* Et præcepit vt ſuccenderetur fornax &c. *Quartò ſententiæ exequutio, ibi.*

5 Et confeſtim viri illi. *Id eſt, tres pueri.*

6 Vincti. *Vt nullo modo poſſent euadere.*

7 Cùm brachiis ſuis &c. *Secundùm aliquos thiara eſt pallium quo Perſæ vtuntur: ſecundùm alios eſt mitra quæ in capite ponitur, vnde dicitur Exod.29.a.* de *Aaron:* Pones thiaram in capite eius: *& inde trahitur ad ſignificandum genus pilei quod portabant nobiles: ſecundũ quod dicitur Ezechiel.23.b.* Cum vidiſſet viros depictos & thiaras in capitibus eorum. *Quintò ponitur dei vindicatio, ibi.*

8 Porrò viros il. &c. *Sciendum tamen quod hoc dicitur hic per anticipationem: quia dicitur infrà eo.cap. quod viri illi qui miſerant pueros in fornacem ſuccendebant eam: & ideo interfectio iſtorum per flammam ignis intelligenda eſt facta quando angelus domini deſcendit cum pueris poſt orationem Azariæ, & excuſſit flammam de fornace, & combuſſit eos qui erant extra: vt ſic rex non ſolùm de miraculo viſo miraretur, ſed & per combuſtionem fortiſſimorum virorum de ſuo exercitu puniretur vt hic videtur.*

9 Et ambulabant in medio flammæ. *Hæc eſt tertia pars principalis huius capituli. Sciendum tamen, quòd non eſt in Hebræo tamen eam expoſui, quia eſt in medio capituli. Igitur hic ponitur liberatio puerorum benigna: vbi tria notantur quæ ſolent accidere in tribulatione iuſtorum, ſcilicet commendatio ſupernæ æquitatis: condeſcenſio diuinæ bonitatis, ibi:* Et non ceſſabant: *Collaudatio diuinæ maieſtatis, ibi:* Tunc hi tres. *Circa primum aduertendum quòd primò ponitur com-* Diuiſio Tribulatorum triplex diuina conſolatio.

✠ Theodoretvs. Hæc præſtantiſſimæ illorum Phiſosophiæ apertam ſignificationem habent: neque enim petebant à moleſtiis liberari, ſed laudibus eum celebrabant, qui eos hac confeſſione dignatus fuerat. Sic beati Apoſt. Petrus & Ioãnes à Phariſæis flagris cæſi, exierunt gaudentes, *quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati.* Paulus cum Sylla poſt plagas, vincula & cõpedes, in carcere circa mediam noctem orantes laudabant Deum. Act.5. Act.16.

a *Stans autem Aza.*

✠ Theodoret. Azarias os commune effectus, & à flammæ fluctibus circũcenſus, aperiens os ſuum dixit &c. Quis pro dignitate proëmij huius ſapiẽtiam poterit admirari? Neque enim in trãquillitate conſtitutus, neque in proſpero vitæ curſu, ſed in fornace, & huiuſmodi fornace, auctorem omnium celebrat Deum, & mentis præſe fert modeſtiam, cùm etiam patrum prædicat virtutem. B † 3.Reg.c.

b *Benedictus es domine Deus.* Duæ ſunt benedictiones. Vna de nobis ad Deum quod eſt eum laudare, & altera de Deo ad nos, quod eſt dare remiſſionem peccatorum, & multiplicationem bonorum, & hæc eſt ros matutinus. Hieronym.

C *Benedic.es.* Quibuſcunque premamur anguſtiis: hoc toto cordis affectu dicamus: & quidquid nobis aduerſi acciderit, iuſtè nos ſuſtinere non dubitemus. vnde: *Exultauerunt filiæ Iudæ in omnibus* Pſal.96. *iudiciis tuis domine.*

c *Quia iuſtus es &c.* ✠ Theodoretvs. Laudamus inquit, te, iuſtum tuum iudicium agnoſcentes. Recta enim & iuſta de nobis lata ſententia, in ſeruitutem nos redigi, & procul à patria captiuos abduci præceſpiſti. Nec temerè & quam conſecraueras vrbem, & nos bello captos hoſtibus tradidiſti, ſed quia peccauimus recedentes à te. Multam emphaſim habet illud, *à te*, quaſi pro, à te factore & opifice, bono hero, nutritore, & cuſtode, qui D ab Ægyptiorum ſeruitute nos liberaſti, qui mare ſeciſti, qui de petra arida fontes dediſti, &c.

d *Peccauimus.* Nec peccauerunt, nec eius ætatis erant quando abducti de Ieruſalem fuerunt: quod ſic pro vita ante acta puniretur. Hæc ergo ex populi perſona dicuntur: ſicut illud Apoſtoli: *Non enim quod volo bonum, hoc ago: ſed quod odio habeo malum, illud facio.* Q. Nec pro ipſis adultis hoc dici poteſt quia mandata impleHieronym. Roma.7.c. bant ei ſpiritum ſanctum reuelata.

Qui ꝓpter peccata noſtra captiuãtur, & improperatur eis Deus eorum tanquã impotens liberare. Hieronym. E

Quidam hunc locum ad cœleſtem Ieruſalem referunt. Q. animæ de cœlo ad terram delapſæ in loco lachrymarũ & confuſionis antiqua peccata plangant: Sed hoc non recipit eccleſia.

e *Vt bene nobis eſſet &c.* ✠ Theodoretvs. Et hinc rurſus pietatis ac ſapiẽtiæ præſtantiam oſtendit, legum enim & mandatorum obſeruatio inquit, tibi nihil præbebat, nobis autem bonorum abundantiam conciliabat. Hac igitur de cauſa, & leges illas poſueras, vt nobis ſubminiſtrares cauſam ſalutis.

f *Et tradidiſti nos in manibus &c.* Nam quia te non coluimus F regem noſtrum, verùm bonitatem tuam contempſimus, meritò nos crudeliſſimo, & inſeſtiſſimo, & omnis iuris prorſus ignaro ſeruire coëgiſti regi, cui ſunt etiam ſubiecti eidem improbitati conſentientes.

g *Et non poſſumus aperire os &c.* Omnem loquendi libertatem amiſimus, & præ pudore tibi ſupplicare prohibemur. Obturat nobis os multitudo ſcelerum. Sed tamen quamuis ridiculi, & opprobriis hoſtium expoſiti: nos qui ſeruitui vocamur, tibi ſup ☞ plicamus, vt

a ¶ Fortis in aduerſis: ſtare enim fortium eſt. b ¶ Quaſi ſapientiæ theſaurum: ſicut etiam dominus aperiens os ſuum theſaurum abſconditum.
a centes domino. Stãs autem Azarias orauit ſic. Aperiénſque a ¶ Vbi alij timore morientur.
b os ſuum in mediõ ignis ait. Benedictus es domine Deus pa- 1
trum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in 2 3
c ſecula: quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuer- 4
a ¶ Humilitas tua & iuſticia. b ¶ Duo ſunt iudicia, vnum occultum in vita ſcilicet, alterum apertum in die magni iudicij. 5
ſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. 6
Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia quæ induxiſti ſuper 7
nos & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem: quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc pro- 8
a ¶ In nobis. ¶ Alias nos. ¶ In proximos.
d pter peccata noſtra. † Peccauimus enim & iniquè egimus, 9
a ¶ Iam in eis per ſpiritum ſanctum reuelata erant Dei mandata. ¶ Inde patet quod in eorum perſona non dicitur. 10
recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua 11
a ¶ Et ſi aliquando modo fecimus.
non audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus, ſicut præce-
a ¶ Corpore & anima. b ¶ Facientibus.
e peras nobis, vt bẽne eſſet nobis: Omnia ergo quæ induxiſti 12
a ¶ Iuſtus es dominе & rectum iudicium tuum. ¶ Sic.
ſuper nos & vniuerſa quæ feciſti nobis in verõ iudicio feci-
a ¶ Non ipſi tradiderant nos. ¶ In nos.
f ſti. Et trãdidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum ini- 13
¶ In ie. ¶ In te, a ¶ Nabuchodonoſor.
quorum peſſimorum præuaricatorũmque: & regi iniuſto & 14
a ¶ Terrenos. b ¶ Contra iuſticiam rei, vel contra hoſtes.
peſſimo vltra omnem tẽrram. Et nunc non poſſumus aperire 15
a ¶ Id eſt, illis qui te coluntiſ: bonis infertur confuſio & opprobrium propter nos. ¶ Sed.
os. Confuſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, & his qui 16

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ponitur commendatio Dei ab iſtis tribus pueris in generali: & patet ſecundò ipſius Azariæ in ſpeciali: ibi:* Stans autem Azarias: *vbi primò Azariæ commendat diuinam iuſticiam, ſecundò, implorat eius clemẽtiam. ibi:* Ne quæſumus. *Tertiò allegat conſuetam Dei miſericordiam ibi:* Et nunc ſequimur te. *Quartò inuocat eius liberatricem potentiã, ibi:* Et erue nos. *Circa primum in commendatione diuinæ æquitatis; Azarias attribuit Deo iuſticiam & ſibiipſis culpam, dicens.*

1 Benedictus es &c. *Et facit mentionem de antiquis patribus, vt meritis ipſorum eius oratio ſit magis exaudibilis. Et hoc modo fecit Moyſes in oratione ad placandum iram domini contra populum de vitulo fabricatione.*

2 Et glorioſum nomen tuum. *Gloria enim eſt clara notitia cum laude, vnde importat quandam diffuſionem laudis, propter hoc dicitur nomen Dei glorioſum, quia debet laudari vbique terrarum & in omni differentia temporum: ideò ſubditur.*

3 In ſæcula. *Reddens pœnam pro peccatis, & hoc eſt quod ſubditur.*

4 In omnibus quæ feciſtis nobis. *Permittendo nos ſic tribulari.*

5 Et vniuerſa opera tua vera. *Quia conformia ſunt diuinæ ſapientiæ, quæ falli non poteſt.*

6 Et viæ tuæ rectæ. *Id eſt, proceſſus tuus in mundi gubernatione.*

7 Et omnia iudicia tua vera. *Dicit iudicia in plurali: quia vnum eſt iudicium eius occultum in præſenti: de quo dicitur Ioban.12.g.* Nũc iudiciũ eſt mundi, *aliud erit apertũ in futuro. Cætera patent vſq; ibi.*

8 Induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra. *Vbi conſiderandum: quòd peccatum populi Iſrael vocauit ſuum, quia erat pars illius populi. Daniel enim & ſocij eius erant innocentes & ſancti, & maximè quando fuerunt de Ieruſalem trãſlati, & ideò non fecerunt illa peccata propter quæ deſtructa eſt ciuitas Ieruſalem, de qua ſit hic mentio.*

9 Peccauimus enim. *Contra proximum.*

10 Et iniquè egimus. *Contra Deum, & hoc dupliciter peccato cõmiſſionis, quod notatur cùm dicitur* Recedentes à &c. *Et peccato omiſſionis.*

11 Et præcepta tua non audiuimus &c. *Vt benè nobis eſſet ex te. Ex decurſu enim veteris Teſtamenti patet quòd filij Iſraël fuerunt in proſperitate quamdiu fuerunt obedientes Deo.*

12 Et tradidiſti nos. *Quia quandoq; punit Deus bonos per malos, vt dictum eſt cap. prec. vnde & dæmones ſunt exequutores diuinæ iuſticiæ in inferno.*

13 Et regi iniuſto. *Scilicet Nabuchodonoſor: quia occidebat innocentes, vt hic patet.*

14 Et peſſimo. *Quia cogebat homines idololatrare, vſurpando ſibi diuinos honores.*

15 Vltrà omnem terram. *Scilicet ſupra omnes terrenos, quia propter magnitudinem ſuæ poteſtatis malicia eius habebat maiorem eſſectum & euidentiam.*

16 Confuſio &c. *Quia eis infertur pro opprobrio miſeria noſtra, cum eodem ritu colimus te ſicut & ipſi.*

✠ Ne quæſumus

☞ plicamus,vt propter illud nomen tuum,quod nos tuetur,quo te A Dominum,agnouimus,aduersariis ostendas potentiam tuam,& ne prorsus nos tua prouidentia destituas.

a *Propter Abraham &c.* ✠ THEODORETVS. Tum etiam patrum nomina commemorat, vt memoria iustorum bonum Dominum prouocet ad misericordiam. Illis inquit, pollicitus es Domine quos amasti,vt arenæ numero comparare eorum genus,stellis verò vt æquè splendidum & excelsum esset. Deinde res cum pollicitationibus con fert.

b *Imminuti sumus, &c.* Et ne pollicitationes mendacij argueret,adiecit.

c *Propter pec.no.* Nō enim inquit, Dñe, mentitus es, sed nos B fœdera violauimus & cū multi essemus secundùm pollicitationem,propter peccata nostra ad paucitatem redacti sumus. Deinde ostēdit Deo calamitatem qua detinebantur,nō quasi ignarum docens, sed calamitatem commemoratione ad clementiam eum prouocans. Omnia nobis inquit,contra votum successêre,& neque regem habemus secundum ordinem à te præfinitum neque Vates numine afflatus nobis est, qui futura prædicat:neque magistratus,qui communium rerum administrator sit:neque sacerdos, qui sacrificiis diuinum imperium agnoscat,pro peccatis offerat,neque est,qui suauem odorem veluti honorem debitum Deo reddat.

[Moraliter] d *Et non est in tempore hoc princ. &c.* Hoc hodie & quotidie nobis est plorandum, qui propter peccata nostra penuriam patimur verorum pastorum,& innumeris afflicti persequutionibus,dignum Deo sacrificium non reddimus.

e *Sed in anima &c.* Hac occasione & ex eo quod sequitur. *Benedicite spiritus & animæ iustorum domino*, & huiusmodi volunt quidā, excepto spiritusancto alium spiritum & aliam animam esse in homine: sed laborandum eis est,quomodo absque carne & spiritussancti gratia duæ substantiæ & duo interiores homines in vna dicantur esse substantia.

[An alius spiritus in homine quam spiritussanctus.]

a ¶ Quia propter nos Deus eorum blasphematur. b ¶ Hostibus. c ¶ Non nobis domine non nobis:sed nomini tuo da gloriam.

[† colebant] te † colunt. Ne quæsumus trādas nos in perpetuum propter 1

a ¶ Legem. Lex enim dissipatur quando cultores Dei cruciando lacerantur. 2

nomen tuum,& ne dissipes testamentum tuum, neque aufe- 3

a ¶ Hominem pro homine offert. 4

a ras misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum

a ¶ Scilicet. Iacob qui postea Israel.i.vir videns Deum vocatus est.

tuum,& Isaac seruum tuum,& Israel sanctum tuum, quibus 5 6

¶ Pro homine rem. a ¶ Q.Quomodo imples promissionem.

loquutus es,pollicens quod multiplicares semen eorum si- 7 8

a ¶ In bonis. b ¶ In infructuosis. c ¶ Q.Quis quorsum hæc.

cut stellās cœli:& sicut arenam quæ est in littore maris: quia 9

a ¶ Numero afflicti corpore.

b domine imminuti sumus plus quàm omnes Gentes: sumúsque 10

¶ Viles. ¶ Iustè scilicet.

c que humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. 11

¶ Quia.

d Et non est in tempore hoc princeps,& propheta, & dux,ne- 12 13

¶ Totum incensum. ¶ Partim incensum. ¶ Ita manifestim vt primum.

que holocaustum, neque sacrificium,neque oblatio, neque 14 15

¶ Per hoc sicut ante.

incensum,neque locus primitiarum coram te, vt possimus 16

e inuenire misericordiam tuam,sed in anima contrita & spiri- 17 18

a ¶ Spiritusancto qui est dator humilitatis. b ¶ Id est suscipiamur tanquam si nobis sint boni prælati nos boni filij. c ¶ Hoc solùm poscimus. d ¶ Prælatorum.

tū humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum & 19 20 21

a ¶ Quorum cornibus ventilantur inimici,de quibus:Tauri mei & altilia mea occisa sunt. b ¶ Filiorum arietum. c ¶ Charitate & sapientia,vnde, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.

taurorum,& sicut in milibus agnorum pinguium, sic fiat sa- 22

Sed in anima. Quidam dicebant in corpore esse duas animas: animam & spiritum.

✠ THEODORETVS Cùm enim tua lex inquit, consueta sacrificia tibi offerri vbique non permittat pro arietibus, tauris,& agnis, contritum tibi & humiliatum cor offerimus, & supplices petimus, vt hæc tibi sint omni sacrificio gratiora, siquidem cōsueuisti in te cōfisos ab omni ignominia vindicare. Hæc dixit sanctus vir à propheta Dauid eruditus, qui Psalm.50. ait, *Sacrificium Deo spiritus contribul.* Et rursus. *Immola Deo sacrificium laudis &c.* Quod & Baruch dixit, *Spiritus in angustiis,& in anima mœrore affecta clamauit ad te.* Pro pulchro illo ordine inquit,qui tuo in templo seruatur,accipe nostram cum humilitate supplicationem,recipiēs corporum nostrorum sacrificium, pro hostia quæ de brutis animalibus offertur. E

[Psal.50. Psal.49. Baruch.2.]

☞ *Et nunc*

C

NICOLAVS DE LYRA.

F

✠ 1 In perpetuum. *Licet ad tempus puniamur pro peccatis nostris.*

2 Propter nomen tuum. *Q.d.licet hoc non mereatur nostra iustitia:fiat tamen hoc ad gloriam nominis tui,vt nomen tuum glorificetur in liberatione nostra.*

3 Et ne dissi.testa. *Id est,legem,quæ dissipatur quādo tenentes eam occiduntur.*

4 Neque auferas. *Quia fuit primus à Deo electus ex idololatris: & primò factæ sunt ei promissiones apertè de Christo: propter quod dicitur hic specialiter dilectus.*

5 Et Isaac seruum tuum. *Et dicitur seruus, quia fuit verè obediēs. Et patet hoc cum pater voluit eū immolare,quia iā erat 30.annorum, & per consequens fortis:pater autem eius erat senex & debilis: noluit tamen resistere.sed ad immolationem voluntariè accessit,vt dicit Iosephus lib.1.antiqui.* [Iosephus.]

6 Et Israel sanctum. *Id est Iacob,qui dicitur hic sanctus specialiter quia speciali cultu se vouit colere Deum, vt dicitur Gen.28.d.* Erit mihi dominus in Deum &c. *Illud autem propriè dicitur sanctum quod applicatur diuino cultui.*

7 Quibus loquutus es. *Id est,promittens,ideò non potest frustrari promissio tua.*

8 Quod multiplicares semen eorum. *Promissum est hoc Abrahæ Gen.22.*

9 Quia domine imminuti sumus &c. *Quia multi de filiis Israel fuerunt occisi per bella & multi captiuati.*

10 Sumúsque humiles. *Id est,viles in conspectu aliorum.*

11 In vniuersa terra hodie propter peccata,&c. *Quia iam dispersi erant in multis terris per captiuitatem Assyriorum & Chaldæorum & Aegyptiorum.*

12 Et non est in tempo.hoc prin. *Super filios Israel, qui posset eos defendere,quia Sedechias iam erat captus.*

13 Et prophe. *Qui denunciet futuram consolationem.*

14 Et dux. *Scilicet,ex populo nostro,quasi dicerent, virtute humana non possumus saluari de manibus inimicorum. Similiter eis non erat via ad placandum Deum per viam sacrificiorum,& hoc est quod postea dicit.*

15 Neque holocaustum. *Quæ erat oblatio tota incēsa ad honorem diuinum.*

16 Neque sacrificium. *Quod partim incendebatur, & partim ad vsum sacerdotum reseruabatur.*

17 Neque obla. *Quæ offertur ex deuotione.*

18 Neque incen. *Hoc est thymiama odoris suauissimi quod offerebatur super altare thymiamatis ad consummationem sacrificij:vt habetur ad Hebræos.9.Ratio omnium istorum est quia non erat ipsis licitum talia offerre, nisi in Ierusalem quæ iam erat destructa,& hoc est quod dicitur.*

19 Neque locus primitiarum coram te. *Quia iam erat destructus vt visum est.*

20 Vt possimus inue.misere.tuam.&c. *Supple per talia sacrificia & oblationes.*

21 Sed in anima contrita &c. *Q.d.loco sacrificiorum suscipias illud quod possumus tibi offerre, scilicet cor contritum & humiliatum.Psal.50.d.scribitur:* Sacrificium Deo spiritus contribu. *Vnde super illud Genes.25.d. Isaac amabat Esau. dicit Ra. Moyses: dilectæ sunt magis tribulationes quam sacrificia, quippe quia sacrificia fiunt de diuitiis hominis, tribulationes verò de corpore ipsius tribulati, quod est magis charum sibi: secundùm quod dicitur Iob 2.* Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. [Iuge sacrificium.]

22 Et sicut in milibus agnorum &c. *Quia tribulatio in qua isti erant propter Deum, est magis accepta Deo quam sacrificia, vt dictum est.*

✠ Quoniam

☞ *Et nunc sequitur te &c.* ✠ THEODORETVS. Multitudo A calamitatum ex aliis,alios nos fecit,& qui mandata tua violauimus,vt toto corde & timeremus, & quæreremus te effecit. Faciam autem Dei hoc loco,beneuolentiam vocauit, & libertatis recuperationem:qua potiti,& sacrum templum poterat videre & sacrificia peragere, per quæ Deum qui oculis cerni nō potest, aspicere se cogitabant,&c.

a *Da gloriam nomini tuo &c.*

✠ THEODORET. Hac erga nos à te adhibita clementia, aduersariorum infringetur audacia,rabies extinguetur,superbáque cogitatio eorum conteretur, cognoscéntque te so- B lum Deum ac dominum esse:& qui nunc multos adorat Deos eorum cognita imbecillitate,tuam adorabunt potentiam. Omnes ex ipsis rebus discant, idolorum cultum stolidū esse:te autem omnium rerum Dominum,superiores periculis facientem eos qui in te spem ponunt.

b *Et non cessabāt &c.*

✠ THEODORETVS. Illi igitur intus in fornace choros ducebant, regis autem ministri, & sanctorum accusatores non desinebant flammæ materiam subministrare, & vitium sarmenta, ac stupam; napthamque (id autem genus est idoneum ad accendendum ignem) tantumque C pyræ suppeditabatur alimentum,vt ad quadraginta nouem cubitos diffusus sit ignis,& Chaldæorum complures combusserit.

[Salustius. Hieronym.] c *Naphtha.* Salustius scribit in historiis esse quoddam genus fomitis apud Persas quo maximè nutriantur incendia. Alij,ossa oliuarū arefacta cùm amurca:vnde Græcum πυρεν dicitur eò q ignem nutriat qui Græcè πῦρ dicitur. Plinius dicit eam circa Babylonem modo liquidi bituminis profluere.& nutriendis ignibus amicā esse:vt etiā lōgè admota, ignē corripiat. D [Plinius.]

d *Angelus autem do.* ✠ THEODORETVS. Nemo hæc contemplās sanctorum certamen extenuet, sed sacra illa reminiscatur, *Est Deus in cœlis potens eripere nos &c.* Angelus itaque flammam dissipabat & mediam fornacis partē ignis carbonibus nudans: auram quandam frigidam ac mediocriter humidam quæ sanctis adferret voluptatem parabat atque hanc in sanctorum, corpora immittebat. [Hieron.] E

¶ Luce conscientiæ. ¶ Expositio. ¶ Christo.

crificium nostrum hodie in conspectu tuo, vt placeat tibi, 1

¶ Q.Ita fiet.Quoniam. a ¶ Quod ante non.

quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc se- 2

a ¶ Iubentem. b ¶ Pœnitentes. c ¶ Sicut filij. d ¶ Misericordiam & gratiam non aliud.

quimur te in toto corde & timemus te, & quærimus faciem

a ¶ Ab expectatione nostra. b ¶ Quia & nos tecum,Deus operatur nobiscum vt operemur. c ¶ Non merita nostra.

tuam. Ne confundas nos,sed fac nobiscum iuxta mansuetu- 3 4

a ¶ Contra multa peccata miseriæ nostræ.

dinem tuam,& secundum multitudinem misericordiæ tuæ,

a ¶ Sic. b ¶ Ab inimicis. c ¶ Qui facis mirabilia. d ¶ Sic. e ¶ Non nobis domine non nobis &c.

a et erue nos in mirabilibus tuis,et da gloriam nomini tuo do- 5 6

¶ Nobis liberatis.

mine, & confundantur omnes qui ostendūt seruis tuis mala.

a ¶ Cui nullus resistit. b ¶ In quo confidunt. c ¶ Contritione.

Confundantur in omnia potentia tua; & robur eorum con- 7

a ¶ Contriti. ¶ Non alius.

teratur, & scient quia tu es dominus Deus solus & glo- 8

¶ Tamen.

b riosus super orbem terrarum. Et non cessabant qui miserant 9

c eos ministri regis succendere fornacem, Naphtha, & stupa, 10

a ¶ Viminibus vel sarmentis arentibus vt aiunt. b ¶ Forti vento impulsa. 11

& pice,& malleolis,& effundebatur flamma super fornacem

a ¶ Quod geometrica regula deprehensum est.

cubitis quadraginta nouem, & erupit & incendit quos re-

a ¶ Aspiratio diuina. ¶ Verbum Dei.

d perit iuxta fornacem de Chaldæis: Angelus autem domini

✠ AVGVSTINVS. Angelus Dei in fornacem cum missis ea hora pariter in ignem condescendit q foras ignis ardores & flammas de fornace excussit, & intus manentes velut placido rore superfusos sine vlla molestia incolumes conseruauit:atq; in circumitu fornacis quoscunq; proditionis & interfectionis reos repit ignis ille cōsumpsit. [li.2.de mir. sac.scripr. cap.31.]

✠ CHRYSOST. Vis orationis vim ignis extinxit,leones cohibuit, bella composuit, prælia remouit, tempestates sustulit, cœli fores aperuit,vincula mortis disrupit,lāgores eiecit,offensas repressit,&c. Anima oppressa & variis perturbationibus occupata cum desperat auxilium humanum.scilicet & tota mente conuertitur ad Deum:descendit ad eam angelus domini: id est, diuinus sermo:& extinguit ardentes sagittas diaboli, & incendia cordis nostri ne extinguamur. [Hom.5. de incomp. Dei nat.] F

☞ GREGORIVS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniam non est confusio &c. *Quod est verum de confusione vera:quæ est coram Deo per peccatum in conscientia mala,licet sancti bene sustineant confusionem coram hominibus sed ista non est vera cōfusio,vnde dicit Chrysost.super Matthæum; Leuis est consolatio si homo in seipso confusus sit,non tamen coram hominibus. Per contrarium leuis est confusio,id est,modica vel nulla: si tantùm confusus coram hominibus est:& non coram Deo.*

2 Et nunc sequimur te. *Hîc consequenter Azarias allegat in sua oratione consuetam Dei misericordiam quam inueniunt reuertentes ad ipsum:& hoc est quod allegat.* Et nunc sequimur te &c. *Qualitercunque autem peccauerimus.*

3 Ne confundas nos. *Id est, confusibiles in conspectu hominum dimittas.*

4 Sed fac nobiscum. *Quia proprietas tua est misereri & parcere.*

5 Erue nos &c. *Hic consequenter Azarias inuocat liberatricem Dei potentiam, quæ solet assistere in casibus desperatis secundùm viam humanam,& hoc est quod dicit:* Et erue nos in mirabilibus. *Hoc est per opera supra virtutem naturæ fienda,quod factum est in liberatione eorum de fornace.*

6 Et da gloriam nomini tuo. *vt infideles videntes potentiam tuam mirabilem glorificent nomen tuum.*

7 Confundantur omnes &c. *Et loquitur hic de confusione per pœnitentiam: qua homo confunditur coram Deo de peccato perpetrato, & hoc est quod subditur.*

8 Et scient quia tu es dominus &c. *Hoc factum est per hoc, quod Nabuchodonosor viso miraculo glorificauit Deum per totum regnum suum.*

9 Et non cessabant &c. *Descripta commendatione diuinæ æquitatis, Hic consequenter ponitur condescensio suæ bonitatis incendens noxios & liberans innocentes, Circa quod quatuor tanguntur. Primum est fornacis incendium, cùm dicitur:* Et non cessabant &c. qui miserāt eos in fornacem *Scilicet,& isti erant fortissimi de exercitu regis, vt dictum est suprà.* [Diuisio]

10 Succendere fornacem Naphtha. *Quod est genus bituminis inuentum circa Babyloniam, & maximè nutrit ignem, vt dicit Salustius:secundùm alios sunt ossa oliuarum arefacta cùm amurca.*

11 Et stupa & pice & mal.&c. *Id est,sarmentis. Secundò subditur Chaldæorum excidium,cùm dicitur:* Et effundebatur, *& patet litera. Tertiò angelicum præsidium subditur, cùm dicitur:* Angelus autem domini descendit &c. *Quartò puerorum remedium cùm dicitur:* Et non tetigit eos &c. *Et patet litera.*

[Quæstio.] *Sed quæritur hic quomodo isti pueri non sunt læsi in fornace, & dicunt aliqui q hoc factum est per hoc q angelus excussit flammam de fornace,vt hic dicitur,& apposuit aliqua refrigeratiua interius, vnde dicitur hic q fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & tunc secundum hanc viam, oportet dicere quod non erat ardor in fornace,nec secundùm effectum:nec secundùm rem vel actum primum. Sed hoc non videtur verum:quia suprà dictum est q fuerunt positi in fornace ligati:tamen ignis consumpsit vincula eorū:quia ambulabāt in camino & non consumpsit eorum corpora,& sic patet q pueris existentib. in fornace erat ibi ardor ignis,non solummodo secundùm rem vel actū primum sed etiam quantum ad effectum vel actum secundum quod est comburere,ex quo combussit vincula eorum. Item infrà eo.cap. dicitur q ambulabant in medio ignis ardentis. Dicendum igitur q salus puerorum facta est diuina virtute suspendente actum secundùm ignis,id est, effectum:manente tamen actu primo,quia cùm creatura obediat creatori in omnibus possibilibus fieri potest,per virtutem diuinam conseruari ardor ignis in actu primo siue secundo,quia prius potest absolui à posteriori. Et sicut potest virtus diuina suspendere actum ignis simpliciter ita potest suspendere circa vnum obiectū absque hoc q suspendat circa aliud,& sic suspendit actum ignis circa corpora puerorum, & non circa vincula eorum, nec circa eos qui fornacem incendebant. Sed contra* [Quomodo ignis fuerit impeditus.]

✠ prædicta

GREGORIVS. Antiquus hostis licet innumeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus lubidinis furor in his crescat, bonis tamen mentibus superni gratia spiritus insibilat, & à carnalis concupiscentiæ æstibus illesæ perdurant, vt & si vsque ad tentationem cordis flamma ardescat, vsque ad consensum tamen tentatio non exurat.

a *Tunc hi tres quasi.*

✠ CYPRIANVS. Loquebantur quasi ex vno ore, & nondum illos Christus orare docuerat, & idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur dominum pacifica, simplex, & spiritualis oratio. Sic & apostolos inuenimus orasse vnanimes, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, &c.

✠ THEODORET. Optimam symphoniam suam, & admirabilem cantum, ei concentui qui statuę adhibebatur opponentes: simúlque, ostendentes, quanto non adorasse præstantius esset, hymnum exordiuntur.

Matt. 18. c. *Vbicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo &c. Sine fide trinitatis nemo auditur.*

b *Benedictus es &c.* ✠ THEODORETVS. Amoris ardentissimi hæc verba sunt, quo vulnerati nomina quærunt, quibus possint illius quem celebrant declarare dignitatem: quibus non inuentis, superlatiuis ea præpositionibus contexunt, superexaltatum vocantes & superlaudabilem. Neque ipsum solum, sed etiam nomen gloriæ ipsius: & rectè vbique dominum ac Deum patrum suorum appellant, seipsos indignos hac appellatione confitentes. Hymnus tu dignus es inquiunt qui promissionem patribus factã nõ fefelisti, sed eos elegisti, tuã opẽ ad posteros vsque transmittens.

c *Benedictus es &c.*

✠ THEODORETVS Indelebilẽ sancti templi memoriam retinẽt, & perfecti legis obseruatores secundum legis præceptũ deprecantur. Dicunt autẽ. Et si millies combustũ esset templũ vbi gloria tua apparere cõsueuerat, tuæ tamen sanctitatis est particeps.

d *Et sedes super Cherubim.* ✠ THEODOR. Et quia templum illud etiã ipsorũ Cherubim in sanctis sanctorum habebat imagines, ne vllum hinc auditoribꝰ detrimẽtum accideret, qui Deũ circũscriptum esse existimarẽt, ipsi auditori remedium afferentes occurrunt his verbis.

e *Benedictus es in fir.* Vbique omnia comples aiunt, & omnem contines creaturam. Vel hæc clausula, *Sedes super Cherub.* significat Qui dominaris etiam supernis potestatibus, quæ à nobis non videntur, & omnia sub cura tua habes: Thronum autẽ regni cœlum dicit, secũdum illud, *Cœlum mihi sedes est.* Isa. 66.

Cherubim. Plenitudo scientiæ interpretatur.

¶ Cor lis.

descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem, & excussit

¶ Diaboli.

flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi

a ¶ Suauem aspirationem. b ¶ Refrigerantem eos vel animam. c ¶ Rationem, Dicunt enim, Non mea voluntas, sed tua fiat.

vẽtum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque

a contristauit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc hi tres 1

¶ Vnanimiter.

quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebãt

a ¶ Quorum meritis, non nostris liberamur.

b Deo in fornace, dicentes: Benedictus es domine Deus pãtrũ 2

¶ Omnia.

nostrorũ, & laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecu-

la. Et benedictũ nomẽ glorię tuę ſanctũ & laudabile & ſuper- 3

¶ In cœlo.

c exaltatũ in omnib. ſeculis. Benedictus es in tẽplo ſancto glo- 4

riæ tuæ, & ſuperlaudabilis & ſuperglorioſus in ſecula. Benedi 5

¶ Puro corde.

ctus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis, & ſuperexaltat⁹

¶ Qui omnia fecreta nudi.

d in ſecula. Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper 6 7

a ¶ Plenitudinem scientiæ scilicet charitatem, plenitudo enim legis est dilectio.

Cherubim & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedi- 8

¶ Ostendunt se congaudere Dei laudibus, quam admirantur & laudant in omnibus.

e ctus es in firmamẽto cœli, & laudabilis & glorioſus in ſæcula.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *prædicta potest sic argui: quia administratio rerum & conseruatio sunt idem realiter secundum aliquos. Administratio autem importat applicationem rei ad effectum, ergo conseruari non potest in actu primo ignis quin exeat in secundum actum appositio combustibili. Item calefacere per se inest igni, illud autem quod per se inest alicui non potest ab eo*

C *separari, ergo impossibile est, quòd ignis maneat in actu primo, & non comburat appositio combustibili. Ad primum dicendum quòd administratio rerum & conseruatio possunt dupliciter accipi. Vno modo ex parte causæ inquantum sunt actiones Dei in ipso manentes, & sic sunt idem realiter: quia in Deo non est nisi vnica actio intrinseca, quæ est idem quod sua substantia. Alio modo ex parte effectus qui est in creatura: & sic differt administratio à conseruatione. Sicut enim in artificialibus videmus quòd aliud est instrumentum constituere in esse, & aliud ipso constituto vti: vt patet de securi. Ita intelligendũ est in proposito: quia creaturæ sunt Dei artificiata, & ideo aliud est creaturam in esse producere seu tenere, quod est conseruare, & aliud ipsam ad operationem applicare, quod est administrare: & hoc est posterius ad ipsum ministrare: & hoc est posterius ad ipsum conseruare: vt patet. Licet autẽ posterius nõ possit esse sine priori, tamen prius potest esse sine posteriori: & ideò potest ignis conseruari absq; hoc q; agat, non tamen è conuerso. Et eadem ratione potest sic conseruari quod agat in vnum, & non in aliud: vt dictum est. Ad secundũ dicendum q; calefacere inest per se igni: sed hoc in tertio modo persentatis: & tale potest separari. Illud autẽ quod per se inest primo modo, non potest ab aliquo separari: etiã virtute diuina, quia ponitur in eius diffinitione. ideò non valet argumẽtum. Quod autẽ dicitur quod angelus fecit mediũ fornacis quasi ventũ &c. Dicendum est quod licet miracula fiant sola virtute diuina principaliter, tamen angelis circa hoc habẽt aliquando aliquod ministerium: Sic hic quod flãma effusa est extra fornacẽ factũ est virtute angeli sed quod pueri existentes intra fornacem non sunt læsi, hoc factũ est diuina virtute, igitur propter tale ministerium prædictum dicit scriptura hoc fecisse angelum.* 1 Tunc hi tres quasi &c. *Posita confessione bonitatis diuinæ circa pueros, consequenter ponitur collaudatio diuina*

Diuiſio *maiestatis ab ipsis: Et diuiditur in duas partes, quia primò isti pueri Deũ laudant. Secundò, ad laudem Dei creaturas inuitant, ibi:* Benedicite omnia ope. *Prima adhuc in sex: quia primò laudat Deũ in se. Secundò in appropriato sibi nomine.* Et benedictũ nomẽ &c. *Tertiò in assumpta humanitate.* Benedictus est in templo. *Quartò, in beata virgine.* Benedictus est throno. *Quintò, in angelorũ iustinctione.* Benedictus es qui intueris. *Sextò, in cœlo empyreo omnia continente.* Benedictus es in firmamento cœli, *Et nota q; in omnibus istis modis quatuor nominibus cõmuniter vtitur: Quia Deus Benedictus dicitur ratione creationis: Laudabilis ratione conseruationis, Glorioſus, ratione cõsummatæ* F *fruitionis: Superexaltatus, ratione incõprehensæ pfectionis, quia excedit omne quod de ipso dicimus & cogitamus. Vel aliter sic, quia Deus dicitur, benedictus ratione bonitatis: Glorioſus, ratione sapientiæ: vnde dicit Ambrosius: Gloria est clara noticia. Superexaltatus, ratione potentiæ: Laudabilis, inquantũ ex istis deriuatur perfectio in creaturis. Dicit ergo primò.* 2 Benedictus es do. Deus pa. no. *De patribus fit mentio: quia ex meritis patrum procedabat eorum liberatio: sequitur.*

3 Et benedictum nom. glo. tuæ san. *Hoc est nomẽ domini Tetragrãmaton: quod est Deo appropriatũ: & nulli alij attributũ: quia secundum quod dicit Rab. Moyses illud nomen significat diuinã proprietatẽ intrinsecã omnibus alijs separatis. Alia autem nomina diuina imponũtur ab operibus diuinis: sicut patet de hoc nomine Heloym in Hebræo: vel Deus in Latino quod imponitur à generali prouidentia: & propter hoc cõmunicatur aliis per quandã participatione, vnde & iudices dicuntur Heloym vel dij: vt habetur Exod. 22. b.* Si latet fur, dñs domus applicabitur ad Deos. *i. ad iudices &c. & multomagis alia nomina diuina hoc modo cõmunicantur. Nomen autẽ domini tetragrãmaton nulli alij cõmunicatur: sed de solo Deo dicitur.* 4 Benedictus es in temp. &c. *Istud templum est humanitatis Christi: quia* in Christo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: *vt dicit Apostolus ad Colos. 2. Propter hoc dicitur Apocalyp. 21. g. de cœlesti Ierusalem:* Templum non vidi in ea: dominus Deus ipse est templum eius & agnus.

Tetragramaton.

5 Benedictus es. *Hoc est in beata virgine quæ speciali modo coniuncta est Deo ratione maternitatis: & dicitur proprie ipsius thronus: quia in gremio eius sedit quando recepit munera à regibus: vt Mat. 2.*

6 Benedictus es qui. *Id est, angelos damnatos de cœlo deiectos.*

7 Et sedes super. *Præsidens angelis sanctis.*

8 Benedictus es in fir. *Et accipitur hic firmamentum pro empyreo cœlo: quod describitur immobile à sanctis: quia est locus proprius beatorum: ideo dicitur firmamentum. Considerandum etiam quòd in istis creaturis prædictũ dicitur Deus specialiter benedici & glorificari: quia sunt communicæ Deo speciali vnionẽ: vt patet ex prædictis.*

✠ Benedicite

a *Benedicite omnia opera domini domino.* Nos, pro omnibus: quia cùm videmus aliquid in mundo pulchrum & honestum: inde Deum laudare & ei referre gratias debemus.

In hũc locũ ✠ HIERON. Generali laudatione præmissa, quod omnis creatura debeat laudare dominũ, in consequentibus per partes singulas cohortatur angelos & cælos, aquas atque virtutes, solem & lunam, imbrem & rorem, spiritum, ignem & æstum, & frigus, & cauma, &c. Omnis autẽ creatura non voce, sed opere laudat dominum, quia ex creaturis consequẽter creator intelligitur, & in singulis operibus atque effectibus Dei magnificentia demonstratur.

omnis.

B

✠ THEODORET. Hic est sensus. Meum os satis non est ad laudes Dei prosequendas: quodlibet igitur opus à Deo conditum, eum celebret. Et ne singula interpretans infinita orationis vtar longitudine

C

a ¶ Generaliter. ¶ Primo generaliter.

a Benedicite omnia opera domini domino, laudate & super- 1

a ¶ Particulariter.

exaltate eum in ſecula. Benedicite ãgeli domini domino, 2

laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite cæli do- 3

a ¶ Vnde: Aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen domini.

mino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. † Benedicite a- 4

a ¶ Inferiores & superiores.

quæ omnes quæ ſuper cælos ſunt domino, laudate & ſuper-

exaltate eum in ſecula. Benedicite omnes virtutes domini 5

b domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite

ſol & luna domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedicite ſtellæ cæli domino, laudate & ſuperexaltate eum

in ſecula. Benedicite omnis imber & ros domino, laudate 6

& ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite omnes ſpiritus Dei

domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite

ignis & æſtus domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.

Benedicite frigus & æſtas domino, laudate & ſuperexaltate 7

eum in ſecula. Benedicite rores & pruina domino, laudate & 8

ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite gelu & frigus do-

mino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite gla

cies & niues domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecu-

la. Benedicite noctes & dies domino, laudate & ſuperexalta-

te eum in ſecula. Benedicite lux & tenebræ domino, laudate

& ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite fulgura & nubes

¶ Specialiter.

c domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat 9

terra dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula. Bene-

dicite montes & colles domino, laudate & ſuperexaltate

eum in ſecula. Benedicite vniuerſa germinantia in terra

domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite

fontes domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Be-

nedicite maria & flumina domino, laudate & ſuperexaltate

eum in ſecula. Benedicite cete & omnia quæ mouentur in 10

dine, ad hanc choreã & cantum inuitant & cælum, & aquas, & virtutes, &c.

D

b *Benedicite sol & luna domino, laudate & superexaltate eum in secula.* ✠ THEODORETVS. Hæc non solùm potentiam Dei ostendunt, sed etiam benignitatem & curam: oportet namque vt vnusquisque ipsum laudibus extollat. Sic enim omnia pulchra sunt, vt omnes pro ipsis dominum laudare debemus.

† Psal 14. 9.

E

c *Benedicat terra dominum, laudet & superexaltet eum in secula.* ✠ THEODORET. Commemoratis quæ in cælo degunt, & in aëre fiunt, iussisque singulis Deum celebrare, ad communem matrem orationem conuertentes, eam quoque ad celebrandum Deum inuitant. Deinde sigillatim partes illius. Et quia partis inferioris maria sunt & flumina, necessariò etiam horum mentionem fecerunt.

✠ THEO.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Benedicite omnia opera, &c. *Hic consequenter tres pueri inuitant creaturas ad laudandum Deum cæli. Et primò creaturas in generali, dicentes*; Benedicite omnia opera domini domino. *Et considerandum quòd in omnibus istis sequentibus vtuntur istis verbis, benedicite, laudate, & superexaltate eadem ratione qua vsi sunt in præcedentibus nominibus his, benedictus, Laudabilis, & superexaltatus.*

2 Benedicite angeli domini domino. *Hic inuitant creaturas in speciali: & primò creaturas purè spirituales, secundò corporales, ibi:* Benedicite cæli. *tertiò creaturam compositam ex spiritu & corpore, ibi:* Benedicite filij hominum. *Dicitur igitur primò:* Benedicite angeli, &c. *Primò enim inuitant creaturam angelicam tanquam Deo propinquiorem. Vnde dicit Aug. lib. 11. confessi. Duo fecisti domine: vnum prope te, scilicet, naturam angelicam: aliud prope nihil. s. materiam primã.*

Diuiſio. 3 Benedicite cæli. *Hic inuitant creaturas corporales: & primò corpora cælestia, secundò ea quæ pertinent ad elementa, ibi:* Benedicite imber. *Cica primum dicitur sic:* Benedicite cæli. *vbi inuitant cælum sidereum cum spheris septem planetarum & cælum crystallinum: ideo dicitur:*

4 Benedicite aquæ. *illud enim cælum dicitur aqueum propter quandam similitudinem: quia conuenit cum aqua in diaphaneitate. Tertiò inuitant angelos inquantum mouent orbe: quia ex motu eos cognoscimus: quia ex tali motione ministrant: & hoc est quod dicitur.*

5 Benedicite omnes. *Quartò inuitant ea quæ faciunt ad ornatum cæli, scilicet solem & lunam & alia luminaria, cùm dicitur:* Benedicite sol & luna. *& patent in litera prædicta.*

Diuiſio. 6 Benedicite imber. *Hic inuitant ea quæ pertinent ad elementa. Et primò inuitant ipsa elementa. Secundò ea quæ faciunt ad ornatum elementorum, ibi:* Benedicite cete. *Prima in duas: quia primò inuitant elementa superiora: secundò inferiora, ibi:* Benedicat terra. *Considerandum autem in omnibus istis quod ista inanimata & ratione carentia dicuntur benedicere Deum, & laudare per quandam similitudinem, inquantum perficiunt ea ad quæ ordinantur à Deo: Et iterum inquantùm ex consideratione talia creatura rationales assurgunt ad benedicendum & laud*

& laudandum Deum. Primò igitur inuitant elementum aëris tangendo tres impressiones quæ fiunt in aëre multum vtiles ad vitam hominum & fructificationem terrenæ cõtium: quæ sunt imber, & ros, & spiritus, idest, ventus, & hoc est quod dicitur: Bened. imber & ros domino. *Secundò tangitur elementum ignis & eius effectus: qui est æstus, cùm dicitur:* Benedicite ignis. *Tertiò tangitur alternatio temporis causata ex motu solis in obliquo circulo, scilicet, hyems & æstas: quia sole existente in signis australibus causatur hyems, eo autem existente in signis septentrionalibus causatur æstas: & hoc est quod dicitur.*

7 Benedicite frigus. *id est, hyems. &c. Quartò inuitant impressiones quæ fiunt in oppositis temporibus, scilicet, in vere & autũno, cùm dicitur.*

8 Benedicite rores, &c. *quia ros plurimum fit in vere, pruina in autumno. vt dicit philosophus: Meteororum. Quintò inuitant impressiones quæ fiunt in hyeme, ibi:* Benedicite gelu. *Sextò inuitant ea quæ fiunt in motu solis diurno in duobus hemisphæris: quæ sunt nox & dies, lux & tenebræ: quia sole existente in hemisphæro nostro causatur dies & lux. Quando autem est in hemisphæro opposito causatur nox & tenebræ, & hoc est quod dicitur:* Benedicite no. *Septimò inuitant duas impressiones notabiles quæ sunt fulgura & densitas nubium, ibi:* Benedicite fulg. &c.

9 Benedicat terra. *Hic inuitat elementa inferiora scilicet, terram & aquam. Et primò inuitant terram secundum se, ibi:* Benedicat terra, &c. *Secundò quantum ad partes eius, ibi:* Benedicite montes & colles. *Tertiò quantum ad ea quæ germinantur ex terra et adherent ei, propter quod pertinent proprie ad ornatum terræ, ibi:* Benedicite vniuersa germinantia. *Consequenter inuitant elementum aquæ: & primò quantum ad originem fluminum, cùm dicitur:* Benedicite fontes. *Secundò quantum ad id quod est terminus fluminum: quæ flumina in mari congregantur, ibi:* Benedicite maria, &c.

10 Benedicite cete & omnia, &c. *Hic inuitant ea quæ pertinent ad ornatum elementorum, cuiusmodi sunt animalia in elementis viuentia & mouentia seipsa: & primò quæ pertinent ad elementũ aquæ, cuiusmodi sunt pisces: & hoc est quod dicitur:* Benedicite ce. &c. *& exprimuntur hic cete: quia sunt pisces maximi & mirabiles multum inter creaturas Dei. Secundò inuitant ea quæ pertinent ad ornatum aëris, cùm dicitur.*

C c

☞ a ✠ THEODORET. *Benedicat Israel.* Inuitato humano genere ad hymnum concinendum, principes omnium filios Israel ad id faciendum hortantur, quos etiam multifariam diuidunt. Ac primo loco ponunt sacerdotes, quippe quibus diuinum commissum fuerit ministerium. Deinde ne existimarentur solis sacerdotibus hoc munus praescribere, subiiciunt.

b *Benedicite serui.&c.* Resurrectionem quoque suo praeconio commendant.

c *Benedicite spiritus.* Id est, animae iustorũ humanis perturbationibus superiores effectae, quae spiritus gratiam accepere. Tum quoque eos qui virtutis quodam genere praediti sunt.

B d *Benedicite sancti.* ✠ HIERON. Humilitatem cordis habere, & praesens versiculus docet, & illud qđ in euangelio dicitur, *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Cordis autem illa est humilitas, quae in alio loco paupertas spiritus appellatur: vt non erigamur superbia, nec ficta gloriam humilitate quaeramus, sed toto corde inclinemur.

e ✠ *Benedicite Anania. &c.* Ita seipsos vltimos eorum omnium quae creata sunt existimabât, & omnium hominum abiectissimos. C Talis etiam Paulus fuit, *Mihi,* inquit, *omnium sanctorum minimo, &c.* (Ephes. 3.) Et alibi: *Peccatorum se primum vocat.* (1.Tim.1.) Admirãda sunt ô dilecti, quae à tribus pueris in camino dicta sunt. Quomodo ex rebus creatis nihil reliquerunt, vt ostenderent

stenderent nihil sui iuris esse, sed omnia Deo subiecta esse. Omnia ergo Deo subiecta sunt, qui omnia per verbum creauit, ne quis glorietur aliquid esse increatum, vel sine principio. D

f *Qui eruit vos de,&c.* Si enim morerentur quãtumcunque boni essent ad inferos descenderent.

aquis domino, laudate & superexaltate eum in secula. Bene- 1
dicite omnes volucres cęli domino, laudate & superexaltate
eum in secula. Benedicite omnes bestiae & pecora domino, 2
a ¶ Pro his omnibus ¶ Omnium. 3
laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite filij hominũ 4
¶ Supereminere credentes omni creaturę. ¶ Specialiter.
a domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicat 5
Israel dominum, laudet & superexaltet eum in secula. Bene- 6
a ¶ Excellentes: quia sunt & sacerdotes Baal. b ¶ Credentes supereminere omni creaturae.
dicite sacerdotes domini domino, laudate & superexaltate
b eum in secula. Benedicite serui domini domino, laudate &
a ¶ Quibus discernimus. b ¶ Quibus viuificamur. c ¶ Non est speciosa laus in ore peccatoris.
c superexaltate eũ in secula. Benedicite spiritus & animae iu-
storum domino, laudate & superexaltate eum in secula. Be-
a ¶ Beati pauperes spiritu. b ¶ Corde, non hypocrisi. vnde: Discite à me: quia mitis sum & hu. cor.
c ¶ Omnia. d ¶ In vobis, verbis & factis & exaltatum praedicate.
d nedicite sancti & humiles corde domino, laudate & super-
a ¶ Q Omnes benedicant: sed vos praecipuè praesenti beneficio.
e exaltate eum in secula. Benedicite Anania Azaria Misael 7
f domino, laudate & superexaltate eum in secula. Qui eruit 8
a ¶ Ne mortui descenderetis ad inferos. b ¶ De potestate.
vos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit
de medio ardẽtis flammae, & de medio ignis eruit vos. Con-
a ¶ Ergo. ¶ Exemplo nostro.
g fitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum mi-
h sericordia eius: Benedicite omnes religiosi domino Deo 9
deorum, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula
misericordia eius.

Hucusque in Hebraeo non habetur, & quae posuimus de Theodotionis editione translata sunt.

a ¶ Viso tanto miraculo. b ¶ Punitis principibus, rex corripitur vt viuens glorificet Deum.
Tũnc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè 10
a ¶ Quorum suggestione hoc fecerat. ¶ Fortissimos exercitus, de quibus suprà scriptum est. 11
¶ Tantum.
& ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medio 12
ignis cõpeditos? Qui respõdentes regi, dixerunt: Verè rex. 13
a ¶ Vt hoc sub inferret interrogabat. 14
b ¶ Cùm tamen tres miserim & ligatos.
Respondit rex, & ait: Ecce ego video viros quatuor solutos 15
16

✠ THEODORETVS. Inferos & manũ mortis vocat caminum. Sicut enim fieri non potest vt aliquis iam sepultus resurgat absq; Dei opera, sic fieri non poterat secundum hominum naturam, vt qui in tãtam incendij flammã fuerant, incolumes euaderent.

g *Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.* ✠ THEODOR. E Quid probius, quid benignius eo, qui rebus nostris tãtam adhibuit misericordiã? Cúmque talem prae se tulerint virtutem, misericordia se salutem consecutos fatẽtur. Deinde quia filios Israel tantum suprà memorauerãt, eos quoque qui inter gentes piè viuerent, diuini cultus studiosos vocant.

h ✠ *Benedicite omnes religiosi,&c.* Infinitam eius bonitatem ostendere summè contendentes, & in ea re victi, saepe saeculorum nomen repetunt. Talis hic fuit sanctorum hymnus, qui cùm agrestem & immitem F perculisset regẽ, obstupefactus è throno regio surrexit, atque vltrò currere festinauit, & pro tribus, quatuor in fornace tripudiantes conspexit.

☞ Et species

NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedicite omnes volucres caeli. *Et accipitur caelum impropriè pro caelo aereo. Tertiò inuitant ea quae pertinent ad ornatum terrae, cùm dicitur.*
2 Benedicite omnes bestiae. *quantum ad animalia syluestria: vnde dicuntur bestiae quasi vastiae.*
3 Et pecora domino. *quantum ad animalia domestica.*
4 Benedicite filij. *Hic inuitant creaturam compositam ex spirituali, & corporali, scilicet, naturam humanam, & primò generaliter, cùm dicitur.* Benedicite filij hom. *Secundò populum Israel specialiter, cùm dicitur.*
5 Benedicat Israel dominum, laudet & superexaltet eum,&c. *Et hoc est quod ille populus speciali cultu dicebatur peculiaris Deo, tertiò adhuc specialius sacerdotes cùm dicitur.*
6 Benedicite sacerdotes. *& hoc quia debent pollere speciali sanctitate in populo, quartò ministros sacerdotibus adiunctos, ibi:* Benedicite serui. *Et quia laus non est accepta à Deo nisi fiat ex spiritu & sanctitate & humilitate: ideo subditur:* Benedicite spiritus,&c. *Vltimò terminant laudem istam in seipsis sicut à seipsis inchoauerunt, cùm dicitur.*
7 Benedicite Anania. *Et hoc est quia specialem rationem laudandi habebant, quae tangitur cùm subditur.*

8 Qui

8 Qui eruit vos. *quia illuc descendissent animae eorum, nisi praeseruati fuissent de incendio ignis virtute diuina.*
9 Benedicite omnes religiosi. *Istud vltimum additur: quia non solùm in populo Israel, sed etiam in aliis populis erant aliqui, qui speciali cultu colebant dominum: sicut fuit Iob & Melchisedec, & consimiles qui dicuntur hic religiosi.*
10 Tunc Nabuchodonosor,&c. *Haec est tertia pars principalis huius capituli, in qua ponitur puerorum exaltatio condigna: vbi scriptura notat quatuor. Primum est apparitio angeli: quia apparuit quartus cum tribus pueris: & hoc est quod dicitur.* Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit. *Ex combustione subita robustissimorum virorum sui exercitus: vt praedictum est: & de puerorum saluatione in fornace.*
11 Et surrexit properè. *Ad videndum miraculum.*
12 Et ait optimatibus suis. *id est, primis principibus post regem.*
13 Nonne tres viros. *scilicet, & non plures.*
14 Misimus in medio ignis. *quasi dicat, Sic: & idem affirmant principes, & patet.*
15 Respondit rex & ait: Ecce ego video viros,&c. *& ideo admirabatur de quarto.*
16 Solutos. *quia admirabatur quod ignis combussisset eorum vincula & non corpora: & hoc est quod dicitur:* Et ambulantes in medio ignis.

Et spec

☞ a *Et species quarti.* Iuxta Symmachum. Species autem quarti similitudo filiorum Dei, in quo angeli significantur: qui & dij & Dei filij nuncupantur. (Hieronym.) Iste angelus siue Dei filius: Christus est qui ad inferni fornacem descendit, in quo sanctorum animae tenebantur: nec vrebantur vt ab inferis liberaret: qui angelus magni cõsilij dicitur. A

b *Tunc accessit, &c.* ✠ THEODORET. Didicit miser, qui dixerat, *Quis est Deus qui eruat vos? &c.* esse Deũ ineffabilis potestatis, igni imperantem, vt contrariã sanctis ostẽderet qualitatem: quẽ Deũ ille appellabat, Deum esse cognouit, & celsissimum Deum.

c *Et erumpens.* Rursum Deum cõfitetur, idola damnat, pueros laudat, qui verum Deum adorant, & illi soli seruiunt. B

✠ THEODORET. Miser semper experimẽto Dei percipiẽs virtutẽ obliuioni tradit miracula. Hoc erga sanctissimum Danielem item fecit. Surgens enim eum adorauit, & nunc conspecta sanctorum salute Deum laudat, & viros admiratur, quod regis verbum mutarint, & iniquae vitae piã mortem anteposuerint.

d *A me ergo positum.* (Hieronym.) Quidam hoc pessimè ad diabolum referũt, asserẽtes quòd in cõsummatione seculi etiam ipse recipiat veram Dei noticiam, & omnes cohortetur ad poenitentiã: & hunc volũt esse regẽ Niniuę qui nouissimè descẽdat de throno superbiae suae & humilitatis premia cõsequatur, & poenitẽtiam agat.

C ✠ AVGVST. (Regum edicta contra haereticos. Epist.48.) Si facta praeterita in propheticis libris figurae fuerunt futurorum, in rege Nabuchodonosor tempus figuratum est quod nunc habet Ecclesia. Conuersus enim ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicunque blasphemarat Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, poenis debitis subiaceret. Hoc significauit tempora posteriorum regũ iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis.

✠ IDEM. (Epist.50. Psal.2.) Quomodo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quae contra domini iussa fiunt, religiosa saeueritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter etiam quia

quia rex est. Quia homo est seruit ei viuendo fideliter: quia verò etiam rex est, seruit, leges iusta praecipientes & contraria prohibentes sanciendo. Sic seruiuit Ezechias templa idolorum & excelsa destruendo. Iosias talia & ipse faciendo. Rex Niniuitarum vniuersam ciuitatem ad placandum dominum cõpellendo. Darius idolum frangendum in potestatẽ Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo. Nabuchodonosor omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, cùm ea faciunt ad seruiendum illi, quae non possunt facere nisi reges. D (4.Reg. 18. 4.Reg.23. Ion.3. Dan.6.& 14 Dan.3.)

a ¶ Quam sapiens ignis, vincula combussit: corpora seruauit.
& ambulantes in medio ignis & nihil corruptionis in eis
a ¶ Angeli secundum Lxx. vel vt alij arbitrantur, Christi quamuis quaeratur: quomodo rex impius videre Dei filium potuerit. ¶ Ob hoc dicitur visio. b Non praemittit nuncios.
a est, & species quarti similis filio Dei. Tũc accessit Nabucho- 1
b ¶ Orat humiliter vt exeant quos superbè intrusit, hęc est mutatio dextra excelsi. 2
donosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach 3
a ¶ Non idolorum surdorum & mutorum. b ¶ Soluti qui ligati missi.
Misach & Abdenago serui Dei excelsi viui, egredimini & ve 4
a ¶ Nec reluctantur mittendi: nec contradicunt exituri. 5
nite. Statimque egressi sunt Sidrach Misach & Abdenago
de medio ignis. Et congregati satrapae & magistratus & iu- 6
a ¶ Admirantes.
dices & potentes regis, contemplabantur viros illos, quo- 7
niam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, &
capillus capitis eorum non esset adustus: etiam † sarabella 8
¶ Brachae. ¶ Nedum vsta. ¶ Etiam. 9
eorum non fuissent immutata: & odor ignis non transisset 10
a ¶ Etiam. ¶ In laudem Dei. 11
c per eos: Et erumpẽs Nabuchodonosor ait: Benedictus Deus 12
a ¶ Angelum vocat quem supra similem filio Dei dixit. 13
eorum: Sidrach Misach & Abdenago, qui misit angelum
¶ Ad supplicia.
suum & eruit seruos suos qui crediderũt in eum, & verbum 14
regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua, ne serui-
a ¶ Alias solo.
d rent & adorarent omnem Deum excepto Deo suo. A me er- 15
go positum est hoc decretum, vt omnis populus, & tribus &
linguae, quicunque loquutus fuerit blasphemiã cõtra Deum
Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius † va
e stetur, neque enim est Deus alius qui possit ita saluare. Tunc 16
rex † promouit Sidrach Misach & Abdenago in prouincia
Babylonis.

†vestimẽta. †magnificauit. †in latrinas vel lutum ponatur.

✠ IDEM. (Epist. 146.) Nabuchodonosor miraculo cõmotus atq; mutatus, pro veritate contra errorem edictum proposuit: & non vultis (ô Donatistae) vt tale aliquod contra vos iubeant imperatores Christiani? E

✠ IDEM. (Tract. 11. in Ioh.) Si Nabuchodonosor dedit gloriam Deo, quia liberauit de igne tres pueros, vt decretum mitteret, *quicunque blasphemauerit, &c.* Quomodo Christiani reges non mouebũtur, quos liberauit de gehenna quando vident haereticos? Sẽpiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur. F

✠ IDEM. Cùm viuatis vt latrones, mori vos iactatis vt martyres lib. 2. cont. literas Petiliani, cap. 83.

e *Tunc rex promouit Si.* Qui dicunt supra tres pueros non iudices prouinciarum, sed praefectos fuisse singulorum operum, hic primò volunt eos prouinciarum iudices constitutos.

✠ THEODORETVS. Tanta prouidentia sui cultus studiosos dominus gubernat, vt merito exclamauerint hi sancti adolescentes: *Quia non est confusio ijs qui in te confidunt.* Etiam nos itaque tantam adepti spem, omni creaturae simul opificem & gubernatorem praeferamus, sintque nobis hi adolescentes vtilitatis exemplum, pietatis exemplar, duces ad Deum, & ad ea quae à Deo suppeditantur. Quae vtinam nos omnes consequamur gratia domini nostri Iesu Christi.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et species quarti. *quia propter irradiationem vultus in corpore assumpto bene apparebat quod angelus non erat filius hominis, sed magis aliquid supra hominem & quid diuinum. Secundum quod ponitur ibi est approbatio miraculi. cùm dicitur.*
2 Tunc accessit. *Ex quo patet eius deuotio: quia non mittit nuncium.*
3 Et ait Sidrach,&c. *non idolorum multorum quae colũtur in terra.*
4 Egredimini. *De fornace.*
5 Et venite. *Ad me securè. Sequitur.*
6 Et congre. *Qui dicuntur satrapae & huiusmodi suprà expositũ est.*
7 Contemplabantur. *Admirantes de miraculo quod probatur per id quod subditur.* Quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum. *Et quod plus est.*
8 Et capillus capitis. *Qui tamen de facili incenditur.*
9 Saraballa. *id est, brachae aestiuales & breues.*
10 Non fuissent immutata. *Quia non solùm non erant adusta, sed nec fumo denigrata.*
11 Et odor ignis. *Quia erant immoderatè calefacti. Tertium quod ponitur hic est acclamatio Dei, cùm dicitur.*
12 Et erumpens Nabuchodonosor. *in laudem Dei, scilicet.*
13 Ait Benedictus. *Qui misit angelum suum: per hoc enim erat alijs dissimilis & quòd subitò disparuit alijs egredientibus de fornace cognouit, quòd fuerat angelus: sequitur.*
14 Et verbum. *Obediendo Deo & non regi. Et quia non solùm Nabuchodo. in se, sed etiam in toto regno voluit laudare Deum: ideo sequitur.*
15 A me ergo. *i. lex firma, & patet. Quartũ quod ponitur hic, est exaltatio populi Israelitici per puerorũ promotionẽ, & hoc est quod dicitur.*
16 Tunc rex promouit Si.&c. *Amplius quàm ante: quia prius erãt praefecti operum, sed nunc fecit eos iudices prouinciarum, & patet litera. Et in isto capitulo potest assignari quadruplex moralitas, quia in statua est nota simulationis, in adorantibus: aemulationis, in ministris vel instrumentis adulationis, in fornace tentationis. Statua igitur notat simulationẽ potentiae scientiae seu cuiusque excellentiae. Haec statua est ficta, quia vita simulata habet meram falsitatẽ. Aurea, quia habet falsam honestatem. Alta, quia habet falsam dignitatem. Lata, propter falsam pietatem. Sita, propter falsam potestatem. Dedicata, propter falsam famae celebritatem. Adornata, propter falsam maiestatem. Haec omnia simul cõcurrentia faciunt simulatorem, statuam non hominem. In adorantibus est nota aemulationis. Adorant primò satrapae, i. nobiles, aspirantes ad nobilitatem generis. Magistratus, i. consiliarij aspirantes ad familiaritatem principis. Iudices aspirantes ad autoritatem. Duces, s. exercitus aspirantes ad nominis celebritatem. Tyranni, aspirantes ad potestatem. Optimates aspirantes*

NICOLAVS DE LYRA.

ad regiam dignitatem. Hi omnes adorant seculi dignitatem, ne potentiã, honores, vel diuitias perdant: quorum exemplo subditi faciliter inducuntur impulsi à maioribus per potentiã, A doctoribus per falsam doctrinam A religiosis per falsam vitam, In ministris vel instrumentis notatur adulatio. Quidam enim adulantur superioribus ratione timoris: & hoc significatur per turbam quia terret: quidam ratione consequendi honoris, vt ambitiosi: & hoc significatur per fistulam: quidam ratione fauoris habendi in causis. & hoc significatur per citharam: quidam ratione valoris temporalis vt pauperes: & hoc significatur per sambucam: quidam ratione affectus carnalis amoris, sicut sunt propriè diligentes: & hoc significatur per psalterium: quidam ratione decoris vt lasciui, & hoc significatur per symphoniam: quidam ratione luxoris, vt sic per superiores posśint se vindicare de alijs: & hoc designatur per omne genus musicorum: quia tales per omnem viam quærunt adimplere suum propositum. Quartò in fornace & pueris notatur tẽtatio & tribulatio, in fornace actiuè, & in pueris passiuè. Fornax enim tribulationis septuplum succenditur cõtra iustos antequam liberentur. Per aduersitatem in insidijs hostibus. Per asperitatem, in afflictionibus corporis exterioribus. Per anxietatem, in conflictibus mentis interioribus. Per arduitatem, in operibus difficilibus. Per autoritatem, in præceptis fortioribus. Per austeritatẽ, in victu & alijs necessitatibus corporalibus. Per calamitatẽ, in infirmitatibus et languoribus. Fornax autem tentationis similiter septuplum succenditur, quia septem sunt differentiæ tentationis: quia quædam est tentatio dubia, quadam occulta. quædam fraudulenta sub specie boni, quædam subita & periculosa: quia in repentinis difficilè est se bene habere, quædam importuna, sicut est tentatio carnis quæ impugnat omnibus horis, quædam perplexa, quædam violenta ex intensione periculi vel mortis. Hæ tentationes succẽduntur naphta. i. concupiscentia peccati originalis. Stupa. i. concupiscentia superbiæ & vanitatis. Bice. i. concupiscentia luxuriæ carnalis. Malleolis. i. concupiscentia mundanæ cupiditatis, quæ desiccat auarum hominem, sicut malleoli sarmenta sunt desiccata. Ex hac fornace eripiuntur pueri, id est, innocentes. Vincula consumuntur. i. difficultas ad bonum & pronitas ad malum. Seruantur autem illæsa sarabalia. i. bona quæ honestant, quia tegunt membra pudibunda. Thuræ, id est, bona quæ delectant: quia ponuntur in capite. Calciamenta, id est, bona quæ sustentant. Vestes, id est, bona quæ conseruant. Flamma autem quæ diffunditur per cubitos 49, & quinquagesimum non attingit, significat pœnam inferni quæ nunquam consequetur remissionem iubilei, id est, requiem æternam, quæ per remissionem iubilei significatur in scriptura, quia in inferno nulla est remissio.

CAP. IIII.

Hieron. a *Nabuchodonosor.* Epistola Nabuchodonosor in prophetæ volumine ponitur, vt non fictus ab alio postea liber sicut sycophanta mentitur, sed ipsius Danielis esse credatur.

Videtur hæc epistola post visionem arboris missa, & mutationem 8 anno.

b *Ego Nabuchodonosor.* HIERON. Historia est manifesta, nec magna indiget expositione. Ad offensam enim Dei dicitur Nabuchodonosor in amentiam versus septẽ annis inter bruta animalia: herbis & radicibus vixit, & postea in regnum restitutus laudauit & glorificauit regem cæli, quia omnia opera eius iusta, & omnes viæ eius iudicia, qui superbos humiliat. Sed quia volunt quidam per Nabuchodonosor contrariã intelligere fortitudinem, de qua: *Videbam Sathanam sicut fulg. &c.* Et in Apoc. *Draco cadeus in terram, tertiam partem stellarum secum trahit.* Et: *Quomodo cecidisti lucifer qui, &c.* asserunt nõ potuisse fieri, vt homo nutritus delitiis, septem annis fœno vixerit, & absque corporis laceratione inter bestias tamdiu fuerit. Quærũt autem obiiciendo, si alter ei successit, cuius vecordiæ fuerit ei ab imperio cessit quod tantum possedit, aut quomodo per tantum tempus imperium illi seruatum sit, & sine rege fuerit, cùm præsertim nihil tale contineant historiæ Chaldæorum, nec possint hæc silentio præteriisse qui minora scripserint. Hæc omnia ingerunt, vt cum historia nõ steterit, per Nabuchodonosor significetur diabolus quod nos non recipimus nec omnia quæ legimus vmbra & fabulæ videantur. Quis enim amentes quasi bruta animalia in agris & syluestribus locis nesciat viuere? & multo incredibiliora hominibus accidisse, & Græcæ & Romanę tradunt historię, cum Scillã quoque & Chimeram, Hidram, & Centauros, & multa huiuscemodi narrent fabulæ, quid mirum si ad ostendendam Dei potentiam, & regum humiliandam superbiam Nabuchodonosor hæc pertulerit?

Amentes in syluestribus locis degũt.

✠ THEODOR. Non sine causa fuũ nomen posuit, sed vt ipsum verbis quasi testimonium faceret. Cùm enim illustrissimus esset, quippe qui in Asia, Ægypto, & Æthiopia erant, imperium adeptus, nomen

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

Tertia visio. 1 *Nabuchodonosor Hæc est tertia visio significans Christi prædicationem contra humanam prosperitatem. Materia autem huius visionis est factum Nabuchodonosor, qui propter offensam Dei septem annis versus fuit in amentiã, herbarum radicibus inter animalia nutritus, & post per Dei misericordiã ad regnũ restitutus, & sic humiliatus regem cæli laudare cepit: in quo ostenditur mysterium dominicæ prædicationis, scilicet, humanæ prosperitatis finem laudabilem ostendentis. Causa finalis est pronuntiatio Christi prædicantis, trepidatio Dei omnipotentis, humiliatio regis superbientis, exaltatio Danielis interpretantis, consolatio populi seruientis.* Causa finalis. *Causa efficiens est spiritus sancti instinctus, quem habuit Daniel tanquam vir sobrius & deuotus, humilis & subiectus interpretationi assueuit. Causa autẽ formalis consistit in modo scribendi hanc visionem quæ scribitur per modum epistolæ: quia est epistola regis Nabuchodonosor missa per totum regnum suum ad laudem Dei in memoriam huius facti, quæ à Daniele posita est in serie huius libri, & ideo diuiditur per modum epistolæ: quia primò ponitur salutatio, secundò, subiungitur narratio, ibi:* Signa. *tertiò, infertur conclusio, ibi:* Nunc igitur. *In salutatione autem præponitur persona salutans, quia est maior, cùm dicitur:* Nabuchodono. rex. *postea subduntur personæ salutatæ, cùm dicitur.*

Efficiens.

Formalis.

Diuisio.

2 Omnibus populis. *Quia erat monarchia orientis, vt dictum est. Tertiò describuntur bona optata personis salutatis, cùm dicitur.*

3 Pax vobis multiplicetur. *quia bonum pacis debet rex optare subditis, quia ad hoc eis præponitur.*

Diuisio. 4 Signa & mi. *Hic ponitur consequenter epistolæ narratio: & primò ponitur in generali, secundò in speciali ibi:* Ego Nabuchodonosor. *Circa primum considerandum, quòd hic in generali narratur factum Nabuchodonosor quomodo propter superbiam suam in amentiam versus est & humiliatus: & per consequens à Deo in regnum restitutus, propter quod fuit motus ad Deum laudandum, & per epistolam ad laudem Dei suos subditos inuitandum, & hoc est quod dicitur hic:* Signa. *id est, opera diuinitus facta ad inducendum homines ad Dei reuerentiam.*

5 Et mirabilia. *quia excedunt intellectus humani facultatem.*

6 Fecit ap.me. *idest, in persona mea, & sunt verba Nabuchodonosor.*

7 Deus excel. *hoc dicitur ad differentiã illorũ, qui in tẽplis colebãtur.*

8 Placuit ergo mi. *id est, solenniter per epistolam diuulgare.*

9 Signa eius. *id est, opera super naturam facta.*

10 Quia magna sunt. *id est, talia, quod nullus potest similia facere.*

11 Et mirabilia eius. *cui nullus potest resistere, vel etiam impedire.*

12 Et regnum eius, regnum sempiternum. *id est, sine fine.*

13 Et pop. e. in gene. & generationem, *id est, in omnem nationem.*

14 Ego Nabuchodonosor. *Hic describitur narratio epistolæ in speciali, vbi præmittitur quoddam exordium respectu sequentium, in quo in generali tanguntur personæ videns & persona interpretans, & status vtriusque. Secundò autem ponitur prosequutio istorum determinatè, ibi:* Visio capitis mei. *Primò ergo describitur persona videns cùm dicitur:* Ego Nabuchodonosor. *monarcha orientis.* Diuisio.

15 Quietus. *scilicet, à prælijs subiugato mihi oriente.*

16 In domo mea. *id est, Babylone quam fecerat caput suæ monarchiæ, vt dicetur infrà eod. cap.*

✠ Et flor

MORALITER.

✠ 14 *Ego Nabuchodono.* In hoc capitulo sub specie arboris succisæ cuius radices dicuntur remansisse, secundum sensum literalem significatur deiectio Nabuchodonosor propter suam elationem. MORAL. autem per arborem istam significatur homo, vnde Iudicum 9. b. dicitur: *Iuerunt ligna, vt vngerent super se regem.*

✠ Ibi namq

ptus, nomen suum præposuit, quod idoneum eorum quæ dicerentur esset testimonium, dicit ergo.

a *Somnium quod vidi, &c.* ✠ In tanta enim fœlicitate somniũ vidi mihi molestum, ac vehementer perterritus sum ea specie, sed multomagis perturbabar, quòd quæ per somnium significarentur non possem intelligere: quare interpretandi peritos accersiui.

a ¶ Respondeant quod somnium vidit diabolus, nisi forte quidquid in mundo est, vmbra videtur & somnium.

a & florens in palacio meo. Somniũ vidi, quod perterruit me, 1
a ¶ Mentis, non oculorum. Ad gloriam enim seruorum Dei reuelantur mysteria illi. 2
& cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei 3
conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum vt 4
introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Baby-
b lonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi. Tunc ingre- 5
diebantur arioli, magi, Chaldæi & aruspices, & somnium
narraui in conspectu eorum, & solutionem eius non indica- 6
a ¶ Quia solius Dei est hoc. ¶ Familiaris.
c uerunt mihi, donec collega ingressus est in conspectu meo 7
a ¶ Sic enim vocabatur Deus Nabuchodonosor. 8
d Daniel, cui nomen Balthasar secundum nõmen Dei mei, 9
a ¶ Non mirum si errat Nabuchodonosor more Gentilium, & quidquid super se cernit, non Deum, sed deos arbitratur.
qui hãbet spiritum deorum sanctorum in semetipso, & som 10
a ¶ Alij incantatorum. Non mirum si princeps ariolorum omnium constitutus sit, qui ad præceptum regis sapientiam didicerat Chaldæorum, & deculpum sapientior inuentus est.
nium coram eo loquutus sum. Balthasar princeps ariolorũ-
rum quem ego scio quòd spiritum deorum sanctorum ha- 12
¶ Secretum. 13
beas in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: 14
¶ Id est. 15
visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem ea- 16
a ¶ Nabucho donosor. 17
e rum narra mihi. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam, 18
a ¶ Excellentia regis. 19
f & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia: & ma- 20
gna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum. 21
g Aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ. 22
C 23
24

Hieron. Translatio Lxx. quare repudiata.

c *Donec.* Lxx. nescio qua ratione hæc præterierunt. Hac ergo de causa & similibus translatio eorum est repudiata, & Theodotionis vulgo celebrata, quæ & Hebraicæ veritati & cæteris translationibus conuenit. Quæramus ab eis, qui in hac visione historiã non recipiũt, quis sit iste Nabuchodonosor, qui somniũ viderit? quis Daniel qui somnium exposuerit & ventura prædixerit? & quomodo Daniel qui secundum eos sancta intelligitur fortitudo mea, à Nabuchodonosor princeps ariolorum constituitur, & collega illius appellatur.

d *Balthasar princeps ariolorum.* ✠ THEODORETVS. Plerosque hominum prosperi successus faciunt eorum qui de se bene meriti sunt obliuisci, necessitates verò quibus præmuntur eos illis in memoriam reuocant. Cùm aliquis prospera corporis vtitur valetudine, medicæ artis minimè recordatur, cùm verò in morbum inciderit, memoria repetit se alicuius medici ope refectum. Ita etiam Nabuchodonosor, &c.

e *Videbam. & ecce arbor, &c.* ✠ THEOD. Per arborem ipsum significari dixit beatus Daniel, altitudinẽ verò ait vsque ad cælum peruenisse, non arboris naturã significans, sed cogitationes, & quæ ille sibi animo fingebat. Dixerat, *super astra ponam thronum meum.* idcirco proceritatem arboris videt vsque ad cælum peruenisse.

Esa. 14. †demum

f *Et altitudo eius, &c.* De huiusmodi propheta: *Vidi impium superexaltatum, & eſſ. ce. li.* Qui non virtutum magnitudine sed superbia eleuãtur, ideo excidũtur & corruũt.

Hieron. Psal. 36. g.

g *Aspectus illius erat vsque ad terminos vni.* Theodotion, dominatio, quod contemptores historiæ calũniantur, quia Nabuchodonosor orbem terrarum minimè possederit, qui orientis tãtum prouincias tenuit, sed nos hæc omnia hyperbolicè dicta accipimus, & ob superbiam regis impij qui in Isaia tanum gloriatur vt iactet se tenere cælum & orbem terrarum quasi nidum, & oua volucrum.

Folia eius

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et florens in palacio meo. *quia omnia succedebant sibi ad libitum: fortuna enim prospera dicitur floritio metaphoricè.*

2 Somnium vidi. *diuinitus immissum.* 3 Quod perter. me. *diuina virtute hoc faciente, sequitur.* 4 Et per me. *Hic incipit persona interpretantem tangere. Vt introduceretur in conspectu meo cuncti sapientes, &c.* 5 Tunc ingre. ario. *supra expositum est qui dicebantur arioli & cæteri hic nominati.* 6 Et solutionem eius. *quia hoc est solius Dei: Ex quo patet eos falsum respõdisse in prima visione, quãdo dixerunt: Rex dicat somnium seruis suis & solutionem indicabimus: quia hic dicitur expresse, quod rex narrauit somnium in conspectu eorum, & tamen nesciuerunt interpretari.* 7 Donec collega. *id est familiaris.*

8 Ingressus est in conspectu. *Quæritur ergo quare non fuit primo vocatus cum alijs, & maximè quia alias ei somnium exposuerat, vt dictum est cap. ij. Dicendum, quòd erat absens pro aliquo arduo regni negocio: propter quod rex non præcepit interfici sapientes, sicut prius præceperat in simili casu: quia expectabat Danielem, & hoc videtur sonare littera cùm dicitur:* Solutionem eius non indicauerunt mihi, donec ingressus est Daniel, &c. 9 Cui nomen Balth. *quia tali nomine vocabatur Deus Nabuchodonosor.* 10 Qui habet spiritum deorum san. *ad interpretandum somnia: propter hoc ars interpretandi somnia dicebatur scientia diuina. vnde & Albertus magnus super librũ de somno & vigilijs, dicit: Socratem exclamasse Athenienſibus laudantem scientiam diuinationis somniorum dicentem: Absit à me vt hanc vestram quam experti estis per somnia dicam esse falsam scientiam, sed hãc vt diuinam me ignorare profiteor, humana me scire exiliter protestatus sum. Et vt verum fatear hoc solum me scire arbitratus sum. quod ignoro eo quod scientiam deorum vel sanctorum non sum adeptus, sequitur.*

11 Balthasar. prin. *id est, diuinatorum: & hoc ratione diuinæ sapientiæ, quam habebat & non alij, & hoc est quod subditur.*

12 Quem e. s. quòd spi. *Dicit deorum sanctorum ad differentiam demonum à quibus magi & arioli & huiusmodi querebant responsa: loquitur etiam in plurali de Deo secundum morem Gentilium. Sequitur.*

13 Et omne sa. *i. secretum.* 14 Non est impos. *q. d. omne secretum potes aperire.* 15 Visiones som. me. q. v. *Non petit hic Nabuchodonosor narrationem sui somnij, quasi ignorati, sicut in prima visione: quia hoc somnium narrauit primo ex alijs coniecturibus, & secundo Danieli, vt hic dictum est: sed petit narrationem per modum expositionis: in qua oportet repeti somnium ab expositore applicando partes singulas visionis ad partes solutionis.* 16 Visio capi. *Posito exordio narrationis & interpretationis, hic procedit ad vtrumque in speciali: & primò ad narrationem, secundò ad eius interpretationem, ibi:* Tu ergo Balthasar. *Prima in tres, quia primò narratur visio prout significat contrà eum diuinam sententiam, ibi.* Videbam. *tertiò, prout exprimit sententiæ causam, ibi:* In sententia. *In prima ergo parte dicitur sic: Visio capitis mei, quia tales visiones fiunt in parte imaginatiua quæ viget in capite.*

17 In cubili meo. *quia in somno est facta ista visio quietatis sensibus exterioribus, hoc est. s. quæ sequitur.* 18 Videbam, &c. *per arborẽ Nabucho. significatur, quia secundum Philosophum homo est quasi arbor euersa habens radices sursum. i. capillos vel os, quia radices sunt ori similes 2. de anima.* 19 In med. ter. *quia Babylõ vbi regnabat Nabucho. est in medio climate terræ habitabilis scilicet, in quarto secundum Alfraganum.* 20 Et altitudo, &c. *propter potentiam Nabuchodonosor & eius superbiam.* 21 Magna. *propter regni extensionem.*

22 Et fortis. *propter magnam malitiam & peritiam armorum.*

23 Et proceritas, &c. *propter Nabuchodonosor excellentiam, qui de infimo statu ad tantam potentiam deuenerat, vt suprà dictum est.*

24 Aspectus illius, &c. *quia ab habitantibus in remotis partibus timebatur,*

MORALITER.

✠ Ibi nãq; per ligna homines intelligãtur. Et de hac arbore subditur. 19 *Ecce arbor, &c. i.* in medio terrestriũ hominũ, quorũ status variabilis est secundũ fortunæ motũ. 20 *Et altitudo, &c.* per superbiam ex fortunæ prosperitate causatã. 21 *Magna arb.* propter status eminentiam. 22 *Et fortis.* propter potentiam mundanam. 23 *Et proceritas.* id est, elatio nimis excessiua propter impensam sibi reuerentiã. 24 *Aspectus illius.* per no-

A a *Folia eius pulcherrima.* ✠ THEODOR. Folia vocat decus illud quod conspiciebatur in veste, & throno, & regiis, & scutatis, hastatis, satellitibus, ac stipatoribus corporis. Fructum verò, tributum, quod vndique ei afferebatur. Idcirco autem, multum fructum, non autẽ pulchrum dixit, neque enim iustè impositũ erat.

b *Esca vniuersorum in ea, &c.* ✠ THEOD. Siquidem & agricolæ ipsius procuratione pace fruentes, è terra fructus percipiebant: & milites ab ipso cõmeatus percipiẽtes in armis vitã degebant.

c *Subter eam, &c.* Nam & ferino more viuẽtes barbari, & ratione magis vtentes, ac mitiores, & acuto ingenio homines, & alta mente præditi, sub ipsius imperio vitam traducebant.

Hieron. B d *Vigil.* Theodotion, angelus. Vigilãt enim angeli, semper ad Dei officium parati. Nos quoque crebris pernoctationibus eos imitari debemus. De ipso quoque dicitur: Psal. 120. a. *Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* In sequẽtibus quoque dicitur: *In senten. vi.* id est, angelorum.

✠ THEODOR. Ir vocat vigilantem, sic enim Græcè interpretatur. Vigilantem autem vocat angelum, vt significet corporis expertem; qui enim corpore indutus est, somno obnoxius est; qui verò somno præstantius est, is est liber à corpore. Descendit autem de cælo, vt discat Deum ipsum esse qui contra se sententiam tulit: docetur autem quis ei regnum tradiderit, amittens regnum. Videt enim arborem excisam, & ramos separatos, hoc est, principes ac præfectos, & satrapas, & magistratus, folia autem excussa, quam sibi gloriã cõparauerat, filiorum instar fluentem & tabescentem, fructum verò dispersum, quia qui tributũ exigebant ad seipsos in reliquum sine vllo metu lucrum conuertebant. D

e *Fugiant bestiæ, &c.* ✠ THEOD. Qui enim præter voluntatem ei seruire coacti fuerant, inuenta occasione regis mutatione, ab eius imperio desciuerunt.

f *Et alligetur vinculo.* ✠ Vt is qui dementiæ morbo correptus erat & Corybantum more furore agitatus, cõtra omnes rabie insaniebat, necessariis vinculis constrictus fuerat, quæ tamen haud idonea erant, vt ipsum detinerent, sed vagabundus desertis in locis morabatur, sub diuo infelix iumentorũ instar depascẽs herbam. E

g *Et septem tempora.* ✠ THEODOR. Hoc Dei longanimitatem declarat. Breui enim tempore supplicium definit, expectãs eam pœnitentiam quam sit paritura disciplina.

Quidam mentiuntur, quòd septem anni in septem menses mutati sunt oratione Danielis.

a ¶Decus regni. ¶Diuitiæ. ¶Quos alebat. 1
a Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vni- 2
a ¶Simplices. b ¶Feroces. 3
b c uersorum in ea. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, 4
5
¶Leues mendaces.
& in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vesce 6
batur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stra 7 8
d tum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit, & cla 9
mauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & præcidite ra- 10 11
e mos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiãt 12
a ¶Notat regem deponendum, sed illi seruandum regnum. 13
bestiæ quæ subter ea sunt, & volucres de ramis eius. Verũn- 14
a ¶Tentatione durissima, vel sicut insanus. 15
f tamen germen radicum eius in terra sinite, & alligêtur vin- 16
culo ferreo & æreo, in herbis † quæ foris sunt, & rore cæli tin 17 18 †agri.
gatur, & cũ feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab huma- 19
a ¶Anni. b ¶Anniuersario cursu. 20
g no commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tẽpora mu- 21
22

☞ Et cogitation

NICOLAVS DE LYRA.

mebatur, ne eos inuaderet.

C 1 Folia eius pulcherrima. *hoc dicit quantum ad eius ornatum & iocalia, quæ diuersis regnis superatis congregauerat.*
2 Et fructus eius. *propter multitudinem diuitiarum artificialium.*
3 Et esca vniuer. &c. *propter multitudinem diuitiarum naturalium.*
4 Subter eam habitabant animalia. *id est, simplices.*
5 Et bestiæ. *id est, quia nullus audiebat resistere ei.*
6 Et in ramis, &c. *per volucres intelligũtur garruli & mendaces ad alta tendentes, quia tales solent principibus esse laterales.*
7 Videbam. *Hic consequenter narratur visio inquantum continebat sententiam Dei. vnde dicitur sic:* Videbã. *scilicet prosperitatẽ status mei.*
8 In visione capitis. *quia prosperitas præsentis vitæ non est nisi quasi somnium, scilicet, vnde dicitur in Psal.* Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Psal. 75. a
9 Et ecce vigil. *id est, angelus quia angeli vigilant ad custodiam nostram, & ad exequenda Dei mandata, & quia nunquam cessant ab actu intelligendi, sicut nos cessamus oppreßi somno.*
10 Et sanctus. *Hoc dicitur ad differentiam dæmonum, quia philosophi Gentiles dicebant dæmones corpora habere aerea, vt dictum est suprà, angelos autem esse intelligentias omnino separatas.*
11 De cælo descendit. *quia à Deo mittuntur angeli ad hæc inferiora administranda.*
12 Clamauit for. *ad insinuandum autoritatem diuinæ sententiæ.*
13 Succidite arborem. *quia Nabuchodonosor de regno abiectus est ad tempus, vt dicetur infrà eod. cap.*
14 Et præcidite ramos. *id est, filios eius vel posteros qui deiecti sunt & interfecti per Medos & Persas, vt patet cap. seq.*
15 Excutite fo. *id est, decorem regni, quia multum deperijt in infirmitate longa regis Nabuchodonosor.*
16 Et dispergite fructus. *quia illo tempore quilibet rapiebat sibi diuitias illius regni.*
17 Fugiant, &c. *quia multi recesserunt de dominio Nabuchodonosor tempore amentiæ suæ tam de simplicibus qui significantur per bestias, quàm de principibus qui designantur per volucres ad alta tendentes.* F
18 Veruntamen germen, &c. *id est, spem certam reuertendi ad regnum post amentiam.*
19 Et alligetur, &c. *id est, infirmitate inducta ex diuina sententia quæ infrangibilis est.*
20 In herbis, &c. *quia tempore amentiæ habitabat in campis cũ bestijs.*
21 Cor eius ab humano, &c. *quia perdidit vsum rationis per amentiam, & sic factus est quasi bestia: quia vita hominis non differt à vita bestiali, nisi per vsum rationis: non quia fuit mutatus in bouem: vt dicit Iosephus: qui licet veraciter narrat historiam veteris testamenti, tamen quando vult exponere turpiter deficit, sicut de nuditate Adæ in statu innocentiæ: dicit Iosephus quòd non erubescebat, & exponendo rationem assignat, quia Adam vixit tũc in simplicitate bestiali, sicut pueri ante vsum rationis non erubescũt de sua nuditate: sed hoc est manifestè falsum, quia sic per peccatum melioratus fuisset status primi hominis, quia per hoc adeptus fuisset vsum rationis, & eodem modo dicit hic Iosephus, dicendo quòd Nabuchodonosor fuit mutatus in bouem.* Iosephus sæpe errauit
22 Et septem tempora, &c. *id est, septem anni, per tempus enim intelligitur annus in scriptura, vt dicitur 12. cap. cùm dicitur:* Per tempus & tempora & dimidium temporis. *Ex quo patet falsum, quod aliqui dicunt 7. annos fuisse mutatos in 7. menses oratione Danielis, vt dicit glossa super locum istum.*

✠ In sententia

MORALITER.

minis sui diffusionem.
1 *Folia eius, &c.* per exterioris apparatus ostentationem in familiis & equitaturis, in vasis aureis argenteis & similibus.
2 *Et fructus eius nimius.* per opulentiam.
3 *Et esca vniuersorum in ea.* id est, multorum: quia sicut dicitur Eccles. 5. c. *Vbi multæ sunt opes, ibi multi qui comedunt eas.*
4 *Subter eam, &c.* id est, simplices in humilibus officiis existentes, sicut sunt famuli coquinæ & stabulorum & huiusmodi.
5 *Et bestiæ.* quod nomen est propriè ferocium animalium, vnde dicuntur bestiæ quasi vastiæ à vastando: ideo per eas significantur ministri feroces in leuandis exactionibus & grauaminibus inferendis.
6 *Et in ramis, &c.* id est, garruli adulatores & mimi.
6 *Et ex ea, &c.* i. homines carnales & non religiosi vel pauperes.
9 *Et ecce vigil & sanctus.* i. spiritussanctus qui nunquã dormit.
11 *De cælo des.* spiritussanctus enim inspirans prophetas sanctos, fortiter clamat cõtra tales superbos in nouo acveteri testamẽto.
13 *Succidite arborem, &c.* nam in morte præscinduntur tales superbi & in inferno puniuntur, nisi per veram pœnitentiam ante mortem ad Deum humiliter reuertantur: quod semper potest fieri durante vita præsenti. Ideo subditur.
18 *Veruntamen germen radicum.* Per hoc autem germen significatur liberum arbitrium reuerti potens ad bonum. Quia tamen hoc est difficile in hominibus assuetis ad malum, ideo subditur.
19 *Et alligetur vinculo ferreo.* Per quod significatur habitus malus faciens difficultatem in dicta reuersione: Quia tamen non facit impossibilitatem, ideo sequitur.

† Et ex ✠ Donec co

A a *Et cogitationes, &c.* Hieron. Quia intelligebat somnium regi contrarium esse, & cordis timorem pallore vultus signabat, pro rege enim non ingratus dolebat, qui ei plurimum detulerat, & ne videatur insultare ei ait, *Domine mi, &c.*

b *Balthasar.* Videns eum perterritum, nec contra se velle dicere aliquid sinistrum: cohortatur vt verè & simpliciter quod intelligit eloquatur.

c *Arborem quam vidisti, &c.* ✠ THEOD. Operæpretiũ est Danielis admirari sapientiam. B Neq; enim simpliciter dixit, *arbor magna*, sed magnificata & corroborata. Hoc est, nõ ab initio fuisti magnus, sed paulatim factus es: & potentiã non ab ortu adeptus es, sed sensim eã tibi comparasti: Subiicit.

d *Qui magnificatus es.* ✠ Et hæc aptè admodum & opportunè cælo & terræ accommodauit. Dominationem enim dixit peruenisse ad fines terræ: ad cælũ verò non item dominationem, sed magnitudinem, hoc est, cogitationis phantasiam. D

e *Quod autẽ vid. &c.* ✠ Et fidem orationi faciẽs, necessariò subiecit: *Decretum altißimi est, quod perueniet super dominum meum regem.* Hinc planè discere licet, apostolicæ doctrinæ vtilitatem, *Omnis anima,* inquit, *potestatibus sublimioribus subdita sit.* Rom. 13. E Beatus quoque Daniel, dominum, impium regem vocat, & legis potestati obediens cõgruis vsus est appellationibus.

f *Vinciatur ferro, &c.* HIERONYMVS. Quæstio. Quærũt à nobis qui historiæ contradicũt quomodo ferro & ære vinctus fuerit, aut quis eum ligauerit, cum perspicuum sit omnes furiosos ne aliquos occidant catenis religari.

a ¶Quia sic oportet fieri. b ¶Angelorum quorum Gentes opprimebat, quorum sermo & petitio erat, vt deponeretur.
tentur super eum, & † in sentẽntia vigilũm decretũ est, & ser- 1 †in decreto vigilum verbum, & in sermone sãctorum petitio, vt cognoscant, &c.
a ¶Eorum apud Deum. b ¶In eo
mo sanctorum & pẽtitio donec cognoscãnt viuentes, quo- 2 3
niam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicumque
uoluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet su- 4
per eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex. Tu 5 6
ergo Balthasar interpretationem narra festinus: quia omnes 7 8
sapientes regni mei non queũt solutionem edicere mihi. Tu
autem potes: quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc 9
Daniel cuius nomen Balthasar, cœpit intra semetipsum ta-
a citus cogitare, quasi vna hora, & cogitationes eius contur- 10
b babant eum. Respondens autem rex ait: Balthasar, somnium
& interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltha-
sar & dixit: Domine mi, somnium his qui te oderunt, & in- 11
a ¶Absque regis iniuria explicat veritatem, & ne videatur superbè arguere exponit altitudinem potentiæ.
¶Id est, arbor.
c terpretatio eius hostibus tuis sit. Arborẽm quam vidisti sub- 12
a ¶Præsumptione tua.
limem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælũm, &
a ¶Principes.
aspectus illius in omnem terram, & rãmi eius pulcherrimi, &
fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habi-
tantes bestiæ agri & in ramis eius commorantes aues cæli: tu
d es rex qui magnificatus es & inualuisti, & magnitudo tua cre
a ¶Hyperbole.
uit & peruenit vsque ad cælũm, & potestas tua in terminos
e vniuersæ terræ. Quod autem vidit rex vigilem & sanctum
descendere de cælo, & dicere: Succidite arborem, & dissipate
f illã: attamẽ germẽ radicũ eius in terra dimittite, & vinciatur

☞ Hæc est

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In sententia. *Hic narratur visio quantum ad diuinæ sententiæ causam cùm dicitur:* In sententia vigilum decretum est. *id est, ad petitionem sanctorum, qui sunt in terra quam angeli præsentant coram Deo decretum est hoc à Deo in conspectu angelorum, qui dicuntur vigiles rationibus prædictis, & causa subditur.* 2 Donec cog. *id est, homines.* 3 Quoniam dominatur, &c. *Transferendo regna secundum voluntatem suam.* 4 Et humi. ho. *id est, Christũ.* 5 Constituet su. eũ. C *secundum quod ipsemet dicit Matth. 28. d.* Data est mihi omnis pot. in cælo & in ter. *Vel secundum literam per hoc intelligitur Nabuchodonosor, qui de humili statu primò fuit ad regnum eleuatus, sed propter superbiam ad tempus deiectus, & per humilitatem iterum restitutus.*
6 Hoc somnium vidi. *per hoc patet falsitas illorum qui dicunt, quod ea quæ dicuntur in hoc cap. non sunt intelligenda ad literam de Nabuchodonosor, sed de diabolo qui in cõsummatione seculi consequetur maiorem gloriam quàm illi angeli qui non peccauerunt. Quod autem nõ intelligatur ad literam de Nabuchodonosor, arguunt primò quia non est verisimile quòd rex fuisset dimissus currere per campos cum bestijs, sed magis fuisset ligatus et inclusus. Similiter nec quòd per tantũ tempus vixisset nudus & sub diuo. Tertiò impoßibilè videtur, quòd ita diu vixisset tali cibo, quia infrà dicitur:* Fœnũ quasi bos comedes. *Quartò quia in tanto tempore bestiæ deuorassent eum, vt videtur. Quintò quia non est verisimile, quòd per 7. annos tantum regnum fuisset sine rege, & non legitur alius institutus, & si fuisset institutus nõ est verisimile, ꝙ ei ceßisset post furiam. ideo dicunt ꝙ Daniel ad literam loquitur hic de diabolo sub methaphora de Nabuchodonosor sed dictũ istorum est erroneum, quia peccatum dæmonis est irremediabile, sicut diffusius tractatur 2. sententiarũ & contrarium dicere error est Origenis, cuius improbationẽ omitto hic propter prolixitatem vitandã, & quia habetur in scriptis cõmunibus. Item falsitas istorum patet ex litera vbi dicitur, ꝙ Daniel erat collega huius Nabuchodonosor de quo est hic sermo. Quod autem esset familiaris ipsi diabolo est falsum, cum hic dicatur quod habebat spiritum deorum sanctorum. Item somnium non potest inesse diabolo sicut nec somnus. Itẽ quomodo exponeret Daniel somnium diabolo, cùm in dæmonibus vigeat acumen intellectus magis quàm in hominibus: & ideo dicendum est, ꝙ hæc est vera historia & nõ loquutio parabolica, quod patet ex hoc ꝙ personæ sic determinatè nominantur. s. Daniel, Nabuchodonosor & alij & eorum officia. Item per hoc quòd factum notatur sic celebre quod scribitur toti regno in regia epistola. Ad primum igitur, quod in contrarium obijcitur, dicendum, quòd sicut dicit Hieron. & experientia docet: multa sunt impoßibilia homini sano, quæ tamen sunt poßibilia homini furioso, furia enim facit hominem multa agere, & pati quæ aliàs non posset, videmus enim amentes diu sub diuo morari, credis sustentari, quibus etiam videtur quòd sint bestiæ bestiarũ etiã ferocium, & cũ talibus amicitiã cõtrahunt. Hæc Hiero. Ratio autẽ istorũ quæ dicit hic Hier. potest aßignari breuiter, quia furia naturam hominis deordinat & quasi bestialẽ facit, & hoc sequitur quod aliqua sunt eis delectabilia & poßibilia quæ ante non erãt propter transmutationẽ naturæ, sicut mulieribus prægnãtibus carbones vel terra fit cibus delectabilis propter naturæ deordinationẽ, quæ tamen alias sunt eis abominabilia. Ex hoc etiã sequitur aliud. s. ꝙ cũ bestijs cõtrahunt familiaritatẽ propter quandã aßimilationem ad eas, & propter hoc bestiæ nõ deuorabãt Nabuchodonosor, sicut & experimẽto videtur, quod canes ferocißimi non nocẽt fatuis naturaliter vel amentibus. Potest tamẽ dici ꝙ à bestijs fuit diuinitus præseruatus: & sic patet ad quartũ. Prima autẽ causa quare non fuit ligatus vel inclusus tẽpore furiæ, fuit, quia per hoc infirmitas fuisset aggrauata: patet enim ad sensum ꝙ furiosi cũ ligantur magis infirmãtur: & sciebant homines sui per reuelationẽ Danielis, ꝙ in cãpis non moreretur, sed finaliter in regnũ restitueretur. Ad quintũ dicẽdum, ꝙ regnũ tẽpore illo fuit gubernatum per principes, & maximè per Danielẽ, qui diligebat regẽ: Et quia per Danielis reuelationẽ sciebãt regem restituendũ ideo nullũ aliũ audebãt interim statuere, ne Nabuchod. postea restitutus puniret eos tãquã reos criminis læsæ maiestatis. Itẽ quia Nabuch. multũ regnũ ampliauerat & glorificauerat, ideo cũ maiori patientia principes eũ expectabant. Vel aliter potest dici, ꝙ filius eius Euilmerodach. illo tẽpore regnauit. Quomodo autẽ postea ceßit patri, dicẽdũ ꝙ hoc fecerũt principes qui eius maliciæ obediebãt. vnde vt dicũt aliqui, propter mala quæ fecit tẽpore infirmitatis paternæ, fuit postea incarceratus à patre cũ Ioachin rege Iuda: ex quo cũ eo amicitiã cõtraxit, & eũ de carcere extraxit, vt habetur 4. Reg. 45.* 7 Tu ergo Bal. *Hic consequenter ponitur visionis interpretatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ipsa interpretatio, secundò, interpretationis impletio, ibi:* Omnia hæc. *In prima parte dicitur sic: Tu ergo Balthasar. i. Daniel.* 8 Narra fe. *q. d. nõ indiges tẽporis dilatione ad cogitãdũ propter diuinã sapientiam, quæ est in te.* 9 Tunc Dani. *cœpit intra semetipsum tacitus cogitare: quia nolebat cito procedere ad denunciandum regi mala.* 10 Et cogitationes, &c. *quia rex honorauerat eũ multũ et socios eius, et ideo quasi gratus cõturbabatur de malo eius futuro. vnde sequitur post.* 11 Domine mi. *quia licet veritas contra superiores sit dicenda, tamen cũ reuerẽtia debet dici.* 12 Arborẽ. *hic incipit exponere visionẽ eo modo quo superius est exposita: & ideo patet ex dictis sententia vsque ibi.*

MORALITER.

✠ 2 *Donec cogno.* s. in superbia. 3 *Quoniam domi. ex. in re.* & sic sub eo veraciter humilientur, & de beneficiis sibi collatis ei debitè regratientur. Quod si fecerint eis maiora in cælestibus donabuntur, propter quod in huius figura dicitur in fine capituli: *Et magnificentia mea amplior reddita est. m.*

a *Hæc est interpretatio* Austeritatem sententiæ, verborum temperat blandimentis, & mala releuat promissis. vnde: *Regnum tuum tibi manebit.*

b *Septem autem tempora, &c.* ✠ THEOD. Alij septem annos dixerunt, alij tres cum dimidio, neque enim in quatuor conuersiones diuina scriptura annum diuidit, sed in duas generales partes hyemem & æstatem. Septẽ igitur huiusmodi partes tres annos cum dimidio perficiunt, ac tantum temporis inquit, in calamitate deges.

c *Donec scias, &c.* ✠ Quãdo somnias inquit, te Deum esse, immo superiorẽ Deo adimet tibi Deus etiã humanam cogitationem, efficietque vt similis bestiis feris euadas, vt experiẽtia percipias, quid homo, quid Deus, quid humana felicitas, & quid regnum diuinum: & fieri non posse vt quis illud consequatur inuito Deo.

d *Regnum tuum tibi.* HIERONYM. Hoc quoque calumniatores accusant, mirãtes quòd post efferationem, post tanta tormenta, post fœni & herbarum alimenta Deum confiteatur: & sit qui fuerat. Sed respondeant quomodo congruat vt angeli qui nunquam corruerunt, eum habeant principem, qui per pœnitentiam sit reuersus.

e *Quamobrem.* Quamuis Deus prædixerit, cuius præscientia nõ potest mutari, hortatur tamẽ ad eleemosynam & pauperum misericordiam, quia nesciebat an esset Dei comminatio: quia & Ezechiæ & Niniuitarum sententia mutata est, non iudicij vanitate, sed eorum mutatione, qui conuersi veniam meruerunt. Ieremiæ quoque dicit dominus se, *mala super gentem inferre, & si bona fecerit minas clementia commutare*, insuper bona terrena se daturum promittit, sed si mala fecerit, dicit se, suam mutare sententiam, non in homines sed in opera quæ mutata sunt. Neque enim Deus hominibus irascitur, sed vitiis, quæ cũ in homine non fuerint, non quod mutatum est punit. Intendit enim peccata punire, homines saluare.

✠ THEOD. His inexplebilem illius crudelitatẽ declarat, quam in sibi subiectis exercuerat. Vis inquit, clementiæ fructum percipere? Hanc eandẽm erga eos ostendito, qui vnam tecum sortiti sunt naturam. Ita enim iudici persuadere poteris, vt minas extinguat, neque signat eas ad exitum perduci.

✠ TERTVL. Rex Babylonius offenso domino, cùm squalore & pedori septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui, & regnum recuperauit, & quod optabilius homini est, satis Deo fecit.

✠ CYPRIAN. Danieli rex non obtemperans, aduersa quæ viderat & infesta perpessus est, quæ euadere & fugere potuisset, si peccata sua redimere eleemosynis voluisset.

✠ AVGVST. Scriptum est, *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.* Item: *Include eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te deprecabitur dominum.* Item scriptũ est. *Cõsilium meũ audi rex, & peccata tua eleemosynis redime.* Et alia multa sunt eloquij diuini documenta, quibus ostẽditur multum valere eleemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis quos vel damnaturus, vel coronaturus est, solas eleemosynas imputabit. Matth. 25.

✠ CHRYSOST. Si ille rex idolorũ cultor poterat eleemosynis peccata redimere, cui nõ proderũt eleemosynæ? Sed audi mysteriũ quod Petrus apud Clemẽtem exposuit. Si fidelis fecerit opus bonũ, & hic ei, pdest liberans eũ à malis, & in illo seculo ad percipiẽdũ regnũ cœleste, magis aũt ibi, quãhic. Hom. 26. in Matth. op. imp.

✠ AMBROS. Si peccator sibiipsi non pepercerit, à Deo illi parcitur. Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ spacio cõpẽsaue rit, seipsum ab æterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina. Grande scelus grandẽ habet necessariam satisfactionem. L. ad. virg. lapsã cap. 8.

✠ IDEM. Magna est eleemosyna, quæ ardẽtiũ criminũ globos beneuolẽtiæ suę fonte refrigerat, & quodã irriguo largitatis obruit incẽdia delictorum: vt quamuis offensus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogitur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Ait enim sanctus propheta: *Sicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemosyna extinguit peccatũ.* Serm. 15. Eccle. 3. In Epist. Paulæ.

✠ HIERONYM. Affligendum est, corpus quod multis vacauit deliciis: longus risus perpeti compensandus est fletu: mollia linteamina asperitate cilicij commutanda.

✠ IDEM. Qui peccator est, cilicio pœnitentiæ accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi, & ingrediatur Ecclesiam de qua fuerat egressus, & cubet in sacco, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compensẽt. In Malach 4

✠ GREG. Qui se illicita meminit cõmisisse, à licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa. Hom. 34 in Euang.

✠ BERNARDVS. Prorsus horreo incidere in manus Dei viuentis. Volo vultui iræ iudicatus præsentari, non iudicandus. Iudicabo mala mea, iudicabo & bona mea. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiuniis, cæterisque sanctæ laboribus disciplinæ. L. de modo bene viuendi, cap. 27.

HIERON. Fecit Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes: & idcirco vsque ad mensem 12. dilata est sententia: sed quia gloriatur dicens: *Nonne hæc est Babylon, &c.* bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ. Propter humilitatem adhuc per annum mansit in regno, & quia benefecerat pauperibus secũdum consilium Danielis, sed elatus in superbia statim eiectus versus est in insaniam.

In Ieremia præcipitur populo Iudæorum vt orent pro Babyloniorum pace, quia in pace eorum est pax captiuorum. Iere. 29. b.

f *Forsitan ignoscet.* Daniel præscius futurorum de Dei sententia dubitabat, Hieron,

ferro & ære in herbis †foris, & rore cœli conspergatur, & cum feris sit †pabulum eius, donec septem tempora mutẽtur su- †agri. †pars. † & decret.

¶Vel eam. ¶Non meæ. ¶Qui omnia potest.

a per eum. Hæc est interpretatio † sententiæ altissimi, † quæ

a ¶Homines. b ¶Insanum.

peruenit super dominum meum regem. Eiicient tẽ ab hominibus, & cum bestiis †ferisque erit habitatio tua, †& fœ- †agri.

b num vt bos comedes, & rore cæli infunderis. Septem quo- †quod.

¶Anni. ¶Euoluti.

c que tempora mutabũtur super te, donec scias, quòd dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicumque voluerit det illud. Quod autem †præcepit vt relinqueretur ger- † Infrà 5. f. E

d men radicum eius, id est, arboris, regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatẽ esse cælestem. † Quam 1

a ¶Præscientia.

e obrem rex cõsilium meum placeat tibi, & peccata tua † eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pau- 2

¶Annum, scilicet.

f perum: forsitan †ignoscet Deus delictis tuis. Omnia hęc ve- 3

nerunt super Nabuchodonosor regem. Post finẽ mensium 4

a ¶His quę secum in animo voluebat, ob ea quæ sibi dicta fuerant à Daniele. 5

duodecim in aula Babylonis deambulabat. Rẽspondit que 6

rex & ait: Nónne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego 7

ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ: & in

a ¶Qui per se regnare voluit.

a gloria decoris mei. Cúmque sermo adhuc esset in ore rẽgis, 1

a ¶Quasi pondus. ¶Non alij. ¶Vox aperta præmittitur, vt à domino vindicta immissa sciatur.

vox de cælo rúit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnũ 2

a ¶Tanquam insanum. b ¶Domesticis. 3

tuum transibit à te, & ab hominibus eiicient tẽ, & cũ bestiis

a ¶Natura. b ¶Non verè.

† atque fêris, erit habitatio tua: fœnũ quasi bos comedes, & 4

a ¶Magna miseriæ consolatio.

septem tempora mutabuntur super te, dõnec scias quòd do- 5

a Super omnes gentes, sine cuius nutu nec foliũ arboris cadit. b ¶Omnis potestas à Deo est.

minẽtur excelsus in regno hominum, & cuicũque voluerit

a ¶Vt sciret esse superbiæ pœnam. b ¶Dei.

b det illud. Eãdem hora sermõ completus est super Nabucho- 6

a ¶Mente captus.

c donosor, †& ex hominibus abiẽctus est, & fœnum vt bos co- 7

a ¶Quia cælo tantum regebatur.

d medit, & rore cęli corpus eius infectũ est, donec capilli eius 5 6

¶Alarum.

in similitudinẽ aquilarũ crescerent, & vngues eius quasi vn- 7 8

a ¶Septem annorum. b ¶Prædictorum à domino.

gues auium. Igitur post finẽm diẽrũ, ego Nabuchodonosor 9

a ¶Mentis & corporis. b ¶Vbi Deus est. vnde: Fiat voluntas tua sicut in cælo, &c.

f oculos meos ad cælum leuaui: & † sensus meus redditus est 10

¶Ideo. a ¶Qui dominatur in regno hominum.

mihi, & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternũ lau- 11

¶Experto credite.

daui, & glorificaui: quia potestas eius, potestas sempiterna, 12

a ¶In omnia tempora vel legis vel euangelij, potuit enim Nabuchodonosor sensu primo recepto etiam hoc non ignorare.

g & regnum eius in generatione & generationẽ, & omnes ha- 13

h bitatores terræ apud eum † in nihilũ reputati sunt. Iuxta vo- 14

luntatẽ enim suam facit, tam in † virtutibus cęli, quàm in ha- 15

a ¶Potentiæ eius.

bitatoribus terræ: & nõ est qui resistat manui eius, & dicat ei: 19

a ¶Quo cognoui eum. f. b ¶Quem amiseram.

quare fecisti? In ipso tẽpore sensus meus reuersus est ad me, 20

vt prophetæ instar de Deo & sentiat & loquatur.

g *Et omnes habitatores terræ, &c.* ✠ THEOD. Hæc etiam alterius prophetæ doctrina est. Etenim beatus Dauid, *omnia*, inquit, *quæcunque voluit Dominus, fecit, in cælo, & in terra, &c.* Cùm itaque didicerimus quantum superbia & fastus hominibus afferat detrimenti, parentem bonorum humilitatem adipiscamur. Hanc Dominus quoque possessionem beatam censet, quasi eam quæ prouentum habeat regnum cælorum. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, &c.* Et seipsum exemplar proponens. *Discite à me*, inquit, *quia mitis sum, &c.* Pſal. 134. Matth. 5. & 11.

h *Iuxta voluntatem.* HIERO. In hoc sicut homo loquitur, tanquam non secundum iustitiam agat, sed secundum voluntatem, & dum potentiam Dei prædicat, iustitiam eius videtur arguere, quasi immeritò pœnas sustinuerit.

a *Optimates*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quamobrem. *vbi posita expositione, ponitur monitio Danielis monẽtis regẽ ad pœnitentiã & opera misericordiæ: vt per hæc auertatur pœna futura ab eo, quia nesciebat propheta vtrũ hæc prophetia esset dicta per cõminationẽ tantũ, quia tales cõminationes frequenter intelliguntur sub cõditione. s. si illis cõtra quos dicũtur, perseuerãt in malo. vnde dicit do minus Iere. 18. a.* Repẽte loquar adu. gen. & adu. reg. &c. Si pœnitẽtiã egerit gẽs illa à malo suo, agã & ego pœnitentiã super malo quod cogitaui vt facerem ei. 2 Omnia hæc. *Hic ponitur interpretationis impletio: Et diuiditur in duas: quia primò ponitur visionis impletio, quantũ ad ipsius Nabuch. detectionẽ, & secundò, quantũm ad eius restitutionẽ, ibi:* Igitur post finẽ. *Circa primũ considerandũ, quod licet ad verbũ Danielis Nabuchodonosor aliquã pœnitentiã egerit, & aliqua opera misericordiæ fecerit, tamẽ ad pristinã superbiã rediit, propter quod pœna prædicta fuit ei inflicta, & hoc est quod dicitur:* Omnia hæc, &c. 3 Post finem mensium, &c. *id est, post annum: quia per annum facta est dila- est dilatio pœnæ propter opera misericordiæ: sed quia vt dictum est, reuersus est ad superbiam, ideo tunc ei inflicta est.* 4 In aula Babylonis. *Fretus multitudine militum.* 5 Respondit que. *non dicitur hic quòd aliquis loqueretur cum eo: & ideo dicendũ, quòd respõdit suæ cogitationi: quia tunc cogitabat de abiectione sua quã prædixerat sibi Daniel, & reputabat falsum & impossibile, quia iã annus transierat, & propter magnitudinem potentiæ & superbiæ suæ.* 6 Et ait: Nonne hæc est, &c. *q. d. quis posset ymo deũcere, dicitur autem Babylon magna, quia secundum quòd dicit Hieron. super Isa. ipsa erat ædificata in quadro. & quodlibet latus quadri habebat 16. miliaria, id est, octo leucas: nec est mirum: quia tunc sic ædificabantur ciuitates, quòd quilibet secundum statum suum habebat iuxta domum suam hortum & vineam, vbi terrena fœcundia crescebant: vnde diu posset viuere in obsidione cum familia sua. Capitolium autem vel fortalicium illius ciuitatis erat turris ædificata à filijs Noe vt habetur Genes. 11.*

7 Quam ego ædificaui in domum regni. *Non enim ædificauerat simpliciter illam ciuitatem, sed fecerat eam metropolim suæ monarchiæ, & eam ampliauerat & fortificauerat ad robur regni sui & decorem, propter quod reputabat dictum Danielis trufaticum.*

1 Cúmque sermo adhuc esset. *vt ei ostenderet Deus quòd propter superbiam suam punitus est, ideo ipso loquente superbè subditur inflictio pœnæ cum dicitur.*

2 Vox de cælo ruit. *quasi quoddam pondus deiiciẽs eius superbiam, & vox facta est in aperto vt Dei vindicta intelligatur à populo, quia non ambulabat solus per aulam suam, sed multi erant cum eo, qui vocem de cælo audierunt.*

3 Tibi dicitur Nabuchodon. *Sensus patet ex prædictis: Sequitur.*

4 Fœnum quasi bos com. *Ex hoc patet, quòd non fuit mutatus in bouem, vt dicit Iosephus quia non dicitur hic bos, sed quasi bos simili modo viuendo, vt habetur in decretis. 24. q. 4. remittuntur.*

5 Et rore. *quia cælo tantum tegebatur.*

6 Donec capilli. *id est, secundum longitudinem alarum aquilæ, quia non tondebatur.*

7 Et vngues. *eadem ratione.*

8 Igitur. *hic ponitur visionis impletio quantum ad Nabuchodonosor restitutionem, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur eius restitutio secundò infertur intenta conclusio, ibi:* Nunc ergo. *Circa primũ dicitur sic:* Igitur post finem. *i. septem annorũ prædictorum à domino.* Diuisio

9 Ego Nabuchodonosor. *corporis, scilicet, & mentis.*

10 Ad cælum leuaui. *id est, potentiam Dei cognoui.*

11 Et sensus. *quia furia transierat.* 12 Et altissimo be. *corde.*

13 Et viuentem in sempiternum lau. *ore.*

14 Et glorificaui. *confitendo virtutem eius & bonitatem publicè.*

15 Quia potestas eius. *quantum ad durationem.*

16 Et regnum eius. *quia se extendit ad omnem gentem.*

17 Et omnes habitatores. *quia de nihilo sunt, & in nihilum redigerentur, nisi manutenentia Dei conseruarentur.*

18 Iuxta voluntatem. *id est, in angelis.*

19 Et non est qui resistat. *id est, potentiæ.*

20 Et dicat ei: quare fecisti. *id est, dicere posit: quia iudiciæ eius incomprehensibilia sunt à nobis, nec errare potest in factis suis. Sequitur.*

✠ 1 Figura

dubitabat, in quo apparet eorum intolerabilis temeritas, qui audacter peccatori veniã pollicẽtur, nemini tamẽ desperãdũ, quia & Nabuchodonosor si fecerit bona, indulgentia promittitur.

Hieron. a *Cunctę, sermo adhuc.* Arrogans gloriatio statim punitur: & sententia differtur, ne misericordia in pauperes minimè profuisse videatur. In superbia statim regnũ perdidit, quod aliquandiu in misericordia detinuit: quia de magnitudine operis sui timuit vltra homines, factus est infra homines. Superbia clementiam repellit.

✠ GREGOR. Sæpè qui in potestate sunt, ea quæ rectè faciunt, quia elatè cogitant, amittunt: dúmque se ad cuncta vtiles æstimant, etiam impensæ sibi vtilitatis meritũ dãnãt. Hinc est quod rex Babyloniæ dum elata mente apud se tacitus volueret, *Nonne hæc est Babylon, &c.* in irrationale animal protenus versus est. Quod enim factus fuerat, perdidit: quia humiliter noluit dissimulare quod fecit. Et quia elatione cogitationis se super homines extulit, ipsum quẽ cum hominibus communem habuit sensum amisit. I. 5. Moral. c. 6. † 17. q. 4. c. minor.

✠ THEODOR. Intuere mentis fastum, inspice arrogãtię exuperantiam. Ego enim ipsam, inquit, regiam vrbem feci in honorem gloriæ meæ, & hæc feci potẽtia maxima prædituss, omniúmque potitus. Verùm, hæc glorians & fremens locutus est, At Dominus statim supplicium intulit. Nam qui in cælum ascendere se somniauit, illinc sententiã de se latam sensit. Et quia non satis ei fuêre ædes regiæ in terris deorsum, sed simul etiã superiores demẽter appetiit, iis etiã priuatur quas deorsum obtinebat. Et qui cælũ rapere voluerat, è terra expellitur. † tanquam nihilum. † exercitibus.

b *Eadem hora sermo completus est, &c.* ✠ THEODOR. Expulsus primùm est propter ipsum morbum: furore enim & rabie correptus infinita mala perpetrasset, si facultas data fuisset. Deinde etiam propter odium, quod in illum omnes habentes, cùm valebat, occultare conabantur.

c *Et fœnum vt bos comedit.* Proprium est desipientium non solum dicere ac facere ea quæ ratione & ordine careant, sed omnia etiam in quæcunque inciderint comedere: quod etiam cerni potest in iis qui à dæmonibus vexantur. Deinde sub diuo defatigatus modóque corpore cum gelu & æstu conflictans, necessariò alium colorem accepit.

d *Donec capilli eius.* ✠ THEODOR. Non detõsus vsitato more: neque resectis vnguiũ excrementis, necessariò tamdiu eiusmodi habuit capillos & vngues. His autẽ significat neglectũ ipsum, & nullæ curæ alicui fuisse. Diuina enim prouidentia destitutus, ne propinquorũ quidem cura potitus est, cùm ipsi essent vxor, liberi, & cognati: sed instar feræ deserta loca peragrabat. *Cùm homo esset nõ intellexit, ideo comparatus est iumentis insipientibus, &c.* † agri. Pſal. 48.

e *Ego Nabuchodonosor, &c.* ✠ THEOD. Non sine causa adiecit, *ego*, sed vt omnes doceret, quasi dicat. Ille ego qui tãta olim arrogantia dixeram, *quis est Deus qui vos eruat, &c.* qui somniaueram fore vt in cælum ascenderem, experientia didici quid deceat, meo supplicio didici, meã seruitutem agnoui. E

f *Et sensus meus red.* Ostendit sensum se amisisse, non formam humanam, quod quidã putant ex eo quod sequitur: figura mea reddita est mihi.

✠ THEODORET. Tantum vtilitatis ex calamitatibus percepit Nabuchodonosor F

vt prophetæ instar de Deo & sentiat & loquatur.

g *Et omnes habitatores terræ, &c.* ✠ THEOD. Hæc etiam alterius prophetæ doctrina est. Etenim beatus Dauid, *omnia*, inquit, *quæcunque voluit Dominus, fecit, in cælo, & in terra, &c.* Cùm itaque didicerimus quantum superbia & fastus hominibus afferat detrimenti, parentem bonorum humilitatem adipiscamur. Hanc Dominus quoque possessionem beatam censet, quasi eam quæ prouentum habeat regnum cælorum. *Beati*, inquit, *pauperes spiritu, &c.* Et seipsum exemplar proponens. *Discite à me*, inquit, *quia mitis sum, &c.* Pſal. 134. Matth. 5. & 11.

h *Iuxta voluntatem.* HIERO. In hoc sicut homo loquitur, tanquam non secundum iustitiam agat, sed secundum voluntatem, & dum potentiam Dei prædicat, iustitiam eius videtur arguere, quasi immeritò pœnas sustinuerit.

a *Optimates*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *rat simpliciter illam ciuitatem, sed fecerat eam metropolim suæ monarchiæ, & eam ampliauerat & fortificauerat ad robur regni sui & decorem, propter quod reputabat dictum Danielis trufaticum.*

1 Cúmque sermo adhuc esset. *vt ei ostenderet Deus quòd propter superbiam suam punitus est, ideo ipso loquente superbè subditur inflictio pœnæ cum dicitur.*

2 Vox de cælo ruit. *quasi quoddam pondus deiiciẽs eius superbiam, & vox facta est in aperto vt Dei vindicta intelligatur à populo, quia non ambulabat solus per aulam suam, sed multi erant cum eo, qui vocem de cælo audierunt.*

3 Tibi dicitur Nabuchodon. *Sensus patet ex prædictis: Sequitur.*

4 Fœnum quasi bos com. *Ex hoc patet, quòd non fuit mutatus in bouem, vt dicit Iosephus quia non dicitur hic bos, sed quasi bos simili modo viuendo, vt habetur in decretis. 24. q. 4. remittuntur.*

5 Et rore. *quia cælo tantum tegebatur.*

6 Donec capilli. *id est, secundum longitudinem alarum aquilæ, quia non tondebatur.*

7 Et vngues. *eadem ratione.*

8 Igitur. *hic ponitur visionis impletio quantum ad Nabuchodonosor restitutionem, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur eius restitutio secundò infertur intenta conclusio, ibi:* Nunc ergo. *Circa primũ dicitur sic:* Igitur post finem. *i. septem annorũ prædictorum à domino.* Diuisio

9 Ego Nabuchodonosor. *corporis, scilicet, & mentis.*

10 Ad cælum leuaui. *id est, potentiam Dei cognoui.*

11 Et sensus. *quia furia transierat.* 12 Et altissimo be. *corde.*

13 Et viuentem in sempiternum lau. *ore.*

14 Et glorificaui. *confitendo virtutem eius & bonitatem publicè.*

15 Quia potestas eius. *quantum ad durationem.*

16 Et regnum eius. *quia se extendit ad omnem gentem.*

17 Et omnes habitatores. *quia de nihilo sunt, & in nihilum redigerentur, nisi manutenentia Dei conseruarentur.*

18 Iuxta voluntatem. *id est, in angelis.*

19 Et non est qui resistat. *id est, potentiæ.*

20 Et dicat ei: quare fecisti. *id est, dicere posit: quia iudiciæ eius incomprehensibilia sunt à nobis, nec errare potest in factis suis. Sequitur.*

✠ 1 Figura

A a *Optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno.* Secũdum eos qui historiæ contradicunt, omnes angeli requirent in regnum restituendum, & maior fiet eius gloria qui contra dominum superbiuit, quàm eorum qui obedierunt ei, & fecit mala vt haberet bona. Tanta erat nequitia Euilmerodach, quòd omnes requirebant patrem. Vnde & postea positus est à patre in carcere.

a ¶ Reformatio sensus. ¶ Humana quam insanus visus est amisisse. 1
& ad honorem regni mei, decoremq́; † perueni: & figura mea 2
a reuersa est ad me, & optimates mei & magistratus mei re- 3
quisierunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnifi- 4 5
centia mea amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabu- 6
chodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cęli, quia 7 8
omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradien- 9
a ¶ Intellexit se pro superbia punitum, & iustè humiliatum. 10
tes in superbia potest humiliare.

D † reuersus sum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Figura mea reuersa est ad me. *Non est per hoc intelligendũ, quod de figura bouis reuersus sit ad figuram hominis, vt dicit Iosephus & malè, vt visum est, sed figura hîc accipitur pro exteriori compositione, quia fuit tonsus & vestitus, & sic quodammodo in figura mutatus. Vel aliter intelligendum est hoc secundum æstimationem, quem habebat in furia, quia tunc sibi videbatur quod esset bestia.* 2 Et optimates, &c. *secundum tempus prædictum à Daniele, & propter nequitiam Euilmerodach, cuius dominium erat eis odiosum. Cætera patent.*
3 Nunc igitur. *hîc ponitur conclusio, cum dicitur:* Nunc igitur ego
B Nabuchodonosor lau. *ore.* 4 Et magnifico. *corde.*
5 Et glorifi. *opere.* 6 Regem cæ. *cuius regnũ solum est stabile.*
7 Quia omnia opera eius vera. *quia procedunt secundum regulam suæ sapientiæ, quæ non potest errare.*
8 Et omnes viæ eius. *modi faciendi.* 9 Iudicia. *id est, recti.*
10 Et gradientes in superbia. *Hoc cognoscebat per experientiã. Dubitatur à quibusdam, vtrum iste Nabuchodonosor fuerit saluatus: propter hoc quod dicitur de eo Isa. 14. c.* Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. *& infrà.* Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci: *& multa quæ ibi dicuntur, ex quibus aliquibus videtur, quòd sit damnatus. Dicẽdum quòd est saluatus, quia scriptura terminat historiam eius in sui humiliatione & diuinæ virtutis & fidei confessione, vt hic patet, quod non sit in scriptura, nisi de his qui sunt in statu salutis, hoc etiam dicit decretum. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. Ad illud quod dicitur in contrarium in Isa. dicendum, quod dictum est per comminationem, intellecta conditione, scilicet, si non pœniteret: quia tamen pœnituit, ideo ad infernum damnatorũ non descendit, sicut Isa. 38. a. per Isaiam dictum est Ezechiæ:* Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues, *quia tamen pœnituit, ideo sententia mutata fuit, & additi sunt vitæ eius. 15. anni. vt habetur ibidem.*

An Nabuchodonosor fuerit saluatus.

E

MORALITER.

MORALITER exponendo per arborem intelligere possumus quemcunque statum prosperum temporalem vel spiritualem. Si accipitur quantum ad temporalem tantum, sic arbor ista est homo quantum ad personam, homo enim est arbor euersa. vt supra dictum est, Ista arbor est in medio terræ, quia sita est inter orientem natiuitatis, & mortis occidentem. Alta, per excellentiam inter alias creaturas. Magna quantum ad scientiam. Fortis, quantum ad potentiam. Procera, quantum ad apparentiam. Ramosa, quo ad generis lineam. Fructifera per opulentiam, sed non quantum ad charitatem: sed carnem nutriendam. Lata vel diffusa, quantum ad famam. Subter eam animalia, id est, simplices. Bestię, id est, feroces. In ramis eius volucres, id est, in domo eius vel curia sunt leues superbi, mendaces, garrulosi. Ex ea vescitur omnis caro, id est, carnales eius bona consumunt, quia totũ dat mundo, nihil Deo, super hanc arborem est sententia quam clamat: Vigil. i. Christus vel angelus vel prædicator: vel prælatus, C quæ sequitur: Succidite arborem per mortem. Eiicite quantum ad vilitatem extremam inter animalia, quia in aliis animalibus post mortem remanet aliquid vtile, nihil autẽ in huiusmodi homine. Præcidite ramos eius, id est, parentelam. Excutite folia. i. exteriorem apparentiam. Dispergite fructus, id est, opulentiam, quia in morte quilibet rapit quod potest de bonis talium. Fugiant animalia, &c. propter familiæ dispersionem. Eiiciatur exterius, id est, ad societatẽ infernalem. Cor eius ab humano commutetur, quantũ ad obstinationem. septem tempora mutentur super eum, quantum ad damnationem perpetuam quę per septenarium designatur. Ecce arbor humanæ prosperitatis, & contra eam sententia diuinæ vltionis. Secũdò potest exponi de prosperitate seu excellentia spirituali, & sic per arborem intellige hominem virtuosum. Hæc arbor est alta, per iustitiam. Fortis, per constantiam. Frondosa, per eloquentiam. Magna per prudẽtiam quæ dirigit omnes virtutes. Diffusa, per misericordiam. Fructifera, per deuotionis exuberantiam. Omnes pascuntur ex ea per fraternam ædificationem. Subter eam bestiæ, per sensuum exteriorum refrenationem. In ramis eius volucres cæli, per motuum exteriorum moderantiam. Hic homo si in peccatum cadat, contra eum inclamat Vigil. i. Christus in euangelio, prædicator vel prælatus prædicando. Succidite arborem, quantum ad desertionem charitatis, quæ est vita animæ. Præcidite ramos, quantum ad ablationem voluntatis bonæ. Excutite folia, quantum ad defectum bonæ loquutionis. Dispergite fructus, quantum ad subtractionem bonę operationis. Fugiant animalia, quę subter eam sunt, quantum ad defectum debitæ subiectionis. Alligetur vinculo, quantum ad generationem malæ consuetudinis. F Ferreo, propter duritiam obstinationis. Eiiciatur foris, quantum ad inuerecundiam in omnibus malis, quia tunc facta est ei frons meretricis. Cor eius ab humano commutetur quantum ad omnem modum crudelitatis. Septem tempora cõmutentur super eum, quantum ad peruersam opinionem totius legis. Huius arboris sententias percipiunt in somniis reges, principes, nobiles, diuites, quia frequenter in prædicationibus audiunt diuinam sententiam, sed non curant, acsi esset tantummodo somnium.

Arboris expositio. Iere. 52. g.

CAP. V.

a *Balthasar rex fecit, &c.* HIERONYMVS. Non filius Nabuchodonosor vt vulgò creditur: sed (vt ait Berosus qui Chaldæam scribit historiam, & qui eũ sequitur Ioseph⁹) post Nabuchodonosor qui regnauit annos 44. successit Euilmerodach filius eius, de quo scribit Ierem. quòd in *primo anno regni sui*

Berosus lib. 3. hist. Chaldaicæ. Iere. 5. b. † millenariis, & corã mille vinũ bibebat.

CAPVT V.

a ¶ Alij, Bibebat ipse rex vinum coram cunctis principibus, quos vocauerat.
a Balthasar rex fecit grande conuiuium optimati- 1
a ¶ Quia secundum ætatem erant in conuiuio ordinati, vel nemo vltra vires bibere cogebatur. 2
bus suis † mille, & vnusquisque secundum suam 3

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

1 Balthasar rex. *Hic ponitur quarta visio, vbi ostenditur eminẽtia regni Christi & iustorũ, ad regnum Antichristi & malorũ. Causa materialis est destructio regni Chaldæorum per Medos & Persas, quæ quidem destructio per digitos scribentis in pariete est dictata, per Danielem interpretata: in quo designatur destructio regni diaboli per mortem Christi & eius passionẽ. Causa finalis est ad ostendendum iustitiam Dei, & Danielis prudentiã extollendam. Causa efficiens est instinctus spiritussancti de re imminente, vnde fit reuelatio non somnium. Causa formalis consistit in diuisione: & diuiditur in quatuor partes: quia primò tangitur visionis occasio, secundò videntis perturbatio, ibi:* Tunc facies. *tertiò turbati responsio, ibi:* O rex altissimus, &c. *quartò visionis expositio ibi:* Idcirco ab eo. *Circa primum quatuor ponuntur. Primum est conuictus lasciuiæ, cum dicitur: Balthasar rex fecit grande conuiuium. Iere. 29. prædictum erat quod in 70. annis terminaretur dominium Chaldæorum, vt rediret captiuitas Iudæorum. Balthasar autem credebat illud tempus transisse: & per consequens Ieremiam dixisse falsum, propter quod vt dicunt Hebræi, fecit tale festum.*
2 Optimatibus suis mille. *omnes enim magni principes sui imperij conuenerant in Babylone, vt defenderent ciuitatem cõtra Cyrum & Darium, qui obsederant eam vt patet ex fine huius capit.*
3 Et vnusquisque. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo, quia secundum*

Diuisio

MORALITER.

1 *Balthasar rex fecit grande conuiuium.* Per Balthasar qui interpretatur absorbens diuitias, significatur quilibet magnus & potens in vitiis, maximè carnalibus, bona sua consumens, ideo subditur.
2 *Optimatibus suis mille.* ad sui ostẽtationem: Et non dicitur hîc quòd fecerit grande conuiuium pauperibus ad peccatorum suorum remissionem, & diuinæ gratiæ impetrationem.

Præcepit

A *gni sui leuauerit caput Ioachin regis Iudæ & eduxerit eum de domo carceris:* Huic successit filius eius Regusar qui habuit filium Labosordachum, patrem huius Balthasar, quo à Medis & Persis occiso, destructum est regnum Chaldæorum, & Darius successit: Hoc Xenophon in Cyri maioris scribit infantia, & Pompeius Throgus, hunc Darium, alij Astyagen, alij Astyagis filium putant.
✠ THEODOR. Post Nabuchodonosor Euilad Marodach regnat, post quem Balthasar. Illius autẽ memoriam reliquit Daniel, quandoquidem non simpliciter historiam, sed prophetiam conscribit: quamobrem nec omnia quidem quę à Nabuchodonosor gesta sunt, conscripsit: sed illa duntaxat quorũ ne- B cessaria vtilitatis ergo erat memoria.

Xenophon Throgus Pompeius. † In dulcedine vini.

D bibebat. Hoc est, ebrietatis instrumenta, fecit diuini ministerij instrumenta: præcepítque vt quæ suam explebãt lasciuiam, per hæc vino fruerentur.
✠ RABBI SAADIAS. Quare tunc primùm prophanata sunt vasa? Ea die pugnauerat Balthasar cũ Cyro & Dario qui oppugnabãt Babylonem, obtẽtaq; victoria rediit cum gaudio cordis sui, & fecit conuiuiũ principibus suis, assidens illis. Illa autem die impleti erant septuaginta anni desolationis templi & ciuitatis Babylonicæ, atque ideo dixit in corde suo, posteaquã non sunt redempti, certè nec deinceps redimẽtur, & tunc præcepit afferri vasa domus Domini. E

In hunc locum.

a b bibebat ætatem. Præcepit ergo † iam temulentus, vt affer- 1
rentur vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabucho- 2
a ¶ Proauus.
donosor pâter eius de templo quod fuit in Ierusalẽ, vt bibe-
rent in eis rex & optimates eius, vxoréſque eius, & cõcubinę.
c Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de tẽplo quod
fuerat in Ierusalem: & biberunt in eis rex & optimates eius, 3
a ¶ Insultantes Deo Iudæorum.
b ¶ Quibus victoriam, præbentibus bibebant in vasis domini.
¶ Erroris.
vxores & cõcubinæ eius. Bibebãt vinũ, & laudabãt deos suos 4
a ¶ Philosophicos sensus. b ¶ Eloquij venustate. c ¶ Carmina Poetarum.
d ¶ Inanes Gentilium inuentiones.
aureos & argenteos & æreos, ferreos ligneósque & lapideos. 5
d In eadẽ hora apparuerũt digiti quasi manus hominis scribẽ- 6
a ¶ Vt melius appareat, & manus, & quod scribitur. b ¶ Vt ad regem pertinere dicatur.
tis contra candelãbrũ in superficie parietis aulæ regiæ. Et rex 7

Quando itaque maximum etiam in Balthasar ostendit Deus miraculum, quódque idoneum esset ad ingenerandum timorem cum pietate non solùm iis qui tunc viuebant, sed etiam posteris, non existimauit æquum esse tantum beneficium silentio occultare.
a *Præcepit ergo.* Tradunt Hebræi quòd irritam putans Dei promissionem, qua Ieremias captiuitatem Iudæorum dixerat relaxandã, cuius & Zacharias in principio meminit, quasi spei vanæ insultans captiuorum, fecit grande conuiuium, & attulit vasa in medium, in quo statim diuinum apparuit iudicium.
b *Temulentus.* Et ideo oblitus eorum quæ contigerant Nabuchodonosor.
✠ THEODOR. His autem docet nos propheta non solùm impietatis exuperantiam, sed etiam damnum ab intemperãtia vini profectum. Obruit enim rationem ebrietas, & incontinentia peperit insaniam.
c *Tunc allata sunt vasa, &c.* ✠ THEODO. Hæc vasa inquit, non aliquibus ex iis qui solum videntur, & solum nomen habẽt deorum, sed ipsi qui præest omnibus Deo, dicata erant, qui Ierusalem elegit, & templum eius gloria compleuit: verùm, hæc quæ C nefas erat attingere, impius rex in mediũ afferri iussit, & in ipsis bibebat.

Hieron. Zacha. 1. c.

TROPOL. Quicunque hæreticus vel alius, verba prophetarum assumit, & ad sensum suum abutitur scripturæ sacræ testimoniis, & dat bibere his quos decipit, & cum quibus à Deo recedens fornicatur, vasa templi tollit & inebriatur in eis, & non Deũ cuius vasa sunt, sed deos laudat aureos, id est, seculari scientia cõpositos, argenteos eloquij venustate & rethorica arte constructos, æreos, ferreos, quos, scilicet fabulæ tradunt, & carmina poetarum multam elegantiæ vel stultitiæ habentes differentiam, de quibus quia penitus inepta traduntur, lapidei vel lignei merito dicuntur. Hos omnes Deuteronomium in duas partes diuidit. *Maledictus qui facit sculptile & conflatile, scilicet, opus manuum artificis, & ponit illud in abscondito:* abscondunt enim omnes hæretici mendaciorum suorum dogmata, *vt sagittent in obscuro rectos corde.*
d *In eadem hora.* Sic supra dictũ est de Nabuchodonosor: *Cum adhuc esset sermo in ore regis, vox de cælo ruit.* Ne ob aliud videãtur illata supplicia. Dum vasa fuerunt in idolio Babylonis, non iratus est dominus, quia videbantur secundum opinionem suam ea cultui consecrasse diuino. Sed postquam humanis vsibus diuina contaminantur, mox sacrilegium pœna consequitur.
✠ THEODORET. Maximam item conuiuæ hinc percipiebant vtilitatem, qui docebantur Dei potestatem, & intelligebant F

Hieron. Deut 27 c. Psal. 10. Sup. 4. Hieron.

NICOLAVS DE LYRA.

cundum ætates suas erant in conuiuio ordinati, seniores in primis locis, & alij consequenter in aliis. Alio modo exponitur, quia nullus cogebatur bibere vltra vires suas, sicut fit apud aliquos quantum ad hoc moribus incompositos, & propter hoc non erat decens hoc fieri in aula regali. Secundum quod hic ponitur est contemptus blasphemiæ, exponendo vasa Deo consecrata vsibus humanis: & hoc est quod dicitur.
1 Præcepit ergo iam temulentus, &c. *de templo vbi fuerant reposita à Nabuchodonosor venerabiliter secundum suam æstimationem.*
2 Quæ asportauerat Nabuchodonosor. *Id est, auus eius, secũdum eos qui dicunt Balthasar fuisse filium Euilmerodach: quæ opinio videtur probabilior, vt suprà dictum est. 2. cap. Sequitur.*
3 Et biberunt in eis rex, &c. *propter hunc contemptum fuit punitus, & maximè quia illa vasa exposuit suis vxoribus & concubinis, vt hic dicitur:* Tertium quod hic est positum est actus idololatriæ, cùm dicitur.
4 Laudabant deos suos. *insultando Deo Iudæorum in cuius vasis bibebant.*
5 Aureos & argenteos, &c. *Idola enim fiebant de diuersis metallis secundum proprietatem illorum pro quibus fiebant, vt idolum Martis de ferro, Solis de auro, Lunæ de argento. vnde dicitur Actu. 19. e.* quòd ædes Dianæ fiebant argenteæ. *Ratio autẽ huius est, quia probabile est quòd tales imagines fiebant per astrologos. In talibus autem fiendis duo attenduntur: determinata constellatio ex parte virtutis influentis, & determinata dispositio ex parte materiæ recipientis. Quartum quod hic ponitur, est conspectus diuinæ sententiæ cùm dicitur.*
6 In eadem hora, &c. *Eadem hora dicitur, vt ostendatur manifestè propter quid erat Dei vindicta, scilicet, propter contemptum Dei in abusu vasorum sacrorum & laude idolorum. Ex hoc etiam patet, quòd temerarium est res Deo sacratas applicare vsibus humanis, propter quod in ecclesia statutum est, quòd calix in propria forma non vendatur, nisi alteri ecclesiæ.*
7 Et rex aspiciebat. *Hic non dicitur, quòd alij viderunt, ex quo videtur, quòd non erat ibi manus scribens secundum existentiam, quia talia communiter videntur ab omnibus assistentibus, sed solùm erat talis apparitio in oculis regis & sententia in pariete scribebatur diuinitus, ministerio tamen angelico, quia eorum ministerio talia fiunt.*

1 Tunc

MORALITER.

1 *Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa.* Ex hoc patet, quòd ebrietas & comessatio inducunt ad maiora mala: nam iste rex non processit ad contemptum Dei, eius vasa humanis vsibus applicando, donec fuit in conuiuio temulentus: & per hoc significatur quòd potentes consumptis bonis suis in toto vel in parte in ebrietatibus & conuiuiis, frequenter se conuertunt ad spoliandum ecclesias iocalibus & aliis bonis, in Dei contemptum: Et quoniam *abyssus abyssum inuocat*, ideo frequenter ad dicta vitia sequitur Dei blasphemia, ideo subditur.
4 *Et laudabant deos suos aureos & argenteos.* Magna namque Dei blasphemia est, diuinitatem attribuere idolis.
6 *In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis, &c.* Hic fertur sententia diuina contra prædictos peccatores in scripturis, vt firmior ostendatur, in qua conscriptione scribẽs est Deus pater, manus filius, nam per filium omnia operatur, Ioan. 1. a. *Omnia per ipsum facta sunt. Digiti,* spiritussanctus. Vnde dicitur Exod. 8. *Digitus Dei est hic.* Et de ipso cantat ecclesia: Tu septiformis munere dextræ Dei tu digitus, & cætera. De scriptura verò dicitur infrà.

4 Et

Hæc est

☞ bant eū corporis expertem & oculis cerni minimè posse: deorum verò quos laudauerant, imbecillitatem, cùm ex sola inanima materia cōstarent. Hoc autem miraculo ingentem metum omnibus incussum fuisse testatur propheta dicens.
A

a *Tūc facies regis, &c.* ✠ THEODO. Quod si digitorum scribentium species ita perterruit eum, vt etiam articulorū compages dissoluerentur, quid non sustinuisset Deo infestus, si præsteras, id est, fulminis genus, aut fulmina conspexisset, aut angelos toruè intuentes, quorum conspectum ne magnus quidem Daniel absque metu ferre potuit? *Superbit terra & cinis.* Tanto itaq; terrore perculsus.
B · Eccl. 10.

b *Exclamauit fortiter, &c.* Metus enim vocem excutiebat, & animi perturbatio stimulabat vt sententiā intelligeret, tum premium scripturam legenti, eiúsque interpretationem afferēti proponit.

c *Purpura vestietur.* HIERONYM. Apud Iudæos reges vnctio facit, apud gentiles quatuor insignia, scilicet, purpura, phibula, annul9 & diadema.
C · Insignia regum.

a aspiciebat articulos manus scribētis. Tunc facies regis com- 1
a ¶ Verbum commutationis etiam in malo accipitur.
mūtata est, & cogitationes eius conturbabāt eum, & † com- (*† cingula.*)
a ¶ Nimio terrore.
pages renum eius solūebātur, & genua eius ad se inuicē col-
a ¶ Oblitus eorum quæ Nabuchodonosor acciderant, antiquum suæ gentis sequitur errorem, magos vocat & Chal. & auru. non Dei prophetam.
b lidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, vt introducerent 2
magos Chaldæos & aruspices. Et proloquēs rex, ait sapien- 3
tibus Babylonis: Quicunque legerit scripturā hanc, & inter- 4
c pretationē eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur,
a ¶ Quod summæ dignitatis erat. b ¶ Post me, vel vnus de tribus principibus. ¶ Tertiam partem regni habens.
& auream torquem habebit in collo, & tertius in regno meo 5
erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerūt scri- 6
pturam legere, nec interpretationē indicare regi. Vnde rex 7
Balthasar satis cōturbatus est, & vultus illius immutatus est. 8
d Sed & optimates eius turbabātur. Regina autē pro re quę ac- 9
ciderat regi & optimatibus eius, domū conuiuij ingressa est, 10 11
e & proloquēs ait: Rex in æternū viue. Non te cōturbent cogi-
a ¶ Quia.
tationes tuæ, neq; facies tua immutetur. Est vir in regno tuo 12
a ¶ Præter Symmachum qui veritatem Chaldaicam sequutus est, cæteri spiritum Dei interpretati sunt.
b ¶ Vbique sunt virtuti sua præmia. vnde: Danielem fœmina Barbara tantis laudibus prædicat.
qui spiritū deorū sanctorū habet in se, et in diebus patris tui
a ¶ Huius rei gratia.
sciētia & sapiētia inuentæ sunt in eo. Nam & rex Nabucho-
a ¶ Proauus more scripturæ quæ auos & deinceps patres appellat.
donosor pater tuus principē magorū incantatorū Chaldæo-
rum & aruspicū cōstituit eum. Pater inquā tuus, O rex: quia
spiritus amplior & prudentia intelligentiaq; & interpretatio 13
somniorū, & ostensio secretorū ac solutio ligatorum inuētæ 14 15
sunt in eo, hoc est in Daniele, cui rex imposuit nomē Baltha- 16
f sar. Nūc itaq; Daniel vocetur, & interpretationē narrabit. Igi- 17
tur introductus est Daniel corā rege. Ad quē præfatus rex ait: 18 19
a ¶ Argumentū à natura. Quasi: Tu es de illis qui futura prædicere consueuerant. b ¶ Cui vera dixisti.
Tū es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quē adduxit rex pa- 20
a ¶ In quo potes. 21
ter meus de Iudea? Audiui de te, quoniā spiritū deorum ha-
a ¶ Secularium. b ¶ Occultorum. c ¶ Diuinorum. d ¶ Quam in aliis.
beas: & sciētia intelligentiaq; ac sapiētia ampliores inuētæ
sunt in te. Et nunc introgressi sunt in cōspectu meo sapiētes

D
Vnum horum sine aliis concessum nō dabat honoris plenitudinem, sed participium.

d *Regina autem.* IOSEPHVS, auia. Origenes, mater Balthasar: vnde potest nosse præterita quæ rex ignorabat, erubescat ergo Porphyrius qui eam regis vxorē somniauit, & eam plus scire quàm maritum illusit.

✠ THEODORET. Videtur mihi mater ipsius esse: vxores enim cum pellicibus conuiuij participes erāt. Ipsa autem post perturbationem ingressa est, & verisimile erat eam, vt senio confectam, neque ebrietati, neque lusibus, aut saltationibus cum aliis tunc indulsisse.
E

e *Rex in æternū viue.* ✠ THEODOR. Hæc erat prefatio, qua subiecti regibus, eos tūc salutabant, & ad hoc vsq; tempus hic mos inualuit.

f *Igitur introductus est Daniel, &c.* ✠ THEODORETVS. Videtur iste pre multa impietate, post patris obitum, Danielis cōsuetudinem fugisse, quare statim terrore perculsus magos quidē vocat, sed prophetæ memoriam etiam ab animo abiecerat.
F

☞ a *Munera*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc facies. *Hæc est secunda pars principalis, in qua ponitur videntis perturbatio. Et diuiditur in duas, quia primo describitur eius perturbatio ratione visionis. Secundò propter defectum interpretationis, ibi:* Vnde rex Balthasar. *Circa primū dicitur sic:* Tunc facies regis commutata est: *quia ex timore, recursus factus est sanguinis ad cor. Et per cōsequens factus est pallor in facie & tremor in membris exterioribus. vnde sequitur:* Et compages renum eius, &c. (Diuisio)

2 Exclamauit itaque. *quia non solum fuit turbatus in corde, sed turbationem ostendit voce.* 3 Vt introdu. ma. &c. *Expone sicut supra. Sequitur.* 4 Quicumque legerit. *Apud gētiles quatuor erāt insignia regalia, purpura, phibula, vel torques aurea, annulus, diadema. Hæc quatuor simul concurrentia designabant honorem regium singula autem per se assumpta vel plura designabant participationem honoris regij, & hoc designatur hic. Vnde sequitur.*

5 Et tertius in regno meo erit. *Id est, tertius à me erit in honore.*

6 Tunc ingressi omnes, &c. *quia erat scripta Hebraicè, & ipsi illas literas ignorabant, & dato quòd scirent legere, tamen non poterant scire intellectum eius: quia in tribus verbis. scilicet, Mene, Thekel, Pheres, continebatur tanta sententia, quòd non poterant intelligi nisi domino reuelante. Et hoc est propriè legere, quando non solum cognoscuntur literæ, sed etiam intellectus.* 7 Vnde rex Balthasar. *Hic describitur regis perturbatio propter defectum interpretationis, cùm dicitur:* Vnde rex Balthasar satis, &c. *hoc est multum.*

8 Et vultus illius immu. *quia propter vehementiam timoris, iræ & turbationis frequenter mutabatur color eius in facie.*

9 Sed & optimates. *ex regis perturbatione, & quia à Deo erant percussi: cum essent participes criminis.*

10 Regina autem. *i. mater Balthasar secundum Origenem, sed secundum Iosephum erat eius auia, quod videtur probabilius. Et ideo poterat scire præterita quæ rex ignorabat, quæ scilicet, facta fuerant tempore Nabuchodonosor aui regis.* (Iosephus l. 20. c. 13.)

11 Domum conuiuij ingressa est. *Ad consolandum regem & ei consulendum. Et patent eius verba vsque ibi.*

12 Est vir in regno tuo, qui, &c. *Loquitur de Deo cœli in plurali ad modum gentilium. Cætera patent ex dictis in aliis capitulis vsque ibi.*

13 Spiritus amplior. *quantum ad multitudinem cognitorum.*

14 Prudentia. *quantum ad cognitionis claritatem.*

15 Intelligentiáque & interpretatio somniorum. *Intelligētia dicitur quantum ad cognitionem occulti. Interpretatio, quantum ad expressionem verbi.*

16 Et ostensio secretorum. *quia multa sunt alia secreta quàm in somniis, sicut est in proposito de scriptura in pariete quæ nota fuit Danieli.*

17 Ac solutio ligatorum. *quantum ad intellectum scripturarum aliis occultarum, quæ dicuntur eis ligatæ: quia non possunt videre interius intellectum: Hoc modo loquitur Philosophus. 2. Metaphi. vbi dicit, quòd sicut nodum non potest soluere qui non nouit intricationem nodi, ita nec quæstionem dubitabilem soluere qui ignorat intricationes rationum ex vtraque parte.* (Philoso.)

18 Inuentę sunt in eo. *hoc est in Daniele, cui rex imposuit nomē Balthasar. Primò capitulo dictum est quòd præpositus eunuchorum imposuit hoc nomen Danieli: ergo rex non imposuit. Dicendum, quòd præpositus imposuit de mandato regis: & ideo rex principaliter fecit hoc, vt hic dicitur. Sequitur.*

19 Igitur introductus est Daniel, &c. *Ex quo habetur, quòd consilium mulieris sapientis non est contemnendum, maximè quando non habetur aliud, sicut in proposito erat. Sequitur.*

20 Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ. *q. d. tu es de illis apud quos consueuerunt esse prophetæ, quia alibi quàm apud Iudæos raro leguntur fuisse prophetæ.*

21 Quem adduxit rex pater meus. *Id est, auus meus, cui vera respōdisti de occultis. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

✠ 1 Respondens

☞ a *Munera tua.* Imitemur Danielem regis dignitatem & munera contemnentem, iam tunc illud euangelicum sequentem: *Gratis accepistis, gratis date.* Alioquin tristia nuntiantem, indecens erat dona suscipere. (A · Matt. 10. a. Contra nūciantes tristia.)

✠ THEODOR. Beatus Daniel irrisis impij regis pollicitationibus, dixit ei.

Munera tua. Apostolica reuera prophetarum vox est. Etenim illos Dominus præcones mittens, hortatus est, *Gratis accepistis, &c.* Neque diuina inquit, vendere didici, neque humanam mercedem pro diuinis mysteriis accipere. Gratis itaque accipe, eorū quę tu ignoras cognitionem.

b *O rex, Deus altissi.* Proaui sui exēplum ponit, vt Dei iustitiā doceat, & ob similem superbiā, etiam pronepotem similia sustinere ostendat.
B

c *Quos volebat, &c.* Si quod volunt reges faciunt, vbi prouidētia Dei, vbi pręceptū, vbi illud: *Cor regis in manu Dei, &c.* Sed regem sanctū quēque dicim9, in cuius mortali corpore non regnat peccatū, & cuius cor seruatur, quia ī manu Dei est. Quod autē in manu patris est, *nō rapiet quisquā ex ea:* quod rapitur, intelligitur in ea nō fuisse. (Prou. 21. a. · Io. 10.)
C

d *Quando autē eleuatum est cor eius, &c.* ✠ THEODORET. Quemadmodum inquit, quos volebat extollebat, & quos volebat humiles reddebat, non iusto id omniū suffragio faciens: ita omniū rex & Dominus dedit vt voluit patri tuo regnum. Sed cùm vidisset ipsum animo immodicè elatum, arrogāter regnum administrare, & regiis thronis eum spoliauit, & honorem ademit, &c.

e *Tu quoque filius.* HIER. Hæc quidā referunt ad Antichristum, dicentes quòd imitans superbiā patris sui diaboli, contra Deum erectus sit. Sed quærimus ab eis quis sit Daniel, qui ei scripturā Dei interpretatus sit, qui Medi & Persæ qui eum occiderunt & in regnum successerunt? Nulli enim dubium est, quin post Antichristum sancti regnaturi sint.

✠ THEOD. Parentis tui malis haudquaquam resipuisti, neque ex iis quæ ille perpessus est, discere voluisti diuinam potentiam.

f *Sed aduersum, &c.* ✠ THEODO. Rectè docet præsentes, ne ea quæ videntur, sed ipsorum opificem ac Dominum adorent: & simul etiam regis reprehendit fastum, docétque maximum cælum opificem habere Deum, qui oculis cerni nequeat. Tu autem inquit celsius ostendisti cor tuum, nō cælo, sed Deo cæli. Neque enim vasa domus eius, nisi tāto fastu elatus esses, tibi afferri præcepisses.
D

g *Deos quoque argēteos.* ✠ THEOD. Atqui potuisti illorum imbecillitatē tum ex materia, tum ex arte cognoscere: & præterea ex partibus omni sensu carentibus, siquidē cognitione, visu, & auditu orbatę sunt, & nuda tantum sūt simulacra. Tu verò ne ita adduci quidem potuisti, vt quid deceret, intelligeres: imò Deos qui nihil prodesse possunt, laudare nō desinis. *Porrò Deum qui habet, &c.* Rectè cùm cōparasset idola cum vero Deo propter audientium vtilitatē, ostendissetq; illa neque videre, neq; audire, de vero Deo quod omnium maximū est addidit, quia *vita tua, & viæ tuæ in manu eius.* Id enim vita maius est aliis etiā vitā præbere: & rursum, ipsam quando velit, adimere. Attamen hunc inquit, talem, ac tātum cui vitæ necísque potestas est, reges eligētem, eosdémque regno abdicantem, non solùm celebrare omittis, sed potius ludibrio habere perseueras, dedicatis ipsi vasis insultans.
E · F

h *Idcirco ab eo missus est.* ✠ THEOD. Neque dixit, ipse scripsit: *sed missus est à facie eius,* articulus manus, hoc est scribi iussit. Neq; eum totum qui scripsit, ostendit tibi, verū cùm tuum redarguere vellet fastum, solis te digitis perculsit, ac tanto metu compleuit. Disce nunc scripturam, & scripturæ interpretationem.

magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius
indicarent mihi, & nequiuerunt sensum sermonis huius edi-
cere. Porrò ego audiui de te, quòd possis obscura interpre-
tari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturā legere, & in-
terpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & tor-
quem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno
meo princeps eris. Ad quæ respondens Daniel, ait coram 1
a rege: Munera tua sint tibi, & † dona domus tuæ alteri da: scri- (*† dona tua*)
¶ Gratis acceperat, gratis dabat. a ¶ Gratis.
pturam autem lēgam tibi rex, & interpretationē eius osten-
b dam tibi. O rex, Deus altissimus regnū & magnificentiā, glo- 2
riam & honorē dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter 3
magnificentiā quā dederat ei, vniuersi populi, tribus & lin- 4 5
c guæ tremebāt & metuebant eū. Quos volebat, interficiebat, 6
& quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos
d volebat, humiliabat. Quando autē eleuatū est cor eius, & spi- 7
ritus illius obfirmatus est ad superbiā, depositus est de solio 8
regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus 9
est. Sed & cor eius cū bestiis positū est, & cū † onagris erat ha- (*† gregibus armentis.*)
bitatio eius. Fœnū quoq; vt bos comedebat, & rore cæli cor-
pus eius infectū est, donec cognosceret q potestatē haberet
altissimus in regno hominū, & quęcūque voluerit, suscitabit
e super illud. Tu quoque filius eius Balthasar nō humiliasti cor 10
a ¶ De Nabuchodonosor, cuius exemplo corrigi debuisti, sciens quòd Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.
f tuum, cum scirēs hæc omnia, sed aduersum dominatorē cæli 11
a ¶ Quæ Nabuchodonosor in templo Dei sui reuerenter posuerat.
eleuatus es. Et vāsa domus eius allata sunt coram te, & tu & 12
a ¶ Non tu solus. b ¶ Quod peius est.
optimates tui, & vxores tuæ, & cōcubinæ tuę vinū bibistis in
a ¶ Diuinis vsibus consecratis.
g eis. Deos quoq; argēteos & aureos & ęreos, ferreos, ligneosq; 13
a ¶ Bibens in vasis veri Dei. 14
& lapideos, qui nō vidēt neq; audiunt neq; sentiunt, laudasti. 15
a ¶ Spiritum. ¶ Potestate. b ¶ Opera, cogitationes. 16
Porrò Deū qui habet flatum tuū in manu sua, & oēs vias tuas 17 18
h nō glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, quæ 19

☞ ✠ IOSEPHVS

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Respondens Daniel, &c. *quia ex pacto non est aliquid accipiendū pro reuelatione diuini secreti: sed post factū potest aliquid accipi ex liberalitate dantis, sicut fecit Daniel infra eod. cap.* 2 O rex. *Hæc est tertia pars huius capituli, vbi datur regi respōsio à Daniele. Ex quo patet quòd vitia principū tēpore debito non sunt tacenda, & vt Daniel melius ipsum arguat ponit exēplū aui sui qui propter superbiā suā fuit deiectus à regno ad tēpus, vt patuit cap. præcedenti. Et ideo iste grauius peccauit: qui non fuit correctus exēplo eius. Nec valet, si dicatur, q iste nō habebat adhuc discretionē quando auus eius mortuus est. Et sic posset excusari per ignorantiā facti: nō valet, sicut dictū est, quia facta regū. s. notabilia scribebantur in annalibus historiis, & depingebantur in imaginibus vt magis memoriæ commendarentur ad exemplum aliorum. Et ideo iste potuit scire aui sui factum. Hoc est igitur quod dicitur:* O rex Balthasar.

3 Deus altissimus. *quia de infimo statu eleuatus est ad monarchiam, vt dictū est suprà.* 4 Et magnificētiam. *propter expensas magnas quas faciebat, quod est proprium magnifici, vt dicitur.* iiij. Ethic.

5 Et gloriam. *quantum ad diffusionem famæ suæ magnitudinis.*

6 Et honorem. *qui ei ab vniuersis impēdebatur, quia aliqui eum honorabant ex amore. s. illi qui erāt ab eo exaltati, aliqui ex timore. s. illi qui erant ab eo depressi. Et quæ sequuntur in litera, patent ex dictis vsq, ibi.*

7 Quando autē. *per superbiā nimiam.* 8 Et spiritus. *i. obstinatus: quia nō statim ad primū peccatū percussit eū dominus, sed expectauit correctionē, quod sequitur vsque ibi.* 9 Cor eius. *quia subtracto vsu rationis homo non differt à bestiis, vt habetur. j. Metaph. quod fuit in Nabuchodonosor per amētiā. vt visum est, quod sequitur patet, ex dictis vsq, ibi.* 10 Tu quoque. *i. nepos. q. d. grauius peccasti, quia exēplū in auo tuo habuisti.* 11 Sed aduer. *per superbiā.* 12 Et vasa, &c. *Ecce cōtumelia quā non fecerat Nabuchodonosor.* 13 Deos quoque ar. *Ecce blasphemia quia laudando deos suos, Deū cæli qui in Ierusalē colebatur blasphemabat.* 14 Porrò Deū. *i. spiritū tuū vel virtutē respirandi in quo conseruatur vita.* 15 In manu sua. *id est, potestate.* (Philoso.)

16 Et omnes. *i. cogitationes & opera.* 17 Nō glorific. *Reddēdo sibi gratias p beneficiis acceptis.* 18 Idcirco. *Hæc est quarta pars principalis huius cap. in qua ponitur visionis expositio.* Idcirco. *i. propter prædicta tua mala.* 19 Missus. *i. digiti manus more Hebraici sermonis, qui frequēter ponit singulare pro plurali, vt Exo. 8. f.* Venit musca grauissima. *i. multitudo muscarum: quia plures apparebant digiti. Sequitur.*

✠ 1 Mene

✠ IOSEPHVS Heb. Videns Deus noster vasa templi sui prophanari, iratus est valde, zelúmque induit pro vasis suis. Et mittens fecit scribi scripturam duram, contra Balthasar & regnum eius. Venit enim angelus, & scripsit in pariete colore rubeo è regione regij candelabri, huiuscemodi scripturam. Suputauit, Ponderauit, & Diuisit. Et literæ quidem erant Hebraicæ, verba autē erāt Syriaca.

a ¶ In pariete.
scripsit hoc, quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quę †
a ¶ Numerus. b ¶ Appensio. c ¶ Diuisio.
digesta est. Mene,* Thekel, Pheres. Et hæc interpretatio ser- 1
a ¶ Cum mane, numerum: thekel, appensionem. pheres, diuisionem sonaret, non solùm fuit opus lectione, sed & interpretatione. b ¶ Finiuit expositionem.
monis. † Mene, numerauit Deus regnum tuum, & cōpleuit 2
a ¶ Iudicij Dei vel statera iustitiæ. b ¶ Quàm putares. 3
illud. † Thekel, appensus est in statera, & inuentus es minus 4
a ¶ Vt ante gladius occidat quàm natura dissoluat. vnde: Viri impij non dimidiabunt dies suos. 5
b ¶ In Medos & Persas. Cyrus enim rex Persarū adiūcto Dario auunculo suo, subuertit imperiū Chaldæorū. 6
habens. † Pheres, diuisum es regnum tuum, & datū est Medis 7
& Persis. Tunc iubente rege indutus est Daniel purpura, & 8
circundata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de 9
eo, quòd haberet potestatem tertius in regno suo. Eadem 10 11
a ¶ Veneratione ætatis & propinquitatis regni.
nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus, & Darius Me- 12
a ¶ Maius Medorum quàm Persarum regnum, & Cyri auunculus, qui prior erat iure naturæ, successor esse debuit.
dus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.

a *Mene, Thekel.* Primum pertinet ad terminationē regni. Secundum ad terminationē vitæ regis. Tertium ad trāslationem regni.

b *Tunc iubente.* Accepit Daniel insignia vt sic successuro Dario notus fieret, & ab eo honoratus populo Dei subuenire posset. *Tunc iubente.* Non mirum, si quamuis audiens tristia præmiū soluerit: cum ventura quæ audierat, nō statim credidit: Dei enim prophetā honorādo, se putauit veniam promereri, nō tamē obtinuit, quia sacrilegiū maius fuit quā veneratio hominis Dei.

c *Eadē nocte.* HIER. Iosephus dicit, obsessa Babylone à Medis & Persis, Balthasar regem Babylonis venisse in tantam obliuionem sui, vt celeberrimum conuiuium iniret, & in templi biberet vasis, & obsessus epulis vacaret. vnde potest stare historia quòd eadem nocte sit captus & iugulatus: dum omnes aut visionis interpretationísque miraculo territi, aut celebritate, aut ebrietate conuiuij occupati essent. *Eadem nocte.* Hinc Isaias: *Ecce ego suscitabo super eos Medos, &c.* Et Ieremias: *Filia Babylonis quasi area tempus trituræ eius. Adhuc modicum & veniet tēpus messionis eius.* Quod autem in conuiuio capta sit, Isaias aperit sic: *Babylon dilecta mea sancta est mihi in miraculum: pone mensam, contemplare in specula, comedentes & bibentes, surgite principes arripite clypeum.*

✠ AMBROS. Balthasar ille rex qui in vasis Domini, quæ de templo Ierosolymis fuerant à patre eius ablata, bibere cum suis amicis & concubinis vsurpauit, ipsa nocte angeli manu percussus, crudeli morte punitus est.

✠ THEODORET. Inquirendum cur Nabuchodonosor Deus in regnum reduxerit, istum verò statim & regno priuarit & vita? Primò, quia Nabuchodonosor alterum impietatis pœnas luisse non conspexerat, idcirco dignum venia iusto Dei iudicio existimamus. Alioquin omnia futura præuidēs Deus & ea cognoscēs atque iam præterita, præcognita illius pœnitentia, quæ ad eum pertinebāt ita moderatus est, istius autem præcognoscens perpetuam impietatē, morte sedat impietatis incrementum. Reuera autem horrendū est incidere in manus Dei viuentis, horrendum diuitias bonitatis, patientiæ & lōganimitatis eius cōtemnere. Idcirco beatus Dauid præcipit: *Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Consueuit enim peccatum voluptatibus nos demulcens, vt stultum hunc regem per ebrietatem, ita cor nostrum durum reddere, vt etiam impietatis morbum facilè excipiat. Fugiamus itaque diaboli dolos, stabiléinque virtutem peccato breui cum voluptate coniuncto anteponamus, &c.

✠ TERTVLL. Purpura tantum honoris nomine conferebatur his qui familiaritatē regū merebantur. Vnde & purpurati regum vocabantur à purpura, sicut apud nos à toga candida, candidati: sed non vt suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus Idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, vtique tātæ sanctitatis & constantiæ viri (Ioseph & Daniel) statim habitus inquinatos recusassent. Simplex igitur purpura erat ingenuitatis apud barbaros insigne. Quemadmodum igitur hi ciuitatem Babyloniam & Aegyptum sunt consequuti per habitum barbaricæ ingenuitatis: sic penes nos fideles quoque si necesse fuerit, poterit & pueris prætexta concedi, & puellis stola, natiuitatis insignia, non potestatis, ordinis non superstitionis.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Mene, Thekel, Pheres. *Primum pertinet ad finem regni.*
2 Mene. *enim idem est quod numeratio. propter quod subditur.*
3 Numerauit Deus. *i. finiuit. Secūdū pertinet ad finē vitæ Balthasar.*
4 Thekel. *idem est quod appensio stateræ, propter quod subditur.*
5 Appensus est. *Diuini iudicij. s. in quo ponderata sunt facta tua.*
6 Et inuen. *id est, minus in vita quàm putares, diuino iudicio hoc exigente, propter mala tua. Tertium pertinet ad translationem regni.*
7 Pheres *enim idem est quod diuisio, & hoc est quod subditur.*
8 Diuisum est, &c. *à te, scilicet, & à posteris tuis.*
9 Et datum est Medis. *quia ei immediatè successit Darius Medus, & postea Cyrus rex Persarum nepos Darij.*
10 Tunc iubente. *Sed quæritur quare talē honorē sibi exhibuit, cum diceret ei contraria. Dicendum, quòd hoc fuit ne coram hominibus mendacij argueretur, quia talem honorem promiserat legenti scripturam & interpretanti, vt patet ex prædictis. Secundò, quia credebat per hoc iram Dei placare exhibendo honorem eius prophetæ. Sequitur.*
11 Eadem nocte. *In hoc apparet interpretationis impletio, & secundum aliquos Balthasar à suis cubiculariis fuit interfectus, & ciuitas proditione eorum Cyro tradita. Secūdum glo. interfectus est ab exercitu Medorum & Persarum, qui audita visione de diuina sententia contra Balthasar per exploratores suos fecerunt insultum audacter contra ciuitatem, & viri bellatores ciuitatis non potuerunt eis resistere: Tum quia erāt attoniti & in stuporē conuersi ex prædicta visione per Danielis interpretationem. Tum quia fatigati erant à conuiuio & vino. Quod autem existente conuiuio deberet Babylon inuadi & capi prædixerat Isa. 21. b.* Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum: pone mensam, contemplare in specula, hostes. *s. insurgentes. Sequitur:* Comedentes & bibentes, surgite principes arripite clypeū. *q. d. magis esset tēpus præliandi quàm festinandi. Sequitur.* 12 Et Darius Medus. *Licet enim Cyrus obsideret ciuitatem cum Dario, tamen [illegible] ipsi Dario qui erat antiquior, & eius auunculus: ita tamen quòd post eum regnaret. Et ita factum fuit, quia Cyrus Dario in regnum successit.*

MORAL. *exponēdo dicendū, quod in hoc c. cōtra vitiū carnalitatis & cupiditatis datur iudiciū æquitatis. In Balthasar nota superfluitatē, quia interpretatur capillus capitis, qui nascitur ex superfluitate. In cōuiuio gulā. In vino ineptam lætitiā. In vxoribus indebitā accedēdi licentiā. In cōcubinis, manifestā luxuriā. In optimatibus, adulatorū applaudētiā. In vasis aureis, superbiā. Nam tales homines finaliter in superbia vitā consumūt, quia quæritur superfluitas propter superbiā. Ideo probat Orig. quòd omnis diues est superbus: Hoc de vitio carnalitatis. Quantū ad vitium cupiditatis nota, quòd cupiditas* est idolorum seruitus *secundum Apo. quia vnusquisque rem quā præ cæteris diligit, ponit Deū suum, secundū Hier. Igitur in diis aureis, notatur opulētia. In argēteis, apparētia: quia argentum est sonorū. In æreis, fraudulētia: quia videtur esse aurum, & non est. In ferreis violentia, quia ferrum domat omnia: sic isti in omnibus sunt sine misericordia. Contra duo vitia prædicta notatur hic iudicium æquitatis, quod est processus & dictamē diuinæ sententiæ. Scribens, est pater. Manus est filius. Digitus, est spiritussanctus. Sicut enim digitus & manus sunt à brachio, ita spiritussanctus à patre & filio. Vnde de ipso dicitur Exod. 8. e.* Digitus Dei est hic. *In pariete notatur plenitudo assumpti hominis. In aula vterus virginalis. In candelabro contra quod scripsit, certitudo naturalis dictaminis, quia defecit in omnibus his perscrutandis. In scriptura, articulo extremi examinationis: quod erit tale: Mene, numeratio, Thekel, statera appensio. Pheres: diuisio: quia in finali examine Deus omnes actiones numerabit, omnes circunstantias ponderabit, omnes factiones separabit. Et tunc sequitur terror affectionis, quod notatur in faciei mutatione. Error cognitionis, quod significatur in cognitionū perturbatione. Mœror afflictionis, in rerū dissolutione. Tremor desperationis, in genuū collisione. Ecce iudicium terribile contra vitium carnalitatis & auaritiæ.*

MORALITER.

✠ † *Hæc est autem, &c.* Per *Mene* quod significat numerationem, significatur, quòd Deus certissimè numerat omnia mala peccatoris. Per *Thekel*, quod significat appensionem stateræ, significatur quòd Deus diligentissimè ponderat peccatorum grauitatem & circunstantiarum. Per *Pheres* quod significat diuisionē, significatur separatio animæ à corpore, & à bonis terrenis per mortem, & corpus datur vermibus ad corrodēdum. Anima verò dęmonibus ad torquēdum: & bona temporalia exactoribus ad rapiendum. Et exactores isti ex vna parte sunt hæredes peruersi, ex alia executores cupidi: & ex tertia superiores iniqui, qui partem suam volunt habere de bonis defuncti.

Marginalia: l. 1. Iudaicarum historiarum. c. 1. — Hieron. — † Mene. — † Thekel. — † Pheres. — * manus. — l. 10. antiq. c. 1. — Isa. 13. d. — Iere. 51. d. — Isa. 21. b. — l. ad virg. lapsf. — Psal. 94. — l. de idololatria.

CAP. VI.

a *Placuit Dario.* Quod autem ordo præposterus est, vt ante sub Dario quàm sub Balthasar narretur historia (quod in sequentibus aperitur, cum Balthasar à Dario sit occisus) hęc est causa, quòd statim historiam historiæ copulauit. In fine enim superioris dixit visionis, & Darius Medus successit in regnum annos natus lxij. Sub hoc igitur Dario hæc gesta sunt.

CAP. VI.

Placuit Dario & cōstituit super regnum 1
satrapas centum viginti, vt essent in to- 2
to regno suo, & super eos principes tres: 3
ex quibus Daniel vnus erat, vt satrapæ
illis redderent rationem, & rex non su- 4
stineret molestiam. Igitur Daniel supe- 5
rabat omnes principes & satrapas, quia 6
spiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat consti- 7
a ¶ Duo, cum quibus tertius præpositus erat. b ¶ Centum viginti. 8
tuere eum super omne regnum. Vnde principes & satrapæ 9
a ¶ Inuidia stimulante. ¶ Alia litera, quærebant vt inuenirent occasionem Danieli ex latere regis. 10
quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere † re- 11
gis: nullámque causam & † suspicionem reperire potue- 12
¶ In omnibus.
runt, eò quòd fidelis esset, & omnis † culpa & suspicio non
a ¶ Felix conuersatio in qua inimici culpam non reperiunt, nisi in lege quam custodit. 13
inueniretur in eo. Dixerunt ergo viri illi: Non inuenie- 14

b *Daniel superabat.* ✠ THEODO. Nihil reuera potest obscurare pietatē, quæ vbicunque sit, proprios emittit radios, siue in seruo, siue in captiuo reperiatur: quod ex his quæ beato Danieli vsui venerunt, perspici potest. Qui cùm seruus esset bello captus, & in externa regione incoleret, interq; barbaros versaretur, regnante Nabuchodonosor splenduit, ab horribili rege adoratus est: regnante item Balthasar floruit: nec minus illustris fuit Dario tenente sceptra, regúmque successiones nihil de eius honore immutarunt, illis morte extinctis. Consueuerunt reges minimè confidere iis qui priorum regum intimi fuerint, hic apud omnes eādem nactus est loquēdi libertatē, æquale honoris præmiū cōsecutus.

c *Quia Spiritus Dei, &c.* ✠ THEODO. Causam adfert cur alios vinceret. Discimus autem ex hoc loco, magistratibus etiāsi pietatis expertes fuerint, quoddam sapientiæ munus ad subiectum sibi populum gubernandum diuinitus concedi: idq; innuit beatus Daniel cùm dixit, *quia Spiritus amplior erat in eo.* Hoc est, gratiam pietati proportione respondentem acceperat.

HIERONYMVS. Iosephus dicit de huiusmodi. Darius qui Babyloniorum destruxit imperium, iuuante & pariter dimicante Cyro, propinquo suo annum vitæ agebat lxij. quando cepit Babylonem. Erátque filius Astyagis qui alio nomine Asuerus apud Græcos. Tulítque secum Danielem prophetam, & vnum fecit in tribus principibus qui præerāt regno eius. Ex quo patet Darium, secum Danielē in Mediam abduxisse, & eo honore quo Balthasar eum præfecerat habuisse, nec dubiū eum signum audisse, quod acciderat Balthasar & interpretationē Danielis: & quomodo regnum Medorum & Persarū prædixerat.

d *Ex latere regis.* quia scilicet, familiarē & collegā fecerat eum. HIERO. *Ex late. re.* Hebræi suspicantur latus regis, esse reginam, vel concubinas quę ex latere dormiunt, quærebant ergo vt aiunt occasionem in sermone, tactu, nutu, internuncio. *Nullamq; causam.* quia eunuchus erat, hoc illi dicunt, qui vnius verbi occasione longas fabulas texere consueuerunt.

✠ THEODOR. Honoris magnitudo inuidiam excitauit. Innocentiæ verò testimonium datum est Danieli, non ab his tantum qui eum diligebant, sed etiam à vitæ illius insidiatoribus. Pietatem enim obseruans erga Deum, multam quoque sibi regum beneuolentiam conciliarat.

☞ a *Tunc*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

✠ 1 Placuit Dario. *Hæc est quinta visio, quæ licet sit historia, tamen dicitur visio: quia hic fit mentio de angelo in lacum descendente, & ora leonum mirabiliter concludente, & Danielem liberāte in quibus notatur mysterium Christi resurgentis, vt suprà dictum est. Causa igitur materialis huius visionis est æmulatio principum contra Danielem, & reclusio eius in lacum & liberatio eius per angelum. Causa finalis, vt Danielis innocentia cerneretur, Dei iustitia panderetur, & mœstitia plebis Israelitæ leniretur. Causa efficiens est angelica apparitio hoc merente, Danielis innocentia cum deuotione & patientia. Causa formalis in modo procedendi consistit. Proceditur autē hic per modum fraternæ inuidiæ & explorationis contra vitam innocentis. Et habet quatuor partes: quia primò ponitur honor exaltationis ex parte Danielis. Secundò, liuor æmulationis ex parte principum, ibi:* Vnde & principes. *Tertiò, rigor condemnationis ex parte regis, ibi:* Quod verbum cum audisset. *Quartò tenor liberationis ex parte Dei, ibi:* Et tunc primo diluculo. *Circa primum notantur tres gradus honoris Danieli exhibiti. Primus est positiuus quem tenuit Daniel in dignitate: quia à Dario qui Balthasar successit fuit constitutus vnus de tribus principalibus regni principibus. Audito enim quod præcedētem visionem exposuerat, duxit eum s. cum in Mediam honorificè propter eius sapientiā, & tenuit eum in simili honore in quo posuerat eum Balthasar, qui fecerat eum tertium in regno suo, vt dictum est ca. præ. i. vnum de tribus principalibus regni sui. Et hoc est quod dicitur hic:* Placuit Dario Me. *id est, filio Astyagis, ad differentiam alterius Darij qui fuit filius Assueri, quem debellauit Alexander magnus.*
2 Et constituit super re. *sicut supra dictum est: Satrapæ dicuntur quasi rapientes satis. Isti igitur erant constituti per totum regnum in diuersis partibus ad pecunias colligendas.*
3 Et super eos principes. *scilicet post regem. Sequitur.*
4 Et rex nō sustineret molestiam. *Duplici de causa. Vna, quia iam erat antiquus. Alia, quia erat monarcha nouus. Et in principio talium solent aliqui magis rebellare. Ideo curam regni aliis tradiderat, vt ipse posset magis vacare circa hostes reprimendos, si insurgerent.*
5 Igitur Daniel. *Hic secundò ponitur gradus comparatiuus honoris ipsius Danielis, quia non solùm satrapas superabat, sed etiam alios duos principes qui erant constituti cum eo super totum regnum, vt visum est. Et causa subditur.*
6 Quia spiritus Dei. *id est, virtus à Deo data ad cognoscendum quæ agenda sunt & exequenda.*
7 Amplior erat in illo *id est maior intensiuè & extensiuè.*
8 Porrò rex. *Hic ponitur gradus superlatiuus honoris, quē rex voluit sibi exhibere propter eminentiam suæ sapientiæ, quia rex voluit eum aliis duobus maioribus præponere, vt sic esset super totum regnum immediatè post ipsum.* 9 Vnde. *Postquā descriptus est honor ex parte Danielis: hic consequenter ponitur liuor æmulationis ex parte principum, qui solet vigere in curiis magnatorum. Et quia inuidus semper quærit occasionem contra innocentem, ideo primò quærunt occasionem contra Danielē circa conuictum carnalem. Secundò circa ritum legalem, ibi:* Dixerunt ergo. *Tertiò, circa contemptum regalem, ibi:* Viri ergo illi. *In prima parte dicitur sic:* Vnde. *id est, propter excellentiam Danielis quem rex volebat præponere omnibus.* 10 Principes & satrapæ. *Moti à principibus.* 11 Quærebant occasionem. *i. amouendi eum à familiaritate regis. Vel aliter. A latere, imponendo Danieli, quòd æqualitatem regis ambiret secundum Hebræos. Vel, A latere. i. ex vxore regis, quæ dormiuit ad latus eius imponendo Danieli, quòd haberet familiaritatem suspectam cum ea.* 12 Nullámque causam &c. *Ex quo patet eminentia virtutis Danielis, quia inter extraneos & æmulos existēs non potuit notari etiam à diligenter considerātibus de aliquo crimine certo. Nec in facto, quod notatur cū dicitur:* Nullamq; caus. *Nec in signo. quod notatur ibi.* Et suspitionē. *Suspitio enim est quando aliquis incipit dubitare de fama vel bonitate alicuius ex aliquo leui signo.* 13 Dixerunt ergo. *Hic quærūt secūdo occasionem contra Danielem circa ritum legalem. Et hoc est quod dicitur.* 14 Non inueniemus, &c. *Accusandi eum. s. erga regem.*

✠ 1 Nisi

MORALITER.

✠ 1 *Placuit Dario.* Sequitur. 5 *Igitur Daniel. quia sp. Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat, &c.* Per hoc docentur principes cōstituere post se maiores qui præcellūt aliis in sapientia & bonitate vitæ. 9 *Vnde prin. &c.* i. elongandi eum à regis amicitia & familiaritate. Scribitur enim Eccl. x. b. *Initium omnis peccati superbia.* Propter quā principes isti indignabantur Danielē eis præponi. Et ex hac indignatione processerunt ad iniqua contra Danielem. Primò suggerēdo regi legis iniquæ constitutionē. Et secundò insidiando Danieli, vt possent contra eum probare legis transgressionem: vt per hoc cōdemnaretur ad mortem. Istis autē similes sunt cupidi principū & prælatorū cōsiliarij, qui suggerūt eis statuta grauia & iniqua fieri, vt ex eorū transgressione innocentes accusare valeant, & in rebus vel personis damnificari.

✠ Quod

Marginalia: Iosephus antiquitatis Iudaicę lib. 10. — † regni, id est, quæ essent aduersus regnum. — † corruptelam. — † error & corruptela. Multi consiliarij qualis Aman. — Quinta visio. — Diuisio — Satrapæ. — Diuisio

A a Tunc principes surripuerunt regi,&c. ✼ THEODOR. Nihil est inuidia sceleratius, quæ & istos impios coëgit esse, & impium fecit edictum proponi. At non intellexerunt ipsi quorum mentis aciem perstrinxerat inuidia, regem non posse omnia præbere petentibus, neque bonam valetudinem, neque vitam, neque liberos, neque pluuiarum vim, neque alia omnia quæ à solo Deo accipimus. Verùm beatus Daniel parũ impias istas leges curauit.

b A Medis. Perspicuum est vnum regnum fuisse sub Dario & Cyro Medorũ atq; Persarũ, quia Cyrus nepos erat Darij ex filia. vnde Daniel modo sub hoc, modo sub illo fuisse dicitur.

B c Quod cum Daniel. Hinc discimus, ne periculis temerè nos offeramus, sed quãtum in nobis est insidias declinemus. Daniel enim non passim contra regis imperium agebat, sed domi & in abscondito veri regis obsequitur imperio.

d Domum. HIERONYMVS. Domata Latinè dicuntur mœnia vel tecta vel solaria & aulera, vel cœnacula. Dominus in cœnaculo Pascha celebrat. Super.cxx.animas Spiritussanctus descendit in cœnaculo. Daniel quoque regis iussa contemnens, non in humili sed in excelso orat:& secundum præceptum Dei & consilium Salomonis qui contra templum orandum esse dicit.

✼ THEODORETVS. Hæc oratio simul innuit beati Danielis pietatem & fortitudinem. Primùm vbi cognouit statutum decretum, ingressus est in domum suam, legem vehementer contemnens, apertè contraria facere perseuerabat. Deinde aliud addit quod illius animi magnitudinem indicat, Fenestræ, inquit, erant apertæ. Neque enim clam precabatur, sed palam, omnibusq; inspectantibus, non ambitionis studio, sed impiam legẽ contemnens. Addit, in cœnaculo suo, non enim in plano, sed quasi in quadã C specula preces Deo offerebat, omnibus conspicuus, & quòd in excelso loco staret, & quòd fenestras apertas haberet. Orabat, inquit, contra Ierusalem, quod nõ solũ accusatores prouocãs faciebat, sed etiam tanquam legem obseruans. 3.Reg.8. 2.Paralip.6.

Margin: † suaserunt. — Periculis nõ esse se submittẽdum. — Mar.14.b. — Act.1.c. — 3.Reg.8.c.

mus Danieli huic aliquam occasionem, nisi fortè in lege Dei 1
a ¶ Quod veritate non poterant mendacio moliuntur. b ¶ Falsa latenter suggesserunt.
a sui. Tunc principes & satrapæ † surripuerunt regi, & sic lo- 2
¶ Celantes enim cogitationes suas, quasi honorando regem Danieli moliuntur insidias.
quuti sunt ei: Dari rex in æternum viue. Consilium inierunt 3
cuncti principes regni tui, magistratus & satrapæ, senatores 4
& iudices, vt decretum imperatorium exeat & edictum, vt 5
omnis qui petierit aliquam petitionem à quocumque Deo 6
& homine vsque ad dies triginta, nisi à te rex mittatur in la- 7
cum leonum. Nunc itaque rex confirma sententiam, & scri- 8 9
¶ Vel edictum.
b be decretum, vt non immutetur quod statutũ est à Medis & 10 11
¶ Persæ, id est, tentantes.
Persis, nec præuaricari cuiquã liceat. Porrò rex Darius pro-
c posuit edictũ & statuit. Quod cùm Daniel cõperisset, id est, 12
d constitutã legem, ingressus est domũ suã, & fenestris apertis † 13

D ✼ HIERONYMVS. Tria sunt tempora quibus Deo flectenda sunt genua: tertiam horam, sextam, & nonam, Ecclesiastica traditio intelligit. (De horis canonicis.)

✼ IDEM. Assuescat exemplo matris ad orationes & psalmos noctẽ cõsurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensaq; lucerna reddere officium vespertinum. (Epist. ad Lętam de institut. filiæ.)

✼ IDEM. Quãquam Apostolus orare nos semper doceat, tamẽ diuisas orandi horas debemus habere, vt si fortè fuerimus aliquo opere detenti, ipsum nos ad officium tempus admoneat, horã tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam. (Episto. ad Eustoch.)

E ✼ IDEM. Paula cum Eustochio & aliis filiabus, manè hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant. (Epitaph. Paulæ.)

✼ TERTVLL. Cùm in Commentario Lucæ, & tertia hora orationis demonstretur, & sexta qua Petrus ascendit in superiora, & nona qua templum sunt introgressi, cur non intelligamus tres horas istas vt insigniores in rebus humanis, solenniores fuisse in orationibus diuinis? Hoc etiam suadet Danielis argumentũ ter die orantis, vtique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem quàm insigniorum exinde Apostolicarum, tertiæ, sextæ, nonæ. (Lib. adu. psych. c.10. Act.2. Act.10. Act.3.)

✼ CLEMENS Rom. Precationes facite mane, tertia hora, ac sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantum. Mane gratias agẽtes, quòd illuminarit nos, nocte sublata, & reddito die. Tertia, quòd ea hora Pilatus iudicium aduersus Dominum pronuntiauit. Sexta, quòd ea hora in crucem actus est. Nona, quòd tum omnia mota, & tremefacta sunt Domino crucifixo. Vespere, quòd noctem dederit ad requiescendum à diurnis laboribus. Ad galli cantum, quòd ea hora nunciet aduentum diei ad facienda opera lucis. (L.8. Constit. Apost. c.34.)

F

a Tribus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nisi fortè in lege Dei sui. *quia sciebant, quòd ipse magis vellet facere contra edictum regis, quàm contra mandatum diuinæ legis: & ideo cogitauerunt qualiter rex faceret aliquod edictum, quod non posset seruari sine transgreßione legis Iudæorum, vt sic caperent Danielem mandato regis non obedientem. Et hoc est quod subditur.*

2 Tunc principes, &c. *Surripere est aliquẽ verbis fallere, quasi commodi sui gratia, cum tamen sit contra eum: & sic factum est in proposito, quia induxerunt regem ad faciendum edictum, per cuius occasionem occideretur Daniel qui erat maximè sibi vtilis & fidelis: videbatur tamẽ prima facie illud edictum esse pro regis vtilitate. Et hoc est quod dicitur hic.*

3 Rex in æternum. *q.d. nos optamus salutem tuam.*

4 Consilium inierunt, &c. *pro bono statu regni conseruando.*

5 Vt decretum. *id est, lex firma & irreuocabilis.*

6 Vt omnis qui petierit aliquam petitionem, &c. *Hoc dicunt, vt postea non poßit Danielem aliquo modo excusare.*

7 Vsque ad dies triginta nisi à te rex. *Tantum temporis ponunt, vt Daniel non posset euadere, quin caperetur in oratione: quia in vno paruo tempore posset sic Deum secretè orare quod alios lateret.*

8 Mittatur in lacum leonum. *quia condemnati ad mortem, illuc proiiciebantur. Hoc enim edictum videbatur facere ad firmitatẽ regni & monarchiæ, inquantum per hoc homines inducerentur ad tantã reuerentiam & timorem regis, quòd non auderent petere aliquid ab alio etiam à Deo. Et ideo rex qui erat nouus monarcha consensit nesciens eorum fraudem. Simile edictum fecit Assuerus ad suggestionem Aman, vt habetur Esther.iij. & .iiij. quia quasi zelans pro pace regni impetrauit fieri edictum de destructione Iudæorum: & cum hoc impetrauit aliud edictũ fieri ne aliquis accederet ad regem infra triginta dies in hoc simulans zelare pro regis magnitudine, ex cuius reuerentia nullus auderet ad eum accedere in tanto tempore: sed hoc faciebat ne aliquis infra hoc tempus ad regem accederet qui liberationem Iudæorum impetraret. Hoc modo familiares principibus aliquando inducunt eos ad faciendum aliqua statuta pessima sub specie quòd zelent pro principibus, cum tamen aliud intendant. Sequitur.*

9 Nunc itaque rex confir. sent. *q.d. libenter debes facere, quia est pro regni vtilitate.*

10 Et scribe de. vt non immu. *q.d. quod tot & tantorum sapientum consilio ordinatum est, non debet immutari per vocem vnius hominis.*

11 Quod statutũ est à Medis & Persis. *Ex hoc videtur, quòd vnum erat regnum Medorum & Persarum: quia Cyrus nepos Darij ei in honore successit, vt prædictum est.*

12 Quod cùm Daniel, &c. *i. constitutam legem, ingressus est domum suam vt occultè oraret Deum cauens de periculo insidiarum, ne tentaret Deum exponens se mortis periculo sine causa, si hoc faceret in aperto.*

13 Et fenestris apertis, &c. *Hoc habetur ex .iij. Reg. viij. vbi dicitur, quod filij Israel ducti in captiuitatem debent orare versa facie contra Ierusalem, vt ex memoria templi vbi Deus colebatur. oratio eorum esset magis deuota & exaudibilis.*

1 Tribus

MORALITER.

12 *Quod cùm Daniel comperisset.* Hîc ponitur occursus malitiæ inuidorum, quod maximè fit per recursum ad Deum in oratione deuota. Ideo sequitur.

† *Ingressus est domum suam.* Per quod ostenditur, quòd oratio debet esse secreta, sicut dicitur. Matth. vj. a. *Ora patrem tuum in abscondito, &c.* Debet etiam esse multum intenta: quod notatur cùm dicitur.

13 *Et fenestris apertis in cœnaculo suo, &c.* scilicet, cælestem, vbi Deus videtur facie ad faciem, debet etiam esse perseuerans & continua, quod notatur: cùm dicitur.

Tribus

A a Tribus tpibus. Hora tertia descẽdit super apostolos spũssctũs, sexta volẽs Petrus cõedere ad orationẽ in cœnaculum ascendit: & Petrus & Iohãnes ascendebant in tẽplum ad horam orationis nonam. His tribus temporibus orabat Daniel.

b Et vsque ad oc. Tanta regi liberandi eũ cupiditas erat, vt quãuis potentissimus vsque ad occasum solis, cibum non capiat: Tanta illis in malo pertinacia, vt nec voluntate regis moueant nec iniuria.

c Deus tuus. &c. Cedit multitudini, & aduersarijs consentientibus, nõn audet negare mortem amici, & quod ipse obtinere non B potuit, potentiæ dei committit: Non ambigue loquitur, audacter affirmat: Deus tuus &c. Audierat tres pueros quis inferiores flammas vicisse Babylonias, & Danieli myste- C li mysteria multa reuelata.

Margin: Act.3.b. — Ibi.10.b. — Ibi.3.b. — Hiero. — Hiero. — † congregati ad regẽ vel persuadẽtes regi.

a ¶ Vbi visio pacis. ¶ Tertia, sexta, nona.
in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die 1 2
a flectebat genua sua, & adorabat, & confitebatur coram deo 3
suo, sicut & antè facere cõsueuerat. Viri ergo illi curiosius in 4 5
quirentes inuenerunt Danielem orantẽ & obsecrantẽ deum 6
a ¶ Generaliter inducunt, vt rex propria concessione teneatur, ne aliter super Danielem statuat, quam fuerat ante loquutus.
suum, & accedentes loquuti sunt regi super edicto. Rex, nun 7 8
quid non constituisti, vt omnis homo qui rogaret quẽquam 9
de diis & hominibus vsque ad dies triginta nisi à te rex, mit- 10
teretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait: Verus
a ¶ Sæpius est notandum vnum esse regnum Medorum atque Persarum, vt saluemus quod Daniel nunc sub Dario nunc sub Cyro fuisse memoratur.
est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod
præuaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt corã re-
a ¶ Quod magis intolerabile. b ¶ Captiuus. c Quæ omnibus veneranda. d ¶ Etiam regis.
ge: Daniel de filiis captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, 11 12
& de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diẽ 13 14
a ¶ Deum suum. ¶ Vidit se propria voce captum, & inuidiam causam esse insidiarum.
orat obsecratione sua. Quod verbum cùm audisset rex, † sa- 15
a ¶ Totam intentionem. b Non authoritate sua, ne cõtra legem facere diceretur, sed ratione atque consilio vult Danielem liberare.
tis contristatus est, & pro Daniele posuit cor, vt liberaret eũ: 16
b & vsque ad occasum solis laborabat, vt erueret eũ. Viri autẽ 17
a ¶ Quod vellet eum eripere. b ¶ Q. dicant: noli frustra laborare, quod constituisti non potes immutare. lex vniuersalis falli non potest.
illi † intelligentes regem, dixerunt: Scito rex, quia lex Medo 18
rum atque Persarum est, vt omne decretum quod constitue-
a ¶ Cuiquam. ¶ Famulis.
c rit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit, & adduxe- 19
runt Danielem & miserunt eum in lacum leonum. Dixit- 20 21
que rex Danieli: Deus tuus quem colis semper, ipse libera- 22

D ✼ THEOD. Pium verbũ, & pristinis minimè consẽtaneum. Si enim attestaris tantam esse Dei virtutẽ, quomodo lege sanxisti, ne quis ipsi triginta dierum spatio supplicaret. Sed videtur Darius probus quidẽ fuisse, & moribus æquus, meticulosus tamen & facilis deceptu: neq; enim regnũ administrans, quibus dux esse deberet subiectis sibi, ab ijs duceretur.

✼ TERTVLLIANVS. Danielem nulli⁹ præter Dei supplicem, id circo à Chaldęis delatum ac depostulatum statim vtique conclusa & vsitata feritas leonum deuorasset, si Darij digna præsumptio de Deo falli debuisset. Cæterũ E pati oportebat omnẽ Dei prędicatorẽ atq; cultorẽ, qui ad idololatriã prouocatus negasset obsequiũ, secũdũ illius quoq; ratio

Margin: Scorpiac. aduersus Gnost. cap. 8. — † multũ displicuit ei.

tio

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tribus tem. in die. *i. hora matutinali: quia lotis manibus Iudæi tunc benedicunt deũ, & hora sexta ante comestionem. Exemplum habetur Actu. decimo. a. vbi dicitur:* Ascendit Petr⁹ in superiora domus, vt oraret circa horam sextam. *Et hora vespertina secundum quod dicitur Act. iij. a. Petrus & Iohannes ascenderunt* in templum ad horam orationis nonã, *quæ accipitur circa tempus vesperarum, vt patet in ecclesijs maioribus vbi tunc dicitur nona.* 2 Fle. g. *quantum ad actum latriæ exteriorẽ.* 3 Et adorabat. *quãtum ad actum interiorẽ.* 4 Confitebatur &c. *s. pctã populi Israël & sua, quia* oratio humiliantis se nubes penetrat, *vt habetur in Ecclesi. xxv.* 5 Viri ergo illi. *Hîc tertiò quærunt occasionem contra Danielem circa contemptum regalem, & hoc est quod dicitur hic:* Viri ergo illi curiosius inquirẽ. *i. cum magna sollicitudine occultas vias & per occultos modos.* 6 Inuenerunt Danielem. *contra regis edictum.* 7 Orantem & obsecrãtem deum suum. *Obsecratio est oratio quæ fit per inuocationem alicuius rei sacræ, per quam oratio fiat magis exaudibilis. vnde dicitur obsecratio quasi ob aliquid sacrũ deprecatio, sicut cum dicitur: Per crucem & passionem tuã libera nos domine: & cõsimilia. Et ideo in omnibus orationib⁹ ecclesiæ ad hoc, quod fiant magis exaudibiles dicitur: Per dominũ nostrum Iesum Christum &c. vbi est inuocatio sanctæ trinitatis. Sequitur:* 8 Et accedentes. *inuidi exploratores.* 9 Locuti sunt regi super edi. &c. *Hoc est de regis sentẽtia firma & irreuocabili prius facta, hoc faciunt ne rex habeat viam liberandi Danielem. Et hoc est quod subditur:* 10 Rex numquid nõ constituisti, vt omnis homo &c. *Et sic loquũtur tacito nomine Danielis, vt cũ rex respõderit generaliter, q omnis trãsgrediens statutũ sit morte puniẽdus: nõ possit postea excipere Danielẽ: quo responso habito à rege, vt patet in litera, pposuerũt accusationẽ suã, dicẽtes:* 11 Daniel. *Ipsum nominãt nomine Iudaico, tacito nomine Baltasar, quod erat nomen regium. Addũt etiam conditionem seruilem, vt magis prouocẽt regẽ, cum subditur:* 12 De filijs captiuitatis. *Iste nãq; deberet esse humilis.* 13 Nõ curauit de lege. *quæ ab omnibus est veneranda.* 14 Et de edicto. *quod peius est, quia illa lex erat posita sub præcepto, quod contempsit transgrediendo: quod probant per hoc quod subditur:* Sed tribus temporibus per diem orat.

F 15 Quod verbum cum audisset rex. *Hæc est tertia pars principalis huius capituli, vbi describitur rigor cõdẽnationis ex parte regis, vbi tria notantur. Primum est malitia hostis impellentis. Secundum, est miseria hominis innocentis, ibi:* Tũc rex præcepit. *Tertiũ est mœsticia regis ĩperantis, ibi:* Et abiit rex. *Circa primũ dicitur sic:* Quod verbũ cũ audisset rex, satis cõtristat⁹. *quia pcepit fraudẽ eorũ, & non audebat de plenitudine potestatis frangere edictũ in principio suæ monarchiæ: qa reges de nouo creati solent iurare qđ seruabũt cõsuetudines regni. Et ideo si contra cõsuetudinẽ frãgerẽt tale edictũ, immineret periculum de seditione q de talibus solet accidere. Et ideo alio modo conatus est rex Danielem liberare: propter quod subditur:*

16 Et pro Daniele posuit. *i. intelligentiam & conatum.*

17 Vt liberaret eũ. *Interpretando s. edictũ, & se multipliciter excusando. Et licet modus hic non exprimatur, tamẽ intelligitur p hoc, qđ in talibus detinuit accusatores vsque ad occasum solis, vt dicitur in litera & patet. Sequitur:* 17 Viri autem illi. *s. accusatores pessimi.*

18 Intelligentes regem *q s. vellet modis varijs liberare Danielem.*

19 Dixerunt. *ad contrarium arguendo.*

20 Scito rex, qa lex Medorũ & Persarũ est. *Ideo reducũt edictum regis ad memoriã, quia ita erat expressum, qđ nullo modo poterat Danielẽ excusare, quin fecisset cõtrarium. Nõ enim poterat excusare ex parte legis, qa erat firmata irreuocabiliter vt visum est. Nec ex parte orantis, quia in ea sic dicitur:* Oĩs homo q petierit &c. *Et sic in ea includitur Daniel sicut & alij. Nec ex parte orati, qa dicit ibi:* A quocũq; deo & hoĩe. 21 Tũc rex præcepit. *Hic describitur miseria hõs innocẽtis, s. Danielis. Et hoc est qđ dicitur:* Adduxerũt. *Vidẽs ergo rex, q nõ poterat liberare Danielem, nisi frãgendo decretum: q fractio erat sibi periculosa & toti cõmunitati ratiõe prædicta, ideo tãquã minus malum scđm æstimationẽ suã elegit eis tradere Danielẽ, & maximè qa firmiter credebat qđ deus eum liberaret: sicut audierat de tribus socijs suis liberatis de camino. Et hoc est qđ sequitur post:* 22 Deus tuus quẽ colis semp ipse liberabit te. *quia scđm quod dicit gloss. non*

loquitur

MORALITER.

1 *Tribus temporibus in die.* scilicet mane, meridie, & vespere. Per mane significatur ætas iuuentutis. Per meridiẽ, ætas media. Et per vesperam, ætas senectutis. Debet etiam esse cum reuerentia. quod notatur ibi:

2 *Flectebat genua sua.* Et etiam deuota. Ideo subditur:

3 *Et adorabat.* s. adoratione latriæ: Debet etiam esse cũ humilitate. Ideo subditur:

4 *Et confitebatur co. do.* s. peccata populi quæ reputabat sua, eo quod erat de populo illo. Et secutus est effectus orationis, s. orantis liberatio ex dei benignitate, ibi:

2 Flectebat

tionis statum, quia & præsentibus tũc & posteris deinceps cõmendari veritatem oportebat, pro qua fidem diceret passio ipsorum defensorum eius, quia nemo voluisset occidi nisi compos veritatis.

Hiero. a *Nequid fieret.* Qui de leonibus securus est, de hominibus pertimescit, ne q̃d contra Danielem moliantur inimici,

Magna pietas regis. b *Et abijt rex.* Quanta beneuolentia nec nocte nec die cibum capit, nec dormit: cum propheta periclitante quasi vno pendet affectu: nos ergo pro peccatis ꝓpriis q̃to magis debemus vigiliis & ieiuniis deũ ad misericordiã flectere, cũ rex deũ nesciẽs hoc facit pro eo quem vult à periculo liberare.

Lacus latinè aquarũ dulciũ cõgregatio, vt Benacus lac⁹ & alij ꝙ Græci λίμνην: id est stagnum vocant.

c *Putasne.* Non dubitat q̃ superi⁹ dixit:

Hiero. De⁹ tuus liberabit te: sed in ambiguo sententiã tẽperat, vt cũ Daniel incolumis apparuerit, q̃to res incredibilior, tãto aduersus principes iustior sit indignatio.

✻ THEOD. Vnumquodq; eorũ quę dicta sunt, religiosum ostẽdit regẽ, qui ꝓpter pietatem ex Daniele gaudiũ perciperet. Primùm enim non suum, sed Dei seruũ appellat. deinde Danielis Deũ virtutẽ nominat, tum pietatẽ commendãs. Illud verò *an potuit liberare te ex,* significat, an voluit superiorem te leonibus ostendere? Neq; eñ impotentẽ Deũ vocasset, quẽ viuentem Deum nuncupauit. *Rex in æternum &c.* THEOD. Vsitatã præfationem suis sermonibus ꝓponit videlicet liceat tibi rex diutissimè viuere. &c. AVGVST. In hoc tam insigni facto, nõ natura in leonibus mutatur, sed insita à conditionis initio, sua parte per angelũ à Deo gubernatur. Blanditiem eñ & lenitatem quas catulis suis leones ostendũt, in Danielem exercebãt: sæuitiã verò & ferocitatẽ quã in prædã faciũt, in deuoratis peccatoribus reddebant. (l. 2. de mira. sac. script. ca. 32.)

bit te. Allatusq; est lapis vn⁹, & positus est super os laci, quẽ 1 2
a ¶ Credit eum potentiæ dei. b ¶ Ne quid suspicionis contra eos habere videretur, & quasi non confidens de dei potentia pro amico aliquid machinaretur, & vt clarius eluceat virtus liberantis.
obsignãuit rex anulo suo, & anulo optimãtum suorũ, nequid 3
a b fieret cõtra Danielẽ. Et abijt rex in domũ suã, & dormiuit in 4
cœnatus, cibíq; non sunt allati corã eo: insuper & somnus re 5 6
a ¶ Quia credidit eum viuere, qui deo viuo crediderat.
cessit ab eo. Tũnc rex primo diluculo consurgens, festinus 7 8
a Depressam in alto foueam, vel arentem cisternam. b ¶ Oblitus regij fastus, victor ad captiuum, dominus currit ad seruum.
ad lãcũ leonum pẽrrexit, appropinquansq; lacui, Danielem 9 10
a ¶ Affectum cordis & voce indicat & lachrymis. b Cum lachrymis.
võce lachrymabili inclamauit, & affatũs est eũ. Daniel serue
a ¶ Ad differentiam deorum Gentilium, qui sunt simulacra hominum mortuorum.
c dẽi viuentis, deus tu⁹ cui tu seruis semper, putásne valuit te li 11
a ¶ Honorantem se honorat, & ei vitam æternam orat.
berare à leonib⁹? Et Daniel regi respõdens ait: Rẽx in ęternũ
d viue: Deus me⁹ misit angelũ suũ, & cõclusit ora leonũ, & non 12
e nocuerũt mihi: q̃a corã eo iusticia inuẽta est in me, sed & co- 13
f rã te rex delictũ nõ feci. Tũc vehemẽter rex gauisus est supeũ,
& Danielem præcepit educi de lacu, eductusq; est Daniel de
a ¶ Fides vincit mundum.
lacu, & nulla lęsio inuẽta est in eo, q̃a crẽdidit deo suo. Iubẽte 14
aũt rege, adducti sunt viri illi qui accusauerũt Danielẽ, & in 15
a ¶ Neque enim lex æquior vlla est: Quàm necis artifices arte perire sua. b ¶ Forsitan ibi erant ascensionis gradus.
lacũ leõnũ missi sunt ipsi & filij & vxores eorum, & nõ pẽrue 16
g a ¶ Vnde patet Danielem seruatum esse dei potentia, non leonum voluntate vel segnicie.
nerũt vsq; ad pauimẽtũ laci, donec arripẽrent eos leones, &
h omnia ossa eorũ cõminuerũt. Tunc Darius rex scripsit vni- 17
uersis populis & tribubus & linguis habitantibus in vniuer-
a ¶ Vt pax vobis multiplicetur.
sa terra: Pax vobis multiplicetur. A mẽ ergo cõstitutũ ęst de-

Hiero. d *De⁹ me⁹.* Idẽ dicat qui eruit à faucib⁹ inuisibiliũ leonũ. i. de lacu leonum inferni.

e *Et cõclu.* Nõ mutata est feritas aut rabies leonũ, sed ab angelo cõclusa: q̃a præcesserãt ꝓphetę bona opa, vt nõ tã grã q̃. iusticiæ retributio in hac liberatiõe nõtet.

f *Tũc rex grauisus est &c.* THEOD. Gauis⁹ & supra modũ lętitię plenus dicitur, quippe cũ & Dei virtutem cognouisset, & illius quem diligebat salutem didicisset.

g *Et nõ puenerũt &c.* ✻THEOD. Hoc quoq; iustitię diuinę op⁹ est & sapientię, ne dicerent, ꝓpter sacietatem leones à Daniele abstinuisse, & iuidia extenuarent factum miraculũ, iniecti eò testimoniũ phiberent leonũ crudelitati. Quod gitẽ dignas pœnas persoluerint, iustitiã Dei cõmẽdant, quòd autem ita facillimè consumpti fuerint à feris sapientiam inducant.

Hiero. h *Tũc Da.* Sicut per Nabuchodonosor, ita in hoc loco q̃dam per Dariũ cõtrariã interꝓtant fortitudinem, quę oẽs vocet ad pœniten-

NICOLAVS DE LYRA.

loquitur dubitatiuè, sed affirmatiuè.

1 Allatusque est lapis vnus. *magnus scilicet & ponderosus.*

2 Et positus est super os laci. *Ne aliquis posset ingredi, quia magis timebat rex de crudelitate hominũ contra Danielẽ, quàm de ferocitate leonum. Et hoc est quod subditur:*

3 Quem obsignauit rex &c. *Ne aliquis intraret sine scitu suo. Cuius causa subditur:* Ne quid fieret contra Danielem.

4 Et abijt rex. *Hic ponitur mœsticia regis ex condemnatione Danielis. Et hoc est quod dicitur:*

5 Et dormiuit incœnatus. *id est abijt ad dormiendum, ita quòd non dormiuit. Vnde sequitur:*

6 Et somnus recessit ab eo. *Tum ex tristitia, tum ex defectu cibi.*

Diuisio. 7 Tunc rex. *Hæc est quarta pars principalis, vbi describitur tenor liberationis ex parte dei: vbi tria notantur, innocentia liberata, inuidia lacerata, ibi:* Iubente autem rege. *Et dei magnificẽtia prædicata: ibi: Tunc Darius. Circa primum dicitur sic:* Tunc rex primo diluculo: &c, *id est summo mane transacta illa nocte.*

8 Consurgens. *Ex magno enim desiderio liberandi Danielẽ rex qui per noctem vigilauerat, vt dictum est, etiam mane nõ dormiuit: quod tamen solet esse remedium maximum contra vigiliam noctis.*

9 Appropin. *Ex effectu enim cordis lachrymatus est: quod tamen reges solent cauere quantũ possunt maximè corã populo, ne muliebres esse videantur.*

10 Da. ser. *Hoc dicit quantum ad differẽtiam idolorum quæ non viuunt.*

11 De⁹ tu. *Non dicit hoc dubitando de dei potentia, sed vt cum Da. contra opinionem humanã illæsus apparuerit, iustior appeat indignatio regis contra accusatores Dan. Sequitur:*

12 Deus m. *quia opera mirabilia facit ministerio angelorum.*

13 Et cõclu. *q. d. natura feritatis leonum non est mutata, sed ab angelo prohibita, quod patuit ex effectu sequenti in accusatores suos.*

14 Iubente. *Hic describitur inuidia lacerata, cum dicitur:*

15 Adducti. *Hoc erat iustum scd'm pœnam talionis quæ maximè habet locum inter æquales, sicut erat in proposito.*

16 Et non perue. *Iosephus dicit, ꝙ accusatores dixerunt leones fuisse satiatos carnibus, & ideo Danielẽ non tetigisse: & tunc rex iussit, vt ipsi darent carnes leonibus. quod cũ vellent facere, leones eos decerpserunt antequàm venirent ad pauimentum. Et ex hoc patet manifestè, quòd Daniel ex sua iusticia fuerat liberatus.* (Iosephus. li. 10. ca. vl.)

17 Tũc Dar. *Hic describitur dei magnificentia prædicata per regem Dariũ propter visum miraculũ. Et patet sentẽtia ex prædictis in principio quarti c. & in fi. c. præsentis.*

Moraliter. *Moraliter exponendo ꝓcessus æmulationis describitur in hoc ca. q. a in æmulis primo notatur ambitio: ex hac secuta est elatio, ex hac æmulatorum insidiatio, ad vltimũ istorũ deiectio. Et hæc omnia patent in litera. Ad euadendũ aũt æmulationem exẽplo Danielis recurrẽdũ est ad orationẽ, & in modo orandi considera ꝙ Daniel ingressus est domũ, in quo notatur consideratio mortis. Orabat aptis fenestris, in quo notatur attentio legis. In cœnaculo, in quo notatur excessus contẽplationis. Tribus tẽporibus, in quo notatur ordinatio tpis. Flectebat genua, in quo notatur confessio oris. Ad ista sequuntur liberatio eius, in quo apparet æquitas Dei, & æmulorum perditio: in quo apparet dei seueritas.*

MORALITER.

12 *Deus meus &c.* inuidorum destructio ex eius seueritate, ibi:
14 *Iubente &c.* Et sic impletum est illud Prouer. j. xxv. d. *Qui fodit foueam, incidet in eam.*

tẽtiã. Et quæritur, vtrũ in isto mũdo futurum sit an in altero, vel post alios mũdos: Sed hoc deliramentis imputantes dicimus, apud Barbaras nationes per seruos dei signa fieri, vt prædicetur cultus & religio vnius dei. (Deliramenti cuiusdã exclusio.)

a *Porrò Da. Quod sup.* in fine primę visiõis legitur. *Fuit aũt Daniel vsq; ad primũ annũ Cyri regis,* nõ vitæ ei⁹ tps accipiẽdũ est, cũ in vltima visiõe legam⁹: *Anno tertio Cyri regis Persarũ, verbũ reuelatũ est Danieli cognomento Balthasar.* Sed hoc significatur, q̃d vsq; ad primũ annũ Cyri regis q̃ Chaldeorũ destruxit imperiũ, Daniel potẽs fuerit in Chaldæa, post à Dario in Mœdos translatus est. († prosperatus est.)

a ¶ Hic est miraculorum fructus: vt nomen dei exaltetur.
cretũ, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscãnt & pa
a ¶ Alij mortui. b ¶ Alij transitorij.
ueãt deũ Danielis. Ipse est enim deus viuẽns & ætẽrnus in se-
¶ Honor.
cula, & regnũ eius non dissipabitur, & potestas eius vsq; in
a ¶ Iniquo probatur verus deus.
æternũ. Ipse liberator atq; saluator, faciens signã & mirabilia in cælo & in terra, qui liberauit Danielẽ de † lacu leonũ. († de manu)
a ¶ In Chaldæa in summo honore.
a Porrò Daniel † pẽrseuerauit vsque ad regnum Darij, regnúmque Cyri Persæ.

✻ THEOD. Daniel in vtroque regno floruit, & omnibus conspicu⁹, & illustris fuit honorib⁹. Nos aũt decet percepta pietatis vi, hãc eligere, & oĩbus rebus ipsum anteponere, ac nullis periculis territos, nulloq; discrimine ab ea desciscere. Imò etiam si oẽs homines simul ꝓpter ipsum contra nos pugnent, alacriter eorum impetũ excipere huiusce vi fretos. Ita enim beatorũ apostolorum chorus, à cuncto orbe terrarum obsessus, inexpugnabilis permansit, atque hostes sibi dicto obediẽtes fecit. Talia itaque habentes exẽpla, synceram erg: Deũ beneuolentiam conseruemus, vt eius auxilio cõtinenter perfruamur.

CAP. VII.

a *Anno primo.* Hæc pericope & sequẽs, priores sunt iuxta historiã, quàm duę supiores. *Hæc eñ & sequẽs & primo & tertio anno Balthasar regis accidisse memoratur.* Illa aũt q̃ ante superiorem lecta est, nouissimo die regni eius: & hoc nõ solum in Daniele, sed in Ieremia quoq; & in Ezechiele legim⁹. Sed in supiorib⁹ visionibus historiæ ordo sequitur: quid sub Nabuc. & Balt. & Dario siue Cyro mirabiliũ signorũque acciderit. In his verò narrãtur somnia, quę singulis visa tẽporibus quorum solus ꝓpheta conscius, & ideo nullam hñt apud Barbaros signi vel reuelationis admirationẽ. Scribuntur autem, vt apud posteros eorum memoria perseueret. (Hiero.) (Iere. 39. a. Ezech. 7. d.)

✻ THEOD. Superioribus velut historicè percursis, deinceps exponere incipit Daniel eas prædictiones, quas p reuelationes doctus est, ac primùm quatuor bestiarũ reuelationẽ ponit, Nabuchodonosoris somnio admodũ similem. Ille etenim in vna imagine quadruplicem vidit materiam, & hîc ab vno mari quatuor bestias ascendentes: Cùm aũt sit illa etiam quæ interdiu vidit, conscripturus, meritò nos docet & q̃ in sõnis, & quę vigilans vidit: neq; enim sustinuit sibi diuinitus ostẽsa occultare, sed ad omniũ vtilitatem ea cõscripsit. Itaque mare cernit, quo psentis vitæ fluctus edocetur, discitque vitæ procellas ac tempestates. Deinde quatuor bestias videt, quibus cõprehendit quatuor illa terribilia regna, quæ oĩbus hominibus metum incuterent, finem tandem habitura, solum verò sine fine regnum quod sanctis parauit Deus sanctorum. Mare itaque vitam vocat, vt

CAP. VII.

a Anno primo Balthasar regis Babylonis Da- 1
niel somnium vidit. Visio autem capitis e- 2
ius in cubile, & somnium scribens breui 3
sermone comprehendit, summatimq; per- 4
stringens ait: Videbã in visiõe mea nocte, 5

NICOLAVS DE LYRA

CAP. VII.

1 Anno primo Balthasar. *Suprapo suit ꝓpheta quinque visiones quæ respiciunt Christi primũ aduentũ, hic consequenter ponit alias quinq;, quæ respiciunt eius aduentum secundũ. Prima est de quatuor animalibus mõstruosis, & de aduẽtu iudicis: & designat vltimæ tribulationis totalem processum. Secunda de pugna Persarũ, & Græcorũ sub specie arietis & hirci, quæ designat eiusdem tribulationis principalẽ conflictum. Tertia, de hebdomadibus abbreuiatis vsq; ad mortem Christi, quæ designat eiusdẽ tribulationis solatiũ, quia tempore persecutionis Antichristi maximum solatium erit fidelibus de memoria passionis Christi. Quarta, de apparitione viri liberationem populi pronuntiantis, quæ designat eiusdẽ tribulationis terminũ. Quinta, de pugna Christi & victoria finali sub signo regis aquilonis & austri: & designat eiusdem tribulationis triumphũ. Partes etiam patebunt in quinq; capitulis sequentibus per ordinem positis. Circa primã visionẽ considerandũ, quòd causa materialis est de quatuor regnis mũdi principalibus fideles successiuè affligentibus: & de regno Christi perfectè obtento in iudicio finali oĩa regna cõterẽte. Causa finalis est prouidẽtia & cautela contra futurã tribulationẽ, quia minus feriũt iacula quæ præuidẽtur, & vt ostendatur, ꝙ vsq; ad finem mundi peruersorum molestia est fideles impugnatura, & iustorũ modestia tãdem victura, & Antichristi molestia finaliter pitura, & Christi militia æternaliter regnatura. Causa efficiẽs principalis est spiritussanctus animo desideranti & deuoto infundens cognitionem regnorum, temporum & factorum. Daniel aũt est causa efficiens instrumentalis sub quadam breuitate describens. Causa formalis in diuisione consistit: & diuiditur in duas partes: quia primò præmittitur quædam præfatio respectu sequentium. secundò describitur ipsa visio, ibi: Videbã in visione mea. Circa primũ tria ponuntur. Primũ est tẽpus in quo ista visio facta est, cũ dicitur:* Anno prĩo Balthasar. *Ex quo patet, ꝙ Daniel nõ posuit visiones secundũ ordinẽ historiæ vel temporis, in quo factæ sunt Danieli: q̃a illa quæ scripta sunt in c. præcedenti fuerũt facta post illã visionẽ: q̃a facta fuerũt sub Dario. Darius aũt successit Balthasar, vt visum est in fine v. c. Rõ autẽ hui⁹ ordinis est, q̃a ista visio est purè ꝓphetica, & ideo ponitur cũ visionib⁹ sequẽtibus quæ sunt eiusdẽ conditiõis: ꝓcedentes aũt visiones vel sunt purè historicæ, vel sunt partim ꝓpheticæ & partim historicæ. Alia ratio est: ꝓcedentes enim ptinẽt ad Christi primũ aduẽtũ, vt dictum est supra j. ca. hæc autẽ cum sequẽtibus pertinet ad aduẽtũ Christi scd'm s. ad iudicium, vt magis videbitur ꝓsequẽdo. secdò tãgitur modus videndi, cũm subditur:*
2 Daniel som. &c. *Ex quo patet ꝙ vidit in somno & nõ in vigilia. tertiò subdit modũ scribẽdi, cum subditur:* Et som. scri. bre. &c. 3 Videbã &c. *hîc cõsequẽter describitur ipsa visio. scdò ipsius visionis interpretatio, ibi:* Horruit spũs me⁹. *Prima in duas, q̃a primò ponitur visio in generali. secũdò, explicatur magis in speciali, ibi:* Prima quasi leæna. *In prima parte dicit sic Daniel:* Videbã. *i. intelligebã.* 4 In visiõe mea. *q̃a sensum visionis imaginariæ intellexit:* Intelligẽtia eñ opus est in visiõe, *vt dicitur infra. x. ca.* 5 Nocte. *q̃a tunc quietatis sensibus* (Diuisio.)

MORALITER.

1 *Anno prĩo Balthasar regis.* In hoc ca. describitur visio quatuor bestiarũ scd'm sensum literalẽ quatuor regna significãtium. Moraliter aũt significãt quatuor vitia, bonũ virtutis vastãtia. Bestiæ namque propriè dicuntur, quæ sæuiunt dentibus vel vnguibus vtrisque: ideo dicuntur bestiæ quasi vastiæ, à vastando, v mutata in b. Prima bestia significat seuiciã tyrãnorum. ideo dicitur:

A vt pote quę infinitas habeat maximas procellas, vẽtos aũt ipsius, impellentes rerũ mutationes. Sicut enim austro flante, ad arcticã partem fluctus occurrunt, & borea mare concitante, rursus vnda ad austrum impellitur: ita quando Assyrij imperabant, omnes populos ad se trahebant: translato aũt ad Persas regno, translatus est etiã statim subiectorũ ad illos concursus. Sic & de Macedonũ, & Romanorũ imperijs contigit.

a ¶ Quia quisque angelus pro eo regno orat vel agit, quod ei commissum.
& ecce quatuor venti cęli pugnabant in mari magno, & qua
b a ¶ Pro regni crudelitate. ¶ Quid hæ bestiæ significent angelo exponendũ seruamus. ¶ Regnorum feritas atque crudelitas bestiarum nominibus significatur.
c d e tuor bestiæ grandes ascendebãt de mari diuersę inter se. Pri
a ¶ Regna subiecta quibus imperabat & volitabat. b ¶ Vt leo inter bestias sic aquila inter aues regnũ tenet, & regnum Assyriorum diu durauit sicut aquila inter aues multo tempore viuit.
f ma quasi leæna, & alas habebat aquilæ. Aspiciebam donec
g a ¶ Leænæ vel aquilæ. b ¶ Subuerso imperio Chaldæorum, vnde sequitur, & su.pe.q.ho.&c.
h euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra & sup pedes quasi
i homo stetit, & cor eius datũ est ei. Ecce bestia alia similis vr-

Hiero. Rup. a *Quatuor ven.* Quatuor angelicæ ptãtes, quæ regnis in quadripartito mũdo positis præsunt, ptãtes, s. cõtrariæ: quia sed'm vniuscuiusq; gẽtis meritũ ptãs vel dona vel mala præponit: sicut in Daniele, *Michael dicitur princeps Hebræorum.* Et in Isaia de principe Babylonis. *Quõ cecidisti de cælo.* In Ezechiele de principe Tyri: *Tu Cherub extẽtus & protegẽs.* De principe Ægyptiorũ: *Draco magne q cubas in medio fluminum tuorum.* Generaliter de malis ptãtib⁹ dicitur: *Non est nobis colluc.aduer.car.& sang.sed aduer.p.& p.&c.* (Dan.10.c. Isa.14.c. Eze.28.d. Ibidem.29.a Ephe.6.b)

b *Pugnabant.* inter se: qa regna sibi promissa faciunt pugnare. Regna vocat bestias pro crudelitate diuersas: quia locis, moribus & potentia distant.

Hiero. Math.13.a. c *Pugnabant in ma.* in mũdo. s. salsis & amaris fluctib⁹ redũdãte: B vnde: *Simile est regnum sagenæ missæ in mare.* vñ & draco rex dicit oĩm quæ in aquis sunt. Et Dauid dicit: *Tu cõfregisti capita draconũ in aquis.* Et Amos ppheta: *Si descenderit in profundũ maris, ibi mãdabo draconi & mordebit eum.* (Psal.73.c. Amos.9.a.)

d *Quatuor be.* de bonis angelis, qui & malos monẽt bene agere angelicæ ptãtes, quibus principalia regna cõmissa sunt. vñ: *Quãdo diuidebat altissimus gentes q.s.f.a.cõ.ter.p.i.in.f.i.pars autem domini populus eius, Iacob f.h.e.* (Deut.32.a.)

e *Prima quasi le.* Nota ordinem, quòd in imagine caput aureũ, dicitur hîc leæna. C

Hier. Regnũ Babyloniũ propter sæuitiã vel luxuriã non leo sed leæna dicitur: Aiũt enim qui de bestiarũ scripsere naturis, leęnas ferociores esse, maxiè si catulos nutriant: & semper in coitum gestire. D

f *Et alas ha.a.* ppter superbiã regni potentissimi, cuius princeps ait in Isaia: *In cælũ cõscẽdã. Super astra cœli ponã thronum meum, & similis ero al.* Vnde dicitur ad eũ: *Si altè vt aquila feraris inde detrahã te in abyssum.* (Isai.14.d. Abdiæ. b.)

g *Et sup pe.* Si de Nabuch. legitur clarum est, qa postq̃ perdidit regnũ & potentia ei sublata est, rursum in pristinũ statũ restitut⁹ est, sed nõ leænam sed hoĩem se esse didicit, & cor qđ amiserat recepit. Si gñaliter de regno Chaldæorũ sentiendum est, qđ occiso Balthasar & Medis Persisq; succedentibus Babylonij homines se & humiles fragilisq; naturæ esse senserunt.

✲ THEOD. Assyriorũ regnũ quod primũ maximã obtinuit partẽ orbis terrarũ, per leænã significauit. Hoc em̃ animal regiũ est & alas similes aquilæ ait, quia hoc etiã animal volucribus omnibus imperat. Verũtamẽ alas euulsas vidit, hoc est, ab oĩ sibi subiecto populo destitutũ, & pristina potestate priuatum. *Sublata est,* inq̃t, *leæna de terra,* hoc est, regnare desiit. *Et in pedibus hominis stetit,* quia æqualis suis subiectis euasit. *Cor hominis datum est ei:* quoniã experientia didicit humana cogitare, neque mentis cogitatione naturæ terminos transgredi. E

h *Et ecce be.alia.* i. regnum Persarum, quod ob duriciam & ferocitatem vrso comparatur: rigidum enim & victu parcum in morem Lacedæmoniorum fuit, ita vt in pulmento sale vteretur & cardamo. (Hiero.)

i *Bestia similis vrso.* in visione statuæ, pectus & brachia habet de argento.

✲ Persicũ innuit regnũ, vrso simile, ppter suppliciorũ crudelitatẽ: nã barbarorum omniũ crudelissimi Persæ in puniẽdo, vel coria hominibus detrahentes, & singulorũ artuum sectione longas poenas F (De argẽto.)

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *sibus exterioribus, facilius cognitio supernaturalium accipitur, vt suprà habitum est.*
1 Ecce quatuor ven.cæ.pug. *i. quatuor angeli, qui propter similitudinem venti dicuntur spiritus. ventus enim inuisibilis est propter suã subtilitatẽ: propter quod vocatur spiritus, sicut & angelus. Potest autẽ hic locus exponi dupliciter. Vno modo de angelis malis: & sic dicuntur pugnare, quia excitãt homines ad pugnã. Alio modo de angelis bonis, qui præsunt diuersis regnis, & sic dicuntur pugnare pro subditis, quantum proponunt corã domino eorum merita, quæ aliquãdo sunt cõtraria: Tamen angeli ista merita cõtraria proponendo coram domino non habent voluntates cõtrarias, sed quærunt super hoc beneplacitum diuinum de futuris, vt qđ tale regnum dominetur tali vel ecõuerso: scita tamen super hoc diuina voluntate accepta est vtriq; angelo, siue sit pro exaltatiõe gẽtis cui præest, siue pro depressione. ista autem diffusius tractantur ij. sñiarum.* 2 In mari magno. *i. in hoc mundo, qui dicitur mare propter instabilitatem & variabilitatem regnorum, q. sicut mare agitatur & procellæ ibi oriuntur.* 3 Et quatuor bestię. *id est quatuor regna magna: Et dicuntur bestiæ propter ferocitatem.* 4 Grãdes. *propter superbiã & potentiã.* 5 Ascẽdebãt. *i. oriebãtur successiuè.* 7 Diuersæ inter se. *i. moribus & legibus differentes.* 8 Prima. *Hic explicatur visio in pticulari: Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor regna. scđa incipit ibi :* Et ecce. *tertia ibi:* Post hæc aspiciebã. *quarta ibi:* Post hæc. *Prima igitur bestia signat regnum Chaldæorum & maximè quãtum ad regem eius Nabuc. ideo dicitur:* (Diuisio.) 9 Quasi leæna, *propter ferocitatem & luxuriã, quæ in Chaldæis vigebat. Leæna enim inter bestias est ferocior, & maximè si catulos nutriat & semper gestit coitum.* 10 Et alas habebat aquilę. *Ala vna est abundantia & diuitiæ quibus abundabat illud regnum. vnde suprà significabatur per caput aureum, vt suprà dictum est. Alia est peritia armorum propter exercitium bellorum quibus Nabuchodonosor debellauit & subiugauit sibi regna multa. Istis duabus alis, s. peritia armorum & diuitijs ferebatur in altum per superbiam intãtum quòd faciebat se adorare sicut deum, vt visum est supra ca. ij. propter hoc de ipso scribitur Isa. xiiij. d.* Supra astra cæli conscendam, & similis ero altissimo. *Dicuntur autem istæ alæ aquilæ, quia aquila est rex auiũ, in quo signatur Monarchia Nabuch.* 11 Aspiciebã donec euulsæ sunt alæ ei⁹. *quia quãdo in furiã versus est Nabuchodonosor, quilibet rapiebat diuitias eius, similiter potentia eius omnino defecit ad tempus.* 12 Et sublata est de terra. *quia ab hominibus deiectus est, vt dictum est suprà.* 13 Et super pedes quasi homo stetit. *quia quando restitutus est ei sensus, recognouit se hominem fragilem.* 14. Et cor eius datum est ei. *id est cor humanum: quia primò reputabat se quendam deum. Potest etiam hoc exponi de toto regno. Et alæ huius regni id est diuitiæ & potentia Chaldæorum, ablatæ sunt per Cyrum & Darium, qui subuerterunt Babylonem. Et quasi homo stetit quando Chaldæi Medis & Persis subiecti facti sunt: quia tunc cognouerunt se esse homines fragiles.*
15 Et ecce alia bestia. *Hic significatur regnum Medorum & Persarum. ideo dicitur:*
16 Similis vrso. *quia vrsus est leone mitior. vel magis propriè loquendo minus crudelis, sic regnum istud erga Iudæos fuit mitius respectu præ* ✲ *ceden*

MORALITER.

✝ 8 *Prima quasi leæna.* per quã significatur ferocitas tyrrannica, quia leæna ferocior est leone.
10 *Et alas habebat aquilæ.* Vna ala significat versutiam consiliariorum ipsius tyranni, & alia significat nequitiam ministrorum eius iussa facientium: Et istæ duæ alæ faciũt ipsum volare ad crudelitatis actum.
11 *Aspiciebam donec euul. sunt alæ eius.* nam aliquando contingit quòd mens tyrãni mutatur in mansuetudinem ex bonitate dei, ideo subditur:
12 *Et sublata est de terra.* per pœnitentiam veram, secundũ illud prouerb. xij. *Verte impios, & non erunt,* scilicet impij: sed in pietatem mutati.
13 *Et super pedes quasi homo stetit.* scilicet mansuetus: nam homo est animal mansuetum natura, ideo subditur:
14 *Et cor eius datum est ei.* id est cor humanum & benignum.
15 *Et ecce bestia alia similis vrso* : per quam significatur perfidia hæreticorum, quia sicut vrsus habet debile caput, sic hæretici debile fundamentum.
✝ 1 *In*

poenas machinati, amara eos qui punirentur, morte multabant.
A Tria latera in ore, tres sunt orbis terrarũ partes quibus imperauerũt, oriens, aquilo, auster. Cyrus enim omnem orientẽ vsq; ad Hellespontum in suam ditionem redegit: Cambyses subacta Ægypto, Æthiopas quoq; sibi subiecit: Dari⁹ Scytharũ Nomadum potitus est. Et qa nõ omnino regnũ illud deletũ fuit, in vnam partem bestiam stetisse dixit. Hoc est, cũ trium orbis terrarum partiũ potitum esset, maxima parte spoliatum est, vniusq; tãtũ partis imperiũ obtinuit. Nam Ægyptũ, Æthiopiã, Palæstinã, Phœniciã, Syriam, Põtum Euxinũ amisit, B & solam Persidẽ, Mediam, & Assyriam, & paucas finitimas nationes obtinet.

a b a ¶ Qui victu parcissimus, fortis, seuerus. b ¶ Tria regna adunata, Medorum, Persarum, Chaldæorum ¶ Alii versus.
so in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in denti-
c a ¶ Amã & amici eius. b ¶ Assuere. ¶ Iudæos.
bus eius, & sic dicebant ei : Surge comede carnes plurimas.
d a ¶ Qui præceps fertur in sanguinem, & saltu ruit in mortem.
e Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habe
a ¶ Successores eius significat, Ptolemæum Seleucum Philippum, & Antigonum.
f bat quasi auis quatuor super se. Et quatuor capita erant in
a ¶ Q. non fortitudo Alexandri, sed dei voluntas hoc fecit. b ¶ A Deo.
g bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in
visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque

Hiero. Zacha.2.g. a *In parte stetit.* quia vt aiũt Hebræi, contra Israel nihil crudele gessit. vnde in Zacharia dicuntur equi albi.

b *Et tres ordines.* Tres principes sicut Balthasar, & Darius, tres principes habuerũt, qui cxx. satrapis præfuerunt. Alij tres reges Persarũ post Cyrum fuisse autumãt, sed non nominãt: nos verò post Cyrũ qui regnauit annis xxx. scimus regnasse Cambysem filiũ eius & fratres Magos, deinde Dariũ, cuius secũdo anno reædificari cœptũ est templũ, quintum Xerxẽ Darij filiũ. vj. Arthabanũ. vij. Artaxerxẽ qui Longimanus cognominatus est, octauũ Xerxem. nonũ Socdianũ, decimum Darium cognomento Nothũ. xj. Artaxerxem, qui & Mẽnõ. xij. Ochũ. xiij. Arsen Nothi filium. xiiij. Darium Sarsante filium, qui superatus est ab Alexandro rege Macedonũ. Quomodo ergo tres reges Persarum fuisse dicimus nisi forte ex his aliquos eligamus fuisse sæuissimos quos ex historijs nõ habem⁹: ergo tres ordines in ore regni Persarũ, & tria in dentib⁹ tria regna accipiamus Babyloniorum, Medorum atque Persarum quę in vnum redacta sunt. (Hiero. C) D

c *Surge comede &c.* tps illud significat quo ab Assuero quẽ Lxx. Artaxerxem vocãt ad suggestionẽ Amã Agagitæ vna die oẽs Iudæi iussi sunt trucidari. Et pulchrè nõ ait, deuorabit eos, sed sic dicũt ei: *Surge co.car. plu.* vt tm̃ fuerit conatus, sed nõ secutus rei exitus. (Hiero. Esther.3.d.)

d *Qui si par.* regnũ Macedonũ. de quo in statua: *Venter & fæmora eius ex ære.*

e *Et al.u.* Alexandri cm̃ victoria nihil velocius fuit, q ab Illirico & Adriatico mari vsq; ad Indicũ Oceanũ & Physon fluuiũ, non tã bellis q̃ victorijs cucurrit, & vij. annis Europę partem & totã sibi Asiã subiugauit. Pardus quoque varij coloris regna diuersa significat Alexandro subdita. (Hiero. E)

✲ THEOD. Macedonicũ regnũ per hæc designat, & Alexandrũ rectè cum pardali comparat, propter celeritatẽ, acumen ingenij, & varietatem. Quatuor autem alæ, quatuor sunt orbis partes in quibus imperauit: & per quatuor capita diuisionem imperij significauit, quæ post Alexãdrum facta est. Potestatem autem datam dixit fuisse bestiæ, quãdo ea etiam quę superiores reges nõ obtinuerunt, obtinuit ipse. Veruntamen illud quoque regnum finem habuit.

f *Et ecce be.quar.t.* Romanum s. imperiũ, de quo in statua, *tibiæ, ferreæ & pedũ quædam pars ferrea, quædam fictilis,* ferri autem nunc meminit dentes f.h.&c. F

Et ecce be.q.t. Mirum q suprà leænam, vrsum, & pardum in tribus regnis posuerit, & Romanum nulli bestiæ comparauit, nisi fortè (Hiero.)

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *cedentium. qđ patet quia Cyrus captiuitatem Iudæorum remisit, & tẽplum readificare præcepit, vt habetur Esdræ j. Item alia ratione comparatur vrso, quia vrsus est potentissimus ad labores & verbera, & paruo contentus cibo, ita quòd pro magna parte anni nihil sumit : sic Persæ infrangibiles erant laboribus & insuperabiles bellis: & adeo parci victus, vt penè sicco pane vterentur, nisi gratia hospitum vel festi, vt dicit Trogus Pompeius historiographus:* (Persarum victus tenuis.)
1 In parte stetit. *quia illud regnum non venit contra Ierusalem ad bellandum, vt dicunt Iudæi. sed historia Iudith dicit contrarium, quòd Cãbyses filius Cyri, qui alio nomine dict⁹ est Nabuchodonosor, misit Holofernem ad debellandũ filios Israël sed illã historiam non accipiunt Iudæi, nec (vt dicunt) habet apparentiam veritatis, quia illo tempore erant ita subiecti Iudæi Persis, quod non audebant ædificare templum sine licentia regis, & ideo non est verisimile, q auderẽt exercitui tanto resistere quem habebat Holofernes dux illius exercitus.*
2 Et tres ordines erant in ore eius. *id est tria regna simul iuncta virtute Persarum scilicet regnum Chaldæorum, Medorum & Persarum.*
3 Et sic dicebant ei. *id est cuidam regi illius regni scilicet Assuero.*
4 Surge & comede ca.plu. *quia Amã & socij eius suaserunt regi Assuero interfectionẽ Iudæorũ, vt patet Esther iij. Notandũ, quòd de Iudæis magis loquitur propheta quàm de alijs gentibus, quia propter eos hæc visio & aliæ prius ostendebantur Danieli, quia tamen persuasio iniqua Aman non habuit effectũ, vt patet Esther vij. ideo non dicitur hîc quòd bestia comederit, sed quia suadebant ei comedere.*
5 Post hæc aspiciebam & ecce alia. *scilicet bestia, per quã designatur regnum Alexandri & Græcorum: ideo subditur:*
6 Quasi pardus. *Pardus enim est animal velocissimum. & ipse Alexander mira celeritate totum orientẽ sibi subiecit: quia in septem annis partẽ Europæ & totam Asiam obtinuit, vt dicit hîc glos. Varietates aũt Pardi signant diuersa regna & potestates quæ sibi subiecit. vnde dicitur j. Machabæo. j.* quòd obtinuit reges terrę & tyrannos, & siluit terra in conspectu eius.
7 Et alas ha. quasi auis quat. super se. *Istæ quatuor alæ sunt robur corporis, aĩositas, largitas & industria tam ex naturali ingenio quã ex studio armorũq; exercitio, quæ oĩa fuerũt excellenter in Alexãdro. Istis autem quatuor alis quasi volabat ad victorias propter velocitatem debellandi aduersarios.*
8 Et quat.ca.erãt in be. *quia Alexander habuit quatuor successores, quib⁹ diuisum fuit regnum eius. Ptolemæus enim successit sibi in Ægypto, Selucus in Syria, Antigonus in Asia, Philippus in Græcia.*
9 Et potestas data est ei. *q.d. victoria prædicta nõ sunt facta virtute Alexandri, sed virtute à deo sibi data. vnde legitur in Scholasti. hist. quod cũ Alexãder cogitaret sibi subiugare orbẽ existens adhuc in Macedonia, deus sibi apparuit in similitudine sũmi sacerdotis Iudæorũ induti põtificalibus ornamẽtis. sibi victoriã pmisit. propter qđ Alexãder veniẽs contra Ierusalẽ, cũ populus ei obuiaret, & summus sacerdos põtificalibus indutus, Alexander de equo descẽdit, & deũ qui sibi apparuerat adorauit in homine, qui eius similitudinem gerebat, & ideo ciuitati pepercit.*
10 Post hęc. *Hic describitur regnũ quartum, s. Romanorũ. & diuiditur in duas partes, qa primò describit fortitudinẽ huius regni. scđò ostẽdit ex ipso ortũ Antichristi, ibi:* Cõsiderabã cornua. *Circa primũ considerandũ, quòd hæc bestia quarta nõ nominatur proprio nomine sicut aliæ præcedentes, quia non habuit aliquod proprium nomen alicuius bestiæ, per quòd posset ferocitatem huius regni designare, propter qđ in glossis Hebraicis dicitur regnũ Romanum nequã. De sæuitia huius regni contra fideles patet manifestè in persecutione Martyrũ & in occisiõe pcipuorũ apostolorũ Petri & Pauli: & hoc est quod dicitur:* (Diuisio.)
11 Bestia quarta. *Id est Romanũ imperiũ.* 12 Terribilis, *propter* ✲ *crudeli*

MORALITER.

✝ 1 *In parte stetit.* nam hæretici sunt ab ecclesia per excommunionem præcisi.
2 *Et tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius.* principes tres. Hæretici nanque tribus dentibus catholicos mordẽt scilicet potentia seculari, vt patuit tpe Arrij, sicut dictũ est suprà Ezechi. xxxviij. & rõnibus Sophisticis, & etiã sacris scripturis peruersè intellectis.
5 *Post hæc aspi.& ec.a.q.par.* per quam significatur fraudulentia simulatorum. Sicut enim pardus est totus varius in colore, sic simulatores in corde ore & opere.
7 *Et ha.alas quasi auis quat. sup se & quat.c.* Caput ĩ sacra scriptura frequẽter accipit' pro principio: principiũ aũt in agibilibus est finis. Fraudulẽtię verò simulatorum finis est quadruplex, s. honor mũdanus, fauor human⁹, bonũ vtile, & bonum delectabile. nam propter ista vel aliquod istorũ operatur malicia simulatorũ, & sic quatuor capita sunt in ista bestia similiter quatuor alis vtitur ad ppositũ consequẽdũ: scilicet simulatione sanctitatis, adulatione potestatis, collatione munerum, & simulatione operum.
10 *Post hæc aspiciebam in visione &c.* per quam significatur mali-

forte vt formidolosam faceret bestiã, vocabulum tacuit. & quic A quid in bestijs ferocius cogitamus, hoc Romanos intelligamus, Hebræi autumant, quia quod hîc tacitum est, in psalm. dictũ est. Psal.76.d. *Vastauit eam aper de sylua, & sin.fe.de.&c.* Pro quo in Hebræo habetur. Omnes bestiæ lacerauerunt illam: quia in imperio Romanorũ fuerũt omnia simul regna quæ prius fuerunt separata.

Hiero. a *Et habebat cor.* Porphyri⁹ duas posteriores bestias Macedonũ & Romano. in vnum Macedo. miscet regnũ, & diuidit pardũ voles intelligi Alexãdrũ ipsum. bestiã autem dissimilẽ cęteris quatuor Alexãdri successores, & deinceps vsq; ad Antiochũ cognomẽto Epiphanẽ x. reges sæuissimos enumerat, quos

† allati sunt nõ vni⁹ ponit regni, verbi gratia Macedonię, Syrię, Ægypti, Asiæ: sed de diuersis regnis vnũ regnũ efficit per ordinẽ, vt. l. quod scriptũ est: *Os loquens ingentia.* nõ de Antichristo, sed de Antiocho accipiatur.

Infra eodẽ b *Et ecce cor.* Fruſtra Porphyrius hîc Antiochum Epiphanẽ suſpicatur quòd post x. cornua ortũ est, & decem tria euulsa sunt vj.

Hiero. Ptolemęũ Philometorẽ, & vij. Ptolemęũ Euergetẽ, & Artasiã regem Armeniæ, quorum Ptolemæus prior multò antequã Antiochus nasceretur mortuus est. Cõtra Artasiã verò Antioch⁹ dimicauit: sed ille in regno priſtino pmansit. Dicamus ergo q̃ in consummatione mũdi, quãdo Romanorũ regnum destruetur, futuri sunt decem reges, q̃ inter se diuidãt orbẽ Romanũ, & vndecimũ surrecturũ esse regẽ paruulũ & tres reges de decẽ supraturũ, i. Ægyptiũ, Aphricanũ, Æthiopũ: sicut in sequentibus clarius patebit, quib⁹ interfectis septẽ alij victori colla submittent.

Hiero. c *Et ecce ocu.&c.* Ne putem⁹ eũ sẽdm opinionẽ quorũdã vel diabolum bolũ esse vel dęmonẽ, sed vnũ de hoĩbus in quo tot⁹ Satanas corporaliter est habitaturus. *Est enim homo filius p̃ditionis, qui extollitur super omne quod dicitur deus aut quòd colitur, vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquàm sit deus.*

2. Thes. 2. a Hiero. Apoc. 4. b. Math. 19. d.

✠ THEOD. Hîc Antichristũ innuit, qui inter decem cornua exoritur, & significat illũ, ex decẽ tres reges euersurum. Et ipsum *parũ cornu* vocat, vt à parua Iudæorũ tribunatum: conſpicuũ aũt, vt qui deinde futurus sit illustris. Per oculos verò prudẽtiã astutiamq; designauit, qua ille plures de

E cipiet. Quinetiam *os* inquit, *loquẽs magna*, hoc est, arrogãtia atq; superba. Id apertè Paul⁹ nos docet, cùm ait: *Nisi venerit discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, q. aduersatur & extollitur supra omne q̃ dicitur De⁹, aut colitur &c.* Faciot bellũ cũ sanctis, oẽs homines cupiens impũbitatis & pœnarũ socios & participes accipere. Verũm, haud diutius pseuerabit, sed quàm celerrimè destruetur.

F d *Toroni po. sunt.* Angelicæ virtutes. Vel xxiiij. seniores quos Iohãnes describit, Vel sicut dominus Apostolis ait: *Sedebitis super sedes xij. iudicãtes xij. tribus Israël.* Angeli enim dñi & oẽs electi dominũ in iudicio comitabuntur, & erunt throni dei, quia in illis sedebit. Throni. Quos Iohãnes xxiiij. thronos dicit. de quibus Paulus: *Siue throni siue dominationes.* Et in Euangelio: *Sedebitis super sedes xij. tribus Israël.*

Apoc. 4. b. Col. 1. c. Lucæ. 22. d. Hiero. Apoc. 20. c.

e *Antiquus dierum.* qui apud Iohãnẽ solus in throno sedet. Antiquus dierũ: pater scilicet, licet eñ persona filij in iudicio appareat, non deerit tamẽ pater & spiritussanctus, pater est à se, filius à patre, & quidquid habet imputatur ei à quo est. Sedens aũt & ve

☞ tustus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *crudelitatẽ prædictã.* 1 Mirabilis. *propter humanã sapientiã, quæ vigebat in Romanis intantum, quod per eã deuicerunt orbẽ magis quã per fortitudinẽ.* 2 Et fortis nimis. *propter potentiã.* 3 Dentes ferreos habebat magnos. *quia sicut ferrum domat omnia, ita regnũ Romanũ domauit omnia alia regna, sicut supra dictum est cap. ij.* 4 Comedens atq; com. *aliquos occidendo.* 5 Et reliqua pedibus suis conculcans. *cæteros tributo subijciendo.* 6 Dissimilis aũt erat cæteris bestiis. *quia potestatem & ferocitatem præcedentiũ regnorum multum excessit.* 7 Et ha. cor. x. *id est decem reges, sicut enim in cornibus est defensio animalium, ita reges debent defendere populũ sibi subiectum. Cõsiderandum autem, q̃ isti decem reges non intelliguntur hîc per successionem vnius post alterum sed, intelliguntur simul existentes. vt patet infra eodem per ex positionẽ Angeli loquentis cum Daniele. quia futurũ est quod Romanum imperium diuidatur in x. regna simul existentia imminente tpe Antichristi, vt habetur Apoca. xvij.* 8 Considerabam cornua. *Hîc describitur aduentus Antichristi ex prædictis regibus oriũdi. Et diuiditur in duas partes, quia primò facit quod dictũ est. Secundò describit aduentũ Christi ad iudiciũ omnem potestatem terrenam auferentis, ibi:* Aspiciebam donec throni. *Circa primum dicitur sic:* Considerabã cornua. *i. diligenter intuebar decem reges prædictos.*

Diuisio. 9 Et ecce cornu illud paruulũ ortũ est de medio eorum. *id est Antichristus, qui erit rex vndecimus respectu illorum decem prædictorũ, qui erit homo parvus quãtũ ad potestatẽ in principio, sed postea crescet diaboli adiutorio.* 10 Et tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. *quia rex Aphricæ, Ægypti & Aethiopiæ subijcientur imprimis Antichristo. Perista patet falsitas Porphyrij exponentis hoc de Antiocho Epiphane, quia nõ fuit decim⁹ ab Alexãdro Magno, nec inuenitur q̃ tres reges occiderit: & septẽ alios sibi subiecerit, vt hîc dicitur. Itẽ bestia quarta ab Angelo dicitur hîc regnũ quartum, vt patet hîc infra eodẽ. ea. regnum autem quartum ab omnibus dicitur esse Romanum regnum de quo non fuit Antiochus, sed de regno Græcorum.*

11 Et ecce oculi quasi oculi ho. erant in cornu isto. *q. d. licet Antichristus faciat tanta mirabilia, vt ab aliquibus credatur deus, tamen erit homo purus.*

12 Et os loquens ingentia. *quia promittendo & cõminando nullos decipiet de multis attẽdet se quæ facere non potest.*

13 Aspiciebam. *Hîc ponitur aduentus Christi ad iudicium venientis & regnum Antichristi conterentis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius dẽ iudicialis prosidentia, ratione deitatis. secũdò eius triũphalis victoria ex parte humanitatis, ibi:* Aspiciebã ergo in visione noctis. *In prima igitur parte dicitur sic:* Aspiciebã. *i. considerabã illud cornu paruulũ quod significat Antichristũ.* 14 Do

Diuisio. Matt. 19. nec throni positi sunt. *Dicit throni in plurali, quia non solus Christ⁹ iudicabit. sed Apostoli & viri p̃fecti ei assistent in iudicio super thronos sedendo.*

15 Et antiquus dierũ sedit. *hoc dicit quãtũ ad iudicem principalẽ,*

✠ *qui*

MORALITER.

✠ cia æmulatorum, & ideo non dicitur quæ bestia sit in speciali, eo q̃ æmulator um maliciam non posset vno nomine vel etiã pluribus explicari. Dicitur tamen in textu, q̃ habebat dentes ferreos magnos, scilicet ad deuorandũ famam innocentum, vel saltem ad diminuendum. ideo dicitur:

1 *Comedẽs atque cum.&c.* per pedes autem intelliguntur malæ voluntates æmulatoris ad conculcandum innocentem si possit, & ad despiciendum si plus non possit.

2 *Et ha. cor. decẽ.* per quę significantur decem modi detractiõis. Primus est peccatum fratris occultum indebitè reuelando. Secundus est peccatum reuelatum malè verbis indebitis aggrauãdo. Tertius est falsò peccatum fratri imponendo. Quartus est bonum fratris cognitum tacendo, quando debet dici. Quintus est bonum fratris auditum diminuendo. Sextus est dicendo quod bonum fratris factum est intentione peruersa. Septimus octauus & nonus sunt se iustificando, scilicet quòd malum fratris dicit motus conscientia vel amicitia ad fratrem vt corrigatur, vel ex reuerentia prælato debita, cùm tamen nullo istorum sed sua malicia moueatur. Decimus est fratrem signis vel nutibus de culpa ignorata notando.

✠ *MORA*

tustus dierũ dicitur, deus, vt æterni iudicis habitus demõstretur. A Senex quoque describitur, vt maturitas sententiæ comprobetur.

L. 2. de Trin. cap. 18. ✠ AVGVST. Si Danieli & Pater dans regnũ, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali, quomodo isti dicunt Patrẽ nũquã visum esse, pphetis, & ideo solũ debere intelligi inuisibilem, quẽ nemo hominũ vidit, nec videre potest?

✠ THEOD. Nos scire par est, Deũ corporis expertẽ, simplicẽque ac nulla forma prædictum, persæpe vtilitatis nostræ causa perinde ac vult visiones figurare: liceq; nobis intueri illũ alia se forma videndũ Abraham obtulisse, alia

B Moysi, & alia Esaiæ Ezechieli similiter aliam ostendit specie. Quando itaq; videris reuelationũ varietatem, ne multiforme numen opineris. Cõtemplare capillos puros, & ve stimentorum splendorem, inde vndique incu lpatam & sanctam, diuinam naturam intellige.

Hiero. Marci 9. a. 1. Cor. 3. a *Vestimentum eius.* Saluator transfiguratur in monte, & gloriam diuinæ maiestatis assũmens in candidis vestibus videtur.

b *Thronus eius:* vt peccatores tormentorũ magnitudine pertimescãt, & iusti saluentur, *sic tamen quasi per ignẽ.* Thronus dei.

Moraliter. Hiero. Moraliter vt ait Grego. sunt Monachi & Eremitę & alij qui in vno loco degentes deo militare studeant, nec per loca discurrũt, quorum quietis cordibus insidet deus. qui bene flãma ignis dicuntur, quia dilectione dei & proximi & desiderio patriæ cælestis inflammantur.

De purgatorio. L. 50. hom. ho. 16. ✠ AVGVST. Hi qui tẽporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse aũt saluus erit, sic tamen quasi per ignem*, per fluuium igneum de quo

Euseb. Emis. hom. 3. de Epiph. ppheticus sermo cõmemorat, *Et fluuius igneus currebat ante eũ*, per fluuium igneum, & vada fruentibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & transeundi mora.

Hom. 9. in Leuit. ho. 3 in ps. 36. ho. 24. in Luc. ✠ ORIGENES. Qui non sunt tales vt Aaron & Isaias, dequib⁹ etiam meipsum computo, igne purgabuntur, de quo scriptũ est, *fluuius ignis currebat ante ipsum.*

Ezech. 1. a. Deuter. 4. d. 1. Cor. 3. c. Psalm. 96. a. c *Rotæ eius.* Alij currus. Ezechiel quoq; dñm sedentem quadrigę inducit, & omnia dei flamma sunt. de quo alibi: *Deus noster ignis consumens est:* vt ligna, fœnũ, & stipulam arsura in die iudicij nocerimus. Et in Psal. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammauit in circumitu inimicos eius.* Rotę eius, prędicatores, Apostoli, & eorum successores, qui summa celeritate mundũ prædicãdo peragrauerunt, qui bene ignis accensus dicuntur & igne ardentes: de quo dicitur: *Ignem veni mittere in terram, & quid v.n.a?*

Lucæ 12. f. d *Milia mi.* Non q̃ tantus numerus sit seruorum dei, sed quia humanus sermo maiorẽ exprimere nõ potest. *Milia milij.* Hæc sunt milia, & hæ myriades, de quibus in Psalmo: *Currus dei decẽ milibus multiplex &c.* Et alibi. *Qui facit angelos suos spiritus, &c.* Duplex Angelorum officium est. Alij præmia iustis tribuũt. Alij tingulis præsunt cruciatibus.

Psalm. 67. d. Ibid. 103. a. *Milia milium.*

✠ TERTVLLIAN. Si Monarchia diuina p̃ tot legiões & exercitus angelorũ ad ministratur, sicut scriptum est, Milis cẽtis cẽtena milia adsistentium, ne multiforme

† Donec L. adu. Praxeam, cap. 3. numen opineris. Cõtemplare capillos puros, & ve stimentorum splendorem, inde vndique incu lpatam & sanctam, diuinam naturam intellige.

a *Vestimentum eius.* Saluator transfiguratur in monte, & gloriam diuinæ maiestatis assũmens in candidis vestibus videtur.

b *Thronus eius:* vt peccatores tormentorũ magnitudine pertimescãt, & iusti saluentur, *sic tamen quasi per ignẽ.* Thronus dei.

Moraliter. Hiero. Moraliter vt ait Grego. sunt Monachi & Eremitę & alij qui in vno loco degentes deo militare studeant, nec per loca discurrũt, quorum quietis cordibus insidet deus. qui bene flãma ignis dicuntur, quia dilectione dei & proximi & desiderio patriæ cælestis inflammantur.

De purgatorio. L. 50. hom. ho. 16. ✠ AVGVST. Hi qui tẽporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit, *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse aũt saluus erit, sic tamen quasi per ignem*, per fluuium igneum de quo

Euseb. Emis. hom. 3. de Epiph. ppheticus sermo cõmemorat, *Et fluuius igneus currebat ante eũ*, per fluuium igneum, & vada fruentibus globis horrenda transibunt. Quanta fuerit peccati materia, tanta & transeundi mora.

Hom. 9. in Leuit. ho. 3 in ps. 36. ho. 24. in Luc. ✠ ORIGENES. Qui non sunt tales vt Aaron & Isaias, dequib⁹ etiam meipsum computo, igne purgabuntur, de quo scriptũ est, *fluuius ignis currebat ante ipsum.*

Ezech. 1. a. Deuter. 4. d. 1. Cor. 3. c. Psalm. 96. a. c *Rotæ eius.* Alij currus. Ezechiel quoq; dñm sedentem quadrigę inducit, & omnia dei flamma sunt. de quo alibi: *Deus noster ignis consumens est:* vt ligna, fœnũ, & stipulam arsura in die iudicij nocerimus. Et in Psal. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammauit in circumitu*

a ¶ Excellentia deitatis. b ¶ Purum ostenditur sincerumque iudicium, & nullam personam in iudicando recipiens.

a dit. Vẽstimentum eius quasi nix candidum, & capilli capitis

a ¶ Vt malos puniat, bonos purget. b ¶ Velocitas iudicij in peccatores.

b eius quasi lana munda. Thronus eius flãmmæ ignis, rotæ

c a ¶ Seueritas iudicij. b ¶ Vt peccatores trahcret in gehennam.

eius ignis accensus: fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à

d facie eius. † Milia milium ministrabant ei, & decies milies

¶ Ordo iudiciantium.

e centena milia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri

f a ¶ Ordo iudicij. b Antichristi.

aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonũ grandium

¶ Contra deum.

g quos cornu illud loquebatur. Et vidi † quoniam interfecta

a ¶ Omnes mali. ¶ Sicut Christus est caput omnium bonorum, ita Antichristus omnium malorum. a ¶ Gehennæ.

esset bestia, & periisset cõrpus eius, & traditum esset ad cõ-

b ¶ Tunc enim omnia regna finientur.

burẽdum igni, aliarũ quoq; bestiarũ ablata esset potestas, &

bant ei ex, nec ideo vnius esse desiit, vt desinat monarchia esse, quale est vt Deus diuisionem pati videatur in Filio & in Spiritu sancto, tam consortibus substãtiæ Patris, quam nõ patitur in tot angelorum numero, & quidem tam alienorum à substantia Patris?

GREGO. Super nomen ciuium numerus & infinitus, & definitus est. Deo numerabilis. & nobis innumerabilis. quamuis aliud est assistere, aliud administrare. Assistunt enim alij procul dubio potestates, quæ ad quærendam hominibus pacem & nunciandã non exeunt. Ministrant verò hi qui ad explenda officia nunciorum veniunt, sed tamen & ipsi contemplatione ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quàm qui principaliter assistunt: assistentium numerus quasi definitus, ministrantium verò infinitus ostenditur.

Hom. 34. in Euang.

e *Iudicium sed. &c.* f. verum propter humiliandam superbiam. Ideo Romanum regnum delebitur, quia cornu illud loquebatur grandia.

f *Et libri aperti.* Conscientiæ & opera singulorũ in vtraq; parte, vel bona vel mala. omnibus reuelantur. Bonus, liber est viuẽtiũ: malus, qui in accusatoris manu: qui est inimic⁹ & vindex. de quo

Apoc. 11. c. Ierem. 17. b. *Accusator iste fratrum nostrorum.* Liber iste terrenus est, de quo propheta: *In terra scribentur.*

g *Et vidi.* In vno impio, propter Antichristũ blasphemantẽ, omnia regna simul delera sunt: & nõ erit terrenũ imperiũ, sed sanctorum cõuersatio, & a. luẽtus filij dei triũphantis, de quo dicitur: *Et ecce cũ nubi. ea. q. fi. ho. ve. qui.* f. in somnio Nabuch. lapis scri

Daniel. 2. c. F

☞ bitur

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *qui dicitur antiquus propter eternitatem.*

1 Vestimentum eius candidum quasi nix. *In hoc notatur excellentia deitatis, quæ est lux inaccessibilis, quia candor inter alios colores plus habet de luce.*

2 Capillis capitis eius quasi lana munda. *Hoc dicitur propter maturitatem iudicantis, quia sententia dei nõ est festina, sed maturè prolata.*

3 Thronus eius flam. ignis. &c. *Hoc dicitur propter zelũ veritatis. istæ conditiones prædictæ debent esse in vero iudice.*

4 Fluuius igneus rapidusq;. *per hoc designatur pœna infernalis tra*

†Isa. 26. b. secundum Lxx. *hens peccatores in infernum.*

5 Egrediebatur à facie eius. † quia tolletur impius ne videat faciem dei.

6 Milia miliũ ministrabant ei. *ecce duplex Angelorum officiũ. scilicet Angelorum ministrantium nobis ex dei ordinatione, cùm dicitur:* Ministrabant ei. *& officium Angelorum assistentium, qui vacant contemplationi diuinæ, cùm subditur:*

7 Et decies milies. centena milia assistebant ei. *Et notandũ, quòd hîc ponitur hîc numerus determinatus pro indeterminato, quia Angeli sunt in maximo numero nobis indeterminato, videmus enim sensibiliter, q̃ corpora cælestia quasi incõparabiliter excedunt elementa, quia vna stella visu notabilis in firmamento, maior est tota terra. Cum igitur Angeli videantur sic se habere respectu hominũ sicut corpora cælestia respectu elementorũ, & nec Angeli possint excedere homines in continua quantitate, idcò ex hoc arguunt sancti & doct. quod eos excedunt quasi incomparabiliter in numerositate.*

8 Iudicium sedit & lib. aper. sunt. *i. libri conscientiarum, quia conscientia cuiuslibet patebit omnibus vt sententia iudicis appareat omnibus recta. Similiter liber vitæ aperietur, qui tenebitur in manu Dei, & liber mortis, qui tenebitur in manu accusatoris.*

9 Aspiciebam. *i. considerabã, quæ sententia daretur de bestia. s. de regno Antichristi: qui vt visum est quodammodo pertinet ad quærtum regnum.*

10 Propter vo. &c. *propter blasphemias ab Antichristo prolatas contra deum.*

11 Et vidi q. & c. *quia interficietur Antichristus virtute dei. secundum quod dicit Apoc. ij. ad Thessy. b.* Quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus &c.

12 Corpus eius. *id est homines mali, qui sunt corpus Antichristi, sicut Christus est caput omnium bonorum.*

13 Aliarum quoque best. &c. *id est, vidi s. quod omnis potestas tunc cessabit.*

14 Et tempora vitæ consti. essent eis *à deo præordinate.*

A bitur abscisus de mōte si.ma.qui comminuit testam, ferrum, æs, argentum, & aurū. Nunc sub persona filij hominis introducitur, vt assumptio carnis humanæ in filio dei significetur. vnde, *Viri Galilæi &c.* Actu.1.b.

Lib.4.c.12. LACTANTIVS. Quomodo igitur Iudæi & confitentur & sperant Christū Dei, qui hunc idcirco reprobauerunt, quia ex homine natus est? Nam cum ita sit à Deo constitutum, vt idem Christus bis veniat in terrā, semel vt vnum Deum gentibus nunciet, deinde rursus vt regnet quomodo in secundum eius aduentum credunt, qui in primum non crediderunt?

Hierem.3. B THEOD. Verè in Iudeos ea dici possunt, *Facies meretricis facta est tibi &c.* Matth.24. Quid enim his Danielis verbis apertius? 1.Thess.4. Euangelicè enim potiusquam prophericè hæc propheta diuulgauit. Quòd enim in euangeliis Dominus dicit, *Videbitis filiū hominis venientem in nubibus &c.* C & Paulus, *Ipse Dominus in iussu, & in voce archāgeli descendet de cælo &c.* hoc apertè nos beatus Daniel docuit, secundum Saluatoris aduentum. †sanctorum altissimorū † in

Philip.2.c. Ibidem. a *Aspiciebam ergo.* vnde Apostolus. *Qui cùm in forma dei esset, non rap. &c. In similitudinem, hominum fa.& ha. inuen. vt homo. humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.*

Respōdeat Porphirius, cui hoc possit hominū conuenire, aut quis sit is tam potens ꝙ omnes Gentes seruient ei, qui cornu paruum quod Antiochū interpretatur, confregerit atque contriuerit? Si dicit ꝙ à Iuda Machabæo sit superatus, doceat quomodo cum nubibus cæli veniat, quasi filius hominis, & vsq; ad antiquum dierum perueniat, vt detur potestas & honor & regnū. & quomodo oēs populi, tribus, & linguę seruient ei: & quomodo potestas eius potestas æterna sit, quæ nullo fine claudatur? D

a ¶ ¶ Quibus viuant sub Antichristo. b ¶ A deo. c ¶ Electis. ¶ Quandiu durabit persecutio: Breuiati enim sunt dies illi propter electos.
temporā vitæ constitutā essent ēis vsque ad tempus & tēpus. 1
a Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæ- 2 3
a ¶ Qui apud Iohannem leo de tribu Iuda, ra.da. dicitur. ¶ A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. b ¶ Per omnia æqualis patri.
li, quāsi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierū 4 5
a ¶ In cruce. b ¶ Pater.
peruenit, & in conspectu eius ōbtulerunt eum. Et dēdit ei 6
a ¶ Data est mihi omnis potestas. ¶ Nomen quod est super omne nomen. ¶ Omnes Gentes seruient ei.
pōtestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus 7 8
a ¶ Potestati eius quis resistit?
& linguæ ipsi seruient. Pōtestas eius potestas æterna, quæ nō 9
a ¶ Et regni eius non erit finis. b ¶ His visis.
auferetur: & rēgnum eius quod non corrumpetur. Hōrruit 10
¶ Hominis. ¶ Quia.
spiritus meus. Ego Daniel territus sum † in his, & visiones 11
¶ Mentis. a ¶ Ergo. b ¶ Cuius videram imaginem.
b capitis mei conturbauerunt me. Accēssi ad vnūm de assisten
a ¶ Intelligentiæ. ¶ Visis.
tibus, & veritātem quærebam ab eo de omnibus his Qui di- 12 13
¶ Expositionem.
xit mihi interpretationem sermonum, & docuit me. Hæ qua
tuor bestiæ magnæ quatuor sunt regna, quæ consurgent de
a ¶ Quia terrena. b ¶ Post regna mundi finita post mortem Antichristi. c ¶ Machabæi non obtinuerunt regnum in perpetuum.
c tērra. Sūscipient autem regnū † sancti dei altissimi, & ōbtine- 14 15
būt regnū vsq; in seculū & † seculū seculorū. Post hoc volui
diligenter discere de bestia quarta, q̄ erat dissimilis valde ab
d omnibus, & terribilis nimis. Dentes * & vngues eius ferrei. 16 17

b *Accessi ad vnum &c.* THEOD. Assistentes ait mille millia, & decies cētena millia, per quę non numerum definitum dixit, sed maiorē quàm vt numerari possit, declarauit. Et sicut in humanis iudiciis ex subiectis populis alij astant horribilius iudicium præ se ferentes, alij ingrediuntur & egrediūtur iudicij responsa afferentes, ita in maximè horribilibus iudicio dei, vidit Daniel decies centena millia assistentes, & mille millia eorū, quibus ministrandi munus erat impositum. E † In medio corporis, Hiero.

c *De terra.* quia terrena. Omne autem terrenum reuertitur in terram. Sancti nō accipient terrenum regnum sed cæleste. Cesset ergo mille annorum fabula. F

THEOD. Hæc regna inquit, delebuntur, & verum ac sempiternum regnum sanctis tradetur. Illud itaque expetēs, inquit pro nihiloexistimato hominum regna in præsenti vita, quæ haud multo post habitura sint finem. *eius ferrei & vngues eius æręi.

d *Dentes & vngues eius ferrei.&c.* THEOD. Notandum dentes ferreos dici, & vngues ęreos. Romanorum enim regnum ab omnibus accipit tributum, ideo dentes dixit ferreos: Et quia ameti ex Macedonico regno præfecti in militiam ascribuntur: & quod sunt vngues bestiis, id regi milites. Iure vngues ęreos appellauit, quandoquidem tertium quoque regnum æreum vocauit.

Bestia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vsque ad tempus & tempus. *i. quandiu durabit persecutio bonorum à malis. Et per primum tempus intelligitur persecutio, quæ fuit ante primum Christi aduentum, per secundum tempus persecutio fidelium vsque ad aduentum Christi secundum scilicet ad iudicium, vel secundum aliquos hoc est referendum ad tempus persecutionis Antichristi, sed prima expositio melior videtur. quia persecutio Antichristi durabit per tempus & tempora & dimidium temporis, vt habetur infra.xij.ca.*

2 Aspiciebam. *Hic describitur Christi triumphalis victoria quantum ad eius humanitatem: & hoc est quod dicitur:* Aspiciebam. *i. considerabam cui potestas ablata ab Antichristo daretur.*

3 Et ecce cū nubibus cæli. *Sicut enim Christus ascendit in cælum secundum humanitatem obsequio nubium, ita etiam veniet ad iudicium, vt habetur Act.j.b. vbi dicitur:* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet. &c.

4 Quasi filius ho. *Dicitur quasi, qui non solum est filius hominis, sed plus: quia est filius dei. & hoc est quod subditur:*

5 Et vsque ad antiquum dierum per. *i. ad æqualitatem dei patris in vna diuina essentia.*

6 Et in conspectu eius ob.eū. Angeli. *s. qui in iudicio erunt ei obsequentes.*

7 Et dedit ei po. *quia tunc erunt subiecta plenè ipsi Christo, vt habetur Hebr.ij. Et nota quòd dicit hîc potestatem. s. coercendi, inquantum se extendit ad punitionem malorum.*

8 Et regnum: *inquantum propriè respicit salutem electorum. Rex enim propriè dicitur: qui præsidet ad bonum subditorum.*

9 Et honorem. *s. latriæ: qui sibi impendetur, non solum ab electis, sed etiam à damnatis, secundùm quòd dicit Aposto. ad Phili.ij.* In nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum. *Sequitur.*

10 Potestas eius potestas æterna, quæ non aut & regnum eius quod non cor. quia regni eius non est finis. *vt patet Lucæ.j. Et patet ex istis falsitas Porphyrij exponentis hoc de Iuda Machabæo & eius fratribus. quia omnes populi & linguæ non seruierunt eis, vt hîc dicitur, sed solummodo pauci de Iudaico populo & lingua Hebraica: nec regnum eorum fuit æternum, sed fuit ablatum per Herodem Ascalonitam. Item Iudas non venit in nubibus vt hîc dicitur: & ideò ista non possunt exponi nisi de Christo.* Diuisio.

11 Horruit spiritus meus. *Hîc ponitur visionis interpretatio. & primò in generali, secundò in speciali, quantum ad regnum Christi, ibi:* Post hoc volui. *Dicit ergo primò sic Daniel: Horruit spiritus meus &c. propter mala quæ videbat fieri in futurum: & propter blasphemias contra deum, & propter insolitam visionem. Sequitur.*

12 Accessi ad vnum de assistentibus. *s. Angelis qui assistebant iudici. iste tamen accessus fuit in imaginaria visione.*

13 Hæ quatuor bestiæ &c. *consurgent successiuè. s. sicut patet ex prædictis.*

14 Suscipient autem regnum. *post ista quatuor regna.*

15 Sancti dei altissimi. *Et hoc erit in iudicio finali, quia tunc cum Christo regnabunt illi qui modo propter ipsum opprimuntur.*

16 Et obtinebunt reg. in seculum & in seculum seculorum. *i. æternaliter. Vbi enim istud nomen seculum sic duplicatur, intelligitur æternitas, vt suprà dictum est.*

17 Post hoc volui diligenter discere. &c. *Hîc ponitur interpretatio visionis in speciali, de quarta bestia & paruulo cornu eius. Et patet sententia ex his quæ dicta sunt de quarto regno, vsque ibi.*

1 Et

A a *Bestia quarta.* THEOD. Hæc illi per enigmata discebant, nos verò ipsa experientia didicimus, qui videmus prædictionis euētum, exactionem tributorum, paupertatem cōplures oprimentem, & alia quotidie fieri.

b *Decem reges erūt.* Non dixit fore, vt singuli exurgant alius alij deinceps succedentes, sed eodem tempore omnes exurrecturos: atque hæc ita se habere sequentia testantur.

c *Et alius consurget.* Prædicit decem reges exurrecturos, & postremò Antichristus exorietur, regnumque obtinere contendet, qui non B contentus obtenta contra tres reges victoria.

d *Sermones contra.* Tanta rabie & insania concitabitur, vt superba verba & maledicta contra Deum coniiciat, omneque supplicij genus inferat iis qui Deo grato animo inseruientes, sanctitatis participes fuerīt. Opinabiturq; se posse pietatē funditus euertere, optimamque ipsius rempublicam cōmutare.

Hiero. *Et sermones contra.* Symmachus: Sermones quasi Deus loqueretur, vt qui assumit Dei potentiam, verba quoque diuinę maiestatis assumat. †Luc.1.c. †potestates

C e *Et sanctos altissimi cōteret, &c.* Superabit enim sanctos in tantam elatus superbiam, vt leges & ceremonias mutare conetur, *extollens se super omne quod dicitur Deus aut quod colitur.* D 2.Thes.2.a.

¶ Ergo.
comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis concul
cabat. Et de cornibus decem quæ habebat in capite, & de 1
alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua, 2
& de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens gran- 3
¶ Antichristus.
dia, & maius erat cæteris. Aspiciebam, & ecce cornu illud fa- 4 5 6
a ¶ Corporibus vexandis.
ciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis, donec ve- 7 8
a ¶ Venerandus iudex. b ¶ Victoriam iudicij.
nit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis † excelsi, & 9 10
a ¶ Iudicii. ¶ In æternum.
tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait: Be- 11 12 13
a ¶ Romanorum.
a stia quarta regnum quartum erit in terra, quod maius erit
a ¶ Præcedentibus. b ¶ Gladio. c ¶ Tributo.
omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & † concul
a ¶ A potentia.
cabit & comminuet eam. Porro cornua decem ipsius regni 14
a ¶ Tempore Antichristi. ¶ Antichristus.
b c decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse poten- 15
a ¶ Aegypti, Aethiopiæ, Libyæ. ¶ Sibi.
d tior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones con-
e tra excelsum loquetur & sanctos altissimi conteret. Et puta- 16
a ¶ A Deo. ¶ Puniendi. ¶ Sancti. b ¶ Potestate.
f bit quòd possit mutare tēpora & leges, & tradentur in manu 17
g a ¶ Annum. b ¶ Duos annos iuxta proprietatem Hebraicam, habent enim dualem numerum. c ¶ Sex menses.
h eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et 18 19
i a ¶ Iudicantes. b ¶ Antichristo, id est cornu paruulo. c ¶ Amisso regno.
iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & di-
a ¶ In perpetuum. b ¶ Christi.
spereat vsque in finem. Regnum autem & potestas & magni- 20
¶ Alias super. a ¶ Quasi regnum cæleste. b ¶ Commune bonum.
tudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo san-
a ¶ Christi.
ctorum altissimi, † cuius regnum regnum sempiternū est: &
a ¶ Sancti vel, reges quicumque, velint, nolint. Omnis enim potestas à Deo est.
omnes † reges seruient ei, & obedient. Hucusq; finis verbi. 21 22
k Ego Daniel multum cogitationibus meis cōturbabar, & fa- 23
a ¶ Corporis & mentis. b ¶ Similiter illud in Euangelio. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.
ciēs mea mutata est in me, verbū aūt ī corde meo cōseruaui. 24 25

f *Mutare tempora & leges.* Temporalia, scilicet vel ordinem & cursum temporum.

g *Et tradetur in manu eius.* THEOD. Hoc est, permittet diuina prouidentia, ostendensque deformitatis malorum illorum tempus, *neque enim patientia pauperum peribit in finem,* adiecit. †altissimi Psal.9.

h *Vsq; ad tempus, &c.* Tres annos cum dimidio dicit, quibus cornu illud magna loquens imperabit. †turbabit E

AVGVST. Tempus & tempora & dimidium temporis, annum vnum esse, & duos, & dimidium: ac per hoc, tres annos & semissem etiā numero dierum posterius posito dilucessit, aliquando in scripturis & mensium numero declaratur. Lib.20.de ciuit. cap.23.

i *Dimidium temporum.* vnde: *Nisi abbreuiati essent dies illi: non fieret salua omnis caro.* Hiero. Matt.24.b.

k *Ego Daniel.* Hactenus liber Danielis Chaldæo Syroq; sermone scriptus est: Quæ sequuntur vsq; ad finem voluminis, Hebraicè. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et de cornu illo, *Id est Antichristo.*

2 Quod habebat oculos. *Quod signat eius nimiam astutiam.*

3 Et os loquens grandia. *Id est blasphemias contra Deum.*

4 Et maius erat cæteris: *Quia regnum Antichristi erit maximum secundum extensionem: licet sit paruum secundum durationem.*

5 Aspiciebam. *Id est considerabam.*

6 Et ecce cornu. *Id est Antichristus.*

7 Faciebat bel. *Quia tunc erit maxima persecutio sanctorum.*

8 Do.ve.an. *Quia ante aduentum iudicis interficietur Antichristus.*

9 Et iudi. *Id est victoriam iudicis dedit eis contra oppressores eorum, secundùm quod dicitur Sapien.v.a.* Stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui se angustiauerunt. *Vel quia perfecti cum Christo iudicabunt.*

10 Et tempus aduenit. *Scilicet iudicij finalis.*

11 Et reg.obti.san. *Id est potestatem contra eos qui iniustè ipsos afflixerunt.*

12 Et sic ait. *Scilicet. Angelus qui loquebatur Danieli.*

13 Bestia quarta regnum. *Scilicet regnum Romanum, vt prædictum est. Quod autem sequitur supra expositum est vsque ibi.*

14 Porrò cornua decé, &c. *Scilicet simul regnantes imminente tēpore Antichristi, qui sibi diuident regnum Romanorum.*

15 Et alius consurget post eos. *Scilicet Antichristus. Quod sequitur, patet ex prædictis vsque ibi:*

16 Et putabit. *Id est cursum & modum viuendi, & hoc ex nimia eius superbia procedit.*

17 Et leges. *A Deo datas, quia cultum Dei auferet pro posse suo, & sibi illum cultum vsurpabit, ostendens se tanquam sit Deus, vt dicit Apostolus ij. ad Thes.ij. Sequitur:*

18 Vsque ad tempus. *Id est vsque ad tres annos & dimidium, quia tantum durabit persecutio Antichristi.*

19 Et iudicium sedebit. *Vt Dei sententia auferatur malorum potentia, vt dicitur in litera.*

20 Regnum autem. *Quia omne quod includitur infra ambitum cæli vltimi, scilicet empyrei, dabitur sanctis, quia cedet totum ad gloriam eorum. Et ex verbis istis patet, quòd loquitur Daniel non tantum de regno terreno, sed etiam de cælesti.*

21 Hucusque finis verbi. *Angeli loquentis cum Daniele, & docentis eum de prædicta visione. Sequitur:*

22 Ego Daniel mul.cogi. *Propter Dei blasphemias futuras & oppressiones sanctorum.*

23 Et facies mea. *Quia ex vehementi cogitatione & abstractione à corporis sensibus multum immutatur hominis vultus.*

24 Verbum autem in cor. *Vsque ad tempus debitum descriptionis & denunciationis. Vel aliter.*

25 Conseruaui. *Id est memoriter tenui, sicut rem dignam memoria.*

Moraliter *exponendo possumus dicere, quòd prima bestia signat sæuitiam tyrannorum, secunda perfidiam hæreticorum, tertia fraudulentiam simulatorum, quarta maliciam æmulatorum. Prima habet corpus leonis, in quo denotatur crudelitas principis quæ est efficacissima ad malè agendum. Habet autē duas alas, scilicet nobilitatē generis & potestatē regiminis, hæc enim duo maximè crudelitatē supportant. Sed si alæ istæ auferātur, stat super pedes suos sicut homo, id est fit hu-*

17 Et

manus qui ante erat crudelis & durus. Et cor datur ei per recognitionẽ sui & dilectionem Dei. Secunda bestia est Vrsus, qui habet debile caput: quia hæretici habent debile fundamentum. Et in parte stetit, quia præcisi sunt ab ecclesia. Tres ordines dentium in ore eius, quia tribus modis se muniunt hæretici, scilicet per autoritates canonicas malè intellectas, per rationes sophisticas, & per rationes veræ scientiæ malè tamen applicatas, propter hoc dicitur Apoca. xvj. c. De ore pseudo prophetæ procedebant tres spiritus immundi in modum ranarum. Tertia bestia est Pardus, qui est totus varius, ita simulatores sunt varij corde, verbo & facto, vt decipiant quocunque modo. Quatuor capita huius bestiæ sunt quatuor intentiones malæ, scilicet vanitas superbiæ, voluptas lasciuiæ, cupiditas auariciæ, libertas insolentiæ. Intentione enim assequendi ista vel aliquod istorum procedit communiter fraudulentia simulatorum. Quatuor autem alæ quibus nituntur consequi prædicta, sunt amicitia ficta vel pruriens, beneficentia largiens, apparentia mentiens, scilicet sanctitatem, applaudentia blandiens, scilicet superiores. Quarta bestia innominabilis, & terribilis continens in se omnem ferocitatem aliarum bestiarum, est malicia æmulatorum, quia malicia æmulatorum continet in se maliciam prædictorum viciorum: Habet enim æmulator sæuiciam tyrannorum, ideò dicitur terribilis: perfidiam hæreticorum, ideò mirabilis, fallaciam simulatorum, ideò fortis. Describitur etiam per hoc quòd scit dentibus vorare, pedibus conculcare, cornibus pugnare. Per dentes intellige seductores, per pedes sectatores, per cornua detractores. Ad alios attrahendum & seducendum habet cornua decem, quia decem sunt modi detractionis, & septem eorum diabolo subiiciuntur, tres verò destruuntur seu comminuuntur. Primus modus detractionis est in absentia detrahere secundus malum fratris inquirere: tertius inquisitum diuulgare, quartus nutibus despicere, quintus bonum denigrare, sextus innocentem decipere, septimus deceptum accusare. Alij tres modi detractionis residui omnino destruuntur. Primus est conscientia sui, secundus amicitia proximi, tertius reuerentia prælati, quando enim æmulator detrahit dicit falsè quòd conscientia eum incitat ad talia dicendum. Vel quia diligit eum quem accusat, vel quia faceret contra reuerentiam prælati si talia taceret, cum tamen dicit sola voluntate detrahendi, & non propter aliquod istorum trium.

NICO

ADDITIO.

In cap. vij. vbi dicitur in Postilla: Ecce quatuor venti cæli pugnabant. *Circa declarationem visionis quatuor bestiarum in hoc loco contenta. Similiter & visionis statua de qua supra in cap. ij. agitur, obstinato Hebræo infidelitatis multa quæris subterfugia, vt veritas occultetur. Et ideò licet Postilla. eas sufficienter exposuit iuxta catholicam veritatem, tamen vt impugnationes aliorum aduersantium præter Rabb. Sa. de quo solo mentionem facit Postil. enucuentur, & catholica veritas magis elucescat sequentem moueo in hac materia quæstionem* Quæstio. *scilicet. Virum in ordine regnorum Danieli in prædictis cap. scilicet ij. & vij. reuelatorum regnum Christi seu ecclesiæ sit vnum. Et videtur quòd non, primo sic.*

Nam vnum regnũ à Daniele traditum habebat conterere seu comminuere regnum Chaldæorum, & alia tria regna sibi succedentia, vt patet Dan. ij. vbi expresè habetur quòd lapis abscisus sine manibus (quod est quintum regnum) habebat comminuere testam, ferrum, æs, argentum & aurum quæ significant regna præcurrentia quintum regnum, sed constat quòd regnum ecclesiæ non comminuit regnum Chaldæorum, quod per aurum significatur, cum iam per magnum tempus antè ortum regni ecclesiæ fuerat destructum per Medos: ergo regnum ecclesiæ non est regnum vnum in ordine prædictorum.

Præterea in hac numeratione regnorum principalium mundi contineri debet, vt videtur regnum Saracenorum tanquam vnum de magnis. Est enim magnum in extensione, quia occupat ferè totã Aphricam, & magnam partem Asiæ, & aliquas prouincias in Europa. Similiter est magnum regnum in duratione, cum iam fluxerunt circiter dcccc. anni à suo initio, quod excedit tempus durationis regni Medorum & Græcorum prædictorum & vltra. C *Similiter est magnum in persecutione fidelium, vt satis est notum. vnde secundum quosdam figuratur in visione statua per tibias ferreas, & in visione bestiarum per quartam bestiam, quæ per regnum Christi est occidenda: sed regnum Christi seu Ecclesiæ de quo agitur, nunquam comminuit seu contriuit hoc regnum ferreum, seu hanc quartam bestiam, vt notum est, ergo re-*
†Ecclesiæ. *gnum† Christi non est quintum de quo Daniel loquitur.*

Præterea secundum omnes expositores tam Catholicos quàm Hebræos, regnum Græcorum est tertium: sed regnum Græcorum & Romanorum videntur esse vnum regnum, nam Romani sunt filij immediati Græciæ, vt patet Gen. x. vbi inter filios Iauan, quæ sonat Græciam in Hebræo Cethim nominantur qui sunt Romani in eadem Hebraica lingua. Et sic patet, quòd regnum Græcorum & Romanorum sunt vnius & eiusdem nationis secundum originem, vnde non debent dici regna diuersa sed vnum: quod per successionem quasi hæreditariam à Græcis in Romanos venit. Vel sicut Persa & Medi non duo regna sed vnum hic computantur, & per consequens regnum Romanorum est tertium, cum sit idem cum regno Græcorum. Sed constat quòd regnum ecclesiæ immediatè successit regno Romanorum, vt communiter tenetur, ergo regnum Christi seu ecclesiæ est quartum, & per consequens non quintum.

Præterea posito quòd regnum Romanorum sit quartum, adhuc videtur quòd regnum Christi seu ecclesiæ non sit quintum: est enim regnum ecclesiæ idem cum regno Romanorum, nam regnum ecclesiæ principaliter videtur sumpsisse potestatem atque initium à Romano imperio, scilicet à Constantino, qui imperialem potestatem & autoritatem tribuit Siluestro summo pontifici & eius successoribus. Et etiam (vt quidam dicunt) compulit seu coegit plurima regna, vt acciperent fidem ecclesiæ: & sic regnum ecclesiæ est quartum sicut & Romanum, cum quo est idem, & per consequens non quintum.

Præterea Dan. ij. legitur. In diebus regum seu regnorum istorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non corrumpetur, &c. *In quo manifestè denotatur, quòd alia quatuor regna debebant existere seu durare, cum regnum quintum à Deo suscituretur, sed regnum ecclesiæ fuit suscitatum tempore vnius regni tantum scilicet Romani, cum alia præcedentia iam essent suppressa, ergo re-* E *gnum ecclesiæ non est quintum.*

Præterea cornu paruulum quod apparuit in quarta bestia, propriè videtur figurare regnum ecclesiæ. Tum quia habuit initium valde infirmum seu humile, scilicet à Christo, qui vitam pauperem gessit & humilem, quod notatur cum dicitur paruulũ. Tum quia fixum in quarta bestia, quod denotat ipsius colligationem cum imperio Romano & eius deriuationẽ ab eo, vt factum est in Constantino. Tum quia de Deo dicitur in hoc vij. cap. Et sermones contra excelsum loquitur, & putabit quòd possit mutare tempora & legem: *quod exponitur ab Hebræis de Christo nostro, inquantum docuit multa denotantia pluralitatem in diuinis. Similiter & docuit identitatem personalem Dei & hominis, & etiam voluit mutare legem secundũ eos, inquantũ multa docuit contra Pharisaicam doctrinam. Pharisæi enim erant doctores principales Mosaicæ legis, vt dicitur Matt. xxiij. a.* Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, &c. *Sed potestas illius cornu paruuli est destruenda per regnum quintum, vt patet in e. c. ergo regnum Christi non est quintum. Sed contrarium habetur Dan. ij. vbi narratis quatuor primis regnis subdit:* In diebus autẽ regũ seu regnorum istorum suscitabit Deus regni cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur. *vbi Gl. Pater suscitabit regnum filij sui & ecclesiæ: & sic patet quòd regnum Christi & ecclesiæ est quintum in ordine prædictorum.*

Nunc dicendum, quòd secundum catholicam veritatem necesse est dicere, quòd regnum quintum de quo Daniel facit mentionem in vtraque visione prædicta, sit regnum Christi. Nam in vtraque visione de quatuor regnis præcurrentibus dicit, quòd sint temporaliter terminanda, de quinto verò regno dicit, quòd stabit in æternum, vt patet in F *vtroque ca. prædictorum. Sed constat quòd ad regnum Christi propriè pertinet durare in æternum & sine fine, iuxta illud Luc. j. b.* Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. *Sed ad maiorem euidentiam contentorum in prædictis duobus capitulis & eorum aduersantium exclusionem, attendendũ est quòd licet in vtraq; visione prædicta de regno Christi agatur, differẽter tamen in vtroque ca. de hoc tractatur. Quod sic patet: nam regnum Christi licet sit vnum & idem secundum se, dupliciter tamen potest considerari secundũ duplicem sui aduentum, ex quibus diuersi effectus erant producendi specialiter circa rempublicam mundanam. In primo enim aduentu diuulgata ipsius fide, idololatria erat extirpanda, vt habetur Isa. ij. & in aliis locis, quod fuit singularissimum in regno Christi & ecclesiæ, cum hactenus tempore Moysi & aliorũ prophetarum licet magnalia virtute diuina operabantur, non tamen hoc vicium potuit extirpari, ne dum à Gentilibus, sed etiam ab ipso populo Israëlitico, in cuius præsentia illa tam magna fiebant, vt patet Exo. xxxij. & iiij. Reg. in multis locis. Sed constat q; post primum aduentũ Christi, & sui fidei diuulgationem exclusa est idololatria simpliciter à tota republica mundi, licet forte in aliquibus regionibus extremosis aliqua eius vestigia remaneant, de quibus non est mentio facienda: quia vt ait Philo. Quod modicum est, pro nihilo reputatur. De isto igitur aduentu Christi, scilicet primò, & de eius effectu circa idololatriam agitur in prima visione prædicta, vbi quatuor regna præcedentia quintum regnũ quod est Christi figurantur per statuam, nam statua communiter significat idololatriam prout etiam Hebræi sentiunt: simulacra etiam dæmonum communiter per statuas idololatricas colebantur, vt patet supra Dan. iij. de statua quam fecit Nabuco. Et quia omnia regna mundi ante aduentum Christi primum licet inter se multum differebant, tamen in hoc conueniebant, vt cultum Deo debitum creaturis impenderent: idcirco propriè designabantur omnia regna principalia in vnica statua, quæ idololatria designat, propter ipsorũ conuenientiã in cultu idolorũ: licet particularia membra statuæ essent de diuersis materiis & formis, sicut* &

A *& ipsa regna inter se erant diuersa in varietate idolorum & in aliis.*

In secunda verò visione agitur de regno Christi, prout in secundo suo aduentu totam mundanam potestatem habet amouere, subiiciens omnia imperio patris & suo, de quo j. Corinth. xv. cap. Deinde finis cum tradiderit regnum Deo patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, cum quo etiam sancti conregnabunt: *prout in vij. cap. g. dicitur:* Magnitudo regni detur populo sanctorum. *De isto igitur aduentu Christi scilicet secundo, & huiusmodi suo effectu circa mundanam potestatem penitus auferendam agitur in secunda visione, in qua quatuor regna præcedentia seu præcurrentia conuenienter figurantur per varias bestias feroces, designantes variam ferocitatem & tyrannicam ipsorum regnorum, prout expositores communiter tradunt. Predictis etiam cõsonat quòd quintum regnum in prima visione per lapidem abscissum sine manibus, designatur. quod denotat nativitatem Christi secundum carnem non ex virili semine productam, prout communiter traditur. In secunda verò visione, quintum regnum per filium hominis in nubibus cæli venientem, designatur. Quod propriè pertinet ad aduentum se-* Ista *cundum, iuxta illud Actuum j. b.* Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. &c. *Et notandum, quòd sicut prima bestia secundum magistrum historiarum incepit in secunda ætate scilicet à Saruch abuo Abi abe, vel fortè melius (vt quidam dicunt) à Nemroth, qui fuit primus oppressor hominum, & primò regnauit in Babylonia seu Chaldæa, vt habetur Gen. x. Quæ quidem potestas tyrannica continuata est per Assyrios & alios vsque ad Nabuchodonosor, licet per intervalla habuit multas interpolationes. sic quarta bestia continet totam tyrannicam potestatem & mundanam, incipiendo à regno Romanorum vsque ad finem mundi seu vsque ad secundum aduentum Christi, prout patet in litera.*

Ad primum ergo dicendum quòd licet regnum Christi seu ecclesiæ non comminuit regnum Chaldæorum seu Persarum & huiusmodi quantum ad eorum mundanam potestatem, comminuit tamen omnia regna mundana quantum ad cultum idolorum, prout diuulgata fide Christi in orbe per discipulos eius & eorum successores, euacuata est cultura dæmonum à toto ferè mundo. vt dictum est. vnde percutiente lapide abscisso sine manibus, *id est absque humana potentia statuam, id est idololatriam, ipsam comminuit tam antiquam scilicet Chaldæorum, quàm aliàs succedentes, vt dictum est. Regnũ enim* B *Romanorum, vt dictum est quod est quartum omnia simulacra Gentium colebat, vt patet in eo quod legitur de Phano Pantheon & sic tota statua, id est idololatria, erat in sua integritate cum percussa fuit per lapidem abscisum sine manibus.*

Ad secundum dicendum, quòd regnum Saracenorum licet sit magnum & potens, non tamen de eo fieri debuit aliqua mentio in prima visione, cum ante primum Christi aduentum & diuulgationem suæ fidei nondum fuerat ortum, vt est manifestum. Nec etiam in secunda visione debet de ipso regno mentio fieri per se, tanquam de vno quatuor regnorum prædictorum principalium, nam quodlibet eorum se extendit ad totum orbem sic quòd quodlibet prædictorum quatuor, in sua valetudine existente, non erat aliud regnum quod sibi resistere valeret. Regnum verò Saracenorum nunquam ad tantam potentiam deuenit, quòd sibi resistere non valeret aliud maioris potentiæ vel saltem æqualis: vnde non debet inter monarchias computari. Posset tamen in secunda visione intelligi seu significari per aliqua cornua quarta bestia: quæ quidem bestia totam tyrannicam potestatem à Romanis vsque ad vltimam ætatem continere videtur, prout tactum est in responsione.

Ad tertium dicendum, quòd quidam expositor Hebræorum de magis famosus qui dicitur Rabbi Abenb. Ezra Hispanus, ostendere vel exponere intendens quòd regnum Christi & ecclesiæ non sit quintum in ordine regnorum horum Danieli reuelatorum, & exinde inferre quòd non sit regnum cæleste & æternum: sed adhuc stet aliud quintum à Deo in æternum suscitandum, finxit identitatem specificam inter regnum Græcorum & Romanorum cuius motiua tanguntur in argumento prædicto quæ tamen identitas à nullo alio expositorum Hebræorum tenetur. Sed falsitas huius fictionis est manifesta. Nam Græci & Romani sunt diuersarum nationum simpliciter & linguarum, maximè distinctarum. Lingua enim Græca manifestè differt à Latina sicut & Hebræa. Vnde & titulus sanctæ crucis in his tribus linguis tanquam inter se valde differentibus fuit scriptus Hebraicè, Græcè & Latinè Ioan xix. Diuersitas autem linguarum principalium, nationum diuersitatem manifestat. vnde Gen. x. d. Ex istis dispersæ sunt insulæ Gentium vnusquisque in lingua suam, &c. *Nec solum hoc, sed etiam omninò diuersis characteribus vtuntur in scribendo quod non competit vni nationi prout est manifestum. Item regnum Romanorum successit regno Græcorum, eos debellando, eo modo quo Persa successerunt Chaldæis, vt historiographi tradunt. Vnde talis successio non facit identitatem regnorum, alias pari ratione dicerentur Persa & Chaldæi vnum & idem regnum, & sic de aliis quod est falsum, prout patet in litera. Nec valet illud allegatum* C *Gen. x. de Iauan, &c. quia in scriptura sacra nomen alicuius patris* nul

multorum quandoque appropriantur vni tantum. sic vt distinguatur D *ab aliis fratribus seu condescendentibus. Hebræi enim dicuntur ab Abraham seu ab Heber: & tamen Ismaël qui ab Abraham descendit, & per consequens ab Heber, vt habetur Gen xvj. non dicitur Hebræus. vnde & similiter Cethim, qui dicuntur Romani in Hebræo, licet descendant à Iauã, qui in Hebræo dicitur Græcus, non tamen ex hoc sequitur q; natio Romana & Græca sint eiusdẽ speciei. Ad quartũ dicendũ, q; Hebræi cõmuniter tam simplices quã periti sibi vel saltẽ falsè asserunt regnũ Romano de quo agitur in Daniele, & regnũ Christi seu ecclesiæ esse vnum & idem: In quam quidẽ æstimationẽ erroneã seu fallaciam inciderunt principaliter ex hoc quòd credunt regnũ ecclesiæ esse mundanũ seu terrenum, sicut vnum de cæteris regnis huius mundi, quod est euidenter falsum, testante veritate Ioan xviij.* Regnum meum non est de hoc mundo, *quæ quidẽ autoritas sola sufficit ad cogendũ fideles, vt ponant differentiã inter regnum ecclesiæ & cætera regna suprà dicta in hoc scilicet quod regnũ Christi & ecclesiæ non est mundanũ, sed cæleste seu diuinum, prout à præcursore Christi primò fuit prædictũ Matt iij.* Appropinquabit enim reg. cæ. *Quod sæpe confirmauit Christus in sua doctrina, vocando regnum suum regnum Dei & regnũ cælorum. Sed infideles qui has sacras autoritates non recipiunt, ratione possunt de hoc conuinci. Ex multis enim patet euidenter differentia notissima inter regna mundana & regnũ Christi seu ecclesiæ, sed vnum inter cætera sufficit, quod sumitur ex potestate tradita summo principi ecclesiæ, nam vt dicit Philosophus iij. politi. Ordinatio populi præcipuè dependet ex maximo principatu. Constat autem quòd maximus principatus ecclesiæ consistit in potestate pontificali scilicet ligandi animas atque soluendi: secundum quam summus pontifex & ecclesia creditur habere claues regni cælorum prout Matth xvj. sed constat quòd talis potestas non est mundana nec similis potestati aliorum regnorum sed omnino ab eadem separata. Si autem dicatur ab infidelibus, quòd licet hoc asseratur in Euangelio, non tamen ab ipsis creditur. Ad hoc dicendum, quòd sine creditur ab infidelibus siue non, adhuc tenet ratio maximæ differentiæ inter regnũ Romanorum (quod in virtute armorum & legum secularium dominabatur orbi) & inter regnum ecclesiæ, quod per hanc pontificalem potestatem regit subditos suos: & hoc sufficit ad ponendum distinctionem latam inter potentiam Romanam Cæsaris & summi pontificis,* E *intantum quòd non possunt dici vnum & idem regnum, vt patet rectè intelligenti. Differentia etiam inter regnum Romanorum & ecclesiæ satis est euidens per persecutiones tyrannicas Romanorum, quas exercuerunt in ecclesia seu in martyribus Christi ferocissimè à tempore Neronis vsque ad conuersionem Constantini. Ad illud autem quod dicitur de Constantino, quòd per compulsionem fecit venire Gentes ad fidem Christi hoc est falsum & fictitium. Contrarium enim patet in historia sua, vbi sic legitur, quòd Constantinus inuitans populos ad fidem Christi in præsentia totius populi Romani & senatus, ista publicè dixit quæ sequuntur. Inter diuina & humana seruitia hoc interest, vt humana seruitia coacta sunt, diuina autem voluntaria. Deus enim quia quieta mente colitur & sincero affectu ab hominibus honoratur, spontanea debet eius esse cultura. Sit ergo omnibus notum non necessitate coactos, sed suo iudicio liberos posse fieri Christianos. Quæ omnia & multa similia ex gestis beati Siluestri & in aliis autenticis historiis concorditer traduntur, ex quibus potius elucidatur veritas catholica, cum Christus qui in sua conceptione & natiuitate fuit lapis abscisus sine manibus, similiter sine manibus percussit statuam, scilicet idolatriam, nam absque potestate humana seu temporali Cæsarem percussit lepra, ex qua percussione & sanatione miraculosa tota statua idolatriæ fuit verè virtualiter diruta præcipiente Cæsare, vt omnia phana idolorum destruerentur, vt in veris historiis patet. Quæ quidem destructio vsque in hodiernum diem durat, nõ Cæsaris virtute, cum etiam in locis non obedientibus Cæsari hoc remanet immobile. Sed potius diuina virtute hoc præordinante in eduentu primò filij sui & eius fide diuulgata. Si autem negetur ab infidelibus contigisse miracula in conuersione Constantini, respondetur secundum August. quòd adhuc maius miraculum esset si tam maxima mutatio & tam generalis & duratura seu diuturna circa cultum idolorum contigisset nullo superueniente miraculo euidenti. Ad quintum dicendum, quòd licet quando suscitatum fuit regnum Christi & ecclesiæ: suppressa essent tria regna prima quantum ad potestatem mundanam, non tamen quantum ad cultum idolorum. Idololatria enim remanebat in vigore suo in qualibet gente, etiam destructis principatibus regnorum, prout dictum est. Et quia Daniel in illa visione de statua habet speciale respectũ ad destructionẽ idololatriæ per aduentũ Christi primũ, & diuulgationẽ eius fidei, idcirco dixit:* In diebus regnorum istorũ. *quia existentibus quatuor prædictis quo ad idololatriã, prout patet de Romanis, qui omnia idola cæterarũ nationũ colebant, suscitauit Deus regnum cæl ste, quod totã ferè idololatriã in republica destruxit. Ad sextum dicendum, quòd bene verũ est quòd initiũ regni ecclesiæ fuit humile, imo & totius ecclesiæ fundamentum in humilitate consistit, dicente Christo Matth. xj. d.* Discite à me quia mitis sum & humilis, &c. Et nisi efficianini F

ficut

A sicut parvulus iste.&c.Mat.xviij.a. *Sed hoc est vnum de principalibus signum veri Christi promissi. vnde Isaias liij. loquens de Christo ad literam ait:* Et ascendet sicut virgultum coram eo. *Et ibidem:* Vidimus eum despectum & nouissimum virorum. *in quo loco & in alijs quamplurimis satis pramonstratur humilitas Christi promissi: Sed in hoc quod dicitur de regno ecclesiæ, quod derivatur à regno Romano vel in eo fundatur, præsupponitur falsum,vt ex dictis patet, imo inter ista duo regna. scilicet ecclesiæ & Romani imperij est tanta distantia potestatis.sicut cælum à terra distat in altitudine,vt iam dictum est. Vera enim potestas ecclesiæ est merè spiritualis, tanquam in cælestibus regni cælestis fundata. Potestas verò Romani imperij est merè temporalis,vt manifestum est. vnde & posito quòd regnum ecclesiæ aliquod dominium temporale à Romano imperio suscepisset, ex hoc non susceperit ecclesia aliquod augmentum essentiale in sua potestate, sed potius quoddam adiacens & accidentale, quod potest adesse & abesse præter subiecti corruptionem. Ita enim erat verus monarcha in regno ecclesiæ Cletus vel Clemens, qui nullam habebant potestatem temporalem saltem in executione, sicut Silvester vel eius successores, qui patrimonium ecclesiæ temporale integrè possederunt. In hoc autem quod dicitur ab Hebræis de Christo, quòd locutus est contra Deum inquantum docuit pluralitatem in diuinis. similiter & diuinitatem in seipso:& etiam quòd locutus est contra legem,in quantum docuit multa contra Pharisaicam doctrinam, præsupponunt falsum & erroneum,sequendo obstinationem suæ cæcitatis circa cognitionem veri Christi: sed de hoc non est hic discutiendum, sed domino concedente forte in alio tractatu videbitur.*

REPLICA. In Danielem circa visionem statuæ cap.ij.& quatuor bestiarum ca.vij. Burg. commendat Postillatoris expositionem,& addit vnius quæstionis determinationem per quam vult ostendere regnum Christi & ecclesiæ esse quintum, post quatuor hic signata. Et vnum de fundamentis illius determinationis est, quòd per primum Christi aduentum statua est cõminuta, id est idololatria penitus destructa,quia etsi in quibusdam mundi partibus remanserit modicum,hoc pro nihilo reputatur secundum Philosophum. Sed timeo, quòd vbi Burg. pro fidei fauore disputat, fidem ladat, nam Iudæus supposito dicto Burg. principio potest formare tale argumentum contra fidem,& pro suo errore. In aduentu Messiæ debet cessare idololatria simpliciter vel pro maxima sui parte. sed hoc hodie non videtur factum, igitur Messias nondum venit. sed est expectandus qui est formalis error Iudæorum. Maior huius argumenti est Burg. Minor patet, nã hodie Asia, Aphrica,& pars Europæ seruiunt idolis, imo & hi, qui Christiani dicuntur sine cultura idolorum non sunt in Europa, nam seruiunt ventris ebrietati.fornicationi & auaritiæ præ cunctis nationibus.qua omnia secundum apost. ad Ephe.v.& Philip.iij. idolorum sunt seruitutes, cui sententiæ cõcordat Burg. circa ca.xij. Zach. Quapropter securius est cum Postillatore sentire, quòd in primo aduentu Christi statua idololatriæ sit percussa,in secundo autem aduentu sit totaliter comminuenda. Nec allegatum de Philo. locum habet de comparatione modici & nihili. Quilibet enim intelligens videre poterit si modica terra infidelium ad comparationem Christianitatis est referenda: Nec multum concludit Iudæis quod Burg. in huius quæstionis disputatione interserit historias Silvestri & Constantini, quia sicut Canonem Bibliæ pro sui erroris defensione in multis corrumpunt & falsificant : ita Historias citra & extra Bibliam faciliter contemnunt.

a ☞ CAP. VIII.

ANno tertio regni Bal. Præcedens visio prior, quia in primo anno regni Balthasar, hæc in tertio. vnde post id quod videram
Hiero. in principio,
b *Cum essem in Susis.* Susis metropolis est regionis Elamitarũ, in qua Daniel secundum Iosephum turrem extruxit excelsam, quadrato lapide ædificatam, tantæq;
Lib.10.antiq.cap.14. C magnitudinis ac pulchritudinis, vt vsque in præsens noua esse videa

CAP. VIII.

a ANno tertio regni Balthasar visio apparuit mihi. 1
¶ Anteriorem visionem,scilicet primo anno regni Balthasar.
Ego Daniel post id quod videram in princi- 2
¶ Scilicet... a ¶ Id est equitatio vel reuertens. b ¶ Quia metropolis tantæ firmitatis est vt castrum esse videatur.
b pio, vidi in visione mea, cum essem in Sũsis † castro, 3 † regia quæ
omnium Deus ostendit.

videatur, & in ea regum Persarum ac Medorum conduntur reliquiæ, & custos sive ædituus & sacerdos & Iudæus est.
✻THEOD. Susa olim metropolis erat Persarum. Quando itaq; Persici regni discit euersionem, necessario in illa vrbe sibi videtur inspicere reuelationem. Et vidi inquit, in visione, hoc est non vigilans, neque interdiu hæc conspexi, sed in somnis mihi auctor rerum

☞ a *In*

NICOLAVS DE LYRA
CAP. VIII.

1 ANno tertio regni Bal. *Hic ponitur septima visio, & est secunda de pertinentibus ad aduentum Christi secundum. Sicut in præcedenti visione habitus est processus generalis vltimæ tribulationis, sic in ista explicatur conjunctus præcedens vltimam tribulationem. Causa materialis huius visionis est pugna regni Græcorum & Medorũ sub similitudine arietis & hirci, & pugna Antiochi Epiphanis inde orti sub similitudine cornu modici. Finis huius visionis est exponere principium præcedentis visionis, quia sequentes visiones sunt quasi expositiones ipsius, vnde in præcedenti visione dictum est circa finem illius, quòd Daniel fuit edoctus de illa visione ab vno angelorum assistentium : veruntamen illud de quo fuit edoctus non expressit totum in ca. præcedenti, & ideo expressit magis in sequentibus capitulis. Finis enim est ostendere magnitudinem tribulationis tempore Antichristi & suorum membrorum ipsum præcedentium, & robur sanctorum contra eos & terminum laborum. Causa autem efficiens est instinctus spiritussancti factus Danieli propter affectum deuotionis & conatum attentionis. Causa formalis in diuisione consistit. Notandum ad euidentiam sequentis literæ, quòd in sacra scriptura aliquando est duplex sensus literalis, quia ea quæ sunt facta in veteri testamento sunt figuræ eorum quæ fiunt in nouo, dicente Apostolo j.Corinth.x.c.* Omnia in figura contingebãt illis: *& ideo quando in veteri testamento prædicitur aliquid esse impletum in aliqua persona veteris testamenti, verius tamen & perfectius in aliqua noui testamenti, tunc est ibi duplex sensus literalis, vnus minus principalis, & alius principalior, de illo scilicet in quo perfectius impletur verbum prædictum, verbi gratia y. Paralip. viij. cap. dicitur:* Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. *Quod est verbum domini loquentis de Salomone, qui fuit filius Dei per adoptionem in principio regni sui, propter quod amabilis domino dictus est, vt patet y. Reg. xij. & sic verbum illud impletum est ad literam in Salomone, perfectius autem impletum est in Christo, qui est filius Dei per naturam, cuius figura fuit Salomon: & ideo illa auctoritas ad literam intelligitur de Salomone & de Christo: de Salomone minus principaliter, & de Christo principalius, propter quod Apostolus ad Heb. j. allegat prædictam auctoritatem tanquam de Christo dictam ad literam. Sic est in proposito : quia sub similitudine arietis & hirci tractat Daniel de pugna regni Græcorum & Medorum, principalis tamen eius intentio est tractare de pugna Antichristi vel membrorum eius & Christianorum: & ideo est ibi duplex sensus literalis, vt patet ex prædictis. Propter quod sciendum, quòd sicut in prima visione egit de quatuor regnis subuertendis per quintum, quod est Christi regnum: ita hic, & quod ibi intelligitur per statuam & lapidem, intelligitur hic per bestias & filium hominis seu iudicem. Igitur circa causam formalem considerandum, quòd primò ponitur visionis ostensio, secundò expositio, ibi:* Factum est autem cum viderem. *Circa primum tria tanguntur, quia primò tangitur decursus arietis, id est regni Medorum, Secundò concursus hirci, id est regni Græcorum, ibi:* Ecce autem hircus. *Tertiò, incursus cornu modici, id est Antiochi in populum Indeorum, ibi:* De vno autem ex cis. *Per simile autem potest exponi de Christianis & Antichristianis, vt in ariete intelligatur potestas ecclesiæ & sanctorum. Per hircum potestas malignorum, quia scriptum est Matth. xxv.c.* Statuet oues à dextris, hircos autem à sinistris. *Per cornu paruum intelligatur potestas Antichristi & suorum contemporancorum. Reuertendo autem ad sensum qui primò intelligitur, licet non principaliter, scilicet de regibus Medorum & Græcorum, considerandum quòd circa quemlibet regem vel regnum tangit triplicem statum regni, scilicet initialem, medium, & finalem. Circa primum dicit Daniel: Anno tertio regni Balthasar regis visio apparuit mihi. Ex quo patet, quòd hæc visio facta est per duos annos post precedentem: & hoc tangitur cum subdit:*

2 Post id quod videram in principio. *Quia præcedentem visionem vidit Daniel primo anno regni Balthasar.*

3 Cum essem in Susis castro. *Hic tangit locum huius visionis. Dicitur autem in Susis castro, quia illa ciuitas erat clausa fortibus muris ad modum castri.*

✻ 1 Quod

MORALITER.

✝ 1 *Anno tertio regni Balthasar visio apparuit mihi.* Sequitur:

✝ 2 Et

☞ a *In Elam.* vel (vt Symmachus ait) ciuitate à qua regio nomen
Hiero. accepit,& ab Elam Elamitæ, vt à Babylone Babylonia, pro qua
A Lxx. Elemaidam regionem interpretati sunt. In ciuitate autem Elam omnia loca quæ ad eam pertinent esse dicuntur.
b *Super por.Vlai.* Pro quo Aquila super Vbal Vlai. Theodotio,
Hiero. super Vbal. Symmachus, super paludem
† prouincia Vlai: Lxx. iuxta portam Vlai. Est autem
† flumen Vlai nomẽ portæ sive loci, vt in Troia,
†iuxta flumen σκαιὰ porta, & apud Romanos, Carmentalis.
c *Et leuaui oculos.* Quamuis in visione in vmbra scilicet & imagine hæc videantur, tamen nec ipsa quidem videre possumus, nisi oculis eleuatis.
B
† animad uerteram d *Et ecce aries vnus.* Scilicet Darius auus cuius Cyri, qui post Astyagen patrem regnauit in Medis.
✻THEOD. Persicum regnum arieti simile intuetur, tanquam diuitiis suis laborans, multarumque facultatum obtinens abundantiam. Duo autem genera regum per duo cornua significantur, & ambo quidem excelsa intuetur, excelsius autem priore posterius. Amplius enim Dario & Xerxe sceptra tenentibus regnũ fuit. Nam Cyrus Pontum Euxinũ, & Asiam sibi subegit. Darius etiam Scythas Nomadas cum reliquis sibi subiectis coniunxit. Xerxes quoque Europæ regni iugum imponere conatus est.
Hiero. e *Et vnum excel.* Cyrus, scilicet qui post Astyagen auum maternum cum auunculo Dario Medis imperauit & Persis.
C f *Postea vidi.* Non ipsum arietem Cyrum vel Darium, sed eiusdem regni arietem, id est Darium alterum qui vltimus rex Persicæ potentiæ fuit, quem Alexander Philippi superauit. Quòd autem Darius iste potentissimus fuerit, Græcæ & Latinæ & Barbaræ testantur historiæ.
✻THEOD. Omnia & ad aquilonem, & ad austrum sua sibi subiecta habebat Persa, & itidem ea quæ ad occidentem vsque ad ipsum mare, & plurimas insulas item in suam potestatem redegit. Statim itaque cũ Xerxe Græcis bellã mouẽte & Cyprij, & Rhodij, Samij, & Lesbij, & Chij, & Cyclades omnes inita societate pugnabant. Hac de causa vidit arietem cornupetentem contra mare, & aquilonem, & austrum.
g *Intelligebam.* Ex superioribus visionibus in quibus secundum regnum per argẽtum, significatum est, etiam nunc intelligitur quòd Medo-

a ¶ Id est secularis vel sempiterna.
a quod est in Elam † regione: vidi autem in visione esse me su- 2
b a ¶ Ejusdem castri. b ¶ Id est Palus à palude siue dolor femoris aut vmbraculi. 3
c per † põrtam Vlai, & leuaui oculos meos, & vidi. Et ecce 4
d a ¶ Regnum Medorum,& Persarum. b ¶ Vlai vel portam quæ Hebraicè Vbal. c ¶ Dariam & Cyrum. 5
e aries vnus stabat † ante paludem, habens cornua excelsa, & 6
¶ Cyrus qui regnum circumquaque dilatauit. 7
f vnum excelsius altero, atque succrescens. Postea vidi arie- 8 9
a ¶ Caput agitantem, & ventum mouentem.
tem cornibus ventilantem contra occidentem & contra
aquilonem & contra meridiem: & omnes bestiæ non po- 10
a ¶ Alexandro. b ¶ Potentia.
terant resistere ei, neque liberari de manu eius: fecitque se- 11
a ¶ Daniel. 12
cundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego
a ¶ Regnorum mutationem priori visione prouocatus. b ¶ Regnum Græcorum.
g † intelligebam. Ecce autẽ hircus caprarum veniebat ab oc- 13 14
a ¶ Macedonia. b ¶ Quia pro situ illius terræ plaga est occidentalis. c ¶ Nimia velocitate,quia magis victoriis cucurrit quàm bellis.
h cidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. 15 16

rum & Persarum corruat imperium.
h *Ecce autem hircus.* Alexander rex Græcorum, qui subuertit Hiero.
Thebis, in Persas arma corripuit, & apud Granicum fluuium inito certamine, Darij ducos superauit, & tandem ipsum percussit arietem, & duo eius cornua confregit, Medos scilicet & Persas, misitque eum sub pedibus suis, & vtrumque cornu suo subiugauit imperio.
✻THEOD. Macedonicum regnum hoc in loco significatũ est, quod propter celeritatem, agilitatemq; hircum appellauit arietis enim velocior est hircus. Cornu conspicuum, insigne, & illustre, ipsum vocat Alexandrũ, & inter hirci oculos natũ asserit illud cornu, propter ingeniũ, & prudentiã, & sagacitatẽ mentis ipsius.

☞ a *Cumque*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quod est in Elam re. *Ab Elam dicitur regnum Elamitarum, & metropolis illius regionis erat Susis, quia multa regna & multæ regiones erant sub rege Medorum.*
2 Vidi autem in visione. *Imaginaria scilicet.*
3 Esse me super portam Vlai. *Vlai est proprium nomen cuiusdam portæ prædictæ ciuitatis, & interpretatur palus, quia ante illam portam sunt paludes, à quibus illa porta est denominata.*
4 Et ecce aries. *Per quem signatur regnum Medorum, quod non fuit multum infestum Iudæis, vt dicunt Hebræi : propter quod signatur per animal mansuetum.*
5 Stabat ante paludem. *Per hoc signatur instabilitas regni eius, sicut patuit non est locus firmus.*
6 Habens cornua. *Id est duos reges magnos inter alios, scilicet Darium filium Astyagis, & Cyrum eius nepotem.*
7 Et vnum excel. *Quia Cyrus fuit potentior Dario.*
8 Atque suc. *Quia fere tot am Asiam sibi subiugauit.*
9 Postea vidi arietem cor.vent. *Quia reges Persarum & Medorum ad omnes istas partes dilatauerunt regnum illud. Vide in historia Iudith j.cap. scribitur quòd Cambyses filius Cyri misit Holofernem ab subiugandum sibi omnia regna occidentis.*
10 Et omnes bestiæ non po. *Quia nulli reges quantumcunque fortes poterant ei resistere. Sequitur:*
11 Et magnificatus est. *Quia illud regnũ obtinuit monarchiam, & Græcia ei seruiebat sub tributo, vt patet tempore Philippi patris Alexandri magni, qui reddebat tributum Dario regi Persarum & Medorum.*
12 Et ego intelligebam. *Scilicet Daniel.*
13 Intelligebam. *Quid significaret visio, & mutationem regnorum futurarum, quia regnum Græcorum huic regno successit.*
14 Ecce autem hircus ca. *Hic ponitur discursus regni Græcorum, quod regnum signatur per hircum, quia Graci fuerunt luxuriosi, sicut hircus est animal luxuriosum & fœtidum, & maximè Alexander qui* Alexander
fuit primus rex, vt dicitur: propter quod missa sibi fuit puella veneno quomodo veneno in
nutrita, vt sic per incontinentiam suam accedens ad eam intoxicare- toxicatus.
tur. sed Aristoteles per gestus & aspectus oculorum illius puellæ perpendit eam sic esse nutritam, & prohibuit Alexandrum ab eius concubitu, vt scribitur libro de secretis secretorum.
15 Venie.ab oc. *Quia Macedonia vbi prius regnauit Alexander, & vnde mouit exercitum contra Darium regem Persarum, est in occidentali parte respectu regni Persarum & Medorum.*
16 Et non tangebat ter. *Quia Alexander tanta festinatione venit contra Darium, quòd videtur magis volasse quàm iuisse secundũ communem modum laquendi ad exprimendũ velocitatem. Aduertendũ,*

✻ quòd

MORALITER.

✝ † *Et leuaui oculos meos.* Per arietem qui dux est ouium, significatur bonus prælatus, qui dux est fidelium.
6 *Habens duo cornua.* Quæ sunt scientia & bona vita.
7 *Et vnum excelsius altero atque suc.* Scilicet bona vita, quæ melior est scientia.
9 *Postea vidi arietem cor.* Id est bonum prælatum per scientiam suam & vitam extirpantem vicia per omnes suę diœcesis partes.
10 *Et omnes bestia.* Id est homines bestialiter viuentes.
† *Non poterant resistere ei.* Impediendo suam debitam correctionem.
† *Neque liberari de ma.* Euadendo debitam pœnam donis vel precibus.
11 *Et magnificatus est.* Talis prælatus coram Deo & angelis eius.
12 *Et ego intelligebam.* Quia talia sunt consideranda ad imitandum. Sed quia contra tales bonos prælatos aliquando diabolus excitat satellites suos, sicut contra sanctum Thomam excitauit Angliæ regem, ideo sequitur:
14 *Ecce autem hircus caprarum.* Qui est animal fœtidum, ideo significat principem tyrannum infamiæ fœtore abominandum.
15 *Veniebant ab occidente super fa.* Id est ex defectu lucis gratiæ. Sequitur:
17 *Et non tangebat.* Id est amatores terrenorum, quibus non nocet tyrannus, sed magis fauet.

✝ 1 *Porrò*

a *Cumque eum misisset in terrā.* ✠ Theo. Alexander primùm congressus cum Darij ducibus in Asię regionibus, omne ipsis imperiū ademit; deinde cum Darius in Cilicia ingenti cum exercitu occurrisset, alterum prælīū committitur, & Darius in fugam vertitur, multis militibus interfectis, captiuas Darij filias Alexander accepit. Tum rursus post reditum ex Ægypto, ad Babylonem instructa acie ac ipsum Darium occidit, & Persicum euertit regnū.

†visibile. †fluuium. Hiero.

B b *Et orta sunt.* Ipso in Babylone mortuo xxxij. ætatis suæ anno, surrexerunt pro eo quatuor duces eius. Ægyptum tenuit Ptolemæus Lagi filius. Macedonas Philippus qui & Aride⁹ frater Alexandri. Syriam & Babyloniam & omnia regna Orientis Seleucus Nicanor, in Asia regnauit Antigonus.

†exercitum. Diuisio regni post mortem Alexandri.

C c *De vno autem ex eis egressus.* ✠ Theod. Antiochum dicit illustrem, id est, Epiphanem, qui Antiochi illius qui magn⁹ vocabatur, filius fuit. Hic potens effectus superauit Ægypti regem, & nationes ad orientem sitas in suā redegit potestatem: & cum exercitu profectus, Iudæis quoq; bellum intulit, & sanctā Metropolim subegit. Virtutem enim ipsam appellauit, propter diuinam gratiā, quæ id temporis in templo florebat. D

†eleuatus. E

d *Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli.* ✠ Theo. Hæc nos apertius edocent primus & secundus Machabęorum libri, & Iosephus historiographus hæc accuratè conscripsit. Omnibus enim omnino sacris vasis templi direptis, aram Dei Ioui construxit, vrbē idolis compleuit, & ipse etiam suem in diuina ara mactauit. Magnus factus est vsque ad virtutem cæli, id est, insania contra ipsum Deum concitatus est, cui & populus & templum dicatum erat. F

†creuit.

a ¶ Alexander qui regnum Medorum atque Persarum in Dario ditissimo Arsami filio impetu quodam destruxit.
Porrò hircus habebat cornu† insigne inter oculos suos, & ve 1 2
a ¶ Darium filium Arsami in quo Medorum atque Persarum regnum destructum est. b ¶ Quasi immobilem.
nit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stan- 3
tem ante† portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis 4
a ¶ Darium scilicet.
suæ. Cumq; appropinquasset prope arietem † efferatus est in 5 6
a ¶ Medos & Persas.
eum, & percussit arietem & comminuit duo cornua eius, & 7 8
a ¶ Alexandro. b ¶ Vinctum.
a non poterat aries resistere ei. Cumq; eum misisset in terram, 9
a ¶ Amicorum.
conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. 10
a ¶ Subiugato orbe. ¶ Subito.
Hircus autem caprarum magnus factus est nimis. Cúmque 11 12
a ¶ Morte. b ¶ Ipse Alexander.
b creuisset fractum est cornu magnum, & orta sunt cornua 13
a ¶ Per quatuor climata mundi. b ¶ Seleuco.
c quatuor subter illud per quatuor ventos cæli. De vno au- 14 15
a ¶ Antiochus Epiphanes filius Seleuci, qui & Philometor, qui nesciente senatu per dolum cepit imperium, cum obses fuisset Romę, & contra Ptolemæum Philometorem dimicauit, & contra Aegyptios, scilicet hoc est contra meridiem.
tem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & fa- 16 17
a ¶ Aegyptios. ¶ Eos scilicet qui in Perside res nouas moliebantur ad extremum contra Iudæos dimicans.
ctum est grande contra meridiem, & contra orien- 18 19
a ¶ Populum Dei qui in ipso fortis est. ¶ Dei. b ¶ Dum capta Iudæa ingressus est Ierosolymam & in templo Iouis Olympij simulacrum posuit.
d tem & † contra fortitudinem. Et † magnificatum est 20 21

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quòd iste Darius non fuit filius Astyagis, de quo dictum est, nec fuit ille Darius filius Hystaspis, sub quo consummatum est templum: & hoc secundum opinionem communem Latinorū & etiam Iosephi, sed fuit Darius filius Arsami, sub quo secundum communem dictum Latinorum defecit regnum Persarum per Alexandrum qui debellauit eum, secundum verò Rabb. Sa. fuit filius Assueri & Esther reginæ: Et hoc dictum videtur mihi rationabilius & scripturis magis consonum, vt diffusius dixi in principio libri Esther & j. Esdræ iiij. & adhuc dicam inferius xj. cap.*

1 Porrò hircus. *Id est regnum Græcorum habebat cornu insigne inter oculos. Istud cornu significat Alexandrum primum regem, & dicitur insigne, quia fuit nobilissimus princeps in armis, vt patuit cap. præcedenti: sed dicitur istud cornu situm inter oculos, quia dirigebatur per Philosophos & potissimè per Aristotelem Philosophorū principem.*

2 Et venit vsque ad arie. *Quia Alexander inuasit Darium.*

3 Quem videram stan. *Quia Darius aduentum Alexandri pro nihilo reputabat: & ideo ei non occurrit, sed stans in loco suo misit aliquos de principibus suis præcipiens eis, vt adducerent sibi Alexandrum ligatum & flagellatum.*

4 Et cucurrit ad eum. *Quia Alexander primò occurrit principibus Darij prædictis, & deuicit eos iuxta fluuium Granicum.*

5 Cumque appropinquasset. *Quia deuictis principibus Darij venit contra ipsum Darium.*

6 Efferatus est in eum. *Id est ferino more eum inuasit.*

7 Et percussit arietem. *Scilicet Darium regem Persarum.*

8 Et comminuit duo cornua eius. *Id est robur regni Medorum & Persarum. Sequitur:*

9 Cumque eum misisset. *Id est gloriam illius regni deiecit.*

10 Et nemo quibat liberare arietem. *Quia nullus amicorum suorum vel coniunctorū poterat sibi ferre auxilium contra Alexandrū.*

11 Hircus autem capra. *Quia magnitudo Alexandri & eius fama creuit suprà modum subiugata sibi tota Asia & Aphrica pro magna parte.*

12 Cumque creuisset. *Qui immediatè post illas victorias mortuus est Alexander anno xij. regni sui, ætatis autem suæ xxxij. anno in Babylone, nec potuit redire in terram natiuitatis suæ, vt diffusius dicitur in Scholastica historia.*

13 Et orta sunt. *Id est quatuor regna in quibus diuisum est imperium Alexandri.*

14 Per quatuor ventos cæli. *Id est per quatuor principales partes mundi vnde oriuntur venti, quia Ptolemæus Lagi filius regnauit in Ægypto. Philippus frater Alexandri in Macedonia. Seleucus in Syria & Babylone. Antigonus in Asia, secundum quod dicit hîc glossa.*

15 De vno autem. *Hîc describitur incursus Antiochi Epiphanis orti ex prædictis contra Iudæos, cùm dicitur:* De vno autem ex eis. *id est de Seleuco rege Syriæ.*

16 Egressum est cor. *Id est Antiochus Epiphanes, qui descendit de Seleuco, tamen plures fuerunt intermedij: & dicitur istud cornu modicum, quia prius fuit Romæ obses, vt dicitur j. Macha. j.*

17 Et factum est grande. *Scilicet quia Antiochus ignorante senatu exiit de Roma, vt occuparet regnum Syriæ, vt dicitur j. Macha. j. Et priuauit filium fratris sui primogeniti, scilicet Seleuci Philometoris regno sibi debito.* Incursus Antiochi.

18 Contra meridiem. *Quia Ptolemæum regem Ægypti fugauit de campo & Ægyptum obtinuit, vt habetur j. Macha. j. Ægyptus autem est in situ meridionali respectu Syriæ.*

19 Et contra orientem. *Quia in Perside quæ est in oriente respectu Syriæ multos deuicit, & sub tributo tenuit, vt ibidem dicitur in ij. cap.*

20 Et contra for. *Id est contra Ierusalem vbi Deus qui est fortitudo colebatur.*

21 Et magnificatum. *Id est contra filios Israël qui angelorum antiquitus custodia vallabantur.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Porrò hircus.* Id est potestatem valde notabilem & magnam ex malis adhærentibus sibi.

2 *Et venit vsque.* Id est prælatum bonum.

4 *Et cucurrit ad eum impe.* Sicut fuit de rege Angliæ & sancto Thoma, & in multis aliis regnis facta sunt similia.

8 *Et comminuit duo cornua eius.* Scilicet scientiam & vitam, non quantùm ad rei existentiam, sed quantùm ad efficaciam in diœcesi propria, quàm fuit compulsus exire, & non potuit ibi proficere.

10 *Et nemo quibat.* Per regem enim Franciæ & Papam constituti fuerunt dies pacis plurimi, sed inutiliter, & finaliter in fauorem Regis sanctus Thomas fuit crudeliter occisus, sed à Deo gloriosè susceptus.

✠ MORA

a *Et deiecit de fortitu.* Sub Antiochi specie de principe tene-
A brarum dicitur: *Deiecit de fortitudine & de stellis*, quod fit cum illos luce iusticiæ resplendentes, & virtute operum robustos frangit: Qui vsque ad principem for. magnificatur, quia contra ipsum autorem virtutis extollitur. Iuge, scilicet sacrificium tollit, id est quia studiū conuersationis ecclesiæ in eis quos ceperit interrumpit.

Greg. Lib.32.Mor. cap.14. †ad terram desiderabilem. Hiero.

Anno cxliij. à Seleuco qui prim⁹ post Alexandrum regnauit in Syria, ingressus est Antiochus Ierosolymam & vniuersam vastauit, ac tertio post anno reuersus, in templo Iouis statuam posuit.

B b *Conculcauit de stellis.* ✠ Theod. Plurimi ex populo violata Dei lege, ex ordine cælestium exciderunt, & ab istius tyrannide conculcati sunt. Stellas ipsos nominauit propter nobilitatem, splendoremque pietatis, innuens quod olim Abrahæ pmissum fuit, *faciam semen tuū sicut stellas cæli.* (†ad me. Gen.22.)

c *Et vsque ad principem forte.* ✠ Hiero. Hoc significat quod electus sit cōtra Deum, & Sanctos illius persecutus sit: & tulerit ἐνδελεχισμὸν, id est, iuge sacrificium quod mane offerebatur & vespere, & polluerit atq; deiecerit locum sanctificationis eius. Atq; ita factum est, vt veritas prosterneretur in terram, &
C cultu idolorum florente, Dei religio conquiesceret.

Greg.32. Mor.cap.14. d *Robur autē datum.* Quia nisi pereūtium merita exigerent, eos qui rectè credebant, obtinere aduersarius nequaquam posset. D

Veritas in ter. Quia fides tunc rerum cælestium ad desiderium vitæ temporalis inclinatur.

Et prospera. & fa. Quia tunc non solùm etiam in reproborum mentibus, sed etiam in electorum corporibus crudelitate inæstimabili, sine qualibet obiectione grassatur. Grego. vbi supra. †exercitu.

e *Et audiui vnum de sanctis.* ✠ Theod. Perspicuum est illum vidisse angelos inter se colloquētes, ac discere cupientes, quātum futurum sit temerariæ impietatis & desolationis templi tempus, ac tyrannidis illius, qua populus opprimetur. E †Tempus

f *Vsquequo.* Quidam hoc ad Antichristum referunt, & quòd sub Antiocho in typo factum est, sub illo dicūt esse complendū. †præuaricatio desolās, seu stupēda.

g *Et dixit ei, vsque ad vesperā.* ✠ Vesperā vocauit calamitatis initium, & manè calamitatum finē: quia quæ dolorem afferunt, ea morti ac tenebris comparantur. Computati dies hi secundum Hebræorum rationem, sex annorum & sex mensium numerum perficiunt: tandiu enim grassata est Iudæorum calamitas.

h *Duo milia.* Ab Antiocho, scilicet ingressu Ierusalē, i.cxl.tertio anno regni Græcorū vsq; ad emundationem & restaurationem templi à Iuda Machabæo factam, anno cxlix. quoniam ipsorum dierum numerus completus est iuxta propheticam veritatem. Hiero. 1.Mac.4.c.

a Spe F

a ¶ Id est filios Israël, qui angelorum vallabantur custodia. b ¶ Plures enim sanctorum idololatriæ subiecit, & quasi stellas cæli conculcauit pedibus suis, populum quoque & vrbem vastauit.
a vsque ad † fortitudinem cæli, & deiecit de † fortitudine 1
a ¶ Ipsum Deum, cum (aliàs cuius) sanctos persecutus est vel Iudam Machabæum.
b c & de stellis, & conculcauit eas. Et vsque ad principem forti- 2 3
a ¶ Opinione sua & hominum. b ¶ Quod mane offerebatur & vespere.
tudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & 4 5
a ¶ Ierusalem & templum, ponens in templo statuam Iouis Olympij. b ¶ Q. Non sua virtute, sed Dei. c ¶ A Deo.
d deiecit locum sanctificationis eius. † Robur autem datum 6
a ¶ Antiocho. b ¶ Facit Deus regnare hominem propter p.p. c ¶ Populi. d ¶ Ira. e ¶ Cultu idolorum crescente, religio Dei decreuit.
est ei contra iuge sacrificium propter peccata, et prosterne- 7 8
¶ Vt etiam legem Dei comburendam quæreret, & circuncisionem prohiberet. a ¶ Opinione sua. b ¶ Secundum cor suum. c ¶ Angelum quemlibet tacito nomine.
e tur veritas in terra, & prosperabitur & faciet. Et audiui vnum 9 10
a ¶ Angelo.
de sanctis loquentem, & dixit vnus sanctus alteri nescio cui 11
a ¶ Hæc scilicet complebitur, id est quanto spacio complebitur ex quo cœperit compleri. b ¶ Templi in quo simulacra.
f loquenti: Vsquequò visio & iuge sacrificiū & †peccatū deso- 12 13
a ¶ Sub Antiocho rege Syriæ Dei iudicio. ¶ Dei. ¶ Sanctorum.
lationis quæ facta est, & sanctuariū & fortitudo conculcabi- 14 15
a ¶ Noctis dieique successionem significat, id est continue. b ¶ Id est sex anni & menses tres & dies xx. 16 17
g h tur? Et dixit† ei: Vsq; ad vesperam & mane dies duo milia tre 18 19
a ¶ Tunc. b ¶ A Iuda Machabæo qui Antiochi duces superauit. c ¶ Templum.
centi, et mundabitur sanctuarium. Factum est autem, cum 20 21
a ¶ Quasi picturam & imaginem. b ¶ Non enim omnis qui videt intelligit scripturam sanctam sæpe oculis videmus, & corde non intelligimus. 22
viderem ego Daniel visionem: & quærerem intelligentiam, 23

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et deiecit de for. *Quia plures eorum idololatriæ subiecit.*

2 Et de stel. *Quia multos stabiles in cultu Dei occidit, vt patet ij. Machabæ. vj. & vij.*

3 Et vsque ad prin. *Id est vsque ad Deum qui colebatur in Ierusalem, quia ad tempus abstulit cultum eius, & dicitur sic ei præualuisse per quandam similitudinem. Vel aliter, per principem fortitudinis intelligitur summus sacerdos, quia tunc regebat ciuitatem & templū, contra quem præualuit Antiochus.*

4 Et ab eo tulit. *Quod dicebatur agnus qui immolabatur vespere & mane: quia figurabat immolationem corporis Christi, quod quotidie immolatur in altari.*

5 Et deiecit lo. *Quia Antiochus prophanauit templum ponendo ibi abominandum idolum, vt dicitur* j. *Mach.* j. *veruntamen quia ista nō fecit Antiochus propria virtute, sed Deo permittente propter peccata populi punienda, ideo subditur:*

6 Robur autem da. *Id est Antiocho.*

7 Contra iuge sa. *Populi Israël & maximè sacerdotum, qui vt dicitur ij. Macha. iiij. iam non erant dediti circa altare, sed contempto templo & sacrificiis neglectis festinabant participes fieri palestræ, & sic dicitur ibidem, quòd fecerunt prostibula iuuenum iuxta templum.*

8 Et prosternetur ve. inter. *Id est verus Dei cultus.*

9 Et pro sperabitur, & faciet. *Scilicet Antiochus secundum voluntatem suam.*

10 Et audiui vnum de sanctis. *Id est Angelis.*

11 Loquentem, &c. aliter nescio. *Hoc dicitur, quia Daniel non habebat intellectum huius visionis ad plenum, vt infra patebit.*

12 Vsquequò visio. *Id est lex quæ illuminat intellectum & quæ per diuinam reuelationem habita est.*

13 Et iuge sacrificium. *Id est quotidianum.*

14 Et peccatum desolationis. *Id est desolatio templi facta propter peccata populi, per positionem idoli in templo.*

15 Et sanctuarium. *Id est templum, cuius vna pars dicebatur sanctum, altera sanctum sanctorum.*

16 Et fortitudo. *Sanctorum scilicet.*

17 Conculcabitur. *Et refertur hoc verbum ad omnia prædicta excepto peccato desolationis, de quo non quæritur quandiu conculcabitur, sed quandiu durabit: & hoc est verbum truncatum, quia loquitur ad modum dolentis hominis, qui aliquid in loquendo omittit. Et notandum, quòd ista quæstio facta est ab vno Angelo quærenti ab alio Angelo, vt patet in litera. Ex quo patet quòd Angeli superiores illuminant Angelos inferiores.*

18 Et dixit ei. *Scilicet Angelus superior inferiori.*

19 Vsque ad vesperam & mane dies. *Id est per successionem dieī & noctis erit tantum temporis, quod sequitur:*

20 Duo milia trecenti. *Id est sex anni q.d. per tantum tempus conculcabuntur prædicta.*

21 Et mundabitur sanctuarium. *Scilicet completo tempore prædicto à pollutione facta ibi per Antiochum, quod factum legitur à Iuda Machabæo & fratribus eius* j. *Macha. iiij. Considerandum tamen, quòd tantum tempus fuit ab ingressu Antiochi in Ierusalem vsque ad emundationem templi: Idolum tamen fuit positum in templo per tres annos post ingressum Antiochi in Ierusalem: quia idolum non stetit in templo nisi per tres annos, vt videbitur infra xij. ca.*

22 Factum est autem. *Hîc ponitur prædictæ visionis expositio. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur visionis expositio. Secundò infertur quædam conclusio ibi:* Et ego Daniel. *Prima adhuc diuiditur in tres. Quia primò exponitur mysterium arietis, secundò hirci, ibi:* Porrò hircus. *tertiò cornu modici, ibi:* Et post regnum eorum. *Prima adhuc diuiditur in duas partes. Quia primò notatur desiderium sciendi in Daniele, & modus reuelandi in Gabriele: quia hoc fecit per mandatum Angeli superioris, scilicet Michaëlis. Secundò, ponitur expositio Gabrielis, ibi:* Aries quem vidisti. *Dicit igitur:* Factū est autem, cum viderē ego Daniel visionem, *scilicet imaginariā.*

23 Et quærerem intel. *Cum magno desiderio, quia licet eam intelligeret in parte, vt prædictum est, non tamen in toto.*

✠ 1 Ecce

a *Species viri. Et au.* Non enim sunt Angeli viri, sed videtur: sicut ab Abraham ad quercum Mābræ tres viri visi sunt, qui vtiq; non erant, è quibus vnus adoratur vt dominus. vnde: *Abrahā vidit diem meum, & gauisus est.* A Idem. Gen.18.a. Ioan.8.g.

b *Et audiui vo.* Hunc virum Iudæi Michaëlē autumant: Et quia visio de ꝓliis regū; certaminib⁹, imo de regum successoribus erat, cōuenienter Gabriel huic officio mācipatur, quia & prælijs præpositus est. Gabriel autem interpretatur fortitudo vel robustus Dei. vnde eo tēpore quo dominus erat nasciturus, & bellum Dæmonibus indicturus, & de mūdo triumphaturus, Gabriel venit ad Zachariam & ad Mariā. Et postea de triūphante legitur: *Quis est iste rex gloriæ? d.f. & potēs in prælio ipse est rex gloriæ.* Vbicunq; autem medicina & sanatio necessaria est sicut Tobiæ; Raphaël mittitur, qui interpretatur curatio vel medicina Dei. Vbi autem ꝓpiciatio vel expiatio necessaria est, Michaël mittitur, q interpretatur, quis vt Deus, q nomine suo significat ꝙ in Deo sit vera medicina. Ex officiis, Angeli sortiti sunt vocabula.

Hiero. Officiū triū Archangel. † istum † in vltimo tempore † loco B Luc.1.a. Psal.23.a. Tob.5.a. † fortis, atrox

c *Pauens corrui in fa.* Qui stabat antè corruit. Ne elatus in superbiam, angelicæ naturæ vel dignitatis esse sibi videatur, fragilitatis suæ admonetur. Hiero. C

✻THEOD. Hæc sunt idonea ad conuincendum Eunomij fastum, qui ipsam se cognoscere Dei essentiam arrogāter iactitat. Si enim angelorum contemplationem, eandemque contemplantis viribus dimensam tacitus propheta non tulit, quid magis impium aut detestabilius iis qui gloriantur diuinam se nouisse substantiam? D

¶ Michaëlis.
a b ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vo- 1 2
¶ Michaëlis. a ¶ Ad quem pertinet. b ¶ Danielem scilicet.
cem viri inter Vlai, & clamauit, & ait: † Gabriel fac intellige- 3 4
re † istam visionem. Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabam. 5 6
c Cumq; venisset, pauens corrui in faciē meā, & ait ad me: In- 7
a ¶ Q. Hominem te esse memento. b ¶ Non statim. c ¶ Consummationis. 8
tellige fili hominis, quoniā † in tēpore finis cōplebitur visiō. 9 10
Cumq; loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram. Et 11
a ¶ Vt sine formidine videret & intelligeret quæ dicuntur. b ¶ Quasi collapsus & quadrupes iacebat in terra. 12
tetigit me & statuit me in † gradu meo, dixitq; mihi: Ego ostē- 13 14
a ¶ Tempore quando hæc maledictio implebitur super populum Iudæorum, & super ipsum Antiochum, vel in fine mundi sub Antichristo, & super ipsum.
dam tibi quę futura sunt in nouissimo maledictionis, quoniā 15
a ¶ Visionis. b ¶ Completionis. c ¶ Darius, scilicet filius Arsami.
habet tēpus finem suū. Aries quē vidisti habere cornua, rex 16
Medorum est, atq; Persarū. Porrò hircus caprarū rex Græco- 17
rum est, & cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est
a ¶ Alexander. ¶ Mortuo.
rex primus. Quod autē fracto illo surrexerunt quatuor pro 18 19
eo, quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in forti 20
a ¶ Quia Alexandro nullus æquiparari potuit. 21
tudine eius. Et post regnum eorū, cùm creuerint iniquitates, 22
a ¶ Antiochus præceps in omnia. b ¶ Intelligere faciens & aperto actu demonstrans quæ nunc proponuntur. ¶ Opere complens vel faciens. c ¶ Has visiones. 23
d consurget rex † impudens facie, & intelligens † propositio- 24
a ¶ Immo Dei, à quo omnis potestas.
e nes, & roborabitur fortitudo eius, sed non † in viribus suis: 25
a ¶ Antichristus, de quo & quartum quod incedet fœliciter.
f & supra quàm credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabi- 26

d *Consurget rex impudens facie.* ✻THEOD. Antiochi versutā malitiā per hæc innuit, & præter malitiam, potentiam quam ille sibi cōparauerat. Deinde docēs eum hæc facturum, Deo permittente, necessario subiecit, *sed non viribus suis.* Assyrio quoque ait Deus per Esaiam. *Nunquid gloriabitur securis sine incidente in ea? Aut exaltabitur serra sine trahente eam?* Ita & hîc, audebit hæc inquit Antiochus, nō vt potens, sed Deo permittente. †Infra 9.f. E

e *Et roborabitur for.* GREGO. Illius hominis fortitudo non in suis viribus roboratur, quia Sathanæ virtute in gloria perditionis attollitur. Lib.32. Mora.cap.14. † ænigmata † Ex ꝓpriis viribus

f *Et supra quàm credi potest.* ✻THEOD. Nihil ipsi erit impedimēto, quin omnia faciat quæcunque voluerit. De talibus beatus Dauid præcipit: *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, &c.* Persæpe enim accidit, vt impietati addictis hominibus res prosperè succedant. F

✻HIERO. Antiochus ἐπιφανὴς frater Seleuci, capta Iudæa, ingressus

✻THEOD.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce stetit. *Quia non erat vir, sed Angelus in specie viri, scilicet Michaëlis qui erat princeps synagogæ, vt patebit infra x.c. & ideo erat sollicitus, vt mysterium Danieli reuelaretur.*
2 Et audiui vo. *Id est Michaëlis in specie viri apparentis.*
3 Inter Vlai. *Id est apparentis in tali loco.*
4 Et cla. *Scilicet loquendo Angelo inferiori.*
5 Gabriel fac intelli. *Danielem. Ex quo patet, quòd in ministeriis Angelorum ordo est.*
6 Et venit. *Scilicet Gabriel.*
7 Et stetit iuxta. *Ad loquendum mecum.*
8 Cumque venisset pa. *Hoc factum est, vt Daniel existens inter Angelos, cognosceret fragilitatem humanam.*
9 Et ait ad me. *Scilicet corruptibilis: eadem ratione qua prius scilicet, vt cognoscat suam fragilitatem.*
10 Quoniam in tem. *Ex quo patet, quòd licet visio aliquo modo sit impleta in Antiocho, tamen perfectius complebitur in Antichristo in fine mundi: & ideo de ipso est principalis sensus literalis, vt prædictum est.*
11 Cumque loqueretur ad me. *Bis ad terram cecidit loquente angelo, vt magis cognosceret fragilitatem suam.*
12 Et tetigit me. *Confortando.*
13 Et statuit me in gradu meo. *Erigendo me, quia prius iacebam sicut quadrupes ad terram.*
14 Dixitque mihi: Ego ostendam tibi. *Id est tempore illius maledicti hominis qui propter abundantiam maliciæ dicitur maledictio in abstracto. Et hic est Antichristus propriè, & Antiochus Epiphanes aliquo modo inquantùm fuit figura Antichristi persequendo cultum Dei, vt visum est.*
15 Quoniam habet fi. *In quo scilicet ista complebuntur.*
16 Aries quem vidisti. *Positis quibusdam præambulis ad expositionem visionis, hic Gabriel incipit visionem exponere inquantùm tangit regem Medorum & Persarum. Et patet litera ex prædictis. Vlterius exponit eam inquantùm tangit regnum Græcorum, dicens:*
17 Porro hircus caprarum. *Et patet vsque ibi:*
18 Rex primus. *Scilicet Alexander, vt prædictum est, quia ante tempus Alexandri reges Græciæ erant quasi nullius momenti. Et ideo dicitur primus inter notabiles.*
19 Quod autem fracto illo. *Id est mortuo ante finem naturalem vitæ suæ: quia per venenum mortuus est adhuc iuuenis existens, scilicet xxxij. annorum, vt pater ex prædictis, & hoc significatur per fractionem.*
20 Surrexerunt quatuor. *Scilicet cornua: Hoc significat, quòd quatuor reges de gente eius consurgent simul regnantes, & imperium tenentes Alexandri secundum diuersas partes.*
21 Sed non in forti. *Quia nullum istorum regnorum potuit æquiparari regno Alexandri in fortitudine, licet plus durauerit: quia regnum Alexandri valde parum durauit, vt suprà dictum est.*
22 Et post regnum. *Hîc consequenter ponit expositionem cornu modici, id est Antiochi & Antichristi, cuius figura fuit Antiochus, & hoc est quod dicitur:* Et post regnum eorum. *scilicet regnum præcedentiū.*
23 Cum cre. &c. con. rex im. *Id est Antiochus qui permissus est regnare ad puniendum iniquitates filiorum Israël quæ creuerant nimis illis temporibus, vt visum est. Dicitur autem Antiochus impudens facie, quia nullam turpitudinem verebatur facere etiam in loco sancto, vbi statuit idolum: qui locus erat etiam repletus immundiciis scortantium cum meretricibus, vt dicitur ij. Macha. vj. & hoc factum est per Antiochum.* Antiochus quare dicitur impudēs facie.
24 Et intel. propo. *Quia Antiochus callidus erat & præueniens alios calliditate sua. Vel aliter:* Intelligens proposi. *Id est intelligere faciens q.d. Daniel, quia per ea quæ faciet intelligetur ista visio quæ modo est occulta.*
26 Et roborabitur for. eius sed non in viribus suis. *q. d. licet sic crescat fortitudo Antiochi ad faciendum ista, non tamen hoc erit ex viribus suis, sed propter peccata populi sic dimittetur à Deo agere, quia sicut frequenter dictum est, Deus aliquando vtitur malis ad puniendum bonos.*
25 Et supra quam credi potest vniuersa. *Quia non erat credibile hominibus quòd ille qui erat Romæ obses, deberet sic prosperari & tam ardua facere.*

18 Rex ✻ 1 Et

gressus est Hierosolymā, & in tēplo Dei simulacrū Iouis Olympij statuit: & *vsq; ad fortitudinem cæli*, id est, filios Israël, qui angelorum vallabantur auxilio, erexit magnificentiam suam, ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subijceret, & velut stellas cæli pedibus conculcaret. A

a *Et interficiet robust.* GREG. Robustos interficiet, cum eos qui mēte inuicti sunt corporaliter vincit: vel, cū eos qui sancti & robusti credebantur, ad nutum suę voluntatis trahit, in cuius manu dolus dirigitur: qa in illa fraus p opus adiuuatur, quod enim fallendo dicit, hoc mira faciendo asserit. Nam quicquid mendax lingua simulat, hoc quasi verū esse manus operis ostentat. Greg.32. Mor.cap.14. † in quiete B † fortitudine † contritus fui

b *Sine manu conteretur.* HIERON. Antioch⁹ audiēs in Perside, duces suos à Iuda Machabæo fusos, amissis ꝓtiosis donarijs ibiq; amisso exercitu, sine manib⁹ cōtritus est, i. tristitiæ morbo perijt. Idem.

G *Et sine manu.* Non angelorum bello, non sanctorū certamine, sed per aduentū iudicis solo oris spiritu æterna morte ferietur. D

¶ Neque. a ¶ Ad nutum eius. b ¶ Orere.
a tur & faciet. Et interficiet robustos & populū sanctorum se- 1 2
cundum voluntatem suā, & dirigetur dolus in manu eius, & 3
a ¶ In superbia magnus in oculis suis. 4
cor suum magnificabit, & † in copia rerum omniū occidet 5
a ¶ Sanctorum. b ¶ Deum qui dicit: Per me principes regnant. c ¶ Ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. d ¶ Spiritu labiorum suorum interficiet impium. ¶ In Elimaide Dianæ templum spoliare cupiens, vbi amisso exercitu sine manibus contritus est, id est, tristicia & morbo periit.
b plurimos. Et cōtra principem principum consurget, & sine 6
a ¶ Successione temporum. b ¶ Completa. c ¶ Finita vastatione & emundatione veniente. 7
† manu cōteretur. Et visio vespere & mane, quæ dicta est ve- 8
a ¶ In corde vel litera. b ¶ In corde vel terra.
c ra est. Tu ergo visionē signā, qa post multos dies erit. Et ego 9
a ¶ His visis. Simile dicit Abraham viso domino: Loquar ad dominum, cum sim puluis & cinis. 10
b ¶ Factus omnibus omnia, illud Euangelicum complens. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. 11 12
Daniel † langui & ægrotaui p dies. Cūq; surrexissem faciebā 13
¶ Tamen. a ¶ Nomina regum & cuncta tempora regnorum quia hæc non audiuit.
d opa regis & stupebā ad visionē, & nō erat q interpretaretur. 14 15

c *Tu ergo signa.* Gabriel exposita visione addit: Tu ergo signa, visionis obscuritatem signans, nec patere multis, nec nisi opere compleatur posse intelligi. Hieron.

d *Interpretaretur.* sicut angelus. Vel quia reges audierat, & eorū nomina nesciebat, futura cognouerat, sed quo essent tēpore nesciebat. Stupebat ergo quod solū facere poterat, & dei sciētiæ omnia committebat. ✻THEOD. Cùm dicisse inquit, ea mala quæ rursus populū meū essent oppressuri, tanto mœrore affectus fui, vt in ægritudinē inciderim. Nouerat cum Paulo dicere, *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et flere cum flentibus.* Hanc eādem charitatē decet nos cognatis & conseruis præstare, ideq; mutuo sentire, & membrorum mutuam qua sibi compatiuntur cognationem imitari: siquidem membra alter alterius vocati sumus, ac digni effecti, qui Christi corpus appellemur. Idem. 1.Cor.11. Rom.12. E 1.Cor.11. Rom.12. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et interficiet robu. *scilicet septem fratres qui cum matre fuerunt robustissimi ad tenendum legem Dei, vt patet ij. Machab. vij. Et quia non solum illi sunt interfecti ab Antiocho, sed etiam multi alij, q noluerunt derelinquere legem Dei: ideo sequitur:*
2 Et populum sanctorum secundum. *interficiet scilicet.*
3 Et dirigetur dolus in manu eius. *id est, ad finem intentum ab eo perducetur per opera eius.*
4 Et cor suum magnifi. *quia Antiochus intantum erat elatus per superbiam, quasi crederet habere terram ad nauigandum, & mare ad ambulandum, vt dicitur ij. Machabæo. v.*
5 Et in copia rerū omniū occi. pluri. *quia talem occisionē sanctorum fecit per temporalem potentiam à Deo sibi permissam.*
6 Et contra principem principum consurget. *quia contra Deum surrexit auferendo cultum eius quantùm ad tempus.*
7 Et sine manu conteretur. *quia Antiochus rediens de Perside percussus à deo morbo intestino mortuus est, prout habetur ij. Machab. ix. Quoniam autem sicut dictum est, Antiochus fuit figura Antichristi, ideò litera ista quæ exposita est de Antiocho, iterum melius exponitur & perfectius de Antichristo, ab illo loco vbi incipit scriptura loqui de Antiocho cum dicitur:* Et post regnū eorū. *scilicet Græcorum: quia regnum Antichristi pertinet quodāmodo ad regnum Romanum de quo orietur, vt prædictum est, quod quidē regnum Romanū est: post regnum Græcorum: de quo fit mentio in parte immediatè præcedenti, vt patet. Cum creuerint iniquitates, quia secundū testimoniū Saluatoris Matt. xxiiij. b. imminente tēpore Antichristi abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum. Consurget rex impudens facie, quis Antichristus ad omne malum erit inuerecundus. Et intelligens propositiones, qa Antichristus erit callidissimus ingenio naturali & auxilio diaboli familiaris sibi, qa habebit dæmonē principē. Roborabitur fortitudo eius, quia excedet omnē terrenam potentiā tempore suo. Sed non in viribus suis, qa non erit hoc virtute humana, sed diabolica, in cuius virtute faciet illa mirabilia, deo tamen permittente. Et supra quàm credi potest vniuersa vastabit, &c. q a potestas Antichristi sic subitò apparebit, ꝙ omnibus admirabilis erit. Et interficiet robustos, &c. i. illos qui inuenientur firmi in lege Dei nolentes ei obedire. Et dirigetur dolus, &c. i. ad finē intentum ab eo perducetur, licet ad tempus breue. Et cor suum magnificabit, quia extolletur super omne illud quod dicitur Deus aut quod colitur, vt dicit Apostolus ij. Thes. ij. b. Et in copia omnium rerū occidet plurimos, quia per fortitudinem militiæ & thesauros diuitiarum naturalium & artificialium multos interficiet. Et contra principem principum consurget, i. contra Deum cultum eius auferēs, & sibi vsurpans: quia in templo Dei sedebit ostendens se tanquam sit Deus, vt dicitur ij. ad Thes. ij. b. Et sine manu conteretur, quia dominus Iesus Christus eum interficiet spiritu oris sui, vt ibidem dicitur. Sequitur:*
8 Et visio vespere & mane, &c. *i. per successionem temporis apparebit veritas visionis ipsius inquantùm pertinet ad Antiochum, & inquantùm pertinet ad Antichristum. Vel aliter exponitur, vt per mane intelligetur tempus Antiochi, quod fuit primum respectu tēporis Antichristi, vt sit sensus: Visio prædicta, secundum quòd refertur ad mane, i. ad tempus Antiochi: Et vespere, i. ad tempus Antichristi, vera est, quia in vtroque sensu habet veritatem, vt visum est. Sequitur:*
9 Tu ergo. *Daniel.*
10 Signa visionem. *i. memoriæ commenda eam scribendo, vt postea possit sciri à posteris.*
11 Quia post multos dies erit. *id est, complebitur.*
12 Et ego Daniel langui & ægrotaui per dies. *Hîc ponitur quadā conclusio respectu præcedentium, cùm dicitur:* Et ego Daniel langui. *concussus timore visionis, & admiratione. Sequitur:*
13 Cumq; surrexissem faciebam opera regis. *id est, negocia regni, quia super ipsa erat positus Daniel, vt visum est suprà.*
14 Et stupebam ad visionem. *propter horrorem malorum futurorū.*
15 Et non erat qui interpretaretur. *Quia licet visio esset ei interpretata in generali, non tamen omnino in speciali quantùm ad nomina regum & determinatarū personarum. Ex quo patet, quòd spiritussanctus non semper reuelat prophetis sensum plenarium visionis. Sed solùm quantùm expediens est pro loco & tempore & personis, pro quibus fit reuelatio. Et propter hoc prophetæ non ita clarè scripserunt mysteria Christi de futuro, sicut Euangelistæ scribentes historiam de præterito. Videretur fortè alicui, quòd hæc visio non posset literaliter exponi de Antichristo. Primò, qa tribulatio quæ hîc describitur, dicitur durare per sex annos, vt dictum est: quod non potest dici ad literam de persecutione Antichristi, quæ durabit tantum ad tres annos & dimidium, vt dicetur infrà x. cap. & xij. Secundò, quia hîc dicitur quòd in hac tribulatione quæ hîc describitur, debet auferri iuge sacrificium. Iuge autem sacrificium nunc est sacrificium altaris, quod non cessabit vsque ad iudicium finale, secundū quod dicitur Matt. vlt. d.* Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. *Ad primum dicendum, quòd persecutio Antichristi aliquando accipitur strictè pro tempore in quo Antichristus persequitur fideles in persona propria: & sic non durabit, nisi per tres annos & dimidiū. Aliquando largè accipitur, inquantum cum hoc accipitur aliquid de tempore præcedenti in quo per ministros Antichristi fiet quædam dispositio ad ipsum per deceptiones & malas persuasiones: & sic accipitur hîc duratio illius persecutionis. Ad secundum dicendum, quòd sacramentum altaris tempore Antichristi cessabit quantum ad solennitatem, quia tunc Missæ non celebrabuntur publicè, sed tantum occultè propter rabiem illius persecutionis, & sic intelligitur hîc cessatio iugis sacrificij.*

Ee

☞ CAP. IX.

A Hieron. a In anno primo. Ne putemus eum qui filius Hystaspis, cuius secundo anno tẽplum ædificatũ est, quod Porphyrius suspicatur, vt annos Danielis extendat: vel eũ qui ab Alexandro rege Macedonũ superatus est, & nomẽ patris & victoriam addidit, quia prim⁹ de semine Mœdorũ subuertit regnũ Chaldęorũ, vt auferat propter similitudinẽ nominis errorem.

Iere.25.c. & 29.c. Hiero. b Ego Daniel. Prædixit Ieremias lxx. annos desolationis templi: post quos rediret populus in Iudæã, & ædificaretur templũ, quæ res non facit Danielẽ negligentẽ, sed promouet in precẽ, vt quod Deus per suam promisit clementiam per suam impleat pre- B cem, ne superbia negligentiã faceret, & negligẽtia offensam pariat.

riat. Legimus in Gen.cxx. annos pœnitẽtiæ cõstitutos ante diluuiũ. Sed quia c.annis filij hominum pœnitere neglexerunt, non expectat Deus vt xx.cõpleantur, sed antè infert quod posteà fuerat cõminatus. Vnde & ad Ieremiã dicitur ob duriciam Iudęorũ: *Ne ores pro populo hoc, quia non exaudiã te.* Et ad Samuel: *Vsquequò luges super Saul? Ego abieci eũ.* Igitur in sacco & in cinere postulat impleri quod De⁹ promisit, non quòd sit incredulus futurorum. (D; Gen.6.a.; Iere.11.c.; 1.Reg.16.a.)

c *Et posui faciẽ meã, &c.* ✠ CYPRIANVS. Daniel post fidei ac innocentiæ suæ multiplicẽ gratiam, post dignationẽ Dñi circa virtutes ac laudes suas sæpe repetitam, ieiunijs adhuc Deum promereri nititur, in sacco & in cinere volutatur, exomologesin faciens dolentor, &c. (Ser. 5. de lapsis.; † Iere. 25. c. & 29.c.; E)

☞ CHRYSO

CAP. IX.

a ¶ Qui supra dicitur Balthasar successisse, qui primum captum Israël soluit, deinde Cyrus. ¶ Non illius qui in Esther legitur.
a In anno primo Darij filij Assueri de semine 1
¶ Qui & Astyages. a ¶ Primus. 2
b Mœdorũ, qui imperauit super regnũ Chal 3
dæorũ anno vno regni eius, ego Daniel in- 4
¶ Ieremiæ. ¶ Numero. 5
tellexi in libris numerũ annorũ, † de quo fa 6
ctus est sermo dñi ad Ieremiã prophetã, vt cõplerentur deso 7
a ¶ Templi. b ¶ Non ingratus promissionis Dei. c ¶ Mentis. 8
c lationis Ierusalẽ septuaginta anni. Et posui faciẽm meam ad 9
a ¶ Charitatis priuilegio. ¶ Hæc sunt arma pœnitentium. 10
dñm Deũ meum, rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & ci- 11 12

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IX.

Octaua visio. In anno primo. *Hic ponitur octaua visio, quæ fuit facta in anno primo Darij, qui occidit Balthasar. Postquam Daniel descripsit vltimæ tribulationis totalem decursum & principalem eius conflictum, vt visum est in duobus præcedentibus capitulis. Hic consequenter describitur eiusdem tribulationis solatium, quod maximè erit ipsis fidelibus ex consideratione passionis Christi. Igitur causa materialis est de lxx. hebdomadibus determinatis & præfixis vsq; ad passionẽ Christi, quæ maximè erit imitanda tempore Antichristi. Causa finalis vt ostendatur tempus expiationis peccati per mortem Christi: & per hoc detur consolatio Christi fidelibus in tribulatione Antichristi existentibus. Causa efficiens est instinctus spiritussancti factus Danieli confitenti peccatum suum, & desideranti & postulanti remedium. Causa formalis in diuisione consistit quæ talis est, quia primò ponitur meritum orationis, secundò modus reuelationis, ibi:* Cumq; adhuc loquerer. *Primũ est ex parte Danielis. Secundum ex parte Angeli reuelantis, Circa primum tria notãtur. Primum est, debita conditio orantis. Secundum, confessio pœnitentis: ibi:* Et orauit Deum. *Tertium, intentio petentis, ibi:* Et nunc domine. C *Circa primum considerandum, quòd debita conditio orantis est ꝙ attendat debitum tempus orandi: hoc facit Daniel hic, quia intellexit quod appropinquabat tempus à deo promissum deliberatione populi: & hoc est quod dicitur.*

1 In anno primo Da. filij Assueri. *Aduertendum est quòd iste Assuerus non est iste sub quo historia Esther facta est: quia ille fuit post per magnũ tempus, sed iste Assuerus est ille qui supra dictus est Astyages, & hoc est quod subditur:*

2 De semi. Mœdo. *quia Darius victo Balthasar transtulit regnũ ad Mœdos.*

3 Qui imperauit super regnum Chaldæorum. *Primus, non simpliciter & absolutè, sed primus, de prædicto semine scilicet Mœdorum.*

4 Anno vno. *i. primò secundum modum loquendi hebraicum. vnde dicitur Gen.j.a.* Factum est vespe & mane dies vnus. *i. primus.*

5 Ego Daniel intelle. in libris. *Ieremiæ.*

6 Numerum anno. &c. *Et nota, quòd iste cui reuelabantur diuina secreta nihilominus tamen scripturam Ieremiæ & aliorum prophetarũ legebat, contra illos qui confidentes de proprio ingenio dedignantur videre dicta aliorum. Scriptura autem illa de qua fit hic mentio habetur Iere. xxix. a.* Cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, & reducã vos ad locum istum, &c. *Completionem autem annorum appropinquantem intellexi per tempora regum qui remanerent à principio desolationis Ierusalem vsq; ad tempus illud, per quæ fuit ostensum. Esdræ j. quòd hæc desolatio fuit completa anno iij. Cyri, ante Cyrum verò Darius Mœdus regnauit duobus annis, & sic complementum desolationis distabat tantum quinq; annis & principio sexti, quia Cyrus de quarto anno suo regnauit tantum in principio ante dictum complementum. vt ibidem dictum fuit.* (Non confidendum proprio ingenio.)

7 Et posui fa. meã, &c. *id est, attentionem mentis & faciem corporis quoniam versa facie versus Ierusalem orabat, vt dictum est supra vj.*

8 Rogare. *feruenter.*

9 Deprecari. *perseueranter.*

10 In ieiunijs. *vt simul fieret deo sacrificium per spiritus orationem, & per carnis eius macerationem, quia scribitur Tobiæ xij.b.* Bona est oratio cum ieiunio.

11 Sacco. *id est cilicio.*

12 Et cinere. *i. recordatione fragilitatis humanæ. Hic erat modus Iudæorum quando erant in afflictionibus positi ponere cinerem super caput in signum humiliationis: quia dicitur Eccle. xxxv. c.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *Sed videtur hic, ꝙ Daniel peccauerit orando pro liberatione populi: quia talis oratio videtur procedere ex quadam dubitatione, ne impleretur verbum Dei dictum per Ieremiã de liberatione populi tempore determinato: & hoc videtur importare defectum fidei. Dicendum, quòd Daniel orabat pro diuinæ promissionis impletione, non quia dubitaret de Dei fidelitate, sed vt ostenderet se gratum Deo de promissione prius facta. Itẽ Daniel sciebat promissiones diuinas impleri per orationes bonorum, quia sicut Deus ordinat aliquid futurum, ita etiam & modum eueniendi, quia vtrumque cadit sub diuina ordinatione, scilicet res & suus modus, & ideò orabat impleri promissionem à Deo factam. Item promissiones diuinæ in sacra scriptura semper intelligendæ sunt sub conditione, scilicet nisi ponatur impedimentum ex parte illius cui promissio fit Deum offendendo. vnde dicitur Iere. xviij. b.* Subitò loquar de gẽte & de regno, vt ædificem & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt nõ audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum, vt facerem ei. *Timebat autem Daniel ne filij Israël per peccata sua posuissent impedimentum diuinæ promissioni: & ideò orabat dominum ad tollendum illud impedimentum si esset. Per prædicta patet argumentum, quia oratio Danielis non procedebat ex aliqua infidelitate, sed magis ex bonis causis.* (F; Modus orãdi in afflictione.)

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *In anno primo Darij filij Assueri, &c.* Sequitur:

5 *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorũ, &c.* Iste Daniel fuit perfectus in vita contemplatiua: Quod patet ex hoc quod dicitur supra cap. j. *Danieli autem dedit Deus intelligentiam omniũ visionum atq; somniorum.* Fuit etiam perfectus in actiua vita, quod patet ex hoc, ꝙ Darius rex cogitauit eum cõstituere super omne regnum propter suam industriam ad regendum, sicut dictum est suprà vj. cap. Igitur per Danielem significatur Episcopus bonus, qui debet esse perfectus in vtraque vita, per hoc autem quòd Daniel sic perfectè studebat in libris Ieremiæ, ostenditur quòd Episcopus quantumcunque literatus debet studere in libris sacræ scripturæ.

7 *Et ego posui faciem meam ad dominum Deum, &c.* nam Episcopus qui medius est inter Deum & populum debet pro populo suo deuotè deprecari dominum.

10 *In ieiunijs sacco & cinere.* Debet enim Episcopus austeram vitam ducere exemplo Pauli dicentis j. Corinth. ix. d. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar:* vnde & Episcopi ecclesiæ primitiuæ fuerunt austerissimæ vitæ.

✠ Et dixi

☞ ✠ CHRYSOS. Non ausus fuit preces admouere Deo, ante tempus præfinitum, ne frustra temeréque admouens audiret quod Hieremias, *Ne rogaueris pro populo isto.* Verum vbi vidit vaticiniũ esse completum, simulque tempus vocare ad reditum tunc orat: non simpliciter, sed in ieiunio, sacco, & cinere. (A; Orat.2. adu. Iudæos.; Iere.7.11.14.; Cõfessio peccatorum necessaria.)

a *Confessus sum. &c.* ✠ CHRYSOST. Vna siquidem solaque purgatio peccatoribus reliqua est post peccata, videlicet vt sua commissa confiteantur. (Vbi supr.)

✠ BASILIVS. Qui prius fuistis in profũdo malitiæ, & carnis impuritate contaminati, in propitiationẽ remissionemque admissorum, confitemini de his, quæ à vobis nõ rectè prius nec sobriè facta sunt. († Baruc.2.a.; In Ps.29.)

✠ IDEM. Vult tui misereri iudex, teque miserationibus suis cõplecti, si modò post admissa humilem te factum & contritum inueniet. Insuper si quæ clam cæteris & in arcàno designasti, prodideris & euulgaueris fratri citra pudorem vllum. (In Ps.32; B; In Reg. breuior interr. 288.)

✠ IDEM. Quoniam conuersionis modus accommodatus esse debet ei qui peccat, & præterea, opus est fructibus dignis pœnitentiæ, necessario ijs peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Siquidem rationem hanc in pœnitentia etiam veteres illos cernimus securos fuisse, quando & in Euangelio scriptũ est, quod Ioanni confitebantur peccata sua: & in Actis, apostolis ipsis, à quibus etiam baptizabantur cuncti. (Mat.3.; 1.Cor 4.; Matt.3.; Act.19.; In Ps.37.)

✠ AMBROS. Plurimum suffragatur reo verecunda confessio, & pœnam quam euitari non possumus, pudore subleuamus. (Li.50. hom. ho.41.)

✠ AVGVS. Non solũ post pœnitentiam à vitiis se homo seruare debet, sed & ante pœnitentiam, quia si ad vltimum vitæ steterit, nescit si ipsam pœnitentiam accipere, ac Deo & Sacerdoti peccata sua confiteri poterit. (C)

b *Obsecro Deus magne &c.* ✠ THEODO. Magnum atque admirabilẽ vocat, vt qui magna & mirabilia possit efficere. Ab actionibus enim & efficacia diuini viri diuina imponere nomina consueuere. Et custodire ipsum dixit testamentum, admonens eorũ quæ Abraham, Isaac & Iacob olim promissa sunt: omnique studio orans docet non simpliciter illum custodire, sed diligentibus eũ, & custodiẽtibus mãdata eius. Si quis enim tua inquit, mãdata violet, seipsum indignũ tuis pollicitationibus reddit.

c *Peccaui* ✠ THEODORETVS. Cùm admodum conueniẽter admirabilia illa nomina Deo imposuisset, contraria & penitus aduersa sibi imposuit. Neque cõtentus dixisset, *peccauimus*, adiecit, *iniquitatẽ fecimus*, ingrati erga tua beneficia fuimus: *impiè gessim⁹*, aliis diis animo, sensuque carẽtibus, ac nulla vi præditis, tibi prælatis. (E)

d *Non obediuimus.* ✠ TEOD. Ostendit eam curam qua se Deus cõtinenter tuebatur, & ingentem populi stultitiam subiicit. Neque destitit tua nos gratia tueri. & per prophetas colloqui, modo cũ regibus & prĩcipibus, modo cũ sacerdotibus & doctoribus, hos enim patres vocauit, & sępe etiam cum populo. Sed quamuis hæc ita fierent, nos tamen contradicere perseuerauimus. Ideo iure addidit.

e *Tibi Domine iustitia, &c.* ✠ THEOD. Quæ à te facta sunt, tuam iustitiam commendant, nos verò propter ingentia nostra scelera, pudore perfusi, ingrati animi nostri crimen accusamus. Tibi enim ex nostra impietate damni accidit nihil, nos autem seminum fructus tulimus.

f *Nobis confusio faciei, &c.* Vnumquodque horum satis est ad flectendum & inducendum vel crudelissimum ad misericordiam, nedum mitissimum & humanissimum.

g *Tibi au.* Decet enim te mitẽ & clementem misericordia erga nos commoueri: Et commorans in accusandis peccatis (audiuit quippe Deũ dicentẽ, *Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris*) asciscens sibi populi scelera, ea accusat, diuinã prouocans misericordiam.

☞ a Stilla-

a nere, & oraui dominum Deum meum, & cõfessus sum, & di- 1
a ¶ Cuius nos serui. b ¶ Cuius nos creatura. c ¶ Nos minimi. d ¶ Contemptoribus. e ¶ Non ergo quod pollicetur Deus statim futurum (aliàs factus est: sed eis promissa complet, qui mandata eius custodiunt.
b xi: Obsecro dominẽ Dẽus mãgne & tẽrribilis, custõdiens pa- 2 3
a ¶ Si diligitis me, mandata mea seruate. 4
ctum & misericordiã diligẽntibus te, & custodientibus man 5 6
a ¶ Peccata populi in sua persona enumerat, quia vnus ex eis, sicut Paulus in epistola sua ad Romanos. b ¶ In alios. c ¶ In nos.
c data tua. † Pẽccauimus, iniquitãtem fecimus, impiẽ egimus, 7 8
a ¶ Quia. 9
d & recessimus & declinauimus à mãdatis tuis ac iudicijs. Nõn 10 11
a ¶ Qui vos spernit, me spernit. ¶ Non suo. 12
obediuim⁹ serũis tuis prophetis, qui loquuti sunt in nomine 13
a ¶ Nemo ergo excusabilis. 14
tuo, regib⁹ nostris, principib⁹ nostris, patrib⁹ nostris, õmniq; 15
a ¶ Quia iuste patimur quæ meremur. b ¶ Confusio faciei meæ cooperuit me. ¶ Id est, nobis. 16
e populo terrę. Tibi dominẽ iusticia, nobis autẽ cõfũsio faciei,
a ¶ Pater. b ¶ Ducibus, quia duces de Iuda. vnde: Non deficiet princeps de Iuda, &c. c ¶ Secundum iustitiam tuam. d ¶ Similes in pœna sicut in culpa.
sicũt est hõdie, virõ Iuda & habitatoribus Ierũsalem, & omni
a ¶ His qui fuerunt Duces & habitatores Ierusalem: modo enim nulli tales erant. ¶ Dispersi.
Israel, his qũi propẽ sunt, & his qui procul in vniuersis terris
a ¶ Ate. ¶ A terra tua. b ¶ Quæ non accuso sed me, & meos accuso.
ad quas eiẽcisti eos ꝓpter iniquitatẽs eorũ, in q̃bus peccaue-
a ¶ Contra. ¶ Mirum quia serui contra dominum. ¶ Ergo.
f rũt in tẽ domine. Nobis confusio faciei, regibus nostris prin
a ¶ Sibi confusio. ¶ Qui supra dixerat: Tibi Domine iustitia ne tantum iustus putetur addit, Tibi autem do. Deo no, &c. vt iudicis sententiam flectat ad misericordiam.
g cipibus nostris, & patribus nostris qui peccauerũt. Tibĩ autẽ 18
domino Deo nostro misericordia & propiciatio, quia reces-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et oraui dominum, &c. *Hic consequener describitur confessio pœnitentis. vbi notandum, quòd Daniel assumit in se personam populi Israel, quia non erat talis ætatis nec conditionis, quòd talia mala egisset, quando fuit translatus: quia erat puer sanctus, sed peccatum populi Israel dicit peccatum suum, inquantum erat populi illius membrum. Procedit autem sic: quia confitendo primò narrat malicias deprauantes, secundò remouet circunstantias excusantes, ibi:* Non obediuimus. *Tertiò exaggerat conditiones aggrauantes ibi:* Et stillauit. *Et nota, quòd in omnibus istis attribuit Deo iusticiam, & sibi & populo Israël, iniusticiam. Circa primum notandum, quòd malicia deprauantes sunt contra bonos mores omittendo præcepta & faciendo prohibita. Dicit igitur præponens Dei magnitudinem & clementiam, vt per hoc peccatum populi grauius appareat.*

2 Obsecro domine, &c. *quia s. pereminet omnibus quæ possumus de Deo cogitare vel dicere.*

3 Et terribilis. *Transgressores puniendo.*

4 Custodiens pactum. *Promissa implendo.*

5 Et misericordiam. *vltra promissa addendo, sed quibus hoc fit subditur.*

6 Diligentibus te, &c. *Corde & opere. Vlterius incipit peccata confiteri, dicens:*

7 Peccauimus. *In omni genere peccati scilicet, quod explicat consequenter.* 8 Iniquitatem fecimus. *Contra homines.*

9 Impiè egi, contra Deum. *Pietas enim est cultus diuinus: & ideò impietas est recessus à debito cultu diuino.*

10 Et recessimus. *à mandatis tuis, ea totaliter deserendo.*

11 Et declinauimus. *Primò paulatim contrarium agendo, quia non statim decidit homo in profundum peccatorum. Dicit autem.*

12 A mandatis tuis. *Propter præcepta moralia.*

13 Ac iudiciis. *propter iudicialia.*

14 Non obediuimus. *Hic consequenter remouet circumstãtia excusantes quæ sunt ignorantia & infirmitas. Primum remouetur per hoc ꝙ populus Israël fuit inobediens verbis prophetarum ex ore Dei loquentium. Secundum remouetur per hoc quòd non solum vulgares homines peccauerunt, immò etiam illi qui credebantur esse viri perfecti in populo, & hoc est quod dicitur:* Non obediuimus seruis tuis, &c. *non ex capite proprio.* (Diuisio.)

15 Regibus nostris, & principibus nost. &c. *Id est sacerdotibus qui quasi patres habebantur.*

16 Omniq; populo terrę. *Hoc addit, vt nemo appareat excusabilis.*

17 Tibi domine iusticia, nobis. *Quia ista mala incurrimus propter peccata nostra, sequitur:*

18 Tibi autem domino Deo nostro misericordia, &c. *Quia circa con-*

MORALITER.

✠ 1 *Et dixi. Obsecro domine Deus magnæ & terribilis.* Hic ponitur orationis processus, qui totus est moralis ad literam: sicut patet in expositione mea literali: propter quod hic omitto.

a *Stillauit super nos*
A *maled. & detest. &c.*
✠ THEODORET. Iusiurandum vocat quod Deus iurauit Deu. 32. *Leuabo in cælum manum meā, &c. Acuam vt fulgur gladium meum. Reddam vltionem hostibus meis Inebriabo sagittas meas sanguine, &c.* Execrationem verò eam dicit, quæ à sex tribubus facta est in monte Gebal. Deut. 27.

† iusiurandum quod scriptum
† impleuit

b *Vt superinduceret super nos mala, &c.*
✠ CHRYSSOT. Quę tandem ista? Matres liberos suos comederunt. Et hoc
B sanè prædicit Moses: *Attiget impiā mensā, & suos ipsi filios comedet.* Hieremias autem declarat hoc euenisse dicens: *Manus mulierum miserabilium aggressæ filios suos.*

Orat. 2. adu. Iudæos.
Deu. 28.
† festinauit
* quoniam
Thren. 4.

c *Et vigilauit dominus, &c.* Quando propter peccata corripimur, vigilat sup nos Deus: Quando hoc non facit, dormire dicitur nobis. Vnde in Psa. *Surrexit tanquam dor. dominus tanquam potens cra. à vino.* Malicia enim & nequitia nostra inebriat eum, qui quando in nobis
C corripitur euigilare dicitur, & de ebrietate consurgere, vt nos
D ebrios euigilare faciat iustitiæ.

Hieron.
Psal. 77. a.
† lucere fac
† dominum

d *Qui eduxisti populum tuū, &c.* ✠ THEO. Pristina cômemorat beneficia, vt grati animi significatione, misericordiam sibi conciliet, & ait. Facilè est tibi Domine, libertatem nobis gratificari, etenim infinitis iam editis miraculis, & pęnis Ægypti is illatis, ab amara illa seruitute in libertatem populum tuum vindicasti, &c. Et quia nos indignos tua clementia præstitim⁹, supplices petimus, vt ciuitatē tuam tua venia dignā
E censeas, ac montem illum quem sanctum, eò quod ibi apparueris, ostendisti.

† Intelligeremus

e *Nunc ergo exaudi.* ✠ THEODORET. Accipe inquit, serui tui preces Domine, & inspice quàm deser tus sit locus ille, quē tu sanctum fecisti, ipsumque tua gratia comple. Et quia indignus erat popul⁹, qui hæc obtineret, opportunè subiecit.

† secundum omnes iustitias tuas.

f *Propter temetipsum.* Ea quæ te decent fac Domine, & ne scelera nostra tecum reputa-
F ueris, sed perēnes tuæ clementiæ fontes.

☞ a *Incli*

a ¶ Qui dicit: Attendite popule meus legem meam. b ¶ Proiicientes.
simus à te: & non audiuimus vocē dômini Dei nostri, vt âm-
a ¶ Non alijs. b ¶ Quibus credendum. c ¶ Tamen. d ¶ Omnes declinauerunt simul in.f.s.
bularemus in lege eius, quā posuit nôbis per seruôs suos pro-
a ¶ Quod mirum. a ¶ A te inclinante.
phetas, ět ômnis Israel præuâricati sunt legem tuam, & dêcli-
a ¶ Non tota in nos effunditur ira, quam ferre non possumus.
a nauerunt, ne audirent vocem tuam, & stillâuit super nos ma- 1
a ¶ In Deutero. maledictiones, & benedictiones legimus quæ postea dictæ sunt in monte Garizim & Gebal super iustos & peccatores.
ledictio & † detestatio, quæ scripta est in librô Moysi serui
¶ Effectum scilicet
Dei, quia peccauimus ei. Et † statuit sermones suos, quos lo- 2
¶ Opprimendos. a ¶ Non secundum Deum.
cutus est super nos, & super principes nostros qui iûdicaue-
b ¶ Hyperbole.
runt nos: vt super induceret in nos malum magnum, quale 3
nunquam fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in
Ierusalem, sicut scriptum est in lege Moysi. Omne malū hoc
¶ Tamen. a ¶ Grandis duricia, etiam flagellati non rogant, vel si rogant, non auertuntur ab iniquitate.
venit super nos. Et nôn rogauimus faciem tuam domine deus 4
¶ Ad te. ¶ Id est.
noster vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & † cogitare 5
c a ¶ Nostram.
mus veritatem tuam. Et † vigilauit dominus super mâliciá, 6 7
& adduxit eam super nos. *Iustus dominus Deus noster in o-
mnibus operibus suis quæ fecit. Nō enim audiuimus vocem
a ¶ Antiquum recolit beneficium, vt ad simile prouocet Deum.
d eius. Et nunc domine Deus noster, qui edûxisti populum tuū 8
a ¶ Gloriæ.
de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nômen secundū 9 10
a ¶ Sicut in hac die. b ¶ In nos. c ¶ In proximos.
diêm hanc: pêccauimus, iniquitatē fecimus, domine † in om-
nem iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus 11
a ¶ Pro homine rem inducit theorice. ¶ Sion.
à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter pec- 12
a ¶ Reddam peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem. 13
cata enim nostra & iniquitâtes patrum nostrorum: Ierusalē 14
¶ Gentibus.
& populus tuus in opprobrio sunt omnibus per circumitum
e nostrum. Nunc autem exaudi Deus noster orationem serui
a ¶ Imple quod promisisti. b ¶ Templum.
tui, & preces eius, & † ostênde faciem tuam super sanctuâ- 15
a ¶ Non nos qui indigni. 16
f rium tuum, quod desertum est. Propter † temetipsum 17

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tra condignum punisti nos. Et notat quòd frequenter hîc repetit eandem sententiam sub alijs verbis, ostendēdo Dei iusticiam & misericordiam & populi Israel iniquitatem: talis enim est conditio loquentis ex affectu & persuadentis iudicē, vt ipsum magis moueat ad clementiam.*
1 Et stilla. *Hic describit conditiones aggrauantes, quæ sunt obstinatio in peccato, & ingratitudo de beneficijs acceptis, quæ patent ex hoc quod licet dominus percuteret eos paulatim ad eorum correctionem, & mitteret Prophetas ad reuocandum eos, non sunt tamen reuersi ad rogandum dominum, & regratiandum de paterna correctione, sed obstinati sunt in malis suis: propter quod finaliter venerunt maledictiones super eos scriptæ in lege Moysi, Deu. xxvij. vbi maledicuntur transgredientes legem domini & hoc est quod dicitur hîc* Et stillauit super nos maled. &c. *Et bene dicit stillauit, quia non simul vno impetu descendit super eos Dei punitio, sed primò passi sunt aliquas persecutiones particulares ad eorum reuocationem & correctionem antequam totaliter captiuarentur per Nabucod. vt patet ex decursu quarti libri Re. & ij. Para. Sequitur:*
2 Et statuit ser. &c. *id est, stabiles ostendit in punitione nostra iusta. Sequitur:*
3 Vt sup. indu. &c. *Figura hyperbole est ad designandum magnitudinem suæ tribulationis. Vel secundum veritatem hystoriæ potest hoc exponi de templi combustione, in quo Deus colebatur: & tale malum non fuit factum alicubi, quia in nullo alio loco erat templum Deo cœli dedicatum.*
4 Et non rogauimus faciem, &c. *in quo ostenditur eorum obstinatio.*
5 Et cogitaremus, &c. *in puniendo nos.*
6 Et vigilauit dominus super. *scilicet super malitiam culpæ.*
7 Et ad eam, &c. *puniendo nos iustè. Cætera patent.*
8 Et nunc domin, &c. *Hîc consequenter declaratur intentio postulantis: & primò quantum ad petitionis materiam, secundò quantum ad impetrandi fiduciam, ibi:* Propter temetipsum. *tertiò, quantum ad petentis instantiam & deuotionem ibi:* Exaudi domine. *Circa primū considerandum, quòd materia suæ petitionis est duplex scilicet amotio mali, & collatio boni. Ad impetrādum primum reducit ad memoriam malū seruitutis Ægyptiacæ ab eis amotum per dominum, quia modus magnifici est dare citius beneficium postulatum, quando præcedens beneficium ad memoriam reducitur, vt habetur iiij. Æthicorum. & hoc facit Daniel in proposito, di.* Et nunc domine Deus noster qui eduxisti, &c. *Pharaonem percutiendo, & mirabilia pro populo tuo faciendo, quæ non poterant fieri nisi virtute infinita.*
9 Et fecisti tibi nomen. *Quia per illud factum nomen domini publicatum fuit quasi per vniuersam terram.*
10 Secundum diem hanc. *vt patet hac die, quia filij Israel tunc dispersi per orbem narrabant ea quæ dominus pro eis fecerat in Ægypto. Sequitur:*
11 Auertatur obse. ira tua, &c. *Metaphorica est locutio. Deus enim dicitur irasci quando punit, quia ad modum hominis irati se habet, & sic Daniel petit punitionis amotionem.*
12 A ciuitate tua Ierusalem. *in qua vigebat cultus diuinus ex diuina electione:*
13 Et à monte sancto tuo. *in quo erat templum, quia illa pars ciuitatis Ierusalem, in qua erat templum erat montuosa, Sequitur:*
14 Ierusalem & populus tuus in opprobrio sunt omnibus, &c. *quia non solummodò Babylonij captiuauerunt filios Israël, sed etiam Assyrij & alij populi qui erant in circumitu eorum, multos detinebant captiuos de filijs Israel.*
15 Et ostende faciem tuam. *Hîc ponitur secundum, quod est materia suæ petitionis, scilicet collatio boni.*
16 Super sanctuarium tuum, &c. *q.d. restitue ciuitatem & templum in statum pristinum.*
17 Propter temetipsum: *Hîc secundò tangitur impetrandi fiducia,* ✠ *quia*

☞ a *Inclina aurem tuā.*
A ✠ THEOD. Idem est acsi diceret: Ne auerseris preces meas, sed amicè & beneuolè audi deprecationē meā. Nouit enim numen corporis expers esse: aliter tamen cùm homo esset, cū Deo colloq nesciuit: sed quādo quilibet homo oculis videt, aur. b⁹ audit, hæc eadem corpore
B carenti Deo attribuit, ita ea vocās quæ ab illo efficiuntur.

b *Exaudi domine placare, &c.* ✠ THEOD. Admirari operæpretium est eorum quæ dicta sunt ordinem. Supplicat enim Deo primùm vt audiat deprecationem, deinde vt cùm audierit propiti⁹ fiat, & propiti⁹ factus benignè attēdat, tum id perficiat quod petitur. Adhæc, addidit, *ne moreris.* hoc est ne quod precamur in aliud tempus dilatū
C velis, sed mox dignos nos censeas quib⁹ teipsum ostendas Finis autem deprecationis dign⁹ est Danielis humilitate: *Propter te* inquit, *Deus meus,* neque enim ego dignus sum, qui hanc à te gratiam exorem: sed *Quia nomen tuum inuocatum est super populum tuum.*

† Sup. 8. c.

c *Ad-*

a ¶ Anthropopathos. Quando exaudimur, inclinare Deus aurem videtur. Quando respicit, videtur nos dignanter respicere oculis, Quando auertit faciem & oculis & auribus videmur indigni.
b ¶ Fac nos dignos visione tua & auditione.
a inclinâ Deus meus meus aurē tuā, & aûdi: aperi oculos tuos,
a ¶ Si non nos, saltem ciuitatem.
& vide desolationem nostram, & ciuitâtē super quā inuoca-
a ¶ Da gloriam nomini tuo. b ¶ Quia indigni.
tum est nômē tuum. Neque enim in iûstificationibus nostris
a ¶ Humiliter. b ¶ De quibus præsumimus. c ¶ Secundum multi. miserationum tuarum dele iniquitatem nostram.
prostêrnimus prêces ante faciem tuam, sed in misêrationib⁹
a ¶ Seruos tuos. b ¶ Etsi iratus. c ¶ Etsi auersus. b ¶ Quod petimus. 1
b tuis multis. Exâudi domine, plâcare domine, âttende & fâc. 2 3
a ¶ Velociter exaudi nos. b ¶ Quo nihil maius, quid ergo propter semetipsum rogatus potest negare? c ¶ Ideo. d ¶ Ne des alienis honorem tuum
Ne môreris propter têmetipsum De⁹ meus, quia nomē tûum 4 5
a ¶ Affectuose. b ¶ In protectionem. c ¶ Tuæ quod tuum est. d ¶ Adhuc te loquente dicam: adsum.
inuôcatum est supêr ciuitatem, & super populum tuū. Cum- 6
a ¶ Endiadis. b ¶ Quia est confessio laudis determinat. c ¶ Non tantum populi, quia in multis offendimus oēs: vel ex humilitate, & si non peccauit, se populo adiungit, vt veniā consequatur.
c q; adhuc loquêrer, & orarem, & cônfiterer pêccata mea, & 7 8
peccata populi mei Israel, vt prosternerem preces meas in cō
a ¶ Vnde: Adhuc te loquente dicam: ecce adsum.
spectu Dei mei pro monte sancto Dei mei: adhûc loquente 9
a ¶ Non sexum, sed virtutem significat honorabiliori sexu. 10
me in oratione mea, † ecce ûir Gabriel quē viderā in visiōe 11
a ¶ In præteritā visione quam hic exequitur. b ¶ Quia à sacrificio matutino vsque ad vesperam oratio durauit, & ideo Deum ad misericordiam flexit. vnde, Multum valet deprecatio iusti assidua. 12
d à principiô citò volâs tetigit me in têporē sacrificij vesperti- 13
a ¶ Tam obscura est visio, vt etiam propheta doceri egeat. b ¶ O. b ¶ Non à facie Dei, vt ab eo recederem qui vbique est, sed vt te docerem. ¶ Ab inuisibilitate factus tibi visibilis. 14
ni, & dôcuit me, & loquut⁹ est mihi, dixitq;: Dâniel nûc êgres- 15 16
a ¶ Ex quo rogare incepisti impetrasti. b ¶ A Deo.
s⁹sū, vt docerē te & ītelligeres. Ab exôrdio precū tuarū êgres 17 18
a ¶ Sententia. b ¶ Qui ignoras. c ¶ Siue Deo amabilis, & Dei amore dignus vt Salomon, Idida dicitur, vel vir desideriorū, vt pro desiderio tuo secreta audias conscius futurorū.
e sus est sermô. Ego autē veni vt indicârē tibi, † quia vir dêsi- 19
a ¶ Si hoc Danieli dicitur, quid nos facere oportet, quorum oculi ignorantiæ tenebris & caligine vitiorum cæcati sunt? 20
deriorū es. Tû ergo aīaduerte sermonē & intellige visionem. 21

c *Adhuc loquente me.*
D ✠ EVSEBIVS. Cùm Iudaicæ gētis septuagenaria apud Babylonios seruitus iam ad finem tenderet, Danieli oranti vnus ex sanctis Dei ministris visus Gabriel archangelus, renouationem vrbis Hierusalem primo quoque tempore & sine mora futuram canit: & tempus vsq; ad eam renouationē numero annorum determinat, prædicitque quod post difinitum illud temporis spatium rursus euertetur.

Li. 8. demō Cap. 2.

d *Tetigit me tempore sacrificij vespertini, &*
E *docuit me & loquutus.* ✠ THEODORET. Hoc est, circiter tempus vespertini cultus: vel, tantum temporis spatium, quantum vespertinus occupat cultus.

e *Quia vir desiderio. es.* ✠ THEODORE. Virum desideriorum vocat, vel vt eum qui ieiunio & afflictioni
F deditus contra corporis cupiditates viriliter decertet: vel, vt ex petentem cognoscere quæ templo sint euentura vel quia iucundus est & admodum amabilis tales virtutis splendores emittens.

† Infr. 10. b.

☞ a *Septua-*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quia innititur diuinæ bonitati & clementiæ, & non propriæ iustitiæ. & hoc est quod dicit:* Propter temetipsum. *id est, propter bonitatem tuam.* Inclina Deus meus, &c.
1 Exaudi domine. *Hîc describitur orantis instantia, cum dicitur:* Exaudi domine. *preces benignè audiendo.*
2 Placare. *offensam remittendo.*
3 Attende & fac. *nobis consolationem perfectam tribuendo.*
4 Ne moreris. *quia tempus instat, in quo promisisti consolationem dare nobis.*
5 Propter temetipsum. *vt scilicet veritas tua cunctis appareat & bonitas, & vt cultus tibi debitus persoluatur: propter quod subdit:* Quia nomen tuum est inuocatum super ciuitatem, &c.
6 Cumque adhuc loquerer. *Descripto merito orationis ex parte Danielis, hîc consequenter ponitur modus reuelationis ex parte Gabrielis. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur Danielis excitatio. Secundò, ei facta reuelatio, ibi:* Septuaginta hebdomades. *Circa primum dicit sic:* Cumque adhuc loquerer. *confitendo Dei iustitiam & potentiam.*

Diuisio.

7 Et orarem. *inuocando eius clementiam.*
8 Et confiterer peccata, &c. *ad impetrandum indulgentiam.*
9 Adhuc me loquente. *In quo ostenditur velocitas exauditionis diuinæ:*
10 Ecce vir Gabriel. *quia in specie viri Angelus apparebat.*
11 Quem videram in visione à principio; *id est, visione descripta cap. præcedenti.*
12 Citò volans. *in quo exprimitur promptitudo Angelorum ad exequendum Dei mandatum.*
13 Tetigit me. *excitando & confortando.*
14 In tempore. *Ex quo patet quòd à mane vsque ad vesperam orauerat Daniel. Patet etiam, quod prædicta verba orationis prolata fuerunt cum magno tractu temporis meditationis: & talis oratio est Deo acceptabilis, non autem illa in qua sunt multa verba multiplicata sine attentione animi & deuotione: qualis erat oratio Ethicorum, vt dicitur Matthæi vj.*

Oratio Deo acceptabilis.

15 Et docuit me & loquutus est mihi. *de futuris ad consolationem populi Israel.*
16 Dixitque Daniel nunc egressus sum, &c. *Dicuntur autem Angeli egredi, quando mittuntur ad nos à facie Dei, non quòd ab eius contemplatione recedant, sed quia ad nos qui sumus remoti, accedunt.*
17 Ab exordio precum tuarum. *hoc dicit, vt ostendat orationem Danielis acceptam coram Deo.*
18 Egressus est sermo. *id est, Dei sententia de futuris.*
19 Ego autem veni, vt indicarem tibi. *scilicet Dei sententiam.*
20 Quia vir desideri. es. *scilicet Deo amabilis: Vel aliter:* Desideriorum. *id est, desiderans scire secreta diuina, ad Dei laudem & populi liberationem.*
21 Tu ergo animaduerte sermonem, & intellige. *frequenter excitat eum Angelus ad ostendendum magnitudinem & altitudinem diuini secreti sibi reuelandi, quia aduentus Christi apud Hebræos habebatur pro maximo secreto. Ad quod denotandum Lxx. interpretes illud Isa. ix. b.* Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, &c. *sic transtulerunt. Vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, & in hoc officium ecclesiasticum sequitur translationem eorū, quia sic accipitur in introitu Missæ maioris in natiuitate domini. Septuaginta hebdomades. Hîc consequenter ponitur relatio facta Danieli. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ponitur ipsa reuelatio. secundo, ipsius reuelationis expositio, ibi:* Scito ergo & animaduerte. *Circa primum considerandum, quòd Daniel motus ex consideratione prophetiæ Ieremiæ, orabat pro consolatione populi Israel & liberatione eius de captiuitate Babylonica, vt visum est in principio capituli. Et dominus qui* ✠ *plus*

Diuisio.

MORALITER.

✠ 9 *Adhuc loquente me in oratione mea, ecce vir Gabriel, &c.* Sequitur:
16 *Dixitque Daniel: nunc egressus sum, vt docerem te.* Hominibus enim carnales motus per austeritatem vitæ reprimentibus, & per orationem feruidam spiritum roborantibus reuelantur secreta diuina: ideò subditur:
20 *Tu ergo.* Nam in talibus requiritur attentionis conatus.

NICOLAVS DE LYRA.

plus dat quam ab eo petatur, ex abundanti non solum sibi hoc futurum reuelauit sed etiam liberationem fiendam per Christum, cuius erat figura illa liberatio de captiuitate Babylonica, & sic dominus reuelauit Danieli plenum intellectum prophetiæ Ieremiæ: quia in illis lxx. annis in fine quorum liberatio captiuitatis Babilonicæ facta est, figuratus fuit numerus septuagenarius hebdomarum, in cuius fine erat fienda liberatio perfecta per Christi passionem.

Ad intellectum autem dicendorum duo sunt hic præmittenda. Primum est qualiter accipienda est, hic hebdomada. Secundum est, quantum continent lxx. hebdomadæ. Circa primum sciendum est, quod hebdomada idem est quòd septimana vel septena. & ideo aliqui dixerunt quod hic accipitur septena vel hebdomada iubileorũ, quarum qualibet continet quinquaginta annos. Alij autem dixerunt quod hic accipitur hebdomada centenariorum, quarum qualibet continet centum annos. Sed vtrumque istorum patet falsum: primò quia adhuc non esset ablatum sacrificium & hostia de Ierusalem: nec ciuitas Ierusalem destructa per ducem populi Romani, quia illa hebdomada non essent impleta. Contrarium autem manifestè apparet verum, quia ante ista multis temporibus ciuitas Ierusalem destructa est per Romanos: & per consequens sacrificium ablatum est, inde & hostia & oblatio, quia non est licitum Iudæis talia offerre alibi. Item nunquam inuenitur in scriptura hebdomada Iubilæorum vel cẽtenariorum, sed bene inuenitur hebdomada dierũ, Leui. xxiij. vbi agitur de festo Pẽtecostes & hebdomada annorũ Leui. xxv. vbi agitur de iubilæo: & ideo exponere hũc passum de hebdomadibus iubilæorum vel centenariorum est ficticium, cum talis hebdomada vel septena non inueniatur alibi in scriptura. Item Iudæi nunquam accipiunt hebdomadam centenariorum vel iubilæorum, nec aliqui eorum vnquam exposuerunt sic istum locum: & ideo Christiani qui sic volunt exponere magis Iudaizant in hoc quam ipsi. per hoc concludentes quod per locum istum non potest probari Christi aduentum esse completum. Alio modo potest accipi hebdomada vel septena dictum sicut accipitur communiter: & hoc modo non potest accipi hic, quia totum tempus lxx. hebdomadarum non contineret vltra annum & dimidium, & sic quod hic prædicitur impletum in illis lxx. hebdomatibus fuisset impletum infr. annum & dimidium. Tertio modo accipitur hebdomada vel septena annorum, quarum qualibet cõtinet septem annos & hoc modo oportet quod accipiatur hic per locum à diuisione: quia nullo prædictorum modorum potest accipi nec alius modus potest rationabiliter dici ab eis cum non inueniatur hebdomada aliter dicta in scriptura, nec etiam in vsu communiter loquentium.

Hebdomada quomõ computetur.

Qualiter accipiatur annus.

Sed adhuc restat dubium qualiter accipiatur hic annus, quia (vt dictum est) ista hebdomadæ sunt annorum, & sic etiam accipiunt omnes expositores tam Hebræi quam catholici. Sed dubium est vtrum isti anni intelligantur lunares vel solares qui distinguuntur ab inuicem, quia annus annus lunaris est breuior anno solari. xj. diebus. Dicit igitur Beda & Aphricanus & expositores catholici communiter ipsos sequentes quod ista lxx. hebdomadæ sunt annorum lunarium. Mouentur autem ad hoc dicendum, quòd Iudæi sic cõputant vt dicunt.

Ité per hoc quod in litera ista hebdomadæ dicũtur abbreuiatæ, & sic videtur intelligi de hebdomadibus annorum lunariũ, quæ sunt breuiores quam hebdomadæ solarium. Sicut enim annus solaris excedit annum lunarem in xj. diebus, sic hebdomada vna annorum solarium excedit hebdomadam annorum lunariũ in lxxvij. diebus.

Sed hoc dictum non videtur verum. Primò quia Iudæi non cõputant per annos lunares, sed tãtum solares: aliter sequeretur quod Pascha eorum iam circumisset totum annum, sta quòd celebratum fuisset in quolibet tempore anni: quia tenentur facere Pascha de mãdato legis xiij. luna prima mensis. Si igitur computaretur per annos lunares, sequeretur quòd reuoluto anno Pascha eorum celebraretur per xj. dies ante solennitatem Paschalem præcedentis anni & sic consequenter de aliis solennitatibus Paschalibus. Ex quo patet, quod infra satis breue tempus celebraretur in omnibus temporibus anni, quod manifestè patet falsum ex vsu eorum. Et ideo dicendum, quòd licet Iudæi incipiant annum à prima luna propinquiori æquinoctio vernali, tamen per embolismos fit æquatio temporis apud eos, quia tertius annus apud eos habet xiij. lunationes. Item quòd dicitur, quòd hebdomadæ dicuntur hic abbreuiatæ, nõ valet: quia in Hebraico dicitur precisè, & sonat ac si diceretur, quòd illud tempus est determinatum & taxatum à Deo: ista quod illa abbreuiatio non sonat hic diminutionem sed magis determinationem temporis & præfinitionem. Item expositores Iudæorum super locum istum nunquam fecerunt mentionem de annis lunaribus, sed tantum de solaribus. Ex quo patet, quòd hic accipiendi sunt anni solares: aliter non haberemus argumentum contra Iudæos, cum nullus eorum modo prædicta accipiat. Item in tota veteri testamento fit computatio per annos solares & omnes sic computant, sicut manifestè patet in Genesi & alijs libris. Ex quo patet quod dictum Bedæ & Aphricani & aliorum sequentium supponit falsum. Sic igitur patet primum scilicet qualiter hebdomades hic sunt accipiendæ scilicet hebdomades annorum solarium. Annus autem solaris continet ccclxv. dies, annus autem lunaris minor est xj. diebus vt dictum est.

Secundum quod est præmittendum, quantum tempus continent ista lxx. hebdomades: & patet de facili quod continẽt cccxc. annos solares, quia quælibet hebdomada continet septem annos. si verò multiplicentur lxx. per septem resultant cccxc.

His visis accedendum est ad exponendum literam. & circa hoc primò ponenda est & reprobanda quædam expositio, quæ apud Iudæos est communior & celebrior. & est expositio Rab. Sa. Iste igitur Ra. Sal. incipit computationem lxx. hebdomadarum à destructione templi facta per Nabuchodonosor, & dicit eas completas in destructione secunda templi per Titum & Vespasianum, ita quod tẽpus medium inter istas duas destructiones secundum ipsum non continet nisi cccxc. annos: in quibus licet populus Isr. ael sustinuerit aliquas aduersitates, tamen cum hoc habuit aliquas prosperitates, quia rediit de captiuitate Babylonica, & templum fuit reædificatum, & Ciuitas & Sacerdotes & Principes in populo proprijs legibus vti permissi sunt. Sed post destructionem secundæ per Titum & Vespasianum completis hebdomadibus prædictis sunt in perfecta captiuitate in qua dimittit eos Deus, vt dicit Rab. Sal. vt per hoc desistant à peccatis & puniantur pro præteritis & mereantur quod visiones prophetarum de Christo impleantur: & ista captiuitas durabit vsque ad aduentum Christi. Sic igitur adaptat literam. Variat tamẽ literam aliquo modo accipiendo in aliquibus locis aliter quam habeat translatio nostra, vt videbitur exponendo literam. Dicit igitur sic: Septuaginta hebdomades. id est, septuaginta septena annorum quæ continent tempus prædictum, præcisè sunt. Hæc est litera Hebraica secũdum eum. id est, cum præcisione diffinita à Deo: ita quòd non sunt plures nec pauciores. Super populum tuum. scilicet Israel. Et super vrbem sanctam tuam, scilicet Ierusalem à prima destructione quæ facta est per Nabuchodonosor vsque ad secundam quæ futura est: ad hoc vt perfectè puniantur de malefactis suis: propter quod sequitur: Vt consummetur præuaricatio. id est, vt desistant à præuaricationibus suis, & per hoc mereantur apud Deum quòd deleatur iniquitas eorum. Et adducatur iustitia sempiterna. id est, vt in sempiternum iusti fiant, & tunc finaliter impleatur visio & prophetia. id est, promissiones factæ per prophetas de Christo: Et vngatur sanctum sanctorum. Vbi enim nos dicimus: Sanctus Ra. Sal. dicit Sanctum. & in Hebraico non est distinctio, quia eodẽ mõ scribitur & pronunciatur in neutro & in masculino. Sic igitur exponit: Vngatur sanctum sanctorum. id est, templum quod reædificabitur per Messiam & Arca testamenti & alia vasa sanctuarij. Scito ergo & aduerte, Hîc ponitur explicatio prædictæ visionis magis in particulari. quod sic exponit Ra. S. Scito ergo & animaduerte, verba sunt angeli Danielem excitantis ad attendendum. De exitu sermonis, ita quod vbi dicimus ab exitu, dicit de exitu: vt per præpositionem coniunctam non designetur terminus à quo incipienda sit computatio: sed denotetur materia de qua angelus vult loqui: quia suprà dixerat Danieli: Ab initio precum tuarũ egressus est sermo. Vi sit sensus: Tu Daniel scito & animaduerte de exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, id est, intellige diligenter qualiter sermo egressus à Deo de ædificatione Ierusalem sit intelligendus. Quia vsque ad Christum ducem hebdomades vij. id est, vsque ad Cyrum qui dictus est Christus. Isa. xlv. a. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, &c. Ipse enim fuit dux Iudæorum, inquantum præcepto eius reducti fuerunt de captiuitate Babylonica: & à destructione templi & ciuitatis facta per Nabuchodonosor vsque ad primum annum Cyri fluxerunt lxj. anni qui faciunt vij. hebdomades annorum, id est, xlix. annos & adhuc vltra tres annos: sed angelus non numerabat nisi hebdomades perfectas. Tres autem annos qui pertinent ad hebdomadam sequentem dimisit, quia numerantur cum hebdomadibus sequentibus. Et hebdomadibus lxij. reuertetur: ita quòd vbi dicimus hebdomades lxij. in nominativo ipse ponit in ablatiuo: & hoc fit sine mutatione literæ Hebraicæ, quia omnia nomina Hebraica sunt indeclinabilia, ita quòd non est variatio ibi per casus. sed tantum per plurale & singulare. & vbi dicimus: Et iterum, ipse dicit: Reuertetur, quia in Hebraico satis consimiliter scribuntur. Sic ergo exponit: Et hebdomadibus lxij. id est, in tempore quod fuit à licentia data per Cyrum reuertendi vsque prope destructionem factam per Titum. Reuertetur scilicet populus de captiuitate. Et ædificabitur platea, id est, ciuitas. Et muri in angustia temporum, quia in tempore illo toto habuerunt aliqua prospera, vt patet in reditu captiuitatis & reædificatione templi & consimilibus, & etiam aliqua aduersa. Et post hebdomades lxij. occidet Christus, id est, Agrippa rex: de quo legitur Act. xxvj. a. quod fuit rex in Iudæa, & sic dicitur Christus propter hoc, quòd reges iungebantur, sicut de Saule dicitur j. Re. j. c. Quare nõ tu misti mittere manum in Christum domini? Iste autem Agrippa (vt dicit Rab. Sal.) occisus est circa illa tempora, in quibus destructa est ciuitas per Titum & Vespasianum. Et non illi: sic enim est in Hebraico, vbi dicimus: Et non erit illi populus qui eum negaturus est, sic ergo exponit: Et non illi, id est, ipse Agrippa non erit quia per

Expositio Rab. Salo.

Confutatio super sentẽ.

NICOLAVS DE LYRA.

mortem tulterat de medio. Alij autem Iudæi moderni hoc addunt sic: Et non ei. id est, non Agrippa nec aliquis rex de cetero de gente Iudæorum quousque veniat Christus promissus in lege & prophetis. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. hoc exponit sicut & nos de destructione Ierusalem & templi factæ per ducem populi Romani. Et finis eius vastitas, id est, finis populi Romani: quia ille populus & omnes aduersarij Iudæorum finaliter vastabuntur per regem Messiam. Et vsque ad finem belli statuta desolatio, ita quòd vbi dicimus: Post finem, &c. ipse dicit, vsque ad finem, &c. quod exponit sic continuando prædictis, quod licet omnes aduersarij Iudæorũ vastentur finaliter per Messiam, vt dictum est, tamen statuta. id est, à Deo diffinita desolatio ciuitatis Ierusalem & regni Iudæorum, erit vsque ad finem belli scilicet Gog & Magog, de quibus loquitur Ezech. xxxviij. a. Et deuincetur per regem Messiam; & nunc restituetur ciuitas Ierosolymitana & regnum Iudæorum, vt dicit iste Rab. Sal. Confirmabit autem pactũ multis hebdomada vna, &c. quia in vltima septena annorum fuerunt treugæ inter populum Romanum & Iudæos, quas treugas vocat hic pactum scilicet pacis, sed Iudæi cito fregerunt treugas & rebellauerunt: & sic in medio illius hebdomadis scilicet in quarto anno venit exercitus Romanus & dissipauit ciuitatem & templũ, & captiuauit populum. & sic defecit hostia & sacrificium Iudæorum, quia non est eis licitum talia facere extra Ierusalem: & hoc est quod dicitur: Et in dimidio hebdomadis. scilicet in vltima eius medietate. Deficiet hostia & sacrificium. In templo id est, in loco vbi fuerat cẽplũ. Et abominatio desolationis, quia ibi fuit statua Adriani imperatoris posita in loco vbi steterat arca, & vsque ad consummationem & finem belli Gog scilicet & Magog. Perseuerabit desolatio Iudæorum, quia deuictis Gog & Magog per Messiam restituetur regnum Iudæorum: vt dicit.

Contra istam expositionem arguitur primò de numero annorum, quia à destructione Ierusalem per Nabuch. vsque ad destructionem eius per Titum & Vespasianum, non possit iste Rab. Sal. nisi cccxc. annos præcisè: quia secundum omnes historiographos sunt multo plures: sed hanc obiectionem omitto, quia in computatione annorum secutus fuit Rab. Sa. tanquam rationabilius dicentem super librum Esther & in aliquibus alijs locis. Item quod exponit: Vt consummetur præuaricatio. id est, vt desistant à præuaricationibus & peccatis, patet esse falsum eo quòd à tempore destructionis factæ per Romanos non destiterunt Iudæi à peccatis, imo sunt augures, & periuratores, & multis alijs peccatis irretiti, qua maximè prohibentur in lege Moysi. Item contra id quod exponit. Et deleatur iniquitas. id est, mereantur apud Deum per captiuitatem modernã, vt iniquitas eorum deleatur apud Deum. Quæro ab eis qua fit ista iniquitas delenda, quia ante captiuitatis Babylonicæ non fuerunt Iudæi idololatræ maximi, & occisores prophetarum, vt patet ex quarto libr. Reg. & multis alijs peccatis irretiti, & tamen pro omnibus istis delendis non sustinuerunt captiuitatem nisi lxj. annis. secũdum Rab. Sal. A tempore autem Titi sustinuerunt captiuitatem per Mcc. annos & amplius: & adhuc nesciunt terminum captiuitatis: ergo oportet quod illa iniquitas quæ per hanc captiuitatem deletur, sit maior quasi incomparabiliter quam illa quæ præcessit captiuitatem Babyloni cam: sed non potest aliqua assignari, nisi illa quæ interfecerunt Christũ quæ fuit maxima iniquitas. A reditu enim captiuitatis Babylonicæ non legitur Iudæi fuisse idololatræ vel occisores prophetarum & actores cõsimilium criminum sicut ante: propter quod nulla alia causa huius captiuitatis potest assignari rationabiliter, nisi occisio Christi, secundum quod prædixit saluator Luc. xix. f. Videns Iesus ciuitatẽ sanctam Ierusalem, &c. & sic non est expectandus Christus de futuro, vt dicit iste expositor. Item contra illud quod dicit: Et implebitur visio & prophetia. id est, per meritum Iudæorum in hac captiuitate implebũtur visiones & prophetiæ de Christo, quia Aggæi 1. b. dicitur: Adhuc vnũ modicũ & mouebo cœlum & terram, &c. Sequitur: Et veniet desideratus cunctis gentibus. & replebo domum istam gloria. Secundum omnes expositores catholicos & Hebræos iste desideratus cunctis gentibus intelligitur Christus. Cum ergo dicat propheta, quod post vnum modicum debeat venire, non potest adhuc intelligi venturus de futuro, quia à tempore Aggæi vsque ad destructionem factam per Romanos fluxerunt cccc. anni & plus secundum communem computationem: secundum verò computationem Hebræorum fluxerunt anni cccxx. Et iterum à destructione facta per Titum vsque nunc, fluxerunt anni Mcxliij. scilicet vsque ad annum domini Mcccxviij. inclusiuè in quo hæc postilla fuit vltimatè correcta: Tantum autem tempus non potest dici modicum.

Item in eadem autoritate dicit propheta in persona domini: Reedificato populo domum istam gloria: & loquitur propheta de templo reædificato post captiuitatem Babylonicam, ergo stante isto templo venit desideratus cunctis Gentibus, id est, Christus. Item contra id quod dicit: Et vngatur sanctum sanctorum, per hoc intelligens aream, testamenta & alia vasa sanctuarij quæ per Messiam debent recuperari, contra id quod dicitur Ieremiæ iij. cap. Cùm multiplicati fueritis & creueritis in terra. In diebus illis ait dominus: Non dicent vltrà arca testamenti domini, neque ascendet super eor, neque fiet vltrà, &c. ergo non sunt per Messiam recuperanda.

Item quod hic Christum vocat Cyrum & postea Agrippam, cura subditur. Occidetur Christus, patet falsum ex mutatione personæ, quia per seriem textus patet quod loquitur de eodem Christo.

Item quod dicit Agrippam occisum circa tempora destructionis ciuitatis per Titum & Vespasianum, videtur esse manifestè falsum, quia hoc non habetur in aliqua historia autentica, imo Iosephus libr. de Iudaico bello dicit eum confœderatum fuisse Romanis tempore istius belli.

Item quod postea subdit: Vsque ad finem belli. Gog & Magog, statuta, id est, diffinita est à Deo desolatio ciuitatis Ierusalem. hoc patet falsum, quia ciuitas Ierosolymitana reædificata fuit postea per Adrianum imperatorem.

Item quod subditur; Confirmabit autem pactum multis, &c. quod exponit de treugis factis inter Iudæos & Romanos circa tempus destructionis ciuitatis, videtur manifestè falsum, quia Iosephus de hoc non loquitur, nec in libr. antiquitatũ, nec in lib. de Iudaico bello, vbi diligenter describit omnia quæ fuerunt facta inter populũ Iudaicum & Romanum tempore illo: hoc etiam patet per hoc quod dicitur in litera: Multis. quia si esset verum fuisset factum cum omnibus Iudæis, & non cum aliquibus tantum. Ex omnibus prædictis patet expositio prædictæ falsa & irrationabilis.

His visis ponenda est expositio catholicorum dicentium istas hebdomadas impletas in Christi passione. Circa quod sciendum quòd est vna communis expositio quam sequuntur communiter expositores catholici & est expositio Bedæ: sed illam ad præsens omitto duplici de causa. Vna est, quod hæc expositio ponitur multum expressè in gloss. super Danielem in loco isto, & in Scholastica historia. & ideo ibi poterit recurrere qui vult eam ibi videre.

Alia causa est, quia illa expositio videtur mihi falsa, quia computat per annos lunares supponendo, quòd hoc modo computet Iudæi quod suprà improbatum vt visum est. Et ideo aliter expono computando per annos solares.

Ad cuius euidentiã sciendũ, quòd cõputatio annorũ solarium dupliciter potest accipi. Vno modo secundùm Iosephũ, secundùm quæ à reditu captiuitatis Babylonicæ vsque ad principatum Machabæorum fluxerunt anni cccxxxiij. vt habetur in lib. antiquitatis Iudaicæ. Principatus verò Machabæorum durauit cxxvij. annis antiquitatis Iudaicæ lib. xiij. c. vlti. Extunc Herodes Ascalonita cuius tempore natus fuit Christus, vt habetur Mat. ij. regnauit in Iudæa xxxvij. annis vsque ad natiuitatem Christi. Nec obstat quod aliqua historiæ dicunt Christum natum xxxj. anno regni Herodis: qa cõputant ab anno quo fuit ei datũ regnum per Imperatorem Romanum, quòd fuit per tres annos antequam haberet illud occiso Antigono, qui vltimus regnauit de Machabæis. & inde fluxerunt xxix. anni. & principium xxx. vsque ad baptismum Christi Lu. xxj. e. Iesus erat incipiens xxx. annorum, &c. & inde fluxerunt vij. anni vsque ad xxxvij. annum post passionem eius.

Si verò anni simul iuncti faciunt cccclv. annos, à quibus si rescindantur cxv. anni qui fluxerunt à reditu captiuitatis Babylonicæ accipiendo à primo anno Cyri, qui extunc dedit populo licentiam redeundi de Babylone vsque ad xx. annum exclusiuè Artaxerxis, qui tunc misit Neemiam ad reædificandum ciuitatem Ierusalem: Neemia ij. remanent cccxc. anni qui faciunt lxx. hebdomades annorum solarium. Et sic numerus lxx. hebdomadarum incipit à xx. anno inclusiuè regni Artaxerxis, & terminatur in quarto anno post passionem Christi.

Modo restat ostendere, quòd à primo anno Cyri vsque ad xx. annum Artaxerxis fluxerunt cxv. anni, quod ostenditur per chronicas Latinorum secundũ quas Cyrus regnauit xxx. annis, Cambyses filius eius viij. duo Magi. vij. mensibus qui pro vno anno computantur, quia sunt maior pars anni. Darius hystaspis xxxvj. Xerxes filius eius xx. Arthabanus mensibus septem, qui computantur pro vno anno. Artaxerxes xix. vsque ad missionem Neemiæ. Anni verò isti simul iuncti sunt cxv.

His visis accedendum est ad literam, cum dicitur,

Hebdomada quomõ computetur.

Qualiter accipiatur annus.

Expositio Rab. Salo.

Confutatio super sentẽ.

Bedæ expositio cõmunior.

Aetas domini Lyrani.

a *Septuaginta hebdomades abbreuiate sunt.* Hebræi exponunt A ita; Q. O Daniel scito ab hac die, quia tibi nunc loquor. Erat Hier. autem annus primus Darij, qui occidit Balthasar, & regnū Chaldæorum in Persas Medosque transtulit, vsque ad lxx. annum hebdomatum, id est, annos cccxc. hæc populo tuo per partes acciB dent. Primum propiciabitur tibi Deus sicut precaris, & delebitur peccatum: & finem accipiet præuaricatio: nunc enim vr † definitæ determinatæ be & templo destructis in luctu est popu lus, sed in breui restaurabitur, & non solum hoc fiet in his lxx. hebdomadibus, sed nascetur Christus, id est, iustitia sempiterna & signabitur visio & prophetia, vt propheta non inueniatur in Israel, & vngatur sanctussanctorum, de quo: *Propterea vnxit te* Psal.44.b. *Deus tuus ole o letitiæ, &c.* qui dicit, *Sanctiestote, quia ego sanctus sum.* Leu.11.b. *Scito ergo quia ab hac die,* qua nunc tibi loquor, & Dei sermonem Hier. promitto, *quod reuertatur populus, & Ierusalem instauretur, vsque ad Christum, & desolationem templi, hebdomades numerentur lxij.* & aliæ vij. in quibus iuxta ordinem suum, duæ res fient, de quibus ante dixi, quod reuertatur populus, & reædificetur platea à Neemia & Esdra sub Artaxerxe xx. anno regni eius. In fine ergo hebdomadarum complebiturDei sententia in angustia temporū, quā do rursum destruetur templum & capietur ciuitas. *Nam post lxij.* B *hebdomades occidetur Christus, & non erit eius populus qui eum negaturus est:* siue (vt illi dicunt) non erit illius populi imperium quod putabat se tenturum. Et quid dico de Christo occidendo, & negaturo populo penitus deserendo? cum & ciuitatem & sanctuarium dissipaturus sit populus Romanus cum duce venturo, id est, Vespasiano: quo mortuo transactis vij. hebdomadibus, id est, annis xlix. Aelius Adrianus, (à quo postea de ruinis Ierusalem vrbis Aelia condita est) rebellantes Iudæos Timo Ruffo magistro exercitus pugnante superauit, & ci tunc defecit hostia & sacrificium, & vsque ad consummationem mundi continuabitur desolatio.

Tertullian. Tertullianus in libr. contra Iudæos hæc ad verbum ait. Vnde ergo ostendimus, quia Christus venit intra lxij. hebdomades? Numeremus à primo anno Darij, quoniam eo tempore ostenditur Danieli visio hæc. Dicit enim: Intellige & conijce à prophetatione sermonis respondere me tibi hęc: Vnde à primò anno Darij debemus computare. Tunc enim hanc visionem vidit Daniel. Videamus igitur quod modo anni compleantur vsq; ad aduentum Christi. Darius regnauit annis xix. Artaxerxes xl. Ochus qui & Cyrus annis xxiiij. Argus vno anno, alius Darius qui & Melas xxj. Alexander Macedo annis xij. post eum regna. Sother in Alexandria annis xxxv. cui succedēs Philadelphus regnannis xxxviij. Post hunc Euergetes annis xxv. deinde Philopater xvij. post hunc Epiphanes xxiiij. Item alius Euergetes, annis xxix. Post hother annis xxxvij. Ptolomæus xxxvj. Cleopatra annis xx. & mensibus quinque. Item Cleopatra conregnauit Augusto annis xiij. post Cleopatram Augustus aliis annis xliij. imperauit. Nā omnes anni Augusti fuerunt numero lvj. Scimus autem quòd in xl. anno, ptimo imperij Augu. qui post mortem Cleopatræ imperauit, natus est Christus, & superuixit Augustus ex quo natus est Christus, annos xv. Et erunt reliqua tempora annorum in die natiuitatis Christi in annum Augusti xli. post mortem Cleopatræ, C anni cccc xxxvij. & menses v, vnde implentur lxij. hebdomades & dimidia, quæ faciunt annos cccc xxxvij. & menses vj. in die natiuitatis Christi: *Et manifestata est iustitia aterna, & vnct⁹ est spiritussanctorum,* id est, Christus: *& signata est visio & propheta, & dimissa sunt peccata* per fidem nominis Christi. Quid est autem quod dicit: *signare visum & prophetam?* quoniam omnes prophetæ venturum annunciabant & passurum. Quia ergo impleta est prophetia Christi: per aduentum eius signari dicebat visionem & prophe D tiam, quoniam signaculū est omnium prophetarum: implens omnia quæ retro de eo annunciabant prophetę, quia post aduentum & passionem eius iam non visio, neque prophetia est, quæ Christum nunciet esse venturum. Et paulò post inquit, videamus quid aliæ vij. & dimidia hebdomades, quæ super sunt diuisæ in abscissione priorum hebdomadarum, in quo anno vel actu sint impletę. Post Augustum erū qui superuixit post natiuitatē Christi, anni xv. efficiūtur cui succeſſit Tyberi⁹ Cęsar annis xxij. & mē. vij. die. xxviij. anno xv Imperij ei⁹ baptizat Christ⁹ habens annos quasi xxx. Itē Caius Caligula annis tribus mē. oct. dieb⁹ xij. Nero annis xiiij. men. vij. die. xiij. Galba mensibus vij. dieb⁹ xxviij. Otto imperator viij. mēsibus, diebus tribus. Vitellius mensibus viij. diebus xxviij. Vespasianus anno primò imperij sui debellauit Iudæos, & fiunt anni numero lij. & menses sex. Nā imperauit annis xj. atque ita in die expugnationis Iudæi impleuerūt septuaginta hebdomadas prædictas à Daniele.

a ¶ Quasi cito respicies Deus populum tuum, pro quo rogasti qui tamen non eius est sicut dixisti ibi: quia nomen tuum inuocatum est super nos, & super populum tuum, sed tuus est pro quo supplicasti. b ¶ Annorum, id est, cccxc. an exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem. c ¶ Non numero scilicet vt non sunt cccxc. anni. sed quantitate non enim vt aiunt secundum annum solarem computatur qui habet dies cccl xv. sed secundum lunarem annum qui habet dies cccliiij. sup erat enim solaris lunarem diebus xj d ¶ Non meum vt dixisti: Simile loquitur Deus in Exodo ad Moysen: Descende quia peccauit populus tuus, quasi non meus quem deseruit.

a Septuaginta hebdomades † abbreuiatę sunt sup populū tuū

Septuaginta. B E D A. in lib. de natura rerum. Hæc verba Christi incarnationem designant, qui legem & prophetas impleuit, & *vnct⁹ est oleo letitiæ præ participibus suis.* hebdomadas lxx. per septenos annos distinctę cccc. & xc. annos lunares insinuant. Sed notādum, quòd easdem hebdomadas non simpliciter annotatas, sed abbreuiatas asserit occultè, commonens vt breuiores solito annos nouerimus indicatos. Psal.44.b. Supputatio lxx. hebdo. secundū Bed. E

Scito ergo, inquit, & animaduerte ab exi. ser. vt iterum ædificetur Ierusalem vsque ad Christum du. hebdo. vij. & heb. lxij. erunt: & rursus ædificabitur platea, & muri in angustia. Esdra narrante didicimus, quòd Neemias pincerna regis Artaxerxis xx. anno regni eius mēse Nisan impetrauit ab eo restaurari muros Ierusalem, ęquo mul to ante (Cyro permittente) constructo, & quod ipsum quoque opus (vt dictum est) *in angustia temporis perfecerit,* à Deo scilicet à finitimis gentibus impugnatus, vt structores singuli gladio renes accincti, vna manu pugnasse, altera murum recuperasse narrentur. Ab hoc igitur tempore vsque ad Christū ducem lxx. hebdomades computantur, id est, anni duodenorum mensium lunarium cccc xc. qui sunt anni solares cccc lxxv. Siquidē Persæ à prędicto xx. anno regis Artaxerxis vsque ad mortem Darij regnauerunt annis cxviij. Ex hinc Macedones vsque ad interitum Cleopatræ annis ccc. Inde Romani vsque ad xviij. Tiberij Cęsaris annū monarchiam tenuerunt annis lvij. qui iunt simul vt diximus, anni solares cccc lxxv. Et continentur circulis decēnoualibus xxv. Decies enim nouies xxv. fiunt cccc lxxv. Et quia in singulis circulis embolismi vij. accreſcunt, multiplica xxv. pervij. & fiunt clxxv. qui sunt menses embolismi. cccc lxxv. annorum. Si ergo vis scire quot annos lunares faciant isti mēses, diuide per duodecim. clxxv. menses, & faciunt annos xiiij. & menses septem, hos iunge ad prædictos cccc lxxv. annos, erunt cccc lxxxix. anni. & vij. menses: & hos superfluos menses adde ad partem octaui decimi anni imperij Tyberij, sub quo dominus passus est, & inuenies præfinitas hebdomadas vel præfinitum terminum, id est, ab exitu sermonis quo præceptum est vt reædificarentur muri Ierusalem, vsque ad eius passionem lxx. hebdomadas abbreuiatas, id est, annos lunares cccc xc. Ad eius verò baptismum quando vnctus est F sanctussanctorum, descendente super eum spiritu sancto sicut columba, non solum hebdomadas vij. & lxij. fuisse completas, sed & patrem iam septuagesimæ hebdomadæ inchoatam.

Et post hebdomades inquit, lxij. occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Non statim post lxij. & vij. hebdomadas, sed in fine lxx. hebdomadæ occisus est Christus

☞

☞ stus, quam ideo (quantum conijcere possumus) segreganit à cæA teris hebdomadibus, quia de hac re erat plura relaturus. Nam & Christus in illa crucifixus, à populo perfido non modo in passione, verum continuò exquo à Ioanne prędicari cœpit, negatus est. Quod autem sequitur:

Et ciui. sanctuarium dissipa. populus. cum duce venturo. & finis eius vastitas & post fi. belli stat. desola. nō ad lxx. hebdomadas pertinet. Prędictum enim fuerat, quòd ipse hebdomades vsque ad Christi ducatū pertingerent: sed scriptura prædicto aduentu & passione ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere noller, esset euenturum, ostendit: Ducem enim venturum Titum dicit: qui scilicet xlij. anno diminicæ passionis ita cū populo Romano ciuitatem & sanctuarium dissipauit, vt non remaneret lapis super lapidē. Vnde his per anticipationē prędictis, mox ad exponēdum hebdomadæ quā omiserat euentū redit.

a ¶ Non meam. ¶ In passione Christi qui tulit peccata mundi. b ¶ Deleta.

& super vrbem sanctam tuam, vt cōsummetur prævaricatio,

a ¶ Expositio. ¶ Tempore gratiæ.

& finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducā-

a ¶ Euangelij. b ¶ Quæ legis iustificiam vincat. c ¶ Lex & prophetæ vsque ad Ioannem: quia ante aduentum Christi hæc omnia magis sperabantur quam tenebantur.

tur iustitia sempiternā, & impleatur visio & prophetia, &

a ¶ Attentum reddit.

a vngatur sanctussanctorum. Scitō ergo, & animaduerte,

Confirmabit autem pa. s. fidei, multis hebdo. vna. id est ipsa nouissima, in qua vel Ioannes Baptista, vel dominus vel apostoli prędicando, multos ad fidem conuerterunt.

Et in dimi. hebdo. deficiet hostia & sacrifi. Dimidium hebdomaB dis huius quintusdecimus annus Tyberij Cæsaris erat: quando inchoato Christi baptismate, hostiarum purificatio fidelibus pau latim vilescere cœpit. Item quod sequitur: E

In templo erit abo. desola. & vsque ad consummā. & finem perseuerabit desolatio. ad sequentia tempora respicit. Cuius prophetię veritatem historiæ veterum, & nostrorum temporum euentus testatur. Totum ideo testimonium prophetæ ponentes, quātum facultas suppetebat, exposuimus: quia hoc & à plerisque lectoribus ignorari, & speciale genus Hebdomadæ flagitare cognouimus. Falluntur enim qui putant hebræos talibus annis vsos, alioquin tota veteris instrumenti series vacillat, nec vllius ætas tanta quanta scripta est debet intelligi, sed ad lunæ cursum stringi.

Aphricani opinio. Sciendum sanè quòd Aphricanus hebdomadarum cursum (quem nos in decimum septimum vel decimum octauum Tyberij Cæsaris annum, quo dominum passum credimus, iuxta chronicam Eusebij perduximus) ab eodem quo nos incipiens exordio quintodecimo eiusdem imperatoris anno, quo eum passum credidit: putat esse completum, ponens annos regni Persarum cxv. Macedonum ccc. Romanorum lx. Sed diligens lector quod magis putauerit sequendum eligat.

Hieron. Aphricanus. Vicesimo anno Artaxerxis regis Persarum processit sermo quando Neemias eius pincerna (sicut in Esdra legitur) rogauit & impetrauit vt reædificaretur Ierusalem: & hic est sermo qui egressus est, qui extruendæ vrbis dedit licentiam, quę vsq; ad tempus illud vicinarū gentium patebat incursibus. Siquidem ad Cyri regis imperium, qui volentibus reuerti in Ierusalem C dederat potestatem. Iesus & Zorobabel & Esdras sacerdos, & qui cum eis proficisci voluerunt, templum & vrbem & muros eius ædificare conati sunt, prohibentibus in circumita nationibus ne impleretur opus, quasi hoc fieret regis iniussu. Pędebat ergo opus interruptum vsque ad Neemiam, & xx. Artaxerxis annū quo tempore, regni Persarum centum. xv. anni fuerant euoluti: captiuitatis autem Ierusalem clxxxv. Tunc primum Artaxerxes iussit muros extrui, & Neemias præfuit operi. Tunc ædificata est platea & muri circūdati: Ex illo tempore si numerare velis lxx. annorum hebdomadas vsque ad Christū inuenire poteris. Si verò harum hebdomadarum principiū sumimus ab alio tempore, & tempora non occurrunt, & multa contraria inuenimus. Nam etsi à Cyro & prima eius indulgentia qua Iudæorum laxata est captiuitas lxx. hebdomadas numeramus, centum annos & eo amplius inuenimus, qui istum hebdomadarum excedunt numerum: & multo plures, si ex quo Danieli locutus est angelus: additurque amplior numerus, si captiuitatis principium habueris hebdomadarum exordium. Permansit enim regnum Persarum vsque ad initium Macedonum annis ccxxx. & Macedones regnauerunt annis ccc. atque exinde vsque ad annum xv. Tyberij Cæsaris, quo Christus passus est, anni sunt xl. qui omnes faciunt dxc. ita vt centum superfint anni. A vicesimo autem anno Artaxerxis vsque ad Christum, complentur hebdomadæ lxx. iuxta lunarem supputationem Hebræorum, qui menses non iuxta solis, sed lunæ cursum numerant. Nam à centesimo & xv. anno regni Persarum, quando Artaxerxes eiusdem regni vicesimum imperij sui agebat annum, & erat octogesimæ & tertiæ Olympiadis annus quartus, vsque ad ducentesimam & secundam Olympiadem, & secundum eiusdem Olympiadis annum, Tyberijque Cæsaris annum xv, colliguntur anni. cccclxxv. qui faciunt annos Heb. cccxc.

Nota Aphricanum & Bedam in summa conuenientes, in hoc Concordia scriptiū. solo dissentire, quod Aphricanus dicit regni Romani sexaginta annos fuisse vsque ad xv. annum Tyberij Cæsaris, quando dicit passum Christum. Beda vero lvij. annos vsque ad xviij. annum regni Tyberij Cæsaris quando dicit Christum passum. Licet ergo dicat lvij. annos fuisse vsque ad annum xviij. Tyberij Cæsaris, in quo innuit non nisi lvij. annos fuisse vsque ad xviij. annum Tyberij Cæsaris, tamen cum Aphricano in summa conuenit, quia quod Aphricanus in regno Persarum minus ponit, in regno Romanorum plus ponit. Sed sequamur Bedam, qui dicit Christum xviij. anno Tyberij passum fuisse: quia secundum Lucam statim post xx. annum, qui fuit xv. annus Tyberij Cæsaris, Christus est baptizatus. Deinde post tres annos passus, & sic xviij non xv. Tyberij Cæsaris.

a *Scito ergo &c.* Non nos moueant Hebræi, & si post numerentur vij. Hebdomades, & postea lxij. & rursus vna in duas partes diuidatur. Est enim hoc idioma Hebræi sermonis, & antiquæ latinitatis, vt ante minorem numerum supputent, post maiorem verbi gratia. Nos iuxta proprietatem linguæ nostræ nūc dicimus Minor numerus maiori præponitur.

☞ Abraham F

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Septuaginta hebdomades. *vbi primo ponitur hebomadarum*

rum reuelatio, cum dicitur: Septuaginta hebdomades. *quæ continent cccc xc. annos, vt suprà dictum est.*

2 Abbreuiatæ sunt. *id est sunt registrata in Dei præscientia.*

3 Super populum tuum. *scilicet Iudaicum.*

☙ 1 Et

MORALITER.

☙ 1 *Septuaginta hebdomades.* Septuagesimus numerus resultat ex ductu denarij per septenarium, denarius autem significat impletionem decalogi, septenarius verò septiformem gratiam spiritus sancti. Per ista Christus, qui est sapientia Dei patris venit spiritualiter in mentem humanam, sicut corporaliter venit in virginem. Qui quidem aduentus per decursum septuaginta hebdomadarum fuit hic literaliter significatus. ideo sequitur:

☙ 2 *Vt*

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Et super vrbem. *scilicet Ierusalem.*

2 Et consummetur præuaricatio. *id est terminetur. ideo subditur.*

3 Et finem accipiat. *peccatum per Christi passionem.*

4 Et adducantur. *per eius prædicationem.*

5 Et impleatur visio & prophetia. *de Christo prædicta.*

6 Et vngatur sanctussanctorum. *id est Christus, qui in humanitate vnctus est oleo gratiæ præ consortibus suis.*

7 Scito ergo. *Hic consequenter ponitur dicta reuelationis expositio.* Expositio reuelationū. *Ad cuius intellectum considerandum, quod angelus diuidit lxx. heb. in tres partes, scilicet in populo Iudæ nā in primis septem populus cū labore magno reædificauit Ierusalem, & eam tenuit contra aduersarios. nam vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium. Neemiæ iij. propter aduersarios insurgētes in ædificatione, & post in alijs lxij. populus aliquando habuit prospera, aliquando aduersa. in vltima verò Christus prædicauit & passus fuit, & fides Christi multum fuit dilatata per prædicationem apostolorum post Christi mortem, vt patet in actibus apostolorum. Dixit igitur angelus:* Scito ergo & animaduerte tu Daniel, *qualiter hebdomades sunt intelligendæ. Ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, scilicet à xx. anno Artaxerxis, sic mittentis Neemiam ad eius reædificationem, vsque ad Christum ducē, id est vsque ad Christi baptismum, in quo fuit declaratus dux fidelitū per patris & spiritussancti testimonium, Mat. iij. Hebdomades septē, in quibus populus tuus cum labore magno ciuitatem reædificabit & tenebit. Et hebdomades lxij. in quibus nunc aduersa, nunc prospera sustinebit. Et rursum ædificabitur platea, & muri &c. hoc dicit ad ostendendum quid futurum erat in septem hebdomadibus primis. Et post hebdomades lxij. cum septem primis, quæ faciunt hebdomades lxix. occidetur Christus. Sin vltima hebdomada, quæ incipit à Baptismo Christi, quia post baptismum prædicauit tribus annis cum dimidio, & tunc passus fuit in medio illius hebdomadæ.* Et nō erit populus eius qui eum negaturus est: *quoniā Iudæi negantes eum corā Pilato, extunc non fuerunt eius populus.* Et ciuitatem & sanctuarium. *id est Ierusalem & templum,* dissipabit populus cum duce venturo. *id est exercitus Romanus cum principe Tito. Sciendum itaque, quod hac dissipatio nō fuit*

☙ *impleta*

ctibus apostolorum. Dixit igitur angelus: Scito ergo & animaduerte tu Daniel, *qualiter hebdomades sunt intelligendæ. Ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, scilicet à xx. anno Artaxerxis, sic mittentis Neemiam ad eius reædificationem, vsque ad Christum ducē, id est vsque ad Christi baptismum, in quo fuit declaratus dux fidelitū per patris & spiritussancti testimonium, Mat. iij. Hebdomades septē, in quibus populus tuus cum labore magno ciuitatem reædificabit & tenebit. Et hebdomades lxij. in quibus nunc aduersa, nunc prospera sustinebit. Et rursum ædificabitur platea, & muri &c. hoc dicit ad ostendendum quid futurum erat in septem hebdomadibus primis. Et post hebdomades lxij. cum septem primis, quæ faciunt hebdomades lxix. occidetur Christus. Sin vltima hebdomada, quæ incipit à Baptismo Christi, quia post baptismum prædicauit tribus annis cum dimidio, & tunc passus fuit in medio illius hebdomadæ.* Et nō erit populus eius qui eum negaturus est: *quoniā Iudæi negantes eum corā Pilato, extunc non fuerunt eius populus.* Et ciuitatem & sanctuarium. *id est Ierusalem & templum,* dissipabit populus cum duce venturo. *id est exercitus Romanus cum principe Tito. Sciendum itaque, quod hac dissipatio nō fuit*

MORALITER.

☙ 2 *Vt consummetur præuaricatio & finem accipiat peccatum.* Sicut enim per aduentum Christi in carnem ablatum est mundi peccatum generale: ita per aduentum eius in mentem, tollitur peccatum hominis personale.

Abrahã vixit annos A clxxv. Illi econtra: vixit

a ¶ Annorum id est cccccxc. ab exitu sermonis vt respondeatur ab Artaxerxe, & ædificetur Ierusalem. ¶ Ducum

ab exitu sermonis, vt iterũ ędificetur Ierusalẽ vsq; ad Christũ 1 2 3

xix. v. lxx. cap. Non igitur vt legitur ita imple- D

NICOLAVS DE LYRA.

impleta infra dictas hebdomades lxx. sed postea per xxxix. annos secundum istam expositionem: quia tamen fuit facta in pœnam mortis Christi, vt habetur Luc xix. ideo hic immediatè ponitur post mortem Christi, de qua ante immediatè fit mentio. Et finis eius. *scilicet ciuitatis Ierusalem*, Vastitas *per exercitum Romanorum*. Et post finem belli. *scilicet Romanorum contra Iudæos*, Statuta desolatio. *id est desolatio ciuitatis vel Iudæorum à Deo præfinita.* Confirmabit autem, *quia occasione mortis Christi exierat terminos lxx. hebdomadarum in pœnam dictæ mortis, vt dictum est: ideo reuertitur ad ostendendum quid amplius debeat fieri in vltima hebdomada, de qua inceperat dicere, & non perfecerat dicens.* Confirmabit autem pactũ multis. *id est legem Euangelicam, quæ dicitur pactum nouum, Iere xxxj.* Hebdomada vna: *scilicet vltima, quæ Christus tribus annis & dimidio prædicauit legem Euangelicam, & eam confirmauit per miracula & mortem suam, & in tribus annis residuis cum dimidio per prædicationem apostolorum, vt prædictum est.* Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, *quia in medio illius hebdomadis passus est Christus, vt visum est, & tunc sacrificia legis cassa & mortua fuerunt.* Et in templo erit abominatio desolationis. *Istud fuit diu post lxx. hebdomadas, quando Adrianus imperator suam statuam fecit poni in loco, vbi steterat arca domini. Et quia posset quæri, quantum durabit captiuitas siue desolatio Iudaici populi? Respondet dicens:* Et vsque ad consummationem. *scilicet mundi. Tunc enim secundum doctores catholicos conuertentur Iudei ad fidem Christi.*

B *Hunc autem exponendi modum secutus sum alias: quando primò scripsi suprà Danielem. Sed quia postea cõfidens de Dei adiutorio, aggressus sum scribere super totam sacram scripturam: & cùm venissem ad Libros Esdræ & Esther, visum mihi fuit, & adhuc videtur, saluo meliori iudicio, quod enumeratio annorum quæ posita est in expositione ista, non bene consonat sacræ scripturæ: quia in magna parte sui procedit secundum chronicas latinorum. scilicet à destructione ciuitatis Ierusalem per Nabuchodonosor vsque ad xx. annum Artaxerxis exclusiuè: quod tempus secundum chronicas Latinorum fuit clxxxv. annorum. Secundum hanc computationem Mardochæus fuisset cclix. annorum, quãdo per Assuerum fuit exaltatus. Non est autẽ verisimile quod tantum vixerit. Et dato, quòd vixisset, tamen facere non potuisset illa quæ de eo scribuntur in li. Esther. scilicet regere domum reginæ, & regis palatium, & equitare per ciuitatem, & similia. Quod aũt sequatur ad dictam enumerationem Mardochæum tunc fuisse tantæ ætatis, ostenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Esther ij. & tunc fuit ad minus decem annorum. Per Iechoniam Sedechias regnauit x. annis iiij. Regum xxiiij. Deinde secuta est captiuitas lxx. annorum, secundùm Chronicas Latinorum, scilicet ad destructionem per Nabuchodonosor vsque ad primum annum Cyri. à quo vsque ad xix. annum Artaxerxis inclusiuè fuerunt anni cxv. vt prædictum est, & remanent adhuc de eius regno xxj. anni, & quia regnauit xl. annis Xerxes secundus, mensibus duobus. Sogdianus mẽsibus vij. & computantur isti duo pro vno anno. Darius nothus xix. Assuerus xij. ante exaltationem Mardochæi, Esther iij. Si verò prædicti anni similiter coniungantur, faciunt annos cclix. sicut alias dixi in principio libri Esther. Ideo pono alium modum computandi lxx. hebdomades prædictas, consonum magis scripturæ secundum quæ Mardochæus xij. anno regni Assueri fuit tantùm xciij. annorum, vt ostendi in principio libri Esther, & adhuc in sequentibus ostendetur. Modus etiam iste quem intendo ponere, procedet partim secundum sacram scripturam, partim secundum Hebræorum dicta, propter quod non poterit ab eis rationabiliter impugnari, tamen in vno non intendo eos sequi, in quo ostendam eos deficere manifestè.* C

Posterior Lyrani senit. de ebdom.

Primò igitur videndum est, à quo incipit computatio lxx. hebdomadarum: secundò vbi terminatur: quia in his duobus iacet vis negocij: tertiò ad expositionem literæ accedetur. Quantum ad primum dirigit nos verbum angeli dicentis Danieli: Ab exitu sermonis, vt iterum reædificetur Ierusalem &c. *Et in Heb. habetur: Ab exitu sermõis ad reuertendum & ædificandum Ierusalem &c. Ex quo videtur quod à primo verbo ex reuelatione domini procedente de reditu populi in Ierusalem & per consequens reædificandi ibi templum & habitacula ministrorum, & populi ibidem habitantis: licet adhuc non esset data licentia reædificandi muros ciuitatis & fortalicia, debeat hebdomadarum computatio inchoari. Illud autem verbum habetur Iere xxix. c. vbi dicitur:* Cùm ceperint impleri in Babylone lxx. anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, & reducam vos ad locum istum, *Sed quo tempore fuit hoc dictum patet ex cap. xxviij. Iere. vbi dicitur, quod in anno quarto Sedechiæ regis, mense v. Ieremias reprehendit Ananiam falsum prophetam. Iste enim asserebat Iechoniã, & qui*

A quo incipit computatio lxx. hebdomadarũ.

& qui cum eo translati fuerant in Babylonem, redire in Ierusalem post duos annos, & iugum regis Babylonis confringi, & consequenter cap. xxix. ponitur epistola Ieremiæ ad transmigratos in Babylonem, vt nõ confiderent verbis falsorum prophetarum, in qua scribitur hoc verbum ex reuelatione domini. Cùm ceperint impleri in Babylone lxx. *anni &c. Et sic patet, quòd hoc verbum dixit dominus per Ieremiam anno quarto Sedechiæ circa finem. propter quod computatio lxx. hebdomadarum debet incipi ab anno quinto Sedechiæ inclusiuè. Quantum ad secundum dico, quod terminatur in anno passionis domini inclusiuè. Nam incipiendo ab anno quinto inclusiuè regis Sedechiæ habentur sex anni integri de regno eius: quia xj. anno regni sui mense quarto fuit captus & captiuatus iiij. Regum xxv. propter quod ille xj. annus ratione maioris partis computandus est in tempore destructionis ciuitatis, ne vnus annus bis computetur. A dicta verò destructione vsque ad primum annum Cyri fluxerunt lij. anni secundum Hebræos. Cyrus verò tribus annis regnauit secundum eos post monarchiam acceptam: à quo tempore debet hîc fieri computatio. Illi verò qui dicunt eum regnasse xxx. annis. incipiunt computare à principio regni sui in Perside tantùm. Principium verò anni quarti quo regnauit Cyrus, computandum est in tempore Cambysis filij sui, ne vnus annus bis computetur. Cambyses verò sex annis regnauit, vt dicit Iosephus libro antiquitatis Iudaicæ xj. cap. iij. post quem secundum Hebræos regnauit Assuerus maritus Esther: & in hoc suprà secutus sum eos in principio libri Esther: sed in hoc quod dicunt eum regnasse xiiij. annis tantùm, videntur mihi deficere manifestè. Nam Assuerus cepit Esther vxorẽ anno vij. regni sui, mense x. vt habetur Esther ij. Cũ igitur secundum ipsos Darius filius Assueri & Esther reginæ post Assuerum regnauerit immediatè, oportet consequenter eos dicere, quod in principio regni sui fuit tantùm quinque vel sex annorum: nam à desponsatione Esther vsque ad natiuitatem Darij transijt octauus annus Assueri, vel maior pars ipsius ad minus. Non est autem verisimile, quod talis puer scriberet sic autenticè & seriose ædificationem templi, sicut exprimitur de ipso j. Esdræ vj. Sed ad hoc posset responderi, quod Esther mater sua quæ Iudæa erat, & mortuo Assuero superuixerat, in fauorem Iudæorum fecit scribi illam epistolam, & sigillari nomine filij sui existentis adhuc pueri. propter hoc hæc responsio remouetur ibi per literam sequentem, vbi dicitur, quod de sumptibus regis si necesse fuerit, ministrentur sacrificia, & offerant oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis & filiorum eius. Ex quo patet, quod erat tantæ ætatis quod filios habebat.*

Iosephus antiq. libro xj. E

Et ideo dico cum alijs historiographis, quod Assuerus regnauit xl. annis, & sic Darius filius eius quando cœpit regnare post patrem immediatè, fuit xxxij. annorum, vel circiter secundum prædicta. Anno verò secundo Darij resumptum fuit opus templi secundi, & consummatum sexto anno regni eius mense xij. j. Esdræ vj. Sciendum tamen, quod idem annus fuit quadragesimus Assueri & primus Darij, nam ei successit immediatè: & sic oportet de numero annorum ipsorum vnum subtrahere, aliter vnus bis computaretur: & sic Assuerus & Darius regnauerunt xlv. annis, vsque ad secundi templi consummationem. Et inde vsque ad eius destructionem per Romanos fluxerunt anni ccccxx. secũdum Ra. Sa. & alios Hebræos, quibus si iungantur anni prædicti ab anno quinto Sedechiæ inclusiuè: sunt simul anni dxxxij. à quibus si rescindantur xlij. anni qui post annum passionis Christi fluxerunt vsque ad destructionem templi secundi, secundum omnes historiographos, remanent anni ccccxc. qui faciunt lxx. hebdomades annorum præcisè. Et sic patet secundum scilicet terminatio lxx. hebdomadarum in anno passionis Christi inclusiuè. Ex prædictis patet, quod suprà dictum est de ætate Mardochæi. nã si accipiantur anni hîc enumerati ab anno quinto Sedechiæ vsque ad xij. Assueri, sunt simul anni lxxix. quibus si adiungantur quatuor primi regni Sedechiæ, & x. quos ad minus habuit tempore translationis suæ, inuenientur anni xciij. sicut supra dicebatur. F

Diuisio. *His dictis accedendum est ad expositionem literæ, quæ diuiditur in duas partes. In prima ponitur reuelatio, in secunda verò reuelationis expositio, ibi:* Scito ergo. *Prima pars exponatur sicut in expositiõe hebdomadarum immediatè præcedenti. nam in hoc conueniunt hæc & illa.* Scito ergo. *Hic consequẽter ponitur reuelationis expositio, & diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur lxx. hebdomades generaliter. secundò exponitur aliquid pertinens ad vltimum specialiter, ibi:* Confirmabit autem. *Circa primum dicit angelus Danieli:* Scito ergo & animaduerte, *qualiter hebdomades sint incipiendæ & intelligendæ.* Diuisio.

1 Ab exitu &c. *id est à quinto anno Sedechiæ inchoandæ sunt, vt ostensum est suprà.*
2 Vsque. *id est,*
3 Ad Christum ducem. *protendendæ sunt.*

1 Hebdoma-

adimpletur, sed vt totum pariter supputatur, ita finem accepit: A Nec ignorandum quosdam illorum dicere, quod vna hebdomada de qua dicitur: *Confirmabit.* pactum multis hebdomada vna diuidatur in Vespasianum & Adrianum, vt iuxta historiam Iosephi, Vespasianus & Titus tribus annis & septem mensibus pacem cum Iudæis fecerint. Tres autem anni B & sex menses sub Adriano computẽtur, quando Ierusalem omnino subuersa est, Iudæi cateruatim cæsi, ita vt à Iudææ quoque finibus propellerentur: Hoc aiunt Hebræi non magno curantes à primo anno C Darij regis Persarum, vsque ad extremam euersionem Ierusalem quæ sub Adriano accidit, computari Olympiades clxxiiij. id est annos. dcxcvj. qui faciunt hebdomadas Hebraicas xcix. & annos tres, quando Cochebas dux Hebræorum est oppressus, & Ierusalem vsque ad solum diruta est. D

Iosephus.

† super extẽsionẽ abominationũ admirari faciet

a ¶ Nouissimam videtur separare, quasi de ea plura locuturus, scilicet qua subditur: Et confirmabit pactum mul. hebdo. vna.

ducem hebdomades septem: & hebdomades sexaginta duæ 1

a ¶ Neemia. b ¶ Ierusalem. c ¶ In breui.

erunt, & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia tem- 2

a ¶ Subaudis & vij. b ¶ Non statim eis impleris sed postea in fine lxx. 3

porũ. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus, 4 5

a ¶ Sed Cæsaris vel diaboli. vnde: Partes vulpium erunt. b ¶ Non habemus regem nisi Cæsarem. Et aliis: Hunc nescimus vnde sit. 6

& non erit eius populus qui eum negaturus est: & ciuitatem 7 8

¶ Templum. ¶ Romanus. ¶ Vespasiano.

& sanctuariũ dissipabit populus † cũ duce venturo: & finis eius 9 10

a ¶ Sub Vespasiano. b ¶ A deo in æternum. 11

vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Cõfirmabit aũt 12

a ¶ Nã iam tres anni prætererant nouissimæ hebdomadæ, quando dominus baptizatus est, id est cccclxxxvj. quibus adijciuntur tres anni & sex menses, & pars xviij. anni Tyberij, & sunt ccccxc. 13 14

pactũ multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis de 15 16

a ¶ Abominata desolatio. ¶ Abominanda sacrificia post mortem Christi. 17

ficiet hostia & sacrificiũ, & † in tẽplo erit abominatio desola 18

¶ Mundi. ¶ Iudæorum. 19

tionis, & vsq; ad cõsũmationẽ & finẽ perseuerabit desolatio. 20 21

a *Confirmabit autem pactum:* Ioanne scilicet & Christo & apostolis prædicantibus multi saluati sunt, & cœpit vetus hostia in cordibus fidelium vel electorum vilescere. E *Confirmabit autem pactum &c.* Hoc de tribus annis intelligendum est & dimidio, quibus Christus prædicauit, & quod patribus promiserat confirmauit.

† ducis venturi.

CAP. F

NICOLAVS DE LYRA

1 Hebdomades vij. & hebdo. lxij. *vsque ad vltimam hebdomadam, in qua Christus dux populi Christiani baptizandus est, & legem Euangelicam prædicaturus, & pro salute humani generis moriturus & resurrecturus & in cœlum ascensurus. Distinguit autem septem hebdomadas & vltimam ab aliis, & propter specialia opera facta in ipsis. Nam in vltima facta est generis humani reparatio, vt dictum est. In septima verò templi primi destructio, vsque ad primum annum Cyri, qui dedit licentiam reædificandi. A destructione enim secundi templi vsque ad primum annum Cyri, qui dedit hanc licentiam fluxerunt anni lij. vt dictum est suprà qui faciunt septem hebdomades annorũ: & cum hoc tres annos qui computantur cum tempore lxij. hebdomadarum, eo quod non faciunt per se hebdomadã: & eadem ratione sex anni de tempore Sedechiæ præcedentes templi destructionem.*
2 Et rursum ædificabitur platea. *scilicet templi.*
3 Et muri. *ciuitatis Ierusalem in tempore lxij. hebdomadarum per Zorobabel & Neemiam & alios patres.*
4 In angustia temporum. *quia per gentes circunstantes fuerunt multum impediti & afflicti, & etiam postea, vt patet in Esdra & Neemia, & lib. Machabæorum.*
5 Et post hebdomades. *hebdomades lxij. & vij. alias præcedentes supple.*
6 Occidetur Christus. *in vltima hebdomada, vt prædictum est.*
7 Et non erit populus eius. qui eum negaturus. *id est Iudæi corã Pilato ipsum negaturi, dicentes:* Non habemus regem nisi Cæsarẽ, *Ioh. xix. c. non erunt amplius eius populus scilicet Christiani in ipso regenerandi & ab eo denominandi.*
8 Et ciuitatem & sanctuarium. *id est templum secundum.*
9 Dissipabit populus. *id est exercitus Romanus.*
10 Cum duce venturo. *id est cum Tyro venturo contra Ierusalem. Istud non fuit factum infra tempus lxx. hebdomadarum, sed postea per xl. annos, vt prædictum est. Sed quia hoc factum fuit in pœnam mortis Christi, ideo hîc ponitur immediatè postquam locutus fuerat de Christi occisione.*
11 Et finis eius. *sicut ciuitatis Ierusalem.*
12 Vastitas. *quia fuit vastata per Romanos.*
13 Et post finem belli. *Romanorum contra Iudæos.*
14 Statuta desolatio. *id est desolatio ciuitatis & templi, quæ combusserunt Romani & Iudaici populi, quem partim occiderunt, & partim captiuauerunt: sicut statutum erat & ordinatum à Deo in pœnam mortis Christi. Sciendum autem, quod litera Hebraica sic habet.* Et vsque ad finem belli statuta desolatio, *& multum mutatur sententia. Ex hoc enim dicunt Hebræi, quod desolatio & captiuitas in qua sunt, duratura est vsque ad finem belli Gog & Magog, quos Messias venturus debellabit, & tunc regnabunt in Iudæa temporaliter. Et secundum hoc possent Iudæi dicere, quod litera nostra sit falsa, & expositio ipsius similiter. Ad quod excludendum sciendum, quod in Hebræo sunt duæ dictiones, quarum vna significat idem quod adhuc: alia idem quod vsque quæ eisdem literis scribuntur, scilicet Ain & deleth: & distinguuntur istæ duæ dictiones solum per punctationem, quæ de facili mutari potest manentibus literis: Hæc autem dictio adhuc, aliquando accipitur in scriptura pro post, sicut Ionæ iij. b.* Adhuc xl. dies & Niniue subuertetur. *id est post xl. dies subuertetur. Et secundum hunc sensum primò fuit facta punctatio dictionis Hebraicæ in hoc loco & sonat* od: *& sic transtulit translator noster. Sed postea mutata est punctatio per Iudæos ad significandum* vsque: *& sic sonat* ad. *& consimiliter fecerũt in pluribus alijs locis veteris testamenti, prout in præcedentibus libris declaraui. Acceperunt autem occasionem hoc faciendi ex lxx. interpretibus, qui vbi inuenerunt aliquid de mysterio trinitatis & incarnationis, tacuerunt, vel aliter transtulerunt, secundum quod dicit Hiero. in prologo super Pentateuchum. Et idem ego ostendi in pluribus locis veteris testamenti, specialiter Isa. cap. ix. pro eo enim quod ibi habetur de Christo:* Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. *transtulerunt, Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus.*
15 Confirmabit autem pa. mul. *Hic reuertitur Angelus ad loquendum de vltima hebdomada, de qua inceperat dicere quantum ad mortem Christi, & non perfecerat interponens pœnam huius mortis, vt dictum est. Dicit igitur:* Confirmabit autem. pa. multis. *id est legem Euangelicam, quæ dicitur pactum & fœdus nouum. Iere. xxxj.*
16 Hebdomada vna. *Nam in vltima hebdomada Christus prædicando, mirabilia faciendo, moriendo, resurgendo, ascendendo in cœlum & mittendo spiritumsanctum, legem Euangelicam confirmauit, & anno suæ passionis per prædicationem apostolorum notabiliter dilatauit, vt patet Actu. ij. & iiij.*
17 Et in dimidio hebdo. *id est in vltima eius medietate in qua passus est Christus.*
18 Deficiet hostia & sa. *quia sacrificia veteris legis cessauerunt per passionem Christi non habentia vltrà vim obligandi.*
19 Et erit in templo abo. deso. *Hoc refertur ad tempus sequens lxx. hebdomades, in quo Adrianus imperator fecit poni statuam suam in loco templi, vbi steterat arca: quæ statua apud Hebræos vocatur abominatio sicut & quodlibet aliud idolum, & erat desolationis Iudaicæ signum manifestum.*
20 Et vsque ad consum. & finem. *scilicet seculi.*
21 Perseuerabit desolatio. *Prope enim finem mundi detecta falsitate Antichristi per Eliam & Enoch Iudæi ad Christum conuertentur & multi eorum constanter sustinebunt martyrium prout dicunt communiter doctores nostri.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. ix. vbi dicitur in postil. His visis accedendum est ad literam exponendam. In hac reuelatione Danieli per angelum facta, quæ inter cætera prophetica de primo aduentu Christi tractantia efficacior videtur ad confutandam Hebræorum perfidiam, asserentium nondum impletum esse tempus huiusmodi aduentus, vltra illa quæ in postilla ponuntur, tria videntur addenda.

Primum cuius autoritatis sit hæc expositio Ra. Sa. inter Hebræos, vt videatur si sufficit illam tantùm impugnare, & ex ea contra eos arguere, vel oporteat inquirere de alijs expositionibus eorum in hoc loco.

Secũdum, qualiter præter rationes postillatoris quibus reprobari videtur

A detur prædicta expositio, sunt aliæ validæ quibus rationabiliter posset euacuari. Tertium, quomodo ex ipsa expositione Ra Sa. licet falsa, tamen cum quibusdam veris & ab eis receptis, veritas nostra scilicet quod aduentus Christi iam longe transiuit in præteritum, posset concludi contra eos.

Circa primum sciendum, quod hæc reuelatio pluribus & varijs modis exponitur ab Hebræis, non tamen expedit singulorum opiniones, Philosoph°. seu erroneas enarrare expositiones. Nam secundum philoso. j. Ethi. omnes quidem perscrutari opiniones inane fortasse est. sufficiens autem maximè quæ superficie tenus appareant vel æstimentur habere aliquã rationem. Constat autem quod hæc expositio Ra. Sa. est seu debet esse Autoritas Rab. Salomonis. tantæ autoritatis apud Hebræos, quod non possunt ab ea deuiare iuxta fundamenta Pharisaicæ doctrinæ: secundum quam illa quæ in Thalmud determinata habentur seu definita circa sacræ doctrinæ expositionem, non licet eis qualitercunque ab eisdem recedere, sed tenenda sunt tanquam in textu sacræ scripturæ contenta, prout Ra. Mo. largè tradit in principio sui Deutero. & in pluribus alijs locis habetur. Cuius est ratio: quia autoritas Thalmudica in huiusmodi determinationibus apud eos est in eodem gradu, sicut autoritas vniuersalis Ecclesiæ apud nos. sed constat quod Ra. Sa. non fuit primus inuentor huius expositionis de qua hîc agitur. sed expresse hæc expositio ponitur in Thalmudica doctrina, specialiter in duobus locis, scilicet in libro qui intitulatur: De ordine mundi, quod Hebraicè dicitur Ceder holam. Similiter & in libro qui dicitur Abodazara. j. cap. In quibus locis concorditer habetur, quod lxx. hebdomadæ Danielis incipiunt à destructione primi templi, & terminantur in destructione secundi. Quas autoritates sequitur Ra. Sa. in hoc passu tanquam inuiolabiliter tenendas apud Hebræos ratione prædicta. Ex quibus sequitur, quod licet multi Hebræorum attendentes, quod prædicta expositio per suos magistros determinata non solum non poterat rationabiliter teneri seu sustineri. sed ex eadem cum alijs quibusdam veris concludebatur Christum iam venisse, vt infra pa-
B tebit, inuenerunt quasdam varias & confusas expositiones, vt saltem per vias obliquas & tortuosas veritatem luce clariorem subterfugerent. prout de eis vaticinatur Ezechiel xiij. ca. Sicut vulpes in deserto sunt prophetæ tui Israel: exclusa tamen hac expositione Thalmudica quam sequitur Ra. Sa. non est facienda alia mentio de alijs expositionibus eorum multipliciter fictis. Oportet enim illos adhærere prædictæ expositioni, ac si esset in litera contenta, & hoc de primo.

Prima ratio. Circa secundum præter illa quæ postil. ponit contra prædictam expositionem Thalmudicam seu Ra Sa. quæ sunt satis valida, adhuc possunt vlterius contra illam fortiter obijci. Et primò potest sumi contra eos validissimum argumentum de numero annorum inter vtranque destructionem contentorum. Nam licet computatio Hebræorum in huiusmodi historialibus sit in multis quæ nobis sunt incerta, tenenda seu sequenda, præsertim contra eos contra quos per sua propria testimonia rationabiliter posset procedi: vbi tamen euidenter deficiunt, vel sibiipsis contradicunt in computatione, nullo modo sunt eorum dicta admittenda: sed contra eos de talibus fortiter est dimicandum: Cõstat autem quòd in proposito manifestè deficiunt. Plures anni etiam secundum eos fluxerunt inter vtranque destructionem quam lxx. hebdomadæ, quæ faciunt ccccxc. annos Quod sic patet: Nam ipsi diuidũt has lxx. hebdomadas in duas partes principales. scilicet in x. hebdomadas, quæ faciunt lxx. annos, qui fluxerunt secundum eos à destructione templi per Nabucho. vsque ad consummationem ædificationis tẽpli secundi, quibus adaptant illud Iere. xxix. c. Cũ impleti fuerint in Babylone lxx. anni, visitabo vos &c. Et in lx. hebdomadas, quæ faciunt ccccxx. annos quibus dicunt durasse templum secundum, vt patet in li. Abodazara præallegato ca. j. vbi habetur quod regnum Persarum tempore templi secundi durauit xxxiiij. annis. consequenter regnum Græcorum tempore prædicti templi. clxxx consequenter regnũ Machabæorum ciij. consequenter regnum Herodis seu Herodianorum ciij annis. Hæc omnia sunt in textu libri præallegati. vbi
C glo. Ra. Sa. habet ccccxx. annos durationis templi secundi qui si cum lxx. annis qui fluxerunt à destructione templi primi vsque ad cõsummationẽ templi primi vsque ad consummationem secundi iungantur, habes scilicet lxx. hebdomadas Danielis. hæc Ra. Sa. Sed prima pars istius computationis continet falsum etiam secundum eos. Potest enim ex autoritatibus suis deduci, quòd à destructione primi templi vsque ad eius consummatam ædificationem lxxviij. anni fluxerunt. Quod sic patet: nam Nabucho. regnauit xlv. annis, vt in lib. magnilæ. cap. j. ex verbis sacræ scripturæ probatur. In anno autem xix Nabuch. destructum est templum in mense v. vt habetur Iere. lij. & in iiij. Re. Ex quibus sequitur, quod Nabuch. regnauit à destructione templi xxvij. annis, quorum primus licet imperfectus computatur pro anno, vt sæpe habetur in scripturis: & etiam in Thalmud frequenter legitur, quod vna dies computatur pro anno. Consequenter Euilmerodach regnauit xxiij. annis. prout ipsi profitentur haberi ex traditionibus antiquis lib. præallegato. Balthasar verò regnauit tribus annis, vt habetur ex textu. Darius verò primus regnauit duobus annis, quod similitr habetur ex textu. Cõsequenter Cyrus secundum Hebræos (licet minus verè, vt patebit cum de vera expositione agetur) D regnauit tribus annis. Asuerus verò qui dicitur Arphaxat regnauit xiiij. annis, quorum xij. habentur ex textu Esther iij. cap. & duo habentur ex traditione secundum eos, licet secundum latinos xl. regnauit. Darius verò vsque ad consummationem templi, vt habetur ex textu sex annis. Ex quibus sequitur, quod à destructione templi primi vsque ad consummationem secundi, etiam secundum computum ipsorum fluxerunt anni lxxviij. licet secundum alios multo plures. Et sic patet quòd prima pars huius computationis est falsa, etiam secundum eos: deficit enim per vnam hebdomadam & vnum annum. Similiter in secunda parte computationis per amplius deficiunt, subtrahendo plures annos, vt patebit in litera in hoc cap. cum de vera expositione harum hebdomadarum agetur: vnde manifestum est, quod hæc expositio præsuppònit falsum, etiam secundum eorum computationem. Præterea vt litera sonat euidenter, in his hebdo. Danieli reuelatis implenda erant illa quæ in litera principaliter continentur scilicet con- Secunda ratio. summatio præuaricationis, & deletio iniquitatis, & adductio iusticiæ sempiternæ, & huiusmodi quod expresse litera testatur dicens: Septuaginta hebdomadæ scissę sunt seu definitæ, vt consumatur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatum & deleatur iniquitas &c. Non enim dixit angelus quod post lxx. heb. hoc erat implendum sicut in sequentibus dixit. post heb. lxij. occi. Christus &c. sed Septuaginta heb. scissæ sunt, vt talia fiant hoc est, durante tempore lxx. hebdomadarum, vt patet manifestè sanè prædicta verba intelligenti. sed secundum prædictam expositionem manifestum est, quod nihil illorũ quæ in prima propositione angelica cõtinentur fuit impletum secundum eos durante tempore lxx. hebdomadarum, sed totum illud remanet apud eos futurum, ita quod non implebitur vsque ad aduẽtum Messiæ inaniter expectati ab eis, quod est manifestè contra sensum literæ, vt dictum est. Si autem dicatur, quod illa quæ continentur in prima propositione angelica licet non fuerunt impleta durante tẽpore heb. quo ad perfectam assecutionem, fuerunt tamen impleta per modum meriti hoc est quod durante tempore hebdomadarum populus il- E le meruit, vt consummaretur præuaricatio &c. in aduentu sui Messiæ futuri Hoc non valet. Tum quia non est consonum literæ, quæ simpliciter dicit, vt consummetur præuaricatio, & adducatur iusticia sempiterna. &c. huiusmodi. Non enim dicit vt mereantur talia habere, sed vt habeãt Magna enim differentia est inter mereri aliquid, & habere illud, nam multi merentur vitam æternam, qui tamen non habent eam. Tum etiam quia Ra. Sa. profitetur, quod populus ille non meruit prædicta infra tempus hebdomadarum, sed finitis heb. temporebus diuturnæ & interminabilis captiuitatis illa habebat mereri, vt patet ex dictis suis quæ in postilla continentur. Ex quo sequitur, quod infra tempus Hebdomadarum nihil fuit impletum secundum eos de cõtentis in prima propositione angelica, nec per modum meriti nec assecutionis, vnde litera secundum prædictam expositionem remanet simpliciter falsa. Præterea captiuitas Babylonica tolerabilior & mitior fuit Hebræis incomparabiliter magis quam captiuitas hodierna. Quod patet ex tribus. Primò, ratione durationis: illa Tertia ratio. enim durauit per lxx. annos, ista verò durauit vltrà M. & cccc, annos: & adhuc in suo vigore consistit. Secundò respectu diuinæ prouidentiæ. In illa enim fuerunt à Deo prouisi de dono prophetiæ & miraculorum. Erant enim inter eos quam plurimi prophetæ domini, vt Ieremias, Ezechiel, Zacharias & Daniel. In ista verò nullus legitur fuisse propheta. Similiter & in illa Deus fecit pro eis multa miracula, vt patet de liberatione Danielis & trium puerorum, & de Mardochæo, & huiusmodi. In ista verò sicut nec fuerunt prophetæ, ità nec miracula diuina pro eis leguntur facta. vnde & ipsi de seipsis in statu hodiernæ captiuitatis, in quo neutrũ prædictorum habuerunt, intelligunt illud prophetæ psalmo lxxiij. b. Signa nostra non vidimus, & iam non est propheta &c.

Tertio, respectu dignitatum seu bonorum sæcularium. In illa enim quidam eorum bonorum habuerunt honores regios & multas dignitates vt legitur de Ioachim Iere. vl. cuius thronus fuit sublimatus ab Euilmerodach super thronos aliorum regum per totam viã suã. F Similiter Daniel fuit sublimatus habens potestatem super prouinciã Babylonicam. Similiter & socij eius, vt habetur Dan. ij. Mardocheus etiam fuit constitutus quasi secundus regi Asuero, Ester. vl. Zorobabel habuit dignitatem comitatus, vt patet Aggei. ij. & sic de quibusdam alijs. In ista verò captiuitate omnes sunt in vilissimo statu carentes honoribus seu dignitatibus huiusmodi vbicunque sint, vt est notum Ex quibus sequitur, quòd Daniel qui vehementer anxiabatur & dolebat de prima leuiori & breuiori captiuitate: dicit in hoc cap. in sua oratione: Populus tuus est in opprobrium omnibus qui in circumitu nostro sunt. Similiter: Aperi oculos tuos & vide desolationem nostram &c. Imcomparabiliter amplius doluisset de captiuitate hodierna, si eam cognouisset populo dei futuram. Constat autem quòd secundum prædictam expositionem angelus nũtiauit Danieli in hac reuelatione captiuitatem hodiernam, quæ acerbissima & longissima est incomparabiliter super primam, & per consequens angelus non prænosticabat ei grata seu consolatoria, sed potius molesta & summe affli-

A me afflictiua cuius oppositum apparet in litera. nam angelus Gabriel cito volans quasi bonus nuncius, & in hora acceptæ scilicet tempore sacrificij vespertini. & in verbis suis annuens, quòd preces suæ erant exauditæ. dicebat ei: Ab exordio precum tuarum egressus est sermo. Similiter vocat eum virum desideriorum. q. di quòd indicaret ei suorum desideriorum impletionem Cuius oppositum totaliter est secundum prædictam expositionem. nam Danieli non expedito de prima captiuitate, prænosticabat crudelissimam secundam Similiter dolenti & se affligenti de longitudine primæ captiuitatis lxx annorum: & super hoc petenti liberationis accelerationem. dicendo: placare domine, accelera & fac, angelus prænuntiabat captiuitatem venturam, cuius terminum ei minime propalabat de quo peramplius & fortius debuisset anxiari. Vnde si hæc bene aspiciantur, manifestum est quod tota consolatio Danielis continebatur durante tempore hebdomadarum, quod totaliter euacuat prædictam expositionem: vt patet sane intelligenti.

Quarta ratio. Præterea in hac expositione exponitur illud. Vsque ad Christum ducem, de Cyro: Quod patet esse falsum ex tribus. Primo quia non est verum, quòd à destructione prima vsque ad Cyrum fluxerunt septem hebdomadæ tantum, cum etiam secundum computum suum ab eadem prima destructione vsque ad Balthasar exclusiue fluxerunt xlix. anni, qui faciunt hebdomadas septem integras. Nam vt dictum est supra in prima obiectione, Nabuchodonosor regnauit post destructionem templi xxvij annis. & consequenter Euilmerodach filius eius regnauit xxiij annis qui faciunt l. annos. Et sic patet quòd septem hebdomadæ & plus vnus annus transierũt, antequam cœpisset Balthasar regnare: quibus si addantur quinque anni quibus successiue regnauerunt Balthasar & Darius primus, vt supra dictum est, sequitur quòd septem hebdomadæ supradictæ, & plus sex anni transierunt ante regnum Cyri: vnde patet esse falsum Cyrum fuisse Christum ducẽ de quo
B Daniel loquebatur. Nec valet dicere, quod quia hebdomada octaua est imperfecta: ideo non computatur cum septem prædictis, sed reseruatur computanda cum lxij. sequentibus Tum quia cum sex sunt maior pars & notabiliorum hebdomadæ quàm vnum, potius debuisset computari cum septem primis quàm cũ lxij sequentibus cũ quibus vnus annus tantum illius hebdomadæ includebatur. Tum quia in hac reuelatione angelica descenditur vsque ad dimidium hebdomadæ computãdum, vt patet in hoc cap circa vltimam hebdomadam: & sic sex anni non erant dimittẽdi, qui faciunt plus quàm dimidium hebdomadæ. Tum quia in quinque annis huius octauæ hebdomadæ regnauerunt duo magni monarchæ scilicet Balthasar & Darius, quorum quilibet accedit magis ad terminum septem hebdomadarum quàm Cyrus. vnde de quolibet eorum debuisset potius intelligi quàm de Cyro qui longius distat. Secundò, quia nusquam in sacra scriptura legitur, quòd aliquis dicatur Messias seu vnctus simpliciter, nisi vnctus fuerit corporaliter sacro oleo quo sacerdotes & reges vngebantur, vel spiritualis scilicet oleo gratiæ prophetalis de quo in ps. Vnxit te Deus Deus Psal. 44. b. tuus oleo &c. Similiter & ibi: Noli tangere christos meos. Quod Psal. 104. b. secundum expositores hebræos intelligitur de Abraham & alijs patriarchis, qui fuerunt prophetæ. Neutro istorum modorum potest attribui vnctio Cyro, vt Messias dici posset. Nam non fuit propheta, vt est manifestum, nec etiam sacro oleo vnctus: quod patet ex hoc: nam oleum vnctionis sacrum nunquam fuit in templo secundo, vt habetur expresse in lib. qui dicitur Sanhedrin. & in alijs locis. Si autem obijciatur de hoc quod legitur Isa xlv. a. Hæc dicit dominus Messię seu Christo suo Cyro: non valet. n im secundum magistrum hebræorum, vt Ra. Sa. testatur, Messias non accipitur in prædicta autoritate Isaiæ, nisi pro vero Messiæ qui ab eis expectatur, & non pro Cyro: Idem Rab. Sa. Abenhazra. Tertio quia posito & non concesso, quòd Messias
C posset dici Cyrus in sacra scriptura, cum tamen sibi adiungitur hæc dictio nagid, prout est in hebraica litera. nullo modo potest intelligi de Cyro, nec de aliquo alio Messia seu vncto, nisi de rege Messia tantum: de quo omnes principaliter prophetæ loquuntur. Cuius ratio est: nam proprius & verus sensus huius dictionis nagid, est princeps seu principalis, vt patet Prouer. 8. vbi dicitur: Audite quia principalia loquor. Vbi enim nos habemus principalia: in hebræo habetur nagid. quod est plurale istius singularis nagidim: & sic de multis alijs. Nullus autem sanæ mentis posset dicere, nec etiam ipsimet Hebræi in tantã prorũperent insaniam, quòd assererent vt aliquis in sacris scripturis Messias principalis dicatur, nisi ille qui inter cæteros Christus principatum tenet, vel tenebit secundum eos. In cuius etiam signum Isaiæ lv. vbi de verò Christo ad literam agitur, etiam secundum Hebræos ibidem legitur: Ecce testem populis dedit eum nagid: & preceptorem gentibus. Ecce qualiter concordat Isaias cum angelo reuelante Danieli. nominando verum Christum seu Messiam nagid. id est principem seu principalem Et sic patet expositio Rab. Sa. asserens quòd Christus in hoc loco accipiatur pro Cyro, est omnino falsa. Et notandum quòd Rab Abenhazra, qui magnæ autoritatis reputatur inter eos in expositione literali, & etiam alij moderni attendentes quod Cyrus in scripturis non posit dici Christus seu Messias, cupientes tamen quòd hæc autoritas nullo modo applicaretur Christo nostro, id circo prædictus Rab. Abenhazra attribuit prædictum verbum scilicet D vsque ad Christum Neemiæ. alij verò Zorobabel. Sed diligenter intuenti nihil eis prodest hæc varietas & astutia: nam eisdem rationibus excluduntur ab isto loco Neemias, Zorobabel & Agrippa sicut & Cyrus. Et hæc de secundo principali.

Circa tertium principale præsupponendum est quòd iustitia sempiterna quæ continetur in verbis angeli secundum traditionem Thalmudistarum, est ipse Christus seu Messias, vt habetur in lib. de ordine mundi supra allegato, vbi quidam doctor eorum de antiquis qui dicitur Rab. Barachia, exponens illud Isai. lvj. vbi dicitur: Proxima est salutatio mea ad veniendum. & iusticia mea ad reuelandũ. Dicit expresse, quòd per illud quod dicitur. Et iustitia mea, intelligitur Messias, de quo scriptum est in Daniele ix. f. Vt adducatur iustitia sempiterna, Similiter præsupponendum est, quod sanctumsanctorum quod continetur in prædictis verbis angelicis, intelligitur ipse Christus seu Messias promissus Vnde Rab. Moy. barnahaman, recolligens multa quæ de hac materia in libris thalmudicis leguntur & exponens prædictum verbum in sua glo super Dan. sic dicit: Sanctuarium sanctuariorum, vel sanctam sanctorum, non nisi ipse Messias est sanctificatus de filijs Dauid. Præsupponitur etiam quod infra tẽpus lxx hebdomadarũ, implenda erant illa quæ in verbis angelicis principaliter continentur scilicet consũmatio præuaricationis, & adductio iustitiæ sempiternæ, & vnctio sanctissanctorum. pròut in secunda ratione supra contra expositionem Rab Sa. fuit deductum. Ex quibus sequitur quòd ante tempus destructionis templi secundi adducta est iustitia sempiterna, & vnctus est sanctussanctorum scilicet verus Messias promissus. Consequentia tenet per expositionem Ra. Sa. supra dictam, secundum quam lxx. hebdomadæ terminantur in tempore destructionis templi secundi, vt dictum est. Et sic infra illud tempus, quod iam per magna tempora transiit in præteritum, Christus venit: quod E est intentum. Nec mirandum si ex falsa expositione concludatur veritas. Tum quia ex falsis sæpe sequitur verum. Tum quia ad conuincendum aduersarios, ipsorum propria confessio est efficax argumentum. Et nota quòd non solum secundum Ra. Sa. Thalmudicam doctrinam vt dictum est, sed etiam secundum omnes fere expositores eorum lxx hebdomadæ terminantur in tempore destructionis templi secundi. Et hoc de tertio principali.

ADDITIO II.

In eo. cap. ix vbi dicitur in postil. Quod autem sequitur ad dictam enumerationem Mardochæum tunc fuisse tantæ ætatis, ostenditur, quia ductus fuit in Babylonem cum Iechonia rege Iuda, vt habetur Ester ij. a. Non est necessarium ex textu allegato Ester ij. concedere, quòd Mardochæus fuisset ductus in Babyloniam cum Iechonia rege Iuda. Ibi enim legitur sic. Erat enim vir Iudæus in Susan ciuitate vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini, qui translatus fuerat de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda transtulerat &c. (Mardochæus an ductus in Babylonem.) Secundum quam literam si illud relatiuum qui, contentum in hoc dicto, qui translatus fuerat, referatur ad Cis proauum Mardochæi & non ad Mardochæum: sequeretur ex litera, quod Cis ductus fuit in transmigratione cum Iechonia, non autem Mardochæus pronepos suus: & sic nõ oportet concedere, quòd Mardochæus fuisset cclix. annorum: quando per Asuerum fuit exaltatus, vt dicit postil. quia forte per magnum tempus post transmigrationem Mardochæus fuisset natus in Susis vel alibi. Quod autem relatiuum prædictum scilicet, qui translatus fuerat, posset referri ad Cis, patet per exemplum. nam si quis diceret: quòd Dauid fuit filius Iesse, filij Obed, filij Booz qui contraxerat cum Ruth Moabitide, verum dixisset, nam illud vltimum relatiuum qui, posset referri tãtum ad suum immediatum antecedens. vnde similiter posset intelligi in proposito. Et F hoc modo accipiuntur relatiua grammaticalia in genealogia saluatoris Lucæ iij. scilicet quòd quodlibet illorum relatiuorum debet referri ad suum immediatum antecedens, non autem ad remotum, vt patet intuenti. Ex quibus sequitur quòd expositio prima postillatoris non esset reprobanda propter illam inconuenientiam quam allegat de ætate Mardochæi. Est tamen alia ratio potior ad impugnandum illam expositionem: Quæ quidem reprobatio sumitur ex initio hebdomadarum, prout patebit infra, quando de vera expositione tractabitur.

ADDITIO III.

In eodem cap. vbi dicitur in postil. Primò igitur videndus est terminus à quo incipit computatio lxx. hebdomadarum. In expositione huius visionis est maxima varietas, non solum inter Catholicos & Hebræos, qui ex diuersitate fidei circa aduentum Christi diuersimodè eam exponunt, sed etiam inter Catholicos ex varietate opinionum atque historiarum multiplex interuenit varietas. (Quare inuestigãdæ sint hebdomadæ.) Idcirco vt planior sensus magis elucescat, de tribus per ordinem videtur aliquid declarandum. Primò scilicet de terminis harum hebdomadarum. scilicet de initio & fine. qualiter sint inquirendi seu inuestigandi. Secundò qualiter sit procedendum in computatione ab vno extremo ad aliud. Tertiò qualiter de hac reuelatione secundum eius catholicam expositionem cum aduersarijs est agendum.

Circa

A Circa primum præsupponendum est, quòd initium huiusmodi hebdomadarum non potest rationabiliter assignari in aliquo tempore, sequente tempus quo hæc reuelatio fuit facta Daniel. scilicet post annũ primum Darij Cuius ratio est: Nam ex hoc sequeretur quod Daniel, per hanc reuelationem sibi factam non esset certificatus de tempore, quo ea quæ petebat & sibi reuelabantur, debebant impleri: sed penitus ignoraret quantum temporis distabat à tẽpore reuelationis, vsque ad tempus in quo implerentur ea quæ sibi fuerant reuelata quod est incõueniens: cum in huiusmodi notitiam suum desiderium principaliter intendebat & ipse Daniel non legitur petiuisse ab angelo super hoc vlteriorem cognitionem, vt patet literam intuenti. Præsuppositum autem patet per palpabile exemplum. Nam posito casu quod vnus dominus habeat vnum seruũ qui ex misericordia vel liberalitate promiserat libertatem à seruitute, nullum tempus ei assignans & consequenter ex aliqua occasione illum seruum incarcerauit, seu posuit in custodia qui quidem seruus maximè anxiatus à longa seruitute & carcere, instanter domino suo supplicans vt misereatur ei de tam diuturna & acerba afflictione, & concedat ei libertatem à seruitute promissam: similiter & à carcere, à domino suo accipit tale respõsum scilicet quod à die in qua haberet licentiam exeundi de carcere vsque ad annum continuum: perfectam libertatem vt promiserat ei daret. In quo casu manifestum est, quòd seruus ille nullam certitudinem habebat de tempore suæ liberationis Cum enim tempus primum à quo pendebat tẽpus secundum, est sibi penitus ignotum, consequenter & secundum similiter est ei ignotum. Quod quidem exemplum totaliter applicatur casui nostro. Nam si initium hebdomadarum tempore reuelationis erat futurum, nec fuerat Danieli reuelatum quantum distabat à B præsenti tempore reuelationis, adhuc facta reuelatione remanebat dubius Daniel de propinquitate seu prolixitate temporis, in quo reuelata debebant impleri, quod principaliter ab eo intendebatur. Ex quibus sequitur quod exponere ab exitu sermonis. de anno † primo Cyri, vel de xx. Artaxerxis, est omnino inconueniens. Daniel enim tempore reuelationis nesciebat si Cyrus habebat illam licentiam dare, similiter sicut Artaxerxes, & multo minus quando hoc erant facturi cum quolibet illorum erat futurũ & merè contingens. Nec fuerat sibi reuelatum per angelum, vt est manifestum in litera. vnde sanctorum seu doctorum reuerentia semper salua, li exitu sermonis, per angelum prolatum non debet applicari alicui tempori sequenti tempus reuelationis, sed præsenti tempori scilicet primo anno Darij (vt quidam volunt) vel alicui præterito tempori Danieli noto, vt inde haberet notitiam certam quando reuelata erant adimplenda.

†secundo

Secundò præsupponendum est: quod cuilibet catholico verba angeli sane consideranti debet esse certus vltimus terminus hebdomadarũ. Cuius ratio est. Nam huiusmodi terminus concurrit cum tempore passionis Christi. Quod patet ex hoc nam deletio iniquitatis, consummatio præuaricationis, & huiusmodi quæ in prima propositione angelica continentur, sunt proprij effectus passionis Christi, cuius liuore sanati sumus. Isa. liij. c. De qua passione Angelus fecit expressam mentionem dicens: Post. lxxij. hebdomadas occidetur Christus. Cum igitur tempus passionis Christi est notum nobis, quod fuit xviij. anno Tyberij Cæsaris sequitur de necessitate quòd vltimus terminus hebdomadarum est nobis notus ex fide, qui est idem cum prædicto tempore passionis. Ex quo consequenter est nobis notum, quòd initium harum C hebdomadarum præcessit annum xviij. Tyberij per ccccxc. annos ex autoritate angelica. Sed cum quo anno alicuius regis Iudæorũ vel Chaldæorũ vel Persarum huiusmodi initiũ concurrit, hoc diligenter requirit indaginẽ. Cuius ratio est. Nam historiæ cõcurrentes cum tempore lxx. hebdomadarum, non traduntur perfectè seu integrè in sacris scripturis, nec in alijs autenticis annalibus: imo historiæ illorum temporum, præcipuè regum Persarum & Medorum sunt plenæ diuersitatibus & contradictionibus, intantum, quòd non solum variantur in tempore durationis quorundam regum, sed etiam quædam historiæ nominant quosdam reges Persarũ, de quibus alij historiographi minime faciunt mentionem Nam post Xerrem qui potenter sibi subiugauit regnum Græciæ vsque ad Alexandrum magnum, fuerunt in Perside secundum latinos xj. reges: secundum vero Hebræos à Cyro qui præcessit prædictum Xerxem vsque ad prædictum Alexandrum fuerunt tantum quatuor reges in Perside, vt postil. ponit infra xj. cap. vnde per historias huiusmodi non est locus inueniendi initium harum hebdomadarum certitudinaliter modo prædicto scilicet cum quo anno alicuius regis de prædictis concurrit tale initium, dato quod notitiam habeamus vltimi finis earum cum quo concurrat, vt dictum est.

Sed ad inuentionem huiusmodi initij, Duo sunt facienda. Primũ scilicet ponderare verba angeli: ad quod debet tempus magis aptari. Secundum, quòd de quibus non habetur historia sacræ scripturæ, recurratur ad historias autenticas, specialiter Hebræorum: & secundum eas procederetur in hac computatione: à tempore passionis Christi ascendendo per ccccx. annos, & ibi assignare initium. Quod quidem initium per talem computationem inuentum, si non concurrat cum tempore adaptato verbis angeli, credendum est hoc contingere ex defectu D seu corruptione Historiarum, vel potius ex malicia aduersariorum volentium occultare (vt consueuerunt) mysteria Christi. Et tunc recurrendum est cum cautela ad alias historias Gentilium, vt talis error vel defectus per verisimiliores historias taliũ corrigatur vel suppleatur. Ratio autem quare historiæ Hebræorum sunt prius requirendæ seu prosequendæ quam aliæ, est duplex Prima, quia ipsi magis sunt autentici in his quæ ad intellectum sacræ scripturæ literalem faciunt, quam aliqui alij. Secunda, quia cum eis potius debemus agere de hac materia, iuxta illud j. Petri. iij. c. Parati reddere rationem cuicunque petenti &c. Ex quibus bene consideratis, initium harum hebdomadarum ponendum est, prout magister Raimundus Martini solemniter tradit in prima parte sui pugionis, cap. ij. in quarto anno Sedechiæ: vel in xij. Nabucho. quod vnum & idem est. quam sententiam in hoc sequitur postillator, vt patet in postill. Ratio autem per prædictos magistros assignata est, quòd in prædicto tempore exiuit sermo domini primò & principaliter de visitatione populi & impletione verbi diuini boni super eos. Qui quidem sermo cõprehendit non solum bonum reædificationis templi & reductionis populi, sed etiam bona spiritualia tempore Christi implenda, vt patet Iere xxix. Confirmatur autem hæc ratio, quia illa tempora in quibus exiuit sermo de reædificatione, vt est primus annus Cyri & xx. Artaxerxis: sunt rationabiliter exclusa, eo quòd erant futura tempore huius reuelationis, vt dictum est. Nec etiam in tempore primæ destructionis templi, vt Hebræi volunt, posset assignari, vt patet per ea quæ dicta sunt suprà in hoc c. Necetiam in tempore huius reuelationis rationabiliter debet assignari huiusmodi initium. Tum quia eo tempore E non primò exiuit sermo de reædificatione: Tum quia iam exiuerat ad Ieremiam: Tum quia Daniel cùm orasset tempore huius reuelationis, diligenter considerabat circa illum exitum sermonis diuini ad Ieremiam, vt patet in principio huius cap. vnde conuenientius videtur ibi assignari initium, vbi versabatur intentio prophetæ quam alibi. Sed quod maximè hanc assignationem confirmat, est quòd computatio annorum ab vno extremo hebdomadarum ad aliud conuenientius concordat cum prædicto initio quam cum cæteris per alios expositores assignatis, vt satis patebit diligenter intuenti. Et hoc de primo.

Quare procedẽdum in computatione de vno extremo in aliud.

Circa secundum attendendum, quòd licet isti Duo magistri concordent in initio & fine istarum hebdomadarum, in processu computationis, tamen discordant in aliquibus. Nam posti. tenet illum modum quem habes in postil. Magister verò Raimundus computat sic. scilicet quod à xij anno Nabuchodonosor inclusiuè (qui idem est cum quarto anno regni Sedechiæ in quo egressum est verbum domini prædictum ad Ieremiam) vsque ad finem xlv. anni regni ipsius Nabuchodonosor fluxerunt anni xxxiiij. Quod autem xij. annus Nabuchodonosor sit idem cum quarto Sedechiæ potest haberi. iiij. Reg. vlt. Quod autem à xij. anno Nabuchodonosor vsque ad finẽ regni eius fluxerunt anni xxxiiij. patet ex hoc. Nã Nabuchodonosor regnauit lxv. annis prout Hebræi tradunt in libro magnila. j. cap. à quibus si subtrahantur xj. anni primi, restat quod à xij. anno Nabucho. inclusiuè vsque ad finem regni eius fluxerunt xxxiiij. Consequenter si prædictis addantur xxiij. anni Euilmerodach. & tres anni Balthasar: qui tot annis regnauerunt secundum omnes Hebræos, sic habentur de regibus Chaldæorum ab egressu verbi prædicti lx. anni, quibus si F addantur duo anni Darij, & xxx. anni Cyri nepotis eius similiter: & xiiij Assueri filij Cyri & mariti Esther: similiter & sex anni Darij secundi vsque ad consummationem templi secundi, prout habetur in textu, sic faciunt lij. annos de regibus Persarum post Chaldæos vsque ad consummationem templi secundi, quibus additis lx. primis Chaldæorum: constat quod ab egressu verbi domini ad Ieremiam vsque ad consummationem templi secundi fluxerunt cxij. anni: quibus si addantur ccccxx. anni durationis templi secundi secundum omnes Hebræos, sic ab egressu prædicti verbi ad Ieremiam vsque ad destructionem ciuitatis & templi vltimam fluxerunt dxxx: à quibus si rescindantur xlij. anni: quibus præcessit passio Christi vltimam destructionem templi secundum omnes de hac materia loquentes: restat quòd ab egressu verbi ab ore Dei ad Ieremiam vsque ad annum passionis Christi prædictum fluxerunt ccccxc. anni, qui sunt lxx. hebdomadæ per Gabrielem annuntiatæ. In qua quidem computatione in omnibus concordat cum Hebraica & Thalmudica historia, excepto tantum tempore durationis regni Cyri, qui secundum Hebræos regnauit tribus annis tantum. Secundum verò latinos, quos in hoc sequitur magister prædictus, regnauit annis xxx., vt prædictum est. Computatio verò postillatoris concordat etiam cum Hebraicis historiis in tempore regni Cyri & in omnibus alijs, excepto tantummodo in tempore durationis regni Assueri mariti Esther. Durauit enim secundum Hebræos xiiij. annis tantum. Secundum verò latinos, quos in hoc loco sequitur postillator, durauit xl. vnde differentia inter istos duos magistros in hac computatione totaliter consistit in duratione temporis regni Cyri & Assueri.

☞ Assueri. nam magister Raimundus sequitur Hebræos in Assuero, & A Latinos in Cyro, Postillator verò per oppositum. Concordat enim cum Hebræis in Cyro & cum Latinis in Assuero. In aliis verò quæ ad hanc pertinent computationem omnino similiter se habent. Attẽdendum est ergo quæ istarum computationum rationabilius procedat, ne cùm de hac materia cum aduersariis disputari contingat appareat perplexitas seu claudicatio in nostro modo exponendi: vnde sub correctione melius sentientis, processus magistri Raimundi validior videtur ex duobus.

Raimundi sentẽtia præfertur.

Primò quia Cyrum regnasse xxx. annis, prout magister Raimundus præsupponit, non solum Græci & Latini, prout Eusebius, Paulus Orosius, Beda super Esdram iiij. cap. Hieronymus super Zachariam. glossa j. Esdræ v. a. magister historiarum in fine Danielis hæc testantur. Sed etiam Iosefon Hebræus abbreuiator Iosephi, qui largè de hoc tractat de gestis Cyri hoc concludit in fine. In quo igitur Græci & Latini cum aliquo de famosis Hebræorum Historiographis concordant, potius tenendum est, quàm illud in quo aliqui Hebræi tantum & non omnes conueniunt. Secundo quia Assuerum regnasse xl. annis nemo Hebræorum testatur, sed solum Latini: vnde Hebræi cauillando possunt dicere, quod hoc fuit inuentum fictè ex parte nostra, quod non possunt circa annos Cyri similiter cauillare, cùm etiam aliquis de suis hoc fatetur, vt B dictum est. Ad obiectionem verò postil. de hoc quod legitur Esdræ vj. Orentque pro vita regis & filiorum eius. Ex quo arguitur, quod Darius erat tantæ ætatis circa tempus consummationis templi, quod filios habebat: Dicendum, quod non sequitur. Possunt enim illa verba intelligi de filiis regis si eos habuisset. Simili enim modo legitur Deutero. xvij. d. vbi de rege tractans ait: Vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Israël. Quæ quidem verba non est necesse, vt intelligantur de filiis regis in rerum natura existentibus, sed de filiis quos habere posset in futuro, vt patet literam intuenti: & hoc de secundo.

Circa tertium attendendum est secundum sanctum Thomam j. parte. quæst. xxxij. articu. j. in corpore quæst. cùm quis ad probandum aliqua quæ fidei sunt, inducit rationes aliquas non sunt cogentes, cedit in derisionem infidelium. Credunt enim, quod huiusmodi rationibus innitamur, & propter eas credamus. Et idem dicendum est de autoritatibus: vnde licet hæc expositio inter cæteras catholicas, saluo meliori iudicio potior videatur, non tamen ex ea contra aduersarios sumi posset efficax argumentum. Possunt ergo declinare aliqua de his quæ præsupponuntur in processu computationis prædictæ ex historiis, quæ ab eis non traduntur, nec continentur in sacra scriptura, vt est de duratione Cyri vel Assueri, prout dictum est. Nihilominus tamen hæc expositio perutilis est in duobus: Primò in eruditione catholicorum, qui præsupposita fide, omissa varietate & confusione cæterarum expositionum, informabuntur de sano & plano intellectu huius reuelationis. Secundò, quia etiam contra aduersarios, etsi non arguendo, tamen defendendo possunt eam proponere & absque rationabili calumnia sustinere. Ad arguendum tamen contra eos de hac reuelatione satis sufficit principium sumere ex expositione Rabbi Salomo. supradicta, quæ est communis Hebræorum expositio, prout deductum est suprà in prima additione huius cap. circa tertium principale. Et C hoc de tertio.

ε.quæ,

ADDITIO IIII.

In eodem ix. cap. vbi dicitur in postilla. Distinguit autem septem hebdomadas & vltimam ab aliis propter specialia opera facta in ipsis & cæt.

Hæc ratio quã assignat postillator pro distinctione septem hebdomadarum ab aliis, non videtur sufficiens. Nam secundum veram expositionem quam sequitur, prædictæ. lxx. hebdomadæ incipiunt quarto anno Sedechiæ vt dictum est: qui quidem annus præcedit templi destructionem per sex annos. Nam destructio illa fuit xj. anno Sedechiæ, vt habetur Ieremiæ vlti. & iiij. Regum vlti. Constat autem quod idem est initium septem hebdomadarum, & lxx. hebdomadarum, cum huiusmodi septem hebdomadæ sint prima pars huius tripartitæ distinctionis. Ex quo sequitur. quod à principio septem hebdomadarum vsque ad primum annum Cyri dantis licentiam reædificandi, fluxerunt lix. anni, qui faciunt octo hebdomadas integras & insuper tres annos. vnde dato quod tres annos prætermisisset: eo quod non faciunt per se hebdomadam integram, nulla videtur ratio quare prætermisisset octauam hebdomadam quæ integra est & perfecta: vnde melius videtur dicendum secundum magistrum Raimundum vbi suprà, qui assignat aliter distinctionem harum hebdomadarum dicens, quod in qualibet parte huius tripertitæ distinctionis quædam fuerunt facta seu ostensa ad reuelationem mysteriorum Christi pertinentia. Nam infra tempus septem hebdomadarum reuelatum fuit Nabucho. qui monarchiam pro tunc vniuersalem tenebat mysterium incarnationis Christi, quo ad vtramque naturam ipsius diuinam scilicet & humanam. D Humanam scilicet suprà Daniel. ij. g. in lapide abscisso sine manibus &c. quod communiter exponitur de Christo secundum humanam naturam, secundum quam natus est de matre sine patre, prout ibidem fuit expositum. Diuinam verò suprà iij. ca. in quarto viro, qui similis erat filio Dei, vt ibidem etiam fuit declaratum. Similiter infra tempus lxij. hebdomadarum sequentium circa principium earum fuit reuelatum Danieli per angelum sub certo numero tempus aduentus Christi cum suis pertinentiis & qualitatibus sub compendio expressiori modo quam antea, vt patet in reuelatione de qua agitur. Consequenter etiam circa finem harum hebdomadarum, per eundem angelum virgini gloriosæ fuit perfectè annuntiatus aduentus Christi & effectualiter impletus. Consequenter in tempore harum lxij. hebdomadarum templũ fuit reædificatum in quo templo Christus oblatus fuit Deo patri: & sic honor prædicti templi secundi iuxta prophetiam Aggei multo maior quam prioris templi effectus est præsente ibidem Christo, qui nunquam ibidem corporaliter visus fuerat. Similiter in vltima hebdomada ab aliis distincta fuit impletum mysterium redemptionis humanæ, in quo omnes expositores catholici conueniunt.

Sed contra hoc possent aduersarij ex duobus cõtradicere. Primò quia visio illa de lapide absciso fuit secundo anno regni Nabucho. vt in E principio secundi ca. prædicti expressè dicitur: ex quo sequitur quod hoc fuit infra tempus septem hebdomadarum, quæ postea incipiunt, scilicet a. xij. anno Nabucho. vt dictum est. Secundo quia prædictæ duæ reuelationes qualitercunque sumantur, fuerunt tempore Nabuch. ante eius alienationem, vt patet in litera, sed istæ septem hebdomadæ se extendunt vsque ad magnam partem durationis Euilmerodach: vnde remanet magna pars harum septem hebdomadarum, in qua nulla legitur fuisse facta reuelatio: ergo non debuissent assignari septem hebdomadæ propter rationem prædictam, sed tres seu quatuor prout fuerunt. Similiter possunt arguere contra secundam distinctionem scilicet lxij. hebdomadarum quia non in principio earum hæc reuelatio fuit facta Danieli, sed postquam transiuerat de eis vna hebdomada integra & quasi dimidia de secunda: vt patet computanti à principio hebdomadarum vsque ad annum primum Darij primi, in quo hæc reuelatio fuit facta.

Sed ad primum istorum dicendum est, quod vbi dicitur suprà Dan. ij. c. In secundo anno regni Nabuch. non intelligitur de secundo anno quo Nabucho. super Chaldæos primo regnauit, sed intelligitur de secundo anno regni eius ab eo tempore quo super Iudæos regnauit, & simul super alias nationes imperauit, prout suprà in postillan ij. c. habetur in quo etiam concordant Ra. Abraham Abẽ hazra in eodem loco. Alij verò expositores Hebræorum dicunt, quod li secundus annus regni Nabucho. intelligitur secundus annus ante mortem suam. Constat autem, quod secundum vtramque expositionem li secundus annus regni Nabuch. continetur infra tempus septem hebdomadarum, quod est propositum. Ad secundum verò dicendum, quod hæc distinctio hebdomadarum non est intelligenda sic punctualiter quod à primo tempore cuiuslibet distinctionis vsque ad finem fiant seu contineantur illa quæ illi parti applicantur, sed sufficit quod in aliqua parte notabili cuiuslibet distinctionis impleantur: nam Gene. xv. a. legitur: Scito F prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent cccc. annis. Constat autem, quod semen Abrahæ non fuit afflictum seu seruiliter subiectum per omnes cccc. annos, sed tantum per ccx. prout ibidem exponitur: & tamen scriptura hoc attribuit illis cccc. annis, vnde & in proposito, licet non per totum tempus septem hebdomadarum fuerunt factæ reuelationes prædictæ, sufficit quod in aliqua parte sui circa principium fuissent factæ. Similiter est dicendum de secunda distinctione: quod non sic distinctè punctualiter est accipienda, sed sufficit quod circa principium & medium & finem eius impleantur per interualla ea quæ illi parti applicantur, vt dictum est. Si quis autem voluerit omnino huius distinctionis rationem numeraliter habere, oportet recurrere ad mysticum sensum. Nam secundum Greg. in ij. lib. moralium, cum rationem literæ defecisse cognoscitur, restat vt ad mysticum sensum sine dubitatione recurratur: vnde in proposito posset assignari ratio mystica numeralis huic distinctioni satis propria.

Mystica hebdomadarum expositio.

Ad cuius intellectum sciendum, quod antiqua lex septenaria dicitur propter præceptum Sabbathi & aliorum quæ ei concordant. Similiter & noua lex octonaria dicitur, propter mysterium Dominicæ resurrectionis. vnde super illud Ecclesiast. xj. a. Da partes septẽ necnon & octo. Glosa. Da partes septẽ. i. vetus testamentũ, cuius septima dies. i. Sabbathũ præcipuè honoratur, necnon & octo quod est nonũ, vbi glossa interlinearis. Nonum propter Dominicam dicit. Vnde ad propositum, vt Gabriel ostenderet Danieli quod iustitia sempiterna quæ adducenda erat, perfectè debebat adimplere veterem legẽ. Idcirco primã partem huius distinctionis in vij. hebdomadas determinatè includit, vt etiã ei innueret quod octonaria lex. i. noua prædictæ legi habebat succedere per

A *dere per Christum & cum ea incorporari, ideo subiunxit numerum lxij. nam viij. in vij. deducto faciunt numerum lvj. quod denotat legem nouam per octo, & legem veterẽ per septẽ & ex deductione vnius in alterũ innuit earũ virtualẽ coniunctionem. Nã vt dicitur in glo. allegata, sine altero toto non valet alterum. De sex enim hebdomadibus quæ restant ex numero lxxij. secundum hunc sensum, qui non ex toto literam sequi debet, non est facienda mentio cùm non faciat integram hebdomadam. Nam Leuit. xxiij. a. dicitur:* Numerabitis ergo ab altera die sabbati vij. hebdomadas plenas, *id est integras. Ex quo patet, quod vbi de hebdomadibus agitur non est facienda mentio nisi de integra hebdomada, nisi forte vbi expressa sit mentio de aliqua parte hebdomadæ, sicut in hoc ca. specialiter memoratur dimidium vltimæ. Et hæc ratio huiusmodi distinctionis sufficere debet fidelibus qui præsupposita fide desiderant habere rationem scripturarum.*

REPLICA *In ca. ix. lxx. hebdomadarum materiam, satis concorditer tractant postillator & Burgensis. Sed tamen Burgensem in quibusdam contra postil. se cauillatorem ostendit, sumens occasionem ex quadam computatione, quam reprobat ex eo, quia Mardochæus videtur esse nimis excessiuæ ætatis iuxta illam computationem: & hoc dicitur sequi ex eo quod dicitur Ester. ij. quod Mardochæus fuit translatus cum Iechonia in Babylonem. Sed Burg. mouens difficultatem grammaticalem de relatiuo & antecedente, proximo & remoto dicit id ex litera allegata Ester. ij. non haberi quod Mardochæus fuisset translatus cum Ieconia, sed Cis, quia dicitur in litera allegata:* Erat vir in ciuitate Susis vocabulo Mardochæus filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe Iemini qui translatus fuit de Ierusalem cum Iechonia. *Referendo inquit Burg. li.* qui, *ad proximum antecedens significat ipsum Cis translatum non Mardochæum. Sed non insistendo grammaticæ* B *quæ sæpe & proprie refert remotum antecedens sicut proximum, videtur Burgensis deficere: quia si ad proximum antecedens debet fieri vt ipse vult relatio, tunc Iemini translatus est, quod falsum est, quia Iemini fuit vnus de progenitoribus Saul, vt dicit.* j. *Re. ix. Nec videtur verum de Cis qui fuit pater Saul, & per tempora omnium regum durare non poterat vt transferretur cum Iechonia nihil Burg. fingat alium qui vocetur nomine Cis: & quia hoc non habet scripturæ autoritatem, ea facilitate contemnitur qua probatur: & ad rem, si à transmigratione Iechoniæ computarentur anni Cis proaui Semei aui, & Iair patris Mardochai fortassis Mardochæus non reperietur natus quando dicitur Ester ij. ipsam Ester in filiam adoptasse & curiam eius rexisse, vel saltem inueniretur valde iuuenis qualis ad huiusmodi officia fuisset ineptus &c.*

Item Bur. eodem ca. notat postilla. in eo quod recedit à computatione Raimundi, qui computat annos secũdum compotum Latinorum quo D *ad regnum Cyri & regnum Assueri mariti Ester computat secundum computationem Hebræorum, & postil. facit per oppositum. vnde Burg. præfert factum Raimundi in hoc postil. debilibus rationibus. Prima quia factum Raimundi quo ad Cyrum concordat vt dicit græcis & latinis & vni hebræorum qui fuit abbreuiator Iosephi. Secunda ratio, quia soli latini dicunt Assuerum regnasse xl. annis. Possunt igitur Iudæi cauillare, quod hoc sit confictum: Sed quo ad primam rationem videtur allegatio Burg. modicum valere: nam allegare pro autoritatibus in compoto præsenti eos qui in computatione lxx. hebdomadarum multipliciter deficiunt, & inter se non concordant puerile est: quia etiam scriptura sacra perderet autoritatem si in ea reperiretur discordantia vel defectus, vt scribit beatus Augustinus ad beatum Hier. epistola prima & viij. transsumitur ix. di. ego & ca. si ad scripturas. Nunc autem Beda & alij à Burgen. allegati sunt diuersi, quia quidam eorum computant secũdum annos lunares, quidam solares, quidam à primo anno Cyri &c. quæ omnia nec à Raimundo, nec postil. nec Bur. sunt recepta. Non igitur sequitur, concordant cum Raimundo in vno puncto, igitur standum est eorum dictis. Nec Loceson abbreuiator Iosephi potest allegari pro autoritate, quia à communi computatione hebræorum & suorum magistrorum sine ratione recedit, ex scriptura nihil probans. Nec secunda ratio sua valet, quia calumniæ Iudæorum non sunt curandæ vbi sine autoritate scripturæ ea quæ nostræ fidei sunt, impugnant. Nec remanet Iudæis excusatio ex diuersitate computationum cum tempus lxx. hebdomadarum, de quo hic agitur qualitercunque computetur per mille annos transierit in præteritum & amplius. Sola igitur obstinatio maliciosa tenet eos in perfida expectatione Messiæ. Nec valet responsio Burg. ad id quod postil. pro suæ intentionis confirmatione adduxit de Esdræ vj. quia dicit Burgen. fieri orationem pro filiis nondum existentibus. Sed contrarium videtur quia Esdræ vj. dicitur.* Orent pro E vita regis & filiorum eius, *præsupponitur igitur in litera vita filiorum, pro qua orandum dicitur. Illusoria etiam oratio videtur pro nondum existentibus in rerum natura. Fit quidem bene pro defunctis, sed non pro futuris, nisi prophetice, qualiter non est in Esdra dictum. Nec est simile quòd Bur. adducit Deutero. xxvj. Ibi enim non dicitur quis orare pro rege & filiis eius, sed pranosticè dicitur de rege nondum existente & filiis futuris. Si rex iustus fuerit diu regnabit, & filij eius post eum, & regnum eius transibit ad posteros. Potest enim de non existentibus proprie quis pranosticare, sed non pro eis orare specialiter pro vita eorum qui non viuunt. Reliqua quæ in Daniele notat Burg. non sunt magni ponderis, sed stant in verbis & compotis secundum Burg. non punctualiter accipiendis.*

CAP. X.

a *Anno tertio.* In fine primæ visionis legimus, quia *fuit Daniel vsque ad annum primum Cyri regis:* Quòd sic accipiendum est, quod fuerit apud Chaldæos in pristina dignitate vsque ad annum primũ Cyri regis, & post in Medos translatus: vbi anno primo Cyri regis lxx. hebdomadarum sacramenta cognouit. Nunc tertio C anno regis Cyri hæc vidisse narratur.

b *In diebus illis.* Anagogæ. Qui in luctu est, & sponsi luget absentiam non comedit panem desiderabilem qui de cælo descen. neque solidum cibum capit qui per carnem intelligitur, nec vinũ bibit quod *lætificat cor hominis, nec exhilarat faciem in oleo.* hoc autem ieiunium impetrabiles facit lachrymas spõsæ, *si quando fuerit sponsus ablatus* F

CAP. X.

a Anno tertio Cyri regis Persarum verbum 1
reuelatum est Danieli cognomẽto Baltha- 2 3
a Dei quo hoc facturus est, & prophetæ qui intellecturus.
sar, & verbum verum & † fortitudo ma- 4
a ¶ nos quoque litteras frustra videmus aut legimus, nisi intelligamus. 5 6
gna, intellexitq; sermone. † Intelligentia e- 7
b nim est opus in visione. In diebus illis ego Da- 8

† Tẽpus lõgum est
† Et animaduertit quid sibi vellet ca visio.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. X.

1 Anno tertio Cyri. *Hic ponitur nona visio Danielis, & secundum opinionem communem ista visio quæ hic ponitur, differt ab illa, quæ ponitur in duobus ca. sequentibus: sed mihi videtur, quod est vna tantum, vt magis patebit legendo literam. Diuiditur ergo sic: quia primo describitur excellentia huius visionis, secundo exprimitur continentia ibidem reuelatæ veritatis: & hoc duobus capitulis sequentibus. Prima in duas: quia primo tangitur magnitudo huius visionis in generali, secundò magis in speciali, ibi:* In diebus illis. *In prima parte primo tangitur tempus quo facta est reuelatio Danieli, cum dicitur:* Anno tertio Cyri regis Persarum. *Secundo reuelationis magnitudo, cum dicitur:* (Diuisio.)

2 Verbum reuelatum. *id est veritas quæ verbo exprimitur.*

3 Danieli cognomento Balthasar. *hoc dicit quia Balthasar erat nomen eius secundarium, vt patet cap. primo huius libri.*

4 Et verbum verum. *ad intelligendum.*

5 Et fortitudo magna. *ad implendum, quia non poterat impleri nisi diuina virtute & ordinatione, quia hæc visio continet persecutionẽ Antiochi & Antichristi & destructionem eorum, & resurrectionem mortuorum vt videbitur.*

6 Intellexitque sermone. *quia non tantum habuit visionem imaginariam, sed etiam intellectualem: propter quod subditur:*

7 Intelligentia &c. *ad hoc scilicet quod aliquis dicatur propheta, sicut supra declaratum est in principio libri psalmorum: vel potest exponi.* Intelligentia opus est &c. *quasi dicat oportet intellectum hominis à Deo eleuari ad hoc, quod talia possint intelligi & capi: & in hoc patet arduitas visionis in generali.*

8 In diebus illis ego Daniel lu. *Hic ponitur excellentia huius visionis magis in speciali. & hoc dupliciter primo ex parte Danielis videntis, secundo, ex parte angeli apparentis, ibi:* Die autem xxiiij. *Magnitudo autem visionis ex parte Danielis ostenditur in deuota præparatione ipsius ad hanc visionem, & hoc per luctum, ieiunium, & orationem, & hoc est quod dicitur hic:* In diebus illis ego Daniel lu. *peccata & miseriam populi Israël.*

A ablatus ab ea, nec Daniel quoque aliter audet dominum deprecari.

✠ THEODORETVS. Necesse est huius prophetæ luctus causam inquirere. Cùm rex omnibus quicunque cuperent libertatem, ac reditum in patriam concessisset, complures qui sibi in Babylone domos construxerant, earum vinculo deuincti, neglecto in patriam reditu, externam regionem patriæ prætulerant. Soli verę pietatis amatores, legúmque custodes, patriam solitudinem, vel ipsi regno ante ponendam duxere. Hoc itaque beato Danieli maximum attulit luctum. Sed iure aliquis quæ fierit, cur nam reditum aspernantes lugeret, ipse in patriã non reuersus? B Cum iis qui in Babylone remanere decreuerant degere compellitur, vt ne spirituali cura prorsus destituti, in impietatem penitus labantur. Hac de causa nullam inuenit consolationem, sed ipsum valde angit populi contumacia & sanctæ ciuitatis obliuio, quare ieiunat, nullam corpori curam adhibet, non vnguentum extrinsecus non intrinsecus alimentum. (De ciborũ delectu.)

a ¶ Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & plan. b ¶ pro mysterio trinitatis. c ¶ Ne transitoria & fortuita videatur deprecatio. d ¶ Cœlestem. e ¶ Q. A cibis delicatioribus abstinui, quod nobis multo magis faciendum tempore ieiunij, qui enim illicitis vtuntur abstinere debent etiam à licitis.

Daniel lugebam trium hebdomadarũ diebus, panem deside 1 2
a ¶ Perfectè. b Corpus Christi. c ¶ Sanguis.
rabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os 3
a ¶ More Persarum & Medorum, qui vsque hodie pro balneis vtuntur vnguentis.
meum. Sed neque vnguento vnctus sum, donec comple- 4
a ¶ Finis non pugna coronat. b ¶ Pro mysterio trinitatis.
rentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima 5
a b & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnum qui est 6
a ¶ Eleuatione opus est oculorum, vt mystica videamus. b ¶ Mentis. c ¶ Sic.
d ¶ Symmachus, quasi vir non enim viderat, sed viri habebat similitudinem. ¶ Angelus eius qui & 7
fortius populi captiuati. Michael enim populo qui in Iudea remanserat præerat. 8
c Tigris, & leuaui oculos meos et vidi. Et ecce uir vnus vestitus 9
a ¶ Alij Ophaz: Aquila, colore Ophaz. b ¶ Erat. 10
d lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi 11
12

l. 3. de virg. ✠ AMBROSIVS. Escis quoque omnibus quæ gignant membris calorem, parce viuendum puto. Carnes enim etiam aquilas volantes deponunt.

Epist. 82. ✠ IDEM. Helias quem Dominus ad virtutis erudiebat profectionem, ad caput suum collyridam & vas aquę reperit & in virtute escæ illius. 40. diebus ieiunauit. Patres nostri cùm mare transirent pedibus, aquam, non vinum bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio cibo & aquæpotu, ille leonum furorem repressit illi ardentem ignem. Iudith solitudo sobrietatis desperatum lacertis virilibus reportauit triumphum. Anna. 84. annos in viduitate sua ieiuniis & obsecrationibus in templo seruiens, Christum agnouit. Hunc Ioannes abstinentiæ magister nouus in terris angelus nunciauit. Helisæus siluestribus ramis & amaris pascebat prophetas. Paulus gloriatur ieiuniis Qumodo non prosunt ieiunia, quibus vitia purgantur. Quæ si deferas cũ humilitate, cum misericordia, vt Esaias Spiritu diuino locutus est, ossa tua pinguescent, & eris sicut hortus irriguus. (3. Reg. 19. Exod. 14. Dan. 1. 3. 6. 10. Iudit. 12. Luc 2. Math. 3. 4. Reg. 4. 2. Cor. 11. C D Esa. 58.)

✠ AVG. Pro amore castigandi corpus, abstinentibus à vino vel carnib. nihil credere meriti accrescere, nõ hoc Christiani sed Iouiniani est. (l. de Eccles. dogm.)

✠ IDEM. Iouinianus hæreticus dicebat nihil prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiã. (l. de hæres. c. 82.)

✠ IDEM. Christiani edomandi corporis causa propter animã ab irrationalibus motibus amplius humiliandam, nõ quod illa esse immunda credant, non solum à carnibus, verum à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent: vel semper, sicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, sicut ferè omnes, quando magis quisque vel minus seu voluerit, seu potuerit. (l. 30. cont. Faust. c. 5.) E

✠ BASILIVS. Daniel vir ille desideriorum, cum tres hebdomadas panem non comedisset, nec aquam bibisset, etiam leones ipsos in lacum immissus ieiunare docuit. Nam quasi ex lapide, aut ære, aut aliqua re solidiore conflatus fuisset, leones ei dentes infigere non poterant. (Orat. de laudibus ieiunij.)

a *Iuxta.* Ezechiel fluuium iuxta Chobar vidit visionem. Iohanni Baptistæ super fluenta Iordanis aperti sunt cœli. Taceant ergo deliramenta eorum qui vmbras & imagines in veritate quærentes ipsam conantur euertere, vt flumina, & arbores, & paradisum allegoriæ legibus mentiantur. (Hieron. Ezechi. 1. a. Ioha. 1. d.)

b *Qui est.* Tigris fluuius, nimia sui velocitate, à tigride velocissima bestia nomen acquisiuit, (Tigris vnde.)

c *Vest.* Theodotio baltheis. 70 Bissinũ. Aquila cap. i. pręcipua. (Hierony.)

d *Et re.* In expositione Hieronymi super Ezechielem hæc plenè exposita inuenies. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Trium hebdomadarum. *In quo ostenditur magnitudo austeritatis ex parte temporis.*

2 Panem. *Id est cibum delicatum, quia nomine panis in scriptura intelligitur omnis cibus.*

3 Non comedi, & caro. *Et sic patet magnitudo austeritatis ex parte cibi & potus. Per hoc autem quòd dicitur quòd in tribus hebdomadibus non comedit talia ex deuotione innuit scriptura quòd aliis temporibus talibus vtebatur. Ex quo etiam vlterius patet, quòd tunc non tenebat tantam austeritatem in victu quantam tenuerat in iuuentute sua quando bibebat solum aquam & comedebat legumina, vt dictum est. 1. ca. Cuius ratio est, quia Daniel iam erat in tanta auctoritate, quòd poterat habere victualia in quibus non essent aliqua sibi illicita. Et iterum quia iam erat senex, cum à tempore suæ transmigrationis in Babylonem iam pertransissent. 69. anni, & esset in. 70. vt magis explicabitur infra. Tanta autem austeritas non est seruanda in senectute, quando passiones sunt edomitæ & corpus debilitatum, sicut in iuuentute quando vigent passiones.*

4 Sed neque, &c. *Vnguentum hic accipitur pro lachrima alicuius arboris aromaticæ, quia talibus vngebatur in terra illa contra intemperiem caloris, & ad conseruandum bonam dispositionem corporis.*

5 Die autem. 24. *Hic consequenter exprimitur excellentia visionis ex parte angeli apparentis: & primò describitur ipsius angeli apparentis insolitus fulgo, secundò, videntium terror, ibi:* Vidi autem ergo Daniel. *In prima parte dicitur sic* Die autem. 24. &c. *vbi designatur tempus determinatum huius visionis, non solum quantum ad animam, sicut in principio huius capituli dictum est, sed etiam quantum ad diem determinatum. Notatur etiam consequenter locus cum dicitur.*

6 Eram iuxtà. *Hic est vnus de quatuor fluminibus paradisi, & nominatus sic à velocitate cursus a tigride, quæ est bestia velocissima.*

7 Et le. ocu. *Corporis scilicet, & mentis.*

8 Et vidi. *Visione intellectuali & corporali.*

9 Et ec. vir vnus. *id est, angelus apparens in specie viri.*

10 Vestitus li. *Vbi primò describit eum quãtum ad extrinseca quo ad vestimentum album vel lineum, quo designatur puritas angelica, & quo ad cingulum, cum dicit.*

11 Et renes eius. *Id est mundissimo: vnde dicitur obrizum ab ob & radio as: quia propter radiationem sic nominatur. Per zonam auream & radiantem intelligitur feruor charitatis, quo angeli indissolubiliter ligantur cum Deo. Secundò describit angelum quantum ad intrinseca, cum dicitur.*

12 Et corpus. *Est autem Chrysolithus lapis coloris marini, & habet scintillas aureas. Per tale igitur corpus intelligitur cœlum quod est propriè mobile angelorum, quia corpus angeli non informatur ab eo, sed tantum mouetur. Color autẽ maris qui est in Chrysolitho similis colori cœlesti. Per scintillas aureas intellige stellas quæ sunt in cœlo. Tertiò describit angelum apparentem quantum ad extremitates dicens.*

MORALITER.

9 *Et ecce vir.* Id est, angelus apparens in specie viri secundum sensum literalem, per quem significatur bonus episcopus, qui nominatur angelus. Malachiæ. 1. c. *Angelus domini exercituum est.* Et bene dicitur hic vir à virtute, & vnus: virtutis singularitate, quia super populum suum pollere debet singulari sanctitate. Grego. in pasto. Tantum transcendere debet actionem populi actio præsulis, quantum distat à grege vita pastoris.

10 *Vestitus lineis.* Id est, ornatus sanctitate conuersationis.

11 *Et renes.* Id est, mundissimæ castitatis cingulo. Grego. homel. 32. Renes præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentiam coartamus.

12 *Et corpus eius quasi Chrisolithus.* Qui est coloris marini, & habet scintillas aureas: per primum significatur rigor disciplinæ, per secundum rectitudo intentionis debitæ scilicet, vt fiat zelo iusticiæ: ideo subditur.

✠ THEODORETVS. *Baddin*, Græca lingua significantur byssina. Ait itaque illius qui visus est indumentum se byssinum conspexisse. Zonam verò, *Ophaz*, hoc est, auro nitidissimo, & maximè puro; corpus autem quasi Tharsis, id est, simile erat auro probatissimo è Tharsis allato. Etenim illinc Salomoni rude afferebatur aurum

Hierony. Act. 9. a. — a *Vidi aut.* Simile Paulus in actibus Apostolorum passus est, vt cæteris non videntibus visionem solus aspiceret: alij sonum audierunt, sed vim vocis non intellexerunt.

b *Et audiui vocem sermonum eius, &c.* — Li. 22. Moral. c. 21. — ✠ GREGORIVS. Dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, meritorum incrementa signauit. Hæc enim nequaquam tanta cura exprimeret, si à mysteriis vacare cognouisset. In scriptura enim sacra iusti viri, non solum quod dicunt, prophetia est, sed etiam plerumque quod agunt. Verba ergo Dei iacentes cum Daniele audimus, cùm in peccatis positi, terrenæ pollutioni coniuncti, sanctorum voce spiritalia præcepta cognoscimus. Ad quæ præcepta quasi super genua & manuum articulos erigimur, quia à terrenis contagiis recedentes, quasi iam infimis vētrem leuamus. Ad extremum voce dominica erecti quidē sed trementes assistimus, cùm à terrenis desideriis subleuati verba Dei quo plenius cognoscimus, plus timemus. Iam verò ad verba Dei erectus assistit, qui perfectè mentem ad sublimia erigit. Bene autem trementem se stetisse indicat, quia examen subtilitatis internæ, quo plus ad illud proficitur, amplius formidatur.

c *Desi.* Symmachus *Desiderabilis* quia omnis sāctus habēs in se animæ pulchritudinem amatur à Deo.

a ¶ Alij Thransin quia lapis ille marini coloris est.
Chrisolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi e- 1
ius vt lampas ardens, & brachia eius & † quæ deorsum vsque 2
ad pedes quasi species æris candentis, & vox sermonum eius 3 4
a vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel solus visionem: 5
a ¶ Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. a ¶ Bestia si tetigerit montem lapidabitur.
porro viri qui erant mecum non viderant, sed terror nimius
a ¶ Audiui domine in paradiso vocem tuam & abscondi me. ¶ Qui male agit odit lucem.
irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem reli-
ctus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in 6
a ¶ Visa fortitudine Dei.
me fortitudo: sed & † species mea immutata est in me, & 7
a ¶ Simile ait Moyses, & exterritus sum & tremebundus. Et Abraham: Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis.
b emarcui, nec habui quidquam virium. Et audiui vocem 8
a ¶ Mente. ¶ Alias constratus.
sermonum eius, & audiens iacebam consternatus super fa- 9
a ¶ Sciens quia cinis es, & in cinerem re. b ¶ In figura hominis videtur angelus, & humanam manum mittit ad prophetam, vt generis sui corpus aspiciens non paueat: similis enim similem querit.
ciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce ma- 10
nus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super 11
articulos manuum mearum, & dixit ad me: Daniel 12
a ¶ Quia precum instantia, & afflictione corporis, & ieiuniorum duritia, cupit scire ventura & Dei secreta. 13 14
c vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad 15
te, & sta in gradu tuo. Nunc enim sum missus ad te. Cum- 16
que dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, & ait 17 18

† vis. † pedes eius

✠ THEODORETVS. Attende inquit diligenter quæ à me dicuntur, siquidem vt ea te docerem missus sum, quando corporis cupiditates vidisti, ac diuinarum rerum amator effectus, & beneuolentia quadam naturali erga populum effectus, quæ ei ventura sunt percipere concupisti.

Quia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et facies eius velut species fulguris. *In quo notatur excellentia gloriæ angelicæ.*

2 Et oculi eius vt lampas ardens. *In quo notatur perspicacitas*

3 Et brachia eius & quæ deorsum. *In quo significatur fortitudo angeli ad operandum per brachia, & ad mouendum se de loco ad locum per pedes.*

4 Et vox sermonium eius, vt vox multitu *In quo designatur efficacia virtutis eius ad docendum homines de occultis, & reuelandum veritatem, quia vnus angelus potest plus docere quam multitudo hominum seu doctorum. Ad euidentiam autem maiorem prædictorum considerandum, quod angeli apparent hominibus in corporibus assumptis ad instruendum eos familiarius de occultis, & ideò per proprietates corporis assumpti significantur proprietates angeli spirituales, vt dictum est.*

5 Vidi autem ego Daniel. *Hic consequenter ponitur videntium terror, & primò ponitur eorum trepidatio. Secundò angeli confortatio, ibi:* Et ecce manus. *Dicit igitur primò sic:* Vidi autem ego Daniel solus visionem. *Perfectè, scilicet, quia non solum vidit angelum apparentē, sed audiuit eum loquentem, & intellexit. Alij enim viri qui erant cum Daniele viderunt solum angelum apparentem, ex cuius visione territi fuerunt, & ideo dicuntur hic non vidisse visionem: quia angelum loquentem non audierunt, nec intellexerunt ea quæ fuerunt reuelata Danieli: & hoc est quod dicitur hic:* Porro viri qui erant mecum, &c. *Et patet ex dictis vsque ibi.*

6 Et non remansit in me fortitudo. *Quia terror reddidit membra exteriora frigida & trementia: propter recursum spirituum & sanguinis ad cor, quia talis recursus fit in passione timoris.*

7 Sed etiam species mea immutata est in me. *Quia ex timore, pallor causatur in facie propter recursum sanguinis ad cor ab exterioribus membris.*

8 Et emarcui, &c. *Quia per timorem nimium homo fit aliquando stupidus, & quasi impotens se mouere.*

9 Et audiens iacebam consternatus super. *Quia ex timore non poterat stare.*

10 Et ecce ma. *Hic ponitur angeli confortatio, & hoc dupliciter quia primò confortat eum imperfectè, postea perfectius, quia processus est debitus de imperfecto ad perfectum Secunda pars incipit, ibi:* Cúmque loqueretur mihi. *Primum autem facit tangendo ipsum & eleuando aliquantulum, & hoc est quod dicitur hic.* Et ecce manus. *Scilicet, angeli.*

11 Tetigit me. *Confortando.*

12 Et erexit me super genua mea, & super articulos. *Aliquantulum eleuando.*

13 Et dixit ad me. *Verbo confortando.*

14 Daniel vir desi. *Quare autem Daniel dictus est vir desideriorum dictum est. 9. capitulo.*

15 Intellige verba mea, &c. *In quo confortat eum quantum ad mentem, similiter quantum ad corpus cum dicitur.*

16 Et sta in gra. tuo. *Id est, rectus, & recta facie versus cœlum: hic est enim gradus hominis: alia autem animalia stant super pedes facie inclinante ad terram.*

17 Cúmque dixisset mihi sermonem istum, steti trem. *Quia immutatio facta in corpore ex præcedenti timore nondum adhuc transierat.*

18 Et ait ad me. Noli me da. *Quia non apparui ad maleficiendum tibi, sed magis ad docendum te illa quæ desideras scire, & hoc est quod subditur.*

✠ Quia

MORALITER.

1 *Et facies eius velut species fulguris.* Quia per feruentem zælum iustitiæ est terribilis malignis.

2 *Et oculi eius vt lampas ardens.* Per claritatem cognitionis.

3 *Et brachia eius & quæ deorsum vsque ad pedes quasi species.* Id est, igniti, per brachia virtutis operatiua, per pedes motiua significantur: nam eius motus & opera debent esse ignita feruore Charitatis.

4 *Et vox sermonum eius, &c.* Per quod significatur efficacia doctrinæ, Sequitur.

9 *Et audiens iacebam con.* Per hoc significatur, quod considerans tanti viri perfectionem resilit ad considerandam respectu ipsius propriam paruitatem.

12 *Et erexit me super genua mea, & super.* Nam Deus manus deprimit superbientes & exaltat humiles. Lu. 2. a. *Deposuit potentes de sede, & exal. humiles.*

4 Et ✠ MORAL.

a *Quia ex die primo, &c.* Statim est auditus, sed non statim missus est angelus: datur in mora occasio amplius deprecandi, & desiderandi, vt amplius possit mereri. — Hieron.

Quod autem ait: ego ingressus sum ad verba tua, hoc significat, postquam cœpisti lachrymis, & ieiunio, & orationibus inuocare misericordiā Dei: ego occasionem accepi vt pro eo oraturus ingrederer in conspectu Dei.

b *Ego veni.* ✠ THEODOR. Hinc docemur quantum nobis voluntaria prosit afflictio. Etenim beatus Daniel cùm voluntario seipsum ieiunio afflixisset, & Dominum quæsisset, statim exorauit, & voti sui compos factus est: quod is qui se ei in visione obtulerat, declarat.

GREGORIVS. — Li. 17. Mor. c. 7. — Quasi dicat. Precum tuarum merita exigunt, vt Israeliticus populus à iugo seruitutis suæ exuatur, sed est adhuc quod in eodem populo Persarum domino purgari debeat, vnde ereptionem illius princeps Persarum iure mihi contradicit; quāuis preces tuę eorúmque lachrymæ qui in Iudæa sunt relicti, adiuuent, vnde. *Et ecce Michael vnus, &c.*

c *Princeps autem regni.* HIERONYMVS. Videtur mihi hic angelus, esse cui Persis credita est, iuxta illud. *Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei.* Isti sunt principes de quibus Paulus. *Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* — Deut. 32. a. secund. 70. — 1. Cor. 2. b.

✠ THEODORETVS. Ex his & multis huiuscemodi aliis docemur singulis angelis vniuscuiusque nostrum creditum esse [illegible] custodiant, tueantur, & à praui dæmonis nos liberent [illegible]. Archangelis verò illud munus impositum, vt gentium [illegible] præfecti; sicut Beatus Moyses docuit, cuius dictis Daniel consentit, cum dicit regni Persarum principem, & principem Græcorum, Michaelem quoque principem Israel vocat. Sed qua de causa regni Persici princeps resistere videbatur ei, qui pro populo patrocinium susceperat. Nā perturbationibus naturam angelorum non esse obnoxiā cuiuis perspicuum est, & diuinis eos nutibus obtemperare sine vlla cōtrouersia licet intelligere. Persarum & Græcorū principes erga eos beneuolētia affecti quorum tutelā habebant, cernentes Israelis iniquitates ægre ferebant, siquidem videbant ipsos maioris prouidentiæ fructus ferre. Neque enim nouerant in Deo occultum mysterium, quod postea innotuit principibus & potestatibus per Ecclesiā. Hoc itaque mysteriū ignorantes, & multam Dei erga Israel prouidentiam cernentes, ij quibus aliarum nationum cura credita fuerat, indignabantur, quòd aspicerent eos maximè post legem & prophetas tantámque doctrinam & curā, prius affectos iis, qui à se regerētur, vel plurib. malis oppressos. Hoc Danieli angel9 apparēs dicebat. *Princeps regni Persarū restitit.* Hoc est, tot diebus ei persuadere studebam, iure eos ac prouidentia dignos censeri, opitulante mihi Michaele, & ipsum inquit, reliqui ibi cū principe regni Persarū.

d *Restitit mihi viginti.* Faciens pro commissa sibi prouincia, ne captiuorum populus dimitteretur. Et forsan cum ex quo

orare

Dan. 5. — Ephes. 3.

a ¶ Vicesimaquarta die mensis primi. Id est. Nisan expletis tribus hebdomadibus viginti & vno scilicet diebus cernit hanc visionem, & audit ab angelo, qui ex quo orare cœpit, & se affligere in conspectu domini exaudita sunt verba eius.
a ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo quo posuisti 1
cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei 2
a ¶ Vt captiuus populus sub Dario relaxetur. b ¶ Qui orationes tuas Deo offerebam.
b tui exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones 3 4
¶ Angelus.
c tuos. Princeps autē regni Persarū restitit mihi viginti & vno 5
d ¶ Qui præest Iudæis. ¶ Angelis.
c ¶ Resistente Persarum principe precibus tuis & meæ legationi qui orationes tuas Deo offerebam.
diebus, & ecce Michael vnus de principibus primis, venit in 6
a ¶ Iuxta Michaelem qui contra Persarum principem loquebatur. b ¶ Angelum.
adiutoriū meū, & ego remansi sibi iuxta regē Persarum. Veni 7 8
¶ Quæ precabaris. a ¶ Non in vicino sed in consummatione seculi.
autem vt docerem quæ ventura sunt populo tuo in nouissi- 9

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia ex &c. ad intel. *Illa quæ prius videras ca. 8. & non intellexeras ad plenum, vt dictum fuit super illud verbum in fine. 8. ca.* Stupebā ad visionem, & nō erat qui interpretaretur. *Vel aliter. Ad intelligendum scilicet voluntatem Dei circa ea quæ sunt ventura populo tuo, & quasi in idem redit.*

2 Vt te affl. in conspe. Dei tui. *Vt per hoc oratio tua citius exaudiretur coram Deo, & per consequens diuina veritas tibi reuelaretur.*

3 Et exaudita sunt verba tua, &c. *Scilicet de reditu populi de captiuitate Babylonica. Sed contrarium videtur, quia licentia redeundi iam erat data primo anno Cyri. Ista autem oratio Danielis & afflictio de qua hic loquitur angelus facta fuit anno tertio Cyri, vt patet ex dictis in isto capitulo, ergo tunc non fuit exaudita oratio Danielis de reditu populi, sed ante per duos annos. Dicendum quod Iudæi fuerant in Babylone per 46. annos quantum ad illos qui cum Iechonia translati fuerunt. Illi verò qui in subiectione Ioachim patris eius fuerunt translati obsides vt de Daniele & aliis de semine regio dicitur, fuerant iam 60. annis. Illi verò qui cum Sedechia fuerunt translati, fuerant ibi. 56. annis, secundum illam computationem quam secutus sum tanquam iudicio meo veriorem suprà ca. 9. & sic per consequens illi qui tunc viuebant, fuerant nati in Babylone pro maiori parte, propter quod afficiebantur ad remanendum in terra Babylonis, & propter possessiones quas ibi acquisierant ipsi vel patres eorum, & propter vxores quas ibi acceperant, & filios quos ibi genuerant. Et ideo post licentiam datam à Cyro remanserunt in terra Babylonis bene per duos annos & plus, vt dicitur in Scholastica Historia, propter quod timebat Daniel ne totum negocium de reditu eorum in Ierusalem impediretur. Et ideo orabat Daniel tertio anno Cyri, vt hoc impedimentum tolleretur, & fuit exauditus, & hoc est quod dicit angelus.*

4 Et ego veni propter sermones tuos. *Annunciare scilicet tibi quod tua petitio sit exaudita.*

Angeli principes prouinciarum.

5 Princeps autem regni Persarum, &c. *Ad euidentiam huius considerandum, quod angeli qui præsunt diuersis prouinciis, dicuntur principes illarum, & hoc rationabiliter: quia sunt solliciti de bono earum, ideo nominatur ordo ipsorum sic, scilicet ordo principatus. Considerandum etiam, quod sicut vni toti prouinciæ præest vnus angelus bonus quasi princeps ad procurandum bonum illius prouinciæ, ita præest vnus angelus malus quasi princeps ad inducendum homines illius prouinciæ ad malum. Dicunt igitur aliqui, quod iste princeps Persarum fuit angelus malus qui filios Israel incitabat ad remanendum in Babylone ex carnalitate quadam rationibus prædictis, & ideo dicitur hic, quod restitit. 21. diebus orationi Danielis qui orabat pro reditu populi in Ierusalem, & per consequens restitit angelo bono qui præsentabat orationem Danielis coram Deo, & hoc est quod angelus loquens Danieli dixit.* Princeps regni Persarum restitit mihi. 21. diebus *tantum enim temporis durauit oratio Danielis, & afflictio, vt patet ex prædictis. Beatus autem Grego. 16. libro moralium dicit, quod fuit bonus angelus, qui præerat regno Persarum, qui videbat ex mansione filiorum Israel in Perside multos de Persis & Medis conuerti ad cultum & fidem vnius Dei, & ideo interpellabat Deum vt remanerent in Perside, ostendens in conspectu Dei bona quæ ex hoc deuenirent, & sic angelus sanctus dicitur resistere angelo sancto qui repræsentabat Danielis orationem de contrario coram Deo. Non tamen inter angelos sanctos est contrarietas voluntatum simpliciter, quia voluntates eorum sunt conformes diuinæ voluntati, quia tamen de futuris ignorant quid Deus velit ideo aliquando consulendo Deum de aliquo futuro circa populos quibus præsunt, allegant merita contraria, & sic dicuntur resistere adinuicem, sed quando reuelatur eis super hoc diuina voluntas, simpliciter concordant in ea.*

6 Et ecce Michael vnus de principibus, &c. *Quia erat superior angelus angelo qui loquebatur, quia erat princeps totius Synagogæ, sicut est modo princeps totius ecclesiæ, & ideo non solum præerat filiis Israel qui erant in Perside, sicut ille qui loquebatur Danieli, sed etiam præerat omnibus filiis Israel vbicunque essent, & ideo procurabat bona filiorum Israel vbicunque, propter quod adiunit illum angelum qui præerat vni parti eorum scilicet eorum qui erant in Perside, & hoc est quod subdit de Michaele.* Venit in adiutorium meum. *Sequitur.*

7 Et ego remansi ibi. *Id est, coram Deo offerens preces tuas.*

8 Iuxta regem Persarum. *Id est, iuxta angelum qui præerat Persis mihi resistentem modo prædicto. Hoc autem dixit angelus Danieli ad ostendendum, quare tantum tardauerat ad denunciandum exauditionem suæ orationis.*

9 Veni autem, vt docerem. *Ex quo patet, quod non solùm venerat ad denunciandum Danieli reditum captiuitatis nec solùm ea quæ facta sunt tempore Anthiochi Epiphanis, sed etiam quæ ventura sunt in fine mundi tempore Antichristi, vt patebit capitulo sequenti propter quod sequitur.*

A orare cœpit propheta exauditus sit,non statim ei missus est angelus qui Dei indulgentiam nunciaret,quia viginti & vno diebus restitit ei princeps Persarum, enumerans peccata Iudæorum quibus iustè captiui tenerentur,nec dimitterentur.

GREGORIVS. Angelicos spiritus rectè Dei milites dicimus,dum certare eos contra potestates aëris non ignoramus: quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt, quia quidquid agendo contra immūdos spiritus appetunt ex adiutorio cuncti potentis possunt.

Lib.17.moral.cap.8. Angeli Dei milites. † coram.

a *Cúmque loqueretur mihi,&c.* THEODORETVS. Cū audissem angelorū quoque principes ægrè ferre eam curā, quæ haberetur erga populū,tristitię rursus plenus deiecto in terrā vultu stabam,nec sursum aspicere poterā.

† nō remansit in me.

B b *Domine mi, in vi.* THEODORETVS. Nemo autem existimet, qui ab eo visus est, illum esse Dominum propterea quod Daniel ipsum *Dominum* appellet. Dominum enim illum vocat, non vt Deum,sed honorem illi debitum tribuens.

D cet securus non sim,stante ibi Persarum principe & contradicente precibus tuis,& meæ legationi:& ecce princeps Græcorum.Id est, angelus Macedonum veniebat, & ingressus est in conspectu Dei,vt accusaret principem Persarum atque Medorum,vt in eorum locis regnum Macedonum succederet. Mira Dei sacramenta. Laxato enim de captiuitate Iudæorum populo Persarum regnum atque Medorum interfecto Dario subuertit Alexāder rex Macedonū,& princeps Græcorum vicit principem Persarum. Hic & regnū Medorum & Persarū & cum eis Iudæos in regnum suum transferre cupiebat, vult enim suorum potestatem in terrenis crescere. E

Quia Alexan. subuersa Græcia & potestati suæ subiecta in Persas arma corripuit, & ideo nil mirum si princeps Macedonū dicitur princeps Græcorum.

d *Veruntamen.* Q. Res adhuc in dubio est. Te enim precante dominum,& me offerente orationes tuas,stat è regione princeps Persarū,qui non vult de captiuitate laxari populū tuū,quia tamen princeps Grecorum impugnat principem Persarū habēs Michaelem in adiutorium, annunciabo tibi quod *expressum est in scrip.verit.*

†Conuersi sunt dolores mei in me. † illius. † illo.

¶ Protelatur.
a mis diebus, quoniam adhuc visio in dies. Cúmque loquere- 1 2
tur mihi huiuscemodi verbis, deieci vultum meum ad ter- 3
ram,& tacui. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit la- 4 5
bia mea,& aperiens os meum loquutus sum, & dixi ad eum 6
b qui stabat † contra me: Domine mi, in visione tua † dissolu-
tæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium. Et
quomodo poterit seruus domini † mei loqui cum domino †
meo? Nihil enim in me remansit virium, sed & habitus meus
† intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis 7
& confortauit me,& dixit: Noli timere, vir desideriorum: pax 8
tibi, confortare,& esto robustus. Cúmque loqueretur mecum 9
a ¶ Aliter sacramenta Dei audire non poterat. Q. Tu fecisti,vt audire & sentire possim quæ loqueris.
conualui,& dixi: Loquere domine mi: quia confortasti me,& 10
a ¶ Q. Ideo veni,vt docerem te exauditas esse preces tuas.
ait: Nunquid scis quare venerim ad te? Et nunc reuertar vt 11 12
a ¶ In conspectu Dei. b ¶ Angelum. ¶ Qui non vult à captiuitate relaxari populum tuum.
c prælier aduersum principem Persarū. Cùm enim egrederer 13 14
d apparuit princeps Græcorū veniens. Veruntamen annuncia 15 16
¶ Præscientia Dei.
e bo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo 17

Apolog.2. IVSTINVS Martyr. Non sumus hostes verissimi Dei, vt calumniantur ethnici,sed & eum,& ab ipso missum filium,reliquúmque huius bonorum Angelorum ductum ipsius sequentem exercitum veneramur.

Lib.de vera relig ca.55. AVGVSTINVS. Non inuidemus Angelis,quòd paratiores, quòd nullis molestiis interpedientibus Deo perfruuntur, sed magis eos diligimus,quoniam & nos tale aliquid sperare à communi Domino iussi sumus. Quare honoramus eos charitate,non seruitute.

Hieron. Angeli sunt honorandi.

Alij: Domine in visione tua conuersa sunt interiora mea in me, vnde. *Benedic anima mea domino, & o. q.in me sunt.n.s.e.* Prius enim quam Dei visionem mereamur, interiora nostra foris sunt & aspiciunt: post autem conuertuntur & tuti illis sumus,vnde alibi. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, &c.*

Psal.120.a. Psal.44.c.

C c *Cum enim egre.* Reuoluendæ sunt veteres historiæ,& considerandum,ne fortè tempus illud significetur quando Persæ à Græcis superati sunt.

HIERONYMVS. *Cum enim.* Ac si dicat. Egrediebar à conspectu Dei,vt quæ ventura sunt populo tuo nunciarem tibi,licet

e *Et nem.* THEOD. Cur nā inquit, vnū aut duo dicam Persarum principem,& Græcorum? Cùm nulla virtutū cœlestium velit populum vestrum boni alicuius compotem fieri,propter multa scelera,nisi solus Michael,cui vestra tutela credita est? Est autem verisimile eum qui differebat, sanctum esse Gabrielem qui iam alias etiam reuelationes ipsi interpretatus est.

Li.17.Mor. cap.7. GREG. Quæ pax in sublimibus esse potest,si inter ipsos quoque in angelicos spiritus prçliando certamen agitur,qui semper veritatis conspectui assistunt? sed quia † cuncta angelorum ministeria dispensandi singulis quibúsque gentibus sunt prælata, cum subiectorum mores aduersus se,vicissim præpositorū opē spirituum merentur: ipsi qui præsunt spiritus contra se venire referuntur. Is namque angelus qui Danieli loquebatur,captiuis Israeliticis populis in Perside constitutis prælatus agnoscitur. Michael autem his qui in Iudęa remanserant,ex eadē plebe prępositus inuenitur. Vnde ibi ab eodem angelo Danieli dicitur. F

† certa. Quomodo angeli inuicē pugnāt.

Nemo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quoniam adhuc visio in dies. *Scilicet multos differtur implenda totaliter.*

2 Cúmque loqueretur mihi huiuscemodi verbis. *Hic ponitur consolatio perfecta ipsius Danielis. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est: secundo subiungit causam sui recessus à Daniele, ibi:* Et nunc reuertar. *Circa primum dicitur sic.* Cúmque loqueretur mihi. *Angelus scilicet huiuscemodi verba.*

3 Deieci vultum meum ad terram & tacui. *Quasi non potens sustinere aspectum fulgoris angeli apparentis,& hoc factum est, vt Daniel cognosceret fragilitatem hominis respectu virtutis angelorum.*

4 Et ecce quasi similitudo filij hominis. *Quia non erat homo sed angelus apparens in specie hominis.*

5 Tetigit labia mea. *Vt possem loqui,propter quod sequitur.* Et aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum, &c. *Sequitur.*

6 Domine mi in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, &c. *Id est, iunctura membrorum meorum propter defectum sanguinis & spirituum recurrentium ad cor,& ex passione timoris propter visionem insolitam angeli apparentis. Sequitur.*

7 Rursum ergo tetigit me,quasi visio hominis. *Quia tunc angelus sibi apparuit in forma humanæ speciei aliter quam ante. In potestate enim angelorum est speciem corporum assumptorum transmutare de facili. Sic autem apparuit ei angelus ad ipsum magis confortandum,propter quod subditur.*

8 Et confor.me. *Et patet litera. Sequitur.*

9 Cúmque loq.me.con. *Scilicet perfectè confortatus. Sequitur.*

10 Et ait angelus, *Scilicet Danieli.*

11 Nunquid scis,&c. *Q.d. ego veni ad ostendendum tibi orationem tuam exauditam,& ea quæ sunt futura temporibus nouissimis, vt iam dictum est & magis patebit infrà.*

12 Et nunc,&c. *Hic exprimit causam,quare oportet, eum cito recedere à Daniele, vt scilicet rediret ad interpellandū corā Deo pro populo Israel, ne reditus eius de Babylone impediretur per angelū qui præerat Persis & hoc est quod dicit. Et nūc reuertar, scilicet in cōspectu Dei.*

13 Vt prælier, &c. *Quod quidem præliū est per hoc quod angeli qui præsunt diuersis gentibus, offerunt corā Deo contraria merita ipsorum, vt dictum est.*

14 Cum enim egr.ap.pri. *Id est, angelus Græcorum, hoc autem interponit angelus loquens Danieli, quia in principio se.c. faciet mentionem de bellis Persarum & Græcorum adinuicem.*

15 Veruntamen. *Id est, antequam reuertar recedendo à te.*

16 Annunciabo t.quod ex.est sc.verit.. *Id est, in præsentia Dei mei reuelata, quia reuelatio est quædam impressio diuinæ scientiæ. Annunciabo inquam tibi illa quæ desideras scire.*

17 Et nemo est adiutor meus, &c. *Scilicet quæ spectant ad promotionem*

A *Nemo est adiu.m.&c.* Et suprà. *Ecce Michael vnus de principibus primus venit adiutor mihi*,quasi aliis † detentus tenebatur,sed venire ad adiutorium dicitur. Cúmque vt aduersus principem Persarū præliaturus egrederetur, Græco. sibi princeps apparet ad. ersum quoque Græcos Iudæa aliqua commiserat, quorum profecto causa illius ereptioni resistebat propheta igitur præces angelus exaudit, sed Persarū princeps resistit,quia etsi iam vita iusti deprecantis ereptionem eiusdem populi exigit, tamen eadem populi vita contradicit. Michael adiuuat,sed Græcorum princeps

Supra eo. c. † intentus. † qui mecū maneat

D princeps ad prælium venit,quia mereri veniam tam longa oppressorum captiuitas poterat,sed ereptioni quoque eorum hoc quod in Græcos deliquerant obuiabat. Sublimes spiritus gentibus principantes nequaquam pro iniustè agētibus decertant, sed eorum facta iustè diiudicantes examinant,& vniuscuiusque gentis iustitiam vel culpam,supernæ curiæ consistoria est sui super se voluntas opificis,volūtas summa,quam dum semper aspiciant quod obtinere non valent, nunquam volunt.

a ¶ In orationibus pro vobis ad Deum. b ¶ Qui sum angelus ille qui offert orationes tuas.
c ¶ Cui creditus est populus Iudæorum,& ego princeps Græcorum nunc communi labore pugnamus contra principem Persarum.
est † adiutor meus in omnib. his nisi Michael princeps vester. 1

NICOLAVS DE LYRA.

promotionem populi Israel.

1 Nisi

1 Nisi Michael princeps vester. *Quia sicut dictum est, Michael erat princeps totius synagogæ generaliter.*

CAP. XI.

B a *Ego autem à pri. an.* HIERONYMVS. Iuxta editionē vulgatam vsque ad finem libri, vna putatur visio quæ præcessit & quæ anno tertio regis Persarū apparuit Danieli, sed iuxta Hebraicam veritatē separata sunt quæ sequūtur.& scripta ordine præpostero,de cuius causa suprà dictum est. Non enim sub Cyri anno tertio, sed sub Darij primo, qui occidit Balthasar, narrantur quæ scripta sunt. *Ego autem ab. &c.* Consueuerunt prophetæ repente personas introducere sine vlla verborum præfatione,vt est hic *Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me exultatio mea erue me à circun.me.* Et repente persona domini respondentis introducitur. *Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradie. firma. super te ocu.me.* Ergo & hic dicente propheta. Ab anno primo Darij Medi,&c. dominus repente respondet. *Et nunc veritatem an. tibi.* Q. Quia vis nosse de regibus Persarum quid futurum sit, audi ordinem rerum,& ausculta quæ quæris. C

Psal.13.b. Ibidem.e.

Hierony. b *Stabam vt confortaretur.* In conspectu domini, scilicet rogans eius clementiā pro eo qui me diligebat,vt confortaretur & corroboraretur, vel ipse vel regnum eius,& cum oratione persisterem; hæc domino respondente cognoui. E

CAPVT XI.

¶ Daniel. a ¶ Qui subuertit Chaldæos & me de manu inimicorum quantum in se fuit liberauit,& annulo suo lacum leonum, ne me aduersarij interficerent signauit.
Ego autem ab anno primo Darij Medi sta- 1 2
b bam, vt confortaretur & roboraretur. Et 3
¶ Ego dominus. 4
nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce ad- 5
c huc tres reges stabunt in Perside,& quartus 6 7
ditabitur opibus nimis super omnes, & cum inua- 8
luerit diuitiis suis concitabit omnes aduersum regnum 9

Hieron. c *Ecce adhuc tres, &c.* Id est. Cambyses filius Cyri, Smerdis magus qui Pantapę filiā Cambysis duxit vxorem, qui cū à septē magis fuisset occisus in locum eius Dario succedēti eadem Pantapes nupsit & ex eo Xerxem filium genuit,qui potentissimus rex & ditissimus contra Græciam innumerabilem duxit exercitum,& ea gessit quæ Græcorum narrant historiæ. Succendit enim Athenas sub principe Callia,& bellum eo tempore gestū in Thermopylis,& apud Salaminam nauale certamen quando Sophocles & Euripides clari habebantur, & Themistocles in Persas fugiens,hausto tauri sanguine periit. Frustra ergo quidā Darium quartum regē qui ab Alexandro superatus est scribunt, qui nō quartus sed quartusdecimus post Cyrū rex Persarū fuit, quem septimo imperij sui anno superauit & occidit Alexander. Et notandum, quòd quatuor post Cyrū regibus Persarum enumeratis, F

Nota.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

Diuisio

Ego autem. *In cap. præcedent. ostensa est eminentia visionis,vt dictum est, hic consequenter circa istam visionem declaratur continentia veritatis. Et diuiditur in duas partes, quia primò ostenditur futura violentia peruersorū contra electos, secundò finalis victoria electorum contra reprobos c.se.* In tempore autem illo. *Prima diuiditur in duas quia primò explicatur processus regni Persarum in breui, secundò ortu regni Græcorū, & hoc vt sic perueniat ad Antiochum Epiphanē qui fuit de regno Græco. Fuit etiam figura Antichristi, de quo est principalis intentio vt videbitur, secunda, ibi.* Surget verò. *Dicit ergo primò sic.* Ego autem à pri.an. Da.Me. *Qui interfecit Baltha. vt supra dictum est in fi.v.c.*

1 Ego autem à prin.an. Dar. &c. *In hoc ca. secundum sensum literalem describitur pugna regis Aquilonis cōtra regem Austri: quæ diu durauit & aliquando vnus,& aliquando alius superabat. Moraliter autem per istam pugnam signatur illa de qua dicit apostolus Gal.5.c.* Caro concupiscit aduersus spiritum,& spiritus aduersus carnē. *Per austrū verò vnde prouenit feruor caloris, significatur feruor deuotionis. Per Aquilonē verò vnde venit stridor frigoris, multiplicatio trāsgressionis, Mat.24.* Omnium abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. *Ergo per regem Austri significatur ratio, quæ ad optima deprecatur, per regem Aquilonis significatur fomes per quem homo ad vitia inclinatur, vnde dicitur Ier.1.ca.* Ab Aquilone pandetur omne malum. *Et aliquando superat ratio, aliquando verò fomes è conuerso,& hoc dupliciter. Vno modo in omnibus diuersis, nam in iuuenibus communiter magis viget fomes, in senibus autem ratio. Alio modo in eodem homine, in cuius iuuentute magis viget fomes communiter, & ratio in senectute. Aliquando tamen fit aliter per eruditionem & assuefactionem ad bonum vel ad malum ei oppositum.*

Moraliter

2 Stabam,vt confortaretur. *Regnum eius.*

3 Et roboraretur. *Aliqui exponunt dicentes, quòd ista sunt verba Danielis, qui orabat pro Dario qui eum multum honorauit, & eū de lacu leonum liberauit, vt dictum est supra.6.ca.& hoc etiā dicit glossa interlinearis. Sed hoc non videtur verum, quia verba immediatè præcedentia sunt verba angeli loquentis Danieli, vt visum est. Similiter verba, immediate sequentia, quæ copulantur ad ista per dictionē copulatiuam, vt videbitur. Et ideo dicendum est, quòd ista sunt verba angeli loquentis cum Daniele qui offerebat preces Danielis coram Deo, vt visum est,& ideo sicut Daniel stabat pro confirmatione Darij orando pro ipso, ita similiter angelus preces Danielis offerendo,& etiam aliis modis, quia efficacior est virtus angeli quàm hominis.*

4 Et nunc veritatem annunciabo tibi Danieli. *Scilicet de regno Medorum & Persarum. Sequitur.*

5 Ecce adhuc,&c. *Primus fuit Cyrus, qui successit prædicto Dario auunculo suo. Secundus, fuit Cābyses filius Cyri. Tertius fuit Darius filius Hystaspis, in cuius anno.6. consummatū est templum, vt habetur. 2. Esdræ.7. secundùm computationem latinorum suprà positam ca.9.& improbatam. Vocantur autem hic reges Persidis, quia licet esset vnum regnum Medorum & Persarum, tamen Cyrus qui tunc regnabat transtulerat caput monarchiæ ad Persas, à quibus primò fuerat promotus. Ista autem visio facta est Danieli anno tertio Cyri, vt visum est in principio.10.c.a.*

6 Et quartus,&c. *Iste fuit Xerxes filius Darij secundum Latinos, qui fuit potentissimus respectu præcedentium, & vi armorum subiugauit Græciam regno Persarum, & hoc vsque ad tempora Alexandri magni, qui propter hoc postea contra regem Persarum bellauit,& hoc est quod dicitur hic.*

7 Et cum inua.&c. *Prædictus Xerxes Rex Persarum.*

8 Et concit.om.bel. *Scilicet quos poterit inuenire.*

9 Aduersum reg. Græciæ. *Quod sibi subiugauit. Licet autem post istum Xerxem fuerint plures alij reges in Perside secundùm latinos scilicet.9. vsque ad Alexan. magnum, qui interfecto Dario monarchiam*

3 Et

ratis, nouē præterierit, & ad Alexan. pertransierit. Non enim curauit spiritus propheticus historiæ ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere.

A a *Rex for. & do.* HIERON. Alexan. qui Illyricis Thracibúsq; superatis, victa Græcia, Thebisq; subuersis, transiuit in Asiam, & fugatis Darij ducibus, vrbem Sardis cepit, posteaq; capta India, & vrbe Alexādria cōdita, cum. 30. duos haberet ætatis annos, & duodecimo anno imperij, in Babylone veneno interiit.

b *In quatuor ven.* HIERON. Orientē scilicet & occidentē meridiē, septentrionē. In Ægypto enim quæ est ad meridiē, primus regnauit Ptolomæus Lagi filius. In Macedonia, Philippus qui & Arideus frater Alexandri, id est, ad occidentē. Syriæ & Babylonis & superioribus locis, quæ sunt ad orientē, Seleucus Nicanor, Asiæ, & Ponto, & cæteris in eadem plaga prouinciis, Antigonus ad septentrionem, & hæc secundum totius orbis plagas dicimus. Qui autem in Iudæa est, ad Aquilonem Syriam, ad meridiem Ægyptum habet.

B Hier. c *Lacerabitur, &c.* Nam Cappadocia & Armenia, Bitynia, Bosphorus, Eracliaque & aliæ prouinciæ de potestate Macedonum recedentes, diuersos sibi reges constituerunt.

✣ THEOD. Non solùm in hos quatuor inquit, diuidetur Alexandri imperium, sed etiam aliis prȩter hos tradetur. His enim regnantibus. Arsaces Persa bello victor adeptus est regnum, & partem quandam Persici imperij recuperauit: ex quo ad hoc vsque tempus, Persarum reges Arsacidę vocantur, cùm superiores non Arsacidæ, sed Chamænides appellarentur. Romanis item Macedonico diuisio regno, maior fuit potentia, qui denique ab his eisdem regibus tributum exegerant. Duorum autem regnorum mentionem prætermittit, propterea quod nihil ab his calamitatis accidit Iudæis, aliorū verò duorū meminit, per quę difficiles calamitates experti sunt. D

a Græciæ. Surget vero rex fortis, & dominabitur potestate 1 2
multa, & faciet quod placuerit ei. Et cum steterit, conteretur 3
¶ Regnum eius.
b regnum eius; & diuidetur in quatuor ventos cœli, sed non in 4 5
a ¶ Quia liberos non habuit. b ¶ Quia diuisum regnum factum est debilius, dum successores etiam aduersum se intestino furore debacchantur. 6
posteros eius neque secundum potentiam illius, qua domi- 7 8
a ¶ Obscuriores & minores, scilicet Perdicam, Crateron, Lysimachum. 9
c natus est. Lacerabitur enim regnum eius etiam in externos 10
a ¶ Quatuor successoribus scilicet. ¶ Ptolomæus Lagi filius. 11
d exceptis his. Et confortabitur rex austri, & de principibus 12
¶ Ptolomæus Philaldelphus. 13
eius præualebit eum. Et dominabitur ditione. Multa 14 15

d *Rex austri.* Ptolemæus Lagi filius qui primus in Aegypto regnauit, vir prudentissimus, fortissimúsque ac ditissimus, adeò vt Pyrrhum regē Epirotarū expulsum restituerit in regnū, Cyprúmque & Phœnicen obtinuerit, & deuicto Demetrio filio Antigoni, Seleuco regni sui partem quam Antigonus abstulerat restituerit. Cariā quoq; & Phœnicē insulas multas, & vrbes & regiones sibi subiugauit. (Hieron. Ptolomæus Lagi) E

✣ THEOD. Ptolomæum Philopatorem dicit, qui non contentus Aegypti regno, etiam Phœnicem, & Samariam, Iudęamque sibi asciuit. Vnum autem de principibus eius corroboratū Scopam intelligit, cuius etiam Iosephus meminit. Qui multa eorū quę extra Ptolomæi regnū erant, in eius ditionem redegit.

e *Et de principibus.* Ptolomæus Philadelphus secundus rex Aegypti filius Ptolomæi superioris sub quo Lxx. Alexandriæ scripturam sanctam in Græcum dicuntur vertisse sermonem, qui & Eleazaro pontifici & templo multa dona misit, cuius bibliothecæ præfuit Demetrius Phalereus apud Græcos orator & philosophus hic tantæ potentiæ fuisse narratur, vt patrem Ptolomæum (Ptolomæus Philadelphus Hieron.)

que ☞ lomæum

NICOLAVS DE LYRA.

✣ *Persarum transtulit ad Græcos: tamen Angelus loquens Danieli illos omittit, quia iste Xerxes dedit occasionem Græcis bellandi contra Persas. Secundum verò opinionem Hebræorum quam suprà secutus sum. 9. cap. tanquam iudicio meo veriorem, primus quatuor regum Persidis de quibus fit hic mentio fuit Cyrus. Secundus verò Cambyses filius eius. Tertius Assuerus maritus Esther. Quartus verò Darius filius Assueri, quem debellauit Alexander magnus, eo quòd repetebat ab eo tributum, confidens in potentia sua & diuitiis. Et sic non oportet dicere, quòd Angelus omiserit aliquem de regibus Persarum à tempore Cyri vsque ad Alexandrum magnum: secundum enim computationem Latinorum Mardochæus fuisset. 217. annorum quando fuit exaltatus ab Assuero, vt ostensum est suprà. 9. ca. quod videtur impossibile, vt ibi dictum est.* C

1 Surget verò. *Hic consequenter ponitur ortus regni Græcorum quantum ad monarchiam, quia ante erat regnum, de qua monarchia processit Antiochus illustris radix peccati, qui fuit figura Antichristi. Et diuiditur in duas partes, quia primò tractat de regno Alexandri qui fuit primus rex, vt suprà dictum est. ca. 8. secundò de regnis duorum posterorum eius scilicet Syriæ & Aegypti, ibi.* Et confortabitur rex Austri. *Dicit ergo sic: Surget verò, in Græcia.* (Diuisio)
2 Rex fortis. *Scilicet Alexan. magnus.*
3 Et dominabitur, &c. *Quia multa regna sibi acquisiuit.*
4 Et faciet, &c. *Contra regnum Persarum.*
5 Et cum steterit. *Scilicet in robore potentiæ suæ & ætatis suæ.*
6 Conteretur regnum, &c. *Quia mortuus est veneno cum esset adhuc in flore iuuentutis suæ & potentiæ, vt suprà visum est. 8. c.*
7 Et diuidetur. *Scilicet regnum eius.*
8 In quatuor ventos, &c. *Id est, in quatuor regna quæ sita sunt ad quatuor principales partes mundi respectu Ierusalem, quia sicut suprà dictum est Ptolomæus Lagi filius successit sibi in Aegypto, quæ est ad meridiem respectu Ierusalem, propter hoc in sequentibus rex Aegypti vocatur rex Austri. Seleucus successit sibi in Syria quæ est magis ad Aquilonem respectu Ierusalem, propter quod in sequentibus rex Syriæ vocatur rex Aquilonis. Philippus autem frater Alexandri successit sibi in Macedonia & Græcia quæ est magis in occidente. Antigonus autem successit sibi in Asia quæ est magis in oriente. Ex istis autē quatuor partibus mundi oriuntur quatuor principales venti, ideo regnū Alexandri dicitur hic diuisum in quatuor ventos cœli.*
9 Sed non in posteros. *Scilicet in filios eius, quia Alexander non habuit filios, & si habuit, non regnauerunt post eum.*
10 Neque secundum potentiam, &c. *Quia nullus de successoribus Alexandri fuit æqualis sibi in potestate, vnde sequitur.*

11 Lace-

11 Lacerabitur enim regnum eius *Quia multæ nationes recesserunt ab eius monarchia ipso mortuo, & multi etiam alij quàm isti quatuor prædicti imposuerunt sibi diademata: & hoc est quod dicit.*
12 Etiam in externos. *Hoc est minores quàm sunt quatuor prædicti diuidetur regnum eius, sed quia nulla regna istorum steterunt exceptis quatuor prædictis, ideo subditur.*
13 Exceptis his. *Scilicet prædictis quatuor.*
14 Et confortabitur. *Hic consequenter agitur de processu duorum regnorum scilicet Aegypti & Syriæ post mortem Alexandri. De aliis autē duobus regnis. scilicet Asiæ & Macedoniæ non fecit Angelus mentionem, ratio huius est, quia regnum Aegypti & regnum Syriæ erant propinqua terræ Iudæ: quia Iudæa erat posita in medio habens Aegyptum ad Austrum, & Syriam ad Aquilonem, vt dictum est. Post mortem autem Alexandri magni regnum Aegypti & regnum Syriæ, habuerunt bellum ad inuicem sub multis regibus sibi succedentibus, vt videbitur. Filij autem Israel in medio positi, erant paruæ virtutis respectu istorum: & aliqui de populo Israel fauebant aliquando regi Aegypti, aliquando regi Syriæ: ideo occasione huius rex Aegypti aliquando debellabat filios Israel, quia fauebant suo aduersario, & eadem ratione aliquando rex Syriæ debellabat eos, & modo subiiciebantur vni, modo alteri: ideo de istis duobus regibus populū Israel successiuè affligentib. loquebatur angelus Danieli, qui desiderabat scire statum populi sui. De aliis autem duobus regibus scilicet Asiæ & Macedoniæ tacet: quia parum aut nihil habuerunt cum Iudæis agere. Ad maiorem autem euidentiam literæ sequentis describuntur hic in figura subscripta reges Syriæ ex vna parte, & reges Aegypti ex altera vsque ad tempus Antiochi Epyphanis: propter cuius regnum ista præmittuntur hic, quia fuit figura Antichristi, de quo principaliter hic intenditur.* Et confor. *sicut dictum est in hac parte tangitur processus regnorum Aegypti & Syriæ. Et diuiditur in tres partes: quia primo tangit historiam istorum regum vsque ad Antiochum magnum, qui fuit pater Antiochi Epiphanis, secundò exinde tangit historiam de regno Antiochi magni, ibi.* Filij autē eius. *tertio describit Antiochi Epiphanis regnum, ad quod principaliter intendit venire ibi.* Et stabit in loco eius despectus. *Dicit ergo primo sic.* Et conf. rex, &c. *Id est, Aegypti: quia primus rex qui ibi successit Alexandro scilicet Ptolomæus Lagi filius fuit vir prudens & fortis & multum dilatauit regnum suum.* F
15 Et de princi. e. *Quod est sic intelligendum,* De principibus eius *id est, de principibus ab eo descendentibus aliquis erit potentior eo, quia Ptolomæus Philadelphus filius eius fuit eo potētior & ditior & sapientior vnde tempore eius. Lxx. interpretes transtulerunt sacram scripturam in Alexandria, & tantus amator sapientiæ fuit, quòd libros omnium gentium in sua bibliotheca congregauit. sequitur,*

✣ Et post

☞ lemæum vicerit. Ptolemæum Philadelphum narrant historiæ habuisse peditum. 200. equitum 20. milia, curruum duo milia, elephantorum quos primus duxit ab Aethiopia. 400. naues longas quas Liburnas vocant, mille quingentas, alias ad cibaria militum deportāda mille, auri quoque & argenti grandepondus, ita vt de Aegypto per singulos annos 14. milia octoginta talenta acciperet, & frumēti artabas (quæ mēsura tres modios & tertiam modij partē) quinquies & decies centena milia. A



a ¶ Multorum quibus pugnarunt. b ¶ Amici fient. ¶ Ptolemæus Philadelphus & tertius in Syria Antiochus, qui & theos, id est, Deus.
a enim dominatio eius. Et post finem annorum fœderabuntur. 1
a ¶ Beronice. b ¶ Ptolemæi Philadelphi. c ¶ Post diutina bella. ¶ Nuptura. d ¶ Antiochū.
b Filiáque regis austri veniet ad regem aquilonis † facere ami- 2
a ¶ Inter patrem & maritum. b ¶ Beronice. c ¶ In regno Syriæ. 3
citiam: & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit se- 4
a ¶ Filius qui ex Antiocho natus est ei. b ¶ Antiochiæ principibus Ecleoni & Genneo occidenda cum filio. 5 6
c men eius. Et tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam † adoles- 7
¶ Per quem poterat præualere. ¶ Ipse Antiochus veneno occisus, qui scilicet tertius regnauit in Syria, primus enim regnauit Seleucus, qui & Nichanor, secundus Antiochus Sother. a ¶ In regno. 8 9
centes eius, & qui confortabat eam in temporibus. Et stabit 10
a ¶ Ptolemæi Philadelphi. b ¶ Ptolemæus Euergetes frater Beronice qui regnum Syriæ abstulit Galerico quem Laodice Antiocho patri surrogauit.
d de germine radicum eius † plantatio. Et veniet cum exer- 11
a ¶ Syriam.
citu & ingredietur † prouinciam regis aquilonis, & 12
a ¶ Subuertet. b ¶ Matre & filio. c ¶ Iure victoris intantum vt Syriam caperet & Ciliciam, & superiores partes trans Euphratem, & prope vniuersam Asiam. 13 14
e abutetur eis, & obtinebit. Insuper & deos eorum 15

(† vt faciant rectitudines) († & genitor eius vel qui educauit eā Hieronym.) († munitionem) († super basim eius, vel in locū eius)

B a *Et post finem annorum fœderabuntur, &c.* ✣ THEODORETVS. Post Ptolemæi Philopatoris obitum, regnauit Ptolemæus filius eius, Epiphanes appellatus, Regem verò Aquilonis appellat Antiochum, non Epiphanem, sed illum qui vocatus est Magnus, Antiochi Epiphanis patrē. Hic enim fuit Ptolemæis illis æqualis.

Hieronym. b *Filiáque regis.* Ideo cætera regna dimittens Macedoniæ scilicet & Asiæ, tantum de Syriæ & Aegypti regibus narrat, quia Iudæa in medio posita nunc ab his, nūc ab illis regibus tenebatur, & scripturæ sanctæ propositum est, non externam historiam texere; sed eā quæ Iudæis copulata est. *Filiáque regis Austri veniet ad regem aquilonis, &c.* Berenice filia Ptolemæi Philadelphi veniet nuptura ad Antiochum post bella diutina. C

c *Et tradetur ipsa, & qui adduxer. &c.* A Laodice priore vxore Antiochi, quem ipsa prius veneno occidit, quamuis amore eius victus in honorem restituisset eam, cum prius præposita Berenice haberet eam quasi concubinam, sed timuit mentem viri dubiam. D

d *Et veniet cum exercitu, &c.* ✣ THEODORETVS. Tertius nos Macchabæorum liber edocuit, Ptolemæum præter omnem spem deuicto Antiocho magno ad Hierosolyma peruenisse, Deóque sumptuosa obtulisse sacrificia, conatūq; ingredi in adyta templi, sacerdotibus, qui supplicantes eum arcebant, cum non obtemperasset, inuisibilibus flagellis percussum fuisse. Tum ille interminatus Iudæis, Alexandriam se recepit, & illa facere aggressus est, quæ historia docet. E

e *Obtine.* Quia in Aegypto seditionē moueri audiuit: tulit de Aegypto Seleuci 400. milia talentorum argenti & vasa preciosa, simulacrāque duo milia & quingenta, in quibus & illa quę Cambyses ex Aegypto capta in Persas portauit: & Syriam quidem ipse obtinuit, Ciliciam amico suo Antiocho tradidit, & ex Antipo alteri duci prouincias trans Euphratem. F

ptura ☞ Et ve-

NICOLAVS DE LYRA

✣

1 Et post finem an. fœde. *Quia iste Ptolemæus Philadelphus multum depresserat regem Syriæ sicut & pater eius, sed voluit finem ponere bello, & sibi fœderare regem Syriæ dando sibi suam filiam vxorem nomine Berenicem: vt sic regnum Syriæ acquireret nepotibus suis, & hoc factum est tempore tertij regis Syriæ scilicet Antiochi Theos, & hoc est quod subditur hic.*
2 Filiáque regis austri. *Id est, Aegypti.*
3 Veniet ad regem aquilo. *Id est, Syriæ.*
4 Facere amicitiam. *Inter patrem & maritum per matrimonium prædictum.*
5 Et non obtinebit fortitudinem. *Id est, filia regis prædicti non tenebit fortitudinem regni Syriæ.*
6 Nec stabit semen. *Id est, filij ex ea nati non obtinebunt regnum, sicut cogitauerat rex Aegypti Ptolemæus Philadelphus, vt dictum est: Ratio autem eius fuit, quia Antiochus Theos rex Syriæ habebat aliam vxorem nomine Laodicen, & ex ea filium nomine Seleucum Callinicum. Ista autem Laodice quæ fuit prima vxor Antiochi Theos, reputata est quasi ancilla, postquam copulata est ei Berenice filia regis Aegypti: sed tamen postea recepta fuit ab eo in gratiam: & ipsa timens ne iterum à marito expelleretur cum filio suo pro Berenice & filiis suis, ideo maritum suum veneno interfecit, & Berenicen cum filiis suis occidi procurauit, & sic filius eius Seleucus Callinicus patri suo in regnum successit. Et hoc est quod dicitur.*

7 Et

7 Et tradetur ipsa. *Scilicet Berenice filia regis Aegypti, quæ tradita fuit ad mortem, vt visum est.*
8 Et qui adduxerunt eam adolescentes eius, &c. *Id est, domicelli qui venerant cum ea de Aegypto in Syriam, & erant in comitiua eius, quia tota familia eius interfecta est cum ea.*
9 Et qui confortabat eam in temporibus. *Id est, maritus eius qui interfectus est cum ea, veneno tamen vt visum est.*
10 Et stabit de germine radicum eius plantatio. *Quia Ptolemeus Euergetes frater prædictæ Berenicis & filius Ptolemæi Philadelphi, quæ processit ex eadem radice cum ea regnauit post patrem in Aegypto: & sic stetit in regno loco patris sui.*
11 Et veniet cum exercitu, &c. *Quia ad vindicandum mortem sororis suæ Berenicis, congregauit exercitum magnum & fortem, & ingressus est regnum Syriæ: & interfecit Seleucum Callinicum ibi regnantem cum matre sua, & hoc est quod dicitur hic.*
12 Et ingredietur prouinciam regis aquilonis. *Id est, Syriæ.*
13 Et abutetur eis. *Id est, Seleuco Callinico & matre eius de quibus opprobria intulit.*
14 Et obtinebit. *Quia iure victoriæ eos occidit. Quia tamen habita hac victoria, etiam audiuit dissensionem ortam in Aegypto ideo festinanter reuersus est de Syria portans secum idola auri & argenti & alia preciosa iocalia illius regni, & hoc est quod dicitur hic.*
15 Insuper & Deos eorum sculptilia. *Obtinebit supple.*

☞ a *Et ve.pro.* Occiso Seleuco maiore fratre tertio anno imperij
A sui in Phrygia per dolum Nicanoris Apaturij venit Antio-
Hieronym. chus magnus de Babylone in Syriã, quam tunc tenebat Ptolemæus Philopator filius Euergetis, qui quartus regnauit Aegypto. *Et veniet pro.* Cum enim aduersus duces Ptolemęi proditione Theodotij obtinuisset Syriam (quæ per successionẽ à regibus iam Aegypti tenebatur) in tantam venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris, & magicis artibus quibus inseruire dicebatur, vt vltro Aegyptiis bellum inferre conaretur.

Hieronym. b *Conuertetur, &c.* Antiochus magnus audita Philopatoris luxuria vel morte, cum Philippo Macedone communi
B manu eius regnum aggreditur facta pace cum Agathocle & Ptolemæo Epiphane cum quibus antea dimicabat: hac conditione, vt proximas ciuitates de regno Ptolemæi regno suo iungeret: & hoc est multi con. &c.

Hieronym. c *Filij quoque præ.* Pugnantibus contra se magno Antiocho ducibus Ptolemæi, Iudæa in medio posita D in contraria studia scindebatur, aliis Antiocho, aliis Ptolemæo fauentibus. Denique Onias quoque sacerdos domini, assumptis plurimis Iudæorum fugit in Aegyptum, & à Ptolemæo honorificè susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoleos vocabatur, & concedẽte rege, templum extruxit in Aegypto simile Iudæorũ tẽplo quod permansit vsq; ad imperium Vespasiani an. ducentis quinquaginta. Ipsa autẽ vrbs quę vocabatur Oniæ, dimicãtibus postea aduersum Romanos Iudæis, vsque ad solum † deleta est, vt neque vrbis neque templi vllum restaret vestigium. Sub occasione igitur Oniæ põtificis infinita Iudæorum agmina in Aegyptũ confugerunt. E Eo tempore & Cyrene eorũ multitudine repleta est. afferebat enim se Onias Isaiæ implere vaticinium scribentis: *Erit altare domini in Aegypto, & titulus eius in terminis eius:* & hoc est: Filij quoque præuaricatorum populi, &c.

Iosephus li. 13. ant. c. 6. & li. 7. belli Iud. c. 30.
Iudæi ad Aegyptum fugiunt ad Heliopolin
† vsque ad munitionẽ eius
† diruta
† Isa. 19. c.

† principes
† & ipse per annos stabit, vel pluribus annis stabit quam rex aquilonis

& † sculptilia, vasa quoque preciosa auri & argenti captiua 1
¶ Scilicet Euergetes. ¶ Scilicet Galericum.
ducet in Aegyptum. † Ipse præualebit aduersus regem aqui 2
lonis. Et intrabit in regnum rex austri, & reuertetur ad terrã 3
a Seleucus, Ceraunus, & Antiochus magnus. b ¶ Galerici Seleuci. c ¶ Spe victoriæ in parentis vltionem. d ¶ Ambo fratres. e Aduersus Ptolemæum Philopatorem. 4
suam. Filij autem eius prouocabuntur, & cõgregabunt mul- 5
¶ Regna orientis. a ¶ Antiochus magnus. 6
a titudinem exercituum plurimorum. Et veniet properans & 7 8
inundans & reuertetur, & concitabitur, † & congredietur cũ 9
a ¶ Amissa Syria proditione Theodotij. b ¶ Philopator. c ¶ Congregata multitudine. 10
robore eius. Et prouocatus rex austri egredietur, & pugnabit 11
a ¶ Antiochum magnum, quem nunc regem aquilonis, nunc regem austri vocat, secundum situm Aegypti & Iudææ. Idem enim locus pro qualitate loci alteri ad aquilonem est, verbi gratia. Si de Iudæa dicamus, Aegyptiis ad Aquilonem, Syriis ad Austrum est. 12 13
aduersus regem aquilonis, & præparabit multitudinem ni- 14
a ¶ Inito certamine iuxta oppidum Raphiæ quod est in foribus Aegypti vbi omnem Antiochus amisit exercitum, & per desertum fugiens pene captus est. 15 16
miam: & dabitur multitudo in manu eius, & capiet multitu- 17
a ¶ Potestas. b ¶ Philopatoris. c ¶ Antiochi. 18
dinem, & exaltabitur cornu eius, & deiiciet multa milia, sed 19
a ¶ Capere aduersarium, quia tandem quibusdam conditionibus pugna finita est. b ¶ Antiochus.
b non præualebit. Conuertetur enim rex aquilonis, & præpara 20
¶ Solito.
bit multitudinem multo maiorem quam prius. Et in fine tem 21 22
¶ Rupto fœdere.
porum annorúmque veniet properans cum exercitu ma- 23
gno & opibus nimiis. Et in temporibus illis multi con- 24
a ¶ Ptolemæum, scilicet Epiphanem mortuo Philopatore patre eius, qui tunc erat quatuor annorum 25
¶ Relinquentes legem volentes contra præceptum in alio loco domino immolare. 26
c surgent aduersus regem austri. Filij quoque præuarica- 27

☞ Cum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vasa quoque preciosa auri & argenti captiua ducet in Aegyptum. *Ipse scilicet Ptolemæus Euergetes.*

2 Ipse præualebit aduersus regem aquilonis. *Id est, aduersus regem Syriæ Seleucum, vt visum est.*

3 Et intrabit in regnum. *Scilicet suum.*

4 Rex austri. *Id est, Aegypti.*

5 Et reuertetur ad terram suam. *Deuicta tamen & spoliata Syria, modo prædicto.*

C
Diuisio 6 Filij *Hic consequenter agit de regno Antiochi magni, qui fuit filius Seleuci regis Syriæ. Et diuiditur in duas partes quia primo ostenditur qualiter pugnauit contra Ptolemæum Philopatorem, secundo qualiter pugnauit contra filium eius Ptolemæum Epiphanem, ibi.* Conuertetur enim rex aquilonis. *Circa primum considerandum, quòd mortuo Seleuco rege Syriæ vt prædictum est, duo filij eius qui tunc erant paruuli creuerunt scilicet Seleucus † Ceraunos qui erat primogenitus, & Antiochus magnus qui erat secundus natus. Mortuo autem Ptolemæo Euergete, qui patrem eorum interfecerat & matrem, vt visum est, regnante Ptolemæo Philopatore in Aegypto loco patris sui Ptolemæi Euergetis, duo fratres prædicti mouerunt contra eum prælium ad vindicandum mortem parentum, sed infra breue tempus Seleucus Ceraunos mortuus est, & sic Antiochus magnus solus iuit ad pugnandum contra Ptolemæũ Philopatorem: tamen Antiochus victus fugit de campo: & hoc est quod dicitur:* Filij autem eius, *id est, Seleuci Galerici.*

† Ceraunus

7 Prouoca. *Scilicet ad vindicandum mortem patris & matris ipsorum.*

8 Et congrega.mul.exer.plu. *Ad pugnandum contra Ptolemæum Philopatorem.*

9 Et ve.properans. *Quia antequam committerent bellum cum rege Aegypti Seleucus Ceraunos frater senior mortuus est, & audita morte fratris eius Antiochus magnus festinanter venit de Babylone, vt cũ exercitu pugnaret aduersus Ptolemæum, & hoc est, quod dicitur.* Et ve. prope.& inun.reuer. *Scilicet de Babylone audita fratris morte.*

10 Et con.cum.ro.eius. *Id est, cum forti exercitu veniet ad pugnandum contra Ptolemæum regem Aegypti.*

11 Et prouo. ex au. *Id est, rex Aegypti.*

12 Egred. *Obuiam Antiocho magno.*

13 Et pugna ad.re.aqui. *Id est, contra Antiochũ magnum regẽ Syriæ.*

14 Et præparabit mult.nimiam. *Id est, multo maiorem, quàm sit multitudo exercitus Antiochi.*

15 Et dabitur mul.in ma.eius. *Quia exercitus Antiochi deuictus fuit à Ptolemæo Philopatore.*

16 Et capiet mul. *Quia multos de exercitu Antiochi cepit viuos.* F

17 Et exaltabitur cornu eius. *Id est, cor Ptolemæi Philopatoris propter victoriam habitam.*

18 Et adiecit multa. *Scilicet de exercitu Antiochi.*

19 Sed non præua. omni. *Scilicet quia non potuit capere Antiochum sed euasit per fugam.*

20 Conuertetur. *Hic consequenter describitur pugna Antiochi magni contra Ptolemæum Epiphanem. Et diuiditur in tres partes: quia primo facit quod dictum est, secundo ponit quoddam incidens ibi.* Filij quoque *Tertiò reuertitur ad propositum, ibi.* Et veniet. *Circa primum considerandum quòd Antiochus magnus deuictus à Ptolemæo Philopatore, vt visum est, vt posset vindicare opprobrium suum insurrexit contra Ptolemæum Epiphanem regnantem in Aegypto loco patris sui defuncti scilicet Ptolemæi Philopatoris. Et hoc est quod dicitur.* Conuertetur. *Id est, Antiochus magnus rex Syriæ.*

21 Et præpa. *Scilicet in pugna quam habuerat contra Ptolemæum Philopatorem.*

22 Et in fi.tem.an. *Id est, post magnum tempus, mortuo Philopatore prædicto.*

23 Veniet pro. *Scilicet iste Antiochus magnus.*

24 Cum exer.ma. *Ex multitudine bellatorum.*

25 Et opibus ni. *Ex abundantia pecuniarum & victualium.*

26 In temporibus, &c. *Id est, contra Ptolemæum Epiphanem regem Aegypti: quia Philippus rex Macedonum confœderatus Antiocho magno, inuadebat Aegyptum cum eo tali pacto, quòd quilibet eorum haberet ciuitates propinquiores regno suo quas possent acquirere in Aegypto.*

27 Filij quoque. *Hic ponitur quoddam incidens illius temporis, quia tempore Ptolemæi Epiphanis, Onias qui erat summus sacerdos in Iudea fugit in Aegyptum, dicens se velle implere prophetiam Isa. 19. c.* In die illa erat al.do.do.in me, &c. *Et ideo honorificè susceptus est à Ptolemæo Epiphane, & fecit ei templum simile templo Ierosolymitano, & hoc est quod dicitur Danieli, hic.* Filij quoque præuaricatorum populi tui. *Id est, populus Israel de quo erat natus Daniel.*

13 Et ✠ Extol.

☞ a *Cùm veniet.* Cùm
A Antiochus teneret
Hieronym. Iudæam, missus Scopas dux Ptolemæi contra eum fortiter dimicans cepit Iudæam, & in Aegyptũ reuersus est: *Veniet igitur rex &c.*

Hieronym. b *Et consurgent. electi eius.* Antiochus magnus volens recuperare Iudæam, & Syriam, & vrbes plurimas, Scopam ducem Ptolemæi iuxta Iordanem vbi nunc Paneas condita est, fugauit, & cum 10. milibus armatorum Sidonem obsedit: ad cuius liberationem misit Ptolemæus du-
B ces inclytos, sed obsidionem soluere nõ potuit, sed fame superatus Scopas manus dedit, & nudus cum sociis dimissus est.

c *Et filiam fœ. &c.* Septimo anno regni adolescenti Ptolemæo filiam despondit, & tredecimo tradidit, datáque est ei dotis nomine Syria & Iudæa. D

d *Conuertet faciem suam ad insulas, &c.* ✠ THEODORETVS. Multis insulis in suam ditionem redactis, illarũ principes imperio abdicatos ludibrio exposuit. Verũ nec ipse opprobrij expers mansit. Romani enim ad Thermophylas debellato, compressáque eius ingenti audacia, illi mille imposuerunt talentorum tributum, quod sibi singulis annis eum af- E ferre coëgerunt: filiúmque eius Antiochum cognomento Epiphanem, acceptum obsidem Romæ custodiebant, quod nos edocet primus liber Machabæorum.

☞ *Et stabit*

† principes opprobriũ suum illi.
† exigẽs gloriam regni.
† desiderabili. s. terra. Israel.

¶ In superbiam, iactantes se præceptum domini implere. a ¶ Isaiæ. b ¶ Sed. c ¶ Et vrbe & templo dirutis.
torum populi tui extollentur, vt impleant visionẽ, et cor- 1 2
a ¶ Antiochus magnus volens recuperare Iudæam.
b ¶ Ad oppugnandum præsidium Scopæ in arce Ierosolymorum quem & cœpit.
ruent. Et veniet rex aquilonis, & comportabit aggerem, & 3
a ¶ Quas prius Ptolemæus tenebat. b ¶ Fortitudo. c ¶ Aegypti. d ¶ Eum. 4
capiet vrbes munitissimas, & brachia austri non sustinebunt. 5 6
a ¶ Duces Ptolemæi. b ¶ Vt liberetur Scopa ab obsidione.
Et consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitu- 7 8
do. Et faciet veniens super eum iuxta placitum suum: & non 9
a ¶ Iudæa, propriè Ierusalem in qua honori susceptus partes Scopæ persecutus est. 10
erit qui stet contra faciem eius. Et stabit in terrã † inclyta, 11
& consumetur in manu eius, & ponet faciem suam, vt veniat 12
a ¶ Non solum Syriam & Ciliciam & alias prouincias quæ Ptolemæi erant. 13
¶ Ideo. 14
ad tenendum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo. 15
a ¶ Cleopatram. b ¶ Pleonasmos, vt est illud: Sic ore locuta est vocémque his auribus hausit Superflua dictio. c Ptolemæum (alias, illud) regnum. s. d ¶ Fraus eius. s. quia Ptolemæus & duces eius sentientes dolum cautius egerunt, & Cleopatra magis viri quam parentis partes fouit. 16
Et filiam fœminarum dabis ei vt euertat illum. Et non stabit, 17
a ¶ In Asiam. b ¶ Nauali pugna. 18
nec illius erit & conuertet faciem suam ad insulas, & capiet 19
a ¶ Rhodum, Samum, Colophonam & alias multas. Sed occurrit Scipio Nasica cum fratre Publio Scipione Aphricano qui Annibalẽ vicerat. Victus ergo Antiochus intra Taurum regnare nisus est, & inde fugit ad Apamiam & Susan & vltimas regni sui penetrauit ad vrbes. Cúmque aduersus Elymeos pugnaret, cum omni exercitu deletus est. b ¶ Epiphanem quem impugnabat inuadendo Romanorum imperium quiescere permisit. c ¶ Victi & expulsi à Romanis. 20 21 22 23
multas, & cessare faciet † principem opprobrij sui. Et oppro- 24
a ¶ De Asia fugiens. 25
briũ eius conuertetur in eũ. Et cõuertet faciẽ suã ad imperiũ 26
¶ Locus eius. 27
terræ suæ, & pinget & corruet, & non inuenietur. Et stabit 28
a ¶ Seleucus Philopator magni Antiochi filius qui in Syria nihil digni gessit vel patris imperio & fine vllis præmiis inglorius periit. 29 30
in loco eius † vilissimus & indignus decore regio, & in paucis 21 32

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Extollentur, vt imp.vi. *Scilicet Isa. prædictam. Dicuntur autem isti filij præuaricatorum, id est, de numero præuaricatorum, quia non erat eis licitum templum ædificare & hostias offerre extra Ierusalem & propter hoc in pœnam peccati eorum subditur.*

2 Et cor. *Quia Romanis postea destructum est illud templum & ciuitas in qua erat, quæ vocabatur tunc ciuitas Oniæ.*

3 Et veniet. *Hic reuertitur ad propositum, scilicet ad describendum pugnam Antiochi magni cõtra Ptolemæum Epiphanem, & hoc est quod dicitur:* Et ve.rex aquil. *Id est, Antiochus magnus rex Syriæ cum alio rege prædicto.*

4 Et compor.ag. *Id est, faciet comportari per multitudinem exercitus sui.*

5 Et capiet vrbes munitissimas. *Id est, ciuitates quas reges Aegy-
C pti ceperant prius in regno Syriæ & eas munierant, vt melius possent eas tenere contra regem Syriæ.*

6 Et brac.au.non su. *Id est, fortes milites Aegypti positi in prædictis ciuitatibus ad eas custodiendum non potuerunt eas tenere.*

7 Et consurgent ele. *Quia magni principes de Aegypto voluerunt succurrere illis, qui erant obsessi ab Antiocho in ciuitatibus prædictis.*

8 Et non erit for. *Quia non poterunt eis succurrere.*

9 Et fac.ve.su.eum. *Id est, contra Ptolemæum.*

10 Iuxta pla.su. *Quia ciuitates prædictas recuperauit.*

11 Et non erit qui ste.c.e. *Scilicet regis Syriæ.*

12 Et sta.in ter.incly. *Id est, in Ierusalem & Iudæa quæ dicitur inclyta propter cultum diuinum ibi existentem, quia Antiochus ibi honorifice susceptus est.*

13 Et consu.in ma.e. *Quia inde abstulit præsidium Ptolemæi regis Aegypti & eos qui fauebant sibi.*

14 Et ponet faciem suam. *Id est, totam attentionem.*

15 Vt ve.ad tenen.vniuer.re.e. *Id est, regis Aegypti, quia non suffecit Antiocho magno recuperare ciuitates & loca prædicta: sed voluit obtinere totum regnũ Aegypti, veruntamẽ quia perpendit quod hoc nõ poterat virtute armorum, ideò simulauit facere pacem cum Ptolemæo Epiphane, & querere bonum eius: propter quod dedit ei filiam suam Cleopatram in vxorem, vt sic melius posset ingredi Aegyptum, & hoc est quod dicitur hic.*

16 Recta fa.cum eo. *Quia Antiochus magnus fecit recta cum Ptolemæo secundum apparentiam tantum.*

17 Et filiam fœ. *Id est. de numero fœminarum.*

18 Dabit ei. *Scilicet Cleopatram.*

19 Vt euertat illum. *Id est, decipiat occasione filiæ habens ingressũ familiarem intra Aegyptum, vt sic posset capere eum.*

20 Et non stabit. *Scilicet fraudulentia Antiochi.*

22 Nec illius erit. *Scilicet regnum Aegypti, vt cogitauerat, quia duces Aegypti perceperunt fraudem Antiochi & cautius se habuerunt circa eum. Similiter filia eius Cleopatra magis fauit marito suo regi Aegypti, quàm patri suo Antiocho.*

23 Et conuer.faciem suam ad insu. *Quia Antiochus magnus videns se defraudatum à spe obtinendi regnum Aegypti, conuertit se ad debellandum insulas Asiæ.*

24 Et capiet multas. *De illis insulis.* F

25 Et cessare fa.prin.oppro.sui. *Id est, seipsum, quia hoc faciendo prouocauit opprobrium suum. Insulæ enim Asiæ erant confœderatæ Romanis, ideò ab eis missus est Scipio Aphricanus contra Antiochum, qui deuicit eum & de campo fugauit, propter quod subditur.*

26 Et opprobrium eius con.in eum. *Id est, in Antiochum. Hæc autem expositio videtur esse contraria textui, quia per hoc Antiochus non fecit opprobrium suum cessare, sed magis augeri, propter hoc recurrendum est ad literam Hebraicam quæ talis est: Et reducet dominus opprobrium suum super eum, quia propter blasphemias contra Deum incurrit dictum opprobrium. Et absque opprobrio suo reddet ei, quia nihil deperiit ipsi Deo propter blasphemias Antiochi.*

27 Et conuertet faciem suam ad ipmer.ter.suæ. *Quia fugiens de Asia voluit ad terram suam redire.*

28 Et implo. *Quia in ipso reditu occisus fuit in templo Naneæ 2. Machab.*

29 Et non inuenie. *Quia ipse & qui cum eo erant diuisi fuerunt membratim, ita quòd eius cadauer non fuit cognitum nec sepultum. Dicunt tamen aliqui quòd in dicto reditu occisus fuit pugnans contra Elymeos, & quòd primum capitulum secundi Machabæorum loquitur de Antiocho Epiphane eius filio.*

30 Et sta.in lo.eius vi. *Id est, Seleucus filius eius senior qui propter inertiam dicitur hic vilissimus.*

31 Et indi.de.re. *Id est, honore regali.*

32 Et in pau.die.conte. *Quia parum regnauit.*

a *Et stabit in loco,&c.* Antiochus Epiphanes scilicet frater eius primò omnibus vilis & despectus, sed quasi mansuetus & lenis fraudulenter regno potitus est, hunc locum & quæ sequuntur, quidam tantum ad Antiochum referunt: nostri quædam ad eum quædam ad Antichristum, cuius ille prætulit typum, quædã ad

Antiochus Epiphanes. Hieronym.

utrumque, sicut 70. Psalm. Salomonis nomine intitulato, quædam ad eũ, quædam referuntur ad Christum, quædam utrique conueniunt.

† blandiẽs

Et stabit in loco,desp. Hucusq; de ordine historiæ inter Porphyrium & nostros nulla contentio est,

† inundãtis inundabuntur.

quæ sequuntur vsque ad finem voluminis, ille interpretatur super Antiochum Epiphanem Seleuci, fratrem, Antiochi magni filium, qui post Seleucũ. 11. annis regnauit in Syria, obtinuitq; Iudæam, sub quo legis Dei persequutio; & Machabæorum bella. Nostri hæc omnia de Antichristo prophetari dicunt. *Et sta.in lo.e.desp.* Antichristus scilicet qui in fine mundi consurget de Gente modica, id est, de populo Iudæorum, tam humilis atque despectus, vt ei non detur honor regius, sed fraudulenter obtineat principatum.

E

b *Et brachia pu.* Populi Romani expugnabuntur ab eo & conterentur, & hoc faciet, quia simulabit se ducem esse fœderis, id est, legis & Testamenti Dei: & ingredietur, vrbes ditissimas, & faciet quę nõ fe.pa. eorum. &c. Nullus enim Iudeorũ præter eum in toto vnquam orbe regnauit. Hic cõtra fir.co. sanctorum scilicet inibit consilium.

Hieronym. Quomodo Antiochus Aegyptum vastauerit

Antiochus Antichristi typus, in quo quæ ex parte præcedunt, in Antichristo

Hieronym. † cõteretur

omninò sunt complenda, sicut Salomon typus Christi. Est enim mos scripturæ sanctæ, vt futurorum præmittat veritatem in typis. Sic in Psal. qui intitulatur nomine Salomonis, non omnia conueniunt ei: vt hoc *Et permanebit cum sole & ante lunam,&c. Et dominabitur à mari vsque ad mare,* & cætera huiusmodi. Et sicut hic: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ,&c.* Ex parte autem & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone præmissa sunt quæ in Saluatore perfectè implentur.

Psal.71 a. Ibidem.b. Ibidem. d.

E

☞ *Dux fœderis*

a ¶ Virtus Romani populi ab eo conteretur,id est,Antichristo.

a diebus cõteretur, non in furore nec in prælio. Et stabit in

b ¶ Antiochus Epiphanes.

1 2

a ¶ Seleuci frater. b ¶ Ab his qui in Syria seruiebant Ptolemeo.

loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, Et ve-

3 4

¶ Clementiam simulans. a ¶ Fortitudo,vnde & manus appellatur exercitus magnitudo.

niet clam & obtinebit regnum in † fraudulentia. Et brã-

5 6

a ¶ Ptolemæi,f.Philometoris. b ¶ Philometoris duces. c ¶ Antichristi.

chia † pugnãtis expũgnabuntur à facie eius & † con-

7 8

omninò complenda,sicut Salomon typus Christi. Est enim mos scripturæ sanctæ, vt futurorum præmittat veritatem in typis. Sic in Psal. qui intitulatur nomine Salomonis, non omnia conueniunt ei: vt hoc *Et permanebit cum sole & ante lunam,&c. Et dominabitur à mari vsque ad mare,* & cætera huiusmodi. Et sicut hic: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ,&c.* Ex parte autem & quasi in vmbra & imagine veritatis in Salomone præmissa sunt quæ in Saluatore perfectè implentur.

Psal.71 a. Ibidem.b. Ibidem. d.

E

☞ *Dux fœderis*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non in fu.nec in præ. *Quia non fuit homo bellicosus nec militaris.*

2 Et stabit in loco eius, &c. *Hic consequenter agit de regno Antiochi Epiphanis qui fuit figura Antichristi, vt dictum est,de quo principaliter agitur hic. Ad euidentiam autem eorum quæ sequuntur, sciendum quòd illud quod est figura alicuius vel signum oportet quòd sit res aliqua. Illud enim quod nihil est, non potest esse signum alicuius vel figura, & ideò illud quod est figura vel signum alicuius potest dupliciter considerari quo ad præsens. Vno modo vt est figura tantum vel signum. Alio modo vt est res quædam in se, & tamen figura alicuius. sicut circulus pendens ante tabernam, potest considerari vt est signum vini existentis in cellario tantum, vel prout est signum vini, & cum hoc vt est res aliqua in se. Illa autem quæ dicuntur de figura vel signo primo modo intelliguntur vera tantum esse de his quorum sunt signum vel figura quia figura inquantum figura ducit tantum in cognitionem alterius. Illa autem quæ dicuntur de signo vel figura secundo modo, verificantur de vtroque scilicet de re quæ figura est, & de eo cuius est figura. Simili modo est in sacra scriptura, quia si aliquid dicatur de aliquo vt est figura alterius tantum, tunc sensus literalis est vnus tantum, scilicet de illo cuius est illa figura. sicut de Salomone vt est figura Christi tantum, dicitur illud Psal.71.b.* Et dominabitur à mari vsque ad mare & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, *& ideò solum verificatur de Christo ad literam, non de Salomone, cuius regnum solum fuit in Iudæa. Sed illud quod dicitur de aliquo secundum se, & vt est figura alterius, illud verificatur ad literam de vtroque, tamen principaliter de illo cuius est figura, sicut de Salomone dicitur 1. Paralipom. 22.c.* Ipse erit mihi in filium: & ego ero illi in patrem. *Quod verificatur de Salomone & Christo cuius Salomon erat figura. Sed principaliter de Christo, qui est filius naturalis Dei. Salomon autem fuit filius eius per adoptionem gratiæ saltem in principio regni.*

Describit quid sit figura.

C

Similiter dicendum est in proposito, quòd Antiochus illustris qui est figura Antichristi, potest dupliciter considerari. Vno modo vt est figura Antichristi tantum, & sic ista quæ dicuntur de Antiocho verificantur tantum ad literam de Antichristo. Alio modo potest accipi vt est figura Antichristi, & cum hoc vt secundum se est aliquid: & sic illa quæ dicuntur de ipso verificantur de vtroque. De Antiocho tamen imperfectiùs, & perfectiùs de Antichristo cuius est figura, sicut dictum est suprà 8.cap. quia ea quæ ibi dicta sunt verificantur de vtroqꝫ. In hoc capitulo autem aliqua dicuntur de Antiocho prædicto isto duplici modo, & ideò dividitur in duas partes, quia primò ponuntur ea quæ dicuntur de Antiocho secundum se, & vt est figura Antichristi, & sic verificantur de vtroque, secundò ea quæ dicuntur de Antiocho, vt est figura Antichristi tantum, & sic verificantur de solo Antichristo, ibi, Et facier rex secundũ voluntatem suam. *Prima in tres, quia primò ostendit qualiter obtinuit regnum Syriæ fraudulenter, secundò, agit de pugna Antiochi, contra Ptolemæum nepotem suum, ibi:* Et brachia: *Tertiò qualiter pugnauit contra filios Israel: ibi:* Et reuertetur in terrã suam. *Circa primum sciendum, q Antiochus magnus de quo dictum est duos filios habuit, vnum qui vocatus est Seleucus Philopator & fuit primogenitus, aliũ autem vocatus est Antiochus Epiphanes vel illustris quod idem est, & ille traditus est Romanis obses pro patre suo, ne à fidelitate Romanorum recederet. Mortuo igitur Antiocho magno vt prædictum est, successit ei in regnum Seleucus filius eius primogenitus, de quo dictum est hic quod fuit vilissimus & indignus honore regio, propter inertiam suã: igitur Antiochus Epiphanes qui erat Romæ obses, audita morte patris sui, & sciens inertiam fratris sui regnantis: occultè recessit de Roma sine scitu senatorum, vt communiter dicunt historiographi. Aliqui autem dicunt licet pauci, quòd recessit de licentia senatorũ, non tamen est vis qualiter recesserit, siue sic, siue sic veniens igitur in Syriã vbi regnabat frater suus, cœpit simulare benignitatem erga ciues & audaciam cõtra hostes: & per hoc attraxit multos ad se: propter quod fratre eius mortuo qui parum regnauit, vt dictum est, obtinuit regnum eius & nepotem suum scilicet filium fratris sui priuauit regno sibi debito, & hoc est quod dicitur hic:* Et stabit in loco eius. *Id est, Seleuci.*

3 Despectus. *Id est, Antiochus Epiphanes qui dicitur hic despectus quia fuit Romæ obses.*

4 Et non tribuetur ei honor regius. *In principio, quia pater suus Antiochus magnus declarauit in testamento suo sibi succedere in regno Seleucum, quia tunc erat consuetudo quod pater præferebat in regno suo de filiis suis quem volebat.*

5 Et veniet clam. *Id est, occultè, quia de Roma occultè recessit vt iam dictum est.*

6 Et obtin.reg.in frau. *Quia obtinuit regnum post fratrem suum per simulationes prædictas.*

7 Et brach. *Hic ostendit qualiter pugnauit contra Ptolemæum Philometorem nepotem suum, filium Cleopatræ sororis suæ prædictæ, & Ptolemæi Epiphanis regis Aegypti. Et diuiditur in duas partes secundũ duas inuasiones, quas fecit contra Aegyptum, secunda, ibi:* Et concitabitur. *Circa primum sciendum, quòd Antiochus Epiphanes rex Syriæ simulauit se zelare pro nepote suo rege Aegypti adhuc tamen puero, & ideò quasi sub titulo tutoris, accepit ciuitates, quas reges Aegypti prope regnum Aegypti acquisierant, quas cùm principes Aegypti nomine pueri repeterent: Antiochus negauit reddere, & ideò inter ipsum & regem Aegypti adhuc puerum guerra mota est: sed duces Ptolemæi regis Aegypti venientes contra Antiochum deuicti sunt, & per consequens puer pro quo pugnabant: tamen postea Antiochus simulauit totum fecisse amore pueri, tamq; sibi magis propinquus, vtpotè ipsius auunculus & hoc fecit fraudulenter vt posset melius ingredi Aegyptum, & obtinere diuitias illius regni, & hoc est quòd dicitur hic:* Et brach.pugn. *Id est. duces Ptolemæi Philometoris qui pugnabant pro eo.*

Diuisio

8 Expugnabuntur à facie eius, &c. *Quia deuicti sunt ab Antiocho.*

✠ In super &

☞ a *Dux fœderis.* Iudas Machabæus quem fraude superauit: vel ipse dux fœderis qui obtulit pacẽ Ptolomęo (& fuit dux fœderis)

Hieronym.

non Epiphani: qui quintus regnauit in Ægypto, sed Philometori filio Cleopatræ, sororis Antiochi, cuius hic auunculus: & cum post mortem Cleopatræ Eulalius eunuchus Philometoris nutricius, & Lemęus Ægyptum regerent & repeterent Syriam, quam Antiochus fraude † occupauerat, ortum est prælium inter auunculum scilicet Antiochum & puerum Ptolemæum. Cúmque inter Peluſium montẽ Cassiũ conflixissent, victi sunt duces Ptolemæi. Antiochus verò parcẽs puero & amicitiam simulans, ascendit Memphim & regnũ Ægypti accipiens, puerique rebus se prouidere dicens, cũ modico populo omnem Ægyptum subfugauit, quæ non fecerunt patres eius. Nullus enim regum Syriæ ita Ægyptum vastauit.

† furripuerat

B

Diuisio

Super, & dux fœderis &c. ✠ THEODORETVS. Hic præsignificat seditionem concitatam contra Oniam principem sacerdotum à Iasone, & Onia filio Menelai ex quibus Iason cùm prius ad Antiochum contendisset: fratrem suum Pontificatu eiecit. Menelaus verò muneribus Antiocho missis, & ad se rursus reuocato Pontificatu, expulit Iasonem. Hinc graues & molestæ calamitates Iudæorum nationes inuasêre. Hæc ante Beatus Daniel doctus audiuit: *Brachia pugnantis &c.* Loquitur de Ptolemæo Philometore, qui Ptolemæo Epiphani successit. His subiecit.

Et dux fœderis. Principem sacerdotum intelligi vult Pium Iasonis fratrem, præmonétque fore, vt illum etiam abdicet Pontificatu maximo. Deinde docet quomodo & *à commissionibus ergà illum faciet dolum,* vtetur enim ministris, qui se idem habere

glorientur

a ¶ Dolis Antichristi. b ¶ Ptolemæus Philometor. ¶ Tribulabitur scilicet.
c ¶ Antichristus simulans se ducem fœderis regnum Aegypti primum inuadet.

a terẽntur. Insuper & dux fœderis. Et post amicitias cum eo

a ¶ Regnum eius inuadens. b ¶ Memphim. c ¶ Aegyptum. ¶ Paulatim.

1 2

b faciet dõlum, & ascẽdet & superabit in modico populo, &

a ¶ Antiochus vel Antichristus.

3 4

abundantes & vberes vrbes ingredietur. Et fãciet quæ non

a ¶ Quilibet de populo Iudæorum. b ¶ Aegypti.

5 6

c cerunt patres eius, & patres patrum eius, Rapinas & prę-

a ¶ Quia astutissimus.

7

dam & diuitias eorum dissipabit, & contra † firmissimas co-

¶ Non semper quæcumque volet. a ¶ Ducum pueri. ¶ Sanctorum. b ¶ Callidius consilium. c ¶ Faciat.f. ¶ Donec Dei voluntas permiserit.

7

c gitatiõnes inibit, & hoc ũsque ad tempus. Et concitabitur

a ¶ Secundum Porphyrium Antiochi. b ¶ Ptolemæum fororis suæ filium.

8 9

fortitudo eius, & cor eius aduersum regem Austri in exerci-

a ¶ Duces Ptolemæi,vel rex Aegypti. b ¶ Contra Antiochum auunculum.

10

tu magno. Et rex Austri prouocabitur ad bellũ multis au-

a ¶ Non poterunt resistere fraudulentiæ Antiochi, qui simulabit pacem cum Ptolemæo, & comedet panem cum eo, & postea occupabit Aegyptum.

11 12

xiliis, & fortibus nimis: & nõ stabũt, quia inibũt aduersus eũ

a ¶ Philometore. b ¶ Ptolemæum.

13

consilia. Et comedentes panem cũ eo conterent illũ: exer-

a ¶ Regis Austri vel Aegypti.

14

d citúsque eius opprimetur, & cadent interfecti plurimi. Duo-

a ¶ Inuicem sibi insidiantes; sic ars deluditur arte.

15

rum quoque regũ cor erit: vt malè faciãt, & ad mẽsam vnã

16

glorientur genus adhibitóque dolo, in nationem infinita mala patrabit.

D

b *Et ascendet & superabit &c.* ✠ THEODORETVS. Deceptis enim Hierosolymorum incolis, quasi pacificus ingressurus, primùm in sacri templi adyta ingredi ausus est; Deinde ablato omni ornatu, & vasis diuino cultui dedicatis, egressus est: rursúsque adducto ad vrbem exercitu, octuaginta hominum millia occidit.

c *Et cõcitabitur fortitudo.* Nostri secundũ superiorem sensum hæc omnia de Antichristo interpretantur, qui nasciturus est de populo Iudæorum & de Babylone venturus, vnde vrbes & regem Ægypti primum superabit, qui est vnus de tribꝰ cornibus, de quibus suprà dictum est.

† munitiones cogitationes.

d *Duorum quoque.*

✠ THEODOR. Iosephus docet Romanos audita eius cum exercitu profectione, per legatos denuntiasse, vt recederet ab Ægypto.

E

Quare percusso fœdere pacem fecit, & societatem cum Ptolemæo iniuit. Simulatam verò amicitiam angelus qui cum Daniele loquebatur, & vtrique inquit, reges corda eorum in improbitatem, & in mensa vna mendacium loquentur, & non erit stabilis pax illa.

Nulli dubium quin Antiochus pacem cum Ptolemæo fecerit, & cum eo conuiuium inierit, & dolos intenderit non proficiens, quia non potuit regnum eius obtinere, sed eiectus est à militibus Ptolemæi, sed quòd dicitur duos fuisse reges quorum cor fraudulentum, vt sibi mutuo malefacerẽt, secundũ historiam stare non potest: Ptolemæus enim paruus erat ætate, & deceptus est fraude Antiochi quid enim malè cogitare potuit? vnde nostri hæc omnia ad Antichristũ referũt: & ad regem Aegypti quem primum superabit.

Hieronym.

☞ *Et non prof.*

F

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Insuper & dux fœderis. *Id est, Ptolemæus Philometor, cum quo Antiochus eius auunculus simulabat facere fœdus principaliter, contritus est ab eo, scilicet quia vt dictum est, deuictis principalibus pueri, & puer quodammodo deuictus est.*

2 Et post amicitias cum eo faciet dolum. *Quia vt dictum est simulauit prædicta fecisse amore nepotis sui, quasi posset melius custodire res suas quàm homines extraneos: hoc tamen dolosè simulabat, vt posset ingredi Aegyptum ad ipsum spoliandum, & hoc est quod dicitur.*

3 Et ascendet. *Scilicet in Aegyptum.*

4 Et superabit in modico populo. *Quia Aegyptij non timebant sibi ab eo, credentes quòd intrasset pro bono nepotis sui regis Aegypti.*

5 Et abundantes & vberes vrbes ingredietur. *Spoliando eas.*

6 Et faciet quæ non fecerunt patres eius. *Quia prædecessores sui scilicet reges Syriæ non asportauerunt spolia terræ Aegypti, licet aliqua extrinseca illius regni depradati fuissent, sicut fecit Antiochus magnus, vt visum est,*

7 Et contra firmissimas cogitationes inibit. *Scilicet consilium: quia astutia sua ex fraude decepit sapientes Aegypti, vbi tunc vigebat sapientia.*

8 Et hoc vsque ad tempus. *Quasi dicat, non diu durabit: quia inde fuit postea turpiter expulsus. Vel aliter.* Vsque ad tempus. *Scilicet Antichristi in quo complebuntur ista perfectius, quia Antiochus fuit figura Ant.christi.*

Secunda Ægypti inuasio.

9 Et concitabitur fortitudo eius & cor eius, *Hic describitur secunda inuasio, quam fecit Antiochus contra Aegyptum, quia Ptolemæus puer creuit: & sic præparauit se ad prælium contra auunculum suum. Iste tamen Antiochus semper dolosè agebat, & ideò videns nepotẽ suũ habere fortem exercitum, propter quod timens deuinci, traxit ad se muneribus aliquos de Gente Ptolemæi per quod impedita fuit victoria Ptolemæi contra Antiochum, & fecerunt pacem, simulatam tamen: quia vnus cogitabat malum contra alium, & hoc est quod dicitur hic:* Et concitabitur fortitudo eius & cor eius. *Id est, Antiochi regis Syriæ*

10 Aduersum regem Austri. *Id est, Aegypti nepotem suum. Sequitur.*

11 Et rex Austri. *Id est, Ptolemæus rex Aegypti iam factus adultus.*

12 Prouocabitur ad bellum &c. *Contra Antiochum auunculum suum.*

13 Et non sta. quia inibunt ad. *Quia aliqui de Gente Ptolemæi non steterunt fideliter cum eo, sed induxerunt eum ad faciendum pacem, conducti ad hoc ab Antiocho, vt dictum est: & hoc est quod dicitur.*

14 Et comedentes pa. *Quia occasione huius pacis simulatæ, multi de exercitu regis Aegypti postea fuerunt interfecti.*

15 Duorum quoque regum cor erit, vt malè fa. *Quia vt dictum est pax fuit tantum simulata: & ideò vnus contra alterum malum cogitabat in corde suo.*

16 Et ad mensam vnam &c. *Quia ad simulationem maioris pacis comedebant inuicem, & verbis mendacibus mitebantur se mutuo decipere.*

✠ Et non

A a *Et non profi.* Quia à ducibus Ptolemæi expulsus est ab Ægypto:& postmodum à duorum nepotum suorum obsidione, & Romanorum iussu,qui eis amici erant exclusus est.

Hieronym. b *Testamentum sanct.* De Antichristo nullus ambigit quin pugnaturus sit aduersus testamentum sanctum,& primum contra regem Ægypti dimicans: Romanorum terreantur auxilio, hæc sub Antiocho Epiphane imaginata præcesserunt: vt rex nequissimus qui populum Dei persecutus est, præsignaret Antichristũ qui populum Christi persecutus est. Multi autem nostrorum putant ob sæuitiæ & turpitudinis magnitudinem Neronem Antichristum fuisse. Et Græca & Romana narrat historia quod Antiochus expulsus ab Ægyptiis venit in Iudæam,scilicet terram sanctã & spoliauit teplũ,

† naues Cithim.

a ¶ Antiochus & principes eius.

a mendacium loquentur: & non proficient, quia adhuc finis 1 2

a ¶ Pugnæ quia non perficient cogitata. b ¶ A ducibus Aegypti repulsus.

in aliud tempus. Et reuertetur in terram suam cum opibus 3 4

a ¶ Iudæam, Dei testamentum colentem.

b multis:& cor eius aduersus testamentum sanctum, & faciet 5 6

a ¶ Iussu Romanorum. b ¶ Quia iterum collectis viribus venit in Aegyptum & obsedit duos nepotes suos Ptolemæum Philometorem cum fratre suo,quando Romanorum iussu amotus est: Antichristus quoque arma sentiet Romanorum.

& reuertetur in terram suam. Statuto tempore reuertetur & 7 8 9

a ¶ Non ita succedet ei sicut prius quando venit in Aegyptum.

veniet ad austrum, & non erit priori simile nouissimum. Et 10 11

¶ Itali. a ¶ Non morte,sed humiliatione superbiæ.

c venient super eum † trieres & Romani & † percutietur & 12 13

a ¶ Peius enim fecit,cum secundo venisset Ierosolymam: & hoc est, & indig. contra test. sanct.

reuertetur. Et indignabitur contra † testamentum sanctuarij, 14 15

† cõminabuntur ei.

a ¶ Quomodo remanerer eos qui ad idola conuersi sunt.

& faciet & reuertetur, & cogitabit aduersus eos, qui dere- 16 17 18

B d linquerunt testamentum sanctuarij, Et brachia ex eo sta- 19

bunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & aufe- 20 21

† fœdus sanctum.

& auri tulit quamplurimum,positóque in arce præsidio Macedonum: reuersus est in terram suam & euoluto biennio rursum contra Ptolemæum exercitum congregauit, & ad Austrum venit. Cúmque duo fratres Ptolomæi Cleopatræ filij, quorum auunculus erat Antiochus obsiderentur Alexandriæ: venerunt duo legati Romanorum quorũ vnus erat Marcus Popilius Lenas,cum eum stantem in littore inuenisset, & ex parte senatus dixisset,quòd iuberetur ab amicis populi Romani recedere; & suo imperio contentus esse:& ille responsum ad amicorum cõsilium distulisset: orbem fecit in arena baculo quem manu tenebat, & regem circumscribens ait. Senatus & populus Romanus precipiunt,vt in hoc loco respondeas quid consilij geras, vnde ille perterritus ait: Si hoc placeat senatui & populo Romano,recedendum est:& statim mouit exercitum.

Hieronym. 1.Mach.1.b. c *Et indigna.* Hoc plenius in libro Machabæorum, quia postquam de Ægypto pepulerunt eum,scilicet Antiochum Romani indignans venit contra testamentum sanctuarij, & ab his inuitatus est qui legem Dei dereliquerant,& ceremoniis Ethnicorũ se miscuerant:

C

se miscuerant:Quod plenius complendum est sub Antichristo, qui indignabitur contra testamentum Dei, & cogitabit aduersus illos quos vult legem Dei derelinquere:vnde Aquila:Et cogitabit vt deseratur pactum sanctuarij. D

Hieronym. d *Et brachia ex eo &c.* Iudæi hæc nec de Antiocho Epiphane nec de Antichristo sed de Romanis intelligunt,de quibus: *Et venient trieres siue Itali,atque Romani & humiliabuntur.* Post multa inquiunt tempora de ipsis Romanis qui Ptolemæo in auxilium venêre, & Antiocho comminati sunt consurget rex Vespasianus, & surgent brachia eius, & semina fœminæ,scilicet Titus filius eius cum exercitu,& polluent sanctuarium, auferéntque iuge sacrificium, & templũ tradent æternæ solitudini. Zizim & Cethim quos nos trieres & Romanos interpretati sumus, Hebræi Italos volunt esse atque Romanos. Alij semina,progenies scilicet volunt. Alij autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt post biennium quàm templum spoliauerat,vt tributa exigerent à Iudæis, & auferrent cultum Dei,& in templo Iouis Olympi simulachrũ,& Antiochi statuas ponerent,quas nunc abominationem desolationis vocat,quando ablatum est holocaustum & iuge sacrificium, quæ omnia in Typo Antichristi, nostri præcessisse contendunt qui *sessurus est in templo Dei,tanquam sit Deus.* Antichristus in templo sedebit, quasi Deus vt legem Dei auferat. Iudæorum quidam simulauerunt se legem Dei custodire, & postea cum Gentibus fuerunt: alij verò in religione permanserunt, quod in Antichristi tempore futurum est, *Quando refrigescet charitas m.* vnde: *Putásne filius hominis veniens in &c.*

Suprà eo. Num. 24.d. E 2.Thes.2.b. Matt. 24.b. Luc. 18.b.

✣ Theodoretvs. Brachia vocat duces Antiocho seruientes, vt instar brachiorum iussa regis exequentes. Mittet itaque aliquos, inquit, qui sanctuarium polluant, hoc est, Deo omnipotenti dedicatum templum, ara in qua colantur idola in ipso

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non profic. *Quia vnus non potuit alium totaliter subuertere, sicut cogitabant.*

2 Quia adhuc finis. *Scilicet negocij inter ipsos.*

3 In aliud tem. *Vel aliter:* Quia adhuc finis, *id est, fraudulentia vel malicia Antiochi magis implebitur in Antichristo cuius Antiochus est figura.*

4 Et reuertetur. *Hic consequenter ostenditur qualiter Antiochus Epiphanes impugnauit filios Israël: & diuiditur in duas partes secundùm quod duplex fuit ipsius impugnatio contra eos. Secunda ibi:* Statuto tempore. *Circa primum sciendum, quòd Antiochus reuertens de Aegypto post primam inuasionem Aegypti intrauit Ierusalem, Menelao ductore & aliis qui ei fauebant,& fecit ibi multa mala:sed non tanta quanta fecit postea,& hoc est quod dicitur hic.*

5 Et cor eius. *Scilicet Antiochi.*

6 Aduersus te.sanctum. *Scilicet Iudæam & Ierusalem vbi Dei testamentum seruabatur.*

7 Et faciet. *Ibi multa mala.*

8 Et reuerte.in terram suam. *Hoc est in Syriam.*

9 Statuto tem. *Hic describitur secunda eius impugnatio contra filios Israel. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd Antiochus Epiphanes alio tempore volens intrare Aegyptum, inde repulsus est per Marcum Publium missum ad hoc à senatu Romanorum, quibus rex Aegypti erat confœderatus, qui quidem Marcus Publius cum inuenisset Antiochum in littore maris, præcepit sibi vt discederet ab amicis Romanorũ,& esset contentus regno suo. Tunc Antiochus petiit super hoc consilium & deliberationem: & tunc Marcus Publius fecit circulum in arena cum baculo quem tenebat in circuitu Antiochi dicens: Senatus præcepit vt respondeas antequam exeas de hoc circulo. Tunc Antiochus non audens præterire mandatum senatorum, dixit ei esse obediendum: & sic tristis reuertens in Ierusalẽ fecit illa mala quæ dicuntur.1.& 2.Mach. & hoc est quod dicitur hic.* Statuto tempore reuertetur & veniet. *Antiochus s.*

10 Ad Austrum. *Id est, ad Aegyptum capiendum.*

11 Et non erit priori si.no. *Quia tunc non spoliauit Aegyptum sicut in prima vice, vt suprà dictum est, sed magis inde repulsus est turpiter per legatum Romanorum. Et hoc est quod dicitur hic.*

12 Et venient super eum trieres & Roma. *Id est, exercitus Romanus in nauibus.*

13 Et percu. *Non morte, sed quia deiectus fuit à sua intentione, vt visum est.*

14 Et reuerte. *Ab Aegypto s.*

15 Et indign.con.test san. *Id est contra Ierusalem.*

16 Et faciet. *Ibi multa mala.*

17 Reuertetúrque. *Hoc dicit: quia iam fuerat ibi alias.*

18 Et cogitabit aduer.eos qui derelique.te. *Quia etiam illos Iudæos quorum consilio venit in Ierusalem qui erant legis transgressores interfecit Antiochus, motus cupiditate thesaurorum qui erant in templo.*

19 Et brachia ex eo sta. *Quia posuit Macedones in arce quæ erat in Ierusalem, vt habetur.1.Machab.1. ne ciuitas posset rebellare contra ipsum.*

20 Et polluent sanctua.fortitu. *Id est, templum in quo dominus qui est fortitudo colebatur, quia ibi præcepto Antiochi factæ sunt aræ idolorum,& factæ sunt prostibula.*

21 Et aufe.iu.sa. *Quia per sex annos sacerdotes Iudæorum non poterant offerre sacrificium consuetum.*

✣ Et dabunt

A idola in ipso eiecta. Hoc enim vocat abominationem desolatam. Hoc etiam nos docet secunda Machabæorum historia.

1.Mac.5. a *Et impij in testamentum &c.* ✣ Theodoretvs. Nam impios & iniquos ita parabunt, vt palam impiè agere non vereantur, dolosis verbis vtentes. *Populus autem &c.* Eos hic innuit, qui beatum Matthatiam sequebantur. Qui cũ primus Antiochi decretis restitisset, séque cum filiis in deserta loca recepisset, parua manu illius duces debellauit.

† præuaricatore, pacti simulare faciet blanditiis.

b *Et docti in po.&c.* ✣ Theodor. Nam qui opportunè vtentur (inquit) ea scientia, quam sibi Deus suppeditarit, vehementer illius leges aspernabuntur, & mortem pro lege diuina impiæ vitæ anteponent.

B † mũdetur

rent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desola- 1

¶ Templi. ¶ Hoc quoque in libro Machabæorum.

a tionem. Et † impij in testamentum simulabunt fraudulen- 2

a ¶ Matathias cum filijs & huiusmodi. ¶ Legem s.

ter. Populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. Et 3 4

a ¶ In lege. b ¶ Resistere & legem Dei custodire. c ¶ Sancti. d ¶ Antiochi vel Antichristi. 5

b c docti in populo docebunt plurimos, & ruent in gladio & in 6

d flamma & in captiuitate, & in rapina † dierum. Cúmque 7 8

a ¶ Sub Antichristo. b ¶ Sancti resistentes Antichristo. c ¶ Diuina conforratione aduersus Antichristum.

e corruerint; subleuabuntur auxilio paruulo, & applicabuntur 9

a ¶ Ministri Antiochi vel Antichristi. b ¶ Vt seducantur, si fieri potest etiam electi c ¶ Q. Hæc omnia ideo fi. vt confl.&c. ¶ Sancti quasi in fornace vasa figuli. pro.f.&c

f eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt conflentur & 10 11

a ¶ Probatiores facti. ¶ De numero hominum. b ¶ Secundum illud: Et super niuem dealbabor. c ¶ Omnis potestas à Deo, & omnia tempus habent. ¶ Non semper. d ¶ A Deo.

† eligantur & dealbentur, vsque ad tẽpus præfinitum, quia ad- 12 13

interposita inter bella inducias vocauit.

e *Et applicabuntur eis &c.* ✣ Theodoretvs. Hoc enim strenuum eorum facinus intuentes ex iis, qui lapsi fuerint multi, pœnitentia adducti ad ipsos accurrent. D

Hieronym. *Cúmque corruerint &c.* Quidam Iudæorum, & de Seuero & Antonio principibus hæc intelligunt qui Iudæos dilexerunt simulatoriè. Alij de Iuliano imperatore, quod quando oppressi fuerint à Caio Cæsare, & in captiuitate multa passi ille consurgat, Iudæos amare se simulans & in templo eorum se immolare, † in quo paruam spem auxilij habebunt, & applicabuntur illis Gentilium plurimi, sed fraudulenter, pro cultu enim idolorum simulabunt se amicos, &

† diebus multis

† promittens.

E

Hieronym. *Et docti in populo.* Quanta Iudæi passi sunt sub Antiocho, Machabæorum libri referunt, & triumphi eorum testimonio sunt, qui pro custodia legis Dei, flammas & gladios & seruitutem & rapinas & pœnas vltimas sustinuerunt, quæ pro certo sub Antichristo futura sunt, multis resistentibus potentiæ eius & diffugientibus. Hebrei hæc in vltima euersione templi quæ sub Vespasiano & Tito accidit interpretantur, dicentes fuisse plurimos qui scirent Deum suũ, pro custodia legis eius morerentur.

Hieronym. 1.Mac.2.g. c *Et ruent in glad.* Mathatias de vico Modin qui aduersus duces Antiochi rebellauit, conatus seruare legem Dei, sed occisus est, & filij eius, hostium fraude quidã decepti, sicut Machabæorum liber testatur.

✣ Theodoretvs. Quæ à beato Matthatia & filiis sustinenda erant prædicit.

d *Cúmque cor.&c.* ✣ Idem. Diuinæ siquidẽ gratiæ fructũ percipient, & tunc hostes superabunt, non tamen pace suis diebus fruentur, aut à malis vindicabuntur: idcircò paruum auxilium interpo

hoc ideò vt qui probati sunt manifesti fiant: Tempus enim veræ salutis eorum est sub Christo, quem falso venturum putant cùm Antichristum suscepturi sunt,

1.Cor.11.d

f *Vt conflentur &c.* ✣ Theodoretvs. Neque hæc inquit lædent futuros homines. Hinc enim docebuntur non esse fidendum pristinis prosperis successibus: sed semper esse metuendum secundũ Pauli admonitionẽ. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* His dictis de Antiocho Epiphane, trãsit ab imagine ad exẽplar. Exemplar autem Antiochi est Antichristus, & Antichristi imago Antiochus. Quemadmodum enim ille impiè agere Iudæos cogebat, & contra legem suam rempublicam administrare, ita homo peccati & filius perditionis omnia molietur vt pios in fraudem impellat: modò dolosis miraculis decipere conatus, modò vi adhibita. Quod si quis prophetiæ seriem inquirens, hæc non ita se habere credat, is euangelicam doctrinam mente repetat, vbi dominus semel & quæ ad communem, & quæ ad ipsius Hierusalem consummationem pertinent, prædicit.

1.Cor.10. Matth.24.

☞ Et faciet rex

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dabunt abo.in desol. *Quia ibi posuerunt idolum Iouis. Idolum autem apud Hebræos nominatur abominatio, & hæc fuit occasio maximè desolationis ipsis Iudæis quando positum fuit in templo.*

2 Et impij in te.si. *Quia aliqui pessimi de Iudæis simulantes se zelare pro cultu Dei, populum Iudæorum deceperunt, sicut de Alchimo & suis sociis dicitur.1.Machab.7.b.* Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos, *& tamen statim rupit iuramentum, vt ibidem dicitur, & fecit peius Iudæis quàm Gentiles fecerant.*

Machabæorum constantia.

3 Pop.au.&c. *Hic consequenter ostenditur Machabæorum constantia in sustinendo tormenta ne facerent contra legem, vt patet de septem fratribus & matre eorum & multis aliis, vt habetur.1.Machab.7.& in debellando aduersarios, vt patet de Iuda Machabæo & fratribus & sociis eorum, & hoc est quod dicitur:* Populus autem sciens Deum su. *Scilicet fide formata charitate.*

4 Obtinebit, *Id est, perfectè tenebit legem.*

5 Et fa. *Multa contra aduersarios, vt patet de Iuda Machabæo & sociis eius.*

6 Et docti in popu.doce.plu. *Resistere aduersariis, & tenere legem vsque ad mortem, sicut fecit Matathias: vt habetur.1.Machab.2. quoniam docuit filios suos certare vsque ad mortem pro defensione legis.*

7 Et ruent in gla.& in fla. *Quia illo tempore multi de filiis Israel interfecti sunt gladio, & aliqui igne, & aliqui ducti sunt captiui, & aliqui bonis suis spoliati, vt manifestè patet.1.& 2.Mach.*

8 Cúmque.corr.suble. *Quia Matathias & filij eius in persequutione Antiochi aliquam consolationem populo fecerunt.*

9 Et applicabun.eis plu.frau, *Sicut de Alchimo iam dictum est, & sicut de Nicanore: vt dicitur.1.Mach.7. Qui fecit amicitias cum Iuda Machabæo postea volebat eum capere.*

10 Et de erud.ruent. *Sicut patet de Iuda Machabæo & fratribus eius, qui in defensione legis & patriæ mortui sunt.*

11 Vt conflentur & eligantur & dealbentur. *per tribulationes quæ sunt magis accepta Deo quam sacrificia, vt suprà dictum est ca.4. & hoc.* F

12 Vsque ad tempus præfinitum. *Scilicet à Deo, & hoc est vsque ad finem mundi, quia vsque tunc sancti sustinebunt tribulationes malorum.*

13 Quia adhuc aliud ad tempus. *erit in quo scilicet omnia ista perfectius complebuntur scilicet tempus persecutionis Antichristi, qui erit caput omnium malorum, & cuius figura fuit Antiochus. Et quia dictum est, quod ea quæ sunt de Antiocho dicta vsque huc, non solùm sunt dicta de eo secundùm se, sed cum hoc vt est figura Antichristi: ideò est ibi duplex sensus literalis: Vnus de Antiocho qui dictus est Epiphanes: Alius de Antichristo ad quem prædicta possunt de facili applicari. De Antiocho enim tria dicta sunt in generali. Primum est quod qualiter obtinuit regnum fraudulenter, ibi:* Et stabit in loco suo despectus: &c. *& hoc perfectius verificatur de Antichristo, qui maius dominum obtinebit non propter nobilitatem generis, sed magis per fraudulentiam & sic potest applicari illa litera secundùm quod dictum est de Antiocho qualiter pugnauit contra regem Aegypti: hoc notatur, ibi:* Et brachia pugnantis, &c. *contra quem pugnauit duplici via, scilicet fraudulentia & armorum potentia, vt visum est. Et istud perfectius complebitur in Antichristo, quia rex Aegypti erit vnus de tribus qui primò superabuntur ab eo, vt dictum est suprà 7.cap. Non est dubium quòd contra eum mutetur maiori fraude & maiori potentia quàm Antiochus fecerit, & propter hoc tota illa litera potest de facili applicari Antichristo & maximè illud quod ibi dicitur:* Et faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: *quia nullus de regibus totius mundi fecit vel faciet talia qualia facturus est Antichristus: sed multi reges qui præcesserunt Antiochum fecerunt etiam maiora, quam Antiochus fecerit, vt patet de Alexandro magno à quo descendit regnum Antiochi, vt suprà dictum est. Tertium autem quod dictũ est de Antiocho est qualiter pugnauit cõtra filios Israel, ibi,* Et reuertetur in terrã suã &c. *vbi dictum est quomodo filios Israel multipliciter afflixit, & à* ✣ cultu veri

De Antiocho

a *Et fa.rex.* Ab hoc loco Iudæi de Antichristo dici putant quod surgat post paruulum Iuliani auxilium, sicut nos quoque hæc intelligimus de eo.

A Hieronym.

b *Donec compl.iracun.* Id est, irascatur ei Deus vt pereat. Polybius enim & Diodorus qui bibliothecarum scribunt historias, narrant eum non solùm contra Deum Iudæorum fecisse, sed auaritiæ facibus accensum templum Dianæ ditissimum, quod in Elymaide erat spoliare conatum, oppressúmque à custodibus templi & viciniis circumeuntibus, & quibusdam phantasiis atque terroribus versum in amentiam, ad vltimum morbo interiisse: & hoc ei commemorant accidisse, quia templum Dianæ ditissimum conatus sit spoliare. Nos autem dicimus, quòd ideò accidit ei, si quid accidit, quia in sanctos Dei nimiam crudelitatem exercuit, & templum eius polluit: non enim quia conatus est facere & pœnitendo cessauit implere, sed pro eò quòd fecit punitus est.

Hieronym. Polybius & Diodorus: Quare Antiochus punitus. B

a ¶ Victoriæ veræ in aduentu Christi. ¶ Quietis post tribulationem.
a huc aliud tempus erit: Et faciet rex iuxta voluntatem suam. 1
a ¶ Porphyrius & sequentes eum. De Antiocho Epiphane hæc dici autumant. ¶ Contra cultum Dei. 2
b ¶ In superbia, vt etiam simulachrum suum in templo iubeat poni. c ¶ Vnde, Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se t.sit.d.
Et eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deum: 3
a Blasphemias.
Et aduersus Deum Deorum loquentur magnifica, & diri- 4
a ¶ Prosperabitur vtérque. b ¶ Finiatur.s.sæuitia eorum. ¶ Super eum. 5
c ¶ Dei. d ¶ Apud Dei præscientiam. ¶ Alias, In ipso erit consummatio. 6
b getur donec compleatur iracundia. † Perpetrata quippe est 7
a ¶ Quanto.s.tempore seuiat vtérque. b ¶ Abraham Isaac & Iacob, de quorum progenie nascetur Antichristus in Babylone, sicut aiunt de tribu Dan.
c ¶ Iudæorum.s.Deum Deorum scilicet.
c diffinitio: Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in 8
d a ¶ Ego dixi: dij estis. ¶ Elatus super omne quod dicitur Deus. 9
concupiscentiis fœminarum nec quemquam Deorum cura- 10
a ¶ Deum & homines. b ¶ Aquila, Deum, fortitudinum. LXX. Deum fortissimum: Porphyrius ridiculosè Modin putat, quia Antiochi duces dicuntur in Modin vico Matathiæ, Iouis statuam posuisse compellentes Iudæos ei victimas immolare. c ¶ Diabolum, vel seipsum quem prædicabit esse Deum.
e bit, quia aduersum vniuersa consurget. Deum autem Maozim 11
a ¶ Hoc magis conuenit Antichristo, Antiochus enim idola Græciæ coluit, & Iudæos & Samaritanos ad Deorum suorum cultum compulit. 12
in loco suo venerabitur, & Deum quem cognouerunt patres 13

c *Deum patrum suorum non reputabit.* ✠ Theodoretvs. Inuenimus Antiochum aris in quibus idola colerentur, & Hierusalem & omnem Iudæam compleuisse & in templo Dei Ioui sacrificasse, & Iouis hospitalis nuncupasse templum Garizim. Quomodo igitur Deum patrum non reputauit? Nequaquam itaque in Antiochum hæc congruunt, sed in ipsum exemplar Antiochi, de Antichristo igitur hoc dicit.

d *Et erit in*

d *Et erit in concupiscentiis fœminarum.* Ambiguè in Hebraico teste Aquila qui verbum ex verbo expressit di. Super Deum patrum suorum non intelliget, & super concupiscentias fœminarum & super omnem Deum non intelliget. Quibus verbis intelligi potest, & habere concupiscentiam, scilicet quod magis Antiocho conuenit, & non habere, quod Antichristo: qui castitatem ideò simulabit, vt facilius decipere possit.

D Hieronym. Antichristus castitatem simulabit.

Et erit in con. LXX. Et concupiscentiis fœminarum † subiacebit, Antiochus enim luxuriosissimus fuit, vt etiam mimis & scortis, publicè & populo vidente misceretur.

† non. † quia decisio, siue conclusio facta est.

✠ Theodoretvs. Hoc quoque Antiochi institutis apertè contrarium est, Hic enim non modo legitimo sibi matrimonio coniunctis vxoribus non erat contentus, sed etiam cum lasciuis pellicibus coibat, & vnius ex ipsis secunda Machabæorum mentionem facit historia. Errant igitur qui hæc ad Antiochum referre conantur.

E 2.Macha.4.

e *Deum au.Ma.* Diabolum, scilicet, in seipso vel vbicumque fuerit Antichristus, vel in mēbris suis, omnium enim malorum caput est diabolus, sicut Christus bonorum qui in ipso venerabuntur diabolum. *Maozim.* Præsidium, scilicet quod Antichristus in Ierusalem constructurus est. Antiochus enim præsidia ibi & idolum constituit ad insidias sanctificationis: Vterque autem diaboli cultor erit.

✠ Theodor

NICOLAVS DE LYRA.

cultu veri Dei inquantum potuit auertit, & quomodo multi de populo Israel constanter mortem & tribulationes sustinuerunt. Et hoc multò fortius implebitur de Antichristo, quia erit sine comparatione maior persequutor ecclesiæ, quàm ille fuerit synagogæ, & multo plures per eum à fide auertentur & multò plures in fide stantes cruciabuntur quam per Antiochum: & ideò tota ista litera potest de facili ad ipsum applicari: sed propter prolixitatem vitandam omitto per singula verba discurrere. 1 Et faciet. *Hic consequenter ponuntur ea quæ dicuntur de Antichristo prout fuit figura Antichristi tantùm, quia non verificantur de eo ad literam, sed tantum de Antichristo: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur processus Antichristi contra Deum, secundò, contra colentes ipsum, ibi:* Et multiplicabit gloriam. *Primum ostenditur dupliciter, scilicet in contemptu blasphemiæ & in cultu idololatriæ, ibi:* Deum autem Maozim. *Primò igitur dicitur sic continuando literam literæ immediatè præcedenti, vbi dictum est.* Adhuc aliud tempus erit, *scilicet tempus Antichristi, vt dictum est.* Et faci.rex. *Id est, Antichristus.*

C Diuisio

2 Iuxta vo.suam. *Quia malicia sua perducetur ad effectum.*

3 Et eleuabitur. *Secundum quòd dicitur .2. ad Thess.2.a.* Nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui extollitur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ostendens se tanquam sit Deus: *& ideò ista litera non potest exponi nisi de eo. Antiochus enim Epiphanes non eleuauit se contra omnem Deum, immò idolum Iouis coluit: & in templo Ierosolymitano posuit, & Iudæos ad cultum illius quantum potuit induxit, vt legitur .1. Macha. & 2.*

4 Et aduersus de. *Quia Antichristus contumeliam loquitur contra Deum cœli: quia ostendet se tanquam sit Deus, vt dicit Apostolus & iam allegatum est.*

5 Et dirige. *Quia ad effectum intentum eius perducetur malicia, quia sedebit in templo tanquam sit Deus: non tamen diu, propter quod subditur.*

6 Donec compleatur iracundia. *Scilicet Dei super eum, quando virtute eius morietur subitò, vt dicunt sancti, & Apostolus .2. ad Thess. 2.b.* Quem dominus Iesus interfecit spiritu oris sui, &c.

7 Perpetrata

7 Perpetrata quippe est diffini. *Q.d. Ita determinatum est in Dei præscientia, ideò ita certum est de futuro: ac si iam esset factum de præterito.*

8 Et Deum patrum. *Quia Antichristus nascetur de Iudæis vel Christianis, qui Deum cœli adorant, & Antichristus eius cultum auferet & vsurpabit sibi, vt dictum est. Patet etiam, quòd ista litera non potest exponi de Antiocho qui idola Græciæ coluit, sicut patres sui: & ad ipsa adoranda Iudæos induxit in Ierusalem, vt dictum est: & similiter Samaritanos, quia templum quod erat in monte Garizim Ioui dedicauit vt habetur .2. Machab.6.*

F

9 Et erit in concup.fœmin. *Quia licet Antichristus fingat castitatem exterius, vt facilius decipiat, tamen non erit verè castus, vt dicunt aliqui: quia erit plenus omnis maliciæ, & per consequens erit luxuriosus: propter quod significatur per bestiam ascendentem de Abysso, Apoc.17. In bestia autem significatur carnalis lasciuia, propter quod Philosophus .2. Ethicorum vitam carnalem seu voluptuosam vocat bestialem vitam.*

10 Ne quemquam Deorum cur. *Hoc patet verum de Antichristo ex prædictis, & falsum de Antiocho. causa subditur.*

11 Quia aduer. *Id est contra Deum & homines: quia Antichristus consurget contra omnes homines eos sibi subiiciendo, & contra Deum eius cultum sibi vsurpando, sed neutrum verificatur de Antiocho: quia Iouem coluit & Romanis subiectus fuit, vt patet ex prædictis: & ideò non surrexit contra vniuersa.*

12 Deum autem Maoz. *Hîc ponitur processus Antichristi contra Deum per cultum idololatriæ, quia licet se faciat adorari sicut Deum in palam: vt omnem talem cultum auferat ab aliis, vt dictum est, tamen dæmonem priuatum quem habebit occultè adorabit: cuius virtute & auxilio faciet illa mirabilia quæ facturus est Deo tamen permittente, & hoc est quod dicitur hic.* Deū au.Mao. *Maozim interpretatur præsidium, sic enim vocabitur dæmon eius priuatus, quia ab eo habebit præsidium & auxilium. Vel aliter, præsidium dicitur locus construendus ab Antichristo vbi colet illum dæmonem occultè.*

13 Et Deum quem ignorauerunt patres eius. *Ibi accipitur & pro, id est,* Deum quē ign. *Iudæi vel Christiani ex quibus descendet Antichristus,*

✠ Colet

a *Et faci.vt mu.* Theodot. Et aget hoc vt muniat præsidia cū deo alieno, & cum eis ostenderit, multiplicabit honorem & dominari eos multis faciet, & secundum Theodotionem hoc exponit Porphyrius.

A Hieron.

Porphyrivs. Et faciet hæc omnia vt muniat arcem Ierusalem, & in cæteris vrbibus ponat præsidia: & Iudæos doceat alienum adorare Deum scilicet Iouem quam cum illis ostenderit, & adorandum esse persuaserit: deceptis dabit honorem & gloriam, & faciet cæteris qui in Iudæa fuerint dominari, & pro præuaricatione possessiones diuidet, & dona distribuet. Antichristus quoque deceptis multa donabit & terras suo exercitui diuidet, quos enim suo terrore subiugare nō poterit, auaricia subiugabit.

Hieron. Antichristus dabit dona multa. B

¶ Antichristus.
eius colet auro & argento & lapide precioso, rebúsque pre- 1
a ¶ Quacunque, fraude. b ¶ Id est, vnum faciat se & diabolum quem elegit. 2
c ¶ Ioue. d Approbauit. 3
a ciosis. Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno, quē co- 4
a ¶ Precio precibúsque minisque. b ¶ Suis.
gnouit: & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in 5
a ¶ Super bonos. b ¶ Sanctorum possessiones. c ¶ Satellitibus suis. 6
d ¶ Secundum Porphyrium vndecimo anno regni sui Antiochus rursum contra Ptolemæum dimicauit.
b multis, & terram diuidet † gratuito. Et in tempore præfinito 7
a ¶ Irruentem. ¶ Antiochum vel Antichristum. b Ptolemæus Philometor vel rex Aegypti 8
vnum de decem cornibus Romanorum. c ¶ Sed. 9
præliabitur aduersus eum rex austri, et quasi tempestas 10
a ¶ Furibundus. ¶ Vterque. b ¶ Antiochus vel Antichristus c ¶ Hæc in Aegypto faciet.
veniet contra illum rex aquilonis in curribus, & in equiti-
a ¶ Plurimas.
bus, & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret & 11
a ¶ Id est, pertranseundo vastabit. b ¶ Iudæam.
c ¶ Hnc secundum Aquilam: vrbes subaudis vel regiones vel prouinciæ. 12
pertransiet. Et introibit in terram † gloriosam & multi corruent. 13
a ¶ Dei miseratione.
c Hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom & Moab, & 14
d principes filiorū Ammon, Et mittet manū suam in terras, & 15
a Quia capietur. b ¶ Antiochus vel Antichristus. 16
terra Ægypti nō effugiet. Et dominabitur thesaurorū auri &
a ¶ Hoc verius Antichristo congruit.
argēti & in omnibus preciosis Ægypti. Per Libyam quoq; & 17
a ¶ Hæc sunt tria cornua quæ à facie Antichristi tollentur: rex Aegypti rex Libyæ, rex Aethiopiæ. ¶ Bellorum. b Timore.
c ¶ Antichristum pugnantem contra Aegyptios & alias Gentes, vel Antiochum.
e Aethiopiā trāsibit, & famā turbabit eū ab oriēte & ab aquilōe 18

b *Et in tem.* Nostri ad Antichristum hæc referentes dicunt, quòd primùm pugnaturus sit contra regem austri, id est, Aegypti, & postea Lybies & Aethiopes superaturus, quæ de 10. cornibus tria cornua cōtrita legimus suprà & quod venturus sit in Iudæam, & multæ ei vrbes vel prouinciæ daturæ sint manus.

Hieron.

c *Hæ autem so.* ✠ Theodoretvs. Neque hæc Antiocho conueniunt, etenim cum hos subegisset, duces ipsis præfecit ex quibus vnus erat Timotheus dux Ammonitarum. Hoc impio duce verisimile est istos effugisse, quippe ne probè quidē & seriò pietatem colentes: omnibus enim probis prorsus impius bellum facit.

C

Hieronymvs. Antiochus contra Ptolemæum festinans Idumæos & Moabitas & Ammonitas qui ex latere Iudæ erant non tetigit, ne occupatus alio prælio, Ptolemæum redderet fortiorem. Antichristus quoque Idumæos & Moabitas & filios Ammon, Arabiam scilicet, relinquet intactam, quia illuc sancti ad deserta confugient.

D

d *Et mittet manum.* ✠ Theodoretvs. Hæc item minimè conueniunt Antiocho, qui neque Libya, neque Aethiopia, neque etiā ipsa Aegypto potitus est. Iussus enim à Romanis reuersus est inde. Tres autem has nationes maximas Antichristus destruet, & in suam rediget potestatem.

Hoc Antiochum ex parte fecisse legimus, sed quod sequitur per Libyas & † Aethiopiam transibit, magis Antichristo quam Antiocho conuenit. Antiochus enim Libyam, quam plerique Aphricam Aethiopiamque dicunt, non tenuit, nisi fortè quia in ipso climate sunt prouinciæ Aegypti, & longè per deserta † vicinæ captis Aegyptiis etiam hæ prouinciæ conturbatæ sunt, vnde non dicit quod eos ceperit, sed pertransierit.

† pretio. E † desiderabilē.i. Israeliticam. † diffusæ

e *Et fama turbabit.* ✠ Theodoretvs. Ne hoc quidem in Antiochum conuenit, quem non fama ita conturbauit, vt ab Aegypto recesserit, sed Romanorum decretum, ab occidente non ab oriente missum. De Antichristo verò ait fore, vt capta Aegypto, Libya Aethiopiaque reuertatur & multo furore percitus veniat, vt deleat multos.

Hoc quoque Porphyrius de Antiocho somniat. Pugnans inquit, contra Ægyptios & Libyas Aethiopiásque pertransiens, audiet sibi ab oriente & occidente prælia concitari, vnde & regrediens capiet Aradios sibi resistentes, & in littore Phœnicis omnem vastabit prouinciā: confestimq; pergens ad Arthaxiam regē Armeniæ qui de oriētis partibus mouebatur, & interfectis

F Hieron.

plurimis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Colet auro, &c. *Quia in loco illo reponet Antichristus diuitias preciosas tanquam in loco secretissimo & fortissimo, vnde sequitur.*

2 Et faciet. *Scilicet, hoc quod dictum est.*

3 Vt muni. *Id est, locum illum vbi adorabit dæmonem occultè, ideò dicitur.*

4 Cùm Deo, &c. *Per familiaritatem & pacta cum eo inita: quia habebit pactum cum illo dæmone, scilicet, priuato, qui tamen alienus debet esse ab omni homine.*

5 Et multi. *Hic consequenter ponitur processus Antichristi contra colentes Deum, qui erit in exaltatione malorum qui ei obedient, & in persecutione bonorum qui ei resistent, & hoc est quod dicitur hic:* Et multi.g.s.*sibi obedientibus eos exaltando.*

Processus Antichristi cōtra Christianos.

6 Et dabit eis, &c. *Et non dicit in omnibus, quia nullum faciet sibi æqualem.*

7 Et terram, &c. *Id est, pro voluntate sua familiaribus suis, hoc autem non potest dici de Antiocho, qui parum aut nihil vltrà regnum Syriæ tenuit, quia aliqua alia ad tempus tenuit inde deiectus fuit, quia fuit expulsus de Aegypto, vt suprà visum est, & similiter de Perside, vt habetur 1. Machab. 6. Similiter homines sui fuerunt deiecti de Iudæa per Iudam Machabæum & fratres eius.*

8 Et in tempore præfinito. *Hic describitur persequutio bonorum per Antichristum, quia in principio subiiciet sibi regem Aegypti vbi tunc vigebit fides, & hoc est quod dicitur:* Et in tempore præfinito. *Scilicet à Deo qui futura præuidet & ordinat.*

Præliabitur

9 Præliabitur. *Id est, Aegypti.*

10 Et quasi. *Id est, Antichristus hic designatus per Antiochum, qui fuit figura eius, vt dictum est, & sequitur.*

11 Et ingredietur &c. *Quia rex Aegypti erit vnus de primis contritis ab Antichristo, vt visum est suprà 8. cap.*

12 Et introibit, &c. *Id est, Iudæam, quæ dicitur gloriosa propter mirabilia ibi facta à Deo, & propter opera nostræ salutis ibi facta à Christo.*

13 Et multi corruent. *Id est, multæ terræ & vrbes & Gentes subiicientur Antichristo.*

14 Hæ autem solæ. *Aliàs* principūq; filiorum Ammon. *Hoc autem fit propter diuinam misericordiam, quia sancti habebunt illuc aliquod refugium tempore Antichristi quod fiet propter minùs perfectos, qui non auderent se opponere Antichristo. Ex ista etiam litera patet quòd non potest exponi de Antiocho, quia omnes Gentes & terræ non fuerunt ei subiectæ exceptis his tribus.*

15 Et mittet manum, &c. *Quia ad illas terras vbi Antichristus personaliter non accedet nuncios mittet.*

16 Et terra Aegypti. *Quia illa erit de primò subiecta Antichristo, vt visum est.*

17 Per Lybiam quoque Aethiopiam, &c. *Quia ista duo regna similiter subiicientur Antichristo: hoc autem non potest dici de Antiocho quia istas terras non legitur intrasse.*

18 Et fama turbabit eum ab oriente & ab aquilone. *Quia fama sanctorum nolentium Antichristo obedire turbabit eum: vel fortè fama aliquorum regum fidelium et resistere volentium. Sequitur.*

✠ Et veniet

A lurimis de exercitu eius, ponet tabernaculum suum in loco Apadno qui est inter duo flumina latissima, quæ sunt Tigris & Euphrates, Cúmque hucusque processerit, in quo mo nte inclyto & sancto sederit, dicere non potest, quamquam & inter duo maria eum sedere probari non potest, & stultum est duo Mesopotamiæ flumina, duo maria interpretari, Montem autẽ inclytum ideò præterit, quia sequitur Theodotionem qui ait, inter media maria super mõtem Saba sanctum: Cumq; Saba nomẽ mõtis vel Armeniæ, vel Mesopotamiæ putet: quare sit sanctus, dicere non potest. Sed eadem licentia mentiendi possumus dicere quòd idolis sit consecratus.

a ¶Ideò. b ¶Metuens audita bella contra se moueri.

a et veniet in multitudine magna, vt conterat & interficiat 1

a ¶ Id est, solij sui, scilicet & thronum. b ¶ Apadno positum est. s. solij sui. Q. figet tabernaculum & thronum suum inter m. incly. & s. ¶ Iuxtà Nicopolim. c ¶ Mare mortuum. s. ab oriente, & magnũ in cuius littore Cæsaræa & Ioppe quæ priùs Emaus vocabatur, vbi etiam incipiunt Iudææ prouinciæ montana consurgere. 2

b plurimos. Et figet tabernaculum † suum Apadno inter maria 3

a ¶Olueti. b ¶ Inde se erigens cùm priùs sub radicibus montanæ prouinciæ fixerit tabernaculũ. c ¶ Verticem montis Olueti qui inclytus: quia ex eo Christus ascendit ad patrem.

super montem inclytum, & sanctum, & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei. 4 5 6

a ¶ Domino irascente contra eum. Afferunt autem, quòd ibi sit periturus, vnde: Dominus ascendit in cœlum.

† palatij sui inter maria.

Hiero. a *Et ve.* Ad summitatẽ montis. s. in Elimayde, prouincia, quæ est vltima regio Persarum ad Orientem; ibíque volens templũ

B Dianæ expoliare, quod habebat infinita donaria, fugatus est à Barbaris qui mira veneratione Phanum illud colebant & mortuus est mœrore cõsumptus in Tabes oppido Persidis. Hæc ille in sugillationem nostri artificiosè cõposuit. Sed si etiã approbet hæc de Antiocho, non de Antichristo dicta, quid ad nos, qui non ex omnibus locis scripturarũ Christi probamus aduentũ vel Antichristi mendaciũ? Dimittat dubia, discat manifesta. Quis est lapis excisus de mõte, &c. Quis filius hominis? Quis venturus in nubibus, &c. Quæ sunt manifesta præterit, & de Iudæis asserit prophetari, quos vsque hodie seruire cernimus. Et dicit eum qui sub nomine Danielis scripsit librum ad refocillandam spem suorũ fuisse mentitũ: qui nõ omnẽ historiã futurã nosse potuit, sed præterita memorauit. In vltimę autẽ visionis immoratur calumniis, lúniis, flumina ponens pro mari, & montẽ inclytũ & sanctum Apadno præterit, quem vbi legerit nullam potest proferre historiã. D

b *Et si.* ✠ Theodoretvs. Neque hoc cõperimus ab Antiocho factũ. Alioquin dicẽt, quisnam locus iste vbi tentoriũ suũ fixerit Antiochus: inter duo maria situs? Verũ non potuerũt ostendere. Igitur nihil horum adhuc peruenit ad exitum, sed hæc omnia à communi hominum peste Antich. proficiscẽtur. Saba autẽ rursus Deo dicatã terrã vocat, & Apadamũ locum quemdam ita nominatũ, nec procul à Hierosolimis positum, vbi exitio perdetur.

Hiero. LXX. Et statuet tabernaculum suũ tunc inter Maria & montem voluptatis sanctum, & veniet hora consummationis eius.

Theodotio sic: Et figet tabernaculum suum in Apadno inter maria in monte Saba sancto, & veniet vsque ad partem eius. E

Aquila ita: Et plãtabit tabernaculũ tentorij sui (aliàs prætorij) Apadno inter Maria: & montem gloriosum & sanctum, & veniet vsque ad finem eius.

Symmachus ita: Et extẽdet papiliones equitatus sui inter maria super montem fortitudinis sanctum, & inde veniet vsque ad verticem montis.

Sciendum autem, quod p, literam sermo Hebræus non habeat sed pro ea phe vtitur, cuius vim Græcum, φ, sonat. In hoc autẽ loco tantũ apud Hebræos scribitur phe, & legitur pe. Quod autẽ Antichristus veniat vsque ad summitatẽ montis sancti & inclyti, & ibi pereat. Isaias ostendit sic: *Et præcipitabit dominus in monte sancto faciem dominatoris vel principis tenebrarum, &c.* Isa. 25. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et veniet. *Quia habebit exercitum maximum.*

2 Vt conterantur. &c. *Omnes, scilicet, nolentes ei obedire.*

3 Et figet, &c. *Secundùm Hieronym. Apadno idem est quod* Emaus, C *qui locus est inter mare mortuum & mare mediterraneum.*

4 Super montem. *Id est, montem Olueti, vel montem Sion. Quando enim Antichristus ponet tabernaculum suum in Emaus, ponet ipsum quodammodo super montem Olueti, vel montem Sion: qui sunt montes propinqui distantes tantùm per miliare, quia ab Emaus incipiunt montana Ierusalem.*

5 Et ve. *Quia Antichristus veniet in montem Sion in loco vbi fuit templum, vt ibi sedeat, & adoretur tanquam sit Deus, vt dicit Apostolus. Similiter veniet vsque ad summitatem montis Olueti vnde ascendit* Christus *in cœlum, tanquam inde ascensurus in altum virtute dæmonis ipsum portantis.*

6 Et nemo. *Quia virtute diuina ibi subitò interficietur, secundùm quòd dicit apostolus 2. ad Thess. 2. b.* Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. *Ex hoc autem loco patet similiter, quòd hoc non potest exponi de Antiocho: quia non fuit mortuus inter Maria nec super montem sanctum, sed redeundo de Perside, vt habetur 1. Mach. 6. & 2. Mach. 9. Porphyrius tamen extortè & ficticiè exponit hoc de ipso Antiocho dicens, quòd mortuus est in quodam monte qui nominatur Apadno: & est situs inter duo magna flumina, scilicet Euphraten & Tigrim quæ dicuntur hic Maria. Similiter mons ille dicitur inclytus & sanctus, quia Gentiles ibi colebant deos suos. Hoc autem patet ficticium, quia non inuenitur in scriptura aliquis mons sic vocatus in Perside. Similiter quòd flumina dicantur Maria, est contra consuetudinem scripturæ: licet aliquando scriptura nominet stagna magna habentia magnam congregationem aquarum maria. Similiter, quod mons, vbi colebantur idola dicatur inclytus & sanctus ab angelo qui loquebatur Danieli, est manifestè falsum, imo magis diceretur prophanus: Hic igitur patet quod licet in litera præacepta vsque ad locum illum.* Et faciet rex secundùm voluntatem suam, &c. *sint aliqua quæ possent applicari Antiocho, tamen multa interseruntur quæ non possunt verificari de eo, vt visum est: & ideo per hoc cogimur exponere de Antichristo totam literam sequentem à loco supradicto.* F

Cap. XII.

Hiero. a IN *tempore autem illo.* Quid in hoc c. Porphyrius dicat non inuenit, in quo mortuorum resurrectio describitur, vnde: *Et multi de his qui dor. in terra pul. eui. &c.* Nec potest dicere, quod fuerint sub Antiocho fulgentes quasi splen. firm. & alij quasi stel. in perpe. ætern. Sed quid non tentat pertinacia? Contritus coluber caput leuat, & mori-

CAPVT XII.

a ¶ Antichristi.

a IN tempore autem illo 1

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

1 IN tempore autem illo. *Postquam descripta est violentia Antichristi contra electos, hic consequenter ponitur finalis victoria contra reprobos. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur principalis intentio, secundo subiungitur* Diuisio *vtilis*

MORALITER.

1 *In tempore autem illo.* Secundùm literalem sensum agitur in hoc cap. de persequutione ecclesiæ per Antichristum futura: & sicut dicitur 1. Ioh. 2. c. *Nunc Antichristi multi sunt*: ideò per tribulationem Antichristi tempore, potest intelligi persequutio quælibet ecclesiæ, per Michaelem autem potest intelligi moraliter quilibet bonus prælatus, & interpretatio nominis congruit: nam Michael interpretatur quis vt Deus, & hoc conuenit bono prælato qui vicarius est Dei in spiritualibus: & ideò tempore persequutionis debet consurgere ad protectionem sui gregis, etiam vsque ad mortem si oporteat, Ioh. 10. b. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

Et veniet

A & moriturus in morituros venena euomit. Inquit enim. Et hoc de Antiocho dicitur, qui vadens in Persidem Lysię (qui Antiochiæ & Phænici præerat) reliquit exercitum, vt aduersus Iudęos pugnaret & Ierusalẽ subuerteret, quæ narrat Iosephus, & quòd fuerit tribulatio talis qualis nunquam fuit ex quo cœperũt homines esse super terram. Reddita ante victoria & cæsis Antiochi ducibus, ipso quoque in Perside mortuo, saluatus est populus Israel, & omnes, qui scripti erant in libro Dei, scilicet, qui legem Dei fortissimè defenderant, & econtra deleti sunt qui legis præuaricatores fuerunt, & Antiocho fauerunt. Tunc ait, Hi qui in terræ puluere erant & malorum pondere oppressi erant & operti, quasi in sepulchris miseriarum ad insperatam victoriam de terræ puluere surrexerunt, custodes legis resurgentes in vitam æternam, præuaricatores in opprobrium. Magistri autem & qui legis notitiam habuere, fulgebunt quasi cælum, & qui minores exhor-

B tati sunt ad custodiam legis, instar astrorum fulgebunt in perpetuum. Ponit quoque historiam de Machabæis, in qua dicitur multos Iudæorum sub Matathia & Iuda Machabęo ad eremum confugisse & in speluncis latuisse, & cauernis petrarum, & post victoriam processisse, & hoc metaphoricè quasi de resurrectione mortuorum prædictum esse.

Iosephus. 1. Mac. 2. d.

a ¶ Vt sancti refrigerentur. b ¶ Fideliter agens. ¶ Vt reliquias saluet. c ¶ Iudæorum. d ¶ Quasi adiutor. e ¶ Vt saluentur prædestinati, & quasi stellæ maris.*

a consurget Michael princeps magnus: qui stat pro filiis po- 1

a ¶ Iudæorum. b ¶ Quia.

b puli tui, et veniet tempus *quale non fuit ab eo, ex quo gen- 2

¶ Antichristi. a ¶ Extincto Antichristo spiritu Saluatoris.

c tes esse cœperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo 3

*angustiæ

In 3. cap. Habac. a *Qui stat pro filijs. &c.* Hier. Michael cui commissus est populus Iudæorum, Dominum deprecatur, & dicit, domine, da eis spatium pœnitentiæ, & noli eos subuertere.

l. 7. mor. c. 7. ✠ Greg. Michael eorum qui ex plebe Iudæorum in terra Iudææ remanserant, præpositus inuenitur, Vnde & ab alio angelo Danieli dicitur, *Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester.*

l. de diligendo Deo. c. 3. ✠ Avgv. De excelso cælorum habitaculo ad consulendos, visitandos, & adiuuandum nos attrahit supereminens charitas angelos, propter Deum, propter nos, propter seipsos. Propter Deum vtique, cuius tanta erga nos pietatis viscera ipsi quoque vt dignum est, imitantur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem admirantur. Propter seipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio præstolantur.

l. 11. de ciuit. cap. 33. ✠ Idem. Sine difficultate nos adiuuant, quoniam spiritalibus motibus puris & liberis non laborant.

In Iob. c. 16. ✠ Idem. *Miseremini mei, &c.* Angelos videtur postulare, vt pro eo deprecentur, aut certè Sanctos, vt pro pœnitente orent.

l. Meditat. c. 40. ✠ Idem. Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori angelorum, archangelorum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, monachorum, virginum, omniúmque iustorum, per illum qui vos elegit, vos rogare præsumo, vt pro me culpabili Deo supplicare dignemini, vt de faucibus diaboli, & de morte perpetua merear liberari.

de viduis. ✠ Ambros. Obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis, ad C præsidium dati sunt.

✠ Idem. Helisæus propheta exercitus angelorum præsidio sibi adesse monstrauit. Sic Iesus Naue ducem militiæ cælestis agnouit. Possunt igitur angeli in nobis fructum custodire, qui possunt etiam militare pro nobis.

Et

b *Et veniet tempus.* Etiam si ponamus Lysiam vicisse Iudęos, sicut vult Porphyrius, qui tamen victus est, non fuit tanta tribulatio quanta cum Ierusalem capta est à Babylonijs, templum subuersum, & populus captiuatus est, hæc tamen maior: vnde possunt ad Antiochum referri. D l. 1. de virg. 4. Reg. 6. Iosue. 5.

b *Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex, &c.* ✠ Lactantivs. Consurget hostis potentissimus, qui insuperabili dominatione exabit orbem, diuina & humana miscebit, infanda dictu & execrabilia molietur, noua consilia in pectore suo volutabit, vt proprium sibi constituat imperium, contaminabit, diripiet, spoliabit, occidet. Rex ille teterrimus, & mendaciorum propheta, seipsum constituet ac vocabit Deum, & se coli iubebit vt Dei filium: eruere templum Dei conabitur, & iustum populũ persequetur, & erit pressura, & contritio qualis nunquam fuit à constitutione mundi. Tunc lacrymæ, luctus, & gemitus perpetes, & ad eum cassæ preces; nulla requies ad formidinem, aut somnus ad quietem. Dies cladem, nox metus augebit semper. l. 7. ca. 16. & 17. E

✠ Ephrem Syrus. Cuiusmodi Antichristus iste futurus est? Scelestus, atrox, impurus, subdolus. Sanctis tamen maximè viris atrocior infestiórque imminebit, qui illius artes vincere poterunt, præstigias nudare, figmẽta detegere. Hos requirere non desinet in terra, & in mari, se iam existimans omnes ditioni suæ subditurum. Perturbabit terram, cunctáq; replebit formidine, per fallacia signa & magicas artes. Non erit illo tempore vlla in terris requies, sed tribulatio magna, turbatio, atque confusio, mortésque & fames in cunctis finibus terræ. Nam dominus noster ita fore prædixit. Sancti tunc profundent lacrymarum flumina, ad deserta confugient, in montibus & vallibus occultabuntur, puluere ac cinere capita sua adspergentes, orantes vt à dracone liberentur, Lugebunt montes & colles, & ligna syluarum: lugebunt & cæli luminaria, quòd homines defecerunt à Deo sancto, & tyranno crediderunt, pro cruce Saluatoris, characterẽ impuri hostis suscipiẽtes. Lugebũt ecclesiæ Dei luctu ineffabili, quia vltra nõ offertur oblatio diuina. & sanctificatio, &c. Idem in Epitome. Serm. de Antich. Mat. 24. Dan. 12.

✠ Hyppolitvs martyr. Lugebunt plurimi eò quòd defecerunt à sancto Deo, & crediderunt impostori, suscepto charactere impuri hostis, loco viuificæ crucis Saluatori. Lugebunt etiam ecclesię luctum magnũ, quia nec oblatio, nec suffitus fiat nec cultus Deo gratus. Sed & ecclesiarũ ædes sacrę instar tugurij erũt, pretiosũmq; corpus & sanguis Christi nõ extabit in diebus illis. Liturgia extinguetur, Psalmorũ decãtatio cessabit, &c. F Orat de consum. seculi.

c *Et in tempore illo sal. &c.* ✠ Theod. Hoc est, salute digni, Heliæ prædicationi obtemperaturi, quos Deus iam inde à principio præcognoscit. Dei quippe cognitionem, librum nuncupauit.

✠ Avgvs. Per Eliam magnum mirabilemque prophetam, expositra sibi lege, ante iudicium, Iudæos in Christum verum esse credituros, celeberrimũ est in sermonibus cordibusque fideliũ. l. 20. de ciuit. c. 29.

✠ Ambros. Constat Iudæos in fine mundi prædicatione Eliæ & Enoch ad fidem Christi esse conuertendos. Com. in c. 11. Apoc.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

vtilis institutio, ibi, Tu autem Daniel. Circa primum duo facit, quia primò ostendit conatum angelorum ad tuitionem fidelium. secundò, describit conditionem & gradus resurgentium, ibi, Et multi de his qui dormiunt. Circa primum considerandum, quòd conatus angelorum circa fideles tempore Antichristi erit necessarius ad duo, scilicet, ad fidelium defensionem, & aduersarij destructionem, quia licet Antichristus verbo Christi ex Dei sententia interficiatur, vt dictum est. hoc tamen erit autoritatiuè, sed per Michaelem (qui est princeps ecclesiæ, sicut fuit antiquitus princeps synagogæ) hoc fiet executiuè & hoc est quod dicitur hic, In tempore illo, id est, Antichristi, quando. s. angeli mali conabuntur omnes corrumpere, & à fide subuertere etiam electos si fieri potest, vt dicitur in euangelio.

1 Consurget Michael prin. *ad fortificandum electos per se & per angelos sibi subditos. Sequitur.*

Et

2 Et veniet tempus, &c. *propter magnitudinem tribulationis quæ ventura est sub Antichristo,* qualis nunquam fuit à principio mundi vsque tunc, *vt dicitur Matth. xxiiij. Per hoc patet quòd male exponit Porphyrius hunc locum de persequutione Iudæorum sub Antiocho, quia maior fuit illa quæ sub Nabuchodonosor fuit, & intensiuè & extensiuè. Intensiuè, quia destruxit ciuitatem & templum, & magnam partem populi occidit, reliquam verò cum rege Sedechia captiuam duxit, exceptis quibusdam personis* pauperibus & vilibus quas dimisit ad colendam terram, *vt patet. iiij. Reg. v. Similiter extensiuè, quia durauit per lxx. annos. Illa autem quæ facta sunt sub ab Antiocho, tantummodo per sex annos. De afflictione autem quæ facta est populo Israel per Titũ & Vespasianum non est dubium quin fuerit maior, quàm illa quæ fuit sub Antiocho.*

3 Et in tempore il. *Illi dicuntur esse de populo eius, qui sunt verè Israelitæ*

MORALITER.

2 *Et ve. tempus.* Sicut enim de quolibet confessore canit ecclesia, *Non est inuentus similis illi*, sic de qualibet ecclesiæ persequutione dici potest, quòd non fuit tempus talis persequutionis, & maximè quod cuilibet persequutionem patienti videtur quòd sua tribulatio sit maior alijs.

3 *Et in tempore illo.* Omnis enim saluatio corporalis vel spiritualis procedit ex ordinatione Dei.

a *Et multi de iis qui dormiunt,&c.* THEODO. Dicant qui hæc
A Antiocho aptare conantur, quinam resurrexerint illo regnante, ex quibus vitam æternam alij cõsecuti sint, alij opprobrium & dedecus sempiternum percipient? Igitur communem hinc mortuorum resurrectionem, & iudicium discamus. *Multi* autem pro *omnes* dixit, sicut & Apostolus dicens, Si vnius delicto multi mortui sunt, &c.

Rom.5. Lib. de fide resur.

AMBROS. Bene autem *dormientium* dixit, vt intelligas mortem non esse perpetuam, quæ somni vice initur ad tempus, & ad tempus excluditur;
B melioremque profectum vitæ eius ostendit, quæ post mortem futura est, quàm eius quæ ante mortem me rore atque dolore transigitur.

Hieronym. b *Qui autem edocti,* Theodotio. Vulgata editio ita. Et intelligẽtes fulgebunt, quasi splen. fir. & de iustis plurimi quasi stellæ in æternum & vltrà.

quasi.

C Nota. Secundum Theodotionem. Tantum interest inter eruditã sanctitatem, & sanctam rusticitatem, quantum distant cælum & stellę, qui doctis similitudinem cęli, iustis absque doctrina stellarum fulgorem tribuit singularum.
D RABBA. Doctor ecclesiasticus verba Dei scribendo, & docendo, non solum sibi laborat, sed & alijs, quia sibi laborat pro ęterna mercede, alijs autem pro vera salute & perpetua requie.

In 24. cap. Eccles.

c *Et sig.li.* In Isaia quoque liber signatus est, Et in Apocalypsi sigillis septẽ. Vnde subditur. *Vicit leo de tribu Iuda ra. Da.a-pe.librum.* Librum autem hunc potest aperire qui scripturarũ sacramenta cognouit, & intelligit ęnigmata, & verba tenebrosa & occidentem literam transfert ad spiritum viuificãtem.
E Legimus in Machabæorum libris & Iosephus in eadem opinione cõsentit, quòd tribus annis tẽplum pollutum fuerit in Ierusalem, & in eo Iouis idolum steterit sub

Isa.29 d. † ad cõtemptum sempiternum. Apoc.5.b.

† multiplicabitur. 1.Mac.1.f. Ioseph.lib.12.c.10.

F

a ¶ Pro quo oras. b ¶ Q.d.propter electos breuiabuntur dies tyrannidis eius. c ¶ Patebit. d ¶ Prædestinatus.

saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus

a ¶ Dei. b ¶ Omnes. c ¶ In puluerem redacti. 1

a in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigi- 2

a ¶ Resurgentes. a ¶ Pro diuersitate meritorum. ¶ Damnationis. 3

labunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, † vt videant 4

a ¶ Magistri.scilicet, aliorum, non modo prædicando sed scriptis confirmando. b ¶ Similes cæli. 5

b semper. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor fir- 6

¶ Sol & luna, vel sicut firmamentum cum omnibus stellis. a ¶ Simpliciter verbo vitæ & exemplo. 7
b ¶ Aliter non valet scientia, Tacitus & ociosus sermo doctrinæ mercedem non habet. †

mamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi

a ¶ Fulgebunt iusti, & tanquam scin.in arun.dis. b ¶ Q.Multa reuelaui tibi, Tu autẽ &c. c ¶ Inuolutris.

stellæ in perpetuas æternitates. Tu autem Daniel claude ser- 8

a ¶ Visiones. b ¶ Obscuritatis magnitudinem significat. ¶ Obscuritatibus. 9
c ¶ Completionem. d ¶ Legendo, quærendo historiæ veritatem.

c mones, & signa librũ vsque ad temp⁹ statutũ. Plurimi pertran- 10

a ¶ Diuersi diuersa opinabuntur.

sibunt, & † multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce 11

a ¶ Angeli princeps Persarum & princeps Macedonum. b ¶ Babylonij, 12
quod quamuis hic non nominetur, secundum præteritam visionem potest esse Tigris qui Hebraicè Redicel, iuxta quem vidit visionem.

quasi duo alij stabant, vnus hinc super ripam fluminis, & alius

a ¶ Non duobus angelis qui nec interrogatione digni videntur, vnde intelligimus illos angelos esse Persarum atque Græcorum. ¶ Hic angelus clementissimus, qui orationes Danielis obtulerat in conspectu Dei, quando ei.xx.& vna die angelus Persarum resistebat.

inde ex altera ripa fluminis, Et dixi viro qui indutus erat li- 13

NICOLAVS DE LYRA.

raelitæ habentes veram fidem ipsius Iesu Christi, & isti sunt omnes prædestinati, quia null⁹ saluabitur, nisi per fidẽ Christi. Et hoc est quod subditur.

1 Omnis qui inuen.&c. *qui quidem liber non est aliud, quàm conscriptio electorum in mente diuina, & isti verè saluabuntur de tribulatione Antichristi, quia* propter electos breuiabuntur dies *persequutionis Antichristi, vt habetur Matth. xxiiij.*

Diuisio. 2 Et mul. *Hic consequenter describitur conditio & gradus resurgentium. Et diuiditur in duas partes, quia primò tangit diuersitatem resurgentium, quantum ad electos & reprobos. Secundò, tangit diuersos gradus electorum, ibi,* Qui autem docti. *Circa primum sciendum, quòd licet omnes resurgent tam boni quàm mali, tamen diuersimode, quia aliqui resurgent ad gloriam, scilicet electi, alij ad pœnam. scilicet, reprobri, Et hoc est quod dicit,* Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, *resurgentes à morte, Non enim loquitur de dormitione somni sed mortis, quod patet per hoc quod dicit.*

3 Qui dor, in ter. *Per hoc autem quod dicit,* Multi *intelliguntur omnes, vt dicit Aug. Et hic modus loquendi bene inuenitur alibi in sacra scriptura. Velaliter dicit,* Multi, *propter pueros damnatos, qui licet resurgant, non tamen dicuntur propriè euigilare, quia non sunt habituri sensum pœnæ vel gloriæ, vigilia autem est solutio sensus.*

4 Alij in vitam æternam. *scilicet, electi.*

5 Alij in opprobrium. *scilicet, reprobi, quod opprobrium erit etiam sempiternum, propter quod subditur.*

6 Vt videant semper. *scilicet, opprobrium suæ damnationis. Hunc etiam locum exponit Porphyrius, & malè de illis Iudæis qui se absconderunt in speluncis propter persecutionem Antiochi, & audita Iudæ victoria venerunt ad ipsum quasi euigilantes de puluere terræ. Alij in vitam, quantum ad obseruatores legis. Alij in opprobrium, quantum ad præuaricatores. Ista expositio patet manifestè falsa, quia omnes qui se absconderunt & venerunt ad Iudam Machabæum modo prædicto erant zelatores legis, aliter non venissent ad ipsum, sed obediuissent Antiocho. Et tamen de istis dicitur quòd aliqui euigilabunt ad opprobrium, ergo eius expositio est falsa, quia dicit quòd illi qui euigilauerunt ad opprobrium erant præuaricatores legis. Similiter illi qui erant obseruatores legis, qui secundum eum dicuntur euigilasse ad vitam, & postea mortui sunt, & sic non possunt dici euigilasse ad vitam æternam, secundum quòd dicitur hic. Ex quibus patet, quòd ista litera non potest exponi nisi de resurrectione futura post persequutionem Antichristi.*

Gradus electorum diuersi. 7 Qui autem doct. *Hic consequenter tanguntur diuersi gradus electorum qui erunt quasi diuersæ claritates stellarum secundum quòd dicitur .j. ad Cor.xv.f.* Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum, &c. *& illi tamen qui supereminent alijs hic in vita & doctrina, habebunt speciale præmium, scilicet, aureolam doctorum. Et ideo dicuntur hic fulgere quasi splendor firmamenti. Alij autem qui per exempla bonæ vitæ inducunt alios ad iustitiam, quamuis non sint doctores, tamen dicuntur fulgere* quasi stellæ in perpetuas æternitates.

8 Tu autem Da. *Hic consequenter ponitur vtilis instructio ipsius Danielis, & instruit eum angelus de duobus. Primò de clausione visionis. Secundò de duratione persequutionis, ibi,* Et vidi ego Daniel. *Circa primum aduertendum, quòd diuina secreta non sunt omnibus reuelanda: propter quod dicebat saluator Mat.vij.a.* Nolite sanctum dare canibus, &c. *idest, obstinatis. Similiter nec vulgaribus hominibus, qui non possunt talia capere: propter quod Christus loquebatur turbis in parabolis, sed discipulis exponebat omnia, vt dicitur Matth.iiij. quia talia sunt maioribus reuelanda. Daniel autem erat vir desideriorum, vt suprà dictum est capitulo nono. Et ideo dignum erat vt sibi multa diuina secreta reuelarentur, quæ tamen alijs occultabantur. Et hoc est quod dicitur hic,* Tu autẽ Daniel claude sermones, & signa librum. *quasi dicat diuina secreta tibi reuelata ænigmatibus inuolue, & inexposita dimitte, & hoc vt maligni non habeant materiam deridendi, & studiosi habeant materiam se exercendi. Sequitur.*

9 Vsque ad tempus statutum. *quasi dicat tunc erunt perfectè manifesta quando implebuntur.*

10 Plurimi pertransibunt. *legentes scilicet librum istum, aliqui malignantes, aliqui deuotè tractantes.*

11 Et multiplex erit scientia. *id est expositio circa ista.*

Diuisio. 12 Et vidi ego. *Hic secundò angelus instruit Danielem de duratione persequutionis Antichristi. Et diuiditur in duas partes, quia primò instruit eum de summa durationis. Secundò de eius terminis, ibi,* Et cùm completa fuerit. *Tertiò infert, quandam conclusionem ex prædictis, ibi,* Tu autem Daniel claude sermones. *Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quòd Daniel vidit hanc visionem iuxta fluuium Tigris, vt dictum est capitulo decimo, Apparuerunt autem sibi tres angeli, duo stantes ex vtraque parte fluminis. Et isti duo erãt angelus Persarum, & angelus Græcorum, quia Græcia est ab occidentali parte illius fluminis. regnum autem Persidis magis in oriente. Tertius autem angelus apparebat quasi stans super fluuium. Et ille erat Gabriel, qui loquebatur Danieli instruẽs eum de duratione persequutionis Antichristi. Et hoc est quod dicitur hic.* Et vidi ego Daniel & ecce quasi duo alij. *Dicit* quasi, *quia nõ erãt homines sed angeli apparentes in specie virorum. Sequitur.*

13 Et dixi viro. *idest, Gabieli apparenti in specie viri.*

MORALITER.

2 *Et multi de his.* Isti sunt qui in terrenorum cupiditate sunt cõsopiti, quorum aliqui euigilant, quando terrenorum vanitates considerant, & sic ab eorum immoderata concupiscentia retrahuntur. Ideo subditur, *Alij in vitam æternam alij in opprobrium, &c.*

7 *Qui autem docti fue.* non solum ad vitam propriam dirigendam, sed etiam aliorum per sanam doctrinam.

† *Quasi splendor firmamenti.* Qui sunt maioris meriti quàm illi qui dirigunt alios ad bonum per exemplum vitæ bonæ tantum.

A sub Antiocho epiphane.cxlv.anno regni Græcorum à Seleuco mense eiusdem anni nono vsque ad nonum mensem. cxlviij. anni, qui faciunt annos tres. Non autem sub Antichristo tres, sed tres & semis, id est mille.ccxc.dies desolationis templi & euersionis dicuntur esse futuri.

a *Vsqueqno finis, &c.* THEOD. Ego eorum inquit, tacitus stabam, neque interrogare audebam, sed duo alij ripis fluminis vtrinque assistentes, eum qui byssina veste indutus erat, & in aquæ superficie vehebatur, interrogabant, Quandiu durabunt hæc terribilia & horroris plena? Et quando ab his erat liberatio.
B

b *Et audiui virum qui indutus, &c.* THEO. Hinc planè didicimus, qui tunc loquebatur nõ fuisse ipsum dominum, dominus enim non habens alium per quem iuret se maiorem, per semetipsum iurat. hic autem iurat per viuentem in æternum. Manus autem ipsum habere dicit Daniel, quia ita videbat. Nouit tamen esse expertem corporis angelicam naturam, qui visiones ad videntium vtilitatem figurant, & sæpè mansuetiores videntur sese accommodantes, sæpè etiam terribiliores, quo diligentiores eos reddant, quibus se ostendunt. Iurauit autem, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis, significans tres annos cum dimidio.

† purificabuntur. Tempus & tempora. quasi ignis.

Heb.6. Deut.32.

Ezech.18.

D c *Et cum completa fuerit, &c.* THEOD. Deinde cognoscent sanctum. Magnum Heliam hîc innuit. Nam circa finem illius imperij, cùm apparuerit magnus Helias, secundum Saluatoris nostri prædicans aduentum. His subiicit.

d *Et ego audiui, &c.* THEOD. Non intelligens id quod dictum fuerat de tempore, coactus fui apertius discere cupiens, desiderabam enim, quæ deinceps consecutura essent, percipere. Ille autem ait:
E

e *Vade Daniel, quia clausi, &c.* Non sine causa, inquit, hæc obscurius dixi, & veluti sigilla verbis obscuritatem imposui. Neque enim temerè omnibus diuina sunt proponenda. Ait enim Dominus: *Nolite sanctum dare canibus.* Sic beatum sanctúmque Dei famulum Danielem sanctus angelus docet Antichristi tyrannidis tempus.

Matth.7.

a ¶ Quasi pede conculcans. b ¶ Signans violentiam Persarum iam comprimendam.
c ¶ Babylonij. d ¶ Quo tempore complebuntur.

a neis, qui stabat super aquas fluminis, Vsquequo finis horum

b a ¶ Quæ sub Antichristo, secundum Porphyrium, sub Antiocho. 1

mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui sta- 2

bat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram & sinistram 3

a ¶ Adiecit hoc aliud scilicet. b ¶ Hoc spacio dicitur desolatio futura sub Antichristo. 4

suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in 5

a ¶ Vnius anni. b ¶ Duorum. c ¶ Vnius anni. 6
d ¶ Ab Antichristo secundum nostros, vel ab Antiocho secundum Porphyrium.

c tempus & tempora & dimidium temporis. Et cum completa 7

a ¶ Id est cum dispersus fuerit populus Dei. b ¶ Quæ vidisti.

fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa 8

a ¶ Daniel. b ¶ Futura regum scilicet diuersa bella, & multiplicem historiam, sed non audierat nomina singulorum. c ¶ Quomodo ergo differere præsumunt alij.

d hæc. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi quid 9

a ¶ Viam vniuersæ carnis. b ¶ Multis obscuritatibus. 10

e erit post hæc? Et ait, Vade Daniel, quia clausi sunt signatíque 11

a ¶ Visiones. b ¶ Consummationis. c ¶ De massa generis humani. ¶ Sancti. d ¶ Vt appareant iusti. 12

sermones, vsque ad tempus præfinitũ. † Eligentur & dealba- 13

a ¶ Quasi aurum in fornace. b ¶ Fideles. c ¶ Qui in sordibus est, sordesc.adhuc. ¶ Cum finis venerit. 14

buntur, & quasi ignis probabuntur multi. Et impiè agent im- 15

a ¶ In maliuolam animam non, &c. ¶ Ad probationem sanctorum hæc fieri.
b ¶ Disciplina Dei. c ¶ Hæc.s.& libenter sustinebunt.

pij, neque intelligent omnes impij. Porrò docti intelligent 16

a ¶ Cum Antichristus orbem possidens Dei cultum interdicet vsque ad mortem eius. 17
b ¶ Cum se.s.colendum persuaserit. 18

f & à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, &

Hiero. f *Et à tempo.* Repetit de tempore Antichristi, sed alijs verbis, idest, cum ablato Dei cultu & desolato, Antichristus abominabiliter exhibebit se adorandum, tunc erunt dies tot, idest, tres anni & semis.
F

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui indutus erat, &c. *Ad denotandum angelicam puritatem.*

2 Qui stabat super aquas, &c. *Ad designandum quòd potestas terrena est finaliter conculcanda. Aquæ enim populos significant, secundum quòd dicitur Apocalip.xvij.d.* Aquæ multæ, populi multi.

3 Vsquequo finis horum mirabilium. *idest, quanta erit duratio persequutionis Antichristi prædictæ.*

4 Et audiui virum qui indutus erat.&c. *id est Gabrielem in specie viri apparentem.*

5 Cum eleuasset dexteram & sinistram suam, &c. *Ad maiorem affirmationem dicti sui.*

6 Quia in tempus & tempora & dimidium temporis. *idest, tantum durabit illa persequutio. scilicet, per tres annos & dimidium. Tempus enim sumptum in singulari significat vnum annum, vt suprà habitum est ca.iiij. Tempus autem acceptum in plurali sine numero determinato stat pro binario annorum secũdum communem modum loquendi Hebraicum. Et liber iste scriptus est Hebraicè ab octauo capitulo vsque ad finem. Dimidium autem temporis significat dimidium annum. Et sic patet quòd persequutio Antichristi durabit per tres annos & dimidium quantum durauit prædicatio Christi. Porphyrius autem exponit tempus istud de persequutione Antiochi, sed hoc patet manifestè falsum. Quia aut accipit persequutionẽ Antiochi à principio quo intrauit Ierusalem vsque ad tempus in quo mundatum est sanctuarium per Iudam Machabeum. Et tunc patet falsitas eius, quia illud tempus continet sex annos. vt suprà habitum est. viij.ca. vbi dicitur sic,* Vsquequo sanctuarium & fortitudo conculcabitur? *Et dixit angelus, scilicet, angelus respondens ad hãc quæstionem.* Vsque ad vesperam & mane dies duo. M.ccc.& mundabitur sanctuarium. *hoc etiam potest probari ex.j.Macha.j.f. vbi dicitur quòd Antiochus Epiphanes ingressus est Ierusalem anno. cxliiij. regni Græcorum prope finem illius anni. Et ibidem iiij.c. dicitur quòd sanctuarium mundatum est anno.cxlviij. prope finem illius anni. nono mense. xxv. die illius mensis, vt ibidem dicitur, & sic tempus intermedium fuit quasi sex annorum. Si autem Porphyrius accipiat persequutionem Antiochi non à primo ingressu eius in Ierusalem, sed à die qua posuit idolum Iouis in templo, & sic videtur Porphyrius intelligere. Adhuc falsum dicit, quia idolum non fuit in templo per tres annos & dimidium, sed fuit ibi per tres annos præcisè. vt dicit Iosephus.xij.li.antiqui.c.x. Primo autem lib. Macha. videtur, quòd ibi fuerit per decem dies vltra tres annos. Quod probatur sic, quia in anno.cxlv. mense.ix.die.xv. mensis, positum est idolum prædictum in templo, vt dicitur.j.Macha.j.f. & anno. cxlviij. mense. ix.die.xxv. mensis purificatum est templum, vt habetur.j. Macha.iiij. & sic tempus intermedium fuit trium annorum & x. dierum, Dicendum quòd, xxv. die mensis.ix. obtulerunt sacrificium in templo purificato, vt dicitur.i.Macha.iiij. sed per x. dies ante amouerant idolum, quia bene potuerunt tantum temporis ad purificandum templum. Iouis autẽ idolum fuit amotum à principio quo cœperunt templum purificare. Et sic patet quod reuolutis tribus annis præcisè eodem die amotum est idolum quo fuerat positum.*

Mach.4.f.

7 Et cum comple. *Postquam angelus instruxit Danielem de summa durationis persecutionis Antichristi, hic instruxit eum de terminis ipsius durationis. Et diuiditur in duas partes, quia primò instruxit eum de termino ad quem. Secundò de termino à quo, ibi,* Et à tempore. *Terminus autem ad quem finiretur duratio persecutionis Antichristi, erit eius fulminatio seu interfectio. Dicit igitur angelus loquens Danieli,* Et cum comple. fuerit dispersio manus po.san. *i. Christiani, quod erit quãdo propter atrocitatem persequutionis Antichristi nullus Christianus audebit apparere in publico.*

8 Complebun. vniuersa hæc. *idest, fulminabitur Antichristus, & veniet resurrectio mortuorum & iudicium.*

9 Et ego audiui & non intellexi. *quia licet intelligeret veritatem in generali & in speciali quantum ad multa, non tamen quantum ad omnes circunstantias & determinatas personas, quia sicut suprà dictum est, veritas de futuris non reuelatur prophetis, nisi secundum quod expediens est secundum diuinam ordinationem.* 10 Et d i. Do. mi quid erit post hæc. *Volebat enim Daniel plus scire, quia volebat scire finem mundi determinatè.* 11 Et ait. *scilicet, angelus respondens sibi.*

12 Vade Da. *idest, vades viam vniuersæ carnis per mortem.*

13 Quia c.q.d. *non modo scies, nec ad te pertinet. Hoc etiam modo respondit saluator apostolis Actu.j.a.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c. *Apostoli autem fuerunt magis illuminati quàm prophetæ, & ideo si scire finem mundi determinatè non pertinebat ad apostolos (vt dicit saluator) nec per consequens hoc competebat Danieli. Ex hoc apparet fatuitas illorum qui voluerunt finem mundi prædicere determinatè, & omnes qui hoc attentauerunt mendaces inuenti sunt. Sequitur.* 14 Eligentur & dealbabuntur. *scilicet, electi in persequutione Antichristi & membrorum suorum vsque ad finem mundi.* 15 Et imp.a.im. *secundum quod dicitur Apoca.xxij.c.* Qui in sordibus est, sordescat adhuc. 16 Neque in.o.im. *quia præcludunt sibi viam intelligendi, secundum quòd dicitur Sap.j.a.* In maliuolam animam non introibit sapientia. 17 Porrò docti intel. *s. reuelationem prædictam quantum expedit. Isti docti intelliguntur apostoli & euangelistæ & alij deuotè exercentes se in scriptura, qui sunt docibiles Dei. Per hoc patet quod intellectus huius prophetiæ non est interclusus bonis & deuotis quantùm tamen expedit, sed tantum maliuolis & impijs.*

Quando incipient tempora Antichristi

18 Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium. *Hic con*

a *Dies mille.* Hos dies Porphyrius vult sub Antiocho in desolatione templi esse completos, & Iosephus & Machabæorum liber tribus tantum annis hoc fuisse commemorant, vnde patet tres istos & semis annos de Antichristo dici, qui tribus & semis annis, i. mille. ccxc. diebus sanctos persequetur, & postea nis templum dicit fuisse pollutum.

c *Tu autem Da.* Theodotio. Tu autem Daniel vade & requiesce, & resurgens in ordine tuo. i. in consummatione dierum, in quo patet prophetiam hanc esse resurrectionis omnium mortuorum, quando propheta resurrecturus est.

Hier. Frustra ergo Porphyrius quę in typo Antiochi de Antichristo dicta sunt, vult referre ad Antiochum, cui plenè respondet Eusebius Cæsariensis & Apollinaris Laodicensis, & ex parte disertissimus vir & martyr Methodius.

✠ Theod. Nos ex diuina Danielis prophetia didicimus, Iudæos lamentari ac lugere, qui extra prophetarũ catalogum diuinum hunc prophetam audent constituere, Saluatoris nostri aduentus manifestum testimonium inficiatione prophetiæ obumbrare conantes. Antiquos verò Iudæos beatũ Danielem prophetam vocasse maximum, testis locuples est Iosephus Hebræus, qui veritatem occultare non sustinuit. Nos verò à propheta Dei perçepta futurorum cognitione, nosmetipsos ad horribilem diem illam ita comparemus, vt ne in dedecus sempiternũ, sed in vitã resurgamus æternã, quã vtinam omnes consequamur gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo & patri, & spiritui sancto gloria, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cap.

a ¶ Culens Antichristi. b ¶ Legis Dei & sanctorum. ¶ Scilicet, templo desolato. ¶ Tres anni & semis.

a posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti 1

a ¶ Dies quietis & pacis post mortem Antichristi, quadraginta quinque superioribus addunturad refrigerium sanctorum, & ad pœnitentiam subuersorum.

b nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit ad dies millẽ & 2

a ¶ Moriendo. Vnde, Eunres ibant & flebant mittentes se, &c. ¶ Id est, vades.

c trecentos quinquaginta quinque. Tu autem Daniel vãde † ad

¶ Vitæ. a ¶ In spe b ¶ In numero sanctorum resurgendo, & ibi videbis quę nunc operta sunt. 3

præfinitum, & requiesces, & stabis in sorte tua in fine dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus. Cætera quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

Interfecto. ideſt, Antichristo supra præfatum numerum dies quadraginta quinque præstolatur, post quos dominus in maiestate venturus est. Quare autem post mortem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, Dei scientiæ est, sed forte regni dilatio, sanctorum patientiæ est probatio.

Porphyrius hunc locum ita exponit, vt quadragintaquinque dies qui supra mille. ccxc. sunt victoriæ contra duces Antichi tempus significent, quando Iudas Machabæus fortiter dimicauit, & templum mundauit, idolúque contriuit, & in templo victimas obtulit. Sed liber Machabęorum tribus tantum an

sequuntur angelus instruit Danielem de termino, à quo incipiendi sunt prædicti tres anni cum dimidio, dicens, Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, &c. *id est à tempore illo quo sacrificium altaris cessabit celebrari solemniter.*

1 Et posita fuerit abominatio in desolationem dies, &c. *id est, Antichristus exhibitus hominibus ad adorandum. Ab illo inquam tempore dies Mille ducenti nonaginta qui faciunt tres annos cum dimidio & duodecim dies, vt patet consideranti, quia vnus annus habet trecentos sexaginta quinque dies. Et sic illud idem spacium temporis, quod prius expressit per tres annos cum dimidio, hic exprimit per dictos dies. Sic igitur patet quòd tres anni cum dimidio persequutionis Antichristi non sunt incipiendi ab illo tempore quo se incipiet ostendere & aliquos ad se attrahere, sed ab illo tempore quo iam erit tantæ potestatis, quòd se exhibebit adorandum hominibus, & quo fideles non audebunt in palam sacrificium altaris conficere propter timorem eius. Sequitur.*

2 Beatus qui expe. &c. *quia hic ad numerum præcedentem adduntur quadraginta quinque dies, qui post mortem Antichristi dabuntur à Deo ante iudicium, vt decepti in persecutione Antichristi ponant pœnitere. Et ideo dicit,* Beatus qui peruenit vsque &c. mille trecentos &c. *ideſt beatus est qui in tribulatione Antichristi stabit, quæ durabit per tres annos cum dimidio, siue per dies. M. cccc. & adhuc vltrà viuet per xlv. dies, quia si non fuerit deceptus per Antichristum, vt perfectus coronabitur. Si autem fuerit deceptus poterit pœnitere in illis. xlv. diebus sequentibus mortem Antichristi, quia tunc eius falsitas erit omnibus manifesta & sua potestas ablata. Licet autem hoc dictum sit satis commune, tamen per hoc non dicitur, quòd aduentus Christi ad iudicium sit futurus immediatè post xlv. dies naturales computandos à morte Antichristi, Etiam non est certitudinaliter determinatum, quòd illi quadraginta quinque dies sint vsuales vel annales, secundum illud Ezech. iiij. b.* Diem pro anno dedi tibi. *Et dato quòd esset determinatum de vsualibus, tamen per hoc non habetur quòd post illos immediatè sit aduentus ad iudicium, imo videtur, quòd futurum sit tunc maius spacium temporis intermedium per illud quod dicit Matthæi. xxiiij. d.* Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubẽtes & nuptui tradentes vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. *Et istud referunt aliqui doctores nostri ad tempus quod erit inter mortem Antichristi & diem iudicij. Talis autem pax & securitas in qua coniuncta & connubia exercentur non videtur esse per tam parui spacium temporis sicut quadraginta quinque dierum, sed maioris, & maximè si hoc esset determinatum. Et hoc plenius dixi super Ezę. xxxix. Ex dictis patet falsitas quorundam Iudæorum dicentium, quòd ponitur hic tempus pro quo debent expectare Meßiam futurum, & accipitur hic dies pro anno, vt dicunt, ita quòd debent expectare per mille trecentos. xxxv. annos, incipiendo computationem istorum annorum à tempore quo positum est idolum in templo. Contra hoc autem arguitur sic, quia positio idoli in templo, Aut accipitur ab eis de idolo posito tempore Antiochi Epiphanis, quod oportet dici secundum illos Iudæos qui prædicta exponunt in hoc ca. de Antiocho, & tunc apparet falsitas istorum manifestè, quia ab illo tempore vsque nunc fluxerunt plus quàm. M. cccc. anni, & tamen adhuc non habent Meßiam, vt dicunt. Aut accipitur de idolo posito per imperatorem Rom. post destructionem factã tempore Tyti, & tunc oporteret quòd prædicta in hoc capitulo exponerentur de imperatore Romano, & hoc non potest esse, quia illud quod prædictum est,* Nec quemquã deorum curabit, &c. *non potest exponi de eo, quia Romani deos omnium Gentium colebant.*

3 Tu autem Da. va. *Ex hoc patet quòd euigilatio dormientium in pulere de qua dictum est circa principium huius capituli, intelligenda est de resurrectione vera in fine mundi, & non accipitur pro exitu de cauernis tempore Machabæorum, vt dicit Porphyrius, quia Daniel tunc non surrexit hoc modo.*

Vltima duo capitula non sunt de canone, propter quod ad præsens illa dimitto. Sed expositis libris canonicis, ad alios nõ canonicos intendo manum mittere. Et tunc exponam ista duo capitula illo auxiliante sine quo nihil boni possumus facere, Cui est honor & gloria in secula seculorũ. Amẽ.

CAP. XIII.

Erat vir &c. Iudicauerunt filiam suam. Tradunt Hebræi, quia mulieres in hoc decipiebãtur, quòd Christum de semine suo nasciturum affirmabant, quia de semine Iuda & de stirpe Dauid erant,

b *Parentes enim illius &c.* ✠ Hiero. Hoc vtendum est testimonio ad exhortationẽ parentum, vt doceant iuxta legem Dei, sermonémque diuinum a non solùm filios, sed & filias suas.

✠ Avgvst. Susanna illustris, decus pudicitiæ, vicit impudẽ- b tiam iudicum, petulantem seniorum cõpressit audaciam, ne castitas in ea pateretur iniuriam.

✠ Clemens. Alex. formoso Narcisso nõ rectè succesſit, quod c suæ fuerit contemplator imaginis, adulteria incitat pulchritudo, Græciam euertit barbarum sui ornandi studium.

✠ Tertvl. Nam & si accusandus decor non est, vt fœlicitas corporis, vt diuinæ plasticæ accessio, vt animæ vestis aliqua vrbana, timendum tamen est vel propter iniuriam & violentiam spectatorum, quæ etiam pater fidei Abraham in vxoris suæ specie pertimuit, & sororem mentitus Saram, tãtum contumelia redemit.

✠ Cyprianvs. Fuit Susanna filia Helchiæ, vxor Ioachim pulcherrima, pulchrior moribus. Hanc multum ad decorem ornabat species, simplex erat, ex colucrat pudicitia & sola natura.

✠ Hieronymvs. Hebræi putant quod duo hi senes iudices, miseras mulierculas, quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, sic deceperint, quòd dicerent eis quia de tribu erant Iuda, Christum de suo semine esse generandum, quæ illectæ cupidine præbebant corporasua, quasi ma tres futuræ Christi.

c *Et constituti sunt duo senes.* Dicebat Hebræ quidam hos esse Achab & Sedechiã de quibus Ieremias, *Tonat te dominus sicut Achab & Sedechiã, quos frixit rex Babylonis in igne propter iniquitatẽ quam fecerant in Israel, & adulterabant vxores ciuium.* Potuit enim fieri vt populus accepta licentia à rege lapidauerint eos, quod frictio potest vocari pro magnitudine pœnæ. vel conuictos tradiderunt puniendos.

Et

Incipit historia Susannæ, Belis, & Draconis, quæ non est in canone Hebræorum.

CAP. XIII.

1 † Erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim, & accepit vxorem nomine Susannam, filiam Helchiæ, pulchram nimis & timentem Deum. Parentes enim illius, cùm essent iusti eruditès

a ¶ Orige. in decimo Stromatum, Susannæ & Belis fabulam ponit.

a ¶ Hic parentes monentur, vt secundum legem Dei, non tantum filios, sed etiam filias edoceant.

runt filiam suam secundum legem Moysi.

a ¶ Negotij opportunitas & concurrentia.

Erat autem Ioachim diues valdè, & erat ei pomeriũ vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eò quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in 2 3 anno illo: de quibus locutus est dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur

a ¶ Non regebant, sed regere videbantur, quia malè præerant.

regerè populum. Isti frequentabant domum Ioachim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cùm autem po- 4

Incipit postilla venera.pa.frat. Nicolai de Lyra super historiam Susannæ, Belis, & Draconis.

Historia Susannæ contigit ante captiuitatem Babylonicam vel citò post, quia Daniel erat adhuc valde iuuenis, secundum quòd dicitur infrà. j. cap. Cúmque duceretur ad mortem suscitauit Deus spiritum pueri iunioris cui nomen Daniel. *& tamen translatus, fuerat in Babylonem ante dictam captiuitatem xj. annis quibus regnauit Sedechias, propter quod hæc historia inter libros Bibliæ non canonicos situari debet post librum Baruch. de quo certum est quod vna pars eius fuit scripta ante dictam captiuitatem, vt ibidem plenius fuit dictum.*

CAP. XIII.

Diuisio. 1 Erat v. *Hæc historia diuiditur in quatuor partes, quia primò, describitur Susannæ nefaria tentatio. Secundò ipsius maligna accusatio, ibi,* Exclamauerunt autem. *Tertiò eius iniqua condemnatio, ibi,* Credidit eis mul. *Quartò, ipsius digna liberatio, ibi,* Exaltauit dominus. *Prima adhuc diuiditur in quatuor partes. quia primò describitur persona tentatæ virtus. Secundò tentantium status ibi,* & cõstituti sunt. *Tertiò tentationis ortus ibi,* Cum autem populus re. *Quartò tentationis modus, ibi,* Et factum est. *Circa primum describitur persona tentata. s. Susanna à nobilitate generis, quia erat de tribu Iuda, vt dicetur infrà. Et quia erat Ioachim copulata in matrimonio, qui erat honorabilior omnium Iudæorum, vt hic dicitur. Describitur etiam à pulchritudine corporis. vnde dicitur,* pulchra nimis. *& à pulchritudine mentis, quia dicitur timens Deum. Cuius causa exprimitur, quia erat erudita à parentibus secundum legem Moysi. Et ideo bene nominata erat secundum proprietatem rei Susannæ, ideſt. lilium, propter quod senes erant magis inflati de ea quàm de vili persona. His dictis patet litera.*

2 Et consti. sunt. *Hic cõsequenter describitur tentantium status, quia erant senes maturitate ætatis, iudices sublimitate auctoritatis, presbyteri* (vt dicitur infrà) *apparentia sanctitatis. & ideo de facili poterant mulieres seducere. Dicit hic gloſſ. quòd Hebræi dicũt ipsos decepisse mulieres: per hoc quòd dicebant Christum de semine eorum nasciturum cum essent de tribu Iuda, eo quòd tribus sacerdotalis & tribus regia coniuncta erãt, cuius natiuitas maximè desiderabatur. Sequitur.*

3 De quibus locutus est dominus. *Hiere. xxix. c. Vbi dicitur sic,* Ponat te dominus sicut Sedechiam & Achab, quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quòd fecerũt stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis, *Dicunt enim Hebræi, quòd isti senes erant à domino prædicti. Hiere. xxix. Sed contrarium videtur. quia dicuntur frixi in igne per regem Babylonis. Duo autem senes qui tentauerunt Susannam, fuerunt lapidati, vt dicit hic gloſſa. Item fuerunt lapidati à populo, non à rege. Dicendum, quòd pœna mortis quæcunque aliquando significatur per ignem in scriptura, & ideo eorum lapidatio potest vocari frictio in igne. Item sciendum quòd de licentia regis Babylonis pœna debita indicabatur per Iudæos secundum legem Moysi, quia iudices regis legem Iudæorum ignorabant, sed executionem mortis non poterant inferre nisi ex speciali mandato regis & auctoritate, & ideo quod populus eos lapidauit fuit de præcepto regis, propter quod rex fecit principaliter & auctoritatiue, populus autem executiue, Cætera patent.*

Tentationis ortus in sensibus.

4 Cum autem populus reuertisset per meridiem, &c. *Hic ponitur tentationis ortus qua orta est in istis senibus sicut communiter oritur tentatio carnis in aliis hominibus, Primo, ex impudico aspectu, quia di-*

citur

MORALITER.

1 *Et erat vir.* Capitulum istud & sequens non sunt de canone, sed quia non faciunt librum per se distinctum, ideo non expecto ponere eorum moralitatem cum moralitate librorum qui non sunt de canone, quorum moralitatem intendo ponere in operis huius fine. Hic autem istorum duorũ capitulorum moralitatem intendo ponere satis breuem. In hoc autem capitulo ipsius Susannæ falsa ponitur accusatio. Et in casu simili, accusatio habet aliquam veritatis apparentiam ex duobus. Primum est nobilitas generis, quæ dat aliquando audaciam malè agendi. Secundum est venustas corporis, qua alios allicit ad concupiscentiam

piscentiam mulierũ, & difficilè custoditur quod à pluribus impugnatur. Sed primum excluditur, quando cum nobilitate generis concurrit nobilitas virtutis, & sic contingit in Susanna, quia fuit de tribu regia, scilicet, de tribu Iuda, sicut dicitur infrà. *Sed si. Iu. &c.* Fuit etiam nobilis moribus: ideo dicitur de ea: *Parentes enim. &c.* Secundum autem excluditur, quòd Dei timore venustas corporis roboratur, sicut fuit in Susanna, de qua dicitur, *Pulchram nimis, &c.* Intantum, quòd magis voluit incurrere mortis iudicium, quàm offendere Deum sum, dicens: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu domini.*

A a *Et ambulabat.* Hunc locum (inquit Origenes) de Lxx. editione nunc posui, in quo ostendit se cætera iuxta alios posuisse.

Hiero. b *Et exarserunt.* Quod Græcè πάθος, nos perturbationem melius quàm passionem dicimus. Hæc perturbatio & cupido libidinis percussit corda seniorum, vt in animis iaceret fundamentum, vt cogitarent desideria complere.

de singul. cleric. ✠ Cyprianus. Aculeus peccati facta est forma fœminea, & mortis conditio non aliunde surrexit, nisi de muliebri substãtia, quod memorat Sapiẽs A muliere factum est initium peccati. Lõgè satis, lõgè sit pestis ista, & lues, & clandestina pernicies.

B l. de bono pudicitiæ. ✠ Idem. In hanc ex senioribus duo ceperunt deperire, nihil me mores nec diuini timoris, nec suæ annis iam marcescẽtis ætatis: ita illos in flagrantia trãsactæ iuuentutis incendia rediuiuæ libidinis flamma reuocabat. Pudicitiæ latrones amorem profitentur, sed oderant.

Ser. 3. de annũciatione b. Virg. c *Et tunc in commune statuerunt.* ✠ Bernard. Senes ĩ horto Ioachim absconduntur, Susannam vxorem eius quærunt. Sequamur eos: nam iniqua cogitatione pleni sunt contra eam. *Consentire nobis,* aiunt senes, hirci, lupi, pharisæi. Nunc suadẽt adulterium, nunc coram Christo accusant. Hæc est Pharisaica iustitia, quæ agunt in occulto, arguunt in publico. Gloriantur in lege, & per præuaricationem legis Deum inhonorant.

l. 1. Epist. 8. C d *Surrexerunt duo senes, &c.* ✠ Cyprianus. Nec ætas vos eorum (hæreticorum) nec authoritas fallat, qui ad duorum presbyterorum veterem nequitiam respondentes, sicut illi Susannam pudicam corrumpere & violare conati sunt, & hi adulterinis doctrinis Ecclesiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Euangelicam violare conantur. D

e *Ecce ostia pomerij, &c.* ✠ August. Non oramus vt non tentemur, sed vt non inferamur in tentationem: tanquam si quispiã cui necesse sit igne examinari, non oret vt igne nõ contingatur, sed vt non exuratur. Vasa enim figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ioseph tentatus est illecebra stupri, sed non est illatus in tentationem. Susanna tentata est, nec ipsa inducta vel illata in tentationem. Multique alij vtriusque sexus, sed Iob maximè, &c. (l. 2. de Ser. Dom. in monte, to. 4.)

E f *Ingemuit Susanna & ait, Angustiæ, &c.* ✠ Chrysosto. Audiuim⁹ de Susanna lectionem. Ædificetur pudicitia coniugalis: & tam firmo fundamento innitatur, muroque valletur, vt & insidiantes repellat, & falsos testes conuincat. Remanserat casta mulier moritura, nisi adesset qui videbat, quod iudicantes latebat. Conscripta sunt verba eius, *O angustiæ mihi sunt vndique, si enim hoc fecero &c.* Contemnebat quod audiebat, quia timebat eum, quem nihil latebat. Expectabat eũ qui saluam faceret, à pusillamini tempestate falsorum testium, tanquam ventum malorum. In illis tamen ventis & fluctibus castitas naufragiũ non fecit, quia dominus gubernauit, affuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deseruit ne moreretur, cui subuenit F (Homil. de sanct. Susanna, to. 1.)

pulus reuertisset per meridiem ingrediebatur Susanna, & de-
a ¶ Hic ostenditur quòd rectè quis ad vegetandum corpus deambulet. b ¶ Auerte oculos meos ne videant vanitatem. c ¶ Alias seniores.
a b ambulabat in pomerio viri sui: Et videbant eam senes quoti-
die ingredientem & deambulantem, & exarserunt in concu-
piscentia eius. Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt
¶ A recto. a ¶ Cælestia non cogitarent. b ¶ Quamuis iudices.
oculos suos vt non viderent cælum, neque recordarentur iu-
a ¶ Siue Dei, siue honestatis, siue naturæ quæ omnibus ad bonum insita sunt.
diciorum iustorum. Erant enim ambo vulnerati amore eius,
nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant
enim sibi indicare concupiscentiam suam volentes concu-
bere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam.
Dixítque alter ad alterum: Eamus domum, quia hora prandij 1
est. Et egressi recesserunt à se. Cúmque reuertissent, venerunt 2
in vnum, & sciscitantes ab inuicẽ causam confessi sunt concu-
c piscentiã suã. Et tunc in cõmune statuerunt tẽpus, quando 3
eam possent inuenire solam. Factum est autem cum obserua- 4
rent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudius-
tertius cum duabus solis puellis, voluitque lauari in pomerio:
Estus quippe erat, & non erat ibi quisquam præter duos senes 5
absconditos, & contẽplantes eam. Dixit ergo puellis: Afferte 6
mihi oleum & smigmata, & ostia pomerij claudite vt lauer. Et 7 8
fecerunt sicut præceperat, clauserúntque ostia pomerij, & 9
egressæ sunt per posticum vt afferrent quæ iusserat. Nescie-
bátque senes intus esse absconditos. Cùm autem essent egres-
d sæ puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & di- 10
e xerunt: Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt, &
in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, &
commiscere nobiscum. Quòd si nolueris, dicemus testimoniũ
contra te, quòd fuerit tecum iuuenis: & ob hanc causam emi-
a ¶ Timore mortis, humanum quippe est mortem timere, vel opprobrij vel ignominiæ quam illi minabantur.
f seris puellas à te. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mi- 11 21

NICOLAVS DE LYRA.

citur quòd videbant eam quotidie. Secundò, ex inordinato affectu, cum subditur, Et exarserunt. *Et consequenter excæcato intellectu, cum dicitur,* Et auerterunt sensum suum, &c. *quia inordinata affectio excæcat oculum rationis. Et consequenter ex nefario conatu ad implendum propositum, cum dicitur,* Dixítque alter ad alterum, &c. *Dicit igitur primò, &c.* Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomerio viri sui, &c. *Susanna tantùm erat verecunda, & præsente frequentia populi stabat clausa cum puellis suis intra domum. Sed cum populus exisset, & senes aliquantulum remanerent ad conferendum insimul de auditis in iudicio. Tunc Susanna exibat cameram, & intrabat hortum causa recreationis & lauationis, nec cauebat tantum à senibus propter ætatem & sanctitatis apparentiam in eis, quantùm cauebat ab alijs. Cætera patent ex dictis vsque ibi.*

1 Dixítque alter ad alterum. Eamus domum, quia hora prandij est, &c. *Hoc fecerunt, quia quilibet volebat se expedire de alio, vt posset solus reuerti ad loquendum cum Susanna, & ad decipiendum eam. Sequitur.*

2 Cúmque reuertissent. *prope domum Ioachim. per diuersas tamen vias.* Venerunt in vnum, *&c. Sequitur.*

3 Et tunc in commune statuerunt tempus, &c. *quia firmati fuerunt in suo malo proposito.*

4 Factum est autem. *Hîc consequenter ponitur tentationis modus, vbi ponuntur ista per ordinem. Primum est, fraudulentia & insidiatio in hoc quòd obseruauerunt tempus aptum. s. post populi discessum, & locum congruum, scilicet pomerium vel hortum. Et hoc est quod dicitur hic,* Factum est autem cum obseruarent diem aptum, &c. *Modus loquendi est ad significandum frequentiam faciendi aliquid, quia Susanna frequenter illum hortum intrabat. Sequitur.*

5 Et non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos & contemplantes eam. *Ex ardore desiderij.* (Modus tentationis.)

6 Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum. *Hîc oleum accipitur pro lachryma arborum aromaticarum, qua vtuntur in terra illa contra æstum.*

7 Et smigmata. *secundum Hieron. smigma est aqua de hordeo, & palea facta ad lauandum faciem & refrigerandum.*

8 Et ostia pomerij claudite, *propter securitatem, ne aliquis posset venire ad eam.*

9 Vt lauer. *Ex illis, scilicet quæ debebant aportare puellæ prædictæ, & forte erat ibi irriguum fontis vel aliquid aliud. Sequitur.*

10 Cùm autem essent egressæ puellæ, &c. *Hîc ponitur secundum quod fuit in ista tentatione, scilicet maligna suggestio. Primò Susannam assecurando ad perpetrandum rem illicitam, cum dicitur,* Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo, &c. *Secundo ei mortem minando, nisi consentiat, cum subditur.* Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te. &c. *Tertium quod in hac tentatione ponitur est Susannæ virtuosa electio, quia magis elegit mori, quàm Dei mandatum prætergredi. Et hoc est quod dicitur hic.* (Mala suggestio.)

11 Ingemuit Susanna. *Ex dolore cordis propter periculum imminẽs.*

12 Angustiæ sunt mihi vndique. *Angustiosum est mori, & angustiosum*

uenit ne adulteraretur.

A l. de bono pudicit. ✠ Cyprianus. Resistenti minantur calumnias, adulterij se dicũt accusatores voto adulteri. Inter duos libidinis scopulos auxiliũ de domino petebat, quia viribus corporis repugnare non valebat. Bis victrix, & in periculo suo toties tã funestè concepta, & libidinem euasit, & mortẽ.

Ser. 3. de Annun. b. Virg. ✠ Bernardus. Angustiæ sunt mihi, quia vndique mors, hinc quidem corporea, inde spiritualis. Vestras Pharisæi, manus nec adultera effugit, nec pudica. Dissimulatis peccata vestra, vbi inuenitis aliena. Si quis fortè suum non habet, vestrum ei impingitis crimen. Sed quid fecit inter mortem & mortem angustiata? B *Melius est,* inquit, *incidere, &c.* Homines tantùm occidũt corpus. Ille timẽdus est, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

Vbi sup. a *Et exclamauit voce magna, &c.* ✠ Bern. Fit clamor & concursus luporum, & ouiculæ balantis inter eos. Contemnit propter Deum mortem corporis, periculum famæ, opprobrium generis, luctũ inconsolabilẽ amicorum. ✠ Hieron. Cordis affectus, & mentis pura confessio, & bonum conscientiæ vocem eius fecerant C clariorem. Vnde magna erat exclamatio eius Deo, quæ ab hominibus non audiebatur. Magna vox erat, non aëris percussione & faucium, sed pudicitiæ magnitudine, per quam clamabat ad dominum. Vnde & sancta scriptura in exclamatione seniorum non apposuit magnam vocem. D

b *At iniqui illi iusserũt vt discooperiretur, &c.* ✠ Tertul. Si Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat, possum dicere. Et hic velamẽ arbitrij fuit. Vt rea venerat, erubescens de infamia, meritò abscondens decorem, vel quia timens iam placere. Cæterùm in stadio mariti non putem velatam deambulasse, quæ placuit. E Legem habitus requiro, si hanc nusquam reperio, sequitur, vt traditio consuetudini morẽ hunc dederit. (l. de corona mil. cap. 4.)

c *Quæ flens suspexit ad cælum, &c.* ✠ August. Accepistis Spiritum adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba, pater. Clamor iste cordis est, non faucium, intus sonat, auribus Dei sonat. Clauso ore, labiisque immotis Susanna ista voce clamabat. (Serm. 14. de verbis Ap.)

✠ Ambro. Est magnum & negotiosum silentium, vt erat Susannæ, quæ plus ægit tacendo, quàm si esset locuta. Tacendo enim (l. 1. offic. c. 3.) F

a ¶ Peccatum, quotiens peccamus morimur, quotiens bene facimus viuimus.
hi vndique. Si enim hoc egero mors mihi est: si autem non 1
a ¶ In Græco non habetur melius, sed bonum eleganter, ne ex comparatione peccatum videatur dicere bonum. 2
egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi abs- 3 4
que opere incidere in manus † hominum, quàm peccare in († vestras.)
a ¶ Cui omnia nuda. b ¶ Non aëris percussione, sed pudicitiæ magnitudine.
a conspectu domini. Et exclamauit voce magna Susanna, ex- 5 6
a ¶ Sed non voce magna.
clamauerunt autem & senes aduersus eam. Et cucurrit vnus, 7
& aperuit ostium pomerij. Cùm ergo audissent clamorem fa-
muli domus in pomerio, irruerunt per posticum, vt viderent
quidnam esset. Postquam autem senes loquuti sunt, erubue- 8
a ¶ Nedum facti.
runt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo hu- 9 10
iusmodi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cúmque venis- 11
¶ De more.
set populus ad Ioachim virum eius, venerunt & duo presby- 12 13
teri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannam, vt interfi-
cerent eam. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam 14
filiam Helchiæ vxorem Ioachim. Et statim miserunt. Et venit 15
cum parentibus & filiis, & vniuersis cognatis suis. Porrò Su-
¶ Pulchrior moribus.
b sanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusse- 16
a ¶ Extrema linea, amare non nihil est.
runt vt discooperiretur: erat enim cooperta, vt vel sic satiaren- 17 18
¶ Id est visu. ¶ Propinqui.
tur decore eius. Flebant igitur sui, & omnes qui nouerãt eam. 19
Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, po- 20
a ¶ Quasi diceret, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.
c suerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad 21

NICOLAVS DE LYRA.

stiosum est dignum morte fieri, propter quod sequitur.

1 Si enim hoc egero. *Quod persuadetis legem Dei transgrediendo.*

2 Mors mihi est. *scilicet, debita, quia in lege Moysi præcipitur adultera lapidari.*

3 Si autem non egero. non effugiam manus vestras. *mortem incurrendo, licet indebitam.*

4 Sed melius est mihi absque, &c. *quia puniri non est malum simpliciter, quia est malum pœnæ, sed fieri pœna dignum est simpliciter malum, quia hoc est malum culpæ.*

5 Et exclama. &c. *ne fortè senes ex vehementia concupiscentiæ qua erant inflammati in ipsam irruerent, & ipsam licet inuitam impudicè tangerent.*

6 Exclamauerunt, &c. *Hic consequenter ponitur Susannæ maligna accusatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò accusatur extra iudicium. Secundò, in iudicio, ibi,* Et facta est dies. *In prima dicitur sic,* Exclamauerunt, &c. *vt notarent eam ream coram familia accurrente ad clamorem Susannæ, quia si tacerent, redderent se suspectos.*

7 Et cucur. *Ad simulandum quòd vir eius de quo falsò eam accusabant exijsset, antequam famuli venissent, quia si ostium inuentum fuisset clausum, & tamen iuuenis non fuisset inuentus, testimonium eorum fuisset suspectum. Sequitur.*

8 Postquam autem, &c. *Accusantes Susannam de crimine adulterij.*

9 Erubuerunt, &c. *quia diligebant Susannam, tanquam in domo eius nutriti. Cuius causa subditur.*

10 Quia nunquam, &c. *In quo apparet bonitas eius non solum in vita, sed etiam in fama.*

Diuisio. 11 Et facta est, &c. *Hic consequenter ponitur accusatio in iudicio. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur Susannæ citatio. Secundò accusantium iuratio, ibi,* Consurgentes autem. *Tertiò, iuratorum testificatio, ibi,* Et dixerunt presbyteri. *In prima parte dicitur sic.*

12 Cúmque venisset populus, &c. *scilicet, ad locum iudicij.*

13 Venerunt, &c. *Comparendo in loco iudicij ad implendum nequitiam suam.*

14 Et dixe. co. &c. *Et sic apparet Susannæ solemnis citatio.*

15 Et venit cum pa. &c. *quia non poterat sola sufficere ire ad iudicium, amici autem eius venerunt cum ea, ipsi compatientes propter sanctitatem eius quam nouerant. Sequitur.*

16 At iniqui illi iusserunt. *quia fortè volebant inducere populum ad suspicandum malè de ea ex rubore vultus eius, sciebant enim ipsam esse verecundam.*

17 Erat enim cooperta. &c. *Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo referendo ad præceptum senum qui iusserunt eam discooperiri, vt sic reficerentur eius aspectu, ex quo non poterant sibi copulari nefario actu. Alio modo potest intelligi referendo ad ipsam Susannam & amicos eius, qui cooperuerunt eam, vt sit sensus,* Erat enim cooperta. *scilicet, amicorum suorum consilio.*

18 Vt vel sic satia. decore eius. *id est vt non videntes eius pulchritudinem, minus inflammarentur de ea. & sic non accusarent eam crudeliter, quia amici eius scilicet Susannæ sciebant causam accusationis per reuelationem Susannæ.*

19 Flebant igitur sui, &c. *scilicet, ex pietate cognoscentes innocentiam Susannæ.*

20 Consurgentes autem duo præsbyteri. *Hic ponitur accusantium iuratio ex quo habetur argumentum, quòd de crimine vnde aliquis debeat mori, non est credendum alicui simplici verbo suo cuiuscunque autoritatis & sanctitatis sit. Et hoc est quod dicitur hic,* Consurgentes autem duo presbyteri. &c. *qui erant iudices & sacerdotes populi.* (Accusantiũ iuratio.)

21 Posuerunt manus suas super caput eius. *Iste enim erat modus iurandi*

MORALITER.

Circa testes duo sunt attendenda, scilicet, eorum conditio, & examinatio. Quantum ad primũ obseruandum est, quòd quantumcunque sint senes ætate, iudices autoritate, sacerdotes officij sanctitate, sicut contingit in casu Susannæ, tamen non est eis assentiendum sine debita examinatione, aliter posset error magnus contingere, sicut contingit in Susannæ condemnatione.

nim apud homines, locuta est Deo, nec vllum maius indicium
A sanctæ castitatis inuenit, quàm silentium. Conscientia loquebatur, vbi vox non audiebatur, &c.

Ser. 242.de temp. a *Cùm deambularemus in pomerio. &c.* ✠ Avgvst. Stabat Susanna in iudicio falsorum mendacibus oppressa testimonijs dã-
natorum, stabat non tanquam rea, sed pro castitate fortiter mori tura. Ibat pudica ad supplicium, non adulterorum corpus in quo extrema libido exarserat, & diabolus inflammauerat. Egregium portabat caput, cuius vultum integra cõscientia sublimabat ad cælum. Propter dãna pudoris salutis vo-
B tã compressit, & cui fuerant chara premia castitatis, vitæ gaudiũ non amisit. Contempsit vnum, & consecuta est totum. Et quæ mori voluit, cum gloria
c castitatis euasit. Propriam virtutẽ animi seruauit, & iudicium populorum constanter excepit. Conflãtur de innocente falsa crimina, sed ille munitus est, qui habet Deum defensorem.

Tract.36. in Io. Dam. 19. ✠ Idem. Deus dixit, *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.* Veritas quæritur per duos testes? Ita
plane, sic se habet humani generis consuetudo, sed tamen fieri potest, vt mentiantur, Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur. Nunquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? Quo modo ergo accipiendum est, *In ore duorum &c.* nisi quia hoc modo per mysterium Trinitas commendata est, in qua est stabilitas perpetua veritatis? Vis habere bonam causam? Habeto patrem, & filium, & spiritum sanctum tuæ causæ testes.

Homil.de Susanna. b *Credidit eis multitudo, &c.* ✠ Chrys. Putaris fratres ad magnum meritum pertinere, si falsi testes non præualeant super innocentem. Non est magnum meritum, si aduersus Dominum non præualeret. Ipse dominus noster Christus per linguam falsorum testium est crucifixus. Sed etiam si ad horam præualuerant, resurrecturo quid nocuerunt? Demonstrauit ergo seruis
C exemplum, ne falsos testes perhorrescant, & cum creduntur, non

iudicantiũ falsitas denudaretur, & innocens purgaretur. Infir-
A mus sexus contra viros surgit fortior, expugnat libidinem castitas & honestas, impulsu luxuriæ horrenda prosternitur improbitas.

Hom.de Susan. a *Suscitauit Dominus, &c.* ✠ Chrysost. Excitauit Deus Spiritum sanctum Danielis, adhuc nouelli ætate, sed robusti fide. Et
a quia erat in eo propheticus Spiritus, cõtinuò nequissimorum seniorum vidit fallaciam. Sed quod ille intuebatur, prouidendum erat quomodo cæteris monstraretur. Falsi inquit, testes sũt, reditein iudiciũ. Quid pluribus? Apparuit falsitas.

Ser. 242.de temp. B ✠ Avgvst. Daniel instinctu Dei cõmonitus, Redite in iudicium exclamauit. c Stupet populus pro iudicio repentino, reuocatur addicta, falsos testes pauor innadit, gemit diabolus quòd ipsius commenta nudantur, gaudent angeli de pudoris integritate cõperta, & quod defendatur in terris veritas fatigata.

Ser. 118.de temp. C ✠ Idem. Susanna mulier inimicos suos tacuit, & vicit. Non enim apud Danielẽ in sermone tuitio est, sed in sancta fœmina tacẽte lingua pro ea castitas loquitur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio, quæ Euæ defuit in paradiso. Susannæ castitas & presbyteros impudicos conuicit in orto, & in iudicio falsos accusatores obtinuit, bisq; victrix reos facit testimonijs, quos reos facit adulterij: acq; tandem iudicem meretur castitas Danielem puerum iunioré, necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de Deo pudicitia consequitur, cùm iudicem virginem promeretur. Secura est de victoria castitas, cui iudicatura est virginitas: Pudicitiæ autem causas, nisi vir pudicus audire non debuit. Talem enim arbitrũ meretur castimonia, apud quem non periclitetur verecundia. Cognito igitur Daniel Susannæ negotio. cùm eam falsis accusa-
tionibus vellet plebs imperita damnare, ait.

Ambro ser. 49. b *Mundus ego sum à sanguine huius.* Quo dicto, peccantis populi reuocauit errorem. Hac voce circa Susannam Daniel vtitur. qua circa Dominum Pilatus, d. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Sed Daniel melius quàm Pilatus. Ille pudicum sanguiné liberat: hic iusti sanguinem confitetur & tradit. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Ho. in prin. prou. c *Veni & sede in medio, &c.* ✠ Basil. Senior secundum animam est, qui prouidẽtia perfectus est, qualis erat Daniel, quanquam corpore iuuenis, sapientiam ac grauitatem omni canitie præstantiorem præ se ferens. Idcir co ei dicunt, *Huc accede, sede in medio, &c.* E

Ser. 242.de temp. d *Cùm ergo diuisi essent, &c.* ✠ Avgvst. Interrogatũ est, quo in loco Susanna facinus admisit. Hic sub lentisco dicit, ille sub prino. Cùm ergo eorum discrepant respõsa, sic repugnantia dictorum facta nudantur, vt vigore mentis increpato populo, testibus cõfusis veritas ostenderetur. Gaudet populus de pudoris integritate, triumphat maritus quòd fidam inuenerit coniugem. Lætatur familia quòd nihil inuenerit in ea quod puniat, quòd adulterij factũ non inuenerit, nec homicidium diabolus quod procurabat impleuerit.

In Synopse L.4.c.44 ✠ Hieronymvs. Parentes Susannæ dignè laudant Deum, non quia filia liberata est de manu presbyterorum (hoc enim non satis laudabile est, nec magni discriminis si non esset liberata) sed quia non est inuenta in ea res turpis.

✠ Athanasivs. Ipse Daniel causam Susannæ iudicauit, & seniores tanquam sycophantas condemnauit.

✠ Irenævs. Qui seruiunt suis voluptatibus, & non præpo-
F nunt

iurandi contra personam cõdemnandam ad mortem, vt testes in iurando & testimonium proferendo ponerent manus super caput eius, vt habetur Leuiti. xxiiij. Quæ flens, &c. *quia videbat quòd criminaliter agebant contra eam.*

1 Suspexit ad cælum. *quia aliunde non poterat h abere auxilium, & proprium est diuinitatis succurrere in casibus desperatis.*

2 Et dixerunt presbyteri, *Hic ponitur iuratorum testificatio.*

3 Cum deambularemus, &c. *Hoc dicunt, ne requiratur alius testis cum eis. Sequitur.*

4 Clausit ostium po. & dimisit. &c. *Hoc dic unt in argumentum sui dicti, quod sequitur.*

5 Venitque ad eam adolescens. *Quia aliter non poterant ostende re Susannam morte dignam, nisi allegarent factum turpe: pro peccato enim voluptatis vel concupiscentiæ non statuitur aliqua pœna in lege.*

6 Porrò nos cum essemus in ang. pomerij. *Hoc dicunt ad colorationem dicti sui, quia si fuissent in palam, dictum eorum non habuisset aliquam probabilitatem, scilicet, quòd Susanna vellet tale quid committere ipsis videntibus.*

7 Cucurrimus ad eos, & vidi. eos pari. commisceri. *quia de facto non creditur testimonio alicuius, nisi dicat se vidisse.*

8 Et illum quidem nequi. comprehendere, &c. *tanquam iuuenis existens, nos autem senes.*

Hanc

✠ Circa scilicet secundum, scilicet, examinationem testium ob seruandum est quòd separentur, ne inuicem falsum confingant sicut Daniel fecit testes contra Susannam abinuicem separari:

9 Hanc autem cum apprehendissemus interrogauimus quisnam esset, &c. *Hoc autem dixerunt, ne quæreretur ab eis quis esset adolescens, & per hoc possent deprehendi.*

10 Credidit eis multitudo. *Hic describitur ipsius Susannæ iniusta cõdemnatio. Quæ ostenditur ex duobus, scilicet ex populi ignorantia, qui credidit senibus propter etatem & autoritatem eorum absq; diligenti examinatione: propter quod de hoc infrà reprehenduntur à Daniele: vbi dicitur.* Sic fatui filij Israel, &c. *Ex hoc ducitur argumentum quòd pro nulla ætate vel autoritate seu sanctitate debent applicari testes in causa criminali, maximè sine diligenti examinatione. Secundò ostenditur condemnatio iniusta ex Susannæ innocentia, cum dicitur.* Susannæ condẽnatio

11 Exclamauit autem, &c. *Ex cordis affectu & conscientia pura.*

12 Deus æterne qui abscon. es. *quia ipse solus nouit secreta cordium diuina enim scientia æternitate mensuratur, ideo ita cognoscit futura sicut præsentia.*

13 Exaudiuit. *hic ponitur Susannæ digna liberatio. Et diuiditur in quatuor partes: quia primò ponitur Danielis appellatio à sententia iniqua, Secundò testium diligens examinatio ibi:* Reuersus est populus. *Tertiò, ipsorum condemnatio, ibi:* Exclamauit itaq;. *Quartò: pro prædictis gratiarum actio, ibi:* Helchias autem. *In prima parte dicitur sic:* Exaudiuit autem dominus vocem eius. *id est, cum affectu audiuit.* Diuisio

14 Cúmque duceretur. &c. *Ex quo patet, quòd Daniel hoc non fecit ex humana industria, sed ex diuino instinctu.*

✠ Excla-

& q̃ increpentur vel terreantur, vt hic concussi veritatem facilius recognoscant, & q̃ interrogentur, vt videatur si deuient, & sic de falsitate reprehensi iustè puniantur, vt liberetur innocẽs & mali terreantur, sicut processum fuit in liberatione Susannæ.

12 Vi-

nunt timorem Dei in
A cordibus suis, sed contumeliis agunt reliquos, & in absconsis agunt mala, redarguentur à verbo: & audient eas Danielis voces: Semen Chanaam, & non Iuda, species seduxit te, &c.

Serm.50. a *Fecerúntque ei: sicut, &c.* ✠ AMBROSIVS. Susannam seniores deferunt, Dominum Iudas
B accusat. Illam doctores sui, hunc discipulus criminatur. Susanná pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudoepiscopus Saluatorem. Susanna in paradiso circumuenitur, Dominus in hortuli paradiso à traditoribus circumdatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hîc sustinet proditorem. Susannæ accusatores tanquam falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eiusdem criminis puniuntur rei, cuius dánare innocentis sanguinē gestiebant: Domini autem tradirorem inuenio seipsum condemnasse, & cessante iustitia iudicasse. D

a ¶ Christi qui de Iuda.
Israël:& illæ timentes loquebantur vobis. Sed non filia Iuda 1
sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua 2 3
arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait: Sub pri- 4
a ¶ In damnationem capitis tui. 5
no. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es. & tu in caput 6
tuum, manet enim angelus domini gladium habens, vt secet 7
¶ Ambos.
te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cœtus 8
voce magna, & benedixerunt Deum, qui saluat sperantes in
se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros. Conuice- 9
rat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium.
a Fecerúntque eis sicut malè egerant aduersus proximam, vt
a ¶ Interficiendos tradiderunt Babylonio regi, alioquin non stabit quod dictum est istos Achiam fuisse & Sedechiam secundum Ieremiam, sic & Iudæi dominum occiderunt clamando, Crucifige, crucifige eum.
facerent secundum legem Moysi, & interfecerunt eos. Et sal 10
uatus est sanguis innoxius in die illa. Elchias autem & vxor 11 E
eius laudauernnt Deum pro filia sua Susanna cum Ioachim
¶ Non quia liberata, hoc enim parum est, nec à perfectis laudabile.
marito eius, & cognatis omnibus: quia nō esset inuenta in ea 12
res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu po- 13
puli à die illa & deinceps.

Hom. de Susanna. ✠ CHRYSOSTOMVS. Qui liberauit Susannam mulierem castam, coniugem fidelem, & ipse liberauit virginem Mariam à suspicione falsa. Sicut pro Susanna affuit in Daniele Spiritus, sic pro Maria angelus. Gaudebant coniugatæ ad Susannam, gaudent virgines ad Mariam.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ille. *consentiendo vobis in opus nefarium.*
2 Sed non. *Nobilis.s. genere & moribus.*
3 Susti. *vobis assentiendo.*
4 Nunc er. *Curialiter loquendo de actu carnali, vt iam dictum est.*
5 Qui ait. *Nomen est arboris, nec est arbor eadem cum lentisco, vt dicunt aliqui & malè, quia tunc non esset discordia in testimonio eorum, cuius contrarium exprimitur in litera, aliter non essent conuicti sicut testes* C *falsi. Et ideo dicendum quòd prinus idem est quod pinus, vt dicitur in lib. de proprietatibus rerum.*
6 Dixit autem. *eodem modo exponitur sicut prius.*
7 Vt secet. *separando.s. animam à corpore per mortem: quia non fuerunt interfecti gladio, vt suprà dictum est.*
8 Exclama. *quia videbat contradictionem eorum.*
9 Et cōsur. &c. *faciēdo eis secundū legē talionis scripta in lege Moysi.*
10 Et interfe. &c. *i. sicut dignos morte regi tradiderunt, qui habebat aliam iustitiam: & ipse fecit eos comburi secundum modum illius terræ, vt dicitur Ie. xxix. vt suprà allegatum est in eo. c. Vel aliter:* Interfe. *quia de voluntate regis speciali permissum est Iudæis vt eos interficerent secūdum legem Moysi. Et sic fuerunt lapidati, quæ lapidatio potest dici frictio in igne: vt suprà dictum est.* F
11 Elchias. *Hîc consequenter ponitur gratiarum actio pro liberatione innocentis. Et hoc est quod dicitur:* Elchias autē & vxor, &c. *Sequitur.*
12 Quia non est inuen. &c. *licet enim laudarent Deum de liberatione Susannæ à morte, tamen magis laudabant eum de liberatione suæ innocentiæ, quia innocentia est maius bonum, quàm sit corporalis vita.*
13 Daniel autem factus est, &c. *Quia ex hoc facto innotuit populo, quòd Spiritus erat in illo & zelus legis diuinæ. Patet etiam ex hoc sollicitudo eius circa populum, quia licet esset in domo regis, tamen sollicitus erat de his quæ fiebant apud filios Israel.*

CAP. XIIII.

In cap. 12. Dan. a *Et rex Astya. &c.* ✠ THEOD. Astyages fuit Cyri maternus auunculus, quo vita functo, cùm Cyaxares eius filius regnū administrari non potuisset, Cyrus Assyriorum & Chaldæorum demolitus regnum, Memdorum imperium transtulit ad Persas.

Erat

CAP. XIIII.

a Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & 1
b suscepit Cyrus Perses regnum eius. Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus su-

b *Erat conuiua regis, &c.* ✠ THEOD. Id est, contubernalis, omnibúsque familiaribus prælatus. Hac enim præditus loquendi libertate, & quæ in ipsum à Deo per Esaiam prophetam prædita fuerant ostendit: & ei dimittendi populi auctor fuit.

Erat

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

1 Et rex Astya. *Hîc consequenter historia Belis & historia draconis ponitur. Et diuiditur in duas partes: quia primo tempus quo historia accidit exprimitur. Et secundo historia describitur:* Erat quoq; idolum. *Circa primum aduertendum, quòd aliqui dicunt istam partem pertinere ad ca. xiij. ita quòd notatur per hoc tempus quo accidit factum Susannæ.s. quando mortuus est Astyages rex & Cyrus ei successit: non tamen est intelligendum, quòd Astyages regnauerit in Babylone: quia nunquam, imo fuit rex Medorum & Persarum, vt habetur in Scholastica historia, sed quia Cyrus multa bona fecit populo Israel, ideo secundum istos hic notatur tempus quo Cyrus accepit Astyagis regnum. Ad euidentiam autē huius notandum quòd sicut scribitur in Scholastica historia: Astyages vidit in somnis de genitalibus suæ filiæ vitem procedere quæ occupabat totam Asiam, & responsum est ei à coniectoribus, quòd illa filium pareret, & Asiam sibi subiugaret & Astyagem debellaret: quo audito dedit filiam suam cuidam plebeio militi, ne filius ex ea nascens nobilis & potens fieret. fecit etiam obseruari tempus partus filiæ suæ & puerum natum fecit occidi. Illi vero quibus hoc præceptum est horrentes facinus istud puerum viuum in nemore proiecerunt: quem pastor inueniens secum portauit, nutriuit & in filium adoptauit: qui adultus factus, electus est è pastoribus in regem suū: & delinquentes grauiter puniebat, intantum quòd clamor venit ad regē Astyagem, qui accersito iuuene, quæsiuit quare talia faceret. Et ille constāter respondit, quòd poterat, cum esset ab eis electus in regem. Astyages autem vultum iuuenis & eius constantiam considerans, cognouit ipsum esse de semine regio, & non filium pastoris, & inquirens diligenter inuenit veritatem, quòd ipse erat nepos suus quem occidi mandauerat: & diuina virtute mutatus est animus eius, & iuuenem recepit in gratiam: credens quòd somnium suum fuisset impletum in regno prædicto puerorum, & nepotem suum tradidit ad custodiendum & nutriendum cuidam de principibus: postea verò rebellātibus Persis contra Astyagem, missus est ille princeps contra eos, & recordatus cuiusdam iniuriæ quam fecerat sibi Astyages, suasit occultè Persis vt Cyrum in regem sibi eligerent, & ipse partem eorum adiuuaret contra Astyagem, & sic factum est. Quod audiens Astyages congregauit exercitum vt debellaret Cyrum nepotem suum ipse tamē finaliter à Cyro deuictus est, Cyrus tamen eum humanè tractauit, & ei regnum Hircanorum dimisit. Dario autem filio Astyagis regnum Medorum: ipse autem regnum Persarum sibi retinuit, ita tamen quòd regnum Astyagis & Darij ipsis morientibus ad Cyrum deueniret: & ideo Cyrus Astyage mortuo ei successit, vt hic dicitur. Sed quòd dicunt aliqui, quòd tunc accidit historia Susannæ, vt dictum est, non videtur esse verum: quia Cyrus post Darium regnauit annis triginta vt dicunt historiographi: & tamen quando mortuus est adhuc erat fortis & procedens ad bellum, quia pugnans contra Massagetas mortuus est. Item quando successit Astyagi iam ad minus erat vigintiquinque annorum vel circiter, quia iam ante ipsum in bello deuicerat, vt dictum est. Et sic non videtur quòd Cyrus ante mortem Darij succederet Astyagi per † decem annos vel circa.*

Diuisio

Cyri historia Herodotus lib. j.

Nota

† viginti

a *Erat quoque idolum, &c.* ✠ AMBROS. Primò enim Babylonij
A Deum vocauerunt figmentum Beli cuiusdam, quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur primus egisse.

In 1. capit. Rom.

✠ HIERON. Idolum Baal siue Bel, & (vt apertius dicā) Belis, Assyriorum regio est, consecrata à Nino Belis filio in honorem patris.

In cap. 23. Ezech.

a per omnes amicos eius. Erat quoq; idolum apud Babylonios 1
2 ¶ Id est, vetustas.
nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos simi-
læ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viníque ampho- 2
ræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies a- 3
dorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque 4
b ei rex: Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei: Quia
non colo idola manufacta, sed viuentem Deum: qui crea- 5
uit cælum & terram, & habet potestatem omnis carnis. 6
c Et dixit rex ad eum: Nonne videtur tibi esse Bel viuens 7 8

In c.46. Esa. ✠ IDEM. Post vocationem gētium cecidit, seu confractus est Bel, quem Græci Belum, id est, Saturnum vocant. Cuius
B tanta fuit apud veteres religio, vt ei non solum humanas hostias captiuorū ignobiliúmq; mortalium, sed & suos liberos immolarent.

Epist. ad Rogatia. b *Quia non colo idola manufacta, &c.* ✠ CYPRIANVS. Spiritus Dei patris à confidentibus non discedit, neque diuiditur, ipse in nobis & loquitur & coronat. Sic Daniel cùm compelleretur adorare idolum Bel, quem tunc rex & populus colebant, in asserendum Dei sui honorem plena fidei libertate prorupit dicens, nihil colo, nisi Dominum, &c.

D
✠ IDEM. Daniel Deo deuotus, & Spiritu sancto plenus, exclamat, *Nibil colo nisi, &c.*

L. de exhor martyrij capi. 10.

✠ ATHANASIVS. Daniel ita ad Darium ausus est dicere, *Non veneror idola, &c.*

In illud, Qui dixerit verbū, &c. In Synopsi.

✠ IDEM. Daniel in lacum leonum secūdò abiectus est, quòd sub Cyro rege Bel destruxerat, & dracone interemerat, &c.

✠ IRENÆVS. Quis enim est viuorū Deus, nisi qui est super omnia Deus, & super quē non est alius Deus, quem & Daniel propheta (cùm dixisset ei Cyrus rex Persarum, Quare nō adoras Bel?) annunciauit dicens, Non colo idola manufacta, sed viuum Deum, &c.

L. 4. c. 11.
E

c *Nonne videtur tibi esse Bel viuens Deus? &c.* ✠ IOSEPHVS Heb. factū est vt Darius celebraret solennitatem Bel Dei Babyloniorum, pararétque munus quod offerret illi: Seruauit autem

L. 1. histor. Iud. c. 9.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *circa. Quando autem Darius mortuus est Daniel iam erat octoginta annorum secundum Latinos, secundum Hebræos septuagintatrium: quia à tempore quo fuerat tranmigratio in Babylonem iam transierant septuaginta anni captiuitatis Babylonicæ secundum Latinos, secundum Hebræos autem quinquagintaduo anni. Item vndecim de regno Sedechiæ ante captiuitatem dictam, & post transmigrationem Danielis in Babylonem. Et Da*
C *niel quando ductus est in Babylonem probabile est, quòd esset decem annorum vel circiter ad minus, qui simul sunt anni septuagintatres. Et sic non potest dici, quòd Daniel esset iuuenis illo tempore quo Astyages mortuus est: ergo non fuit tunc historia Susannæ, quia tunc iuuenis erat, vt dicitur in litera:* Suscitauit Deus spiritum iunioris cui nomē Daniel, &c. *Item in litera dicitur, quòd Daniel à die illa & deinceps factus est magnus coram omni populo. Et sic patet, quòd erat iuuenis ætate, quia à iuuentute sua fuit notus in sapientia, vt patet. j. ca. Dan. & ideo non valet solutio aliquorum dicentium, quòd Daniel hîc dicitur iuuenis non simpliciter, quia iam erat magnæ ætatis: sed dicitur iuuenis respectu senum qui accusauerant Susannam, quia iam erat Daniel.* 80. *annorum, vt patet ex prædictis. Senes autem illi non videntur tunc fuisse maioris ætatis, cum adhuc in eis vigeret tanta concupiscentia carnalis, quia iam ante per multos annos dixerat Dauid de vita hominis:* Si autem in potentibus octoginta anni & amplius eorum labor & dolor. *Sic igitur patet, quòd historia Susannæ non accidit tempore quo Cyrus successit Astyagi. Et ideo dicendum est, quòd per mortem Astyagis quæ hic notatur, cum dicitur:* Et rex Astya. *designatur tempus historiæ sequentis quæ facta est sub Balthasar vel Euilmerodach patre suo, secundum quod dicitur in Scholastica historia: & ideo est principium xiiij. c. libri Danielis. Tunc autem Daniel erat prouectæ ætatis & amicus regis Babylonis propter sapientiam suam frequenter ostensam, vt patet ex dictis in libro Danielis, nec adhuc erat destructum illud regnum Babylonis per Cyrum & Dariū, propter quod hæc historia ponitur inter scripturas non canonicas post historiam Susannæ, & ante historiam Iudith, quæ contigit post destructionem Babylonis.*

Historia Belis & draconis. Diuisio

1 Erat quoque. *Hîc describitur historia Belis & draconis, in qua ostēditur Daniel extirpator idololatriæ sicut in facto Susannæ ostēsus est persecutor luxuriæ. Et diuiditur in duas partes, quia primo ostenditur Danielis audacia ad aggrediēdum ardua ex fidei zelo. Secundò, eius constantia ad sustinendum aduersa in mortis periculo, ibi:* Quod cum audissent Babylonij. *Prima adhuc in duas, quia primo ostēditur audacia Danielis obligando se ad talionem mortis in Belis destructione. Secundò ingrerendo se periculo intoxicationis in draconis interfectione ibi:* Et erat draco. *Circa primum quatuor tanguntur.s. erroris accusatio. Secundo: erroris accusati disquisitio, ibi:* Et iratus rex. *Tertio: disquisiti inuentio, ibi:* Occidit ergo illos. *Circa primū considerandum, quòd idola habuerunt ortum à tempore Nini regis Assyriorum, qui mortuo patre suo Belo nomine, fecit imaginem patris ad sui consolationem, & ei deferebat tātum honorem & reuerentiam, quòd confugientibus ad ipsam parcebat, & ex hoc homines cœperunt diuinum honorem impendere illi imagini. Ad huius autem similitudinem in diuersis locis fecerunt imagines amicorum suorum mortuorū, & eis impendebant honores: & sicut idola fabricata sunt ad exemplum idoli Beli prædicti: ita etiam ex eo nominata sunt, quia primum idolum vocatum est Belus, sicut vocabatur ille pro quo factum est idolum. Alij consimiliter nominauerunt, quia aliqui vocauerunt idolum suum Bel, aliqui Beel, aliqui Beelzebub, & aliqui Baal. Apud Babylonios autem vocabatur Bel. Et hoc est quod dicitur hic:* Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel. *Simila est farina delicatissima. Artaba est genus mensuræ continens tres modios: sed cuius quantitatis sit modius hic acceptus non habetur per certitudinem, quia quantitas modij variatur secundum diuersas ciuitates & terras, sed possumus hic aliquid coniecturare per literam sequentem. Illæ enim duodecim artabæ continebant trigintasex modios farinæ: & tantum faciebant de pane quantum sufficiebant sacerdotibus Belis & familiæ eorum qui dicuntur fuisse septuaginta. infrà eodem ca.*

Epiphanius

F

2 Viniq; ampho. sex. *Amphora est vas quadratum habens duas ansas ad modum aurium, vt dixit Isid. xvj. etymol. Amphora autem continet apud Græcos pedem quadratum de vino, & tunc non accipitur solùm pro vase in generali, sed etiam pro certa mensura: quantum autem amphora teneat apud Babylonios de quibus est hic sermo, non habetur per certitudinem in litera: sed solùm per coniecturam secundum sufficientiam personarum quibus ministrabatur illud vinum, sicut dictum est de farina.*
3 Rex quoque colebat eum, &c. *Credens aliquid diuinum esse in eo ex tanta comestione: omnes enim Gentes semper æstimauerunt Deum esse aliquid magnum supra hominem, & ideo omnia mirabilia excedentia virtutem humanam vel secundum rem vel secundum opinionem colebant vt Deos.*
4 Porrò Daniel ado. Deum su. *i. Deum cæli qui licet sit Deus omnium per creationem: dicitur tamen Deus Danielis specialiter per cultum specialem. Sequitur.*
5 Non colo idola manufa. *quia in talibus nihil potest esse diuinitatis, cum sint infra hominem sicut quædam opera humana.*
6 Sed viuentem Deum. *quia ipse est formaliter vita, cum Deus sit suum intelligere quod est nobilissimum viuere, vt habetur duodecimo metaphysicæ. Est etiam Deus vita effectiuè causans in aliis vitā & motum, vt dicitur Act. xvij. f.* In ipso viuimus mouemur & sumus.
7 Et hab. *quia potest omnia ad nihilum redigere, sicut de nihilo creauit omnia.*
8 Et dixit rex ad eū, &c. *Argumentū autem sumit, quòd viuat ex comestione, quia nihil carens vita comedit cum sit actus vegetatiuæ animæ.*

Et

MORALITER.

1 *Erat quoque idolum nomine Bel, & impendebantur in eo per dies singulos, &c.* Per istud idolum quod vt Deus viuens colebatur, eo quòd multa comedere credebatur, significatur gulæ vitium & ex consequenti luxuriæ. Dicit enim Hiero. Venter & genitalia sunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum designatur vicinitas vitiorum. Igitur Bel vel Deum ventrē colunt gulosi & luxuriosi. sicut dicitur Phil. iij. d. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt.* Et de cultu istius Dei dicit Bern. Diis solent templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiendum deputari, immolari pecudes, & thura concremari: Deo ventri templum est coquina: altare, mensa: ministri, coquinarij; immolatæ pecudes, coctæ carnes: fumus incēsorum, odor saporum. Cultores autem Belis deprehensi fuerunt per sapientiam Danielis, sicut dicitur infrà.

Animad.

autem ritum istum in
A sacrificio suo. Parauit
iuuencum vnum, &
decem arietes, centũ
pullos columbarum,
& septuaginta panes
subcinericios pro mẽ
sa eius, atque decem
amphoras vini. Et ait
rex ad Danielem Vti-
nam & tu crederes
in gloriosum & mag-
nificum Deũm nostrũ
B Bel, qui comedit ea
quæ in mensa sunt pa
rata. Respondit Da-
niel. Ne quẽso, incitet
te, neque seducat cor
tuũ ô rex, istud quod
putas fieri in Bel, quo
niam mendacium &
vanitas est, nec est spi
ritus in eo, sed est o-
pus manuũ artifici s.
Sacerdotes eius come
dunt ea quæ parantur
in mensa eius, & certè
imponunt tibi & po-
pulo tuo.

Deus? An non vides, quanta
comedat & bibat quotidie?
Et Daniel arridens: Ne erres 1
rex. Iste est enim intrinsecus
luteus, & forinsecus æreus, ne
que comedit aliquando. Et i- 2
ratus rex vocauit sacerdotes
eius, & ait eis: Nisi dixeritis
mihi quis comedat impensas
has, moriemini. Si autem ostẽ
deritis quoniã Bel comedat
hæc, morietur Daniel: quia
blasphemauit in Bel. Et dixit
Daniel regi: Fiat iuxta verbũ
tuum. Erant autem sacerdo-
tes Bel septuaginta, exceptis
vxoribus & paruulis & filijs.
Et venit rex cum Daniele in
templum Belis, & dixerunt sa
cerdotes Belis: Ecce nos egre
dimur foras, & tu rex pone es 3
cas & vinum misce, & claude ostium & signa an 4
nulo tuo. Et cum ingressus fueris mane, nisi in-
ueneris omnia comesta à Bel, morte morie-
C mur, vel Daniel qui mẽtitus est aduersum nos.

Alias, Confidebant.

Contemnebant autem, quia fecerant sub men- 5 6
sa introitum absconditum, & per illum ingre-
7 diebantur semper & deuorabant ea. Factum est D
8 igitur postquàm egressi sunt illi, & rex posuit
9 cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, &
10 attulerunt cinerem & cribrauit per totum tem
plum coram rege & egressi clauserunt ostium:
& signantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes
autẽ ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem
suam, & vxores & filij eorum, & comederunt
omnia & biberunt. Surrexit rex † summo dilu- † primo
culo & Daniel cum eo, & ait rex: Saluane sunt si
11 gna Daniel? Qui respondit: Salua rex. Statimq;
12 cum aperuisset ostium: intuitus rex mensam, ex

a ¶ Videtur hic falli quod solet dici, Magnam vocem non esse nisi in san
Gis tantum, sed hæc pericope apud Hebræos dicitur non haberi.

13 clamauit voce magna: Mag- a a *Mag.es Bel.* Iose, Vbi suprà.
14 nus es Bel, & non est apud te Heb. Aperientes por-
15 dolus quisquã. Et risit Daniel tam, oculos verterũt
16 & tenuit regem ne ingredere ad mensam, & ecce de
17 tur intro, & dixit: Ecce paut- uoratũ erat quicquid
18 mentum: animaduerte cuius impositum fuerat ei, à E
vestigia sunt hęc, Et dixit rex: pane vsque ad carnẽ,
Video vestigia virorũ & mu- sed & vinum epotatũ
19 lierum & infantium. Et iratus erat. Quod vidẽs rex
20 est rex. Tunc apprehẽdit rex cecidit in terram corã
sacerdotes & vxores & filios Bel & ait: Magnum est
21 eorũ, & ostenderũt ei abscon nomen tuum ô Bel,
dita ostiola, per quæ ingredie & quis est similis ti-
bãtur, & cõsumebãt quæ erãt super mẽsam. Oc bi in omnibus diis
22 23 cidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatẽ gentium in fortitu-
dine? Cui Daniel. Nõ
loquaris sic. Inspice
quæso cineres, &c.

NICOLAVS DE LYRA

1 Et ait Da. & intrinsecus lu. *& per consequens non habens vitam nec viscera nec huiusmodi membra cibum recipientia, & sic patet primũ. s. erroris accusatio per Danielem.*
2 Et iratus rex. *Hic consequenter ponitur errouis accusati disquisitio. Et hoc est quod dicitur:* Et ira. r. *Ratio fuit, quia ille expense fiebant de bursa regis, & alia necessaria sacerdotum dabantur à communitate populi: & sic erant in grauamen regni; hoc enim fuit obseruatum apud omnes Gentes quasi de iure Gentium, quòd sacerdotes vacantes diuino cultui recipiebant necessaria à communitate populi: vel ab illo qui præerat communitati. vnde dicitur Gen. xlvij.* quòd sacerdotes Ægypti non sunt compulsi vendere possessiones suas tempore famis, quia eis victualia præbebantur ex horreis publicis. *Quod sequitur patet in litera vsque ibi.*
3 Tu rex pone escas. *i. tempera aqua, secundum modum illius terræ in qua propter vini fortitudinem non bibitur sine aquæ admixtione.*
4 Et claude ostium. *Hic enim erat modus sigillandi antiquitus, vt habetur Esther. viij. Et in annulo isto erat imago regis sculpta. Sequitur.*
5 Contemnebant autem. *Hoc est pro nihilo habebant facere talem obligationem. Et causa subditur.*
6 Quia fe. &c. int. ab. *Ad quem veniebant per viam subterraneam de domibus in quibus manebant extra templum, quod de leui poterat fieri in ciuitate Babylonica quæ non erat habitata nisi valde diffusè: quia vt dictum est supra Dan. iij. ciuitas Babylonica tenebat octo leucas in quadrum, ita quòd intra ciuitatem erant agri, vineæ & similia, in quibus crescebant terræ nascentia de quibus poterant homines diu viuere obsidionis tempore.*
7 Factum est igitur. *Hic ponitur inquisiti erroris inuentio, quia.*
8 Postquam egressi sunt. *Scilicet sacerdotes de templo.*
9 Præcepit Daniel pueris suis. *idem seruis.*

10 Et attulerunt cinerem, & cribauit per totum templum corã rege. *Ad hoc vt videret rex manifestè quòd nulla vestigia erant ibi, quando exiuit de templo & signatum est ostium vt deprehenderentur sacerdotes per viam aliam intrasse. Quod patet in litera vsque ibi.* F
11 Statimq; cum aperuisset, &c. *Ad videndũ si cibaria erãt comesta.*
12 Exclamauit voce magna. *Ad laudandum Deum suum.*
13 Magnus es Bel. *In virtute qui tanta comedisti, vidit enim mensam vacuam, quòd totum comedisset.*
14 Et non est apud te dolus quisquam. *id est, illa fraudulẽtia quam Daniel affirmabat.*
15 Et risit Daniel. *Ex regia simplicitate.*
16 Et tenuit regem, ne ingrederetur intro. *donec vidisset vestigia illorum, qui de nocte intrabant ad comededendum ea quæ erant posita super mensam, propterquod sequitur.*
17 Et dixit. *scilicet Daniel.*
18 Ecce pauimẽtũ, animaduerte cuius vestigia sunt hęc. Et &c. *Vestigia infantium à vestigiis virorum distinxit per quantitatem pedis quæ minor est in pueris quàm in viris. Vestigia autem mulierum distinxit à vestigiis virorum per figuram, quia mulieres habent calceamenta alterius figuræ quàm viri in terra illa.*
19 Et iratus est rex. *Quia per euidens signum cognouit. s. falsitatem sacerdotum.*
20 Tunc apprehendit rex sacerdotes. *Tanquam conuictos.*
21 Et ostenderunt ei abscondita ostiola. *Quia fuerunt posita in quæstionibus & tormentis ad talia reuelandum.*
22 Occidit ergo illos. *Hic consequenter ponitur erroris inuenti extirpatio per mortem sacerdotum, & destructionem idoli & templi. Et hoc est quod dicitur hic:* Occidit ergo illos rex. *i. occidi fecit.*
23 Et tradidit Bel in potestatem Danielis. *Ad faciendum quidquid vellet.*

✲ Qui

MORALITER.

✝ † *Animaduerte cuius vestigia.* Et sic fuerunt puniti morte sicut ibi dicitur.

22 *Occidit ergo illos.* Daniel autem interpretatur iudicium Dei. Et sic per eius factum significatur, quòd cultores ventris. s. gulosi & luxuriosi per Dei iudicium condemnabuntur, & igni gehennæ tradentur.

✝ Et

L. 1. hist. Iudaic. c. 10.

a *Et erat draco magnus, &c.* ✲ Iosep. Heb. Fuit quoque in diebus illis Deus quidam apud Chaldæos, & hic erat draco magnus habitans in spelunca quadam. Et cùm præparassent ei munus veniebant sub noctem & proiiciebant illud apud draconẽ. Ille autem egrediens in occursum muneris, distendebat rictum oris sui, & tunc iniiciebãt allatũ munus in os eius, & is deuorabat ipsum. Dixerũt q; principes ad regẽ, Putas ne quod Daniel possit illudere huic Deo, qui est viuus, sicut Belo? Quare nõ est tam audax in Deum istum? Certè si ipsum aggredere tur, draco sumẽret vltionem vindicarétque propter nos Belo & templum eiº, & sacerdotes eius.

a Danielis, qui subuertit eum & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quia iste non sit deus viuens. Adora ergo eum. Dixítque Daniel regi: Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens. Iste autẽ non est deus viuens. Tu autem rex da mihi potestatem, & interfi- b ciam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem & pilos & coxit pariter, fecítque massas & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis. Quod cùm audissent Babylonij indignati sunt vehementer, & congregati aduersum regem dixerunt, Iudæus factus est rex. Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt cùm venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex, quòd irruerent in

1 2 3 4 5 6 7 8 9 E
10 11 ✲ Prospe r. Draco
12 nem sine gladio & fu-
13 steperemit Daniel, quẽ L. de præ-
14 admodum sciebat cor dict. parte.
15 ruptibilem posse cor 2. c. 35.
16 rumpi: docens & ostẽ-
17 dens vnum & solum
18 verum Deum esse co-
19 lendum, relictis vanis F
superstitionibus, quibus non tantum Babylonios, quantũ etiã 1
totum mundum sub potestate dæmonum captiuum teneri pro-
pheta cernebat.

B Ait ergo rex ad Danielẽ. Putas ne quod possis versutũ aliquid excogitare cõtra draconẽ Deũ istũ, Nonne est Deus viuus & robustus; Ait ad regem. Nõ erret quæso rex, etiam in isto, quandoquidem sit bestia subiecta manibus hominum, & non sit in ea spiritus Dei. Nunc itaque si permiseris mihi, ego percutiam quoque draconem hunc, & interficiam absque gladio & lancea. Nam Deus noster posuit timorẽ hominis super omnẽ animã reptantis & serpentis in superficie terræ, vt metuat eũ atq; reformidet facié eius. Nã in imagine Dei creatus est homo, quatenus timor sui esset super omnia. Ad quem rex. Vade, & age si quicquam potes. Lætati sunt plurimũ principes, dicentes. Nunc interibit Daniel, & non poterit stare cõtra draconem', Abiens verò Daniel, parauit instrumenta ferrea instar pectinum, quibus lina repurgantur, & coniunxit ea interius, tergum congens tergo, aculei autem eorum prominebant per circuitum limati & acuti, quibus vndique adhibuit variasi D
borum species, præsertim adipem, & alias res pingues, litiram quoque sulphuris & picis apposuit ei, quibus fomentis abscon-
diti sunt aculei ferrei, habuitque formam dimensi. Cúmque Da
niel proiecisset illudin rictũ draconis, suscepit ipsum draco, &
1 deuorauit eum desine
2 rio. At vbi descendit
3 in interiora vẽtris ei-
4 us, dissoluebatur ade-
5 ps & pinguedo à fer-
6 reis aculeis, & ingre-
diebantur viscera dra-
7 8 conis, atque perfora-
bant ea: & ilico cepit
9 draco sentire ingentẽ E
dolorem, corruẽnsq;
mortuus est sequenti
10 die, &c.

Porrò

NICOLAVS DE LYRA

C ✲ 1 Qui subuertit e. *idolum comminuendo.* 2 Et templum e. *ipsum destruendo.* 3 Et erat dra. ma. *Hic ostenditur Danielis audacia in inuasione draconis venenosi. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur inuasionis ratio. Secundò, ipsa inuasio, ibi:* Tu autem Da. *Ratio autẽ inuasionis fuit, quia rex volebat vt Daniel draconem coleret. Et hoc quod dicitur hic:* Et erat draco magnus in loco illo. *idest, in Babylone in quodam templo, in quo locus subterraneus erat vbi ille draco erat.*
4 Et colebant eum Babylonij. *quia sicut dictum est, quando homines videbant insolitum quid & mirabile excedens hominis virtutem, reputabant illud tanquam Deum. Modus autem colendi, vt dicunt aliqui, erat per quædam instrumenta facta de corio vitulino plena aquæ. & ideo dicebant hydrulia, ab hydros quod est aqua. Sacerdotes igitur illius templi percutiebant illa hydrulia virgis, & sic reddebant sonitum terribilem ad quem excitatus draco emittebat aliquando fumum, aliquando ignem: quod homines vulgares videntes istud reputabant quasi sacrum. Et sic inclinati ad terram adorabant, quia in hoc decepti erant à sacerdotibus colentibus illum draconem propter quæstum temporalem quem inde reportabant. Et similiter aliquando fit in ecclesia maxima deceptio populi in miraculis fictis à sacerdotibus vel eis adhærentibus propter lucrum temporale. Et talia. s. sunt extirpanda a bonis prælatis, sicut ista extirpata sunt à Daniele.* 5 Et dixit rex Danieli. *quia iste non sit Deus viuens. Adora ergo eum. Excusauit se Daniel, vt visum est de adoratione Belis, quòd hoc quòd non erat Deus viuens, non poterat autem dicere de draconе, quin haberet vitam.* 6 Dixítq; Daniel regi. Domi. Deume. a. *Non enim negauit Daniel draconem habere vitam simpliciter, sed negauit vitam diuinam: quia solus Deus est vita per essentiam, à quo omnia alia viuificantur, vt suprà dictum est eodem ca.*
7 Tu autem rex da mi. *Hic ponitur ipsius draconis inuasio, & primò Daniel petit huius inuasionis licentiam, dicens:* Tu autem rex da mihi pote. *i. licentiam talem, quòd nullus me impediat.*
8 Et inter. draconem absque gla. *Quod videtur impossibile nisi diuina virtute, propter hoc sequitur.*

Et

MORALITER.

✝ 2 *Et erat draco magnus in loco illo.* Per draconem, de quo dicit Aug. in sermone de quodam: leo apertè irascitur, draco occultè insidiatur: fraus & malicia designatur. & ideo draconem colunt illi qui per fraudem & malitiam veritatem subuertere quærunt, cuiusmodi sunt detractores, adulatores, aduocati cupidi, & iudices iniqui & consimiles. Per sapientiam autem Danielis draco fuit interfectus, sicut dicitur infrà.
10 *Fecitq; massas & dedit in os draconis, &c.* Sic per Dei iudicium condemnatur æternæ mortis fraus, & malitia prædictorum.

✝ Erat

9 Et ait rex: do tibi. Tulit ergo Daniel picem & adipem, &c. *Propter odorem enim pinguedinis calefactæ libenter accepit draco ille massam illam sibi proiectam.*
10 Et diruptus est draco. *Quia cum momordisset massam illam, dentes eius inuoluti sunt propter picem & pilos, sic q; non potuit os aperire & massam illam masticare: & per consequens non potuit respirare: & ei' ani mal valde calidũ: quod patet per effectũ, quia aliquãdo per os emittit fumũ aliquãdo ignẽ, ideo diruptus est vẽter ei' propter defectũ respirationis*
11 Et dixit. *Ecce quem colebatis. q. d. per effectum patet, quòd non erat Deus, nec aliquid diuinum erat in eo.*
12 Quod cum audissent Babylonij. *Hic describitur Danielis constãtia in sustinendo aduersa. Et diuiditur in duas partes. Quia primò describitur magnitudo pœnæ sibi inflictæ. Secundo, modus liberationis diuinæ ibi:* Erat autem Habacuc. *Circa primum aduertendum, quòd duplex pœna fuit inflicta Danieli. Vna fuit pœna mortis, quia missus est in lacum Leonum, vt ab ipsis deuoraretur. Secunda fuit pœna famis, quia subtractus est ei omnis cibus, vt si leones non tangerent eum, saltem fame perirent: & hoc est quod dicitur hic:* Quod cum au. Babylonij. *s. belis destructionem & draconis interfectionem per ipsum Danielem.*
13 Indignati sunt vehe. *Quia fuerunt decepti & incitati per sacerdotes qui pro illo cultu z elabant, quia inde viuebant:* Nec fuit mirum si citò *fuerunt indignati contra Danielem qui erat alienigena & alterius legis: cum esset natione Iudæus.*
14 Et congre. aduer. re. *Quia facta est seditio & commotio populi contra eum pro prædictis.*
15 Dixerunt Iudæus fa. est rex. *Quasi dicant: apostata est à lege, & ritu nostro, & Regum præcedentium, quod probant per factum.*
16 Bel destruxit: draconem interfecit. *quia dedit potestatem hoc faciendi Danieli, qui erat Iudæus. Sequitur.*
17 Trade nobis Danielem. *s. vt moriatur.*
18 Alioquin inter. te & domum tuam. *i familiam tuam.*
19 Vidit ergo rex, quod irruerent in eum vehemen. *Quia furor multitudinis concitata est valde irrationabilis & periculosus.*

Et

Homil. 11. de pasch.

In 1. capti. Rom.

A a *Porrò in lacu erant leones,&c.* CHRYSOST. Cum ieiunio Daniel in lacum leonum ingreſſus eſt,& eorum tantam manſuetudinẽ ſenſit,vt ſimplicitatẽ ouium arbitraretur. Nam beſtiæ in illa feralis ardoris rabie,furoris ſui natura lenita,oblato ſibi cibo parcebant. Et aliquanto tempore fame defectæ,præparatam ſatietatis copiam reſpuebant. (Homili. de Iona.)

✲ IDEM. Vide q̃d Danieli euenerit. Hic cùm à leonibus circumdaretur, quaſi ab hominibus ſtiparetur, ſic intrepidè viuebat. Quandoquidem iuſti fidentia ferarum naturam frenabat, nec ſinebat vt agerent ea quæ feræ ſolent. (Hom. 25. in Geneſ.)

B b *Fer prãdium quod.* ✲ CYPRIAN. Quærẽtibus regnum Dei, & eius iuſtitiam, omnia Chriſtus promittit apponi. Namcùm Dei ſint omnia, habenti Dominum nihil deerit, tantum niſi Deo ipſe deſit. Sic Danieli in leonũ lacum iuſſu regis incluſo prandium diuinitus procuratur,& inter feras eſurientes, homo Dei paſcitur. Sic alitur Helias in fuga, atque ô humanæ malitiæ deteſtanda crudelitas: feræ parcunt, aues paſcunt, homines inſidiantur & ſæuiunt. (De orat. dominica. Matth. 6.)

✲ TERTVL. Danieli in lacum leonum eſurienti, prandiũ merentium exhibitum eſt, quia conſtitui oportebat exemplum docens in tempore præſſuræ,& perſecutionis,& cuiuſcunque circunſtantiæ xerophagijs eſſe viuendum. (L. adu. Pſyc. c. 9.)

c *Et apprehendit eum angelus,&c.* ✲ CYPRIA. A multis ambigitur, an tranſlatio Domini à deſerto in pinnam templi, fuerit corporalis,& ſic de loco ad locum quomodo Habacuc de Iudæa in Chaldæã delatus eſt,& Philippus de Azoto, in occurſum Eunuchi. (Ser. de ieiu. & tent. domini. Act. 8.)

✲ CHRYSOST. Si Habacuc homo conſtitutus à nullo eſt viſus, quando ab angelo per comam capitis portabatur de Iudæa in Babyloniam, quanto magis eſt credibilius de Chriſto non fuiſſe viſum, cùm volens à diabolo aſſumeretur? D (Homil. 5. in Matth. ope. imperf. Matth. 4.)

✲ IOSEPHVS Heb. Angelus tulit Habacuc in cincinno capitis eius, habentem refectionem in manu ſua,& poſuit eum intra foueam ad Danielem. Cúmque Daniel comediſſet & bibiſſet cum eo, extraxit eum angelus, & reſtituit eum in locum ſuum. Daniel autem exultans laudabat atque celebrabat Dominũ, quia ſperauerat in ſalute eius, orans ad Deum ſuum. (L. 1 hiſt. Iu. c. 7.)

eum vehementer,& neceſſitate compulſus tradidit eis Danie- 1
lem.† Qui miſerunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus 2
a ſex. Porrò in lacu erant leones ſeptem, & dabãtur eis quotidie 3
duo corpora & duæ oues,& tunc non data ſunt eis, vt deuora-
rent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ip- 4
ſe coxerat pulmentum,& intriuerat panes in alueolo,& ibat in 5
campum,vt ferret meſſoribus. Dixitq; angelus domini ad Ha- 6
b bacuc: Fer prandium quod habes in Babylonem Danieli, qui
eſt in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine Babylonem nõ 7
c vidi,& lacum neſcio. Et apprehẽdit eum angelus domini in ver 8
tice eius,& portauit eum capillo capitis ſui: poſuitque eum in 9 10
Babylone ſuper lacum,in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Ha- 11
d bacuc,dicens: Daniel ſerue Dei,tolle prandium quod miſit ti-
bi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non de- 12
reliquiſti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Por- †
rò angelus domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo. Ve 13
nit ergo rex die ſeptimo, vt lugeret Danielem, & venit ad la- 14

(† ſuprà 6. c.)

d *Daniel ſer. Dei,&c.* ✲ BASILIVS. Ingredere vetus ac nouum teſtamentum, in vtroque inuenies permultos diuerſis nutritos Dei prouidẽtia modis. Carmelus mõs ſublimis ac deſertus Heliam itẽ deſertum habuit, viaticum cibúſque ei ſpeſerat in Deo. Hũc auium rapaciſſimi & voraciſſimi corui cibum ei attulêre, qui alienas ſolebant eſcas inuadere. Lacus item Babylonius Iſraelitam, captiuum quidem caſu, animo verò ac propoſito liberum. Ad hunc leones eſurientes immiſſi præter naturam abſtinêre. Pauit eum Habacuc, ab angelo cum obſonijs longè deportatus: & ne vir ſanctus inedia præmeretur, temporis momento tantum veniendo penetrauit, quantum à Babylonia diſtat Iudæa. E (Hom. in diuites auar.)

✲ IOSEPHVS HEB. Rex audiens vocem exultantis Danielis & iubilum laudis eius, non potuit loqui cum eo, quia fletus intercepit vocem eius. Confortans tamen ſemetipſum clamauit: *Daniel, &c.* Reſpondit Daniel. Vtique eripuit me Deus de ore leonum,& ſic clauſit os eorum coram me, vt exultantes occurrerint mihi, ſicut facere ſolent domeſtici mei. Sic enim præcepit eis Deus meus in quo ſperaui. (L. 2 hiſt. Iu. c. 7.)

Porrò

C

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et neceſſitate com.tra.eis Da. *Non enim poterat rex ita citò congregare exercitum ad cohibendum multitudinis concitatæ impetum: & ideo oportebat, quòd traderet eis Danielem, vel quòd moreretur cum tota familia ſua. Item videbat, quod ipſo mortuo Daniel non euaderet mortem, quia propter ipſum inſurgebat multitudo contra regem. minus autem malum videbatur prima facie, quòd ſolus Daniel traderetur morti, quàm quòd ipſe & rex & familia ſua morerentur. ideo tanquàm minus malum ſecundum æſtimationem tradidit eis Danielem: & maximè quia confidebat ipſum per diuinam potentiam liberari: ſicut audiuerat liberationem ſociorum Danielis de camino ignis.*

2 Qui miſerunt eum in la.leonum & erat ibi ſex diebus, &c. *Ex hoc patet quòd miſſio Danielis in lacum eſt alia ab illa quæ facta eſt tempore Darij, vt dictum eſt ſuprà. cap. vj. quia tunc non fuit in lacu niſi per vnam noctem. vt patet ibidẽ. hic autem dicitur fuiſſe in lacu per ſex dies. Similiter patet hic alia de cauſa. quia fuit poſitus in lacum tempore Darij, eò quòd fuit impoſita ſibi tranſgreſſio regij edicti. qui (vt ibidem dicitur) poſuerat edictum vt nullus peteret aliquid à Deo vel homine niſi à rege vſq; ad triginta dies. Daniel autem infra iſtud tempus inuentus eſt adorare Deum: propter quod miſſus fuit in lacum leonum: cauſa autem quare dicitur hic poſitus in lacum leonum, eſt alia ſcilicet deſtructio Belis & interfectio draconis.*

3 Porrò in lacu,&c. *Hic tangitur pœna famis. Dimiſſus eſt in lacu per ſex dies naturales ſine cibo, & interim denegatus eſt leonibus cibus conſuetus, vt citius deuorarent Danielem.*

4 Erat autem Habac. *Hic conſequenter ponitur ipſius Danielis liberatio, & primò ponitur liberatio eius à pœna famis, ſecundò à pœna miſſionis in lacum, ibi:* Venit ergo rex. *In prima parte dicitur ſic:* Erat aut. Habac. pro. in Iud. *Hic eſt vnus de duodecim prophetis, vt videtur Hieronymus ſentire in prologo.*

5 Et ipſe coxe.pul.&c. *Nomen eſt vaſis facti ad reponendum cibos, & dicitur ex ſimilitudine alui, id eſt, ventris, vbi cibi reponuntur, & inde alimentum ad ſingula membra virtute caloris naturalis defertur.*

6 Dixítque angelus domini ad Habac. Fer pran. quod hab. in Baby. Da. *Q.d. ipſe indiget. Cibus eſt ei denegatus.* F

7 Et dixit Habac. Do. Baby. non vidi. *Et ideo neſcirem illuc ire.*

8 Et lacum neſcio. *Et ideo dato, quòd iam eſſem in Babylone neſcirem Danielem inuenire. Iſta dixit ſe excuſando.*

9 Et appreh.eum ange.do.in ver.eius. *Angelus autem apparebat in corpore aſſumpto, & ideo dicitur apprehendiſſe caput, quia poſuit manum in caput eius.*

10 Et por.eum capi.cap.ſui. *Non eſt ſic intelligendum, quòd virtus angeli ſolummodo tangeret capillos eius, ſed totum corpus ſecundum quod hic dicitur: quia poſuit manum ſuper caput eius, vt dictum eſt.*

11 Poſuitque eum in Baby.ſuper la.in impe.ſpi.ſui. *id eſt, virtutis ſuæ. Nec eſt mirum, ſi angelus portauerit hominem per tantum ſpacium terræ in modico tempore, quia vnus angelus reuoluit orbem circualiter in vno die: ad quem tota terra comparata non niſi ad punctum. Sequitur.*

12 Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus. *Prius enim benedixit Deum, quàm ſumeret cibum. Hæc eſt enim conſuetudo laudabilis.*

13 Venit ergo. *Hic ponitur liberatio Danielis de lacu cùm dicitur:* Venit ergo rex die ſep. *Quia Daniel erat condemnatus ad hoc, quòd ſtaret ibi per ſex dies naturales.*

14 Vt lugeret Danielem, & venit ad,&c. *Quia probabiliter credebat ipſum mortuum.*

Et

MORALITER.

† *4 Erat autem Habacuc pro. in Iu.* Habacuc autem interpretatur fortis luctator,& ſignificat hominem ſapientem ratione prophetiæ, & conſtãtem pro defenſione iuſtitiæ ratione interpretationis. Et ſicut Habacuc conſolatus fuit Danielem, miſſum in lacum iniuſtè, ſic iſte conſolari nititur omnem qui iniuſtè patitur.
† *Porrò angelus do.&c.* Per quod ſignificatur, quòd defenſor iuſtitiæ & oppreſſorum conſolator, angelico miniſterio ad locũ ſibi præparatum in empyreo deducetur, quod nobis concedat,&c.

A a *Porrò illos qui perditionis,&c.* ✲ CHRYSOST. Danielem leones ſicut oues circumdabant & ſuperna gratia retuſa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant. Nam quod ferocitatem non exercerent feræ, hi qui feris truculentiores erant, reipſa diſcebant. Hoc autem ad maiorem ipſorum accuſationem factum eſt, quia ratione inſigniti, crudelitate beſtias ratione carẽtes vincebant. Tandem didicerunt cùm in lacum coniecti fuerũt, quòd non eſſet apparẽtia vana quod leones iuſto pepercerãt quaſi reueriti eum, non audentes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouium mãſuetudinem,& naturę obliuiſcebantur, in iſtos autẽ ferociam ſuam declarabant. Sic quãdo ſuperna gratia munimur, non ſolum effugimus inimicorum inſidias, ſed & ſi in beſtias incidimus, nihil patiemur graue. Dei enim manus potentior eſt omnibus, ipſa nos vndequaque ſatis munit & inuictos facit: id quod & in iuſto hoc declaratum eſt. (Hom. 57. in Geneſ.) D

✲ IDEM. Daniel cultor Dei, amator iuſtitiæ, veritatis defenſor. dum in aſſerendo Deo regis edicta contemnit,& leonum rabiẽ vicit,& de inimicorum interitu exultauit.

cum & introſpexit, & ecce Daniel ſedens in medio leonum. Et 1
exclamauit voce magna,rex dicens: Magnus es domine Deus 2
a Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.† Porrò illos qui per 3
ditionis eius cauſa fuerãt,intromiſit in lacum:& deuorati ſunt 4
in momento coram eo. Tunc rex ait: Paueant habitantes vni- 5 6
uerſam terram Deum Danielis: quia ipſe eſt ſaluator & libera- 7
tor, faciens ſigna & mirabilia in cælo & in terra, qui liberauit
Danielem de lacu leonum.

✲ IOSEPH. Heb. Sæuierunt leones in Babylonios antequam peruenerunt ad fundum foueæ (nihil enim diſcerpſerant ab heri & nudius tertius) deuorauerúntque eos veluti placentas gratas, comminuentes etiã oſſa eorum,& rugierunt ſuper eos: vt etiam vox ſonitus eorum in longinquum diffunderetur. Expauerunt autem ad vocem eorum omnis populus, dixerúntque: Egreſſi ſunt leones de fouea,&c. E

B

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et ecce Daniel ſedens. *viuus & ſanus.*

2 Et exclamauit rex vo.ma.di. Magnus es domine Deus Dani. *Viſo enim miraculo magnificauit diuinam potentiam.*

3 Et extraxit eum. *Iam enim tranſierat ſeditio populi, & maximè quia videbant per effectum virtutem Dei ipſius.*

4 Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerunt. *incitando multitudinem populi ad clamorem prædictum & ſeditionem.*

5 Intromiſit in lacum. *Iſtud enim fuit iuſtum ſecundum legem talionis, ex quo declarata fuit iuſtitia Danielis.* C

6 Et deuorati ſunt in momen. *in quo apparuit ſaluatio Danielis magis miraculoſa.*

7 Tunc rex ait: Paueant ha. *Viſo enim miraculo prædicto rex voluit magnificare diuinam potentiam, non ſolùm in Babylone, ſed in toto regno ſibi ſubdito. & hoc eſt quod dicitur hic:* Paueant, *id eſt, timeant blaſphemare:* Habitan. in vniuer. ter. *Hyperbole eſt ad exprimendum magnitudinem ſui regni, quia non omnis terra erat ſibi ſubiecta.* Deum Danielis. *licet enim ſit Deus omnium. dicitur tamen hic Deus Danielis per cultum ſpecialem, & quia ipſum Danielem ſpecialiter ſaluauerat per euidens miraculum. & hoc eſt quod ſubditur:* Quia ipſe liberator & ſaluator fa. ſig. *id eſt, opera ſuper naturam quæ homines inducunt ad cognoſcendum diuinam excellentiam, quia diuina potentia & miſericordia cognita eſt in liberatione Danielis, & ſua iuſtitia in ſuorum accuſatorum deuoratione: & per hoc rex gentilis & populus ei ſubiectus fuit inductus ad laudandum deum, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.* F

Finit Daniel propheta cum additionibus quæ non ſunt de canone.

Incipit prologus ſancti Hieronymi in librum duodecim prophetarum.

NON idẽ ordo eſt duodecim prophetarũ apud Hebræos qui eſt apud nos. Vnde ſecũdũ id quod ibi legitur, hic quoque diſpoſiti ſunt. Hoſeæ commaticus eſt, & qua ſi per ſentẽtias loquens: Iohel planus in principijs, in fine obſcurior: & vſq; ad Malachiam habent ſinguli proprietates ſuas: quem Eſdram ſcribam legisq; doctorem Hebręi autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos ô Paula & Euſtochiũ admonitas ſcire volo vnum librum eſſe duodecim prophetarũ, & Hoſeæ σύγχρονον ſynchronon Iſaię: Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tẽpus nõ præfertur in titulo, ſub illis eos regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi qui ante eos habent titulos prophetauerũt.

Item alius prologus.

REgulæ ſunt hæ ſub quibus ſignificationibus nominum ad quas tribus per prophetas ſermo domini dirigatur. Quotieſcunque ad decem tribus tenditur prophetia, ſub his nominibus deſignãtur: id eſt Ephraim, Samaria, Iſraël, Ioſeph, Iezrahel, Bethel, Bethauem,& interdum Iacob. Quãdo autem ad duas loquitur tribus, ſub his nominibus ſermo profertur: id eſt, Iuda, Ieruſalem, Beniamin, domus Dauid,& interdum Iacob. Aliquotiens Iſraël ad totas duodecim tribus refertur. Duplex eſt apud Hebręos ſentẽtia de his quatuor verſibus, qui in capite ſunt prænotati. Plerique enim dicunt, quòd ab Eſdra ſcriba in omnibus prophetis ſic fuerit titulatum, vt præſcripto vniuſcuiuſq; nomine prophetia cuius ſit ſequens noſcatur. Ipſe eſt autem Eſdras, qui vltimus prophetarum Malachiæ nomine ſcribitur. Alij verò dicunt, quod ab ipſis prophetis per ſpiritum ſanctum, vt cætera ſunt ſcripta.

Incipit prologus in librum Hoseæ prophetæ.

A TEmporibus Oziæ, & Ioathæ, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filij Iohas regis, Hosee filij Beeri ad prophetiam dicendũ spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israël dominum derelinquentes (vt historię Regum & Paralipomenon indicãt) etiam Israël idololatriæ crimen imperio ac potestate sua admittere coëgerunt. B Propter quod Deus ad Hosee hæc locutus est, dicẽs: † Accipe tibi vxorem fornicariam, siue fornicationum, & fac filios fornicationis. (Infr.14.b) Fornicariam itaque non † elocati corporis meretricem, (†el ectione) sed Gentilem Deum ignorantẽ appellat, quæ Dei creatoris sui amore contempto, simulacrorum se subiecit desideriis. Sed cùm Dei præcepto propheta in hac re paruisset, conceptum ex ea filium Iezrahel præcepit nominare, Deo pollicente post breue tempus sanguinem Iezrahel in domo Iehu vindicare. Cuius promissionis hæc causa est, Iehu per Elisæum in regem inuncto ad defendẽdum sanguinem Naboth, cuius Iezrahel (quæ tunc temporis metropolis erat) quem Iezabel Achab regis Israël vxor interemerat, sicut Regum historia exponit. Is cùm grauiter iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causa in omnem memorati domũ desæuisset, hoc peracto dominum dereliquisse inuenitur: cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehensus est) originis suæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Israël agente: sanguis Naboth, qui in loco certo Iezrael fuerat profusus in domo Iehu † patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus significatur. (†procuratoris.) Hinc factum est, vt ira Dei vel populo Israël per denuntiationem prophetæ processura deberetur. Domui autem Iudæ misericordia lectione comprehensa ob hoc promissa est, † quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idolis, quæ tam pater eius, quàm cæteri reges consecrauerunt, templum Dei purgasse, & purificasse monstratur. († 4. Regũ. 18.a.) E

Argumentum in eundem.

HOSEAE crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrael, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari.

Incipit postylla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super librum duodecim prophetarum, Primo eiusdem præfatio.

C DVodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo. *Eccl.xlix. Sicut in libro psalmorum psalmi à diuersis autoribus compositi in vno libro complectuntur, qui dicitur liber Psalmorum, vt ibidem fuit plenius declaratũ, sic prophetiæ. xij. prophetarum in hoc libro reponuntur, qui dicitur liber. xij. prophetarum: de quo potest accipi verbum propositum,* Duodecim prophetarum, &c. *In quo duo notantur in generali, scilicet, autorum qualitas: cum dicitur:* Duodecim prophetarum ossa pullulant. *& libri huius vnitas, cum dicitur:* De loco suo: *quia hîc coartantur quasi in vno loco. Circa primum in xij. prophetis quatuor fuisse notantur, scilicet,* (Quid significatur per. xij. prophetas) *Numerus conueniens, ibi* Duodecim. *Visus inspiciens.* Prophetarũ. *Virtus stabiliens:* Ossa. *Et fructus prosiliens:* Pullulãt. *Circa primum satis patet ex nomine, quòd numerus duodenarius ex denario & binario componitur. Per denarium verò decem præcepta decalogi. per binarium autem dilectio Dei & proximi designantur: Isti prophetæ decem præcepta decalogi ex dilectione Dei & proximi seruauerunt, & alios ad hanc obseruantiam efficaciter induxerunt, vt patet ex processu huius libri: propter quod sub numero duodenario conuenienter colliguntur: & ideo in duodecim patriarchis figurantur, quia tanquàm patres fideles populi ipsum ad obseruãtiam decalogi ex charitate Dei, & proximi verbis & operibus inuitauerunt. ideo de ipsis potest dici illud Gene. 35.* Erãt autẽ filij Iacob duodecim. *Per Iacob (qui supplãtator interpretatur) ipse Deus omnibus præsidẽs & sub pedibus suis tenẽs intelligitur, cuius filij per adoptionis gratiã fuerunt isti. xij. prophetæ: & sic patet primum. Circa secundum considerandum, quòd, sicut visus corporalis stat ad superficiem visi corporis & vltrà nõ progreditur, sic intellectus naturali cognitione stat ad illud quod ex sensibilibus potest cognosci, nec vltrà potest progredi. Sed intellectus propheticus lumine diuino confortatus progreditur vltrà. s. ad cognoscendum futura contingentia, cordiũ occulta, & similia: sicut plenius fuit declaratum in principio libri Psalmorũ. & ideo prophetæ antiquitus appellabantur vidẽtes, quia videbant illa quæ alijs erant occulta, secundũ q dicitur. j. Re. ix.* Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. *verũtamen, quia hoc fiebat virtute diuina. ideo dicitur. ij. Petri. j. d.* (Diuisio) Nõ voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. *& sic patet secundum. Circa tertium sciendũ, q accipiendo generaliter ecclesiam, vna est veteris test. ac noui, secundum q dicit Greg. homel. vij. Quis patrisfamilias rectius similitudinem tenet quàm conditor noster, qui eos quos cõdidit sic possidet, sicut dominus subditos in domo qui habet vineam vniuersalem. s. ecclesiam, quæ à primò Abel iusto vsq; ad vltimũ electum qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit: & sicut est vna ecclesia, sic est vnum ecclesiæ corpus. Huius autem corporis robur tempore vet. te. cõstitit in sanctis prophetis, propter quòd meritò dicuntur huius corporis ossa. & ideo in persona huius corporis dicit Mysticè sanctus Iob. x. c.* Ossibus & neruis compegisti me. *Quia corpus ecclesiæ ve. te. compactum fuit & fortificatum, per sanctos prophetas, qui pro veritate fidei & morum constanter steterũt contra idololatras: & plures eorum per martyrium transierunt, vt Amos & Isaias & plures alij: & ideo meritò dicũtur ossa propter actuum fortitudines: & etiam nerui propter connexionẽ charitatis, & sic patet tertium. Circa quartum considerandum, quòd. xij. prophetæ nõ solum in vita verbis & exemplis fecerunt fructum optimum, sed etiam post mortem: & facient vsque ad finem mundi per doctrinam eorũ in hoc libro contentam, propter quod meritò dicuntur continuè pullulare. propter quòd de quolibet eorum potest dici illud Eccle. l. b.* Quasi oliua pullulans, & quasi cypressus in altitudinem se extollẽs. *Per pullulationem oliuæ intelligitur fructificatio pinguedinis gratiæ in vita præsenti, & per altitudinem cypreßi consequutio beatitudinis in futuro: & vtrũque consequuntur fideles vitam eorum imitando & doctrinam implendo, & sic patet quartũ, & per cõsequẽs tota pars prima prin. Circa secundum notatur libri vnitas, considerandum quòd isti xij. prophetæ vno spiritu fuerunt inspirati, & ad vnum finem similiter ordinati, & ad inuicem Charitate vniti, propter quod decenter sunt in eodem libro collocati quantũ ad eorũ doctrinam: quod notatur in vnitate loci, cum dicitur.* De loco suo, *de quo potest exponi quod dicitur Iob. xxxviij. a.* Auro locus est in quo cõflatur. *In sacra scriptura per aurum intelligitur sapientia diuina, quæ fuit in istis proph etis, & sicut minera auri pluribus portionibus colligitur, & in vna fornace ad conflandum ponitur, & sic in vnam massam redigitur. sic sapientia diuina in istis pluribus prophetis refulgens in hoc libro colligitur ad instructionem fidelium, vt in præsenti cognoscant Deum per fidem, & in futuro per apertam visionem: Ad quam nos perducat qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.* F

A *ADDITIO.*

In prologo. 12. Prophetarum. *Vbi dicitur in Postilla.* Sicut in libro Psalmorum Psalmi à diuersis autoribus compositi &c. *Secundum sententiam beati Augustini omnium Psalmorum in Psalterio contentorum autor fuit ipse Dauid, licet quidam Psalmi ab alijs intitulentur, vt ab Asaph & filiis Chore, & huiusmodi: Quæ quidẽ sententia licet ei ab aliquibus contradicatur, nihilominus probabilior videtur & verior: prout sufficienter fuit declaratum in additione super Psalmum primum.*

D REPL. *In præfatione 12. Prophetarũ Postillator dicit: Sicut Psalmi à pluribus editi continentur in vno libro Psalmorum, ita isti prophetiæ ponuntur in vno libro prophetarum. Cõtra Burg. dicit omnium Psalmorum Dauid fuisse autorem secundum opinionem beati Augustini. Quid autem mihi videatur ad concordandam opinionem sanctorum doctorum August. & Hieronym. vide supra circa primum Psalmum in correctorio.*

(Haymo. Ordo prophetarum) ORDO duodecim prophetarum secundum. LXX. talis est: *Hoseæ, Amos, Micheas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuk, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias. Secundum verò Hebræos quos & Hieronymus, sequitur, talis est ordo: Hoseæ, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuk, Sophonias, Aggæus, Zacharias. Malachias. Hic autem exponitur translatio secundum Hebraicam veritatem à Hieron. facta & composita.*

Nomina Reg. 10. tribuum: Hieroboam, Baasa, Zamri, Achab qui & Acha, Ioram, Ioachaz, Ieroboam, Sellum, Phacea, Hoseæ, Nadab, Hela, Amri, Hozias, Iehu, Ioas, Zacharias, Manahem, Phaceæ vltimus. (Ordo regũ Israel & Iudæ. Rupertus)

Nomina Regum duarum tribuum: Roboam, Asa, Ioram, Athalia, Amasias, Ioathan, Ezechias, Amon, Ioachaz, Iechonias, qui & Ioachin, Abia, Iosaphat, Ochozias, Ioas, Ozias, Achaz, Manasses, Iosias, Eliachim, Sedechias.

B E

Incipit liber 12. Prophetarum & Primo Hoseæ.

CAP. I.

a (Histo.) VErb. do. HIERONYMVS. Materia Hoseæ triplex est. Alia est enim secundum historiam, alia secundum Tropologiam, alia secundum Allegoriam Loquitur enim secundum Histor. de 10. tribubus quæ vocãtur Israel & Ephraim & Ioseph & Samaria & Iezrael propter diuersas causas, quæ ex sequentibus patebunt. In quo intendit per increpationem. 10. tribuum duas tribus Iudam & Beniamin in mandatis Dei stabilire. Secundum Tropologiam (Tropo. Alleg.) Materia sunt hæretici scripturã sacram deprauantes, in quo intendit ecclesiasticos viros contra eorum prauitatem munire. Vnde apparet, q quæcunq; Hoseæ cõtra Ephraim loquitur, ad personã hæreticorũ referuntur. C Secundũ Allegor. Materia, sunt ecclesia & ecclesiastici viri. Prophetauerunt autem eisdem tẽporibus Hoseæ & Isaias & Ioel & Amos & Abdias & Ionas & Micheas, de captiuitate decem tribuũ, & destructionem illius regni quidam eorum viderunt. Quod inceptum a Ieroboã filio Nabath vsque ad Hosee annis 250 permansit.

Incipit liber Hoseæ Prophetæ.



CAPVT I.

¶ Hoc est: & est quasi titulus libri. a ¶ Verbum quod erat in principio apud patrem factum est. i. loquutum est, vel factum & vt loqueretur ad prophetam.

VErbum domini quod factũm est 1
a ¶ Saluator. b ¶ Putei mei.
ad Hõseæ filium Beẽri in diebus 2
a ¶ Fortitudo domini. b ¶ Domini consummatio. 3
c ¶ Virtus. d ¶ Imperium domini.
Oziæ, Iõathan, Achã, Ezẽchię regum Iuda, & in 4

HIERONYMVS. Hoseæ interpretatur Saluator. Factus est autẽ sermo dñi ad prophetã, vt prophetã quodãmodo inspirando Deum facere & Saluatorẽ populi sui, annũciando illi verba Dei, & præbẽdo exempla benè viuendi. Sancti autẽ ad quos fit sermo dñi sunt dij & Saluatores per gratiã, cũ sit vnus Deus & Saluator p naturã. qui per omnes illos præfiguratus est. Significat ergo Hosee Christũ filiũ eius putei qui de seipso dicit: *Dereliquerũt me fontẽ aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas quæ aquas non valent cõtinere.* (Iere. 2. c.) Habet enim puteus aquas de viuo fonte manantes. Cisterna verò exterius aduẽtitias quas & refrigerat.

b *In dieb. Oziæ.* HIERON. Hi reges regnabãt in populo Dei cuius nomẽ est cõfessio: sed in Israel qui sibi idola fecerat, regnabat Ieroboã, q interpretatur chronimos. i. tẽporalitas vel mora, quia mundum amauit, & in ipso ipsius amore morari studuit, non inquirens futuram.

HIERON. Ozias qui & Azarias regnauit in Ierusalẽ super duas tribus. 52. annis, cui succedens Ioathã filius regnauit annis. 16. post quẽ filius eius Achaz similiter annis 16. cuius anno 11. decem tribus captiuatæ sunt à Salmanasar rege Assyriorũ alias Chaldæorũ & in montibus Medorũ locatę. Post Achaz regnauit Ezechias filius eius annis 29. Vñ patet Hosee & ante captiuitatẽ prophetasse sub Ozia & Ioathã & ipsum ingruẽtẽ sub Achaz luxisse, & præteritã propter emẽdationẽ Iudæ retexuisse sub Ezechia rege. (4. Reg. 9. a.) Eo autẽ tẽpore, quo Ozias cœpit regnare sup Iudã, regnabat. 12. anno super Israel Ieroboã pronepos Iehu: cui Iehu dñs pmiserat q vsque ad quartã sobolẽ filij eius regnarent eò q interfecisset Iezabel & duos impios reges, Iorã regẽ Iudæ, & Achab regẽ Samarię cũ 70. ei⁹ fratrib. F

HIERON. Hosee de tribu Isachar fuit ort⁹ in Bethsemez: hic prenũcians dedit signũ: *Veniet dominus in terra sicut quercus est in Silo &c.* Hic i terra sua sepultus placita quiete dormiuit. Gerit autẽ figurã Christi, q ex fornicatione gentiũ accepit in corpore suo ecclesiã: prophetauit verò cõtra decẽ tribus, pauca de duabus loquens. Prophetauit autem historialiter, Iudæos in vltimo tempore ad Christum redituros. Tertium quoque diem dominicæ resurrectionis prædixit.

HIERONYMVS. Mirum videtur secundũ superficiẽ historiæ: cur vel dñs iusserit, vel cur propheta iussus accipere fornicariam paruerit. (Quomodo Hosee videtur ducere fornicariam.) Sed neque dñs rẽ turpẽ pręcepit, nec propheta obediendo peccauit, sed potius fornicariã ad pudicitiã reuocauit, & manens in bonitate sua de mala fecit bonã. Quod autẽ in eo fit carnaliter, in Deo fit spiritualiter, q accepit Synagogã viri sui immemorẽ, & cũ multis diis gentiũ fornicantẽ. Et notandum, q & in hoc propheta & in aliis, ita de aduẽtu Christi & de vocatione gentiũ prænunciatur, vt radix historiæ secundum hoc q litera sonat penitus nõ deseratur: sed quæ dicũtur à propheta suo

Incipit Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super librum Hoseæ Prophetæ.

CAP. I.

1 VErb. dom. *Liber iste in 12. partes diuiditur secundũ 12. prophetas: & partes notæ. Prima autem pars in qua continetur prophetia Hoseæ diuiditur in proœmiũ & tractatum qui incipit ibi:* Principium loquendi. *In proœmio primò ostenditur prophetæ genus, cum dicitur.* 2 Ad Ho. fi. Be. *Et fuit iste Beeri propheta sicut & filius, licèt eius prophetia non habeatur: sicut nec de multis alijs qui tamen in scriptura prophetæ nominantur, habent enim Hebræi pro regula, q quando in principio alicuius prophetiæ patris nomen exprimitur prophetam fuisse intelligitur, secundò ostenditur prophetiæ tempus: cùm dicitur.* 3 In die. Ozi. Io. *Temporibus enim istorum quatuor prophetauit.* 4 Et in di. &c. *Iste enim Ieroboam fuit rex Israel, & nominatur hic, quia regnauit cum Ozia rege Iuda. 14. annis.*

Principium

MORALITER.

1 *Verbum do. quod fact. est &c.* Sequitur. *Et di. do. ad Hoseæ. Vade sume ti. vxo. for. &c.* Per Hoseæ prophetam, qui de mandato domini accepit vxorem Gentilium, & eius filios adoptauit, significatur homo bonus & literatus qui de voluntate domini suscepit ecclesiam regendam secularem vel religiosam, moribus ta-

phęta suo tempori conueniant,ne concionẽ cui propheta loquitur,non docere de his quæ æstimat, sed de incertis & futuris ludere videatur.Duæ ergo mulieres quas Hoseę accepit.s.Gomer meretrix quæ tres filios peperit,& alia quæ 15,argenteis conducitur,& vocatur adultera,referuntur ad Israel & Iudam.

Tradunt Hebræi omnes patres vel auos vel propinquos prophetarum,quorũ nomina in principiis illorum præponũtur ꝓphetas extitisse, licet eorum non legãtur vaticinia. Vnde patet, quod & Beeri pater Hoseæ prophęta fuit.

Notandum, ꝙ ad Hoseę locutus est dñs inspirãdo ei prophetiam, & ĩ Hoseę locutus est,id est per Hoseę aliis proponens doctrinam.*Prin.lo.in H.* Quia etiam alij prophętæ sub Ozia Ioathã & Achaz prophetauerunt,& nomina eorum in suis titulis posuerunt,potest dici,ꝙ primum ad Hoseæ sit loquutus,& postea ad cæteros:vel ad Hoseę primum sic hæc locutus quæ sequũtur de fornicaria: postea verò cæteta.

✠ Epiphanivs. Osea propheta alius Beeri, in Belomoth,de tribu Isachar progenitus,signum dedit,dominũ videlicet venturum cælitus in terram: cæterùm hoc fore indiciũ adnentus eius.Si quercus illa in Solem findatur à seipsa in partes bis senas,& fierent totidem quercus,& accedit ita. Cæterum de fornicatione & stupro gentis suæ vaticinatus est haud parum. Vitam cùm posuissent in pace,propria terra humatus est.

a *Principium loquendi &c.* ✠ Theodoret. Hoc est,nihil ante hoc ipsum mihi præcepit dominus,sed simul ac ad me verborum initium fecit,statim iussit me vxorem fornicationis ducere,& filios fornicationis procreare,& addit causam. *Quia fornicans fornicabitur terra &c.* Ad ista adiungit quemadmodum sine dubitatione imperatum fecerit: atque dedit nomen meretricis & explicat ex qua nata sit,& partus nomen ostendit, qui etiam matrimonium instituit.

b *Vade fume tibi vxor.* ✠ Athanasivs. Ex quo Hoseę mulierem meretricem accepit, acceptam resipiscere fecit, & ad se subduxit,significauit Ecclesiam ex gentibus colligendam.

✠ Avgvst. Hoseę propheta quanto profundius loquitur, tanto operosius penetratur.Sed aliquid inde sumendum est, & hic ex nostra promissione ponendum.

✠ Idem. Quod in aliis personis plerũque flagitiũ est,in diuina vel prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est. Alia quippe est inperditis moribus,alia in Hoseæ prophetę vaticinatione coniunctio meretricis.

✠ Idem. Restat in maledicis & sacrilegis reprehensionibus Fausti,quibus nũc respondeo dñs ad Hoseę dixit, *Accipe tibi vxorem fornicariã &c.* Quid enim aduersũ clementiæ veritatis, quid inimicum fidei Christianæ, si meretrix relicta fornicatione,in castum,coniugiũcõmutetur? Et quid tam incongruũ & alienũ à fide prophetæ q̃ si non crederet omnia peccata impudicæ dimissa esse in melius commutatæ:Itaque cùm meretricem propheta fecit vxorem , & ad vitam corrigendam mulieri consultum est, & figuræ sacramentum de quo mox loquemur.

lib.22. cõt. Faust.c.80.

† Hoc primũ loquutus est dominus in Hoseæ. † 23.q.1.c. pe.& vl. † fornicationis.

✠ Ambros. Dñs iubet cum ea quæ fornicaria fuerit, esse coniugium:cuius coniugij fructus est Christus. Namque filio qui ex fornicaria est natus à domino nomen impositum est Iezrahel,quod est,diuina generatio.

Apolog Dauid.cap.10.

✠ Idem. Raab meretrix Ecclesiæ typũ habuit,quæ per sanguinem Christi,ruinã mundi istius secura non metuit. Sic.n.ait propheta: *Accipe tibi vxorem forn.&c.* Vbique.n.cultura idolorũ, fornicatio nũcupata est,vt & in Apoc. *Finis fornicari seru.me. &c.*

lib.de Salomone ca.5.

Apoc.2.

✠ Theo. Postquã Deus ad homines ex inueterato morbo laborãtes verba faciens,nõ verbis persuasit,rebus adumbratis futura ostendit,visorũ que admirabilitate ad speculationẽ eos qui ad peccata oduruerunt & percalluerant,trahit. Efsiam nudum cõspiciẽtes,ad insolitæ rei spectaculũ accurrerũt,illiusmodi causam incessus cognoscere studentes.Qui Ezechielẽ omnia illa facientẽ viderũt,factorũ causam sciscitabãtur. In hũc modũ Dñs beatũ Hoseę ornat & cõparat ad ducendã vxorẽ impurã,vt hoc genere facti,populi impietatẽ coarguat,& suã tolerãt iã incredibilẽ ostẽdat.Itaq; nõ libidini seruiẽs,sed nutui diuino , accepit meretricẽ.Omnib.autẽ nuptis grauior & laudabilior hæc societas fuit,& ꝙ ex Dei arbitrio facta fuerit: & ꝙ Deũ expresserit, & designatione quadã retulerit vt sanctus ille sponsum se fecit contaminatæ multitudinis Israelitarum.

LXX.Tolle tibi vxorem fornicationis & filios fornicationis. Iubetur autem sumere fornicariam,& sumere filios eius:vt quos illa de fornicatione genuerat,iste de meretrice generet liberos.

Hieronym.

c *Terra à do.* Potest ex eo , quod non additur omnis terra,non Iuda,sed

Iuda,sed decem tribus intelligi.

Gomer interpretatur consummata & perfecta . Debelaim, palata,id est,massa caritarum pinguiũ, quas in modum laterum figurantes,vt diu illesæ permaneant,calcant atque compingunt quæ Ezechiæ vlceri appositæ sunt.Vel Debelaim voluptas dicitur, promissus verò Saluator ex gente Iudæorũ eandẽ gentem Israel in fornicatione & voluptate,q̃ dulcis videtur fruentibus,abominatã iubetur accipere vxorem , & filium ex ea genitum vocat Iezrael,id est,semẽ Dei, in figuram sui carnaliter ex ea geniti.

Hieronym.

a *Voc.no.eius.* Quãtum ad literam Iezrael est metropolis in regno 10. tribuũ, in qua occisus est Naboth,ad quẽ vindicandum suscitatus

3.Reg.21.d.

est Iehu , qui deleuit

Achab & Iezabel.

4. Reg.9.g.

Sed quia ipse & filij eius post conuersi sunt ad idololatriam,regnum quoque eius subuertendum dicitur.Sub cuius pronepote Ieroboam.cœpit prophetare Hoseę, quo Ieroboam mortuo,filius eius Zacharias successit:quem sexto mense imperij sui occidit Sellũ de alia stirpe genitus:statimque reges Assyrij cœperunt Rubem & Gad & dimidiam tribũ Manasse,quæ erat trans Iordanem:deinde Neptalim,ad extremũ omnes reliquas tribus, fuerúntque à Zacharia pronepote Iehu vsque ad Hoseę sub quo omnes tribus captiuantur anni 49.Typus autem seminis Dei & vltio sanguinis eius,refertur ad domini passionẽ, propter quam & domus Iuda & regnum totius Israel dicitur subuertendum.

Voca nomen &c. Idem valet ac si diuisset:Voca nomen eius Naboth, cuius sanguis erat vindicandus : Sed Naboth designatur nomine loci in quo sanguis eius effusus est , vt ibidem significetur vindicans,quasi dixisset; Voca Iezraelitem: Et hoc in figura Christi , cuius sanguis contra crucifixores & irritores erat

G vindicandus.

Hieronym.Iezrael est metropolis in regno Samariæ,iuxta quam sunt campi latissimi & vallis vasta plus quã 10.milibus tẽditur passuũ. In Hac cõmisso prælio ab Assyriis cæsus est

3.Reg.12.d.

Israel,id est,10.tribus. Quę dicte sunt Ephraim propter Ieroboã de Ephraim genitũ,qui prius fecit schisma in populo. Dicuntur & Ioseph,quia & Ioseph pater Ephraim. Dicuntur & Samaria, quæ & ipsa altera metropolis fuit decem tribuum,quæ postea ab Augustino dicta est Augusta.i.Sebaste. in qua ossa Ioannis Baptistę condita sunt.Post diuisionẽ verò decẽ tribuum à duabus, propter maximã multitudinem quæ Ieroboam secuta est,pristinum nomẽ Israel remansit in 10. tribubus,& propter tribũ Iuda , quæ regnauit in Ierusalẽ duæ tribus dicuntur Iuda.

Ossa Ioan. Baptist.

b *Sup do.Ie.* Hayмo: Iehu super quẽ sanguis Naboth fusus in Iezrael,dicitur visitari: significat Iudæos à quibus sanguis Christi requiritur,quãdo à Romanis occisi & per totum mundum sunt captiuati.

In omnibus prophetis, per decẽ tribus significantur hæretici, quorum maxima multitudo : sed

Hieronym.

præcipuè in Hoseę duæ tribus , in quibus est rex de Dauid,ad ecclesiæ personam referuntur.Arcus ergo.i.fortitudo hæreticorum,de quibus dicitur: *Filij Ephraim mit.ar.conuersi sunt in die belli.* Confringetur in valle seminis Dei,id est, Christi: de quo humilia & terrena senserunt:Quia pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit filio.

Johan.5. d. Ptal.77.b.

c *Voca no.eius absque.* Qui,propter sanguinem seminis Dei,vocantur absque misericordia,Iudæi sunt,qui dixerũt: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* Domus autẽ Iuda.i. qui de Iudæis confessi sunt Christum,non in fortitudine exercitus , sed euangelica prędicatione saluãtur: incredulus de eodem populo perpetua per Romanos seruitute damnatis.

Hieronym; Allegorice. Matt.27. d.

Quod in Israel & Iuda secundum historiam dicitur,ad hæreticorũ conciliabula,& ad ecclesiã refertur,quia illis absq; misericordia relictis & regno priuatis, ecclesia Dei virtute superat.

d *Et domus Iu.* Hieron. Quãdo decem tribus captiuatæ sunt ab Assyriis,Iuda saluatur de manu Sennacherib , non humana virtute sed solo Dei robore,qui misit angelum suum & percussit vna nocte de exercitu 185.millia.

4.Reg.19. f

e *Saluabo eos in Domino Deo suo &c.* ✠ Tertvll. Cur dubitemus dicere,quod scriptura non dubitat exprimere? Ecce enim Hoseę prophetes ait ex persona patris,Iam non saluabo eos in

lib.de Trinit. cap.12.

arcu,neque

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Principium lo. *Hic incipit tractatus & diuiditur in duas partes: qa primò ꝓphetat nõ solũ verbis,sed etiã sensibilibus factis,secũdò simplicibus verbis ca.4. Circa primã partẽ in qua virtualiter continentur illa q̃ postea sequũtur,considerandũ , ꝙ sicut dicit Apostolus ad Ro.11.c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel,vt plenitudo gẽtiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret:*quod implebitur circa finem mundi quãdo Iudæi conuertẽtur ad Christũ generaliter deiecta falsitate Antichristi;& secũdũ hoc ꝓpheta tria facit.Primò.n.denũciat futurã Iudæorum excæcationẽ.Secundò Gentiũ illuminationẽ,ibi:* Et erit.*Tertiò Iu-*

Diuisio

dæorũ finalẽ cõuersionẽ,ca.3.Prima adhuc in duas.Quia primò tãgitur Iudæorũ captiuitas præcedẽs Christi aduẽtũ. Secũdò eorũ cæcitas in eius aduentu,ibi: Et cõcepit.*Prima adhuc in duas:qa primò ponitur captiuitatis ratio,secundò ipsa captiuitas,ibi:* Et abiit & accepit Gomer. *Circa primũ dicitur:* Prin.lo.do.in Hos.*ad ipsum Hoseę. Et dicunt expositores aliqui ,ꝙ dicitur hic principiũ loquendi , ad denotandũ ꝙ dominus locutus est prius ad Hoseę,quã ad reliquos ꝓphetas sequentes: Sed hoc nõ videtur bene verũ,qa Abdias est vnus de sequentibus,& tamen ipse fuit homo perfectus à tempore Achab regis Israel : cuius fuit dispensator secundũ omnes doctores Hebraicos & Latinos:à fine verò vita Achab vsq; ad principiũ regni Oziæ sub quo Hoseę cœpit ꝓphetizare, ꝙd dicitur in textu,fluxerũt.102.anni, vt potest de facili videri in 4. Reg.numerando tempora regũ intermediorũ: & ideò nõ est verisimile ꝙ Abdias inceperit post istũ prophetare.sed magis ante ꝓpter quod dicit Rab.Sal.ꝙ istud principiũ loquendi refertur ad literã sequentẽ,cũ dicitur.* 2 Vade su.tibi.*Ita ꝙ istud fuit primũ,quod dominus locutus fuit ad Hoseę.* 3 Vxo.for.*Dicũt aliqui ꝙ ista mulier quã duxit propheta in vxorem,prius erat meretrix publica:& quãuis vile esset ea accipere,propheta tamen se humiliauit in hoc volens Deo obedire,sicut Isaias quãuis esset de genere regio,iuit tamen nudus & discalciatus, vt obediret Deo.Isa.20.Dixit tam ẽ Hieron.in prologo ꝙ hæc mulier nõ fuit fornicata fornicatione corporis, sed fornicatione mentis : qa erat idololatra & Gentilis:& hoc videtur verum qa per hoc signũ magis respõdebat signato.s.idololatrationiũ populi futurã quæ ꝑ hoc significabatur,secundum ꝙ postea subditur.* Quia for.for.ter.à do.

4 Et fac tibi fi.for.*In Hebræo habetur sic:Accipe tibi vxorem fornicationiũ,& filios fornicationũ.i. accipe cũ matre filios quos ante habuit ita ꝙ accepit patrẽ in vxorẽ,& filios eius adoptauit:siliȝ enim quos genuit in ea postquam fuit eius vxor,non poterant dici filij fornicationum fornicatione corporali,qua legitimi erant,nec fornicatione idolatriæ,quia propheta non permisisset,& ideò quod dicitur in translatione nostra:*Fac filios fornicationũ:*sic est exponendum : filios fornicationum fac tuos per adoptionem.* 5 Quia for.for.ter.*s.decem tribuũ & duarũ.* 6 Ado. *Per idololatriã quæ est spiritualis fornicatio,& dicitur:* Forni.for.*Reduplicando,ad denotandũ, multiplicationẽ idololatriæ, quæ facta fuit illo tẽpore in vtraq; parte terræ ꝓpter quod regnũ decẽ tribuũ primò fuit captiuatũ sub Hoseę. 4.Reg.17. & postea regnũ duarũ tribuũ sub Sedechia.4.Reg.vlt.Et sic patet , ꝙ in hac parte ponitur captiuitatis ratio.s.idololatriæ multiplicatio.*

7 Et abiit.*Hic cõsequẽter ponitur decẽ tribuũ captiuatio quæ fuit prima:postea subditur de captiuatione duarũ tribuũ , quæ fuit secũda. Hæc tamen prima pars diuiditur in duas:qa primò ponitur captiuitas, secundò eius duturnitas,ibi:* Et cõcepit.*Circa primũ dicitur.*Et abiit. *prõptè Deo obedięs.* 8 Et acc.Go. *Nomẽ est mulieris quã accepit ĩ vxorẽ.* 9 Fi.De.*Vna dictio est Debelaim,ita ꝙ de nõ est hic præpositio,vt alię dicunt:& est nomẽ ꝓprium patris huius mulieris vel loci, vnde fuit nata,sicut frequenter in scriptura dicuntur filia Israel mulieres inde natæ.* 10 Et concepit. *De propheta.*

Diuisio

✠ Voca.no.

MORALITER.

✠ men deformatam,& eam cum adiutorio Dei in moribus reformat,& eius filios moribus deformatos per sanam doctrinam in filios adoptat.Vnde subditur.

7 *Et abiit & ac.Go.* Quæ interpretatur fouea,quia fouea latronũ est ecclesia moribꝰ deformata : sicut dicitur Mat.19.& Io.2.

✠ *Voca*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Voca no.eius Ie. *Quia captiuationem regni decem tribuum per ipsum volebat significare,eò quòd Iezrael erat ciuitas regia, quia tamen ista punitio incepit à Zacharia abnepote Iehu,ideò subditur.*

2 Et visitabo.*Id est puniam seu vindicabo.*

3 Sanguinem Ie.*Id est sanguinem inmoxium effusum in Iezrael,ꝙ exponunt aliqui de sanguine Naboth ibi effuso, vt habetur 3.Reg.21. Sed huic dicto obuiat quod subditur.*

4 Super do.Iehu. *Quia domus eius nõ fuit punita ꝓpter sanguinẽ Naboth,sed magis exaltata:eò ꝙ Iehu in vindictam sanguinis Naboth deleuit domũ Achab,propter quod & ꝓpter occisionẽ sacerdotum Baal dominus dixit ad eum.4.Reg.10.f.* Quia studiosè egisti quod rectũ erat,& placebat in oculis meis,& omnia quæ erãt in corde meo fecisti contra domum Achab,filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel:*Sed quia Iehu postea fecit malum coram domino,vt ibidem habetur,& filij eius post eum,ideò istud malum dicitur,hic sanguis Iezrael: Et quia isti vel eorum aliqui innocentes occiderunt,& illud dicitur hic vindicari super domum Iehu quod fuit impletum in Zacharia eius abnepote,vt habetur.4.Reg.15. & extunc multum fuit afflictum regnum Israel quousque fuit captiuatum per reges Assyriorũ: scilicet Theglathphalnasar & Salmanasar, ideò ideò sequitur*

5 Et quiescere fa.&c.*Hoseæ eius rege captiuato.*

6 Et in il.die.*Id est , Ilo tempore.*

7 Conteram ar.*Quia tunc debellati fuerunt ab Assyriis.*

8 Et concepit.*Hic consequenter denunciatur captiuitatis diuturnitas per nomen filiæ natæ,cum dicitur.*

9 Voca no eius.*Ideò subditur.*

10 Quia non addam vltrà.*Vltrà differendo eius captiuitatem.*

11 Sed obl.obli.eo.*Dimittendo in captiuitate, sicut dimittitur res data oblitioni , vnde etiam secundum Hebræos illa captiuitas non est adhuc renouata.*

12 Et do.iu.mi. *Eius captiuitatem differendo,quia propter merita Ezechiæ qui regnauit tempore Hoseæ,populus Iudæ fuit saluatus de manibus Sennacherib miraculosè:ideò subditur.*

13 Et salu.eos in Do.Deo suo.*Id est,in virtute domini,qui misit Angelum & interfecit in castris Assyriorum. 185.millia bellatorum.4. Reg.19.ideò subditur.*

14 Et non salu.eos in ar.*Et non solum misertus fuit dominus regni Iudæ,captiuitatẽ differendo vsque ad tempus Sedechiæ,sed etiam indutiam relaxando, inspirando Cyro regi dare licentiam populo redeundi vt habetur Esdræ.*

✠ Et ablac.

MORALITER.

✠ 1 *Voca nomen eius Ie.&c,* Sequitur.

9 *Vo.no.eius absque mi.* Secundum literalem sensum per ista nomina significauit prophęta punitionẽ decem tribuum in idolatria obstinatorum.Et per hoc moraliter significatur, ꝙ bonus prælatus seu prædicator qui per prophetam intelligitur , sicut pœnitentibus debet Dei misericordiam ostendere,sic etiam obstinatis eius,seueritatem in obstinatorũ punitione.Quæ quidem seueritas tripliciter ostenditur. Primò in deiectione eorũ de regno cœlesti,quod notatur cùm dicitur: *Et quiescere faciam regnum domus Israel.*Id est,videntium Deum,ab obstinatis,quia iam sunt ab illo deiecti in præscientia Dei.Secundò,in elonga-

☞ arcu, neque in equis, neque in equitibus, sed saluabo eos in
A Domino Deo ipsorum. Si Deus dicit se saluare in Deo, non autem saluat nisi in Christo Deus: cur ergo homo dubitet Christũ Deum dicere, quem Deum à patre animaduertit positum per scripturas esse? Immò si non saluat nisi in Deo pater Deus, saluari non poterat à Deo patre quisquam nisi confessus fuerit Christum Deum: in quo se, & per quem se promittit pater salutem daturum: vt meritò quisquis illum agnoscit esse Deum, salutem inueniat in Deo Christo, quisquis non recognoscit esse Deum salutem perdiderit, quam alibi nisi in Christo Deo inuenire non poterit.

b *Non populus meus.* ✠ TERTVLL. Quamdiu intra Israelem erat sacramentum meritò in solos fratres Deus misericordiam mandabat, at vbi Christo dedit gentes hæreditatem, & possessionem terminos terræ, & cœpit expungi quod dictum est per Hosee: *Non populus meus, populus meus:* Et, *non misericordiã consequuta, misericordiam consequuta:* Natio scilicet, exinde Christus in omnes legem paternæ benignitatis extendit, neminem excipiẽs in miseratione sicut in vocatione. D lib.4.aduer. Marc.c.26.

a ¶ Alij, non dilecta, sed hoc verius.

a Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit 1
b & peperit filium. Et dixit ei. Voca nomen eius non populus 2 3
meus, quia vos non populus meus & ego non ero † Deus
vester. † alias dñs

4.Reg.19.g a *Et ablacta.* HIERON. Qui vocabatur semen Dei, versus in fœminam, & propter imbecillitatem virium, offensámque Dei, ductus in captiuitatem: quia Dei misericordiam non habebat, nõ ablactatus, sed ablactata dicitur, quia iã robur viri amiserat.

B HAYMO. Qui verò ablactatur nõ vtitur lacte matris, sed alienis sustentatur alimentis; Sic Israel à Domino proiectus, & captiuatus in Babylone cibis sustentatur Gentilium, comedens idolothita, nec iam vtitur lacte legis, quo viuebat in terra sua. Vnde sic immisericorditer dicitur ablactata, vt nec legis superficiem intelligat.

b Non

✠ CYPRIAN. Quod duo populi sint maior & minor, id est, vetus Iudæorum, & nouus ex nobis futuris, in Genesi dicitur Rebeccæ, duæ gentes in vtero tuo sunt &c. Item apud Hoseæ: *Vocabo non populum meum, populum meum: & non dilectam, dilectam,* lib.1.aduer. Iud.c.19. Gen.25.

HAYMO. Hoc ad eos potest referri, qui tunc temporis ab Assyriis sunt captiuati, & maximè ad eos, qui post aduentum Christi. ipsum Christum negando & occidendo, perdiderunt locum & gentem: Et dicuntur non populus Dei, sed filij diaboli, quia non habet filium nec habet patrem. Potest & ad hæreticos referri, qui de Deo malè sentientes, ab eo repelluntur, ne sit Deus pars hæreditatis eorum. Iohan.11.f. E

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ablac. *Id est, à lacte amouit: & per hoc designatur, ꝙ omnis cõsolatio esset regno Israel subtrahenda.*

2 Et conce *Postquam egit de captiuitate regni Israel, quæ præcessit Christi aduentum, hic in aduentu Christi describitur cæcitas Iudæorum, & hoc per nomen filij nati cùm dicitur.*

3 Voca

3 Voca nom. *Quia negauerunt ipsum ante Pilatum dicentes:* Nõ habemus regem nisi Cæsarem. *Et tunc propriè facti sunt non populus eius, secundum quòd prædixerat Daniel.9.g.* Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est: *& de illis dicitur hic:* Quia vos non populus meus. Ioh.19.c.

✠ CAP.

MORALITER.

✝ tione diuinæ misericordiæ ab eis quæ fit in morte corporali, quia tunc cessat tempus merendi: & hoc notatur cum dicitur: *Voca nomen eius &c.* Tertiò in prolatione sẽtẽtiæ finali iudicij quando

quando dicetur eis illud Matth.25.d. *Ite maledicti in ignem &c.* & hoc notatur cùm dicitur.

3 *Voca nomen eius non pop.* Quia tunc simpliciter erunt à Dei populo separati. Per hoc autem quod interponitur.

✝ MORAL

ADDITIO I.

In cap.1.Hoseæ. *Vbi dicitur in Postilla.* Et fuit iste Beeri propheta sicut & fi.&c.

Vt dictum fuit in additione super Ieremiam primò cap. licet in dictis cuiusdam doctoris Thalmudici reperiatur, quòd quando nomen patris alicuius prophetæ exprimitur in principio prophetiæ filij: pater etiã intelligitur fuisse propheta: non tamen hoc dictum reputatur vt regula apud eos: sed tanquam dictum, quod eadem facilitate contemnitur qua C *approbatur, cùm nullum fundamentum habeat in sacra scriptura:* Nec *etiam in ratione: nam manifestum est, ꝙ Deus indifferenter dat donum prophetiæ cui vult etiã si nõ sit filius prophetæ. Itẽ ad nostrã eruditionẽ nõ videtur pertinere posse vt Beeri pater Hosee fuerit ꝓpheta vel nõ cũ ꝓphetia Beeri nõ inueniatur. Si enim ꝓphetia Beeri inueniretur, oportet nos cognoscere, quòd esset propheta, vt eius prophetiam reciperemus: sed cum talis prophetia non inuenitur, curiosum videtur magis quam vtile, scire ipsum fuisse prophetam vel non. Idem dicendum de aliis patribus prophetarum, quorum nomina in prophetiis filiorum explicantur quæ quidem nominatio patrum (vt dicunt quidam Hebr. expositores) fit eo. ꝙ tales patres erant suis temporibus famosi, qua ratione & nominantur in aliquibus prophetiis non solum patres, sed etiã aui & proaui: vt de Zacharia & aliis.*

ADDITIO II.

In eo. cap. *Vbi dicitur in Postilla,* Et in diebus Ieroboam filij Ioas.

Si quæratur quare in prophetia Isa. qui prophetizauit temporibus quatuor Regum Iudæ hic nominatorum, non nominatur Ieroboam, qui regnauit cum Ozia rege Iuda.14.annis, vt dicitur in Postill. & tamen nominatur hic in prœmio Hoseæ? quid ad hoc dicendum sit, habetur in additione prima super primum cap. Isaiæ.

ADDITIO III.

In eo. cap. *Vbi dicitur in Postilla.* Vxorem fornicationum.

Secundùm translationem Ionathæ, scilicet Chaldaicam, illud quod hic dicitur: Sume tibi vxorem fornicationum: *Et abiit & accepit Gomer filiam Debelaim, & concepit &c. similiter & illud quod 1.3.ca. dicitur:* Adhuc vade & dilige mulierem tuam dilectam amico &c. *Totum intelligitur in visione prophetica factum, non autem in re: quod licet deuiet à communi expositione doctorum nostrorum, & etiam Hebræorum, videtur tamẽ aliquam partem veritatis habere. Primò ex hoc ꝙ accipere mulierem fornicariam mẽtis seu corporis, dato ꝙ postquam eam accepit propheta, neutro modo esset fornicaria, tamen adhuc habet speciem mali, quod Deus non præciperet facere, præsertim prophetæ, cuius vita caderet aliis in exemplum. Item istud factum nullo modo corresponderet rei figuratæ. Illa enim Gomer erat fornicaria tantummodo antequam eam acciperet propheta, sed post acceptionem erat vxor legitima, & casta coniugali castitate secundùm communem expositionem, sed constat ꝙ regnum Israël & etiam regnum Iudæ postquã Deo fuerunt coniuncti per legis acceptionem, fornicati sunt à Deo. Secundum autem expositionem Chaldaicam propheta accepit illam fornicariam, & fecit filios fornicationum, quod propriè correspondet rei figuratæ: sed quia secundum istam expositionem hoc solùm fuit secundum visionem propheticã & non realiter, ideò nullam rationem habet peccati nec mali exempli. Similiter exponũt aliqui illud quod habetur Genes.15.b.* Sume tibi vaccam triennem & arietem trium an.&c. *Quod totum fuit factum in visione prophetica, quod satis sufficiebat ad certificationem Abrahæ de his quæ ibidem continẽtur, iam enim modicum ante de ipso dixerat:* Credidit Abraham Deo & reputatũ est ei ad iusticiam: *& sic videtur ꝙ iam non oportebat ostendere sibi signa visibilia ad credendum, cuius simile potest dici in proposito.* F

REPL. *Circa primum Hosee Burgen. mouetur contra Postillatorem dicentem, ꝙ patres prophetarũ in exordiis nominati fuerint etiam prophetæ secundũ regulã Hebr. de hoc vide correctoriũ circa primũ ca. Iere. Etiam circa idẽ cap. Burg. vt Ismahel, manũ mouet contra omnes nimirum ꝙ omnium contra eum moueantur. Dicit enim illum passum:* Accipe fornicariam &c. *non debere intelligi secundum rem, sed secundùm propheticam visionem, non realiter: quia habet speciem mali quam Deus non præciperet, vt propheta cederet aliis in malum exemplum: Huius correctionem vide Gen.12. in cor. pe. sed ꝙ Burg. hic arguit ꝙ factum nullo modo correspondet rei signatæ, non valet, quia secundũ materiam subiectã vtique correspondet quãuis non oportet figurã & figuratũ per omnia correspondere, vt patet per totam legẽ veterẽ: imò & Burg. infrà.11.ca. cùm glos. dicit, Typus partem indicat, ꝙ si totum præcedat in Typo, iam non est Typus. sed veritas. Correspondet autem secũdum materiam fornicariæ, vt terra fornicaus sit figurata: sed non oportet si fornicaria sumpta in matrimonium fuit emẽdata, ꝙ igitur Israel figuratus debuit esse emendatus. Et dicuntur legitimi filij, filij fornicationum à denominatione matris, quãdo fuit posita in exemplo figurali, quia tunc Deus etiam Synagogam reciperet in vxorem legitimã, si auferret fornicationes suas à facie eius &c. prout etiam Burg. exponit.*

☞ CAP. II.

A a ET erit. Licet Iudæi vel tunc per Assyrios, vel nunc per Romanos sint captiuati, tamen hominibus sunt innumerabiles ad vtilitatem credentium modo reseruati, & vt in extremo intret plenitudo ex eis.

b *Et erit in loco vbi.* ✠ THEODORETVS. Reuocationem à Babylone prædixit, & quòd post inde reditum non amplius habebunt reges diuersos, sed in idem & vnum consentientes & coarcti habebunt regem vnum. Hoc enim finem inuenit temporibus Zorobabel. Diem verò Iezrael appellauit calamitatem, quam populo B Israel attulerunt Assyrij in valle Iezrael. Deinde eos adhortatur & consolatur, mutatis rebus se immutaturum nomina, & vocaturum non populum, populum: non dilectam, dilectam.

HAIMO. In Gentibus: quia in omnibus Gentibus, non dicuntur Iudæi non serui Dei, sed diaboli: sed quando credens prædicantibus Elia & Enoch, ab omnibus filij vocabuntur Dei. Vel locus Ierusalem, vbi longo tempore Iudæi colentes idola, dicebantur non populus Dei: sed tempore incarnationis Christi apostolis aliisque fidelibus inde assumptis datur potestas eis filios Dei fieri.

c *Et congregabuntur filij Iuda & filij Israel.* HAIMO. Per Iudam signantur duæ tribus illi coniunctæ, scilicet, Beniamin & tribus sacerdotalis, id est, Leuitica. Per Israel decem aliæ. Tempore verò incarnationis Christi, & de duabus & de decem tribubus qui reuersi erant de captiuitate, morabantur in Iudæa: de quibus multi crediderunt in Christum. Vel per Israel hæretici, per Iudam catholici viri, qui omnes ponent Christum sibi caput, & ascendent de terrenis sensibus, & humilitate literæ occidentis, ad spiritualem intelligentiam. D

d *Quia magnus dies Iezrael.* Quia tempus ab incarnatione domini vsque ad finem seculi magnæ est claritatis, vbi remissio peccatorum datur, & aditus regni cœlorum aperitur. E

e *Dicite fratribus vestris.* ✠ CYPRIANVS. Quod duo populi prædicti sint maior & minor, id est, vetus Iudæorum & nouus qui esset ex nobis futurus, in Genesi dicitur: *Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de tuo ventre diuidentur &c.* Item apud Oseæ, *Vocabo non populum meum, populum meum, &c.* L.1.aduersus Iudæos.c.19

HIERONYMVS. Quia tanta claritas est in die Christi & efficacia

☞ tribu

CAPVT II.

¶ Quia. a ¶ Vbique dispersorum sicut modo est.
a ET Erit numerus filiorum Israel, quasi arena 1
a ¶ Præ multitudine.
b maris, quæ sine mensura est, & non numerabitur 2
Et erit in loco vbi dicetur eis, non po 3 4
a ¶ Cum idola surda & muta abiicient. b ¶ Cum Gentibus in vnam fidem. 5
c pulus meus vos: dicetur eis, filij Dei viuentis. Et congrega- 6
a ¶ Conuersi ad fidem de duabus tribubus. b ¶ Decem tribuum. c ¶ Omnes. 7
buntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet ca- 8
a ¶ Christum. ¶ Vnde Ezechiel: Et princeps vnus in medio Dauid seruus meus. 9
b Iuda & Israel, quasi ab inferis, quia in infidelitate mortuus. c ¶ In qua Iuda & Israel vnum principem habebunt. ¶ Ideo. d Hæc est dies quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. 10
e ¶ Seminis dei, qui est Christus, in quo vere impletur quod per sanguinem Naboth Iezra... præfiguratur. 11
d e put vnũ, & ascẽdẽt de terra: quia magnus Dies Iezrael Dici- 12
a ¶ O tribus Iuda. b ¶ Decem tribubus, ne desperẽ is de salute eorum. 13
tẽ fratribus vestris populus meus, & sorori vestrę misericor- 14 15 16

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 ET erit. *Hic incipit secundum cap. secundum Heb. in quo post excæcationem Iudæorum, ponitur illuminatio gentium. Circa quod sciendum quòd ideò hic incipit nouum ca. ad denotandum, quòd hic incipit alia sententia à præcedenti: Et diuiditur* C *in duas partes: quia primò describitur Gentilitatis vocatio: secundò, vocatæ consolatio, ibi:* Propter hoc. *Prima in duas: quia primò ponitur dicta vocatio, secũdò, interponitur regni Iudæ captiuatio, ibi:* Iudicate. *Sciendum etiam, quòd Gentiles conuersi ad fidem Christi nomine Israel nominantur, sicut fuit declaratum Isa. 44. super illud:* Iste dicet: domine ego sum. & ille inuocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua domino, & in nomine Israel assimilabitur, *Ideò dicitur hic:* Et erit numerus, &c. *Id est, multitudine maxima: sicut videmus impletum in conuersione gentium.*

2 Et erit in loco. *Hanc autoritatem allegat apostolus ad Ro.9. dictã ad literam de cõuersione gentium: propter quod exponentes hanc partem aliter videntur ab eo discordare: propter quòd sicut dixi à principio, intelligitur de illuminatione gentium. Dicit igitur:* Et erit in lo. *id est, in orbe vniuerso, vbi habitant Gentiles.*

3 Vbi dicetur non &c. *Quia vsque ad aduentum Christi fuerunt idololatriæ dediti.* 4 Dicetur eis filij Dei viuentis. Et co. *Per susceptionem fidei, secundum quòd dicitur Ioh.1.a.* Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. *Et quia conuersi sunt per prædicationem apostolorum & aliorum discipulorum, qui fuerunt Iudæi: ita quòd ex Iudæis & Gentilibus facta est vna ecclesia, ideo subditur.*

5 Et congregabun. *Id est, apostoli aliique discipuli natione Iudæi.*

6 Et

6 Et filij Israel. *Id est, Gentiles conuersi, qui sic nominantur, vt prædictum est.* 7 Pariter. *Id est, in vna ecclesia.*

8 Et ponent sibimet. *Id est, vnanimiter confitebuntur.*

9 Caput vnum. *Scilicet, Christum.*

10 Et ascendent de terra. *Id est, multiplicabuntur fideles per orbem, sicut illa quæ pullulant de terra, vnde: & de magna multitudine populi conueniente ad inuicem dicitur vulgariter: Videbatur populus de terra pullulare.* F

11 Quia magnus dies Iezrael. *Id est, magna congregatio seu multiplicatio fidelium, eò quòd Iezrael interpretatur semen Dei: & hoc modo exponit Ra. Sa. licet vertat ad alium intellectum. Non enim potest conuenienter exponi pars ista de populo redeunte de Babylone, vt volunt aliqui dicere: quia ille populus rediit in Ierusalem, Esdræ.1. & non in Israel: quia Samariam & alias ciuitates propinquas decem tribuum, de quibus erat Iezrael, tenebant Gentiles ibi adducti de Assyriis, vt habetur.4.Reg.18.c. & 1. Esdræ. 4.b. Et quia sicut dictum est, per fideles de natione Iudæorum facta est prima conuersio Gentilium, ideo alloquitur eos dominus dicens.*

12 Dicite. *Vos apostoli & alij fideles de Iudæis.*

13 Fratribus vestris. *Id est, conuersis de Gentibus, qui facti sunt fratres vestri per susceptionem fidei.*

14 Populus meus. *id est, quòd sunt populus meus sicut & vos. sicut dicit apostolus Ro.10.c.* Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, &c.

15 Et sorori vestræ. *Scilicet, Gentilitati conuersæ.*

16 Misericordiam consecuta. *Cum enim esset ab antiquo idololatriæ dedita: iam per misericordiam Dei meram, & non per merita patrum vocata est ad fidem, sicut Iudæi per merita Abrahæ & aliorum sanctorum antiquorum.*

✠ Iudicate.

MORALITER.

✝ 1 *Et erit numerus &c.* Hic incipit secundum cap. secundum distinctionem Hebræorum, in quo propheta secundum sensum literalem iuxta reprobationem Iudæorũ ostendit vocationem gentium illuminatarum, propter quod nomen Israel sortiuntur, sicut dicitur Ro.2.d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera:* Ideo dicitur de eis ad literam: *Et erit numerus filiorum.* Per hanc autem multitudinem gentium vocatarum ad fidem moraliter significatur multitudo peccatorum ex Dei misericordia reuocatorum ad gratiam. De quibus subditur.

2 *Et erit in loco vbi dicetur eis.* Quia sic reuocati efficiuntur populus Dei, qui prius erant populus diaboli.

8 Et

8 *Et ponent sibi caput vnum.* Scilicet, dominum Iesum Christum, ipsum fideliter confitendo.

10 *Et ascendent de terra.* Scilicet, morientium ad terram viuentium, propter quod despici non debent à iustis qui non peccauerunt: sed magis reuerti & fratres vocari: quia sunt ad eandem gloriam vocati; ideo dicitur.

12 *Dicite fratribus ve. populus meus, &c. Iudicate ma. ve. &c.* Hic arguitur malicia clericorum, qui per vitam malam sunt in scandalum laicorum. Circa quod sciendum, quòd licet ecclesia generaliter sumpta sit clericorum & laicorum, tamen spirituali modo est tantum clericorum, eo modo loquendi quo communiter dicitur, quòd clerici sunt ecclesia: & hoc modo ecclesia dicitur mater laicorum, quia debent à clericis in fide & moribus educari: & sic dicitur laicis.

A tribu Iuda non desperet de salute. 10. tribuum, sed verbo & voto & literis ad pœnitentiam prouocent: quia frater appellatur, ex eò quòd dicitur: *Populus meus & soror*. Ex eo quòd dicitur: misericordiã consecuta. Potest hoc & ad oẽs credentes referri. Ita: Vos qui in Christum creditis tam Iudæi quã Gẽtiles, dicite fractis ramis, id est, populo priori, qui abiectus est, populus meus: quia frater tuus est, & misericordiam cõsecuta, quia soror tua est. Cum enim plenitudo gentium intrauerit, tũc omnis Israel saluus fiet. Hoc dicitur, ne de hereticis penitus desperemus.

Roma. 11. d

† Corripite, aut, Cõtendite cũ matre vestra

a ¶ Quia talis mater vestra est: vos autem filij redarguite. ¶ Quia de meretrice vxor facta pristinos mores non dereliquit. b ¶ Nota, patientiam & clementiam viri iam, repudiatam iam abiectam præcipit filiis ad pœnitentiam reuocare, quasi matrẽ non insultare quasi à patre dimissa. 1 2

diam consequutæ: † Iudicate matrem vestram iudicate: quo- 3
a ¶ Hoc dicite.
a b niam ipsa non vxor mea: & ego non vir eius. Auferat, forni- 4
c cationes suas à facie † sua, & adulteria sua de medio vberum 5
suorum, ne fortè expoliem eam nudam, & statuam eam se- 6
a ¶ Quando erat in Aegypto absque Deo & viro. b Si noluerit conuerti. c ¶ Sic ut fecit in solitudine, vt ducatur in captiuitatem patiens sitim omnium bonorum & ad patriam redire non valeat, vnde: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 7 8
d cundum diem natiuitatis suæ. Et ponam eam quasi solitu- 9 10
dinem, & statuam eam velut terram inuiam, & inter- 11
ficiam eam siti, & filiorum illius non miserebor: quoniam 12 13
e filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum. 14

a *Iudicate matrem.* Haimo. Ostendite synagogæ, quòd ipsa quæ abiecit me, iam non est vxor legitima, & ego abiiciam eam, ne sim vir eius. Sed vt eam mihi possim coniungere, qui sum vir animæ, pœniteat saltem post aduentum meum in carne, de immundicia & fornicatione, quam cum idolis exercuit. Remoueat ergo culturam idolorum ab amore & præsentia sua, quia multorum parebat libidini, Deos omnium gentium colens.

✠ Theodoretus. Vos qui salutem estis adepti, & qui Babylone reuertistis, iudicate matrem vestram, hoc est, maiores vestros, qui contra me peccauerunt. Repudium factum est ex illa causa. Tale quippiam inuenimus in Esaia: *Nunc domus Iuda, & habitatores Ierusalem, iudicate inter me & vineam meam, quoniam expectabam vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Cùm autem ostendit hoc diuortium non factum fuisse ad eam perdendam, subiungit.

b *Et auferam fornicationem eius, &c.* ✠ Theodoretus. Eiusmodi est à beato Dauid dictum: *Bonum mihi quoniam humiliasti me, vt addiscam iustitias tuas.* Hanc autem se eruditurum, & fornicatione liberaturum pollicetur: neque id leuiter, sed radicitus hoc è medio vberum reuulsurum. Cor autem designat sub vberibus situm, ex quo proficiscuntur cogitata mala. Maximam itaque opem fert Dei institutio, & disciplina, quæ fornicatione eruditos liberat.

Mat. 15. d.

C *Auferat etia adul, de me. vbe.* Id est, de corde in quo prius malum opus concipitur. Cor quippe inter vbera est, de quo. *Cogitationes exeunt*: Quæ postea vsque ad opera perueniunt, hortatur itaque, ne propter scelera priuetur gratia diuinitus concessa. Post admonitionem. *Neso.* supponit cõminationẽ Vestis qua tegebatur illa plebs intelligitur, Dei auxilium, doctrina legis & prophetarum, & tutela angelorum, quę omnia minatur auferre nisi pœniteat à scelere, vt redeat ad diem natiuitatis suę, id est, ethnicis comparetur. Post aduentum veritatis, etiam cultura legis in idololatriam reputatur.

c *Auferat fornica.* Hieronymus. Fornicaria, est quæ pluribus copulatur, adultera, quæ vno viro dimisso alteri coniungitur: Vtroque modo peccauit synagoga.

Hæc omnia aptantur Iudæis Christum negantibus, & hæreticis varia dogmata corde & opere sequentibus, quorum fornicatio est inter vbera, id est, in artificiis idolorum & variorum dogmatum corde versatur: qui nisi pœnituerint, infidelibus comparantur, & expoliati virtutibus quasi in ecclesia perceperunt, vt etiam quòd falso habere videbantur: in nihilum redigatur.

d *Et ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram.* ✠ Theodoretus. Diem natiuitatis vocat in Aegypto viuendi consuetudinem, & versationem hanc desertam, & mea prouidentia destitutã constituam, & vt Assyriis seruiant, quemadmodum seruierunt Aegyptiis, efficiam. Deinde, per sitim, non aquæ penuriam innuit, sed diuinæ prouidentiæ priuationem. Malitiam autem hic idolorum cultum vocat.

Haimo. Hoc etiam plus faciam quia quando eduxi eos de Aegypto occisis patribus in deserto, filij eorum intrauerunt in terram promissionis. Sed nunc filij cum patribus captiuabuntur, & extra terram natiuitatis morientur, quia sunt filij filiorum, quia geniti sunt in cultura idolorum, qualem fidem habebant patres, talem tradebant filiis. Vnde sequitur. F

e *Quia fornicata est mater, &c.* Vipera vipera generabat, quæ adeo impudens facta est, vt gloriam quærat in scelere dicens.

Vadam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iudicate. *Hic denunciatur captiuitas duarum tribuum, quæ supra fuerat omissa, eo quod captiuationi decem tribuum, quæ sunt Israel secundum carnem iungebatur vocatio seu illuminatio gentium, quæ sunt Israel secundum spiritum. Et diuiditur in duas partes: quia primò denunciatur captiuitas ratione culpæ, secundo ratione ignorantiæ, ibi:* Et hæc nesciuit. *Circa primum alloquitur iustos qui erant in regno Iuda, vt Ieremia, Baruch & alios, dicens:* Iudicate matrem vestram. *Id est, Ierusalem, quæ erat metropolis in regno: & sic erat mater aliarum ciuitatum & totius populi, sicut. 2. Reg. dicitur de Abela:* Cur quæris subuertere matrem ciuitatum in Israel.

2 Iudicate. *Id est, ex malicia eius perpendite.*

3 Quoniam ipsa non vxor mea. *Et hoc propter idololatriam per quam à me recessit: & maximè tempore Manasse, qui idola posuit in templo domini.*

4 Et ego non vir eius. *Quia vir & vxor correlatiuè dicuntur: & ideo remoto vno remouetur reliquum.*

5 Auferat for. &c. *Id est, idololatrias.*

6 A facie sua. *Ita quòd ad eas amplius non attendat, sed magis retro dorsum proiiciat.*

7 Et adulteria &c. *Loquitur de Ierusalem per modum meretricis, quæ inter vbera sua ponit fragrantia aliqua, vt magis placeat adulterio, sic habitatores Ierusalem offerebant idolis fragrans Thymiama.*

8 Ne fortè expoliem eam nudam. *Per Chaldæos, qui ciuitatem postea spoliauerunt omnibus bonis: Et dicitur hic fortè, non propter aliquod dubium existens in Deo respectu futurorum, quæ sunt sibi certissima, sed ad denotandum libertatem arbitrij, per quam si perfectè pœniteret Deus parceret de pœna.*

9 Et statuam eam secundum diem natiuitatis suæ. *Id est, in magna confusione & vtilitate, secundum quod dicitur Ezech. 16.* In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota. *Et sequitur:* Proiecta es super faciem terræ in abiectione.

10 Et ponam eam quasi solitudin. *Destructis muris & comquestis ædificiis.*

11 Et statuam eam velut terram inuiam. *Propter multiplicationem serpentum & aliarum ferarum ex longa vastatione terræ.*

12 Et interficiam eam siti. *Deficiente potu in obsidione.*

13 Et filiorum illius non mi. *Sed partim occidentur & partim captiuabuntur, Et omnia ista passa est Ierusalem postea per Chaldæos.*

14 Quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est. *Id est multæ idololatriæ, sicut viri sanguinum dicuntur multi sanguinis effusores. Genitiuus enim pluralis habet virtutem huius duplicis singularis.*

Vadam

MORALITER.

1 *Iudicate matrem vestram.* Id est, mali cleri congregationem.

3 *Quoniam ipsa non vxor mea.* Quasi dicat, dominus: ex eius operibus malis potestis perpendere, quòd non est vxor mea fidelis.

5 *Auferat, &c.* Id est, vitia quæ vigent in ea: & sic erit vxor mea.

8 *Ne fortè.* Bonis temporalibus, sicut ipsa se nudauit virtutibus: ideo subditur,

Quia

a *Vadam post amatores.* Qui dant necessaria ad victum & vestitum. Hoc dixerunt Iudæi dum colerent Deos Gentium, quòd dona quæ à Deo habebant à dæmonibus haberent. Potest etiam referri ad eos, qui Dei filium negantes authorem seditionis elegerunt. Ideo confusi sunt vt non solum se, sed etiam posteros damnarent, dicendo: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Potest referri & ad hæreticos, qui dicuntur mater, quia generant alios in errore qui cum suis sequacibus confunduntur, quando in errore deprehenduntur: quia proposuerant sequi varia dogmata hæresis.

Mat. 27. d.

✠ Theodoretus. Vt planius eius perfidiam damnet, inducit eam loquẽtem. *Vadam post amatores, &c.* Hoc est, idolis seruiam, à quibus omnium necessariorum abundantia mihi est. Et quoniam omnium bonorum datorem ignorauit, meritò adiungit. *Propterea ego sepiam, &c.* Hæc sanè vltio misericordiæ plena est, quæ impietatem cessare faciat: quæ vt cognouit malorum experientia idolorum debilitatem, nam implorauit ea in auxilium in tempore tribulationis: & adiuuentum ab eis non consecuta, quæret, & non inueniet.

a ¶ Obstupuit, versa est in admirationem sceleris. b ¶ Fecit diaboli filios. c ¶ Fide & dilectione sequar Deus, vel imitabor Gentes quarum Deos colo. d ¶ Dæmones, idola.

a Confusa est quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post amato †
b res meos qui dant panes mihi, & aquas meas: lanam meam † 1
c & linum meum, oleum meum, & potum meum. Propter 2
a ¶ Ne possis ire quo volebas.
hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam
a ¶ Quæ sæpe pede triuisti. b ¶ Multo studi. c ¶ Assyrios vel Chaldæos quærens ab eis in tribulatione auxilium.
d e maceria. Et semitas suas non inuenies, & sequetur amato- 3
a ¶ Ad hoc vt ferant auxilium, sed ab eis captiuabuntur. 4
res suos, & non apprehendet eos, & quæret eos & non 5
a ¶ Sibi propitiòs. b ¶ Hac compulsa necessitate. c ¶ Quanti mercenarij in domo patris mei à. p. i. d ¶ Deum, quia per legem me sibi desponsauit.
f inueniet. Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum 6
a ¶ Quando preceptis eius obediui.
meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis
a ¶ Quando pro idololatria miseriis affligor. b ¶ Secundum partem illam: quæ non reuertitur, vel etiam secundum partem illam quæ prius reuersa, post deterius peccat. c ¶ Quod confirmat cor hominis.
g h quàm nunc. Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei fru- 7
a ¶ Quod lætificat. b ¶ Quod illuminat. c ¶ Inde examinatum p.t.p.
mentum & uinum & oleum, & argentum multiplicaui 8
a ¶ Sapientiam. b ¶ Vel quod. c ¶ Idolum Babyloniorum.
i ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Id circo conuertar, & sumam 9 10

l. 34. mor. c. 2.

✠ Gregorius. Spinis electorum viæ sepiuntur, Dum dolorem punctionis inueniunt in hoc quod temporaliter concupiscunt. Quasi interposita maceria vis eorum obuiat, quorum desideria difficultas perfectionis impugnat. Horum animæ amatores suos quærunt, & non inueniunt, dum sequendo malignos spiritus, nequaquam seculi voluptates apprehendunt, &c.

b *Qui dant panes mihi, & aquas meas lanam, &c.* Hieronymus. Panis hæreticorum, luctus perpetuus: Aqua, Cœnosa doctrina: qua etiam baptizatos suffocant. Lana & linum, simulata sanctitas & mundicia, quia veniunt in vestimentis ouium: Oleum, adulatio, vnde, dicitur: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Potus, sacra scriptura quam illi peruertunt.

Matth. 7. c. Psal. 140. b.

c *Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c.* Et spinas, punctio dolorum: per murum, obstaculum, Vias ergo, id est, actiones tuas duris laboribus implicabo, & ponam obstaculum, ne ad hoc quod vis peruenias,

d *Et semitas suas,* More prophetæ de alia ad aliam subito transit personam, vt ab imitatione istius auditores deterreat.

e *Et sequetur amatores suos.* Prouidentia Dei sæpe subtrahit nobis quod cupimus: Insuper & affligit, vt sic ad eum redire cogamur, vnde: in libro Iudicum filij Israel sæpe pressi malis ad dominum clamant, qui suscitat eis saluatorem. Sequuntur etiam hæretici amatores, à quibus sæpe deserti ad sinum matris ecclesiæ reuertuntur: quia flagella per omnia erudiunt Israel.

Hierony. Iudicũ. 3. b.

f *Vadam & reuertar, &c.* ✠ Theodoretus. Ecquis Dei erga homines studium & amorem intuens, non iure stupescit? Qui cùm Deus sit, factor, & dominus, virum & sponsum vocat, non dominum. Et quia vxoris erga virum amor, & seruorum erga dominum, multus & vehemens esse solet, hunc affectum inducere cupiens hominibus, seipsum virum & sponsum appellat. Veruntamen crudeliter ingratos, & peruersis animis homines non hæc ad rectum, & gratum animum erga Deum habendum mouent, vnde fit vt de illis dicat.

g *Et hæc nesciunt, &c.* Quæ à Deo dona accepit, ea ad Dei hostes detulit. Ea deffensus Deus, minationibus agit, se eos frumento & vino esse priuaturum.

Et hæc nesciuit quia ego dedi eis frumentum. Haimo. Ad hoc respicit quod suprà dixerat, quòd populus Israel temporalia quæ à Deo acceperat idolis deputabat: & quia nesciuit Deum esse autorem horum, ex illo auro & argento fecit sibi Baal idolum Sidoniorum. Mysticè: Per vinum, lætitia spiritualis signatur: quam non in hoc seculo, sed in Deo habere debuerunt. Per frumentum, lex, qua pasci debuerunt. Per oleum, sensus illuminatio. Per argentum, nitor eloquij. Per aurum, præceptum dilectionis Dei & proximi. In quibus omnibus non Deum sed dæmones venerabantur. F

h *Oleum.* quod *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hæc omnia quia potius ad idololatriam, quam ad culturam Dei referebant, decepti & alios dicipiẽtes. Ideo hęc omnia Deus aufert eis, vt qui non senserunt ex copia, sentiant ex inopia. Ioh. 1. a.

i *Quæ fecerunt.* Hieron. Baal singulari numero, Baalim plurali masculino genere, eadem idola nominantur. Vbicunque Regula

enim

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, &c. *Id est, post idola quibus victum & vestitum & alia necessaria attribuebant.*

2 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c. *Id est, Chaldæis obsidentibus Ierusalem in circumitu cum gladiis ad interficiendum.*

3 Et semitas suas non inueniet. *Id est, vias per quas posit effugere.*

4 Et sequetur amatores suos. *Id est, desiderabit aduentum Aegyptiorum, qui promiserant ei auxilium.*

5 Et non apprehendet eos. *Quia non fuerunt eis in auxilium, sed magis in nocumentum.*

6 Et dicet: vadam & reuer. &c. *Quia ciuitas Ierusalem videns se in arcto positam, & in puncto captionis & destructionis, percepit quòd malè fecerat colendo idola: & quærendo humanum auxilium ex Dei diffidentia: sed hoc fuit nimis tardè.*

7 Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frum. &c. *Hic consequenter denunciatur dicta captiuitas culpabilis ratione ignorantiæ, quæ causatur in anima ex peccatorum multiplicatione, secundum quòd dicitur Sapientiæ. 2. d.* Excæcauit illos malicia eorum. *Et secundum hoc dicitur hic:* Et hæc nesciuit quia ego dedi ei fructum & vinum & oleum. *Id est, cibum & potum & indumentum, quæ sunt diuitiæ naturales.*

8 Et argentum multiplicaui ei. *Id est, diuitias artificiales: Magna enim cæcitas fuit attribuere talia idolis surdis & mutis.*

9 Quæ fecerunt Baal. *Ei sacrificia offerendo, & preciosis eum ornando.*

10 Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore, &c. *Id est, auferam ab ea omnia bona ad victum & vestitum pertinentia.*

Et liberabo

MORALITER.

† *Quia dixit. vadam post ama. meos.* Id est, post vitia consueta quæ per consuetudinem efficiuntur, quasi connaturalia & amicabilia, licet sint odibilia.

† *Qui dant panes mi.* Gloriantur enim de vitiis suis, quæ sunt fraus & dolus: attribuentes eis acquisitionem bonorum temporalium, de quibus lautè viuunt, & nihil attribuunt diuinæ bonitati: ideo subditur in persona domini.

10 *Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum, &c.* Scilicet, auferendo ab eis bona temporalia saltem in morte.

enim in fine Hebraici sermonis,im,syllabam legimus, numeri
A p uralis est masculini generis,vt Cherubim Seraphim. Vbi autem oth,legitur, numeri pluralis est in fœminino genere,vt sabbaoth, quod interpretatur militiarum, exercituum, virtutum. Quia verò Baal in multis locis colebatur:ideo Baalim pluraliter enumeratur.

gramatica lis Hebræorum.

Baal interpretatur superior quia, superiora dogmata putant se habere, quam ecclesia: vel deuoratio, quia in ipsa falsæ opinionis scientia deuoratur.

† auferam

†quisquam

✠ THEODORETVS. Et ne quis ex infecunditate terram laborare arbitretur, appositè addidit.

B a *Idcirco conuertar & sumam frumĕtum, &c.* Hoc est, simul ac primùm maturuerit in messis ac vindemiarũ tẽpore. Minatur etiam se eam adeo veste deuudaturum, vt vestimentis etiam necessariis indigeat. Eius vero inquit, amatores hæc inspicientes non ei adiumento esse poterunt. Cessationem item se illaturum ne festos dies agere possit, omnemq; immoderationis & libidinis opportunitatem restiucturum, ficus & vineas corrupturum ore prophetico minatus est Postquam inquit, hæc se ab idolis dixit accepisse me autem ignorauit horum largitorem ponam ea in testimonium. A feris enim & volucribus, & serpentibus perdita, & corrupta, & vestrum impietatem coarguent & testimonium adferent meæ disciplinæ & correctioni.

b *Liberabo lanam meam.* Cum ipsi sunt serui diaboli, subilla seruitute tenent lanam linum, sed liberat Deus ne ab iniquis dominis possideantur.

c *Quæ operiebant.* HIERONYMVS. Ignominiam quam ope-
C riebant idola ipsorum, sunt quorum altaria variis vestibus decorabant. Spiritualiter vestimenta sunt auxilium Dei & custodia angelorum, quæ aufert dator Deus ab ingratis, vt relicti in sua iniquitate tradantur diabolo ad æternam pœnam.

d *Et nunc reuelabo.* Idola quæ colebant Chaldæi amatores & Assyrij cum quibus Iudæi diu pacem habuerant. In quorum verò oculis stulticia Iudæorum reuelatur, quando capta Ierusalem & templo subuerso viderunt hostes Cherubim imagines & idorum Baal & dicebant: Quia Iudæi sicut aliæ gentes idola venerabantur pro iniquitate sua nobis subijciuntur.

I.1.adu.Mar c.10.

e *Et cessare faciam &c.* ✠ TERTVLLIANVS. Circumcisionem sistens Apostolus, illas quoque vetustates ceremoniarum dissuadebat, dequibus conditor earum quandoque cessaturis profitebatur per Oseæ: Et auertam omnes iucunditates eius, & dies festos eius, & neomenias & sabbata &c.

✠ THEOPHYLACTVS. Iudæi captiui ducti in Babylonem neque in cæteris rebus exhilarandi sese, neque festa sua celebrandi opportunitatem habebant. *Quomodo cantabimus.* inquiunt. *canticum Domini, in terra aliena:* Quandoquidem neque Deo seruiebant, neque idolis, sed quoquouersum inclinabantur. Hæc patiuntur etiamnum Christi domini interfectores. Nec enim impiis gaudere licet. Vbi enim hodie ipsis sũt ferię vel neomeniæ, vel sabbatum secundum legem? Præterea, peccantes qui lugere debebant, ac lauare in lachrymis stratum spiritali lætitia orbantur, neque neomenias habẽtes, hoc est, principiũ quoddã illustrationis spiritualis. Conscientia enim non finit eos bonam de rebus futuris spem habere.

D Comme.in hunc locu. Psal 135.

E

a ¶ Messis vel areæ, quia tunc maior erit dolor, cum quodam modo rapientur tanta è manibus. ¶ Vindemiæ vel torcularis.

a b frumentum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo
c & † liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant 1
a ¶ Liberara lana & lino. b ¶ Vt quam velatam amabant, nudatam contemnant.
d ignominiam eius. Et nũnc reuelabo stultitiam eius in oculis 2
a ¶ Nullus fortitudo poterit eruere à potestate mea, sed iusto iudicio faciam captiuari ab hostibus.
e amatorum eius, & † uir non eruet eam de manu mea: Et 3
a ¶ Cum fuerit in Babylonica seruitute. b ¶ Paschæ, Pentecostes, Tabernaculorum. c ¶ Kalendas. 4 5
cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neo- 6
a ¶ In quo epulis & ocio vacabant.
f meniam eius, sabbatum eius & omnia festa tempora eius. Et 7 8
corrumpam vineam eius & ficum eius. De quibus dixit: 9
a ¶ Ideo auferam, quia dixit, id est, putabat hcc non à Deo quasi à coniuge dari, sed à diabolo, quia colebat eum. 10
g Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei.

HIERONYMVS. Hæc Iudæa historialiter & allegoricè passa est, quæ & primum ab Assyriis & Chaldæis, tandem à Romanis irreparabiliter captiuata solennitates secundum ritum suum cum lætitia non celebrat: quæ omnia ab eis ablata in ecclesia à fidelibus spiritualiter celebrantur vnde: *Auferetur à vobis regnum Dei, & d.g.f.f.e.* Hæc referuntur ad heræticos, qui doctrinam & scientiam permutantes egressi de ecclesia deseruntur à Deo: quorum turpitudo patet amatoribus, quos prius deceperant, & traditi bestiis, id est, diabolis eorum morsibus relinquuntur.

Mat. 21.d.

f *Et corrumpam vineam eius.* Historialiter grandine, gelu, & ariditate, vt nullam habeant arborem fructiferam. Mysticè, per vinum lætitia cordis, per ficum, dulcedo temporalis iucunditatis quæ auferuntur ab ingratis quasi à meretrice.

g *Mercedes meæ sunt, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Dixit Synagoga, Abidolis accepi vitæ meæ commodantia vt quæ præmium dederunt mihi cultus & adorationis, vt delitias percipiam ex hisce bonis. Perdam ergo, ait Dominus, ista: quandoquidem ea non mihi, sed idolis suis accepta referũt. A volucribus, bestiis, & serpentibus deuorata bona hæc, eò quòd sit solitudo hominum, testimonium dicent contra ipsos, quòd non digni fuerint horum fructu. Ac propterea quidam illic interempti à Babyloniis, alij verò captiui abducti, reliquerunt ea bestiis. Vel bestias Babylonios appellat, qui exedebant in agris bona, Israelitis propter obsidionem in vrbibus conclusis, & fame laborantibus. Poterunt etiam per vineam & ficum Lex & Prophetæ intelligi. Nam gentibus data est vinea legis: vnde & Dominus: *Vineam suam elocabit aliis agricolis.* Vitis etiã est Dominus, qui Dicit: *Ego sum vitis vera.* Ficus item, ceu dulcedo, totius mundi desiderium.

Com.in hunc loc. F

Matth. 21. Ioan. 14.

✠ THEO- ... Et ponam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant. *De seruitute qua seruit idololatris eorum ignominiam operiendo.*

2 Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius. *Id est, coram idolis quibus seruiebat, & scientibus Aegyptiis, quibus confœderata erat.*

3 Et vir non eruet eam de man. *Aegypij enim non poterant eam iuuare, sicut promiserant.*

4 Et cessare faciam omne gaudium eius. *Ciuitatem & populum destruendo.*

5 Solennitatẽ eius. *Id est, solennitates, ponendo singulare pro plurali, sicut Exo.8.f.* Venit musca grauissima. *Et quæ sint illæ solennitates, explicat magis dicens.*

6 Neomeniam eius. *Quæ fiebat in principio cuiuslibet mensis.*

7 Sabbatum eius. *In fine cuiuslibet hebdomadæ.*

8 Et omnia festa tempora eius. *Id est, festa temporalia quæ fiebant semel in anno, scilicet, paschæ & pentecostes, & similium.*

9 Et corrumpam vineam eius & ficum eius. *Id est, vineas & alias arbores fructiferas, quas præsciderunt Chaldæi in terris circa Ierusalem existentibus.*

10 De quibus dixit: mercedes hę meæ sunt, quas dederũt, &c. *Quia non solum bona mobilia attribuebat beneficio idolorum, sed etiam bona immobilia.*

Et ponam

MORALITER.

2 *Et nunc reuelabo stulticiam eius in oculis amatorum eius, &c.* Id est, dæmonum, quos dicuntur dilexisse eorum suggestionibus acquiescendo.

4 *Et cessare faciam omne gaudium eius.* In tristiciam permutando.

5 *Solennitatem eius.* Per hoc significantur inepta festa, quæ prælati faciunt & clerici præbendati de bonis ecclesiæ, quæ deberent pauperibus dare, vel potius vt sua reddere.

Propter

a *Et ponam eam.* Ne habeat arbores pomiferas, sed in solitu-
A dinem redigatur: quod & priùs ab Assyriis, & Chaldæis, & tandem à Romanis completum est, vnde sequitur: *Et comedet eam bestia agri.* exercitus Romanorũ, vel bestia, est diabolus, qui hos comedit trahendo ad culturam suam, pro qua in æternum exterminantur.

Hieron.

b *Et visitabo.* ✠ THEOPHYLACT. Hęc faciam ipsi propter dies illas, in quibus sacra fecit ipsis Baalim, id est, idolis Baal, illorúmque festiuitates celebrabat omnigeno ornatu.

Seruat personam meretricis, quæ vt placeat amatoribus, ornat se auro & gemmis: & pulchritudinem quã natura non
B habet, arte exquirit. Inauris, doctrina qua aures ornantur: Monile colli, prædicatio, quæ aliis emittitur: *Hæc misit ante porcos, & sanctum dedit canibus,* iuxtà illud: *Circulus aureus in naribus suis, mulier p.& fa.* Sed & hæretici immolant Baalim incensum, dum dogmata quæ quasi idola sibi finxerunt, sequuntur: Ornant aures quibus verba audiuntur, & collum quo proferuntur, vt eloquij venustate placeant. Non enim dignantur ecclesiæ rusticã simplicitatem, quę meretricia ornamenta abiicit, sed artificij & eleganti mendacio amatoribus suis hominibus vel dæmonibus placere intendunt.

Hieron.

Matt.7.a. Pro.11.c.

c *Propter hoc.* Qu a misericors sum, blandiar illi, vt ad me conuertatur, promissio enim bonorum mala mitigat, vnde: *Venite ad me qui laboratis.* Et sicut priùs de Ægypto eduxi & in deserto ab hostibus protexi, sic faciam cum eos de terra captiuitatis ad proprium solum reduxero. In aduẽtu enim filij aperiet spem salutis, & dabit locum pœnitentiæ, & blandietur ei.

Haymo. Matt.11.b.

d *Et loquar, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Hoc est, effici am vt ipsa sensum percipiat gloriæ & potentiæ meæ, propriorúmque suorum delictorum. Dabóque ipsi reuersæ à captiuitate, possessiones suas, id est, regiones aut terras quas antea possedit eiectis
C Chananæis. Apertè etiam hic gratiam per Christum communicandam promittit, quando loquitur in cor eorum quos antea reiecerat Deus, perinde ac alio in loco ait: *Dans leges meas in cor ipsorum, &c.* Impertit autem eis filiorũ adoptionem, gratiam, & gloriam, vtque secum regnent. Porrò cuiuslibet in Christum baptizati facultates sunt, ipsa peccatorum remissio, supernæq; in cœlis mansiones, quas sibi quispiam acquirit, qualibet via per hãc ad illam ducente.

Esa.54.

HIERONYMVS. Loquitur verba mollia, & consolatoria, vt tristiciam temperet gaudio. Ad cor loquitur, qui corde tristato ex annunciato gaudio satisfacit. Hoc impletum est, quãdo Christus discipulis dixit: *Iam non dicam vos ser. sed amicos.* & iterum. *Filioli adhuc mul.ha.vo.di.*

† alliciam

†In ostium spei.

Ioh 15.b. Ibid. 16.c. Isaiæ 5.b.

a Et ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. Et 1
a ¶ Cum visitare frequentiùs in bono soleat accipi, hic in malum ponitur pro afflictione. 2
b ¶ Id est, pro diebus quibus coluit Baal affligam. c ¶ In ipsis solennitatibus, quibus immolabat dæmonibus pœnis affligetur. ¶ Non Deo sed dæmonibu 3
b uisitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat 4
a ¶ Oblita mariti legitimi adeò vt nec memoriam eius haberet.
incensum: ornabatur in aure sua, & monili suo: & ibat 5
post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit domi-
a ¶ Q. Non tamen desperes, licet superiùs minatus sim. 6
c nus. Propter hoc ecce ego † lactabo eam, & ducam eam †
a ¶ Sicut in exitu Aegypti Moysen & Aaron. 7
d in solitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores 8
e a ¶ Vbi interfectus est Achor. ¶ Subauditur dabo. 9
f eius ex eodem loco, & vallem Achor † ad aperiendam spem. 10 11

e *Et dabo ei vinitores.* HIERONYMVS. Vinea domini sabbaoth domus Israel est. Huic dati sunt principes de eodem populo, primùm Moyses & Aaron, postea Zorobabel, Iesus Neemias & Esdras, tandem apostoli.

E

f *Et vallem.* Cùm filij Israel cœpissent Hiericho, Achor furatus est de anathemate, quo peccato Israel non potuit resistere hostibus suis, sed ipso Achor interfecto in valle quæ ex ipso nomen habet, mœror Israelitarum in gaudium conuertitur, & desperatio in spem: & sicut punito illo Israelitæ habuerũt spem vincendi. sic destructa Ierusalem & templo per Romanos ex punitis his qui peccauerũt in Christo quasi destructis figuris, iam apostoli habent gaudium & spem quòd totum mundum Christo subiicient Achor, conturbatio, quia turbauit Israel, & ipse postea turbatus est,

Hieron. Ruper. Ios.7.a.

✠ THEODORETVS. Cùm Achor dona Deo consecrata furto violasset, Deo pœnas dependit, nam populus eum lapidatione necauit. Post illius necem cùm agnoscerent quantas turbas legis diuinæ transgressio aduehat, luctu & plangore Deum placabant. Hoc propheta hic indicat. Nam vt illi, tùm ex mente Achor cognouerunt, quàm ingens malum F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ponam eam in saltum. *Ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus, & sic creuerunt ibi spinæ & fruteta.*

2 Et comedet eam. *Id est, bona eius.*

3 Bestia agri. *Id est, Nabuchodonosor, qui versus in amentiam,* eiectus fuit ab hominibus, & cum feris fuit habitatio eius, *vt habetur Dan.4.e.*

4 Et visitabo super eam dies Baalim. *Id est, in quibus seruiuit Baalim, debitè puniendo.*

5 Et ornabatur. *Ad reuerentiam enim idolorum ornabant se habitatores Ierusalem, sicut catholici in festis sanctorum.*

6 Propter hoc ecce ego. *Partem istam exponit Ra. Sa. de captiuitate Babylonica, & eius relaxatione vsque ad finem cap. & aliqui expositores catholici eum sequuntur in parte exponentes de reductione captiuitatis Babylonicæ. Sed contra hoc obuiat litera in pluribus locis & potissimè in fin. cap. quia ab Apostolo ad Rom.9.c. allegatur dicta litera de conuersione gentilium ad fidem, vt videbitur: & secundùm hoc in parte ponitur gentilitatis vocatæ diuina consolatio, vt suprà dictum est in diuisione. Propter hoc istud non copulatur ad literam immediatè præcedentem sed ad illud quod suprà positum est:* Dicite fratribus vestris populus meus: & sorori vestræ, *id est, gentilitati vestræ.* Misericordiam consequuta, &c. Propter hoc ecce ego lac. eam. *consolationibus spiritus sancti, vnde Act.10.g. legitur, quòd* prædicante Petro cecidit spiritus sanctus super Cornelium, & alios Gentiles, *qui erant cum eo & loquebantur linguis.*

7 Et ducam eam in solitudinem, &c. *Quia à tempore apostolorum multi conuersi ad fidem transferebant se ad loca solitaria, vt meliùs vacarent contemplationi, & reficerentur consolatione diuina, ideò subditur.*

8 Et loquar ad cor eius. *Quod fit in secretorum reuelatione & spiritus sancti consolatione.*

9 Et dabo ei vinitores eius, &c. *Isti sunt apostoli qui vinum doctrinæ Christi fidelibus propinauerunt: propter quod saluator dicit de seipso. Iohan.15.a.* Ego sum vitis vera, &c. *Et istud vinum,* germinat virgines, *Zach. 9. Et isti vinitores fuerunt ex eodem loco, quia nati in Iudæa, sicut & Christus.*

10 Et vallem Achor. *Non est nomen loci, secundùm quòd dicit Ra. Sa. quia Achor non est nomen proprium, sed appellatiuum: & turbationem significat, vt probatum fuit Iosue 7. & ideò per vallem Achor intelligitur humilis cõtritio de peccatis, sicut dicit idem Ra. Sa. propter quod Andreas & alij sequentes eum dicentes, quod vallis Achor est hic nomen loci iuxta Iericho: quem primo intrauerunt redeuntes de Babylone, magis Iudaizant quantum ad hoc quàm ipse Rabbi Sa.*

11 Ad aperiendam spem. *Humilis enim contritio de peccatis aperit spem salutis.*

Et canet.

MORALITER.

6 *Propter hoc, &c.* Hoc non refertur ad literam immediatè præcedentem, sed ad vocationem Gentium ante positam, per quam, sicut dictum est moraliter significatur reuocatio peccantum ad gratiam qui sunt diuinis consolationibus nutriendi: ideo dicitur in persona domini.

† *Lactabo eam &c.* Et quia dominus non solum per seipsum consolatur pœnitẽtes, sed etiã per suos ministros, ideo subditur.

9 *Dabo ei vinitores &c.* Quia tamen sic consolati, debent de peccatis præteritis contristari, ideo subditur.

10 *Et vallem Achor.* quæ turbatio interpretatur.

11 *Ad aperiendam spem.* Scilicet vitæ cælestis, quæ per hæc aperitur.

† Lacta

A malũ ſit legis violatio ſic etiã ex captiuitate hi percipiẽt ſenſum ſuorum delictorum. Hoc explanatius oſtendens apponit *Et humiliabitur iuxta dies infantiæ &c.* Non Aſſyriis ſecus, inquit, ſeruient, atque Aegyptiis ſeruierunt. Eius infantiam vocat in Aegypto diuerſationem, & vitæ exactionem in ſeruitute.

D d *Cum beſtia.* Nomine beſtiarum & volucrum Gentiles ſignantur, qui hæc pro Deo colebant. Vnde purgati non eiſdem nominibus, ſed rationales vocantur. In his iam *confregit Deus potentias arcum ſcilicet & gla. in d. bel.* quibus armis fractis iã ſecurè dormiunt, credentes ſub vno paſtore Chriſto. Hieron. Rupertus. Pſal. 75.a.

a ¶ Quia Ieruſalem eſt, in montibus. Aegyptus in humili loco, de qua ſpiritualiter dicitur: Væ qui deſcendunt in Aegyptum propter auxilium. 1
a Et canet ibi iuxta dies iuuẽtutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis 2
a ¶ Poſtquam in me veraciter crediderit. 3
b ſuæ de terra Ægypti: Et erit in die illo, ait dominus vocabit 4
a ¶ Et ſi rectè poſſet dici, tamen propter ſimilitudinem nominis idoli debet vitari
c me vir meus: et non vocabit me vltrà Baalim. Et auferam no- 5
mina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis
a ¶ Cum abſtulerim nomina idolorum: vnde Iſaiæ. ¶ Habitabit lupus cum agno. Petro dicturus eſt, vt omnes beſtias mactet & manducet. 6
d eorum. Et percutiam eis fœdus in die illa, cum beſtia agri, & 7
a ¶ Omnem rebellionem, quæ erat inter Iudæos & Gentes: quia Chriſtus veniens vtraque facit vnum, duos parietes coniungens in ſpe futuræ reſurrectionis. 8
cum volucre cœli, & cum reptili terræ. Et arcum & gladium 9
a ¶ De eccleſia. b ¶ Vel modo quieſcunt animæ ſanctorum in ſpe futuræ reſurrectionis. 10
¶ Securæ quieſcere in mea fide & pace. ¶ Hanc ſeptimam ætatem quieſcentium fecit Chriſtus veniens in carne. 11
& bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducia- 12
a ¶ Circunciſio data Abrahæ fuit ſignum ſempiternum inter Deum & ſemen illius. 13
e liter. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te 14

Attamen ſeruitus eis bono erit, & planè pietatis erit conciliatricula. Etenim idola colere obliuiſcetur in captiuitate me tum virum & coniugem nominabit.

Haymo. a *Et canet ibi.* Quando egreſſa eſt de Aegypto, quo tempore plebs illa in fide Dei creſcebat, ab idololatria Aegyptiorum conuerſa, & ad meliora aſcendebat. B Sic nunc canit & lætatur eccleſia per baptiſmum à diabolo liberata, & dicit: *Cantemus domi. gl. e. m. e.* Exo. 15.a.

b *Et erit.* In memoriam belli conſecratum eſt idolum, quòd Bel dicitur: & hoc nomine à prophetis idolũ Babylonis ſæpe vocatur. Hũc Sidonij ſæpe Baal dicunt vel Baalim. Et interpretatur Baal, habens, Baalim habens me. Vnde & mulieres vocant maritos ſuos Baalim, id eſt, vir meus, ſcilicet, habens me in coniugio. Hebræa verò lingua: vir, dicitur Is: & vxor Iſſa. Vnde hic dicitur: Plebs credens, volens me oſtendere virum ſuum vocabit me Iſch, id eſt, vir, non Baalim: quod ſimiliter interpretatur, vir meus: quia etſi ſecundum Etymologiam poſſet dici, tamen idolorum odio non debet: ne in cultu Dei recordemur nominis idolorum, ne dum virum nominet, idolum cogitet: quod poteſt eſſe propter ambiguitatem verbi. Ex hoc habemus ex ſolis vocibus inordinatè C prolatis hæreſim poſſe incurri.

Comm. in hunc loc. c *Et auferam nomina, &c.* ✠ Theophylact. Non amplius nomen meum, vel vocem illam Deus, idolis ſuis apponent, neque Baal Deum eſſe dicent in tempore afflictionis: ſed ne agnoſcent Deum, & ſponſum ſuum. Abſtulit autem nomina Baalim, dum iniecit eos in calamitates: & cum Sol iuſtitiæ Chriſtus effulſit. Vniuerſa nẽpe idololatria ſublata eſt cùm ab Iudæis, tum ab Gentibus, verique Dei cognitio omnibus communicata. Preterea, impœnitentibus quando lumen verbi Dei refulgens diem fecerit, omnia ſimulacra, id eſt, peccatorum ſpectra auferuntur, ne vlterius Deus ſit venter, auaritia prauæ cupiditates &c.

Cùm

e *Et ſponſabo.* Ter ponitur ſponſabo. Primò deſpondit eã de Aegypto, vt vxorem habeat ſempiternam. Secundò, in monte Sina, dans eis pro ſponſalibus legis iuſtitiam & iudicium & iũctam legi miſericordiam, vt ſi peccauerit, captiuetur: & ſi pœnituerit, reuocetur. Tertiò in aduentu filij, quòd eſt in fide trinitatis: in qua fide credẽtes ſtatim ſciunt, quia ille eſt Deus quem priùs negauerunt. E Hæc ergo meretrix quæ ita fuerat coniũcta in externos viri complexus, quia in Aegypto idola coluit, iterum per legem aſſumitur: quam quia præterit, prophetis quaſi ſponſi ſodalibus interfectis, tertiò venit filius: quo crucifixo & à mortuis reſurgente deſponſatur non tam in iuſticia legis, ſed in fide & gratia Euangelij & cognitione veritatis.

Hieronymus. Nota miſericordiam viri Dei; Meretrix diu fornicata ad virum reuertitur, nec conciliari viro, ſed ſponſari dicitur, & vide diſtantiam inter Dei & hominum coniugia homines de virgine non virginem faciunt, Deus iunctus meretricibus virgines reddit.

F ✠ Bernardus. Sed quomodo fieri poteſt: vt rex tantus in ſponſum tranſeat, ciuitas promoueatur in ſponſum? Sola hoc poteſt, quæ nihil non poteſt, Charitas fortis vt mors. Quo modo non facilè iſtam lenet, quæ illum iam inclinauit? Verùm hinc tibi nullatenus conſulenda prior illa quam diximus conſideratio tui. Hic quàm potiſſimum fidei magnanimitas exercetur. Denique & ipſe ait. Deſponſaui te mihi in fide deſponſaui te in iudicio, deſponſaui te in iuſtitia. Eius, non tuam intellige. Si non fecit ille quod ſponſus, ſi non tanquam ſponſus amauit, ſi non zelatus eſt tanquam ſponſus, noli acquieſcere ſponſam te arbitrari. Serm. 5. in dedicat.

✠ Idem. O fatuam ſponſam ſynagogam quæ contemnens Dei iuſtitiam, id eſt, gratiam ſponſi ſui: & volens ſuam conſtituere, iuſtitiæ Dei non eſt ſubiecta, ob hoc miſera repudiata ☞ eſt, & Serm. 67. in cant.

NICOLAVS DE LYRA

1 Et canet. *Deum laudando.*

2 Iuxta dies. *Et qui ſint illi dies, ſubditur:* Et iuxtà. *&, pro, id eſt,* iuxtà dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti. *Tunc enim aſcendens de mari rubro cecinit:* Cantemus domino glorioſè, &c. *Exo. 15. a. Sic primitiua eccleſia valdè fuit diuinis laudibus intenta, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis.*

3 In die illo. *Id eſt, tempore noui teſtamenti.*

4 Vocabit me, &c. *Dicunt hic aliqui, quòd Baalim idem ſignificat quòd vir meus & tamen redeuntes de captiuitate vitabant hoc nomẽ eò quòd erat ſimile nomini idoli: ſcilicet, Baal. Rab. Sa. hoc exponit magis catholicè, quantum ad hoc, dicens, quòd vir meus hic accipitur, id eſt, ſponſus meus, quæ eſt nominatio amoris. Baalim vero ſecundum proprietatem Hebraici ſermonis, idem eſt quod dominus meus, quæ nominatio eſt timoris: ſecundùm illud: Malach. 1, b.* Si ego dominus, vbi eſt timor meus? *Et ſic eſt ſenſus ꝙ ex familiaritate cũ Deo, populus eius vocabit eum ſub nomine amoris, & non timoris: & hoc propriè conuenit ſtatui nouæ legis, quæ eſt lex amoris, ſecundùm quod dicit Auguſt. Breuis differentia legis & Euangelij timor & amor. Sic igitur timori ſucceſſit amor.*

5 Et auferam nomina. *Sicut patet impletum per prædicationem apoſtolorum & aliorum credentium, quòd ceſſauit idololatria quaſi per totum mundum.*

6 Et percutiam eis fœdus in die illa. *Id eſt, tempore gratiæ.*

7 Cum beſtia. *Id eſt, cum crudelibus tyrannis.*

8 Et cum vol. *Id eſt, cùm regibus ſuperbis.*

9 Et cum reptili terræ. *Id eſt, cum eorum miniſtris: quia & iſti qui in principio perſequebantur fidem Chriſti, ad fidem ſunt conuerſi in magna parte totius mundi, & maximè à tempore Conſtantini.*

10 Et arcum & gladium & bellum conte. *Quia Chriſtianorum perſecutores facti ſunt eorum defenſores, ideo ſequitur.*

11 Et dormire. *Id eſt, quieſcere.*

12 Eos faciam &c. *Sedata perſequtione.*

13 Et ſponſabo. *Quia eccleſiæ Chriſti ſponſæ non ſuccedit niſi ſtatus gloriæ.*

24 Et ſponſabo te mihi in iuſticia. *Quia fides ſine opere mortua eſt*

✠ Et erit.

MORALITER.

✝ 1 *Et canet ibi iuxta ei. &c.* Id eſt, baptiſmalis gratiæ, quæ per pœnitentiam recuperatur quantum ad culpæ dimiſſionem.

3 *In die illo, &c.* Quia recognoſcet me Deum ſuum, tanquam illum à quo eſt omnis virtus eius.

✝ *Et dixit*

A eſt, & iam non eſt ſponſa: ſed eccleſia cui dicitur Deſponſaui te mihi in fide &c. Nec tu me elegiſti: ſed ego elegi te: nec vt te eligerem tua inueni merita: ſed præueni. Ita ergo in fide deſponſam te mihi, & non in operibus legis: deſponſauique in iuſtitia, ſed iuſtitia quæ eſt ex fide non ex lege.

apoſtoli ſcilicet & vniuerſalis eccleſia, audient Iezrael, id eſt, ſemen verbi dei perducent ad effectum operis, vt faciat aliud ſemen fructum centeſimum, aliud ſexageſimũ, aliud trigeſimũ. D

Aſſerunt Iudæi tempore ſui Meſſię hæc adimplenda, quæ vt omnia ſuo ordine currant, ſeruiet ſuo creatori creatura. Matt. 13.b

a ¶ Vt iuſte viuas. b ¶ Diſcretione inter bonum & malum.
mihi in iuſtitia & iudicio & in miſericordia & miſerationi-
bus ſponſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dominus
a ¶ Quando te mihi in fide ſpondeo.
a Et erit in die illa, & exaudiam, dicit dominus, & exaudiam 1
b a ¶ Apoſtolos. b ¶ Vt illam cæleſti pluuia irrigent. 2
c ¶ De qua: Veritas de terra orta eſt, in qua paterfamilias ſeminat bonum ſemen 3
cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum
c & vinum & oleum, & hæc exaudient Iezrael, Et ſeminabo 4
d a ¶ Bonam ¶ In filium credentis ſynagogæ quæ erat ſine miſericordia dum idola colebat
e eã mihi in terram, & miſerebor eius quæ fuit abſq; miſeri- 5
a ¶ Mutabo nomina quibuſdam aſſumptis. b ¶ De hoc populo dictum eſt, Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus m. &. c. d. mi. p. m. regnum.
cordia. † Et dicam non populo meo, populus meus es tu: &
a ¶ Conuerſus ad fidem. b ¶ Tu es Chriſtus filius dei viui.
ipſe dicet, deus meus es tu.

Ser. 22. de temp. ✠ Auguſtinus. Ad Mariam virginem Dominus ſic loquitur per prophetam Deſponſabo te mihi in æternum. Sẽper ergo virgo eſt, ꝗ ſemper ſpõſa eſt, & quæ vocabulo ſponſæ non caruit, in æternum virgo permanſit. Et deſponſabo te inquit, mihi in æternum: quia quæ ſponſa æterna dicitur, æterna virgo probatur. † 35. q. 1. §. hæc itaque.

Comm. in hunc locũ. ✠ Theophylactus. Quid eſt, *Deſponſabo te mihi ipſi?* Vel quoniam non per angelum, neque magnum natu aliquem, ſed per ſe ipſe dominus nos ſeruarit. *Patribus enim locutus eſt per prophetas, nobis autem per Filium.* Heb. 1. Vel quia veterem illam Synagogam Moſi deſponderit, vnde & ad ipſum. *Populus inquit, tuus inique egit.* Exod. 32. Credentem autem incarnato filij aduentui, eccleſiam ſibi ipſe deſpondit, quemadmodum Paulus teſtatur. Eph. 5. Nec in æternum ſibi Synagogam deſponderat, nam temporaria erat legis ſeruitus: nunc verò in æterna ſecula deſpondet credentes.

a *Et erit in die.* Hieronymus. Secundum literam poteſt intelligi, quòd in aduentu Chriſti bona temporalia promittuntur credentibus, vt propter ipſum qui ſemen Dei eſt, omnia ſuo ordine currant, ſicut ab initio ſunt condita & vtilitati hominum deſeruiant: & tamen Iudæi adhuc poſt tanta bona corporaliter Antichriſtum expectant. Spiritualiter, Cœli (*qui gloriam dei enarrant*) Pſal. 18. a. exauditi ſunt, rogantes pro muliere Chananæa, Matt. 15. c. quòd pro ſocru Petri. Luc. 4. f. Et cœli audiunt terram, id eſt, homines qui ſunt in eccleſia. C Terra audit triticum, id eſt, ita præbet ſpiritualem intelligentiam veteris & noui teſtamenti, vt lætificet corda audientium, modificando doctrinam ſecundum capacitatem audientium, Et hæc omnia, id eſt, cælum & terra apoſtoli

b *Et exaudiam cælos, &c.* ✠ Theophilactus. Poſt cœleſtiũ bonorum prædictionem corporalia etiam illis dona pollicetur: Annuam, inquit, cœlo, atque permittam ipſi vt pluat, quod etiã ſi naturam habeat vt iſthuc faciat, per irã tamen meam prohibetur. Cœlum verò obaudiet terræ, pro, implebit deſiderium ipſius ſitibundæ: ac E pluuia indigentis, veluti ipſa clamet propter ſiccitatem ſui, quod conueniat ſolui ſqualorem ſuum. Terra verò placabitur frumentis.

c *Et hæc exaudient.* Hieron. Hoc ſpiritualiter ad apoſtolos pertinet, qui incipiendo ab Ieruſalem ſua prædicatione & miraculis corda audientium vbique fructificare faciunt. Qui ſunt ſemen, dum audiunt à domino ſeminatores dum in omnẽ terram exiuit ſonus eorum.

d *Et ſeminabo eam.* Meretrix quæ eo copulata fuerat & tres ediderat, primum, Iezrael, ſecundum abſque miſericordia, tertium, non populus meus) iam videt propter fidem Dei & ſemen Dei mutata nomina: Et poſſunt hæc omnia referri ſpiritualiter ad decem tribus, quæ Iſrael dicuntur, quæ ſub nomine meretricis tres liberos ediderunt. Generaliter ad omnes Iſraelitas qui crediderunt. Hieronym.

e *Et miſerebor, &c* ✠ Theod. Hæc typicè ſub Zorobabel acciderunt, expreſsè verò & veritate ipſa vbi Chriſtus ſe hominem fecit, cùm ſibi Eccleſſam deſpondit in æternum. Tum qui in eum crediderunt, populus fidelis verè extiterunt, ipſe F verò eorum qui ex animo crediderunt vocatus fuit Deus poſt bonorum promiſſa & ſponſiones.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erit, &c. *Scilicet, per preces fidelium, & ſubditur modus.*

2 Et. *Pro id eſt.*

3 Exaudiam, &c. *Quod intelligitur de multiplicatione bonorum temporalium & ſpiritualium in eccleſia. Dicuntur enim cœli exaudiri, quando Dei voluntate rorem & pluuiam ſalutiferam infundunt: & terra, quando humectatur & fœcundatur ſic diffuſa & terra naſcentia, quando terra profert ea in abundantia. Quandoque verò ad abundantiam bonorum ſpiritualium cœli dicuntur exaudiri, quando angeli qui ſunt ciues cœleſtes impetrant apud Deum etiam bona pro regnis & perſonis ſuæ cuſtodiæ commiſſis, & terra, id eſt, habitatores eius, quando exaudiuntur ab angelis, & bona ſpiritualia per triticum, vinum & oleũ deſignata quando multiplicãtur in fidelibus populis, ideò ſequitur.*

4 Et hæc exaudient, &c. *Id eſt, ſemen Dei, cuiuſmodi ſunt fideles, ſicut ſup. dictum eſt c. 1. propter quod Ra. Sa. dicit hic quod per Iezrael intelliguntur filij captiuitatis in ſua reuerſione, quod non poteſt intelligi de ciuitate Iezrael, ad quam non redierunt, vt dictum eſt ſuprà: Iſta autem completa ſunt in eccleſia fidelium, quæ ex Dei beneficio bonis ſpiritualibus & temporalibus eſt fœcunda.*

5 Et miſerebor. &c. *Tranſlatio, Lxx. habet:* Et diligam non dilectam, *& c. i. gentilitatem quæ ante vocationem non erat dilecta, & in hoc ſenſu allegat hanc ſcripturam Apoſtolus ad Rom. 9 propter quod ſic eſt intelligenda pars iſta, vt prædictum eſt.*

✠ Cap.

ADDITIO I.

In cap. 2. vbi dicitur in poſtilla. t vallem Achor non eſt, &c. *Secundum gloſ. Achor eſt nomen proprium, & ſignificat illum tranſgreſſorem, de quo fit mentio Ioſuæ 7. a. quo vallis illa in qua fuit interfectus, vallis Achor nominatur, & eſt ſenſus, quod ſicut punito illo in Achor Iſraelitæ habebant ſpem vincendi ſic deſtructa Ieruſalem & templo per Romanos, & punitis his qui peccauerunt in Chriſto, quaſi deſtructis figuris iam habent apoſtoli gaudium, & ſpem, quòd totum mundum Chriſto ſubiicient, vt in gloſ.*

ADDITIO II.

In eo. c. vbi dicitur in poſt. Et ſpõſabo te mihi in ſempiternũ. *Ter repetitur hic deſponſatio. Primò cum dicitur.* Deſponſabo te mihi in ſempiternum. *Secundò cũ dicitur.* Et deſponſabo te mihi in iuſtitia & in iudicio & in miſericordia & miſerationibus. *Tertiò cùm dicitur.* Et deſpõſabo te mihi in fide, & ſcias quia ego dominus. *Vnde ſecundum gloſ. primò ſponſauit Deus eccleſiam antiquorum in Abraham, vel cùm eduxit eum de Aegypto, vt vxorem haberet ſempiternam. Secundò, in monte Sinai, dans eis pro ſponſalibus legis iuſticiam & iudicium & iunctam ſibi miſericordiam, vt ſi peccauerit, captiuetur, ſi pœnituerit, renouetur. Tertiò ſponſauit eam in aduentu filij, quod eſt in fide trinitatis, in qua fide credentes ſtatim ſciũt, quod ille eſt Deus, quem priùs negauerunt. Hæc in gl. vnde ſubditur:* Et ſcies quia ego Dminus.

REPL. *In c. 2. vbi dicitur:* Et vallẽ Achor. *Poſtillator dicit Achor non eſſe proprium nomen, ſed appellatiuum ſignificans turbationem, & clarius expoſuit Ioſue. 7. Ibi Burg. ei non contradixit, hic autem propter quandam glo. Burg. ſe opponit: ſed videtur gl. minus autentica, quæ literæ contradicit. Nam Ioſue. 7. ille tranſgreſſor de quo hunc locũ exponit non eſt dictus Achor, ſed Acham, & 1. Paral. 2. dicitur Achar. & in gloſ. interlineari Ioſue. 7. dicitur hoc idem ſentire Be. Hiero. Cũ igitur in nulla correcta Biblia nominetur ille trãſgreſſor Achor, videamus quo animo Bur. hanc gl. literæ non conſonantẽ adduceret, niſi in odiũ poſtillatoris. Non eſt igitur verum quod vallis iſta ſit ab illo tranſgreſſore dicta vallis Achor, ſed eſt dicta à tranſgreſſione, & ſic eſt appellatiuũ nomen, non proprium. quia ſignificat turbationem, prout etiam innuit glo. in hoc loco.*

☞ Cap. III.

A ET *dixit ad me. Adhuc vade.* ✠ Theodoretvs. Rurſus prophetam Deus hortatur, vt mulierem adulteram, & in ſceleribus verſantem diligat, vt iterùm per res oſtendat imaginem & effigiem ſummi erga indignos diuini amoris.

✠ Ambrosivs

In propheta Oſee legiſti. Conduc tibi fornicariam qu indecim denariis, eò ꝙ gemino ære veteris & noui teſtamenti, hoc eſt, integro fidei pretio, mulier illa vago quodam & meretricio gentium conuenarum comitatu fulta conducitur. Et conduxit, inquit, eam Gomor hordei, & ſemi Gomor. Per hordeũ ſignificat, qa impfectos vocaret ad fidẽ, vt perfectos redderet. Per Gomor intelligitur plena menſura, p ſemi Gomor ſemiplena. Plena menſura in euãgelio eſt, ſemiplena in lege, cuius plenitudo nouũ eſt teſtamẽtũ. Siquidẽ dominus ait: *Non veni legẽ ſoluere, ſed implere.*

alias † reſpectant.

† Dolia: id eſt, lagenas plenas vino

B † expecta me ne fornicaris & nõ ſis viri alterius & ego ad te.

✠ Theophylactvs. Prior vxor quam accepit propheta, figura fuit generationis prioris Iudæorum, fornicantis à Deo ad idolorum culturam. Poſterior hæc, figura eſt captiuitate preſſorum. Intelliges etiam hic, priùs ſcortum typum eſſe Synagogæ ante Chriſti aduentum, quæ & idolis dedita erat, at eam quæ nunc accipitur, eſſe figuram Synagogæ Chriſti aduentum, quæ & ipſa quidem à Deo aſſumitur, propter eos qui ex ipſa ſecundum electionem gratiæ credituri ſunt. Hæc ipſa etiam adultera eſt, Phariſæis doctrinas hominum docentibus ſe proſtituens. Conducit hanc Vates quindecim argenteis hoc eſt, quinque legalibus libris ac decem præceptis. Prætereà hordeum irrationalem ipſorum alimoniam adumbrat, qua veſcuntur, nihil ſpirituali neque dignum intelligentes animabus rationalibus.

Sicut

D Sicut per fornicariam decem tribus, ita per hanc adulteram Iudæam ſpecialiter intelligimus, cui propheta iungi præcipitur. Poteſt tamen & per illam & per iſtam vniuerſaliter Iſraeliticus deſignari populus. Hiamo.

b *Vinacia.* Per vinacia dæmones, qui creati ſunt in magna pinguedine ſpiritusſancti, ſed per ſuperbiam areſacti de cœlo ſunt proiecti quos colunt Iudæi. Vel, vinacia, traditiones Iudæorum ab omni veritate vacuæ, pro quibus Iudæi traditiones Dei derelinquunt. Signat enim hæc adultera præſens tempus Iudæorum quos diligit Deus, qui omnium expectat ſalutem & aperit ianuam pœnitentibus. Sed illo relicto Deo inutiles res ſequuntur. Haimo. Rupert.

† 32.q.1.c. penul.& vl.

† comparaui.

E

CAPVT III.

a ¶ Iuxtà literam tu eam adulteram diligis, ſed ipſa non diligit te ſed te ſpreto alium plus quàm te diligit: Et ad quid hoc pertinet, ſubdit: Sicut dominus diligit multum filios Iſrael, ſed ipſi ſpreto eo noluit alienos Deos.

a ET dixit dominus ad me. Adhûc vade & 1
diligẽ mulierem dilectam amico & a- 2
dulteram, ſicut diligit dominus filios 3
Iſrael, & ipſi † reſpiciunt ad Deos alie- 4

a ¶ Acina. b Vt vinea. ¶ LXX. conduxi eam mihi precio quaſi mulierem vt mercede ſuſcepta ceſſet adulterare & cum propheta dormiat.

b nos & diligunt † vinâcia vuarum. † Et † fodi eam mihi 5 6

a Triginta modiis. b ¶ Quindecim modiis.

quindecim argenteis, & chôro hordei & dimidiò choro 7 8

a ¶ Quod eſt cibus iumentorum, quia erat ſicut mulus, in quo non eſt intellectus. b ¶ Pro hac mercede. c ¶ LXX. ſedebis.

hordêi. Et dixit ad eam: Dies multos † expectabis me. 9

c *Coro hordei.* Id eſt, triginta mediis, & dimidio, id eſt, quindecim qui reddunt 45. modios hac mercede conducitur. Quintadecima die mẽſis Niſan, qui eſt Martius, percuſſa ſunt primogenita Ægyptiorum & Iſrael eductus eſt de Aegypto: & hac mercede in Dei ſeruitute conductus, & pro primogenitis Iſrael, qui plagam non ſenſerunt. 15. ſicli argentei in templi donario offeruntur. Quadrageſima quinta die ad montem Sina peruenit populus, & ſtatim altera die præcipitur vt abſtineant à coitu fœminarum, & per triduum ſanctificati præparent ſe ad accipiendam legem: & quinquageſimo die Moyſes accepit decalogum. Bene ergo 45. modiis hordei dicuntur conducti qui poſt aduentum Chriſti ſedent & expectant aduentum viri ſui; *donec plenitudo gentium introeat & ſic omnis Iſrael ſaluus fiat,* qui interim nec Deum habet, nec idolis ſeruit, nec vtitur cibo hominum, ſed hordeo iumentorũ, quia nil ſpirituali in lege habet: ſed litteram ſequitur. Hieron. Ro.11.d.

Niſan dicitur menſis, in quo paſcha ſiue martius ſiue aprilis.

☞ Ego

C

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. III.

❊ ET dixit. *Poſt vocationem Gentilium hic conſequenter denunciatur finalis conuerſio Iudæorum. Circa quam primò ponitur Iudæorum ingratitudo, & tandem eorum excæcatio. Secundò eorum finalis conuerſio, ibi;* Et poſt hæc. *Prima in duas, quia primò ponit ſignum propheticum: ſecundò ſignatur, ibi:* Quia dies mul. *Circa primũ dicitur propheta à domino.*

2 Adhuc va.&c. *In Heb. habetur* ſocio. *Ex quo patet: quod amicus hic dicitur eius ſponſus vel maritus, ſub quo tamen vt ingrata adulteratur, & ſic iuſtè à marito dimittitur: ideò ſubditur.*

3 Si. di. *Eos de Aegypto educendo & legem diuinam aliaque beneficia ſpecialiter tribuendo, ſecundum quod dicitur Pſal. 147.b.* Non fe. ea omni na.& iu.&c.

4 Et ipſi.&c. *Eos colendo, ſtatim enim poſt legem datam adorauerunt vitulum conflatilem Exod. 32. b. & poſtea temporibus iudicum & regum idola coluerunt, vt patet ex decurſu illius temporis.*

5 Et di.&c. *In Heb. habetur:* Dolia vel cyphos, *ex quo patet quod per vinacia hic intelliguntur vaſa vinorum contentiua, quæ tamen diliguntur propter vinum contentum, & ſic notantur hic de ebrietate, quæ ducit ad alia vicia.*

6 Et fo.&c. *In Heb. Et conduxi eam mihi, ſcilicet, adulteram à marito dimiſſam, ſecundũ autem tranſlationem noſtram loquitur de plebe Iudaica per modum vineæ, eo quod dicitur vinea domini ſabbaoth, Iſa.5.a.* Vinea autem colitur cum foſſione.

7 Quin ar. *Quia ſecundum doctores Heb. & Latinos eos ſequentes,* per

per hoc deſignatur eductio populi de Aegypto, quam fecit Deus. 15. die menſis 1. Exo.12. F

8 Et cho. *Chorus autem 30. modios continet: & ſic chorus & dimidius continet 45. modios, ad deſignandũ 45. dies qui fluxerunt à 15. die menſis primi excluſiuè, vſque ad primã diem menſis tertij incluſiuè, in qua populus exiens de Aegypto venit ad montẽ Sinai, vbi recepit legem à Deo, ſecundùm quod dicitur Exo.19.* Menſe autem tertio egreſſionis Iſrael de terra Aegypti in die hac, id eſt, prima die mẽſis, *ſecundum quod exponunt omnes catholici & Hebræi,* venerunt in ſolitudinem Sinai. *Quod autem fuerunt ibi. 45. dies præcisè, ſic patet quia Iudæi faciunt menſes per lunationes. Vna verò lunatio habet 29. dies cum dimidia, propter quod Iudæi faciunt primũ menſem. 30. dierũ. & ſecundum 29. & ſic conſequenter combinando. Ex quo patet, quod à 15. die menſis 1. excluſiuè, vſque ad primam tertij incluſiue fuerunt dies 45. Videtur autem mihi quod per iſtos numeros poſſunt conuenientiùs deſignari prophetæ ſancti perſonæ, per quas plebs Iudaica vſque ad Chriſtum fuit deducta: Ita quòd per. 15. argenteos intelliguntur. 15. prophetæ, quorum habentur prophetiæ, ſcilicet, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, & 12. prophetæ. Daniel enim apud Hebræos non reponitur inter prophetas, ſed inter agiographa, vt patet per Hier. in prologo galeato. Per 45. modios perſonæ in genealogia Chriſti contentæ, quæ Matt.1. ponuntur 42.i. ſecundum tres quaterdenas ibidem poſitas, quibus ſi addantur tres reges qui omittuntur inter Ioram & Oziam, ſecundum quod declarat Hier. ſuper Matth. habemus 45.*

9 Et di.&c. *In ſignum quod plebs Iudaica expectaret Meſiam multis temporibus, adhuc enim expectat.*

❊ Non

MORALITER.

✠ 1 *Et dixit.* Per hoc moraliter oſtenditur, quod bonus prælatus qui per Hoſee ſignificatur, debet diligere perſonã peccatricem non quantum ad culpam, ſed quantum ad naturam, ad imaginem Dei factam exemplo Chriſti, qui ſe peccatoribus oſtendit familiarem Luc.15.a. *hic peccatores recipit, & manducat cum illis,* Cuius cauſam addit Matth. *Non eſt opus valentibus medicus, ſi male ha.*

6 *Et fo.eam.* In Heb. habetur: *Et conduxi eam mihi, &c.* Ad literam enim tantùm dedit Hoſee illi mulieri adulteræ pro ſua familiaritate

familiaritate habenda, & per hoc moraliter ſignificatur, quod bonus prælatus debet diligere peccatores, non ſolùm eorum ſalutem affectando, ſed etiam ad hoc efficaciter operando verbo & exemplo, & etiam quantum ad pauperes ſubſidio temporali, propter quod Petro dictum fuit à domino Ioh. 21. c. *Paſce oues meas.* ter replicando.

9 *Et dixit, &c.* Oſee ſic loquens in perſona domini loquebatur, qui ſua miſericordia expectat peccatores ad pœnitentiam & ſimiliter ex ſua miſericordia procedit, quod peccatores non deſperant, ſed per Dei miſericordiam expectant.

✠ *Quia*

☞ a *Ego expectabo te.* Ne putes me tibi inferre iniuriam par pari A refero. Ego vir tuus ſedeo animo & expecto adulteræ pœnitentiã, vt ſaltẽ in fine Iſrael credat, & fiat vnus paſtor, & vnus grex. Hierony.

b *Quia dies multos ſedebunt, &c.* ✠ Theodor. Nam inquit, vt mulier cum prioribus amatoribus diuortium faciens, hoſpitiúmque renuncians ſocietate Prophetæ & hoſpitio vti voluit ſic vos abducti atq; abſtracti captiui in terram alienam, non à regibus, neque à ſacerdotibus curabimini. Cùm non erit altare, quæ ſacra obiri & confici poterunt? Neque per ſacerdotes aut prophetas oſtendi & præſignificari peccatibus ſolita erunt, vnde quid agendũ non premõſtrabitur omniq; penè eorũ curatione vacabo.

† bonitatẽ.

B ✠ Theophylactvs. Sedent Iudæi qui Chriſto non adhibuerunt fidem, in ſua incredulitate, neque Regem habentes, cuius præſentiam & adminiſtrationem ſentiant, neque principem. Qui n etiam ne iuxta animi conſiderationem quidẽ vel ſpiritualiter Regem habent. In ipſis enim mens non ſceptra tenet, neque dominatu fungitur. Neque perſpicuitas aut veritas in ipſis eſt, verùm, cæci verè in tenebris ſedent, neque ipſi veritatem intelligentes, neque aliis ipſam manifeſtare valentes. Interemerunt enim Dominũ, qui dicit. *Ego ſum via veritatis & vita.* Io.14.

c *Et ſine ephod.* Hieronym. Ephod propriè ſuperhumerale, ſed hic pro omni veſtimento ſacerdotali accipitur: poteſt poni & pro lineis veſtimentis, ſicut Samuel Ephod lineo indutus legitur. Hæc omnia Iudæi ad Lxx. annos captiuitatis referunt, ſed melius intelligitur vel de præſenti tempore, vel de vltima Iudæorum Ephod

Iudæorum conuerſione. Modo enim ſedent Iudæi perdito loco D abſque omnibus iſtis ſed nos habemus Chriſtum ſacerdotem, & corpus eius & ſanguinem & veſtem innocentẽ, & Theraphin id eſt ſignum & memoriam domini expreſſam in cordibus noſtris.

a ¶ Cum idolis. b ¶ Nec mihi à quo conducta es legitimè coniungeris. 1

a Non fornicâberis, & non eris virò, ſed & ego expectabo te. 2

a ¶ Vſque ad iudicij diem. b ¶ Contracti. c ¶ Patri hordeo. d ¶ Chriſto, qui conſtitutus eſt rex ſuper Sion. e ¶ De Iacob. Id eſt, ſine ipſo Chriſto ſaluatore & ſacerdote, quia non veniet Chriſtus donec deficiet princeps de Iuda, & regnet Herodes alienigena. 3 4

b Quia dies multos ſedebũt filij Iſrael ſine rêge, & ſinẽ prin- 5

a ¶ Quia ſubuerſo templo & Ieruſalem incenſa, nec ſacrificium nec ſacerdotium exercere poſſunt. 6

b ¶ Superhumerale. 7

c cipe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephôd, & ſine Tera 8

a ¶ Cum finitum erit tempus cæcitatis quæ ex parte contigit in Iſrael, reuertentur fide per prædicationem Eliæ & Enoch. 9

d phin. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent domi- 10 11

e a ¶ Patrem. b ¶ Chriſtum de ſtirpe Dauid qui manu forti ſoluit compeditos captiuitate populi ſui. 12

f nũm Deum ſuum, & Dauid regem ſuum, & pauebunt ad 13

a ¶ Conuerſi. b ¶ Nos ſumus in quos fines ſæculorum deuenerunt. 14

dôminum, & † ad bonum eius in nouiſſimo dierum. 15 16

d *Et ſine Tera.* Teraphim dicuntur figuræ & ſimulachra, quę hic intelligim⁹: Cherubim & Seraphim, vel quælibet alia tẽpli ornamenta. Teraphim

e *Et poſt hæc reuertentur, &c.* ✠ Theodoretvs. Cùm decẽ tribus, quæ à regibus profectis à Dauid defecerant, proprium regem ſibi elegiſſent, poſt reuerſionem è Babylone cõiunctæ & coactæ, vnum habuerũt ducẽ Zorobabel, ex Dauidica tribu procreatum, ex quo diuinitus bonorum datorum fructum ceperunt. Hæc omnia priuſquam fierent, planè ſciens, prophetica voce prænunciat. E

✠ Theophylactvs. Quoniam autem & poſt completionem gentium omnis Iſrael ſeruabitur, exquirent filij Iſrael per fidem regem Dauid, hoc eſt, Chriſtum manu validum, qui æreis portis confractis, fortem ſanè ligauit mortem, & ſpolia eius, nos videlicet, diripuit. Referto etiam hæc ad inferiorem hominem. Eſt enim adultera ipſa ſenſibilitas, &c.

f *Pauebunt.* Stupebunt ad dominum patrem & ad bonum filium de bono patre cum viderint in ſua & patris maieſtate regnantẽ vel ad bona de quibus dicitur. *Credo videre bona domini in terra viuentium.* Vel ad bonum id eſt, ad ſpiritum ſanctum, qui cum patre & filio vnus eſt Deus. Hieron. Pſal.26.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

❊ 1 Non for *Quia non ſeruiuit idolis.*

2 Et non eris vi. *Id eſt, Chriſto, à quo eſt modo ſeparata propter ſuam incredulitatem.*

C 3 Sed & ego expe.te. *Loquitur in perſona Dei qui expectat Iudæorum finalem conuerſionem.*

4 Quia dies mul. *Hic conſequenter ponitur ſignatum per prodigiale factum, cum dicitur.* Quia dies multos. *Quaſi dice. factum prædictum, deſignant quòd dies multos.*

5 Sede. *Id eſt, manebunt.*

6 Fi.Iſrael ſi.rege,&c. *Sicut videmus modo impletum, quia de ſuis non habent regem vel principem, ſed aliis regibus & principibus ſeruiunt.*

7 Et ſine ſacrificio,&c. *Quia non poſſunt ſacrificare extra Ieruſalem à qua ſunt repulſi, & templum eſt deſtructum.*

8 Et ſine Ephod. *Id eſt, ſine veſte ſacerdotali, quia ſublatis ſacrificiis ceſſat vſus veſtis ſacerdotalis.*

9 Et

9 Et ſine te. *Id eſt, imaginibus, in quibus dæmones ſolent dare reſponſa, & apud Iudæos non ſuat talia.*

10 Et poſt hæc. *Hic vltimo ponitur Iudæorum finalis conuerſio, cum dicitur.* F

Et poſt hæc. *Id eſt, poſt Iudæorum abiectionem & excæcationem.*

11 Reuertentur. *Ab errore ſuo.*

12 Et quærent dominum Deum ſuum. *Deuotè.*

13 Et Dauid regem ſuum. *Id eſt, filium Ieſum Chriſtum. Et quòd ſic debeat intelligi patet per tranſlationem Chaldaicam apud Hebræos autenticam, quæ ſic habet. Poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent cultum Dei ſui, & obedient Meſſiæ filio Dauid regi ſuo.*

14 Et pauebunt ad dominum. *Ipſum reuerendo.*

15 Et ad bonum eius. *Timendo declinare ab eo, quod bonum eſt in oculis eius. Et ſubditur tempus.*

16 In nouiſſimo dierum. *Id eſt, circa finem mundi implebitur illud vt dictum eſt ſuprà. 1.ca.*

❊ Cap.

MORALITER

✠ 4 *Quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine rege.* Quaſi dicat, iſta expectatio diuinæ miſericordiæ in præſenti, figura eſt exiſtentium

tium in purgatorio, quia nullum auxilium habent ab intrinſeco eo quòd ſunt extra ſtatum merendi.

10 *Poſt hæc re.* Scilicet ab illa pœna ad Dei claram viſionem, & eius fruitionem dulciſſimam conſequentur.

✠ MORA-

ADDITIO

In cap.3. *Vbi dicitur in poſtil.* Et poſt hæc. *Hic vltimo ponitur Iudæorum finalis conuerſio.*

Hoc quod dicitur hic. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum. *Secundùm Hebræos refertur ad tempus, in quo ſpectant falsè Meſſiam venturum in quo tempore dicunt quòd reuertentur ad Deum per pœnitentiam, & erunt ſub obedientia ſui Meſſiæ. Et ſic tenent, quòd ex iſto loco non eſt argumentum efficax contra eos. Sed bene inſpicienti manifeſtè patet, quòd ex hoc quod dicit, Reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum: planè intelligitur quòd ille Dauid ſcilicet de quo ibi loquitur, iam venerat, niſi quòd ipſi non quærebant eum.* Non enim dicitur. *Reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum: & veniet Dauid rex ſuus, ſed.* Et quærent Dauid regem ſuum, *quaſi diceret: quærent illum qui iam venerat, vnde & hæc prophetia impletur de his qui quotidie conuertuntur ex eis, reſpectu quorum dicitur.* In nouiſſimo dierum, *etiam ſi non ſit in tempore circa finem mundi. Nouiſſimi enim dies dicuntur tempus nouæ legis, cui non ſuccedit alia lex, vt habetur, infrà. Micheæ.4. in poſtil. vnde bene aſpicienti hæc autoritas planè facit contra eos.*

Cap. IIII.

a A Udite verbum domini, &c. A principio prophetiæ vsque ad hunc locum, sub meretricis descriptione & adulteræ (quarum post graues pœnas & longam relictionem postea sit restitutio in pristinum vel meliorem statum) numerantur peccata decem tribuum vel duarū tribuum, & in cōmune omnium: nunc conuertitur sermo ad decem tribus, exponēs Deum, non frustra iratum tam grauia comminari & inferre supplicia, ne cui videatur non ex veritate iudicij, sed ex potentia Dei in eos qui non peccauerunt iniustè illata sententia. Maximè referuntur hęc omnia ad eos qui Christum in carne noluerunt suscipere, B & ad eorum posteros. (A; Hieron.; † succidetur)

CAPVT IIII.

a ¶ Quia vult dominus cum populo suo iudicari, & aperire causas suæ indignationis, scilicet, quia: Non est veri. &c.

a Audite verbum domini filij Israel: quia iu- 1
dicium domino cum habitatoribus terræ. 2

a ¶ Veritas sine misericordia non potest sustineri. Misericordia sine veritate (alias iustitia) negligentes facit, & qui his caret nec scientiam Dei habet, sed è contra pro veritate mendacium, & pro misericordia, maledictum & homicidium.

b Non enim veritas, & non est misericordia, 3 4
c & non est scientia domini in terra. Maledictum & menda- 5 6

a ¶ Abundanter fiunt. 7

cium & homicidium & furtum & adulterium † inunda- 8

a ¶ Peccatum, peccato, noua veteribus addunt. 9

uerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc 10 († destruxerunt)

a ¶ In captiuitate. x. tribuum. ¶ Lugere videtur terra cum remanet inculta. b ¶ Naturale est vt habitatore sublato bestiæ quoque & volucres & pisces deficiant, & iram Dei etiam muta sentiant animalia, quæ in vsus hominum à creatore alebantur. 11 12 13

d lugebit terra, & † infirmabitur omnis qui habitat 14 15

✠ Theod. Rursus in scelera cōmissa accusationem instituit. Veritate inquit, & misericordia priuabimini Dei notione destituti, multum apud vos viget mendacium, impunè cædes fit: aliena expetentes, in vestram rem conuertitis: vxoribus altera alterius insidiamini. Itaque quoniā omnis terra vestra his sceleribus redundat, tantam hostium multitudinem immittam in vos, vt funditus pereant non solum viuētes ferarum ac volatilium more in pauperes inuadentes, & veluti quibusdam alis suo robore & potentia vtētes, verumetiam omnes alij, qui vt pisces nauigant in vitæ pelago. Tropicè reptilia & volatilia potentes prædixit, pisces verò inopes homines appellauit. Cùm id fiet, terra iudicantibus & in ius vocantibus destituta erit.

Hieron. Haymo. b Cum habitat. Id est, cum Iudæis terrena amantibus, agit dominus iudicium damnans eos quia non est in eis ille qui dicit. Ego sum veritas.

Com. in hunc loc. ✠ Theophylactus. Dicendo. Non est veritas, &c. Docet qui fiat quòd hęc desint, inde nimirum quod non sit agnitio Dei. Dixit enim insipiens in corde suo. Non est Deus. Fortasse & aliquis è contrario opponat, quòd eam ob causam non adsit cognitio & scientia Dei, quia non sit veritas neque misericordia. C Longe enim à peccatoribus abest Deus. Nec immerito. Qui enim animę suæ oculis multum puluerem iniecerit, eosque excęcarit, quomodo videbit lumen? Execrationem autem habet, & conuitium, & calumniam. Nam cùm veritas non sit præsto, conuitium, calumnia, & mendacium adsunt. Quia verò non adsit misericordia, cædes adest, vt sanguinem sanguini misceant. D Et quia cognitio Dei abest, furtum & adulterium, præter iam commemorata flagitia, præsentia cernuntur.

✠ Idem. Qui mendaces diuitias amat, veritatem non habet: vnde neque misericordiam à Deo suscipit. Sic cruorem ad cruorem miscent hæretici, qui seipsos per hæresim occidunt, aliosque occident ab se institutos.

✠ Cyprianus. (Lib. ad Demetriadem) Merito incursantibus plagis, nō desunt Dei flagella nec verbera: quæ cùm isthic nihil promoueant, nec ad Deum singulos conuertant, manet postmodum carcer æternus, & iugis flamma, nec audietur illis rogantiū gemitus, quia nec hic Dei indignantis terror auditus est, qui E per Prophetam clamat & dicit: Audite sermonem Domini filij Israel, quia iudicium est Domini aduersus incolas terræ, eo quod neque misericordia, neque veritas, neque agnitio Dei sit super terram. &c.

c Et non est misericordia. Nec pupillo nec viduæ nec ipsi Christo miserentur & in mentibus eorum non habitat scientia. Id est, fides & cognitio Dei, vel ipsa sapientia patris. Maledictum. Ad eos pertinet qui dicebant. Dæmonium ha. Mendacium. Qui dicebant; Reus est mortis. Hoc homicidium. Qui ipsum & prophetas occiderunt. Furtum. Qui se & filios suos Deo furantur, dicendo. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Adulterium. Ad immundiciam vel idololatriam refertur. Sang. sang. tetigit. Cum peccatum peccato additur. Nomine enim sanguinis peccatum signatur. (Io. 7. c. Matt. 26. g. Ibi. 27. c.)

Habitatores terræ Id est, non aduenæ & peregrini, sed incolæ terræ dicuntur qui ad iudicium prouocantur. Qui autem vt aduena & peregrinus pertransit mundum, ille sequitur veritatem & misericordiam, & sic scientiam Dei, ne maledicti & aliorum peccatorum inundatione obruatur.

d Lugebit terra. Id est, amatores terræ cum perdent ea in quibus gloriabantur carnales Iudæi. Qui infirmati sunt, F comprehensi ab hostibus, qui & bestiæ fuerunt. Id est, feroces, & volucres. Id est, de meritis se offerentes, pisces in profundis vitiorum demersi, & aërem liberum non videntes.

☞ Veruntamen

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. IIII.

✠ Audite verbum. Supra Hosee prophetizauit non solum verbis, sed etiam sensibilibus factis: hic consequenter prophetizat simplicibus verbis, explicando magis præmissa, quæ sunt duo in generali, scilicet Dei iustitia in peccatorum punitione, & eius misericordia in pœnitentium susceptione. (Diuisio) Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur explicatio, secundò, explicationis promulgatio. ca. 8. Prima in duas, quia primò explicatur Dei iustitia in punitione peccatorum secundò, contra præmium eius misericordia (Diuisio) in reuersione eorum ca. 6. Prima in duas, quia primò explicatur iustitia erga populum indistinctè, secundò, magis distinctè. ca. sequenti. Prima adhuc in duas, quia primò explicatur Dei iustitia in punitione peccatorum contra proximum, secundò in punitione peccatorum contra Deum, ibi. Secundum multitudinem. Circa primum dicitur.

1 Audite verbum. Quod debetis intelligere.
2 Quia iu. domino cum ha. Id est, vult ostendere, quòd iustè procedit in eorum punitione: propter quod subditur.
3 Non est enim veritas. Ad proximum in verbis.

4 Et non

4 Et non est misericordia. Erga pauperes in affectu cordis.
5 Et non est scientia Dei. Directiua in agendis.
6 In terra. Id est, in Iudæa.
7 Maledictum. Id est, detractio proximi & vituperium.
8 Et menda. Nocendo ei in verbis.
9 Homicidium. Inferendo nocumentum corporis.
10 Et fur. In rebus possessis.
11 Et adu. In persona coniuncta, & per consequens in hæredibus falsis per adulterium submittuntur.
12 Inun. Id est, vltra modum abundauerunt, sicut aquæ inundantes proprias ripas exeunt.
13 Et san. san. te. Ex prædictis enim vitiis secuta est tanta effusio sanguinis, quòd homines mutuo sanguine fœdabantur.
14 Propter hoc, &c. Id est, desolabitur, sicut è contrario dicitur ridere metaphoricè quando floribus & fructibus repletur.
15 Et infirma. omnis qui ha. in ea. Non solum homines, sed etiam bestiæ & aues quæ deseruiunt hominibus ad solatium & cibum per venationem & aucupium, & ideo eo puniuntur homines in morte eorum quando pestilentia moriuntur.

✠ Sed &

MORALITER.

✝ 1 Audite verb. do. &c. In hoc ca. secundum sensum literalem ostenditur Dei iustitia in punitione Iudæorum propter multitudinem peccatorum: mysticè verò per hoc significatur punitio malorum Christianorum, & primò propter peccata contra proximum, cum dicitur. (Mysticè)

7 Maledictum & menda. &c. Hæc enim peccata multum ab undant inter Christianos, & maximè temporibus istis propter guerras multiplices inter ipsos.

13 Et sang. sang. teti. Quia consanguineus consanguineam polluit per adulterium vel fornicationem, & subditur pœna cum dicitur.

14 Propter. Id est, homines terrenis cupiditatibus & delectationibus immersi.

✝ In bestia.

☞ a Veruntamen. Hieronym. Q. d. Prouocauit ad iudicium, A vt scirent non per potentiam Dei, sed propter peccata se hostibus traditos, Sed quia neglecta correctione, in sceleribus impudenter permanent, indigni sunt qui arguantur.

b Populus enim tuus, &c. ✠ Theod. Sacerdoti reprobato, & qui ex sua dignitate excidit, similes eritis mea prouidentia deserti, ac per multos dies in hanc meā disciplinam trademini vna cum vestris prophetis mendacia denunciātibus. Prophetā vocat pseudoprophetam à consuetudine, quæ apud eos inualuerat. († vna cum bestiis agri, & volucrib. cœli, etiam pisces maris morientur. † nemo alterum iudicet)

B c Hodie. Non fraude vel insidiis, sed aperta luce, vt omnes sciant te pro peccatis captiuatam. († sicut corruit quis nocte, & succidam. Hieron. Decē tribus quos prophetas habuerunt.)

d Et corruet etiam pro. Seu pseudo, vel omnis gratia prophetandi, quia ante captiuitatem. x. tribuum habuerunt prophetas Eliam & Elisæum & alios qui in Samaria prophetauerunt, sed post captiuitatem in x. tribus non legitur fuisse propheta, vnde Amos qui erat de tribu Iuda, cogitur redire in patriā, ne in Samaria quasi in alieno regno prophetaret. (Amos. 8. c.)

a ¶ Subaudi infirmabitur.

in ea. † In bestia agri, & in volucre cœli, sed pisces maris con † 1

a ¶ Subaudis in mortem, vnde alia translatio, pisces maris deficient. b ¶ Iustus. c ¶ Iniustum.

a gregabuntur. Veruntamen † vnusquisque non iudicet: & † †

a ¶ A pio, b ¶ Impius. c ¶ Quia. ¶ Quem vocabam ad iudicium. d ¶ Sicut plebecula non obedit sacerdoti, sic populus tuus non obedit ori meo. †

b non arguatur uir. Populus enim tuus sicut hi qui † contradi- 2 3

a ¶ Ideo. b ¶ Prius ad prophetam de. x. tribubus, nunc ad ipsas loquitur. c ¶ In præsenti.

c cunt sacerdoti, et corrues hodie, & corruet etiam propheta 4 5

d a ¶ Et tam graue erit hoc malum, quod in hac nocte. Id est, in tenebris, angustia captiuitatis, non audebit quisquam proferre malum suum coram hostibus, sed populus comprehensus silentio tabet, non audens resistere hostibus, & hoc ideo, quia non habuit scientiam legis Dei vt impleret. Et meritò os quod clausum fuit à laude Dei, clauditur à deflendis malis suis.

e tecum. † Nocte tacere feci matrem tuam. † Conticuit popu- 6

f a ¶ Domini. b ¶ Domini. 7

g lus meus, eo quòd non habuerit scientiam. † Quia tu scien- 8

a ¶ Adorando idola, vnum in Dan, aliud in Bethel. b ¶ Scilicet vel in delubris idolorum. 9

tiā repulisti, repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita 10

a ¶ Quia. b ¶ Quæ prohibet idola adorari. c ¶ Ideo. ¶ Tradens æternæ captiuitati, nec miserebor sicut olim in deserto, qu. enim ignorat, ignorabitur. d ¶ Q. quotquot homines habuit, tot aras extruxit hominibus. 11 12

h es legis Dei tui, obliuiscar filiorū tuorū & ego secundū mul- 13

a ¶ Contra me. b ¶ Idolum in quo gloriabantur.

i titudinem eorum sic peccauerunt mihi gloriam eorum in 14

e Nocte ta. ✠ Theod. Docet quam matrē vocat, & assimilatus est populus meus quasi scientiam non habens. Nam cùm in tenebras ignorantiæ seipsos tradidissent, vt ne exiguam quidem lucem hominis ad Dei noticiam perducentis suscipere vellent, propriè comparantur nocti tali caligine oppressi. Matrem vocat synagogam, populum verò vocat, ex hac profectos: quod etiam apud Esaiam inuenimus. Quis est hic liber repudij matris meæ. (Esa. 50.)

C Omnia quæ dicuntur de decem tribubus possunt referri ad hæreticos, quia relinquunt regnum Dauid & Ierusalem. Id est, Christum & ecclesiam, & ideo nocte cooperti tacent à laude Dei. Et quia non habent scientiam. Id est, veram fidem Christi, repelluntur plerúmque immatura morte à sacerdotio, ne indigni tractent corpus & sanguinem domini, & ne diu viuendo corrumpant alios doctrina vel exemplo: & qui à talibus generantur: cum ipsis æterna damnatione prementur. (Hieron. Haymo.)

f Matrem

f Matrem. Iudæa generaliter mater, singuli filij. D

g Quia tu scientiam repul. &c. ✠ Theodoretus. Explicatiùs ostendit suam benignitatem, & eorum animum ingratum. (Ser. 36. in Cantica.)

✠ Bernardus. Non ignoro quantum ecclesiæ profuerint, & prosint literati sui, siue ad refellendos eos qui ex aduerso sunt, siue ad simplices instruendos. Denique legi. Quia tu repulisti scientiā, &c. Legi. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Sed & scio vbi legerim. Scientia inflat. (Dan. 12. 1. Cor. 2.)

h Secund. mul. Hæretici quanto plures, tanto magis delinquunt Deo, & iuxta numerum suum amplifiant dogmata errorum. Quorum gloria, id est, dignitas Christianitatis, mutatur in ignominiam quando pro peccatis præteritis in ampliora labuntur, & inde in pœnam. Qui comedunt peccata populi, dum per dulces sermones decipiunt corda, & deuorant domos viduarum, dicendo: Deus nihil aliud quærit, nisi veritatem fidei: quam si custodieritis, non curat quid agatis. Et sic subleuant animas eorum in peccatis, vt non pœniteant, sed in sceleribus gaudeant. Vnde & populus qui docetur, & sacerdos qui sic docet, pariter peribunt. Vel: sacerdotes, adulantes hominibus in peccatis, peccata eorum assumunt sibi, vnde Isa. Popule meus qui beatum te di. &c. Hi sacerdotes non erant de tribu Leui, sed ex quacunque tribu, dantes munera regibus decem tribuum, fiebant sacerdotes in templis idolorum. F († contēdūt cū sacerdote. Allegoric. Hieron. E † Succisus est † 38 distin. c. omnes. de renūc. c. nisi. Isa. 3. c.)

Secundum multitudinem, &c. ✠ Theophylactus. Non possum inquit, inuenire mensuram vel numerum delictorum ipsorum, vnde dico, quòd quemadmodum ipsi innumerabiles sunt astrorum instar, sic & ea quæ peccauerunt mihi sub numerum non cadunt. Ingratitudinem ipsorum hic pariter in mediū confert. Sic in anima contingit, vbi vnius ducis præsidio repulso, perturbationes copiosæ factæ peccant in Deum. (Com. in hūc locum.)

i Gloriam ipsorum, &c. ✠ Theophy. Ipsi inquit, suam sibi numerositatē glorię ducūt, at ego bello consumptos eos inminuā,

☞ paucioresque

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed & pisces maris congregabuntur. Hebræi dicunt finientur. Verbum enim Hebraicum hic positum æquiuocum est ad congregari & finiri, & ex circunstantia literæ videntur Hebræi melius dicere.
2 Verumtamen vnusquisque non iudicet, &c. Id est, nullus arguat peccatores huius populi: quia faceret frustra, ideo subditur.
3 Populus enim tuus. Et ostenditur eius incorrigibilitas.
4 Et cor. ho. Id est, citò. Et mutatur hic modus loquendi de tertia persona ad secundam.
5 Et corruet etiam pro. Scilicet falsus.
6 Tecum. Qui te nutriuit in vitiis, adulationibus & mendaciis suis.
7 Nocte tacere feci matrem tuam. Id est, Ierusalem quæ de nocte capta fuit. 2. Para. vlt. & sic confusa conticuit.
8 Conticuit populus meus eo quòd non habuit scientiam.

Scilicet

Scilicet diuinæ legis, attendens magis falsis prophetis, ideò subditur.
9 Quia tu scientiam repulisti. Scilicet diuinam prophetis reuelatam.
10 Repellam te ne sa. fun. mi. Sacerdotes enim sanctos prophetas persequebantur, vt patet de Ieremia. 26. ideò meritò fuerunt partim occisi, & partim captiuati in captione Ierusalem.
11 Et ob. es le. Dei tui. Legis studium dimittendo, & mendaciis pseudoprophetarum intendendo.
12 Obli. fi. tu. In necessitate eis non succurrendo.
13 Secundum multitudinem. Hic consequenter declaratur diuina iustitia in punitione populi de peccatis contra Deum, scilicet idololatria multiplici. Et diuiditur in duas partes: quia primò circa hoc arguitur populus decem tribuum, secundò monetur populus duarum ibi, si fornicaris. (Diuisio) Circa primum dicitur. Secundùm multitudinem. Peccata multiplicando.
14 Glo. eo. Id est, regiam dignitatem.

✠ In ignominiam

MORALITER.

✝ † In bestia. Per quam significantur feroces vel potius ferocitas, bestia namque dicitur quasi vastia à vastando.
† Et in volucre cœli. Per quam significantur superbi.
† Sed & pi. Id est, aquis voluptatum demersi.
† Congregabuntur. In sagena diaboli. Et bene dicuntur voluptates aquæ maris quæ sunt amaræ. Dicit enim Boëtius. 2. de consolatione. Tristes verò voluptatum esse exitus intelliget, quisquis libidinum suarum reminisci volet. Et subditur obstinatio cum dicitur.

3 Populus

3 Populus enim tuus, &c. Sacerdo. Id est, sacram scripturam danti, tales enim rebellant vera prædicanti.
7 Nocte tacere feci, &c. Mater peccatorum est concupiscentia nam omne peccatum contra proximum oritur ex concupiscentia mundi, vel ex concupiscentia carnis, vel ex superbia vitæ, quæ est concupiscentia excellentiæ indebitæ: hanc autem concupiscentiam dominus tacere facit in mortis nocte.
13 Secundum. Hic ostenditur Dei iustitia in punitione peccatorum, quæ sunt contra ipsum, ideò subditur. Sic pec. & hoc ostendit in speciali primò quantum ad clerum, ideo subditur.

✝ Peccata

A paucioresque reddam,& iam inde ad ignominiam transferentur. Vel,tempus veniet,quando ignominiæ suæ opera cognoscent,eosque illorum pudebit. Gloria eorum itidem in contumeliam alterata est,quando ipsi filij regni habiti, ducti sunt foras. Deinde,quando accepto à Deo dono malè vtatur quisquam,vt opibus, vel eloquentia, ideoq; relinquat eum Deus, ad ignominiam hoc illi vertitur. Hanc ad rationē sapientes Græcos in reprobam mentē tradidit, eos deserēs. Sic opulentus ille acrius torretur,ceu in sartagine gehennæ, propter diuitias.

[† 20.q.2 c. pastor.& 5. q 1.c.nulli] [† leuauerunt animā suam]

a Come. ✠ BERNARDVS. Qui per Christum in sortem ministerij intrasse videtur, quemadmodum B ei seruiat, quemadmodum pascat gregem Domini solicita secum excusatione discutiat. Indignus enim lacte & lana conuincitur, si non pascit oues. Si non vigilat in custodia gregis,iudiciū sibi manducat & vescitur. Vę tibi clerice,mors in olla. Mors in ollis carnium, mors in huiusmodi delitiis est:ob id maximè quia populi constat esse peccata quæ comedis. Sumptus ecclesiasticos gratis habere te reputas? Cantando(vt aiunt) tibi prouenire videntur: sed bonum erat magis fodere,aut etiam mendicare. Peccata enim populi comedis:ac si propria tibi minus sufficere viderentur. Solicitus esto tanquam redditurus rationem pro eis gemitus fundere, dignos pœnitentiæ agere fructus. Alioquin tibi,ea noueris imputanda quæ modo inter delitias comedis,& paruipendis,& dissimulas, tanquam nihil attinentia tibi.

[† opera Ser.de verbis euang. Dixit Simo Petrus ad Ies. Ecce nos reliq.]

✠ THEODOR. Peccata populi mei comedent,id est,metēt quæ seruerunt,& suorum peccatorum fructum vindemiabunt. Quidam dicunt per hæc designari Sacerdotes,qui cum ex sacrificiis oblatis pro peccatis certam quandam portionem secundū C legem acciperent,hoc beneficio constricti,peruersè & sceleratè viuentes accusare nolebant. Quamobrē offensus Dominus ait: Quoniam in sacrificiis pro peccatis oblatis delicatè & dissolutè versamini,& congruam curationem labentibus non admoueris, horum delictorum pœnas dabitis,alienis gentibus ad cædem vestram traditi. Hoc docet manifestius cùm adiungit.

b *Et erit sicut populus,sic & Sacerdos.* Id est. Similiter vt populus pœnam vestri sceleris sufferetis, quia populi curationem cùm recepissetis, in summa inertia vitam traducentes, omnem malè habentium curam abiecistis. Nec solum pro iniquis operibus sed & cogitationibus malis pœnas sumam.

HIERO-

HIERONYMVS. Hæretici suo errore non saturantur, nec cessant à turpitudine suæ fornicationis. & non custodiendo legem derelinquunt Deum, insaniunt & inebriantur, & perdita mente adorant idola,quæ in corde suo finxerunt,& spiritu fornicationis possidentur. D

a ¶ Quando pro scelere hoc sacerdotes & populi captiuabantur. b ¶ Quia. ¶ Id est,oblata pro peccatis populi. c ¶ Sacerdotes,quorum est sacrificia comedere.
a ignōminiam commutabo.† Peccata populi mei cōmedent, 1
a ¶ Quia non solum non corrigunt,sed etiam laudant & impunitatem promittunt, vnde illi ad peccandum subleuentur. 2
& ad iniquitatem eorum † subleuabunt animas eorum.† Et 3
a ¶ Quia æqualiter peccant,æqualiter punientur. b ¶ Puniam. c ¶ Sacerdotem populum. d ¶ Mala opera. 4
b erit sicut populus,sic sacerdos: & visitabo super eum vias e- 5
a ¶ Non solum pro operibus,sed etiā pro cogitationibus puniētur. b ¶ Id est.Mala opera exercebūt.
ius,& † cogitationes eius reddam ei. Et comedent & non sa-
a ¶ Vires fornicantium deficiunt,sed desiderium ardescit. ¶ Id est,decem tribus cum idolis Ieroboā. b ¶ Subaudit fornicari. c ¶ Non valentes duobus dominis seruire. ¶ Qui dicit: Dominum Deum tuum adorabis. 6
c turabuntur. Fornicati sunt & non & cessauerunt, quoniam † 7 8
a ¶ Mandata eius.
dominum dereliquerunt in non custodiendo: fornicatio & 9 10
d vinū & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo in- 11
e a Id est,diabolus,qui se in simulachris facit adorari principium. fornicationis idolorum inuentio. 12
f terrogauit, & baculus eius annunciauit ei. Spiritus enim 13 14

Voluptas insatiabilis est & habita famem, nō satietatem parit. Contra. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur:* quia iustitia substantia est quę satiat. Iniquitas non habet substātiam, & ideo ventres deuorātiū vacuos relinquit. [Matth. 5.a.] [† Esa.24.a. Diuinatio in baculo] [Ezech.21.e]

c *Fornicati sunt, & non cessauerunt, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Duabus in rebus populo diem dicit:quarum prior, quòd scortati sint,ab ipso ad idolorum cultum deuoluti, vsque adeò vt custodirent hanc fornicationem, & permanerent in ea firmiter. Posterior, quòd ebrietatibus se se dediderint,quod est, ad nullas non delitias sint effusi. Feruntur hæc quoque de Iudæorum sacerdotibus,siue iis qui tum duxêre spiritum,siue de his qui post Christum vixêre,quòd ipsi doctores existentes,populi fornicationem custodiebant,quam eradicatam deletámque oportuit. Temulentia est impetus seu furor animi,ebrietas est mœror. Hoc affectu languens omnes mortales metuit,qualis & ambitiosus est, qui vel à vilissimo quoque vix tribus obolis valente, reprehensionem horret. [† multiplicati sunt.] [† omiserūt custodire dominum] E

d *Et vinum & ebrietas aufe. cor.* Sicut ebrietas vini peruertit mentem bibentis,ita fornicatio corporalis vel spiritualis de rationali homine quasi brutum animal efficit, vt lupanaria sectētur,& ligna & lapides quasi Deum adorent, vnde quasi admirans subditur propheta. [Hierony. Haymo.]

e *Populus meus.* Qui quondam nomine meo vocabatur. F

f *In ligno suo interrogauit, &c.* Id est, genus erat diuinationis quod fiebat in ligno & baculo, quo futurorum captabantur auguria. Vnde in Ezechiele legitur,quòd pergens Nabuchodonosor contra Amon & Ierusalem, inter cæteras diuinationes commiscuerit sagittas, & exierit virga contra Ierusalem: Fortè sic isti quæsierunt quid vtilius esset, Deum an idolum colere? vnde iusto iudicio Dei per responsionem baculi seducti sunt à diabolo,vnde sequitur. *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* [Hieron.]

☞ *Super*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In ignominiam commutabo. *Regem cum populo captiuando.*

2 Peccata populi mei comedent. *Scilicet idolorum sacerdotes, quia recipiebant oblationes factas pro peccatis. Vel potius quia ex populi idololatria ex qua consequebantur quæstum, sustentabantur.*

3 Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. *Inducendo eos ad idololatrandum ad maiorem quæstum consequendum.*

4 Et erit sicut populus sic sacer. *Id est similes in punitione: ideo subditur.*

5 Et visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. *Scilicet pœnam debitam inferendo.*

6 Fornicati

6 Fornicati sunt. *Idololatrando.*

7 Et non cessauerunt. *Idololatriam continuando.*

8 Quoniam dominum dereliquerunt. *In non custodiendo scilicet legem eius. Cuius causa subditur.*

9 Fornicatio. *Scilicet corporalis & spiritualis.*

10 Et vinum & ebrietas auferunt cor, *Ista enim auertunt intellectum & voluntatem à studio legis diuinæ.*

11 Populus meus in ligno suo. *Id est, in idolo ligneo.*

12 Interrogauit. *Euentum de futuris.*

13 Et baculus eius annunciauit ei. *Erat enim quidam diuinandi modus per proiectionem baculi. Et omnia ista & similia ad idololatriam & superstitionem pertinent ideò sequitur.*

14 Spiritus enim fornicationum decepit eos. *Id est, malignus spiritus tentans de idololatria & pertinentibus ad eam.*

✠ Super

MORALITER.

✠ 2 *Peccata populi mei comedent.* Quod faciunt palliantes peccata diuitū pro quæstu,& similiter dicentes peccata purgari oblationibus sine alio satisfactionis actu,& ideo subditur.

4 *Et erit sicut populus,&c.* Scilicet condēnabilis ante Deū eiusque sanctos. Secundò quantum ad populum vulgarem, cum dicitur.

11 *Populus*

11 *Populus meus in ligno suo interrog.* Isti sunt recurrentes ad sortilegos,per lignum & baculum designatos, quia sicut in ligno sicco vel baculo non est aliqua virtus germinandi,sic nec in sortilegis occulta reuelandi.

14 *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Id est, diabolus de idololatria tentans. Talia namque pertinent ad idololatriam.

✠ *Super*

☞ a *Super cap.* In lege præcipitur vt in loco quem dominus elegerit sacrificetur, & iuxta templum lucus & arbores non plantentur,nec voluptuosa loca religionem emolliant: E contra Israel excelsum relinquens Deum in excelsis locis diligebat sacrificare,& quia perdiderat veritatem, quærebat vmbram, vnde in libris Reg. legitur? *Veruntamen excelsa non abstulit, quia adhuc populus immolabat in excelsis.* A [Hieron.]

Hæretici sublimitatē dogmatum sibi repromittunt, & sacrificant sub quer.& po. & te. arbores. s. infructuosas,quia ficum & vineam non habent, sub quibus sanctus requiescere dicitur B [† 7.q.4.qua propter]

b *Ideo fornicab.&c.* ✠ THEOPHYLACTVS. captiuæ filiæ vestræ, vxorésque filiorum vestrorum, captiuantium iniuriæ exponentur: egóque non visitabo ipsas,hoc est,deserā & permittam eas talia pati,visitat & alia ratione peccantes Deus, quādo eorum miseretur, impediēs ipsorum ad vitia impetuosum iter,iuxta illud. *Visitabo in virga peccata eorum &c.* Quem diligit castigat tanquam filium. [† cornet.] [† peruersa rebellis.]

Filiæ & sponsæ hæreticorum sunt animæ quas errore genuerunt,& suis dogmatibus desponsauerunt. Huiusmodi indigni sunt correctione Dei quoniam omnis cultus eorum fornicatio est,& turpes turpibus commiscentur, ideo vapulabunt, vt aliquando per plagas intelligant, quoniam reliquerunt Deum. [Hieron.] C

c *Non vi.* Vt qui aliter intelligere non vultis, ex dolore & opprobrio vestro intelligatis dolorē & iniuriam Dei,cuius vxor & filij esse debuistis,qui in tantum in vestro peccato irascitur, vt nec peccantes arguat, nec non per extremam captiuitatem puniat grandis miseria, vt quia desperatur emendatio, non adhibetur correctio. Quæ colebant Beelphegor, quem Priapum possumus dicere ob magnitudinem obscæni membri, vnde dicitur quòd. *Asa fecit rectum in conspectu domini & abstulit effœminatum, & amouit matrem suam Maacham, ne esset princeps in sacrificiis Priapi.* [Hieronym.] [3.Reg.15.b.]

d *Et cum effœminatis.* Effœminati sunt sacerdotes in antris, non deorum, sed dæmonum: qui galli dicuntur, quia de hac gente captos Romani effœminabant,vt qui Romam cœperant hac ignominia ferirentur. [Galli sacerdotes.]

e *Si fornicaris.* Si decem tribus cum meretricibus idola colunt, ita vt [Hieronym.]

ita vt quicunque impleret manum suam, vel offerendo, vel regi munera dando,fieret idolorum sacerdos saltem tu Iuda qui possides Ierusalem & ex lege habes sacerdotes, leuitas & ceremonias templi ne idola colas cum domino. D

a ¶ Per idololatriam recesserunt.
a fornicationum decepit eos,& fornicati sunt à Deo suo. Su- 1
¶ In amœnis locis.
per capita montium sacrificabant, & super colles accende-
¶ Subaudis,sacrificabant.
bant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthū, 2 †
a ¶ Id est placebat exequendis voluptatibus. b ¶ Quia fornicati estis à Deo.
b quia bona erat vmbra eius.† Ideò fornicabuntur filiæ vestræ 3
a ¶ Quia vos filij mei fornicati,& quod mihi patri & sponso fecistis, in vxoribus & in filiabus patiemini.
c & sponsæ vestræ adulteræ erunt. Non visitabo super filias 4
a ¶ Vos sponsa mea.
vestras cùm fuerint fornicatæ, et super sponsas vestras, cùm
adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersa- 5 6
a ¶ Quid turpius quam viros cultui meretricum copulari,& cum abscisis immolari hostias suæ libidini. b ¶ Deum vel peccatum suum.
d bantur, & cum effœminatis sacrificabant. Et non intel- 7 8
a ¶ Per captiuitatem,vt plagis afflictus per dolorem recipiat disciplinam. ¶ Tamen.
e ligens populus † vapulabit. Si fornicaris tu Israel, non 9
a ¶ Vt ibi adoretis idola. 10
f delinquat saltem Iuda. Et nolite ingredi in Galgala, & ne 11
a ¶ Ne per os vestrum(quod pollutum est)recordatione idolorum fiat mentio nominis mei. 12
g ascenderitis in Bethauen, neque iuraueritis, viuit dominus. 13
a ¶ Abiiciens iugum,sic 10.tribus à iugo legis recesserunt & dæmoniaco spiritu agitatæ latam arripuerunt viam quæ ducit ad mortem. 14 15
h Quoniam sicut vacca † lasciuiens declinauit Israel. 16 17

ALLEGORICE. Si tu hæretice fornicaris, saltem Iuda. id est, ecclesia non fornicetur & ne ingrediatur Galgal. id est hæreticorum conciliabula, vbi peccata omnium reuelantur. Galgal enim,reuelatio vel volutabrum interpretatur, & ad instar porcorū volutantur in cœno viciorum. Et ne ascendas in Bethauen id est, ad superbas falsorum dogmatum factiones. Non est enim domus Dei sed E domus idoli: Nec iuret per nomē Christi cuius maiestatem de Deo malè sentiens polluit. Sicut enim vacca percussa asilo percussi sunt hęretici ardētibus diaboli sagittis, & legis noticiam reliquerunt, ideo pascentur in lata via, quæ ducit ad mortem,& patientia boni pastoris eos ad mortem nutrit.

f *Galgala.* Locus in quo Saul in regem vnctus,vbi & populus de deserto veniēs primū castrametatus est, secūda circūcisione purgatur. Ex quo tempore aduersæ religionis in loco celebri error inoleuit. [1.Reg.10.c. Ios.5.b. 1.Reg.12.g]

✠ THEOPHYLACTVS. Galgala ciuitas erat vehementer idolis studens in qua Iosue circumcidit lapideis cultris hebræos,ac duodecim lapides ex Iordane acceptos huc reposuit vt essent memoriale tam admirandi beneficij. Valde igitur absurdum erat,ciuitatem illam, in qua tot diuini beneficij signa, reposita erant,impietatis metropolim demonstrari per ascensum eò,idolisque sacrificantes. F

g *Ne ascende.in Betha.* Quæ quondam Bethel dicebatur, sed post quæ aurei vituli à Ieroboam ibi sunt positi,nō domus Dei, sed domus inutilis & domus idoli dicitur. Forsitam & populus Israel ideo in solitudine fecit sibi caput vituli quod coleret, & Ieroboā vitulos aureos, vt seruarent in sua superstitione quod didicerant apud AEgyptios, qui sub figura boum deos colunt.

h *Quoniam sicut vacca &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Oestrum paruæ cuiusdam muscæ species est, quæ simul atque vitulam momorderit, adeò eā in rabiē adigit, vt sursū ac deorsū cursitans interdū per præcipitiū feratur, dicit igitur ad Iudam.

☞ Quoniam

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Super capita montium sacrificabant. *In talibus locis arduis & vmbrosis idololatriam exercebant.*

2 Et populum. *Nomen est arboris vmbram magnam facientis.*

3 Ideò fornicabuntur filiæ vestræ. *Id est, permittentur sic decipi,& iustè ad vestram punitionem.*

4 Non visitabo super filias vestras &c. *Impediendo eas à malis suis per punitionem. Cuius causa subditur.*

5 Quoniam ipsi. *Id est, patres eorum & mariti.*

6 Cum meretricibus conuersabantur. *In fornicando & adulterando corporaliter.*

7 Et cum effœminatis. *Id est, cultoribus idolorum eunuchizatis. Eunuchi enim sicut virgines deputabantur ad cultum Deæ Vesthæ.*

8 Sacrificabant. *Fornicando spiritualiter.*

9 Et populus non intelligens. *Id est, intelligere nolens, quòd ista sunt pessima.*

10 Vapulabit. *Id est, verberabitur plagis à Deo immissis.*

11 Si fornicaris. *Hic monetur duarum tribuum populus talia cauere, cum dicitur:* Si fornic. *Tu Israel. Ponitur hic si pro quia, vt patet per prædicta.*

12 Non delinquat saltem Iuda. *Quia habebat templum Dei in Ierusalem.*

13 Et nolite ingr.&c. *Locus est vbi Iosue circumcidit filios Israel, vt habetur Iosue 5. propter quod locus venerabilior reputabatur: propter quod idololatræ postea ibi posuerunt idola.*

14 Et ne ascen.in Betha. *Ibi enim positus fuit vnus de vitulis aureis Ieroboam.*

15 Neque iura &c. *Applicando idolis modum iurandi per Deum.*

16 Quoniam sicut vacca lasciuiens. *Quæ rumpit iugum.*

17 Declinauit Israel. *A iugo legis diuinæ.*

✠ Nunc pascet.

MORALITER.

✠ 1 *Super capi.mon.&c.* Per montes & colles significantur mundi potentes,quibus adulatores sacrificant,quando diuinos honores eis exhibent: sicut legitur. 2.Parali.24.de Ioas rege Iuda.

† *Subtus quer.* Per istas arbores frondosas & vmbrosas significantur

significantur habentes diuitias,quæ transeunt sicut vmbræ. Sap.5.d. Diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia velut vmbra. Istis arboribus diuinos honores impēdunt cupidi pro quæstu temporali. De hoc habet exemplum Act.12. de Herode Agrippa, cui populus acclamauit voces Dei,& nō homines eo quod alerentur regiones eorū ab illo, vt dicitur ibidem.

Quoniam Ephraim, siue decem tribus, vitulæ deuianti similes sunt, eò quòd œstu idololatriæ sint morsæ. At enim dominus tradens eum in captiuitatem pascet ipsum, non amplius veluti inobedientem, sed tanquam agnum mansuetissimum. Nam quæ captiuitas humiliabit eum. Anima quoque vbique ad præcipitium peccati delata fuerit, lapsa precetur vt se dominus regat, veluti agnũ qui non diliget, neque vociferetur nec propriam voluntatem habeat.

a Nunc pascet eos dominus quasi agnum in latitudine. 1
¶ Quia. ¶ Factus est. a ¶ Ergo. ¶ O Iuda. b ¶ Impietatem eius. c ¶ Quia. ¶ A tuo conuiuio.

b Particeps idolorum Ephraim, dimittè eum.† Separatum est 2
c a ¶ Cultus, religio, cibus. b ¶ Idolis & dæmonibus. Immo abat primum vitulis Ieroboam, postea idolis omnium gentium. 3 4

cõuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt 5
a ¶ Idolorum. 6

4.Reg.17.a. a *Nunc pascet &c.* Id est, nõ multo post sed dum spiritus regeret artus prophetantium, ducentur ab Assyriis in captiuitatem, & in latitudinem terræ Medorum dispersi, longo tempore ibi morabuntur.

† afferte: ignominia est protectoribus eius. d e † afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus 7
a ¶ Rationis. b ¶ Israelis.
8
in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis. 9

b *Part. idol.* ✠ THEOPH. Ad Iuda hæc adhuc videtur dicere, quũ particeps est factus idolorũ vaccas adorãs, quæ offendicula ipsi fuerunt, animorúmque retia. Chananæos quoque æmulatus est, idolo ipsorum Beelphegor inseruiens hinc ignominiam habuit. Qui diligit ignominiam proximi, videat quibusnam idolorum participibus coniunctus sit, aliáque id genus, quæ in medium promit vates.

Hieronym. Ideo nomine Ephraim decem tribus temperantur, quia de illa tribu fuit Ieroboam, qui primus vitulos aureos, vnum in Bethel, alterum in Dan constituit.

Hieronym. 3.Reg.12.g c *Dimit.* Hortatur propheta ecclesiasticum virum, vt contemnat hæreticum, qui amicus est dæmonum: & fructiferam suæ doctrinæ vbertatem promittit cuius sacrificia ab ecclesia separata sunt, dum non rectè colebat mysterium corporis & sanguinis Christi: & ideò varios errores & immundiciam sequitur: Et affert ignominiam, id est, superfluas traditiones: & ligat eũ diabolus, ne valeat stabilis manere; sed omni vento doctrinæ circũferatur, & cõfundetur, scilicet quia retributio eius erit luctus.

d *Prote.* Reges qui populum erudire & defendere debuerũt, inducunt ad idolatriam: & tam reges quàm populum, immundus spiritus ligat, nec liberè volitare patitur, sed in obumbrationibus errorum excæcat, & ideò confundentur cum fuerint capti ab hostibus, intelligentes pœnam pro idolatria illatam.

† fœuit virum eorũ.

e *Ligauit eum &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vt aues motu alarum quodam sonitu aera dissecant, sic ipsa synagoga decem tribuum: ceu alata, in alienam terram captiua abducetur, mea ira ipsam Deo impellente ac trahente, veluti quodam venti turbine, eo quod idolis sacra fecerit. Vel sic. O Iuda, tu causa es decem tribuum regno, curad idolorum cultum deflexerit. Nam vbi te conspexisset idola colentem qui templo assidebas, celerior & ipsa ad idola cucurrit. Hac ratione Iudæorum doctores ad eos respicientes, proselytos faciebant filios gehennæ, quod necessum est obseruare: postquam qui offenderit vnum ex minimis prodeit ei vt ex eius collo mola asinaria suspendatur, &c. Habet & anima duas alas, naturalem legem & doctrinalem, per quas mota ad honestum, sursum ad cœlum fertur. Matth.18.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunc pascet eos dom. quasi. *Quando enim agnus debet occidi, lautius pascitur. Et per hoc designatur quòd decem tribus citò essent gladio tradendæ.*
2 Particeps idolorum Ephraim. *Id est. deditus idolatriæ.*
3 Dimitte eum. *Tu Iuda, ne consortio eius corrumparis.*
4 Separa. *Id est, excommunicatum.*
5 Dilexerunt afferre ignominiam. *Id est, idololatriam.*
6 Protector. eius. *Id est, reges & sacerdotes.*
7 Ligauit eum. *Scilicet magnis.*
8 In alis suis. *Id est, in intellectu per obstinationem in effectu per executionem.*
9 Et con. *Id est, propter sacrificia sua idolis & dæmonibus oblata.*

CAP. V.

a *Vdite sacerdo.* ✠ THEOPHY. Quia in superioribꝰ accusauit populum & vanos sacerdotes regiámque tribum p Ephraim, nunc iterũ omnes veluti sopitos excitat, & expergefacit ad audiendũ.

GAPVT V.

¶ Aure corporis, ¶ Mentis intellectu retinete.

Vdite hoc sacerdotes, & attẽdite domꝰ Israel 1
a ¶ Iusto iudicio agit Deus vobiscum dum pro peccato hostibus tradit. 2
& domus regis auscultate, quia vôbis iudiciũ 3 4
a ¶ Vos quos posui prouisores populi: vt errantes regeretis facti estis laqueus captiuitatis & interfectionis, vt vestro exemplo & doctrina, mortem irriteretis.

est. Quoniam laqueus fãcti estis † speculationi & sicut 5 6
† ipsi Mispha. nomẽ montis.

Ad vos inquit. est iudicium, hoc est, ad vos pertinet hæc increpatio & reprehensio, quam facio. Quale autem hoc iudicium est? Ezech.3. Quòd prophetis meis omnes vos facti estis laqueus, quippe quibus laqueum meditabamini. Ipsi velut speculatores fuerunt annuntiantes ventura populo, & quemadmodum venatores retia expandunt super Itabyriam (mons est Galileæ syluosus, vnde & omnis Sacerdotes, qui non de tribu Leui, sed qui à populo ita vocabantur, & reges eorum, & subiectum populum, omnes, nullo excepto vocat ad iudicium, vt simul omnes audiant, cur tradantur inimicis. Hieronym.

Iuxtà Tropologiam accusatur populus, ne se excuset per hoc ✠ omnis generis feras venatoribus præstat) sic & vos insidias vestras contra prophetas statuentes, mactatis eos. Audiamus & qui animas perdimus, cuius rete simus. Nec enim Dei etiam si in specula stemus.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

Vdite hoc sacerdo. &c. *Hic consequenter declaratur diuina iustitia in punitione peccatorum magis distinctè & diuiditur in duas partes. Quia primò declaratur culpa, secundò determinatur pœna, ibi:* Et respondebit. *Circa primum exprimuntur distincti status populi, cum dicitur.*
1 Audite hoc sac. *Qui debebant præesse in spiritualibus.*
2 Et atten. do. Isr. *Quæ tenebatur Deo vero seruire ex legis susceptione.*
3 Et dom. regis. *Quæ per potentiam debebat mala cohibere.*
4 Quia vo. iu. est. *Id est, condemnatio iusta: & subditur causa.*
5 Quo. la. fa. e. spe. *Id est, animalibus quæ deberent per contemplationem in Deum eleuari.*
6 Et si. *Ibi enim reges Israel ponebant custodiam militum ad capiẽdum illos, qui ibant in Ierusalem ex deuotione ad offerendum.*

✠ Et vi. de

MORALITER.

✠ 1 *Audite hoc sacerd. &c.* Istud cap. literaliter intelligitur de sacerdotibus & principibus qui temporibus Hoseæ fuerunt. Mysticè verò potest exponi de sacerdotibus Iudæorum & Romanis principibus, qui fuerunt Christi temporibus & Apostolorũ qui conati sunt extinguere Christi fidem, vt patet in Actibus apostolorum, & in gestis Imperatorum, propter quod eis dicitur.

4 *Vobis iudicium est.* Scilicet Dei ad vestram condemnationem.
5 *Quoniam laque. facti estis spe.* Id est, legi nouæ quæ docet cœlestia speculari.
6 *Et sicut rete expandam super montem Thabor.* Qui interpretatur lux veniens, propter quood significat nouum testamentum de quo dicitur, Rom.13.d. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit.*

✠ *Et victimas.*

✠ principes intelligimus. Principes etiam accusantur, quòd positi A speculatores ad errorem illaqueent, & in pulchro monte (qui interpretatur veniens lumẽ) ponunt insidias, vt trahant in profundum ad immolandum dæmonibus, & victimas in baratrum declinant, ne decepti ad ecclesiam quandoque respirent. Secundum quosdam Thabor lacus est, id est, cisterna dicitur, & hæretici lacum fodiunt in quem incidunt.

Thabor. † corrector

a *Super Thabor &c.* Thabor mons est in Galilæa rotundus & sublimis, in quo aues laqueis solebant capi.

b *Et victi.* Vt nullus ageret, pœnitentiam, nec occisus eleuaret caput. Siquidem reges & sacerdotes ire populum ad templum Ierusalem prohibuerant.

B c *Et ego eruditor.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quia tales fuistis, castigationem vobis inducam, captiuitatem nimirum, cũ eximiis verbis quos per Ephraim intellexit, cum omni populo, quos per Israelem signauit. Noui enim opera ipsorum, eò quòd eos non ita à me constituerim, vt longè ab illis absim, nec in eos intuear, verùm enim Deus appropinquans ego sum. Forsan quod omnis castigatio Dei ex dilectione fiat, noui, pro, dilexi, hoc loco positum est, perinde ac si dicat: *Ego castigo eos eò quòd dilexerim &c.* Quis ergo non amore prosequatur talem præceptorem, non indignatione quadam & furore castigantem, sed charitate? Hæc doctrinæ loco esse debent cuique principum, vt suos non ad iracundiam puniat, verùm ad castigationem & commoditatem.

Hieron. d *Ego scio Ephraim.* Nomine Ephraim, Ieroboam signat, & omnes reges qui eum dignitate & scelere secuti populum decepere-runt. Nomine Israel, decem tribus deceptas. Q. Ego creaui reges & subiectum populum, & super opera mea semper intueor, ne desperent, sed pœniteant.

Ego scio Ephraim, & Israel non &c. HIERONYMVS. Principes peruersorum dogmatum, id est, hæreticos, & subiectum populum scit dominus, non quòd approbet, sed quia non possunt latere eum cogitationes vel opera eorum, quia non cogitant de C pœnitentia, sed vt in peius proficiant, quia spiritus per quem fornicantur in ecclesia, & à verò matrimonio recedunt, aufert cognitionem Dei à cordibus eorum.

e *Non dab.* ✠ THEOPHYLAC. Deliberatoria per hæc, adeóque deseruerunt inquit, cogitationes suas omninò ad veram Dei cognitionem quandoquidem spiritum fornicationis cum idolatriæ tum corporalis in sese receperint eamque ob causam Dominum non agnouerint. Quæ enim communicatio lucis ad tenebras? Quomodo duobus quispiam dominis inseruire poterit? Ita & in rebus animarũ fit. Non potest illic adesse affectus miserans, pauperibus impertiés aliquid, & diuitiarum amor: seu voluptas, & temperantia, seu animus fastuosus & spiritus humilia respiciens, seu veritas, & studium quo hominibus placeamus. † Et ad iugulandum declinantes in profundum posuerunt lacum. † adhibent diligẽtiam, vt.

Obstinati in malo non cogitabunt reuerti ad Deum suũ E vt pœniteant; sed quod malè cogitauerunt perficient: & hoc ideò, quia spiritus malignus incentor vitiorum vel idololatriæ est in cordibus eorum, nec finit reuerti, & ideò obliti sunt creatoris sui, ne eum sicut decet adorent. Hieron.

f *Et respondebit.* ✠ THEOPHYLACTVS. Iniuriam, Dei contemptum appellat, & ab ipso defectionem, quæ captiuis quadamtenus obrigit: vel arrogantiam, qua laborabant rerum abundantia luxuriantes. Apertè itaque videbunt qualisnam sit impietatis fructus & superbiæ. Hoc enim indicat quod ait, *in faciem eius.* Iniuria est nec minima Israeli idolorum seruitus. Quid enim vanius, quam hominem ratione præditum, ligna, vel lapides Dei loco colere? Porrò animæ diuinis bonis cum iniuria vtenti, deiectio prodest, maximè si in faciem eius fiat, hoc est, si humiliationis suæ causam simul cernat, ac sensu quodam eam percipiat.

ALLEGOR. Hæretici superbiam habent quasi matrem suæ iniquitatis, quia semper se iactant scire altiora, & in ecclesiæ contumeliam semper debacchantur: sed arrogantia & populi & magistrorum pariter corruet. Iudas quoque, id est, vir ecclesiasticus, qui corpore non mente in ecclesia versatur, & cum hæreticis eundem errorem tenet, frustra nomen ecclesiasticum confitetur, quia cum hæreticis punietur. F

g *Ruet etiam.* In his verbis notatur, quòd etiam duæ tribus iam idola colerent.

h *In gregibus suis.* ✠ THEOPHYLACTVS. In periculis & calamitatibus constituti, conabuntur victimis me placare sibi, at ✠ care

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vi. de. in pro. *Cogẽtes offerre idola, quæ sunt domino offerenda.*
2 Et eru. *Cognitor & ostensor omnium eorum.*
3 Ego scio Ephraim. *Id est, maliciam: Et eius nominatur hic & in pluribus locis, & maximè in hoc propheta regnum decem tribuum, Ephraim, eò quòd Ieroboam primus rex fuit de illa tribu.*
4 Et Israel non est. *Repetitio est eiusdem sub alio nomine ad maiorem assertionem.*
5 Non dabunt cogi. suas: vt reuer. *Quia sunt obstinati per deceptionem diaboli, id eò sequitur.*
6 Quia spiritu fornica. *Id est, diabolus de idolatria tentans.*
7 In medio eorum. *Est tanquam eos possidens.*
8 Et respondebit. *Hic consequenter denuntiatur pœna: & primò simpliciter, secundò magis solenniter, ibi:* Clangite. *Circa primum dicitur:* Et respondebit arrogantia Israel in facie eius. *Per pœnam debitam à Deo illatam.*
9 Et Israel & Ephraim ruet. *Id est, rex & populus.*
10 Ruent etiam Iudas cum eis. *Id est, simili pœna punietur, non tamen eodem tempore. quia regnum Israel fuit captiuatum: primò scilicet tempore Hoseæ, & regnum Iudæ postea tempore Sedechiæ.*
11 In gregibus suis. *Qui sunt de ouibus & capris.*
12 Et in armentis suis. *Id est, bobus & vaccis.*
13 Vadent ad quærendum dominum. *Offerendo sacrificia de istis animalibus imminente hora suæ captionis.*

✠ Et non

MORALITER.

✠ 1 *Et victimas.* Per victimas veteris testamenti significatur Eucharistia, quæ est victima noui, & potest dici victima in plurali, quia virtutem continet cuiuslibet sacrificij, & istæ victimæ declinatæ fuerunt in profundum per prædictos, quia propter acerbitatem persecutionis eorum, Christiani non audebant Eucharistiam offerre, nisi in cryptis martyrum, & in aliis locis occultis.

2 *Et ego eruditor omnium eorum.* Id est cognitor ad vindicandum: quia sunt in malis obstinati, propter quod sequitur.
5 *Non dabunt &c.* Multo namque tempore steterunt in persecutione Christianorum. Et subditur causa.
6 *Quia spiritus for.* Id est, idololatriæ.
7 *In medio eorum.* Nam propter idola persequebantur Christum.
11 *In gregibus &c.* Hic remouetur eorum falsum remedium, nam in morte Christi sacrificia legis, in quibus Iudæi sperabant

care sibi,at non inuenient me.Deflexi enim ab ipsis,quòd prio-
A res ipsi me deseruerunt.Sacrificantibus autem ipsis non appa-
ruit,quòd non ex toto animo, sed frigidè id faciebant , lex ve-
rò ex toto corde,ex tota anima,& ex tota mente diligere Deum
præcipit.

Psal.49.b. Nunquid manducabit carnes taurorũ
aut san.&c. Et iterũ
Ibidem. *Non accipiam de domo tua vitulos.*

Hieron. ALLEGOR.Hæretici putant , quòd
in multitudine sacri
ficiorũ placent Deũ
& Iudas,id est, eccle
siastici,quòd faciendo eleemosynas pec
cata redimant, in q-
† iubilate bus permaneant , cũ
sacrificium præteri-
ta,non præsentia de-
lere soleat,ideò non
inuenit Deum qui
à talibus aufertur.
Prænaricantur autẽ
B quando Dei præcepta negligunt,alienos filios generant,cũ ope
ra faciunt diaboli,ideò quotidie & sigillatim cum suis patribus
hoc est malis quæ egerunt,ad æternam damnationem properãt.

1.Esd.10.c. a *Quia filii.alt.* Alij dicunt:Quia vxores alienigenas duxerunt:
sicut in Esdra legitur:*Et filios genuerunt* , quos postea repudiare
compulsi sunt.

Hieronym. b *Nunc de.* Legimus in libro Reg.& Paral.quia sub rege Pha-
4.Reg.15.f. ceæ,qui regnabat in decem tribubus, venit Teglatphalnasar rex
2.Par.28.a. Assyriorum : & magnam partem populi Samariæ transtulit in
Assyrios,secundo anno primæ Olympiadis apud Græcos non-
dum Roma condita Albæ.20.anno imperabat Amulius, quem
Romulus regno expulsit.

c *In Gabaa.* ✠ THEODORET. Scitè ridet,& pulchrè ludit
idolorum infirmitatem. Plágite inquit,excitate in auxilium eos
quibus honorem habetis: cessare faciãt castigationes quas vobis
infero.Comprehendite editissimos colles,in quibus omni cul-
tu idola curastis: impartiant vobis temporibus necessariis suum
subsidium.

✠ THEOPHYLACTVS.Beniamin appellat duarum tribuũ
regnum,quod multis in locis Iudam vocat.Ait ergo,quod Hie-
rosolymitani defecerunt,hoc est è medio sublati sunt,vt qui &
ipsi impiè egerint. Etenim Astartæ deæ sacrificabant in excel-
C sis,& solem adorabant,vt Ezechiel testatur.

Hieronym. Gabaa collis interpretatur , Rama excelsa. Hæ duæ ciuitates
sunt in tribu Beniamin sibi vicinæ. In Gabaa natus est Saul.Ra-
ma,in 7.milliario ab Ierusalem , quam rex Israel occupare vo-
luit,vt exitum & introitum clanderet & tribui Iudæ.Bethauen D
quæ quondam Bethel , est in tribu Ephraim, vbi erat vitulus
aureus. Monet autem , vt destructionem tam decem tribuum
quam duarum , non humili voce desleant,sed omnibus qui in
circumitu eius sunt magno vlulatu annuntient. In Gabaa
ergo,id est,super col
les , & Rama, id est,
in excelso monet
nuntiari buccina pa
storum,quæ sit ex re-
curuo cornu anima- †separauit
lis,& tuba quæ sit ex se
ære vel argento , in
vsus bellorum & so-
lennitatum.

ALLEGOR.Hæ-
retici qui in Gabaa
& Rama excelsa si-
bi sapientiam polli-
centur,iuuentur vlu
lare in domo idoli,
id est, falsorum dog-
matũ,quæ venetantur, vt malum suum
non tegant,sed cun- E
ctis manifestent,quæ cum prius essent domus Dei,nunc per er-
rores sunt domus inutilis:& ideò iam nõ sunt ante faciem Ben-
iamin , qui interpretatur filius dexteræ, & significat sanctos ad
dexteram venturos,sed post tergum eius vbi oculos non habet,
quia non æterna sicut iusti:sed temporalia petunt.Omnis enim
iactantia Ephraim , qui interpretatur vbertas, breui in desola-
tione erit,& cum iudicij dies & tempus correctionis aduenerit,
verba sua fuisse vera ostendet Deus.

d *Ephraim in desol.* Israel & Ephraim ductus in captiuitatem:
& terra eorum redacta in solitudinem, principes Iuda qui flere
debuerunt,& populum suum ab idololatria reuocare, ne & ipsi
similia sustinerent,cœperunt lætari, & terra eorum sibi pateret
ad possidendum.

e *Facti sunt.* ✠ THEOPHYLACTVS.Hoc est, leges meas
sic transponebant,æquè atque in aruis terminos transponentes
facere solent,per quos sua cuique sors cognoscitur,sique debi-
tum mihi honorem transferebant ad idola.Vel ipsos etiam cupi
ditate plura habendi laborantes reprehendit hoc pacto.Propte-
rea inquit,sic irruam super ipsos,velut aqua impetuosa , & ve-
luti torrens aliquis,multis imbribus & niue exasperatus.

ALLEGOR. Ad principes ecclesiæ dicitur:& non debent Hieronym.
exulare,& de perditione hæreticorum salutem æstimare,sed de
scandalo eorum vri,quia super tales principes : qui de aliorum
F miseria gloriabantur : & qui transferunt terminos, id est,aliud
prædicant quàm ab Apostolis acceperunt: effundet Deus iram
sicut aquam.

☞ *Calumniam*

a ¶ Quem præuaricatione offenderunt,hostiis placare nitentur. b ¶ Tamen.
c ¶ Placabilem. d ¶ Recedentibus ipse recessit.

dum dominum,& non inuenient.† Ablatus est ab eis.In do- 1
a Non Deo sed dæmonibus, b ¶ In errore idolorum, vel quos per ignem ducentes 2
idolis consecrauerunt. c ¶ Et ideò. ¶ Cicò. ¶ Prius solebant longè
post, futura prædicere,sed nunc venit Assyrius & Chaldæus,& per singulos menses deuorabant
eos cum suis partibus,id est,possessionibus , quas in diuisione terræ ad mensuram funiculi susce-
perunt.

a mino præuaricati sunt, quia filiòs alienos genuerunt. Nunc 3
b ¶ LXX.super colles. 4
deuorabit eos mensis cum partibus suis. Clangite buccina 5
a ¶ Vbi vitulus aureus,pro cuius adoratione modo captiuabuntur. b ¶ Quæ est.
c ¶ Vbi finitur tribus Beniamin,& incipit tribus Ephraim.

c in Gabaa,tuba in Rama:† Vlulate in Bethauen , post tergum 6
a ¶ Vlulare quia. ¶ Tam domus regia quam decem tribus, b ¶ Captiuitate. 7
d tuum Beniamin. Ephraim in desolatione erit. In die cor- 8
a ¶ Afflictionis per quam corrigi possunt. 9
b ¶ Id est,verba quæ de eis prophetata sunt,ipso actu ostendam esse fidelia. 10
e rẽptionis in tribub⁹ Israel ostẽdi † fidẽ.Facti sunt principes 11 † certitu-
dinem.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et non inuenient.*Scilicet eum misericordia indigni.Cuius causa subditur.*

2 In domino præuaricati sunt:*Quia filios alienos genuerunt, docentes eos idololatrare.*

3 Nunc deuorabit eos mensis.*Scilicet Iulij,vt dicit Ra.Sa.in quo Samaria fuit capta.*

4 Cùm partibus suis. *Quia tunc terra decem tribuum quæ erat diuisa in decem partes.secundum numerum tribuum fuit destructa.*

5 Clangite.*Hic consequenter sequitur pœna promulgatio solennis. Circa quod sciendum , q terra Beniamin ex vna parte erat coniuncta terræ decem tribuum. Gabaa verò & Rama erant duo fortalicia in sorte Beniamin. Bethauen verò erat aliud fortaliciũ in sorte Ephraim, & ideò ipso destructo ab Assyriis , illi qui erant in fortalicijs Beniamin, cœperunt clangere buccinis,vt populus duarum tribuum se præpararet ad resistendum,ne terra eorum destrueretur sicut terra decem tribuum eis vicina,& hoc est quod dicitur:*Clangi.buc.in Ga.*Et subditur.*

6 Vlula.in Be.*Tanquam iam capti.*

7 Post tergum tuum Ben.*Id est,iuxta se,propter quod timendum tibi est,ne patiaris simile.*

8 Ephraim.*Id est,regnum decem tribuum.*

9 In desolati.erit,*Per Salmanasar.*

10 In tri.Ist.ostẽ.fi.*Id est,fidelitatem prophetarum meorum , qui præmunciauerunt eorum destructionem.*

11 Facti sunt prin. *Captiuatis enim decem tribubus per Salmanasar:ills de regno Iudæ cogitauerunt dilatare terminum suum intra metas decem tribuum:cum tamen sortes essent distinctæ secundum ordinationem Dei: propter quod in pœnam huius cupiditatis subditur.*

✠ Super eos

MORALITER.

✠ saluari,mortua fuerunt in morte Christi. Sacrificia verò idolis
ficta de quibus confidebant Romani,semper mortifera fuerũt.
ideò dicitur de vtrisque : *In gregibus suis & in ar.&c.& non inue-
nient*,sed magis oppositum.

2 *In domino prauaricati sunt , quia filios alienos genuerunt.* Do-
centes eos errorem suum sequi,& sic à Deo alienari. Et subdi-
tur pœna cum dicitur.

3 *Nunc deuorabit eos mensis.* Qui dicitur à mene quòd est defe-
ctus. Maximus autem defectus est priuatio vitæ æternæ per
pœnam gehennæ , quæ deuorat obstinatos in malo culpæ. Sed
quoniam inter malos dominus aliquando permittit oriri dis-
sensiones,sicut dicitur Isa.19.a.*Cõcurrere faciam Aegyptios adver-
sus Aegytios.* Ideò dominus permisit Iudæos rebellare contra
Romanos,propter quod Iudæi partim occisi & partim captiua-
ti fuerint,ideo subditur.

5 *Clangite buccina in Gabaa.* Per quod significatur bellum Iu-
dæorum contra Romanos , in quo Iudæi fuerunt destructi in
vltionem mortis Christi.

✠ MORAL.

a *Calumniam patr.* ✠ THEOPHYLACTVS. Cùm de princi-
A pibus Iuda dixisset,in iisdem partter Ephraim reprehẽdit.Ipsum
enim se iniurium carpit,ac talem qui præ potentia sua concul-
cet iudicium,siue iustum, neque ipse opportunè & commodè
sententiam ferat , neque alios iudicantes sequatur. Causa verò
huius,ad idola est af-
fectio & sectatio: va
na enim ipsa idola
† tanquam transferẽtes vocat. Quod si me
coluissent,inquit, di
lexissent leges meas
† Vim quibus iustitia san-
citur.

Tropolog. TROPOL. Hæ-
retici sæpè sophisma-
tibus,& arte diaboli
ca opprimunt eccle-
siam , qui non mun-
* ipsi diciam veræ fidei,
sed fordes sequuntur
mendacij,qui tradi-
ti diabolo & angelis
eius,videntur sibi ca
lumniam pati, & in
se esse fractam iudi-
† sanare cij veritatem.

Non ideo traditi
sunt Chaldæis quòd
ipsi fuerint meliores
sed quia Ieroboam
incipiente, & popu-
† Ego ego lo sequente Israel
secutus est fordes i-
dolorum iusto Dei
iudicio factus est à
Chaldæis.

b *Est e.* ✠ THEOPH.
Quia ipsius Ephraim regnum primùm periit à Syris & Baby-
loniis,Iuda verò postea occidit:Ephraim inquit,turbabo , con-
turbatum iam instante bello:Iudæ verò stimulus ero.Quum e-
nim is Ephraim interire cernit, se quoque non dissimilia passu-
rum formidat &c.Quãdo peccantes fortunati erimus,dicentes.
Pax atque securitas Deus secũdiorem in iniquitate cursum tur-
bat,vel cogitationes discutit,iniiciens stimulum memoriæ mor
tis,suppliciorúmque post mortem consequentium.

Hieronym. Punitis hæreticis qui per Ephraim intelliguntur , etiam Iu-
Gene.49.b. das,id est,qui in ecclesia permanent , si hæreticorum erroribus
vel vitiis implentur, simili sententiæ subiacebunt. Non Iudas
sed domus eius consumitur:quia de genere eius referuãtur, vn-
C de nascatur ille cui repositum est,& ille erit expectatio gentiũ.

c *Et vi.* Hæretici vel etiam ecclesiastici aliquando se funibus
peccatorum constrictos,nec Dei auxilium quærunt sed diaboli
qui est vltor peccatorum:& ideò manent in vinculis peccatorũ
Matt.25.a. & cum diabolo iustè damnantur. Quidam per regem vltorem
significant Christum,ad quem in iudicio clamabunt, *Domine a-
peri nobis.* Sed eorum prohibente merito, non poterunt liberari
quia in iudicio non ex misericordia,sed ex iusticia agetur,vnde,
Psal.6.a. *In inferno quis confitebitur tibi?* Legitur quòd sub Manahen rege.
4.Reg.15.d 10.tribuum Israel miserit dona Assyriis,vt liberaret eum à Da-
mascenis.Iudas verò sub rege Achaz misit munera Theglatpha-
4.Reg.16.b lasar , & vt liberet de manu Phaceæ regis Israel , & Rasin re-
gis Damasci , qui tuncquidem liberauit , sed postea eosdem
debellauit quia cui Deus aduersatur, à nullo potest liberari,vn-
2.Pa.27.d. de & subditur,*Et ipse non po.sa.v.*

d *Et abiit Ephraim &c.* ✠ THEOPHYL. Ipsa inquit experiẽ- D
tia didicit Ephraim imbecillitatẽ suam , & quomodo robur ip-
sius elanguerit. Iudas item percepit multitudinem dolorum
suorum. Quando ascendit rex Assyriorum aduersus decem tri-
bus, adierunt ipsum,& pecuniis & legatione sibi conciliantes
confederantéque.
Assyriis denuò adue-
nientibus (trãsgres-
sis enim erant fœde-
ra) destinarunt le-
gationem ad regem
Ægypti,& accersiue
runt ipsum tanquam
futurum vindicem.
Sed maiores eos im-
petuerunt crucia-
tus,adeò vt planè de
salute desperarent
&c Aptissimè hoc
etiã de Domini in-
terfectoribus dictũ † plagam
assueuerabis , qui ac- iuam.
cersiuerunt Vespa- † Iarcb.
sianum tanquam vl- E
torem &c.

e *Quoniam ego &c.*
HIERONYMVS.
LXX.Ego quasi pã-
tera Ephraim , &
quasi leo domui Iu-
da. Nihil leone for-
tius , nihil panthera
velocius. In panthe-
ra ergo velox per
Assyrios interitus re
gni Samariæ. In leo-
ne fortissimum con-
tra Israel & Iudam aliquando post regnum ostenditur Chal-
dæorum.Et quia feris se simulauerat,seruat adhuc Metaphoram
in eorum damnatione,& vt quidquid est sæuius:sciant se passu-
ros in eius indignatione.

ALLEGOR.Hæreticis & ecclesiasticis peccantibus , Deus Hieronym.
clemens vertitur in sæuitiam ferarum, & tollit eis prædam ; id
est,quos deceperant,reducit ad fidem,& nõ habitabit in consi-
liis peruersorum, sed redit ad locum suum de quo ait.*Ego in pa-* Ioh.10.g.
*tre,& pater in me est:& eos desiicit donec deficiant ab iniquitate : &
quærant eum per pœnitentiam.*

f *Vadens.* ✠ THEOPHYL. Quemadmodum inquit, ferę post
venationem reuertuntur ad latibula sua:vt quiescant, sic & ego F
per memet ibo quietem habens,nec in principio detegens pro-
uidentiam quæ mihi est erga vos,sed veluti in ocio agens,vsque
dũ extinguamini per nos?: Nã dignis adest Deus, vt ad Iosue d.
Vti cum Mose eram, sic tecum commorabor. Et,*Ecce ego vobiscũ sum* Iosue 1.
vsque &c. Abest autem ab indignis,secundum illud. *Quare recessi* Matth.29.
sit à nobis longè &c. Deinde,qui fortem ligauit, rapuit nos ab illo Psal.9.& 79.
detentos.&nemo potuit oues capere de manu eius,acceptisque Ioa.10.
primitiis naturæ nostræ, rediit,in locum suum,in sinum patris,
tum statim omnia delecta sunt quæ ad legis administrationem
attinent. Videmus quoque Deum in nobis non rarò materiam
peccatorum auferre,diuitias fortitudinem,pulchritudinem,ho-
nores &c.& sic agens proficiscitur,& rectè monetur,antea qui-
dem nullum transitũ habens in tali anima,ac reuertitur in locũ
suum.Locus autem Dei est mens rationalis hominis, eò q purgetur à circumstantibus delictis,digna facta successione diuina.

☞ Locus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Super eos effun.*Id est,abundanter.*

2 Iram meam.*Scilicet per Nabuchodonosor.*

3 Calumn.pa. *Licet enim pateretur iustè ex parte sui tamen Salmanasar iniustè & iniqua voluntate.*

4 Fra.iu.*Scilicet diuino iusto,ratio subditur.*

5 Quo.cæ.*Post idolum.Et ponitur hic singulare pro plurali.*

6 Et ego.qua.ti.*Id est.cùò destruam eum.*

7 Et qua.pu.*Id est,tardius puniam eum.Tardius enim corrumpitur pannus per seipsum quod fit putrefaciendo:quàm corrumpatur à tinea, quæ corrumpit ipsum aliquando etiam in nouitate sua:& ita regnum Iuda tardius fuit captiuatum quam regnum Israel, vt superius dictum est.*

8 Et vidit Ephraim lang. *Id est, captiuitatem irreparabilem:sicut langor est infirmitas incurabilis,*

9 Et Iu.vi.*i.Captiuitatem reuerisibilem:sicut vinculum est solubile.*

10 Et abiit Ephraim.*Quia primò consensit reddere tributum regi Assyriorum.* 11 Et mi.ad re.*Id est,ad regem Aegypti vt per eum liberaretur à dicto tributo,ad quem misit Hosee.4.Reg.17.*

12 Et ipse non po.*Imo ista missio fuit occasio destructionis regni Israel:vt habetur ibidem.* 13 Nec sol.po.*De regno Iuda.*

14 Vicu.*Captiuitatis vestræ. Exierunt enim Aegyptij de terra sua ad auxilium Iudæorum:sed territi ex occursu Chaldæorum: redierunt in terram suam,vt habetur Hiere.30.*

15 Quo.e.qua.le. *Cicò deuorans eum.* 16 Et qua.ca.le.*Quia minus crudeliter agit.Do.Iu.ideò subditur de vtraque domo.*

17 Ego ca.&c. *Quia vtraque captiuitas facta est virtute diuina principaliter.* 18 Va.re.*Subtrahendo ab vtroque regno subsidium meum.* 19 Donec de.*Capti ab aduersariis.*

20 Et quæramus faciem meam:*Vexatione dante vobis intellectũ.*

A Locus Dei magnificentia & maieſtas ipſius. Vel ſi hæc verba ad filium propriè referantur: locus filij pater. Ait ergo. Cùm Hieronym. traditi fueritis hoſtibus, ſecurè reſidebo in mea maieſtate, vel in patre: nec deſcendam ad vos vt vobis iraſcar vel miſerear: Vel qui beſtiis comparor: nullo humano affectu mouebor, ſed quaſi oblitus veſtri: quos protegebam: hoſtibus ſubiacere permittam: donec deficientes à malo: vrgente ſeruitute quæratis faciem meam pœnitendo. D

ADDITIO.

In cap. 5. *Vbi dicitur in Poſtilla.* Quia filios alienos genuerunt &c. *Hoc quod dicitur.* Quia filios alienos genuerũt: *poteſt accipi ſicut ſonat, ſcilicet de generatione carnali: eo quòd vxores alienigenas ducebant: ex quibus filios generabant contra Dei præceptum.*

CAP. VI.

a *N tribulat. &c.* ✠ CYPRIANVS. Manè orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur, quod olim Spiritus ſanctus deſignabat in Pſalmis: Quoniam ad te orabo domine, manè exaudies vocem meam. Et per Prophetam: Diluculo vigilabunt ad me dicentes, Eamus, & reuertamur ad Dominum &c. (De Orat. Dominica.)

Hæc verba ex parte poſſunt aptari his qui tribulationi captiuitatis præſſi, ſecundùm pœnitentiã Deum requirebant & alios hortabantur. Generaliter poſſunt aptari omnibus credentibus in Chriſtũ, qui afflicti tribulationibus orto lumine veritatis, in aduẽtu Chriſti per fidem ſurgunt de tenebris infidelitatis & alios hortantur. (Haymo. Rupert.) B († rapuit. † ſanabit.)

CAPVT VI.

¶ Aliter non reſipiſcunt, ſed ſola vexatio dat intellectum auditui.
a ¶ Orto lumine pœnitentiæ. Ad dominum cum tribularer cla. b ¶ A vitiis. c ¶ Quærendum.

a N tribulatione ſua mane conſurgent ad me. 1
2 a ¶ Non contenti propria ſalute hortantur ſe ſe inuicem. ¶ Dicentes. b ¶ Quem reliquimus peccando.

b Venite & reuertamur ad dominum: quia ip- 3
c a ¶ Per Nabuchodonoſor. ¶ Semen Abrahæ apprehendit. 4 b ¶ Reuocando captiuitatem. c ¶ Vt pius pater flagellando. d ¶ A vulneribus peccatorum per pœnitentiam. e ¶ Nec ſolum curat, ſed etiam. ¶ A morte culpæ.

ſe † cepit & † ſaluabit nos: percutiet & curabit nos. Viui- 5
c ¶ Quibus iacuit in ſepulchro. b ¶ Reſurgens à mortuis. c ¶ Secum. 6

ficabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos 7
8 a ¶ Tam in præſenti quam in futuro. ¶ Curati, viuificati, ſuſcitati. b ¶ Quo abſente mortui iacebamus. c ¶ In maieſtate diuinitatis. d ¶ Vel nũc imitando vel ad cœlos aſcendendo. 9

& viuemus in conſpectu eius: ſciemus ſequemúrque 10

✠ THEOPHYLACTVS. Vt in corporalibus afflictionibus quæ per molles medelas curari nequeunt, opus eſt auſterioribus pharmacis: ſic & inter homines, qui per clementiã Dei ad pœnitentiam non ducuntur, per ſæueriora caſtigati, ſæpenumero hoc agnoſcunt. Æquè igitur ac illi in bonorum fructu nõ exquirentes faciem Dei, dum bonis viduantur, eum curatorem & præceptorem quærunt, & matutino ad ipſum tempore veniunt, & veluti à nocte tenebrarum excitati, ſeſe mutuò adhortantur, vt reuertatur ad me. Hæc peræquè intelligas licet de iis, qui ex Hebræis deinceps in Chriſtum credituri ſunt. Illi enim in ſiti hac & captiuitate longa, exquirent (inquit) faciem, ſiue filium. Nam is eſt figura ſubſtantiæ patris, quibus ad dominum reuertentibus, aufertur velum, quod ſuper cor ipſorum eſt poſitum. (Hebr. 1.) C

tum. Reperias etiam hoc in ſingulis, quòd in tribulatione magis ad Dominum reuertantur, qui ſenſibilia fecit; ſanátque animas.
b *Venite & reuertamur.* A quo receſſeramus peccando; quia ipſe cœpit, quando *verbum caro factum ha. in nobis: & ſanabit nos:* poſt dolorem vulnerum plenam ſalutem dabit. (Hieronym. Io. 1.)

Hebræi ſibi ſomniant ſalutem poſt circulũ mille annorũ: ſed ſalus promittitur tertia die, qua Chriſtus reſurrexit à mortuis. Illi verò referunt diem ſecundũ ad aduentum Chriſti ſui, tertium verò diẽ ad iudiciũ quo ſunt ſaluandi. Sed reſpondeant quæ ſit prima die, id eſt, primus Saluatoris aduentus: ſed quia reſpondere nõ poſſunt: Nos dicamus primum eſſe diẽ humilem ſaluatoris aduentum. Secundũ quando in gloria ab omnibus videbitur. Tertium, quando peracto iudicio gloriam ampliorem ſuæ claritatis electis monſtrabit. Iudæi qui ſecundum & tertium ſuſcipiunt: primum ſe perdidiſſe, farentur, quia ſecundus & tertius niſi reſpectu primi non poſſunt appellari. Vel, primus dies primum ſeculi tempus, ſecũdus in aduentu Chriſti quo viuificamur per fidem, vel iam per ſpem confidemus cum Chriſto in cœleſtibus, tertius, dies reſurrectionis, in quo per Chriſtum reſurgentem pariter cum illo reſurgemus, Vel nobis primus dies quando renaſcimur per baptiſmum; ſecundus in requie animarum. Tertius in generali reſurrectione. E (Supra. 5. d.)

c *Quia ipſe. &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Propter facilitatem hoc dicit, quoniam non indiget diutina circuitione Deus ad curam, verum accumulatam ſtatim exhibebit ſanitatem.

De quo ſupra dixerat. *Ego ego.* In his verbis oſtenditur Iſrael & Iudam F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

1 N tribulation. &c. *Poſt declarationem diuinæ iuſtitiæ: hic conſequenter ponitur declaratio ſuæ miſericordiæ: & oſtenditur primò quibus miſericordia conceditur, ſecundò, quibus denegatur, ibi:* Quid faciam tibi. *Circa primum ſciendum: quod Dei miſericordia in aduentu Chriſti fuit declarata propter quod meritò pars iſta de aduentu eius exponitur à catholicis & Hebræis diuerſimodè. Dicit enim Rab. Sal. q̃ cũ dicitur hic.* In tri. *Intelligitur miſeria in qua ſunt modo Iudæi per orbẽ diſperſi: à qua petunt in ſuis orationibus publicis & priuatis per Meſſiam liberari: cuius aduentum expectant Iudæi: & ideò quod ſubditur poſtea:* viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos. *Per primam diem intelligitur dies primi templi per Salomonem ædificati. Cui ſucceſſit nox deſtructionis per Chaldæos. Per ſecundam diem tempus ſecũdi templi per Zorobabel reædificati quis ſucceſſit nox deſtructionis per Romanos. Per tertiam diem tempus ædificationis tertij templi per Meſſiam de quo exponunt ædificationem templi quæ habetur in fine Ezech. ſecundum errorem ſuum. Hoc autem dictum fundatur ſuper falſo, ſcilicet quòd Chriſtus ſit venturus: quod iam tranſiet in præteritum: ſicut dixi diffuſe in quadam quæſtione de quolibet: & aliqua repetij ſuper librum Pſal. & ſuper Iſaiam, propter quod hic omitto exponendo literam ſecundùm catholicam intentionem.* In trib. ſua. *Id eſt, peccatorum ſuorum pœnitentia: quia veris pœnitentibus conceditur miſericordia.* 2 Manè con. *Et iſtud fuit tempore Ioannis Baptiſtæ qui prædicauit baptiſmum pœnitentiæ: & multi ad eius doctrinam egerunt veram pœnitentiam: vt patet in quatuor Euangeliis: & dicitur tempus eius manè, quia pertinet ad principium temporis gratiæ, quæ dicitur dies: ad Rom. 13. d.* Nox præceſſit: dies autem ap.
3 Venite &c. *Baptizati enim à Ioanne inuitabant alios ad pœnitẽtiam bapt. ſmi.* 4 Quia ipſe cœpit. *In Hebræo habetur: Diripuit id eſt, temporibus præteritis puniuit nos quaſi in peccatis captos.*
5 Saluabit nos. *Spiritualiter & temporaliter.*
6 Percutiet &c. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem.* 7 Viuificabit. *Quia poſt duos dies mortis ſuæ & ſepulturæ reſurrexit Chriſtus: cuius reſurrectio eſt principium reſurrectionis noſtræ ad vitam immortalitatis. 1. Cor. 15.* Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium qm̃ quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chri. &c. *Et hæc expoſitio magis conſonat literæ quàm præcedens quia accipit dies propriè, illa autem valdè impropriè.*
8 Et vi. in con. e. *Vita gratiæ, & poſtea gloriæ.*
9 Sciemus. *Notitia fidei.*
10 Sequemúrque. *Imitando opera Chriſti.*

Vt co. do.

MORALITER.

1 *In tribula. &c.* Iſtud ca. literaliter expoſui de pœnitentiam agentibus ad prædicationem Ioannis Baptiſtæ, & ſe diſponentibus ad baptiſmum & fidem Chriſti. Moraliter autem exponi poteſt de cunctis verè pœnitentibus, cum dicitur: *In tri.* tribulatio namque corporalis frequenter inducit ad pœnitentiam peccatorum: quia vexatio dat intellectum reuertendi ad dominum Et qm̃ ſic reuertentes debent alios ad idem inducere, ſubditur.
3 *Venite & reu.* Et ſubditur reuertendi modus, cùm dicitur.
7 *Viuificabit nos.* Primus dies eſt veræ contritionis, ſecundus, perfectæ confeſſionis, & tertius, debitæ ſatisfactionis. Et ſubditur ad hoc exemplum cùm dicitur,

Quaſi

& Iudam habituros vnum paſtorem & regem Dauid: cum credi A derint in dominum reſurgẽtem: fruſtra autem Iudæi mille annorum ſomnia, ſibi pollicentur: cum ſalus ſit omnibus promiſſa die tertia qua dominus reſurrexit.

a *Quaſi.* Diluculum, initium lucis quo tenebræ fugantur, vnde ait: Sicut reſurgente diluculo tenebræ noctis fugantur, ita Chriſto egreſſo de thalamo incorrupti vteri tenebræ peccatorũ diſſipãtur & lux veritatis apparet.

Quaſi. ✠ THEOPHYLACTVS. Hoc eſt, Studioſè & cum ingẽti deſiderio quæremus Dominum. Vt enim diluculum noctis caliginem diſſipat, ſic & ipſe prõptè prouidentiæ ſuæ radios exhibebit, & ab noctis afflictionibus liberabit. Matutinæ etiam pluuiæ indiget terra, vt proferens commiſſam ſibi ſementem, pinguedinẽ habeat, quæ eam nutriat. Serotinæ verò potiſſimùm, ne adulta ſata exareſcant. Ita & nobis Deus veniet matutinus imber, quando incipiet liberare nos à captiuitate. Serotinus verò, quando nos reſtituens patriæ, nos defendit, noſtriq; curam gerit. Hunc admodum Chriſtus poſt reſurrectionem, manè quidem mulierculis ſeſe, ſerò ianuis occluſis, diſcipulis oſtendit. B († 50. di. ſ. c. ponderet.) (Io. 20.)

a ¶ Hæc eſt vi ta æterna vt cognoſcant te ſolum Deum verum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ¶ Facie ad faciem. b ¶ Venite reuertamur. qui.

a Vt cognoſcamus dominum Quaſi diluculum præparatus eſt 1
a ¶ De ortu Chriſti adhuc ſubditur. b ¶ Iudæus qui non recipit temporaneum: fruſtrà expectat ſerotinum. c ¶ Dum ex parte cognoſcimus. 2

egreſſus eius: & veniet quaſi imber nobis temporaneus 3
a ¶ Quando quod perfectum eſt venerit. b ¶ In perditos filios oſtendit ſe habere affectum patris. Q. quomodo ſine dolore poſſum te tradere hoſtibus: aut quod medicamentum tibi impo[...]m, vt reſtituam ſanitati.

b & ſerotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam 4
a ¶ Qua vobis ſum ſolicitus miſereri iam tranſiit à vobis per Aſſyrios citò captiuandis, ſicut nubes matutina quæ atram noctem reddit, & ſicut ros qui orto ſole ſiccatur citò.

tibi Iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: & quaſi 5
a ¶ Quia imminebat captiuitas, terribilibus verbis ſum comminatus vobis, vt qui clementem contemnebatis, timeatis offenſum.

c ros manè pertranſiens. Propter hoc † dolaui in prophetis, 6
a ¶ Negligentes, antequam captiuarentur puniui. b ¶ Et hæc omnia feci vi iudicij (quo te iudicatus ſum) veritas appareret, vt omnes ſciant te eſſe correptum, & non pœnitentem iuſtè punitum eſſe

d occidi eos in verbis oris mei & iudicia † tua quaſi lux egredie- 7
8 a ¶ Ideo grauiter comminatus ſum vt haberem locum miſerendi, quia plus placet mihi miſericordia. & vt homo habeat ſcientiam Dei, quam multitudo victimarum per quas Iudæi peccantes putabant purgari ſe. 9 10

e tur. † Quia miſericordiã volui & non ſacrificiũ: & ſcientiam 11

HIERONYM. Hæreticos & Iudam qui ſimilia paſſurus eſt prouocat Deus ad pœnitentiam & reuerti cupit ad ſalutem: ſed D illi delicias huius ſeculi & refrigeria, quaſi nubem & rorem quæ citò tranſeunt ſequuntur, vnde: *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Prophetas autem hæreticorũ ſemper occidit Deus, dum æterna ſupplicia comminatur, & aufert de vera vita morti ſcelerum relinquens. Nos autẽ ſequamur illam nubẽ quæ perpetua eſt; quæ à mundi huius ardore nos protegit, cui inſidẽs dominus venit in Ægyptum, & omnia idola confregit & illum rorem de quo Moyſes: *Fluat vt ros eloquium meum.* (Luc. 12. c.)

c *Propter hoc dolaui.* Dolare fabrorum eſt, cum materiarum planatur aſperitas. († abſcidi prophetas Deut. 32. † mea) E

Quantum ad literam. Temporaneus imber eſt, qui iacta ſemina caleſcere facit. Serotinus eſt, qui ad maturitatem fructus producit, vnde propheta: *Dabo vobis pluuiam tempore ſuo.* In terra verò promiſſionis bis tantum in anno datur pluuia de cœlo. Spiritualiter: Chriſtus nobis temporaneus eſt imber: dum fidem inſpirat. Serotinus dum poſt bona opera ducet ad horrea. *Manè autem ſur. ſ. c. eſt.* (Hieronym. Temporaneus imber Leuit. 26. c.) (Zach. 10. a.)

b *Quid fa.* ✠ THEOPHYLACT. Miſcet cũ eis ſermones in morem patris liberos ſuos amãtis. Ego omnem vobis gratiã & veniam dare volo veſter autem animus & cogitatio temporaria efficit miſerationem meam tẽporariam eſſe. Audiamus & nos menſuram eſſe diuinæ miſericordiæ, ſine ea extendentes ſufficienter pœnitendo, vel mutilantes celerius reuertendo ad priorem prauitatem. Demúſque operam, vt diuturnius ille noſtri miſereatur, cum verè regnum Dei intra nos erit noſtrique inſtituti comes Deus erit. C

HIER.

d *Occidi eos in verb.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vos quidem inquit, ſic habetis, vt, frigidam quandam paruique temporis pœnitentiam demonſtretis, per hoc meam pariter miſericordiam talem facientes. Attamen ego non intermiſi vos congruenti prouidentia dignari adeo vt & prophetis meis, quos vobis adhortatores miſi cauſa mortis extiterim: hoc enim denotat occidi. Et quoniam dedi ipſis verbum oris mei vt vaticinarentur, videor eos occidiſſe. Atque etiam ſi cunctos dederitis neci, non potuiſtis tamen irrita facere, quæ de vobis illi præcinuẽre, quominus iudicium meum, ceu lumen effulgeat: patiaminique omnia quæ illi dixerunt. Quidam per prophetas hîc vanos intellexerunt, occiſos imperio Dei. Nam Helias letho dedit prophetas Baal ſacerdotéſque vicorum: ſic & Ieſu collectos Baalitas ad vnum omnes mactauit. (3. Reg. 18. 4. Reg. 10.)

LXX; Succidi prophetas veſtros, ſ. pſeudo vt qui cauſa erroris fuerant, proſpera promittentes, occiſi fierent occaſio ſalutis Q. Ne diceretis, prophetis credidimus; etiam ipſis occidit, vt vobis tolleretur occaſio peccandi. Legimus 450. prophetas Baalim occiſos ſub Elia, & innumeram multitudinem ſub Iehu: qui ſubuertit domum Achab, quidam dicunt iuſtos prophetas, ſicut Ieremiã, cauſa peccantis populi interfectos, & hoſtibus traditos. (Hieronym.) F (4. Reg. 18. g. 4. Reg. 10. f.)

Quia miſericordia. ✠ THEODORETVS. Sacrificiis quamuis non ego, ſuſcipio tamen veſtræ mẽtis infirmitati aſſeruiens.

Hæc

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt cognoſcamus. *Facie ad faciem. Conſequenter ponitur modus viuendi & conuerſandi cùm dicitur.*
2 Quaſi, &c. *Quia ipſe eſt lux vera. Ioh. 1.*
3 Et veni. *Et in hoc ſignificatur doctrina Chriſti ſub metaphora imbris terram fœcundantis, licet autem ortus Chriſti & eius prædicatio & conuerſatio præceſſerint eius mortem & reſurrectionem: tamen hic poſt ſcribuntur: quia frequenter poſtea: vt patet in nouo & ve. teſt.*
4 Quid fa. *Hic conſeq̃ter oſtẽditur quibus miſericordia Dei denegatur, ſcilicet, hypocritis & apertè malis, & oſtenditur hic primo in duabus domibus. ſ. Iſrael & Iuda ſimul, ſecundò in regno Iſrael per ſe, ſeq. cap. Circa primùm dicitur.* (Diuiſio)
5 Miſericordia. *Q. d. ſicut nubes matutina aliquando diſſoluitur oriente ſole ſine pluuia: & ros matutinus ſine humectatione terræ: vt quando eſt multum paruulus: ſic miſericordia veſtra ſiſi ne effectu: & per conſequens ficta: & iſta hypocriſis notabiliter viguit in Iudæis tempore Chriſti: vt patet in decurſu Euangelij.*
6 Propter hoc. *Id eſt, per prophetarum correctionem voluit eos reducere ad rectitudinem. ſicut ligna per dolationem.*
7 Occidi. *Occidendos prædixi per prophetas: qui ſunt os meum verba mea proferendo.*
8 Et iudicia. *Id eſt, punitiones tibi inferendo.*
9 Quaſi lux. *Id eſt, manifeſtè apparebunt iuſtè.*
10 Quia miſe. *id eſt, acceptaui.*
11 Et non ſacrificium & ſcientiam, &c. *Sacrificia enim veteris legis non erant accepta de ſe, ſed tantùm ex offerentium deuotione, ſed iſta cum hoc de ſe ſunt acceptabilia, inquantum ſunt bona de genere, non tamen ſunt meritoria vitæ æternæ, niſi fiant ex charitate.*

Ipſi

MORALITER.

2 *Quaſi dili.* Diluculũ principiũ eſt diei, per quam ſignificatur iuſtificatio impij: Huius diei principium eſt gratia præueniens: quæ eſt præparatio ad gratiam formaliter iuſtificantem: de qua ſubditur.
3 *Et veniet.* Sed quoniam non eſt dignus miſericordia qui non facit miſericordiam: ideò de talibus ſubditur.
5 *Miſericordia.* Id eſt, ſine effectu debito: de qua Iaco. 2. c. Si autem frater aut ſoror nudi ſint aut indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis de vobis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non autem dederitis ea quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit vobis? quaſi dicat, nihil.
6 *Propter hoc.* Id eſt, laboraui per prophetas ad hoc, quòd ad rectitudinem miſericordiæ reducerentur ſicut dolatur lignum vt rectificetur.
7 *Et occidi eos.* Id eſt, occidendos dixi morte gehennæ, Matth. 25. c. *Ite maledicti in ignem æternum.* Et ſubditur ibidem: *Eſuriui & non dediſtis mihi man. &c.*
8 *Et iudicia quaſi lux egredientur.* Nam in finali iudicio impiorum condemnatio & iuſtorum præmiatio iuſtiſſima cunctis euidenter apparebit.

☞ Hæc tamen duo præsertim expecto, erga me amorem, ergáque
A proximū dilectionem. Hęc duo prima posui, cum leges poneré:
Exod.20. *Diliges Dominum Deum tuū ex toto corde tuo,&c. &, Diliges proximum tuum,&c.*

L.de pœnit. cap.8. ✠ TERTVLLIANVS. Clementiæ suæ profusionem Deus demonstrat, non ait, qui ceciderit, resurget? & qui auersatus fuerit, conuertetur? Ille est, ille est, qui misericordiā mauult quàm sacrificium. (Ierem.8. Matth.9. Luc.15.) Lætantur cœli, & qui illuc angeli pœnitentia hominis. Heus tu peccator, bono animo sis, vides vbi de tuo reditu gaudeatur.

L.4.adu. Marc.c.17. Luc.6. Esa.58. ✠ IDEM. Misericordiam præcipiés Deus ait: *Estote misericordes,&c.* B Hoc erit panem infringito esurienti, mendicos sine tecto in domū tuam inducito, nudum si videris tegito. Agnosco doctrinam eius veterem, qui mauult misericordiam quam sacrificium.

L. de Pudi. cap.2. Ierem.14. ✠ IDEM. Et si bonus natura Deus, tamen & iustus. Ex causa enim, sicut sanare nouit, ita & cædere faciens pacem, sed & condens mala: pœnitentiam malens, sed & Ieremiæ mandans, ne pro populo peccatore deprecaretur.

L.10.de ciuit.c.5. ✠ AVGVSTINVS. Misericordia verum sacrificium est, ac per hoc vbi scriptum est. Misericordiam volo magis quàm sacrificium sacrificio prælatum oportet intelligi.

Quotidie extra vel intra ecclesiā peccantes Deus prouocat ad pœnitentiam, dicens: Misericordiam volui. Illi autem offerunt panem sacrilegum, & dantes eleemosynam videntur sequi humilitatem, sed truncat capite fidei & scientiæ Dei frustra se cætera membra habere iactant: quia sicut Adam pro præuaricatione eiectus est de paradiso, & isti de ecclesia.

Hieronym. a *Galaad ciui.* Galaad ciuitas sacerdotum trans Iordanem in tribu Gad, & ciuitas fugitiuorum. In hac primitus consecratum C est idolum: & quanto priùs celebrior, tanto postea per idololatriam facta est principium omnium malorum & ideò isti primi captiuati sunt per Assyrios: Et est.

b *Supplantata*.id est, humiliata. *Sanguine* quem fudit Iehu vnctus in Ramoth Galaad, quando iuxtà præceptum Dei deleuit omnem domum Achab. Vel supplātata sanguine, quia vindicta sanguinis quem fundebat super eam venit.

c *Et quasi fauces,&c.* Fauces latronum sunt cauernæ, in quibus Hieronym. absconditi spoliant & occidunt transeuntes. Sic Sacerdotes Galaad insidiabantur simplici populo, & spoliabant fide, & D interficiebant mente: & quos decipere non poterant vestibus, priuabant, & corpore necabant vnde subdit.

d *Particeps sacerdotum.* Scilicet, per Sichem transitus erat, volentibus de Israel sacrificare in templo Ierusalem. In hoc itinere sacerdotes idolorum ponebant insidias, vt traherent transeuntes ad colenda idola in Dan vel Bethel. Cum hic sacerdotibus coniurauerant sacerdotes Galaad, & similiter faciebant occidi, volentes transire in Pascha vel Pentecosten vel Scenophegia ad sacrificandum in Ierusalem secundum præceptum.

ALLEGOR. Galaad, transmigratio testimonij, hi sunt hæretici qui contemnunt Deum, peruertendo testimonia scripturarum, cuius opera vana, quæ turbat aquas ecclesiæ, & de puris fontibus fortitudo eius quasi viri piratæ, id est, diaboli in mari huius seculi, in quo naues seculi pertranseunt.

† & sicut latrones qui expectant aliquem, sic cōgregatio sacerdotum in via interficiebat consensu vno, quia abominationem fecerunt. Hieronym. Haimo. Rupertus. † fornicatione E

a ¶In paradiso. b ¶Id est, in terra

Dei plusquam holocausta. Ipsi autem sicut Adam transgres- 1

a ¶Legem. ¶In paradiso. ¶LXX. ibi contempsit me Galaad ciuitas, quæ operatur vana, & conturbat aquam, & fortitudo tua viri piratæ. b ¶Parentes: Non ergò mirum, si quod præcessit in parentibus damnatur in filiis imitantibus.

a si sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me, Galaad ciuitas 2

a ¶Hæc ciuitas fuit initium idololatriæ his qui sunt trans Iordanem. ¶Sacerdotum.

b operantium idolum † supplantata sanguine: † & quasi fau- 3 4

† fœ lata sanguine

a ¶Omnes falsi sacerdotes abscondunt viam: & occidunt homines malis operibus, ne perueniant in Ierusalem. b ¶Idololatrarum.

c d ces virorum latronum. Particeps sacerdotum in via interfi- 5 6

a ¶In Ierusalem, vbi tantùm licet immolare. b Ideò comparato Galaad illis sacerdotibus quia simile scelus operati sunt, vel in interfectione hominum, vel in idololatria.

e cientium pergentes de Sichen: quia scelus operati sunt. In 7 8

a ¶Decem tribuum. ¶Cultum idolorum. b ¶Vnde Iere. Obstupuit cœlum super hæc, & exhorruit terra. c ¶Quia. ¶Ieroboam, quo duce contaminatus est populus Samariæ, vnde & ad Iudam sermo conuertitur

domo Israel vidi horrendum. Ibi † fornicationes Ephraim: 9

f contaminatus est Israel. Sed & Iuda pone messem tibi, cùm 10

g conuertero captiuitatem populi mei.

Sichen, humeri, per quos intelligitur opus, vnde: Da cor tuū in humerum, id est, quæ intelligis operare. Hæretici autē intercludunt viam ne de Sichen. i. bonis operibus pergamus in Ierusalem. Hi sunt quasi fauces virorum latronum, id est, interficientium eos, qui per viam huius seculi ad veritatem pergere volunt.

e *In domo.* HIERONYM. In domo hæreticorum videtur horrendum: cùm magistris fornicantibus, populus seductus pariter sordidatur. Iudæ quoque. i. ecclesiæ præcipitur, vt paret messem sectionis, id est, metendi secundum peccata in diem iudicij. Hoc non optando sed prophetando dicitur: quia si pœniterent, veniam à pio iudice consequerentur, Qui etiam hic ideò corripit vt ibi parcat, vnde subdit; *Cum sana.*

f *Sed & Iuda.* Ne putes te esse securum, para messem tibi. i. genera filios qui succidantur, quia propè est tempus iam, vt tu F quoque à Chaldæis ducaris captiuus in Babylonem, & tuæ messionis, id est, interfectionis tempus veniet.

Q. Chaldæi te metent sed inde te reducam, quod sub Cyro erit & Artaxerxe.

g *Cum con.* Subaudi videbis: quia multi qui captiui ducti sunt, viderunt reuersionem, & cum illis qui nati fuerunt in Babylone abierunt in terram suam. De hac reuersione non fit promissio decem tribubus; quæ in perpetua captiuitate tenentur.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsi autem sicut Adam. *Sicut enim Adam transgressus fuit mandatum domini de ligno vetito comedendo, sic Iudæi de vtroque regno transgressi fuerunt legem domini datam in monte Sinai. Et exprimitur consequenter quædam terra decem tribuum in hoc malo valdè notabilis, cùm dicitur.*

2 Galaad ciuitas. *Et sic transgrediebatur mandatum legis ordinans ad Deum.*

3 Supplantata sanguine. *Hebræi dicunt: Insidiatrix sanguini. Dictio enim Hebraica hic posita ad supplantationem & insidiationem est æquiuoca, videtur tamen hic magis accipi pro insidiatione, quia subditur.*

4 Et quasi virorum latronum. *Quia quærunt glutire bona aliorum.*

5 Particeps sacerdotum. *In Hebræo habetur, societas sacerdotum id est. maiorum eo modo loquendi quo dicitur 2. Reg. 8.* Filij autem Dauid sacerdotes erant

6 In via interficientium. *Per hoc designatur, quod maiores de Galaad erant consentanea & participes in latrociniis istis & homicidiis: & in hoc erat transgressio legis contra proximum.*

7 Pergent. *Ad alium locum vbi erant nundinæ, ad quas portabantur pecuniæ pro emendis mercimoniis: & ideò latrones prædicti ponebant se ibi in insidiis.*

8 In domo Israel vidi horrentem. *Scilicet, idololatriam & homicidium.*

9 Sed & Iuda pone messem tibi. *Id est, tempus tuæ collectionis translationis de terra tua per Chaldæos.*

10 Cum conuertero capti. *Hebræi autem dicunt Cum conuertero ineptam læticiam populi mei. Dictio enim Hebraica posita hic, æquiuoca est ad captiuitatem & læticiam ineptam, & hoc secundò modo magis consonat literæ præcedenti, quia in captiuitate Babylonica conuersa fuit læticia Iudæ in tristiciam. Translatio verò nostra sic exponitur:* Sed & Iuda. *Quasi dicat, Licet citò debeas duci in captiuitatem, tamen adhuc erit messis tibi in terra tua. Cum reduxero captiuitatem populi mei, sub Zorobabel de licentia Cyri, & in hoc notantur distinctio captiuitatis Iudæ & Israel: quia ista reuersa fuit ad terram suam, captiuitas autem Israel non est reuersa.*

✠ CAP.

☞ CAP. VII.

A a *Cum sana. vellem Israel.* ✠ THEOPHYLACTVS. Iterum docet quod non iniuria puniat Ephraim, perspicuam cunctis eius iniquitatem asseuerans. Nam fecerunt inquit mendacia, hoc est, idola, ideoque in posterum hostes furum & latronum instar, eos adorti, exuēt ipsos, omnibúsque bonis nudabunt,&c. Quando etiam venit Christus reducere. Matth.15. *Oues quæ perierant domus Israelis*, Et sanare contritos, tunc reuelata est malicia populi, quando interroganti Pilato responderunt: Absolue nobis Barrabam Matth.27. Iesum verò cruci affige, &c. Hæc etiam animæ sunt exhortatio redeuntis à B captiuitate prauorum effectuum, sanatæque à plagis & vulneribus peccati. quæ aliàs non curantur, nisi grauiter olere ipsi cœperint. Tū enim demum inquirit medicum, quando tetrica fiunt, vulnera, ipsique ægrè Psal.37. patitur graueolentiam perinde ac Dauid, cùm dixisset: *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, &c.* Allegoricè Cum Saluator post effusionem sui sanguinis, & ecclesiam de gentibus & populis congregatam, vellet populi peccata sanare per pœnitentiam, subito Ephraim, id est, hæretici, qui falsorum dogmatum promittunt vbertatem, & populus Samariæ, qui dicit se præcepta Dei custodire, operati sunt idolum, falsorum dogmatum, & per illos ingressus est fur & latro, id est, diabolus, vel ipsa falsa doctrina hęreticorum in ecclesia: Fur insidiis occultè decipit, latro audacter rapit. Signanter ergo ponit fur clam ingressus est, latrunculus foris spolians, quia neminem C veste Christi possunt spoliare, nisi prius ab ecclesia foris ad sua dogmata traxerint.

†non cōgitarunt in. † opera.

b *Et fur ingressus est, &c.* ✠ THEODORETVS. Postquam verum Deum cognoscere neglexerunt & idolorum erroribus se astrinxerunt, hostes latronum in modum eos inuadentes, nonnulla incendent, quædam depopulabuntur, alia abigent, bonísque omnibus eos spoliabunt.

✠ THEOPHYLACTVS. Sic Satanas fur & prædo ingressus hominem spoliat, ac omni diuina gratia nudum constituit, in via eius, hoc est, in quocumque genere vitæ fuerit, siue in sacerdotali, siue in monastica, vel populari,&c.

c Et

c *Et ne fortè.* ALLEGOR. Hæretici non possunt vetera pecca- D ta contra Deum causari, cum antiquis operibus nouam addant Hieronym. impietatem, & suis ligentur peccatis, & cum Deum celare se putant, oculos eius vitare non possunt: quia Vultus domini super facientes mala.

CAPVT VII.

a ¶Dimittere peccata idololatriæ quam in Aegypto vel in deserto exercuit. ¶Aperte facta est idololatria à Ieroboam & à populo Samariæ, qui fecerunt est regem suum, hæc malicia obstitit Deo volenti condonare priora peccata illius populi.

a Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniqui- 1 2

a ¶Rex & populus.

tas Ephraim & malicia Samariæ: quia ope- 3

a ¶Idolum vel illa falsa verba: isti sunt dij tui Israel. b ¶Ieroboam qui ingressus est latenter ad decipiendum domum Israel, & sicut latro vi cogens Dei populum ad idololatriam, spoliauit Dei protectione.

b rati sunt mendacium, Et fur ingressus est spolians latrun- 4

a ¶Et cum ita puniantur, ne cogitent quòd pro veteribus peccatis patrum puniam eos, quia nunc, id est, in præsenti pro maliciis suis quas inuenerunt circundati sunt pœna & mala eorum sicut putant non possunt me latere, sed potius ipsæ adinuentiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clare videt.

c d culos foris. Et † ne fortè dicant in cordibus suis omnem ma- 5

a ¶Peccata præsentia. 6

liciam eorum me recordatum. Nunc circundederunt eos

a ¶Non reuerentur faciem meam.

e † adinuentiones suæ corām facie mea factæ sunt. In

a ¶Exponit quæ fecerint in facie Dei, qui consentientes voluntati Ieroboam idola coluerunt. b ¶Quando dicebant: isti sunt dij tui Israel. c ¶Qui sub Ieroboam populo præfuerint.

malicia sua lætificauerunt regem & in mendaciis suis princi- 7

✠ THEODORETVS. Hæc cùm fient, lamentabuntur assiduo, præmentur mœrore, nequē tamen voce lamentatione dēt? sed taciti secum in animo fletus, gemitúsque facient.

d *Omnem malitiam eorū, &c.* Diutissimè inquit, magno animo perpessus sum: quasi non visus videre eorum facinora nunc aperte ipsa perspiciens, vltionem de his accipien- E dam censeo. Quare beatus Dauid *Auerte* Psal.50. *faciam tuam à peccatis meis.*

✠ THEOPHYLACTVS. Fortasse autem quia Deus peccata illa vehementiùs punit quæ à consultatione fiunt propterea dixit. *Circundederunt eos adinuentiones, &c.* Non enim simpliciter ait, operabantur mala neque raptim, vel fortè fortuna, sed ex consilio & consideratione. Sic in extremo Iudicij die præter quam opera, cogitationes etiam iudicantur.

e *In malicia sua, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Per malitiam suam ad interitum currentes autores letitiæ fuerunt regibus ipsos debellantibus. Vel quod vna cum regibus suis ad idololatriam cucurrerint, curauerintque eos & obseruauerint, eadē peragendo & in mendaciis siue idolis siue adulationibus vel vanis laudibus hilares eos rediderunt de quibus Esaias ait: *Qui beatos vos prædicant, illi vos seducunt.* Ad hæc Iudæi reges suos dæmones, gaudio imbuerunt suis contra Christum imposturis calumniis, & mendaciis. Præterea, Herodes, Caiphas F Annas eosdem exhilararunt, qui in condemnatione Christi, in gratiā redierunt cùm antea hostilibus inter se animis essent.

ALLEGOR. Qui malè operatur vel malè de Christo sentit, Hieronym. regem, id est, diabolum lætificat, & in mendaciis prauæ doctrinæ principes huius mundi quorum sapientiam Deus destruit. In nostris enim peccatis gaudent, principes tenebrarum. Vel, regem qui primum, hæresim reperit, principes, qui præpositi hæreticorum populis, falsum sibi vendicant sacerdotium.

☞ *Quia*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

✠ 1 Cum sanare vell. *Hic incipit capitulum in Hebræo & in libris correctis in quo ostenditur negatio diuinæ misericordiæ regno Israel, propter multitudinem & euidentiam suæ iniquitatis. Et primò ponitur euidentia, cùm dicitur in persona domini:* Cum sanare vellem Is. *eius captiuitatem reducendo.*

2 Reuelata est iniquitas. *Id est, tam multiplex & manifesta, quòd huiusmodi beneficio est indigna.*

3 Quia operati sunt mendacium. *Erga homines & Deum per Idololatriam & fallaciam.*

4 Et fur ingressus,&c. *Id est parati sunt aliena rapere intus & extra, & sic patet euidentia multiplicis peccati eorum contra proximum Consequenter ponitur eadem euidentia in peccatis contra Deum cum dicitur.*

5 Et

5 Et ne fortè *Quasi dicat, non possunt dicere quòd eorum peccata antiqua latebant me, & nunc sum recordatus quia.*

6 Nunc circundederunt eos adinuentiones suæ. *Id est, ita euidentes sunt circa eos, sicut furtum quod circundat collum latronis deprehensi. Dicuntur autem hic adinuentiones vituli aurei quos adinuenit Ieroboam rex primus in Israel de consilio falsorum prophetarum, ne populus regni Israel reuerteretur ad regnum Dauid, vt habetur 3. Reg. 12. f. vnde subditur.*

7 In malicia sua lætificauerunt. *Scilicet, prophetæ falsi & sacerdotes excelsorum. Cum enim venisset propheta domini ad increpandum Ieroboam vitulis immolantem, & ad eius dictum altare fuisset scissum & manus regis arefacta, propheta falsus iuit post virum Dei, & reduxit eum per mendacia sua. propter quod fuit percussus à leone in itinere 3 Reg. 13. a. Et sic propheta falsus confirmauit regem in errore, dicens quod ille non fuerat propheta domini, nec à Deo missus cum in itinere fuisset à leone percussus, & sic rex & principes eius consentientes fuerunt lætificati.*

✠ *Omnes*

MORALITER.

✠ 1 *Cum sanare &c.* In hoc cap ponitur duplex causa, quare populus de regno Israel non fuit liberatus de captiuitate Assyriorum, & populus de regno Iuda fuit liberatus à seruitute Babyloniorum. Et fuit vna causa multiplicatio idololatriæ in domo Israel, & eius euidentia. De qua dicitur Isa.3.b. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.* Et hæc diffusè & inuolutè & cum replicationibus pluribus hic tractantur.

a *Quasi clibanus.* ✠ THEOPHYL. Corporale hic adulterium intelliges, dicente Deo, quòd vniuersi Hierosolymorum incolæ sint adulterij, sic vsti libidinis igne, veluti clibanus cuius incensio fit à flamma Qui vritur ad digestionem, hoc, est, ad tosturam coctionem ve panum. Porrò, ignis libidinis adducet super eos flammam captiuitatis, à qua adusti inutiles erunt ad digestionem cruditatis quam etiānum habent. Accipies etiam per adulterium idololatriam, qua exurebantur, secuti Ieroboam primum inter se idololatriam. ALLEGOR. Hæreticorum corda igne diaboli succenduntur, vt in eis coquatur panis Antichristi qui primum in ecclesia loquuntur occultè, & omnia pacificare promittunt & vt cancer paulatim serpit, fermentum doctrinę eorum de quo dicitur: *Cauete à fermento Pharisæorum*, & cum in tumuerit in cordibus deceptorum tunc in apertam prorumpunt insaniam, de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, sed ex nobis non fuerunt.

(Margin: Hierony. — † Mat. 5.1.a. — † ægrotare — † ad illusores. — Matt. 16.a. — 1. Iohã. 2. c.)

b *Quieuit* HIERONYMVS. Fabricatis idolis non statim Ieroboam vim intulit populo, vt ea coleret, ne aliquibus resistentibus eorum cultura euacuaretur: & ideo paululum quieuit ciuitas, quia suæ voluntati relictus est populus, donec fermentaretur totum mendacium, vt primùm principes, deinde satellites, tandem omnis populus propria voluntate regi consentiens corrumperetur: quia, Quod necessitate fit cito soluitur, quod voluntate, perseuerat.

c *Dies regis.* Succensa massa populi in veneratione idoli cœperunt dicere ad fortes Ieroboā: Iste est dies regis nostri, quem noster imperator festiuum nobis constituit, in hoc gaudemus & ludimus & vitulos adoramus. Et populo ita clamate, principes qui erant ad regimen ciuitatis & populo instituti cum populo amittentes in telligentiam mentis, cœperunt obliuisci Dei, & in ligna idolorum impingere & more phanaticorum quid agerent nescire.

(Margin: Hieron. C)

ALLEGOR.

a ¶ Qui lætificauerunt, omnes sunt adulteria Deo recedendo. b ¶ Quasi clibanus succenditur ad coquendos panes, ita illi per Ieroboam succensi sunt igne idololatriæ ad coquendum panem impietatis.

a pes. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à co- 1 2
b quente. Quieuit paululum ciuitas à commixtione fer- 3
c menti † donec fermentaretur totum. Dies regis nostri: 4

a ¶ Pari amentiam luxuriæ vel idololatriæ b ¶ Videns rex populum clamantem, & principes insanientes, extendit manum, id est, præbuit ascensum his qui variis laudibus ei alludebant qui illusores cum rex suus insidiaretur eis, & à Deo suo abduceret, præbuerunt ei cor suum quasi clibanum vt eos flammis idololatriæ ardere faceret. Ideo enim ascensus est populo, qui eum tota mente videbat conuersum ad errorem.

Cœperunt principes † furere à vino. Extendit manum 5 6
suam † cum illusoribus: quia applicauerunt quasi cliba- 7 8

a ¶ Versatus in tenebris peccatorum, & misso igne in clibanum securus fuit, quia videt nullum resistere suæ voluntati, sed omnes coquere panem impietatis: mane vero succensus flamma sceleris aperte & impudenter recessit à cultu Dei, & coram omnibus ad immolandum venit.

d num cor suum, cùm insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit co 9 10

a ¶ Quid plura? ¶ Quia non iam per insidias: sed impudenter à cultu Dei secedunt.

e quens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. Omnes 11

a ¶ Occiderunt eos qui nolebant consentire. ¶ Vel bona intelligentes, prauo exemplo corrumpunt.

calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices 12

¶ Denique omnes reges post Ieroboam recesserunt à religione Dei, & ambulauerunt in viis Ieroboam qui peccare fecit Israel.

f
g suos. Omnes reges eorum ceciderunt, non est in eis qui cla- 13

ALLEGOR. Populi à rege diabolo & ab eius principibus vel à principe hæreseos & eius ducibus seducti, relicta ecclesia alias solemnitates colunt & clamant: Hic est dies regis nostri Valentini, Arij, Martionis, Quia audientes quòd ei præpositi sunt, non inebriantur vino ne leue putetur peccatum esse, sed insaniunt ex vino, de quo Moyses: *Fel draconum vinum: & v.a.* Id est. Vnde decepti populis & ducibus princeps extendit manum cum illusoribus, quorum corda sunt succensa. Tota enim die hæretici non videbunt solem iustitiæ: quia oppressus est eorum sensus: Horum corda variis perturbationibus succensa sunt sicut ira & auaricia: Et deuorant iudices suos qui, scilicet aliquid virtutū & discretionis habent, quibus discernāt mala à bonis: Vel, iudices hæreticorum à suis populis deuorantur, vt quorum domos deuorant tur pis lucri gratia, eorum deuorentur assensu.

(Margin: D Hieron. — Deu. 32. d. — E)

d *Cum insidiaretur eis.* Dolosè Ieroboam fecit vitulos, ne fortè populus Israel pergens ad templum Dei Ierosolymis, sumpta occasione recōciliaretur regi Iudę. Insidiabatur ergo, ne ad templum domini ascēderent, sed vitulos quos fecerat adorarent. (Margin: Hieron.)

e *Tota nocte dormiuit* ✠ THEOPHYLACTVS. Sequitur facilè supra memoratos temeto perfusos, vt tota nocte sōnio indulgeant? quod nō minimo est dedecori populi principibus. Per hoc namque indicatur, quòd non magnam subditorum curam gerunt. manè porro facto inquit, ardebant veluti ignis, inflamabantúrque ad bibendum, ad indignandum, ad munera capiendum, omniáque id genus flagitia. Nec soli principes, verùm ex æquo cuncti seu furnus, sunt incensi ad peccandum, &c. (Margin: F)

f *Omnes reges.* Omnes principes hæreticorum cadunt quia quamuis clament ad Deum, non tamen dignè inuocant nomen eius. Quia quicúmque inuocauerit nomen domini, saluus erit. (Margin: Hieron. Iohel. 2. g.)

g *Non est.* Q Næc omnia passi sunt, vt Deum quærant quem quærere noluerunt.

☞ *Ephraim*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omnes adulterantes. *Id est, ido lolatrantes.*

2 Quasi clibanus succensus à coquente. *Id est, ad hoc incitati à rege: Secundum enim communem modum loquendi ille qui incitat alios ad malum, dicitur succendere furnum.*

3 Quieuit paululum ciuitas à commixio ne fermenti, &c. *Quia à principio totus populus non fuit infectus illa idololatria: sed paulatim ad hoc fuit tractus totus populus. Et tunc fuerunt positæ custodiæ, ne aliqui irent in Ierusalem in diebus solemnibus.*

4 Dies regis nostri. *Sic dixit Iero boam, quòd solemnitas domini erat celebranda in Bethel, vbi erat vnus vitulus. 3. Regum duodecimo. g.*

5 Cœperunt principes furere. *Id est, cum eo idololatrare.*

6 A vino. *Fecerat enim principibus magna conuiuia, vt sic eos attraheret ad intentionem suam: ideo subditur.*

7 Extendit manum suam cum illusoribus, &c. *In hoc enim illudebant ludebant Deo.*

8 Quia applicuerunt quasi clibanum cor suum. *Id est, ex feruenti voluntate secuti sunt eum in idololatria.*

9 Cum insidiaretur eis. *Vt auerteret eos à Deo suo.*

10 Tota nocte dormiuit coquens eos, mane, &c. *Id est, in pace quieuit, quando vidit assentientes sibi: quia vltra non timuit occidi ab eis per reuersionem eorum ad regnum Dauid, propter quod audacius ad idololatriam eos inuitauit, ideo subditur*: Mane ipse succensus.

11 Omnes calefacti sunt quasi clibanus. *Id est, ardentes in idololatria.*

12 Et deuorauerunt iudices suos. *Interficiendo senes, vitulos illos reprobantes.*

13 Omnes reges eorum ceciderunt. non est in eis qui clamet ad me. *In illam idololatriam: vnde de quolibet eorum dicitur. 3. Regum. & 4.* A peccatis Ieroboam, qui peccare fecit Israel non recessit &c.

✠ Ephraim

MORALITER.

✝ MORAL. autem prælati, principes, & iudices in hoc habent documentum, quod quantuncùmque sint ad misericordiam proni, non tamen omittere debent in istis casibus debitam punitionem, scilicet, quando malum est pluries replicatum vel euidens, intantum quòd ex omissione punitionis debitæ, sequitur populi scandalum cum ipse dominus cui proprium est parcere & misereri, & qui plenitudine potestatis potest omnem offensam & pœnam remittere, & tamen propter dictos casus populo de regno Israel non remisit, & sic dicit. *Cum sana. vellem Israel, reuelata est iniquitas.* Id est, manifestè publicata. Loquitur enim hic dominus ad modum pij iudicis, qui quantum est de se, vellet eum liberare, tamen enormitas facti & eius euidentia non permittunt.

✝ MORAL.

a *Ephraim fa.* ALLEG. Hæretici nihil differunt ab errore gentic & qui fuit princeps in ecclesia, factus est subcinericius, omni parte immundo cinere & ignium ardore circundatus, vt non redeat ad Deum, sed in errore permaneat, cuius robur comedunt dæmones, qui sunt alieni & hostes: sed ipsi non aduertunt inimicos esse. (Margin: A)

b *Comederunt alieni, &c.* ✠ THEOPHY. Quia panem iam nominauit, in ea metaphora perdurans. *Alieni* inquit, *comederunt eum*, hoc est debellarunt ipsum. Excederūt autem omnes vires eius, & in fortitudine, seu potētia, & opibus sitas: & interim non agnouit sese castigantem Deum.

c *Sed & cani effusi, &c.* Non paruo tempore in hac malicia fuit, sed vsque ad senectutem & vltimā regni euersionē permansit in errore. Cani, hæretici effunduntur, quando stultitia cordis eius vsque ad finem vitæ in eo perseuerat. Sicut enim cani in iusto pro sapientia, sic in impio pro stulticia accipiuntur, & cum sic humilietur hæreticus, ignorat vetustatem suæ maliciæ, de qua dicitur: Quod antiquatur & senescit propè interitum est: & non reuertetur ad dominum per pœnitentiam.

(Margin: † nō habet panis. — Hieron. B — Hebr. 8. d.)

Allego. ALLEG. Hæretici qui ab ecclesia recedunt, excordi columbæ comparantur: quia terrena desiderantes Assyriis traduntur: & cum profecti fuerint de ecclesia, expandet super eos Deus rete, & testimoniis scripturarū, & artifici sermone sapientiæ contextum, vt eleuantes se contra domini sapientiam ad humilia detrahat, comminando de pœna, vt sic correcti non pereant in æternum. (Margin: C)

✠ THEOPHYLACTVS. Adhæc, quando quisquam malitiæ flamma exuritur, adeò vt seipsum tradat ei, adortus clandestina scelera, quæ nefas est nominare, nec à tali iniquitate reuertitur, comedunt robur eius, quod accepit à Deo (vt natura quadam tenus ad bonum opus nō sit idoneus) dæmones, qui alieni, & nostri hostes facti sunt, inuidentes Dei gloriæ, propterea & inueteratus in malitia, omnem peccati ille ignorantiam habet.

d *Et humiliabitur, &c.* ✠ THEOPHY. Oculis suis videbunt pericula. Sic qui in dominum iniurij fuerunt Hebræi, vna cum templo & vrbe sunt deiecti.

e Nec

a ¶ Vt relictis idolis reuertatur. b ¶ Regnum x. tribuum. c ¶ Nationum, similis eis receden à cultu Dei.

a mēt. ad me, Ephraim in populis ipse cōmiscebatur. Ephraim 1

a ¶ Panis non reuersatus omni parte plenus est sordibus, ita Ephraim non agendo pœnitentiam circundatur cineribus peccatorum. b ¶ Interficiendo & bona eorum rapiendo.

b factus est subcinericius † panis, qui non reuersatur. Comede 2 3

a ¶ Assyrij & Chaldæi. b ¶ Fortes in illo populo vel thesauros in quibus fidebant. c ¶ Deum suum, vel causam cur sit traditus.

c runt alieni robur eius, & ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt 4 5 6

a ¶ Subaudis, finem regni imminere. ¶ Nesciuit. b ¶ Qui se erexit, non in Deo, sed in multitudine exercitus confisus est, ab eo qui superbis resistit, interficietur ab Assyriis principes exercitus in quibus gloriabatur, & hoc in facie. Id est, in præsenti.

d in eo, & ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israel in fa- 7

a ¶ Exponit quod obscurè dixerat. Factus est Ephraim scilicet subcinericius panis. b ¶ Qui cito reuerteretur ad eos si fuissent reuersi vnde Iere. Reuerti ad me, & ego reuertam ad vos.

e cie eius. Nec reuersi sunt ad dominum Deum suum, & non 8

a ¶ Vt perfectè crederent, vel bene operarentur. ¶ Aduersitatibus. b ¶ Quasi in euangelio dicitur. Estote prudentes si. ser. & simpli sicut col. Simplices ne aliis noceamus, prudentes, ne aliorum insidiis capiamur prudentia sine simplicitate calliditas est, simplicitas sine prudentia stultitia est, vnde hic columba stultitiam populi designat, qui non Deum: sed Aegyptum inuocat.

quæsierunt eum in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi 9

a ¶ A diabolo. b ¶ Intelligentiam, quæ suos fœtus non potest defendere. c ¶ In auxilium, Deos suos colendo.

columba seducta nō habens cor. Ægyptū inuocabāt, ad Assy- 10 11

a ¶ Et ideo non voluntarij sed captiui. b ¶ In captiuitatem. c ¶ Ibi non poterit habere meam potentiam, sed ostendam super eos eam, ne redire possint ad terram suam donec ego velim.

f rios abierunt, & cùm profecti fuerint expandā super eos re- 12 13

a ¶ Quo comprehendentur. b ¶ Ab altitudine superbiæ suæ deponam eos.

te meū: quasi volucrem cœli detraham eos. † Cædā eos secun

a ¶ Id est damnatio æterna post præsentem tribulationem. b ¶ Colendo idola.

g dum auditionē cœtus eorum. Væ eis, quoniam recesserunt à 14

(Margin: † castigabo eos, quemadmodū audiuit cōgregatio eorū)

e *Nec reuersi sunt, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Ego inquit, afflictiones ipsis afferebam, vt intelligentes ad me redirēt, meúmque auxilium implorarent, at ipsi ad humana adiutoria recesserunt: Ægyptiorum enim opem inquirebat: deinde ab Assyriis oppugnati defatigatique, eosdem inuocabant, amentis columbæ mentē præ se ferentes. Etenim vt illa sublatis pullis non auolat, verùm in iisdem locis remanet, sic isti ad hostes suos accurrebant. Nam Assyrij & Ægyptij ex confesso hostes eorum erant, &c. (Margin: D)

f *Et cū profecti fuerint, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Ipsis proficiscentibus vt auxilia sibi accersant, ego iniiciā ipsi hostes, veluti rete, *& deducam eos*, hoc est, superbiam ipsorum deiiciā & humiliabo, primùm tamen conabor eos erudire, prænunciando imminentia, vti sciant quæ sint eos excepturæ calamitates. Adeo terribiles erunt hostes, vt nedum præsentes, verùm denunciati tantum & auditi sufficiant ad castigationem. Rete Dei multiplex, variaque eius est sapientia, per quam cognitus à nobis, sæpenumero quando ad mali quippiam perficiendum damus, impedimenta iniicit, altaque affectantes instar dæmonum, qui in aëre versantur, deducit nos & humiliat, prænuncians gehennam, & vermem non morientem. (Margin: E)

g *Væ eis.* ✠ THEOPHYLACTVS. Apud infirmos donec spes est salutis, omnia & dicunt & faciunt, qui eos curant simul à vero de incolumitate ipsorum desperauerint, lugent eos in posterum. Idem Deus in populo suo facit: curam suam nihil valere animaduertens, eos deplorat, vt qui per mala opera ab se desilierunt, impiique fuerint colendo eos qui non sunt dij. (Margin: F)

Hæreticis est væ æternum qui recedunt à creatore, qui redemit eos sanguine, & loquuntur contra Deum mendacia dogmata, & vlulant in conciliabulis suis, quæ cubilia appellantur quasi ferarum lustra, in quibus libidini & stupris vacant, & quidquid dicunt putant se in laudes Dei dicere: Vlulatus est luporum & canum insanientium sonitus: Rarò hæreticus diligit castitatem; & qui se amare simulat, sicut cataphrygæ ore venenato mel promittit, sed turpe est dicere, quæ in occulto facit: (Margin: Hieron.)

☞ *Vastabuntur*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ephraim in populis ipse commiscebatur. *Hic ponitur idololatriæ multiplicitas, cum dicitur.* Ephraim in populis ipse commisce. *Quia regnum Israel non solum fuit infectum idololatria Ieroboam sed etiam idololatriis gentilium existentium circa regnum Israel, & non solùm ad horam, sed etiam continuè, ideo subditur.*

2 Ephraim factus est subcinericius panis. *Id est, idololatriis gentium infectus, sicut panis subcinericius contrahit sordes à cineribus.*

3 Qui non reuersatur. *Per pœnitentiam.*

4 Comederunt alieni robur eius. *Quia propter peccata ista frequenter fuit ab hostibus deprædatus.*

5 Et ipse nesciuit. *Quia hoc esset propter hanc idololatriam, & sic patet eius excæcatio, & non solum iuuenum sed etiam senum, ideo subditur.*

6 Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. *Id est, dediti isti peccato, ideo subditur pœna.*

7 Et humiliabitur superbia Israel in facie eius. *Quod impletum fuit tempore Hoseæ qui cum populo Israel ductus est captiuus in Assyrios. 4. Reg. 17.*

8 Nec reuersi sunt ad dominum Deum suum, &c. *Per pœnitentiam debitam.*

9 Et factus est Ephraim quasi columba seducta. *Id est, retibus aucupis capta.*

10 Non habens cor. *Id est, fiduciam in domino.*

11 Aegyptum inuocabant. *Confugientes ad humanum auxilium & dimittentes diuinum: & hoc tempore Hoseæ. 4. Regum. 17.*

12 Et cum profecti fuerint. *Confidentes de auxilio humano & diffidentes de diuino.*

13 Expandam super eos rete meum: quasi volucrem cœli detraham eos. Cædam eos secundùm auditionem cœtus eorum. *Dando eos in manibus aduersariorum. Et causa subditur.*

14 Quoniam recesserunt à me. Vastabuntur quia præuaricati sunt in me. *Per multiplicem idololatriam, vt visum est.*

✠ Ego

☞ a *Vastabuntur.* Omnes simul à rege vsque ad mendicum vasta
A buntur, sicut communi consilio idola fabricata sunt. Possunt
hæc verba ad tempus passionis Christi referri, quia sicut com-
muni consilio mortem eius tractauerunt,ita pariter in festo Pa
schali ab hostibus cæsi sunt.

b *Ego redemi, &c.*

✠ THEOPHYLA-
CTVS. Priores qui-
† de pœ.di. 4.§ filiis quoque. dem ex Aegyptiaca
seruitute,posteriores
autem Christus à dæ
monibus, languori-
bus,cęcitatibus Chri
stus redemit, ac tan-
dem proprio suo san
† collegerunt se. guine, in quo inue-
nimus redemptionẽ.
*Et ipsi locuti sunt con-
tra me mendacia*, primùm quando circũ-
dantes vitulum dixe
runt, *Hi sunt dij tui
Israel.* Deinde,quan-
Exod.32. Psal.72. do aiebant. *Nunquid*
B *& panem poterit dare,
&c. Et non clamauerunt, &c.* Labiis me
suis tantummodò ve
nerabantur,cor verò
eorum procul à me
aberat,siue quò me non agnoscebant benefactorem, sed idola
potius. *Sed vlulabant,&c.* Terram promissam patribus suis accipientes,mihi non egerunt gratias:cæterùm idolis sacra facientes,vlulabant vt consueuerunt idolorum cultores furiis agitati.
Præterea,à me dona habentes,nimirum fruges & vinum,in quibus capiebant voluptatem,sectiones interim faciebant in gratiam dæmonum,pectora & brachia dispungentes. Vel hoc dicit,
quòd apud gentes Rheam matrem Deum nolentes factitabant.
A tibiarum enim cantu ad insaniam acti, seipsos dissecabant,
genitalia sibi membra auferentes, qui Baceli & Bacchæ dicebantur.

c *Super triticum & vinum, &c.* Id est, super corpus & sanguinem Christi simulat se legem Dei ruminare & meditari, & recedit à Deo quia docuit eum in ecclesia, & dedit
Hieron. Haymo Rupert. fortitudinem qua aduersarii resisteret,& cogitat contra Deum D
maliciam instituendo hæresim.

Non sicut homines comederunt, quasi iumenta ruminauerunt. Id est, abundantiam rerum quam habebant sæpius
ad voluptatem quasi ad fauces reuocabant, vt inde delectabilius pascerentur, nihil nisi cibos & luxuriam quærentes.

Hæretici reuertuntur in ritum gentium, vt sint absque iugo Christi, & notitia Dei facti sunt, vt arcus do-
losus: Arcus do-
losus qui vulnerat
dirigentem,sic hæ-
retici authoritate scripturarum autorem
scripturarum impu-
gnantes, sibi mor-
tem inferunt. Vn-
de principes eo-
rum. Id est, hæ- E †non ad ex
resiarchę propter in- cellũ id est,
faniam linguæ suæ non sunt cõ
qua Deum blasphe- uersi ad
mant sententia Dei Deum, sed
iudicis ferientur,fa- ad Baal
cientes hæc eadem
in falsi nominis ecclesia quod ante fecerunt in Aegypto
id est, dum morabantur in tenebris gentilitatis. Hæ-
reticorum enim & gentilium ecclesiæ sunt quæstiones, quia
non sequuntur autoritatem scripturarum sed humanam ratio-
nem.

d *Facti sunt quasi arcus dolosus.* ✠ THEOPHYLACTVS.
Id est, inflexiles facti sunt; neque prorsum demittentes neque remittentes intensionem à malicia.

e *Cadent in gladio principes eorum à furore linguæ suæ. Ista subsannatio, &c.* Principes sacerdotes ipsi sunt & reges. Illi etenim populum docebant iniqua. Maxima profecto imperitia est dicere ligno, Deus meus es tu; & lapidi. Tu me genuisti,

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ego redemi eos. *De seruitute Aegypti.*
2 Et ipsi loquuti sunt contra me mendacia. *Dicentes de vitulis aureis.* Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. 3. Regum 12.
3 Non clamauerunt ad me in corde suo. *Me deuotè deprecando.*
4 Sed vlulabant. *In cultu idolorum.*
5 In cubilibus suis. *Id est, in delubris.*
6 Super triticum & vinum ruminabant & recesserunt à me. *Quia post idololatriam gulam exercebant.*
7 Et ego eruditi eos & confortaui brachia eorum. *Mittendo eis prophetas ad eruditionem eorum & confortationem in bono.*

8 Et in me cogitauerunt maliciam. *Prophetas meos occidendo.*
9 Reuersi sunt vt essent absque iugo. *Primo enim subtraxerunt se à iugo Roboam filij Salomonis. 3. Regum 12. & postea à iugo diuinæ legis seruiendo idolis.*
10 Facti sunt quasi arcus dolosus. *Qui reflectit sagittam contra tenentem eum, sic populus Israel blasphemias retorquebat in Deum sustentatorem suum.*
11 Cadent in gladio principes eorum. *Scilicet Assyriorum.*
12 A furore linguæ suæ. *Id est, propter blasphemias contra Deum.*
13 Ista subsannatio eorum. *Id est, derisio Dei.*
14 In terra Aegypti. *Id est, didicerunt ea cum essent inter Aegyptios.*

8 Et

✠ CAP.

ADDITIO

In capitulo septimo *vbi dicitur in Postilla* cum sanare vellem.

Quod dicitur hic. Cum sanare vellem, &cæt. *Vsque ibi.* Coram facie mea fa. sunt. *Aliter exponendum videtur. Ad quod sciendum, quod in illo populo decem tribuum erant aliqua peccata occulta, & aliqua manifesta, de quibus loquitur propheta in persona Dei ad modum medici, qui intendens curare aliquem morbum patentem inuenit in infirmo alium morbum occultum, ex quo curatio redditur difficilior, & hoc est quod dicit.* Cum sanare vellem Israel *scilicet à morbo seu peccato publico.* Reuelata est iniquitas Ephraim & malicia Samariæ *scilicet illa quæ erant occulta: quod declarat cùm sequitur.* Quia operati sunt mendacium. *In mendacio enim pernicioso duo communiter occurrunt vitia. Primum est patens scilicet falsa vocis significatio. Aliud est latens scilicet intentio fallendi: quæ in corde consistit, soli Deo nota, qui secundùm prophetam scrutatur corda & renes. Declarat enim propositum in eo quod sequitur.* Et fur ingressus est spolians latrunculus foris. *Contingit enim quandoque, quòd aliquis aliena cupiens & non audens hoc publicè facere, furatur, & sic est vitium latens, & cum habet oportunitatem in publico hoc rapit, & sic est patens vitium: & de hoc dicit.* Et fur. ingressus est scilicet latens. *Et est spolians latrunculus foris, & sic patens. Consequenter quia inter eos erant aliqui qui murmurantes de diuina iustitia dicebant, quod mala quæ Deus eis inferebat, non proueniebant ex culpa propria, sed ex demeritis antiquorum parentum, prout etiam hodie Hebræi erroneè asserunt, dicentes quòd sunt in hac captiuitate propter peccatum vituli in deserto fabricati, quod falsum est, prout alibi est ostensum, ideo*

✠ *subdit.*

A *subdit.* Ne fortè dicant in cordibus suis omnem maliciam eorum me recordatum, *sed ostendit, quòd punitio eis illata seu comminata correspondebat peccatis eorum principaliter commissis, vnde subdit.* Nunc circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt. *Quasi dicat non pro præteritis antiquorum vitiis puniuntur, sed pro eis quæ per ipsos sunt principaliter perpetrata.* D

REPLI-

REPLICA. In capitulo septimo. *Vbi dicitur.* Cum sanare vellem. *Id quod Burg. vult addere super postilla, videtur simpliciter fatsum, quòd Deo medico sit aliquis morbus notus, & aliquis occultus,* quia omnia nuda & aperta sunt oculis Dei, *& si dicere velit Burg. quòd aliquis sit occultus hominibus non Deo, tunc expositio non est ad propositum litteræ quæ est verbum domini dicentis.* Cum sanare vellem.

CAP. VIII.

☞ a IN *gutture tuo sit tuba quasi, &c.*
Hieron.. Sic exalta vocem
tuam, vt sis similis
tubæ vt multi au-
diant: quia multi pec
cauerunt. Hoc cla-
ma ita veniet Na-
buchodonosor, ad-
E uersus Ierusalem & E Hieron.
templum Dei, cum
* Israel. tanta velocitate &
rapacitate, sicut a-
quila festinat ad prę-
dam.

✠ THEOPHYLACTVS. Perinde inquit, ac patres eorum in terra Aegypti vilipenderunt sermones Mosis & Aaronis ab me amandatorum, vt liberarent eos, sic & isti aspernati sunt leges meas: enimuerò contemptus ille in sinum eorum redetur, erúntque instar terræ inaccessæ. Tuba namque bellica insonabit, & rex Babylonis veniet supra domum Domini cum impetu & celeritate, in modum aquilæ. Nam Nabuchodonosor misso exercitu suo incendit templum, de
Ezech. 17. quo Ezechiel. *Aquila magna grandium alarum, &c.* Præterea vilipensio quæ seruatorem nostrum Iudæi nauci æstimarunt similis erit ei quæ in terra Aegypti contigit. Vt enim Mosi Hebræus dixit: *Quis te constituit iudicem inter nos?* Illi diverunt *Regem non habemus nisi Cæsarem.* Hæc vilipensio adeò ipsis grauis erit, atque terra inuia, ipsósque apud omnes contumeliosos reddet, instar tubæ iniquitates eorum turpésque affectus
C prædicans.

✠ RVPERTVS. Quare semel & iterũ super domum illam
Com. in hunc locũ. aquilam venire iuxta Ezechielem, oportuit? Semel venit super eum Nabuchodonosor, & eandem domum incendio consia grauit. Iterum venit Romanum imperium cum victricibus aquilis,

CAPVT VIII.

1 ¶ Ergo. ¶ Mente.non tantum in ore. ¶ Hoseæ. a ¶ Vox Dei ad prophetam. ¶ Aperta prædicatio. b ¶ Vt destruat Ierusalem non ad iocum alium veniet. Non ob aliam causam hoc iubebo, nisi pro eo,quod trangtesi sunt fœdus meum faciendo idola.

a N gutture tuo sit tũba, quasi aq̃uila su- 1
per domum domini: pro eo quòd, transgressi 2
a ¶ Qua dixi non facietis vobis deos aureos vel argenteos. 3
sunt fœdus meum, & legẽm meam præuari- 4
a Imminente tribulatione. b ¶ Dicentes presli angustia. ¶ O. 5
b cati sunt, Me inuocabunt * Deus meus cognouimus 6
c a ¶ Responsio Dei. Quomodo vocamini Israel qui proiectus bonũ. Id est, Deum à quo dictus est Israel. 7
b ¶ Idem. ¶ Assyrius vel diabolus. 8
te Israel. Prõiecit Israel bonum, inimicus persequetur 9

quilis, & non solùm-
modo domum illam
sed & locum & gen-
tem irrecuperabili-
ter tulit. Semel idcir
co factum est, vt ve-
tus illud sacerdotiũ
corriperetur, secun-
dò vt omninò tolle-
retur.

Per aquilam, dia- E
bolus qui cupit po- Hieron.
nere nidum super
astra cœli, vnde. *& exaltatus fuerit ut aquila, inde detrahum te dicit dominus.* Vnde in lege præcipitur, nec comedamus aquilam. Hæc aquila venit super hæreticorum conciliabula, qui quondam fuerant domus Dei: & hoc ideo, quia prœuaricati sunt legem, & sine causa dicunt. *Tu es Deus meus.* Et nos qui dicimur Israel, & Christiano nomine censemur scimus te. Sed hoc frustra dicit dominus, cum ipsi constituerunt sibi reges, & principes habeant, aduersarios meos quos non cognoui; quia mei noticiam non merentur, & argentum su. & au. su. quidquid sermonis vel spiritualis intelligentiæ habebant, naturaliter vertebant in idola, quæ in corde suo finxerunt: ideo interierunt.

Abdiæ. b. Deut. 14. b

b *Me inuocabunt, &c.* ✠ RVPERTVS. Sensus est. Mira impudentia, cùm sint transgressores, cùm sint prœuaricatores, inuocãt me dicentes, *Deus meus, Deus meus cognouimus te.* Tale est illud in Esai. *Me etenim die in diem quærunt, &c.* Mentiuntur ergo di- F
cendo. *Deus meus, &c.* Modis omnibus verbis ipsorum opera con Esa. 58.
traria sunt. Idcirco protinus hic propheta subiungit, *Proiecit Israel bonum, &c.*

c *Cognouimus.* Nos qui dicimur Israel nomen Iacob, qui tibi placuit referuantes, cum aliæ gentes te ignorarent. Hieron.

☞ *Ipsi regna-*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

✠ NGutture tuo. *Post declarationem diuinæ iustitiæ & misericordiæ, hic consequenter ponitur promulgatio vtriusque & primò iustitiæ, secundò misericordiæ. cap. 14.*
Diuisio *Prima in duas: quia primò ponitur iustitia Dei promulgatio, secundò populi increpatio ca. se. Prima in tres: quia primò proclamatur Dei iustitia contra Iudam, secundò, contra Israel. ibi.* Me inuo. *tertiò, iterum contra Iudam, ibi.* Et Iudas. *Circa primum dicitur propheta à domino.*

1 In gutture tuo sit tuba. *Id est, clama altè ad modum sonitus tubæ, & quid debeat clamare subditur.*

2 Quasi aquila. *Id est, Nabuchodonosor rapax ad modum aquilæ propter quod aquila vocatur Ezech. 17. a.* Aquila vna grandis, &c.

3 Super domum domini. *Id est, cito veniet ad destruendum domum domini in Ierusalem, quod fuit impletum tempore Sedechiæ. 4. Regum vlti. Et subditur causa.*

4 Pro eo quod transgressi sunt fœdus meum. *Iuramento nominis mei firmatum. Sedechias enim de consilio seniorum & sacerdotum rupit iuramentum quod fecerat, Nabuchodonosor deseruiendo sibi fideliter sub tributo. 2. Paral. vlt. c.*

5 Et legem meam prœuaricati sunt. *Faciendo multipliciter contra legem domini, datam in monte Sinai. Potest etiam ista pars exponi de destructione templi per exercitum Romanorum, eo quòd aquila est signum Romani Imperij. Pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, occidendo Christum qui missus erat ad fœderandum inter Deum & populum. Et legem meam prœuaricati sunt, irritantes mandata domini propter suas traditiones, secundùm quòd improperat eis Christus, Matth. 15.*

6 Et inuocabunt Deus. *Hic consequenter promulgatur diuina iustitia contra Israel, cum dicitur.* Me inuocabunt Deus meus. *Attati ab Assyris.*

7 Cognouimus te Israel. *Id est, nos qui sumus populus tuus Israel. Et subintelligendum est, quòd hæc vocatio erit frustra. Et subditur causa.*

8 Proiecit Israel bonum. *Id est, cultum Dei pro cultu vitulorum.*

9 Inimicus persequetur eum. *Vsque ad captionem & captiuationem.*

✠ Ipsi regna-

MORALITER.

✠ 1 *In gutture tuo.* Verbum est domini ad Hosee prophetam vt
† fortiter & constanter denunciet aduentum regis Babylonis ad destruendum domum domini in Ierusalem. Moraliter per Hosee significatur prædicator veritatis, qui constanter prædicare debet instantiam dæmonis ad destruendum domum Dei quæ est ecclesia, quod notatur cum dicitur.

2 *Quasi aquila, &c.* Per aquilam enim quæ est auis rapax & acuti
† acuti visus, significatur ipse diabolus, qui viget acumine intellectus, & ecclesiæ filios nititur rapere, & sic ecclesiam dissipare. Et subditur duplex causa, quare sic permittitur agere mala. Prima ponitur cum dicitur.

4 *Pro eo quòd transgressi sunt fœdus.* Id fœdus per nomen meum firmatum. Secundum sensum literalem Sedechias rex Iuda per nomen domini iurauerat seruire fideliter Nabuchodonosor regi: illud tamen iuramentum rupit de consilio senum & sacer-
† dotum

a *Ipsi reg.* ✠ RVPER. Qui regnauerunt non ex me? Nimirum ipsi qui bonum proiecerunt, primùm qui cum Ieroboam recesserunt à domo Dauid: deinde qui crucifixerunt vel negauerunt filium Dei, &c. Ad summum huius sententiæ, *Regnauerunt non ex me, &c.* Illud pro foribus argumentum est, quod regnauerunt absque legitima Dei vnctione. Vnctio nempe regalis in domo Dauid, & in tribu Iuda remansit: reges autem decem tribuum absque vnctione regnauerunt. Solus Iehu quantulacumq; vnctione rex constitutus est, & hoc ex Domino, verumtamen non eundem Iehu comprobante, sed condignam de domo Achab vltionem exigente.

† 8.q.1.c. audacter † Reges constituerunt. † Fragmenta. 4.Reg.9. Lib.de persecut.fust. cap.27.

✠ BERNARD. Væ vobis qui tollitis clauem non scientiæ solùm, sed autoritatis, nec ipsi introitis, & multipliciter impeditis quod introducere debuistis. Tollitis enim & non accipitis claues. De quibus Dominus quæritur per prophetam. *Ipsi regnauerunt, & nõ ex me, &c.* Vnde tantus prælationis ardor? Vnde ambitionis impudentia tanta? Vnde vesania tanta præsumptionis humanæ? Audeat ne aliquis vestrum terreni cuiuslibet reguli, non præcipiente, aut etiam prohibente eo, occupare ministeria, præripere beneficia, negotia disputare, &c.

✠ CYPRIANVS. Planè episcopi non de Dei voluntate fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem euangelij fiunt, sicut ipse Dominus in duodecim prophetis ponit & dicit: sibimetipsis regem constituerunt, & non per me, &c. (Epist. ad Cornelium)

Contra meam voluntatem petierunt sibi regem, sicut ceteræ gentes habent, à qua stulticia, vt reuocaret eos Samuel, exponebat eis legem regni, & filios & filias eorum regibus seruitutas prædicebat, vt reuerterentur ad Deum regem clementissimum.

C Potest hoc intelligi de Ieroboam & regibus qui ei successerunt, quia & si Deus iratus Salomoni regnum eius diuidi voluit, non ideò eum Israel sibi regem constituere debuit, sed secundùm præceptum legis debuisset interrogare Deum, quem regem vellet institui. Quòd enim Deus vult fieri ad vtilitatem, aliquando per ignaros & repugnantes impletur ad ipsorum damnationem. Vnde. *Oportet filium hominis tradi, sed væ homini illi per quem tradetur.*

a ¶ Me rege relicto, petierunt sibi Saulem regem, vel Ieroboam. b ¶ Non mea sed populi voluntate.

eum. † Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes † extite- 1

a ¶ Quia non elegi, ideo reprobaui. ¶ Propter abundantiam diuitiarum quas dedi ad effluentiam & ornatum, me neglecto fecerunt sibi idola, quæ sunt causa interitus eorum. 2

runt, & non cognoui. Argentum suum & aurum suum fece- 3 4

a ¶ Quia Samaria non audit vocem domini, conuertitur ad alios, quasi ad tertiam personam. 5

rũt sibi idola, vt interirẽt. Proiectus est vitulus tuus Samaria. 6

a ¶ Q. De auro & argento fecerunt vitulum, vnde. Iratus est fur. b ¶ Q. Quæ est hæc amentia? Dedi eis locum pœnitentiæ & ipsi noluerunt conuerti. Et exponit qui sit vitulus, à cuius sordibus non possunt emundari: Non ab aliis acceperunt, sicut Baal à Sidoniis, sed Israel & populus Ieroboam adinuenit. ¶ Factura est infirma.

Iratus est furor meus in eis. Vsquequo nõ poterunt † emunda- 7 8

a ¶ Quem manus format artificis.

ri? Quia ex Israel & ipse † est. Artifex fecit illũ & non est Deus: 9 10

a ¶ Sicut tela aranearum vento dissoluitur, sic vitulus ille in nihilum redigitur, quamuis speciosus videatur ex hoc quod est aureus. b ¶ Id est, inania opera faciunt, quia idolum nihil.

d Quoniã in † aranearum telas erit vitulus Samariæ quia ventũ 11

(† constituerunt. † scilicet tulus † innocentiã seruare?)

b *Proiectus vitu.* HIERONYMVS. Non in vrbe quæ dicitur Samaria positi sunt vituli, sed in Dan & Bethel. Per Samariam ergo omnes vrbes decem tribuum designatur. Et quòd ponitur vitulus in singulari numero, pro plurali numero est intelligendum, vt de duobus vitulis intelligatur. Exponit autem interitum. Proiectus est, id est, per Assyrios destructum est templũ idolorum & ipsi conflati vituli, & in captiuitatẽ delati: quia furor meus vindicauit in eis vitulis vel cultoribus eorum. ALLEGOR. Hæretici, vituli, qui relictis cœlestibus proni sunt in terram, & tamen dicunt se seruare præcepta legis. Hos vitulos proiecit Deus, & irascitur eis, & miratur quæ tanta sit peruersitas, vt colant idola quæ fecerunt. Hos vitulos non accipit Israel, qui se videre Deum fingit à cæteris gentibus: sed de sacris scripturis conflauit prauum intellectum, & est artifex Dei sui qui citò peribit sicut Araneæ tela quæ leui flatu dirumpitur. (D, E)

Ista communiter possunt legi tam de hæreticis quam de his qui fecerunt vitulos in Samaria.

c *Quoniam in aranearum, &c.* ✠ RVPERTVS. Magnam proiectionem demonstrat hoc argumentum, quod vitulus quondam præcultus, aureolus, & ob frequentiam festiuitatum perpolitus, derelinquitur in telas aranearum, id est, ita negligitur vt vacet araneis suarum contextione telarum totum cooperire & fœdare. Hoc ita vt dicitur factum est per passionis Christi triumphum, non tantum in vitulo Samariæ, sed in cunctis simulachris gentium. Magnam autem innuit iram quod ait.

d *Quia ventum seminabunt.* Belli quippe turbinem hæc sonant sono literali, sed longè grauiora sunt, quæ intelligimus sensu spirituali, scilicet, turbinem iudicij æterni, & famem audiendi verbum Dei.

✠ THEOPHYLACTVS. Nullum inquit, fructum ex idolorum cultura decerpitis. Nam similes sunt res illorum subuentaneis, seu vento perditis spicis, quæ thecas quidem plenas forinsecus ostendunt, intrinsecus verò fructum non continent, & vacuas aristas habent. Non dissimili ratione simulachra foris quidem speciem habent vel mulieris, vel viri, omnis verò roboris & rationis sunt expertia. F

Quia ventum. Ventum seminat qui semina corrupta vento, ☞ nec habentia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsi regnauerunt. *Scilicet reges Israel.*

2 Et non ex me. *Quia ex diuina ordinatione regnum decem tribuum erat datum Dauid & filiis eius in sempiternum. Sed contra hoc videtur quod dicitur. 3. Regum. 11. f. ipsi Ieroboam.* Hæc dicit dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi. x. tribus. *Dicendum, quòd hoc fuit indirectè & quasi per accidens, scilicet ad puniendum malum Salomonis ad quod declinauit in senectute: & sic permisit Roboam respondere dura populo, ex qua responsione. x. tribus fuerunt ab eo diuisæ, & sic istud contigit ex promissione diuina: & non propriè ex ordinatione diuina quæ respicit aliquid secundum se & absolute: ideo subditur.*

3 Principes extiterunt, & non cognoui. *Id est, non approbaui scilicet maliciam populi se à regno Dauid segregantis, & per hoc regem sibi statuentis propria voluntate, & non de mandato domini.*

4 Aurum suum & argen. &c. *Scilicet vitulos aureos.*

5 Vt interirent. *Hæc enim idololatria fuit interitus sui causa.*

6 Proiectus est vitulus. *Id est, vituli, quia duo fuerunt accipiendo singulare pro plurali.*

7 Vsquequo non poterunt emundari. *Scilicet filij Israel ab hoc delicto quasi dicat nunquam vsque ad eorum captiuationem.*

8 Quia ex Israel, & ipse est. *Id est, ipse vitulus est de auro & argento regni Israel.*

9 Artifex fecit illum. *Ex quo patet, quòd non est Deus, qui non est factus sed factor omnium.*

10 Quoniam in Aranearum telas erit vitulus. *Proiectus in loco vili. In Hebræo habetur.* Quasi hastile erit, *id est, dissipatus in frustra, sicut ligna quæ ponuntur in ignem. Ex quo videtur, quòd isti vituli erant tantum aurei exterius & lignei interius, & sic subtracto auro per Assyrios ignis factus fuit de ligno.*

11 Quia ventum. *Id est, opera inania.*

✠ Et turbinem

MORALITER

✠ dotum, vt habetur. 2. Para. vlti. & hæc fuit vna causa destructionis templi & mortis Sedechiæ & consulentium sibi dictam ruptionem. Et nunc in pluribus locis nimis faciliter, vt videtur dispensatio fit in fractione iuramentorum: propter quod timendum est ne contingat simile malum. Secunda causa quare diabolus permittitur ecclesiæ filios molestare, est indebita promotio, quæ notatur cum dicitur.

1 *Ipsi regnauerunt.* Frequenter enim in ecclesia promouentur ad dignitates indigni. Et subditur vnus modus cum dicitur.

4 *Argentum suum & aurum suum fe.* Id est pastores Simoniacè promotos, vnde dicitur Zac. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gre. &c.*

✠ MORA-

☞ nec habentia, medullam spargit, vnde nullus fructus surgit, sic in illis nulla spes boni operis. A

✠ THEOPHYLACTVS. Vel de idolis hoc dicit, quòd nullam habeant subsistentiam, nec opem cuique ferre possunt: vel de Israele, cui tanta obuentura sit imbecillitas, vt similes æstimentur imbecillo manipulo, qui eos alere non possit. Sin robur aliquod in opibus, aliisque id genus bonis possideant, alienigenæ comedent illud. Seminauerunt quoque leuia Iudæorum doctores, quòd ceu non habentes pondus, dispersi sint in terrarum orbem, subuersa cum dogmatibus eorum tota republica. Porrò seminans in carnem, & ex carne corruptionẽ metens, ventis corrumpenda, leuia, & vacua seminat, à spiritu nequitiæ noxam hanc recipiens, &c. B

(† In quo nõ est complacentia. * Vt)

a *Culm. stans.* GREG. Culmus germen nõ habet, cum vita meritis caret: Farinam culmus non facit, cum is qui in præsenti sæculo proficit, nihil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit, sed si quando hypocritæ bona opera ostendunt, de his malignorum spirituum vota satiantur. (Lib. 8. mor. cap. 25. † Mala. 2. c. † eis. † De præsump. c. scribam.)

a ¶ Ideo. b ¶ Tempestatem captiuitatis. c ¶ Circumfertur omni vento doctrinæ & de carne corruptionem metent. ¶ Nec stipulam nec spes fructus in illis.

a seminabunt, et turbinem metent. Culmus stans non est in 1 2

a ¶ In quem mulier euangelica mittit fermentum.

b eis germen, non faciet farinam, quòd & si fecerit, alieni co-

c a ¶ Interfectus ab hostibus, vel à dæmonibus qui bona auferunt. b ¶ Factus est similis gentibus idola colentibus Israel vel Christiano nomine amisso.

medent eam. Deuoratus est Israel. Nunc factus est in na- 3

a ¶ Non sponte sed inuita captiuitate.

d tionibus quasi vas † immundum. Quia ipsi ascenderunt ad 4

e a ¶ Non oues pascuæ Dei. b ¶ Pro auxilio. 5

f Assur: * Onager solitarius sibi Ephraim. † Munera dede- 6

a ¶ Assyriis quibus quondam in malicia iuncti fuerunt temporibus Manahem. b ¶ In auxilium, vnde supra. Abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem. 7

runt amatoribus suis, sed & cum mercede conduxerunt na-

a ¶ Pariter ad pugnam, vt simul pugnetis, & pariter vict captiuemini. b ¶ Ne dent munera vel tributa donec veniant ad Assyrios, vbi non munera dabunt quasi liberi, sed graui seruitute premẽtur.

g tiones: Nunc congregabo eos, & † quiescent paulisper † ab 8

a ¶ Ideo ducentur in captiuitatem vt desinant dare regibus munera. b ¶ Non solum in Dan vel Bethel rex & populus, sed in montibus & in diuersis locis idola coluerunt peccatum peccato addentes. 9

h onere regis & principum: Quia multiplicauit Ephraim 10

a ¶ Pro modo ararum modus delicti.

altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum. † 11

i Scribam † ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ 12

(† Conduxit sibi amatores. † Dolebunt † propter onus. † Scripsi ei honorabilia.)

b *Non faciet.* Hæreticus non facit farinam. Id est, non peruenit ad fructum boni operis. Quòd si aliquando bona opera agant, alieni comedunt ea: quia fauoribus hominum elati, remuneratione carebunt, & ab hostibus. Id est, dæmonibus deuorantur. Sunt enim similes paganis, vt nomen Christianitatis amittant. Sunt & vasa in contumeliam, qui debuerant esse in honorem. Quid enim immundius hæreticorum dogmatibus? (Hierony.)

c *Quòd & si fecerit alieni, &c.* Si aliquando boni aliquid fecerint, Assyrij vel dæmones auferent, quia iacta semina volucres cœli comedent.

d *Quasi vas immundum.* Vas immundum quo vtimur ad proiicienda stercora, cuius immundiciæ comparatur hæreticus, vel quia sordibus illorum idolorum maculatur.

C e *Ascenderunt ad Assur.* Assur interpretatur magnus sensus, ad hunc ascendit hæreticus, cum putat se aliquid magni præ cæteris intelligere, vnde sibi videtur quasi solitarius esse, dat munera diabolo, & sicut gentes corporalia simulachra adorant, sic isti idola quæ in corde suo confinxerunt.

f *Onager solitarius sibi Ephraim, &c.* ✠ RVPERTVS. Rectè per onagrum carnalis Israel hic intelligitur, qui vinculo Domini ligari, & ad præsepe eius duci contempsit, sicut in Esaia dicitur. *Cognouit bos, &c.* Nam sicut per bouem qui possessorem suum, & per asinum qui præsepe domini sui cognouit, credens ac fidelis quisque intelligitur, sic Israel qui Dominum non cognouit, rectè onager dicitur, id est, asinus quidem, sed superbus, asinus præ stultitia, sed infrenis & domini præsepij contemptor. Sed quo declinauit. *Munera* inquit, *dederunt amatoribus, &c.* Profectò amatoribus sine fide, amantibus in simulatione qui sic amare simulant vt decipiant, vt cum animas deuorauerint à Deo vero, protinus inuadant, vt possideant, & suam tyrannidem in eos exerceant. Tales Assyrij, quibus Israel misisse munera refert historia sacra, diuinum non sperantem auxilium. D

Siluestri asino, qui domestica pascua nõ tenet, sed sponte per diuersa pascua vagatur, & solitariam diligit habitationem comparat recedentes à Deo, & diuersa fabricantes idola: & ideò à Deo deserti sunt. (Hieron.)

g *Nunc congregabo eos, &c.* HIERONYMVS. Qui hactenus amabant dare munera aduersariis quos diligebant, nũc cessare faciam, vt suis principibus nulla tributa soluant donec captiuati non tributa, sed seipsos ad omnes contumelias tolerandas præbeant. *Nunc congregabo eos.* In ecclesiam scilicet qui fuerant ante dispersi & quiescent paulisper ab onere regis (vnde Apostolus. Sine nobis regnatis atque vtinam re.) & principum quos habent in synagogis diaboli constitutos. E (1. Cori. 4. b.)

✠ THEOPHYLACTVS. Antehac inquit, permisi eis & non redargutos & indemnatos viuere propter clementiam meam, & pœnitentiæ expectationem: nunc verò accipiam ad iudicandum, pœnasque exigam ab ipsis non post multum ita temporis. Vel, in hostium regione ipsos apprehendam, præconstituens illis captiuitatis locos veluti talibus lignis, accipiam eos in Babylonia.

h *Quia multipli. Ephraim.* ✠ RVPERTVS. Causa hæc est malorum sequentium. Siquidem vnus erat Deus, & vnum altare eius quocumque in loco vna fide nomen eius inuocatur. Ille autem altare aliud fecit vitulo suo, qui non est Deus. Hoc vtique multiplicare fuit altaria ad peccandum. Quando Baal quoque & cætera deorum portenta suscipiens, tot aras habuit, quot dæmonibus sacrificauit. Reddam ei multiplicitatis vicem. Nam quia multiplicauit altaria multiplicabo & ego leges meas, noua lege reprobando sacrificia, quæ illis lex vetus instituerat. F

ALLEG. Cum sit vnus Deus, vna fides, vnũ baptisma, hæretici multiplicant altaria. Id est, varia dogmata non ad placandum Deum, sed ad multiplicandum peccatum. Vnde leges Dei non merentur accipere, qui acceptas contemnunt: & si quid dixerint de scripturis, non diuinis verbis, sed sensibus Gentilium comparandum est. Hi relicta vna hostia Christi, multas immolant & carnes comedunt: & ideo quicquid sacrificiorum vel virtutum vel eleemosynarum fecerint, non suscipitur à Deo. (Allego.)

i *Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ comput. sunt.* Dederam legem, vt vnum altare esset in Ierusalem: sed quia fecerunt multas aras, & spreuerunt legem datam per Moysen, ☞ quo me-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et turbinem metent. *Id est, in captiuitatem ibunt.*

2 Culmus stans non est in eo, &c. *Id est, si contingat eis aliqua apparentia prosperitatis, non tamen veniet ad effectum, & si veniat ab aduersariis rapietur.*

3 Nunc factus est in nationibus. *Id est, citò ducetur in Assyrios captiuus: Loquitur enim de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ.*

4 Quasi vas immundum. *Id est, ibi viliter tractabitur.*

5 Quia ipsi ascenderunt ad Assur. *Id est, ibi in captiuitate cito ducentur. Et subditur causa.*

6 Onager solitarius sibi Ephraim. *Onagri discurrentes per deserta attrahunt ventum ad sui refrigerium, secundum quod dicitur Iere. 14. a.* Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi Dracones. *Sic isti discurrebant ad diuersa loca Gentilium ad attrahendum sibi idololatrias eorum, & in hoc delectabantur: ideo subditur.*

7 Munera dederunt amatoribus. *Id est idolorum sacerdotibus. Et ad idem pertinet quod subditur.* Sed & cum mercede, &c. *Et subditur pœna.*

8 Nunc congregabo eos. *Id est, modico tempore tenebo in terra sua congregatos.*

9 Et quiescent paulisper ab onere regis. *Scilicet Assyriorum, in cuius regno opprimentur dura seruitute, quasi diceret. Citò sunt de terra sua dispergendi & in seruitutem deducendi. Et subditur causa.*

10 Quia multiplicauit Ephraim altaria *Scilicet idolorum.*

11 Scribam eis multiplices leges meas. *Per prophetas eis rememorandas.*

12 Quæ velut alienæ computatæ sunt. *Ab eis eas transgrediendo.*

✠ Secundum

quo medicamine potero eos corrigere. Posset videri, vt si alias A leges scriberem eis, corrigentur: sed has quoque ex nequitia sua negligerent, vnde nec addendæ videntur.

a *Nunc recordabitur.* ✠ RVPERTVS. Id est, in hoc ipso quòd velut alienas computant leges istas, recordatur Dominus iniquitatum eorum, & excæcatio hęc visitatio est peccatorum eorum quæ fecerunt à die quàm primùm in deserto vitulum formauerunt, vsque ad illam diem quo Christi sanguinem fuderunt, sicut vindex dixit ad Moysen. *Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.* (Hieronym.)

(Allego.) ALLEGO. Iniquitas ante baptismum (quæ in baptismo dimittitur) peccatum post baptismum. B Vnde dicitur. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum, &c.* Hæc omnia imputabuntur hæreticis, vt & pro veteribus & nouis puniantur, quia qui de Ægypto per confessionem Christi exierunt, per infidelitatem in Ægyptum redeunt, & obliuiscentes Dei sui multa sibi delubra faciunt.

b *Iudas vr.* Id est, vir ecclesiasticus in malis operibus vel peruersa scripturarum interpretatione ædificauit sibi. vr.mu. non Dei auxilio, sed artifici mendacio, quos errores Deus succendet & destruet igne spiritussancti. D (Hieronym.)

✠ THEOPHYLACTVS. Vtrisque regnis interminatur. Decem tribuum imperium ideo increpat, quòd bello ingruente, non Deum curauerūt, sed potius idola, quibus plura delubra & lucos excitarunt, placātes ita sua numina, vt bellum amoueant, atque fortunent. At Iudas ciuitates suas muniebat, vt per eas seruaretur, & non per meā protectionem. Proinde hostilis ignis exedet fundamenta ciuitatum ipsius. Vrbes Israelis secundùm carnem deuorauit ignis Romanorum. E

✠ RVPERTVS. Regum historia narrat 14. anno Ezechiæ ascendisse Sénacherib, & omnes ciuitates munitas cepisse, destruxisse, & igne combusisse. Deinde multomagis Nabuchodonosor rex Babylonis, Hierusalem templum quoque assumpsit,

a ¶ In his quas iam dedi. Id est. Ex prius datis & neglectis, apparet quod & has negligerent. b ¶ Posset videri altaria multiplicata esse ad cultum Dei, quod remouet. c ¶ Varia offerunt sacrificia, non vt Deo placeant, sed vt ventrem impleant, & ideo Deus non suscipit.

computatæ sunt. Hostias offerent, immolabunt carnes, & co 1

a ¶ Et quia permanent in delictis. ¶ In præsenti. b Ad vindictam.

a medent: & dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur 2

a ¶ Ante legem. b ¶ Per flagella captiuitatis.

iniquitates eorum, & visitabit peccata eorū. Ipsi in Ægyptū 3

a ¶ Colendo Deos eorum, vel petendo auxilium ab eis, discedendo à protectione Dei vel etiam corporali, contra Dei prohibitionem reuersi abierunt in Aegyptum. ¶ Post legem. b ¶ Hoc ideo quia. c ¶ Decem tribus. ¶ Idolis in excelsis.

cōuertentur. Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit 4

a ¶ Cum duæ tribus vidissent x. recedentes à Deo punitas non tamen conuersi sunt ad Deum, sed ædificauerunt vrbes per quas protegerentur ab hostibus, sed nil profuit eis, quia quartodecimo anno Sedechiæ destruxit Sennacherib illas vrbes munitas, qui sicut ignis tam publicas quam priuatas domus combussit.

b delubra, & Iudas vrbes munitas multiplicauit. Et mittam 5
ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius. 6

b *Iudas*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Secundùm aliquos istud legitur interrogatiuè. Scribam eis multiplices leges meas, addendo præcepta præceptis, quasi diceret, Non, eo quòd hoc esset frustra, vnde subditur.* Quæ velut alienæ computatæ sunt.

1 Hostias offerent, immolabunt carnes. *Circa hoc sciendum quod decem tribus licet colerent idola. tamen cum hoc colebant dominum propter quod dixit eis Helias. 3. Reg. 18. d.* Vsquequo claudicatis C in duas partes. *Nunc colendo Baal nunc dominum: sed talis cultus non est Deo acceptus: ideo subditur*: Et dominus non suscipiet eas. *Et subditur punitionis acceleratio, cum dicitur.*

2 Nunc recordabitur iniqui. eorum. *pœnam debitam inferendo.*

3 Ipsi in Aegyptum conuertentur. *Id est in seruitutem duram & vilem, sicut fuerunt in Aegypto.*

4 Et oblitus est, &c. *Repetitio est causæ punitionis dictæ.*

5 Et Iudas. *Hic reuertitur propheta ad declarandum diuinam iusticiam contra Iudam di.* Et Iudas multi. vrbes. munitas. *Decem enim tribus in captiuitatem ductis, duæ tribus quæ remanserant fortificauerunt terram suam fortalitiis, vt habetur. 4. Regum. Et quia tempore Sedechiæ nimis confidebant de illis & parum de Deo, ideò puniti sunt iusto Dei iudicio, propter quòd subditur.* F

6 Et mittam &c. *quod fuit adimpletū per exercitū Chaldæorum*

CAPVT IX.

CAP. IX. NOli læta. ✠ RVPER. Prolixa inuectione peccata Iudæ, siue Israel Spiritus propheticus præsenti loco declamans, mala illis ventura denunciat acerba nimis & diuturna, nō ante finienda, donec veniret Romanus exercitus, & cumulatam vltionem sanguinis Christi miseriarū mensurā in illis cōpleret. Testatur hoc ipse Christus, cùm per semetipsum ductus ad crucifigendum, ita loquitur. *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super te.* Igitur quocunque nomine propheta hic vtatur, siue Iudam, siue Israel, siue Ephraim vocet eos ipsi sunt Iudæi, quibus mala ista denunciantur, qui patrum suorum recedentium à domo Dauid, mensuram impleturi erant crucifigendo magnum & verū Dauid.

Gentiles non habentes Dei notitiam, id est, cultura Deorum suorum lætabātur. Sicut etiam Israel recedēs à Deo gaudebant in cultu idolorum, putantes se per hoc pacem habituros, ait ergo. (Hieronym.)

a *Noli lætari.* Quia non habebis pacem quam æstimas, sed in captiuitate punieris, quia fecisti te similem ignorātibus Deum. Ne lætentur hæretici, nec putent se similes aliis nationibus. Illi enim nunquā in deum crediderunt. Isti (quòd grauius est) à Deo apostatauerunt, & areas & torcularia multiplicant, & comedunt triticum, de quo fit panis luctus: & bibunt vinum

¶ Aliter punitur, ignorans Deum, aliter recedens à Deo. Seruus enim domini sui voluntatem sciens, non faciens pla. vapul. mul. a ¶ Nationum Deum ignorantes.

a NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi † 1
2

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

✠ NOli lætari. *Postquam posita est diuinæ iusticiæ contra populum declaratio, hic consequenter ponitur eiusdem increpatio, tanquam conuicti de multiplici delicto: Et diuiditur in duas partes, quia primò increpatur populus, vt viliter peieratus, secundò vt multipliciter ingratus capitulo sequenti. Prima diuiditur in quinque partes secundùm quinque mutationes de bono in malum Prima est, de abundantia in penuriam. Secunda de mundicia in immunditiam, ibi:* Reuersus est. *Tertia de scientia in stulticiam, ibi.* Scito te: *Quarta de bonitate in maliciam, ibi:* Quasi vuas. *Quinta de fœcunditate in prolis carentiam, ibi.* Ephraim. *Circa primum dicitur.* Noli lætari. *in animo.* (Diuisio)

1 Noli exultare. *exterius in signo: Dicitur enim exultatio quasi extra saltatio.*

2 Sicut populi. *quasi dicat magis habes materiam tristitiæ quàm Gentiles, qui nonsunt transgressores legis Mosaicæ sicut & tu quia non fuit eis data.*

✠ Quia

MORALITER.

✠ † *Noli lætari &c.* In hoc ca. ponuntur quinque mutationes malæ circa populum Israel, quæ misticè reperiuntur in Christianis. Prima mutatio fuit de victualium abundantia ad penuriam eorum & defectum: & hoc notatur cum dicitur.

✠ *Area*

vinum sodomorum, quod cum felle aspidum calcatur. Et quia multas areas & torcularia sibi præparant, de area & torculari quod A calcauit Christus non vtuntur, sed quicquid se habere putant mendacio deprauatur.

a *Area & torcular.* Q. Pro mercede fornicationis putasti tibi reddi abundantiā rerum, quæ significatur per areas & per vinum: sed quia data à me pro cultura idoli tibi reddi putasti, immittam tibi inopiam famis, vt non sit triticum in area, nec vinum in torculari: & hoc factum est tempore Eliæ & Elisæi, quādo matres in Samaria cogente fame cadaueribus filiorū vtebantur. († Plusquā.) (3. Reg. 18. a. 4. Reg. 6. f.)

b *Non habitabunt.* ✠ RVPERT. Subauditur, sed in omnes B gentes ducentur captiui, & nusquam requies erit illis, quemadmodum itidē Moyses prędixit: *Disperget te Dominus in omnes populos, &c. In gentibus quoque illis non requiesces, &c.* Et notandum quòd non dixerit, *in terra sua*, sed *non habitabunt in terra domini*, nolens profiteri quod terra illa ipsorum fuerit, aut esse debuerit, sed terra Domini. Neq; enim ab initio fuit illius populi, neque suis eā acquisiuit meritis, vt Moyses dicit in Deuteronomio, &c. Porrò, & alia est terra, quæ dignius dicatur terra Domini, scilicet, terra viuētium, in qua & Psalmista portionem suam esse dicit, & credit videre bona Domini, in qua nec coloni isti habitare poterunt. (Deut. 28.) (Psa. 26. 141.)

HIERO. Heretici qui ab ecclesia recedunt, & Assyriorum. i. dæmonum sacrificia comedunt, non habitant in ecclesia fidelium, nec libant domino vinum, quia non spiritualiter in eo lætantur: vnde non placebunt ei, vel ipsi, vel ea quæ offerunt: sed immunda reputabuntur: & sacrificia eorum quasi panis luctus erunt, quia quicquid fecerunt vt placerent auditoribus, accipientes ab illis temporalia vertetur illis in luctum, & qui eorū doctrinam susceperunt contaminabuntur. Conciliabula etiam hæreticorum non domus Dei sed spelunca latronū appellātur.

c *Reuersus est.* ✠ THEOPHYL. Aegyptiacam impietatem sectantes, Aegyptum incolere dicuntur. Verùm, sic etiam incoluerunt Aegyptum, quòd (vt suprà memoratum est) ad Aegyptios, veluti amicos concesserint.

✠ RVPERT. Qui debuerāt esse filij Abrahæ, facti sunt Aegyptij, videlicet, superbientes in peccatis suis, & propter superbiam excæcati & indurati.

C d *Et in Assyrijs pollutum.* ✠ THEOPHYL. Siue quòd ad Assyrios seu auxiliatores confugientes, immunda comedunt cum ipsis, communi mensa vtentes: siue quòd ab ipsis captiui ducti epularum immunditiæ vnà cū ipsis participabunt, vt serui dominorum suorum cibo proposito vescuntur. Ab epulis autem reliquas etiam impuritatis species intellige, &c. Necesse est credere panem nostrum, corda fulcientē, Christum esse, talémq; suscipere operæ fuerit pretium, terrámq; domini inhabitare, Catholicam dico Ecclesiā: haudquaquam autem hæreticorum conciliabula, quæ re vera cū terra Assyriorū, tum Aegyptus sunt: ad quæ ingressus, impura illorum dogmata & arcana comedit. D

e *Non libabunt, &c.* In Chaldæa positi carebunt tēplo & altari in quo solet Deo offerri, & ei non placebunt qui libant diis alienis. E (Hieron.)

f *Sacrificia, &c.* Cum apud Iudæos sacrificium pro mortuo offerebatur, quæ oblatio panis lugentium dicitur, quia à lugētibus offertur: si quis de eo comederet, ipse immundus & sacrificium immundum dicebatur. Aliter: Corpora mortuorum vij. diebus lamentabantur, & in hoc spatio si quis de domo mortui aliquid comederet, immundus fiebat. Sic & qui offert, & qui comedit, & quæ offeruntur idolis immunda dicuntur. (Haymo.) (Rupertus.)

g *Omnes qui comedunt.* ✠ THEOPHYL. Hoc est. Ipsis erunt vtiles, ipsique tantum vescentur eis: verùm, Deus non suscipiet ea, quemadmodum nec crucifigentium Dominū Pascha suscipiebat. Vel, panes propositionis eorum, neque libationes vini eorum Domino offerebantur, neq; thymiamata, quandoquidē non vt ille voluit, offerrentur. Quòd si ex iniquè partis facultatibus sacrum faciamus Deo, panis mœroris commodissimè dici poterit, tanquam circumuentis lugentibus, quòd sint iniuriam passi. Sancit autem legem Deus, talia in domum suam non esse perferenda, impura enim esse, & qui ea manducauerint, pollui.

h *Quid facietis.* ✠ RVPERT. Hæc sub interrogatione vt eos euigilare faceret exclamauit, cunctísque qui audiunt, in attentionē excitatis, rursum se conuertit, & causam reddit, cur eos tā grauiter percunctatus sit. Tanquā diceret: Deridēt isti me quasi promittentē longinquū diem, dum dico, *Quid facietis in die solenni, &c.* Quoniam ergo non credunt diem illum, aut certè contemnunt, quasi non propè, sed longè venturum: ecce de propinquo molestum illis datur argumentum. F

Cum venerit dies captiuitatis, quę dies erit mihi solennis, & quasi

a ¶ Ideo iustè puniendus.

quia fornicatus es à Deo tuo. Dilexisti mercedem † super 1
a omnes areas tritici. Area & torcular non pascet eos, & vi- 2

a ¶ Quo potabant se inebriando. b ¶ Deficiet. c ¶ Non solùm fame atterentur in terra quam à Deo acceperunt, sed etiam ab ea captiuabuntur, quam suis sceleribus polluerunt. † 3
d ¶ Quia.

b nūm mentietur eis. Non habitābunt in terra domini. Reuer-

c ¶ Corde, vel colendo idola eorum. a ¶ Sicut enim in terra sua idololatica comedebant, sic captiuati ab Assyriis vtebantur sacrificiis eorum quæ polluuntur in hoc, quod idolis offeruntur. 4

d sus est Ephraim in Aegyptūm, & in Assyriis pollutum co- 5
¶ Sed dæmonibus. 6
e medit. Non libabunt domino vinum, & non placebunt ei. 7
f Sacrificia eorum quasi panis lugentium. Omnes qui come- 8

g a ¶ Quia panis pro quolibet cibo oblato accipitur. b ¶ Subaudis præparatur, quia ideo offerunt vt inde gulæ satisfaciant.

dent eum, contaminabuntur: quia pānis eorum ānimæ ipso- 9

a ¶ Polluti Deo non placent. b ¶ Quæ igne Babyloniorum succensa est.

h rum, non intrābunt in dōmum domini. Quid facietis in die 10

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia fornicatus. *idololatrando & legem eius transgrediendo.*

2 Dilexisti mer. *Pro cultu enim idolorum consequi sperabant abūdantiam temporalium bonorum, sed accidit eis contrarium: quia hæc abundantia quam consecuti fuerant Deum colendo, mutata est in penuriam, ideo subditur.*

3 Area, & vinū. *Quia nō crescet quantū sperabāt, & cū hoc eiicietur de terra sua captiui, ideo subditur*: Non habitabūt in terra domini.

4 Reuersus. *Hic increpatur de mutatione secūda. s. de mūditia in immunditiā. cum dicitur*: Reuersus est, &c. *i. de munditia vitæ quam lex tradidit in immunditiam conuersationis Aegyptiacæ.*

5 Et in Assyriis. *scilicet, ductus.*

6 Pollutum comedit. *i. comedet cito cibaria in lege prohibita.*

7 Non liba. *q.d. propter sui immūditiā ineptū est ad Dei sacrificiū.*

8 Sacrificia eorū. *i. polluta: In domo enim, in qua erat mortuus, omnia cibaria reddebantur polluta, & illi qui comedebant ea: ideo sequitur:* Omnes qui comedent, &c.

9 Quia panis. *q.d. ille panis potest reficere hominem, sed ineptus est ad faciendum inde Deo oblationem: ideo subditur:*

10 Quid facietis. *in quo debetis apparere corā domino, cum oblationibus & non vacui, & non habetis aliquid aptum ad offerendum, & secundum hunc sensum continuatur literæ præcedenti. Ra. Sa. aliter exponit dicens, quòd alloquitur duas tribus à Nabuchodonosor occidendas, dicens*: Quid facietis in die solen. *quando dominus de cadaueribus vestris faciet solemne conuiuium bestijs & auibus, q.d. non habebitis effugium, & sic coniungitur cum litera sequenti, cum dicitur:* ✠ Ecce

MORALITER.

✠ 3 *Area & torcu.* Christianorum area spiritualis est altare, vbi cōsecratur & ministratur sacramentū eucharistię, quod in primitiua ecclesia abundanter ministrabatur Christianis, quia cōmunicabant quotidie: sed postea refrigescente deuotione ordinatum fuit quòd sufficeret populo communi singulis diebus dominicis communicare: postea verò ex eadē causa ordinatum fuit, quòd sufficeret bis in anno. s. in paschate & natiuitate domini, & modo sufficit semel. s. in paschate, & tamē multi disponunt se ad hoc satis defectiuè: & sic patet penuria respectu abundantiæ præteritæ in populo communi.

† *Et vinum.* Sacramentū Eucharistiæ sub specie vini recipitur à sacerdotibus, & cū hoc aliquādo à ministris altaris, tamē pluribus non proficit, quia sicut dicitur j. Cor. xj. f. *Qui mand. & bib. indig. iu. si. man, &c.* tamen sacramētū sub specie vini sumptū non mentitur eis, sed ecōuerso ipsi mentiūtur sacramēto: propter quod cū dicitur: *Et vinū mētietur eis*, est hyppalage, sicut cū dicitur. Perflauit fistula buccas. i. bucca perflauit fistulas. Et Iere. xj. d. *Mittamus lignū in panem eius.* i. Christum qui est vitę panis, mittamus in lignum crucis, vt exponunt aliqui doctores catholici.

4 *Reuersus, &c.* Hic ponitur secunda mutatio. s. à munditia in immunditiam. Et hæc mutatio Mysticè reperitur in malis religiosis, qui post professionem reuertuntur ad modum viuendi secularem. ideo subditur.

5 *Et in Assyriis.* Per Assyrios qui interpretantur facturæ vigilantes dño, significantur boni religiosi, qui vigilāt in obsequiis

quasi placens hostia: quia in ea vindicabor de hostibus & ponã A
Hieron. Haymo. finem iniuriæ eorum, & flagellabo ingratos filios. O hæretici quid facietis cum venerit dies iudicij, quando vitam suis, mortem redditurus est inimicis?

a *Ecce enim.* ✠ i. sine dubio in proximo proficiscẽtur à vastita- quid in hoc propheta de Israël & Ephraim dicitur, ad hæreticos D
referri, qui verè insanientes, cõtra Deũ loquuntur mendacium.
te decẽ tribus in Assyrios, & reliquæ duę in Babylonios. Illuc proficiscentur à vastitate, id est, hic relinquentes solam vastationem terræ: vastata enim remanebis gladio & igne.

Ecce enim. vastati estis à dæmonibus, qui vos spoliauerunt virtutibus, & imitati estis opera infidelitũ: propter hoc sepeliet vos Memphis, quia iuxta sententias & blasphemias oris vestri damnabimini: & quòd locuti estis, in suppliciis senticis: & quicquid argenti in nitore eloquij & falsi dogmatis habuistis possidebit vrtica: quæ vos æterno ardore consumet, & in tabernaculis, id est, in conscientiis vestris lappa. i. memoria præteritæ malæ conuersationis torquebit.

b *Profecti sunt.* i. proficiscentur, quia præmentibus Chaldæis fugient ad Aegyptum, vt fic euadant.

c *Memphis.* Memphis erat ciuitas metropolis Aegyptiorum, antequam Alexandria exaltaretur. Interfecto autẽ Godolia ab Hismaele, quem Nabuchodonosor rex terræ præfecerat, reliquiæ duarum tribuum fugiendo Chaldæos cũ Ieremia propheta, contra præceptum domini ingressæ sunt Aegyptum: & ibi postea perseqentibus Chaldæis, vel capti sunt, vel sepulti sunt in prædicta ciuitate.

d *Desiderabile arg.* ✠ RVPERT. Longam & magnam his verbis significat vastitatem, quia vbi erant quondã domus pulcherrimæ, desiderabiles, & desiderabili argẽto comparatæ, ibi lappę ortæ sunt & vrticæ. Ab isto præsentiũ malorũ argumẽto, maiorũ fidem capere poterãt malorũ de longinquo, vt non libẽret eos ridere vel subsannare ad percunctationẽ dicẽtis, *Quid facietis in die solemni, &c.* Sanè dies ille solennis, dies festiuitatis C
domini quis sit, manifestius aperit, cũ dicit, *Venerũt dies vast. &c.*

e *Venerunt.* HIERO. Dies iudicij veniet improbis, in quo Hæreticorũ insania. affligetur Israel. i. qui iactat se nosse Deum, & non sancto spiritu regitur: sed à dæmonio in varias partes circũfertur nesciens quid loquitur, dicẽs Dei filiũ creaturã, spiritũ sanctũ negãs esse Deũ, & aliũ Deũ bonũ, aliũ mũdi creatorẽ dicens: quorũ insania multiplex est, quia multæ iniquitates. Semel autẽ sciẽdũ, quicquid in

a ¶ Illis non respondentibus ipse respondet, imo quæ factura sunt, diuinis oculis intuetur, & prædicit: Ecce enim, &c.

a solenni, in die festiuitatis domini? Eccè enim profecti sunt à 1
b vastitate. Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet 2
c a ¶ Per argentum signantur omnia quæ argento emuntur, vt villæ. b ¶ Signat autem longam 3
vastitatem quia vbi prius erant delectabiles habitationes nascentur lappæ & vrticæ.
eos. † Desiderabile argẽtum eorum urtica hęreditabit, lap- 4
a ¶ De quibus suprà. Quid facieris. ¶ Afflictionis.
pa in tabernaculis eorum. Vẽnerunt dies visitationis, vene- 5
a ¶ Vt qualia fecerunt, talia recipiant. b ¶ Nunc recognosce verba tua, quę solebas dicere 6
de meis prophetis. c ¶ Esse. d ¶ O. e ¶ In me. ¶ Sine intellectu.
f runt dies retributionis. † Scitò tẽ Israël stultũm prophetam, 7
a ¶ Propter ergo inaumera peccata, multam incurristi amentiam, vt nec perte scires quid ageres & eos 8
qui per spiritum sanctum vera tibi prophetabant non audires sed amentes vocasti.
insanum virum † spiritualem. Prõpter multitudinem ini- 9
¶ Est. ¶ Est. 10
g quitatis tuæ, & multitudo † amentię. † Speculator Ephraim 11
a ¶ Et est. ¶ Ipse est laqueus in quo populus capitur. 12
cum Deo meo propheta, laqueus ruinæ factus est super om- 13
a ¶ Viculus aureus. b ✠ In Bethel vbi prius domus Dei. c ¶ Vsque in baratrum impietatis. 14
nes vias eius. † Insaniã in domo Dei eius. † Profundè pec- 15
a ¶ Ideo. ¶ Deus, quia patitur oblitus putatur. b ¶ In proxime separando ab ecclesia. 16
cauerunt, sicut in diebus Gabaa. Recordabitur iniquitates 17

mauit ad Israelẽ inculcãs, vt sciat & confiteatur q̃ stultus sit: at ille pertinaciter stultitiã suã defendit, dicẽs q̃ sapiẽs sit. Itaque rursus ad auditores cõuertitur, & conquerẽdo dicit: *Speculator Ephraim, &c.* Magna vehemẽter malitiæ vel præsumptionis admiratio, dũ dicit, *Speculator Ephraim cum Deo meo.* Quid enim est speculatorẽ esse cum Deo, nisi speculationis subtilitate contẽdere cũ Deo? Et, speculari cõtra Deũ hic denotatur ille quicũq; aliquo machinamẽto diuinis molitur obuiare cõsiliis. Hoc egit Hieroboã. Dixit enim in corde suo, *Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste in Hierusalem, &c.* 3. Reg. 12.
Deus constituit reges, & sacerdotes, & prophetas, vt prouiderent populo. vnde dicitur ad Ezechiel: *Speculatorem dedi te domui Israël.* Dicit ergo propheta: *Ephraim.* i. Ieroboã, *Cũ Deo meo.* i. secundũ voluntatẽ Dei mei cõstitutus est speculator ad hoc, vt & ipse & sequaces reges populo Dei vtilia prouiderent: & sicut prophetæ ad bona erigerent, sed in omnibus viis, id est, actionibus suis factus est laqueus: quia suadendo & per potentiam coEzech. 3. d.
gendo ad idololatriam inducebat. Vnde dicitur: F
h *Insania in.* Prælati ecclesiarũ aliquãdo in ecclesia Dei cõfingũt insaniã, vel in scripturis prauè interpretãdo. vel in vnoquoque credentiũ (qui domus Dei rectè dicitur) errorem generãdo, vt quicumque sequitur eos, illaqueetur ad casum. Hieron. Haymo.

i *In diebus.* Reducit ad memoriã scelus filiorum Israel, quando vxor Leuitæ redeuntis de Bethleem nefando concubitu necata est, vel quando relicto Deo fecerunt sibi regem de vrbe Gabaa. i. Saul, & multo peius peccauerunt nunc eligendo Ie- Iudic. 19. g. 1. Reg. 10. d. 3. Reg. 12.
roboam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ecce enim. *i. pauci qui effugerunt in destructione Ierusalẽ iuerũt Aegyptum contra consilium Ieremiæ. scilicet, Ioannam filius Charee, & alij cum eo Ieremiæ xliij. ideo subditur:*
2 Aegyptus. *ista tamen fuga non valuit eis, quia cito post Nabuchodonosor intrauit Aegyptum, & eos occidit, ideo subditur:*
3 Memphis sepel. *ciuitas est Aegypti, quæ nunc dicitur Damiata.*
4 Desiderabile. *Ierusalem enim destructa longo tempore fuit sine habitatoribus, vbi fugientes absconderant sua pretiosa, & sic ibi creuerunt vrtica & spinæ.*
5 Venerunt dies visitatio. *id est, punitionis.*
6 Venerunt. *s. pro peccatis: & in hoc notatur iustitia huius punitionis.*
7 Scito te. *Hic increpatur tertia peioratio. s. de sapientia in stultitiam. Dederat enim dominus illi populo legem: de qua dicitur Deut. iiij. a.* Hæc est sapientia vestra & intellectus corã populis: *sed propter transgressionẽ eius fuerunt excæcati: quia frequentatio peccatorũ excæcat mentis oculũ, ideo subditur:* Scito te Israël stultum. *Et dicunt aliqui correctores, quòd sunt duæ dictiones, scito te: & sic Israël est vocatiui casus: sed in Hebræo est vna dictio: & tunc Israël est accusatiui casus, &*

MORALITER.

domini: Et in eis panẽ pollutũ comedit, qui inter eos immundè viuit, & hoc est pessimum. s. inter mundos viuere immundè.

7 *Scito te.* Hic ponitur tertia mutatio quæ fuit à scientia in stultitiã: Et hæc mutatio reperitur in pluribus Theologis moderni temporis, qui sacram scripturam & sanctorum doctrinam

roboam & adorando idola: Tunc enim remansit populus in cultu Dei, nunc post Schisma secuta est idololatria: Possunt hæc & ad prælatos ecclesiæ referri qui praua doctrina lędunt eos quibus prodesse debent.

a *Quasi vuas.* Cum totus orbis esset desertus, & Dei notitiam Hieron.
non haberet, aliis relictis in errore, elegi Israel ad sacrificandũ. Nota proprietatem. populus inuenitur, patres videntur. † Primitias fructus.
In vtroque vinea est & ficulnea sub quibus requiescere dicitur, qui confidit in domino. † Vestros.

Cum in deserto huius mundi gentes ignorarent Deum, & ipse Israel excæcaretur, primum in apostolis & in apostolicis viris inuenit Deus Christianum populũ mente Deum videntẽ, & dulcissimis eorũ fructibus satiatus est, quasi vua & ficus in deserto inueniantur. Sed hæretici vsurpantes ibi nomen Christi intrant ad Beelphegor, id est, seruiunt libidini. Vix reperitur hæreticus qui diligat castitatem, & si ore laudet. Ideo alieni à Deo, confusioni. i. idolo mancipantur: Sicut enim qui gulæ seruit, seruus est gulæ. sic qui libidini seruit, Deum habet Beelphegor. † Vt non perueniant ad virilem ætatem.

b *Ipsi intrauerunt.* ✠ RVPERT. Inter omnia quæ fecerunt, hoc fuit turpissimum, quod spiritu fornicationis seducti, per mulieres Madian initiati sunt Beelphegor, quem Latini nuncupant Priapum. Et hoc facientes, abalienati sunt, inquit, in confusionem, id est, alieni facti sunt, & non filij patrum talium, quos vidi, quos cognoui, quos elegi vt essem Deus eorum, & ab illa gloria traducti sunt in confusionem. Vis scire quantam? *Et facti sunt* ait, abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Ergo facti sunt sicut Beelphegor ad quem intrauerunt, testante propheta, *Similes illis fiant qui faciunt, & cæt.* Talis est ergo vnusquisque, Psal. 113.

quisque, quale est illud quod diligit, vel in quo confidit, &c. D
c *Ephraim.* Gloriabantur decem tribus & præferebant se fratri suo Iudæ, quòd multos haberent filios, & exercitus: sed Hieron.
hi omnes vel captiuati vel interfecti sunt. Cito ergo recessit ab eis gloriatio eorum. Vel, gloria eorum, id est, auxilium Dei cito recessit ab eis, & auolauit etiam à partu & ab vtero & à conceptu: quia etiam filios & posteros eorum deseruit Dei auxilium: vnde subditur:

d *Quòd etsi enutrier.* ✠ THEOPHYLACT. Celeriter E
defecit ab me, non sequutus patres suos: vel, quod celeriter ad captiuitatem abducetur. Quoniam noluerũt glorificari per me, & auxilium meũ, sed gloriam suam æstimarunt numerosam sobolem: putãtes forsan ex tali fœcunditate prolis in carentiam. Et diuiditur in tres partes, quia primò propositum prædicitur, secundò, incidens ponitur, ibi: Sed & vetertiò, scriptura ad primum refertur, ibi: Ephraim. Carentia verò prolis in magna parte fuit eius captiuatio, quod notatur cum dicitur: Ephraim

a ¶ In captiuitate occidet. ¶ Tandem damnando. b ¶ Quæ in se.
a eorum, & visitãbit peccãta eorum. Quasi vuas in deserto in- 1
a ¶ In Abraham. b ¶ Quæ delectabilia sunt, & cum amore colliguntur, ob celeritatem ma-
turitatis. c ¶ In initio ipsius populi per gratiam elegi Abraham Isaac & Iacob, qui mihi adhæserunt.
d ¶ Ficus.
uẽni Israel, quasi † primã poma ficulneæ, in cãcumine eius 2
¶ Licet autem à bonis geniti & educti de Aegypto: seruierunt libidini.
a ¶ Idolum Moabitarum & Deus tentigi nis. 3
b vidi patres † eorum. Ipsi autem intrauerunt ad Bẽelphegor, 4
a ¶ A Deo. ¶ In confusionem sui recesserunt digni abiectione omnium. 5
& ab aliẽnati sunt in confusione, & facti sunt abominabiles 6
a ¶ Vnde: Similes illis fi. qui fa. e. vt non idololatræ, sed ipsa idola vocentur. 7
b ¶ Et ideo. ¶ x. tribus c ¶ Velociter de loco suo in captiuitatem abiit. d ¶ Quæ erat. 8
c sicut ea quæ dilexerunt. Ephraim quasi aũis auolauit. Gloria- 9
a ¶ Quia facile pariebant. b ¶ Quia facile in vtero gerebant. c ¶ Quia facile concipiebant. 10
¶ Subau. auolauit. d ¶ Si habuerint licentiam nutriendi multos filios, non proderit eis, quia debent tradi neci vel captiuitati. 11
d eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. Quòd & si enutrie- 12
a ¶ Nec solum temporalis hæc poena, sed æternum vę erit eis: destitutis à meo auxilio.
e rint filios suos, absq; liberis eos faciã † in hominibus. Sed & 13

rum copia sese robustiores futuros, nec quicquam huiusmodi sperarunt. Etenim quando educauerint filios suos, iamque virilis eos ætas firmauerit, bellum aduẽtans talibus eos filiis spoliabit, ideoque ne quicquam labores propter liberorum educationem sustinebunt.

HIERON. Hæretici instabiles & lasciui ab ecclesia recedũt & gloriantur: si multos praua dogmate generent, quos & si enutriti fuerint in fornicatione, dominus minatur puniendos cum magistris eorum, & erit eis æternum væ. Replicat etiam qualis fuerit Ephraim. Quando inquit erat in ecclesia inter fluctus huius seculi, firma permanebat in Christo fundata. sed nunc filios suos ab ecclesia ad diabolum ducit ad mortem.

MORAL. per filios malæ cogitationes, vel praua dogmata intelliguntur. *Quæ omnia interficiet dominus spiritu oris sui. Et in illa die* 2. Thes. 2. b
peribunt omnes cogitationes & dogmata eorum. Psal. 145. a. B
e *Sed & væ eis, &c.* ✠ RVPERTVS. Non solùm hoc malum erit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Quarta mutatio. 1 Quasi vuas, &c. *Hic increpatur quarta mutatio de virtute in malitiam, cum dicitur in persona domini:* Quasi vuas in de. *quæ sunt ibi valde præciosæ, quia rara.*
2 Inueni Israel. *in primis patribus Abraham Isaac Iacob & similibus.*
3 Quasi prima poma fi. &c. *quæ sunt alijs meliora.*
4 In cacumine eius vidi patres. *Sicut enim in cacumine arboris fructus citius maturantur & melius, eò quod à sole attinguntur liberius. sic dicti patres fuerunt meliores posterioribus, de quibus subditur:*
5 Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor. *i. ad idololatriam filiorum Ammon & Moab. Nume. xxv.*
6 Et abalienati sunt. *à Deo.*
7 In confusione. *scilicet sua, vt ibidem habetur.*
8 Et facti sunt abominabiles sicut ea quæ, &c. *id est, sicut idola quæ abominationes nominantur frequenter in scriptura.*
Quinta mutatio. 9 Ephraim. *Hic increpatur populus de quinta mutatione, scilicet, à fœcunditate prolis in carentiam. Et diuiditur in tres partes, quia primò propositum prædicitur, secundò, incidens ponitur, ibi:* Sed & ve. *tertiò, scriptura ad primum refertur, ibi:* Ephraim. *Carentia verò prolis in magna parte fuit eius captiuatio, quod notatur cum dicitur:* Ephraim quasi auis auolauit, *de nido suo.*
10 Auolauit. *ductus extra terram suam in captiuitatem: Et loquitur propheta de futuro per modum præteriti, sicut frequenter dixi: & ideo sic intelligendum est in alijs vbi non exprimitur.*
11 Gloria eorum à par. *In hoc enim gloriabantur, quòd vxores eorum faciliter concipiebant & sine periculo pariebant: ex quibus sequebatur abundantia prolis. De mutatione huius gloriæ subditur.*
12 Quòd & si enutrierint fili. su. absque liberis eos faciã, &c. *interficiendo eos per Assyrios.*
13 Sed & væ eis. *Hæc est pars incidentalis, in qua propheta in persona Dei loquens denunciat futuram destructionem populi Iudaici per Romanos habitã occasione ex eius destructione per Assyrios, de qua ante immediate fuerat locutus.*

Circa quod sciendum, quòd iste est vnus de passibus scripturæ veteris testamenti corruptis à Iudæis, secundum quod dicit frater Raymundus in Hebraica lingua valde peritus. Ad cuius intellectum sciendum, quòd sic in Hebræo habetur: Quia etiam væ eis Besuri *de eis. Hebræi verò habent duplicem literam scilicet* Samech *&* sin *in sono & charactere differentes: Quando verò* Besuri *per literam* Samech *scribitur, significat in recessu meo: quando verò scribitur per* sin *significat incarnationem meam: Hic autem scribitur per* sin *: & ideo hæc est vera litera.*

✠ *Quia*

Diuiso. Destructio populi Iudaici per Romanos. Passus hic per Iudæos depraua tus est.

MORALITER.

✠ studere negligunt, & vanis ac curiosis totaliter inhærent.
Ecclesiasticorũ inexcogitati mirabilesque modi simplicium bona surripientiũ
1 *Quasi vuas in deserto.* Hic ponitur quarta mutatio quæ fuit in populo Israel, quæ fuit de bonitate in malitiam: nam primi patres vt Abraham & Iacob & similes fuerunt optimi & posteriores fuerunt idololatræ pessimi, sicut patet iiij. Regum & ij. Paralipomenon. Et sic est in ecclesia Christi: nam primi rectores eius optimi fuerunt, scilicet apostoli & successores eorum multi, in tantum quòd ferè in omnibus ecclesiis Deus miracula faciebat ex eorum meritis. Sed modo multi faciunt mirabilia, quia per modos inexcogitatos & mirabiles surripiunt simplicium bona.

9 *Ephraim quasi auis.* Hic ponitur quinta mutatio, quæ fuit in populo Israël scilicet à fœcunditate prolis in sterilitatem, ideo subditur:

† *Absque liberis.* hoc autem mysticè reperitur in multis ministris ecclesię, qui nec verbo prædicationis: nec exemplo bonæ actionis faciunt liberos in ecclesia Dei, sed magis per suam ma-

erit eis, vt fiant absque liberis, sed postquam sic recessero ab eis, A
postquam tradidero eos in manu hostili, sequitur adhuc væ, id-
est, iudicium æternæ damnationis, iuxta quod Psalmista cùm
dixisset, *Tradentur in manus gladij*, confestim addidit, *introibunt* Psalm. 62.
in inferiora terræ, &c.

a *Tyrus.* in medio Hieron.
maris, abundans omnibus diuitiis: Huic
Tyro se similes putauerunt x. tribus in
multitudine diuitiarum, & sicut Tyrus
nõ timet circumuerberantes undas, sic
ille populus Dei circumcinctus auxilio
pro nihilo habebat iras aduersantiũ po-
pulorum.

Sic pulcher & validus Dei auxilio valla-
tus, sicut Tyrus mari: Vel secundum Lxx. Quasi scopulus du-
rissimus, qui contemnit omnes circumuerberantes procellas.

b *Et Ephraim.* ✠ THEOPH. Hæc veluti ex prophetę persona B
dicuntur. Video, inquit, Domine, q̃ Ephraim ex quo iniquita-
tes ac scelera commisit, tantum non ipse liberos suos protulerit
ad venationem, hoc est, ad captiuitatem, traiectionem, mactа-
tionem, & iugulationem. Quidam enim captiui ducti sunt, alij
ab hostibus iugulati, itaque neminem alium accuset orbitatis,
sed semetipsum. Vel quia filios suos Ephraim idolis immola-
bat, ad iugulationem destinabat, propterea non immerito so-
bole sua viduabitur. Hæc ego ipse vidi. Nec enim est menda-
cium hoc.

Iste interfector intelligitur Azael rex Syriæ qui Samariã lon- 4.Reg. 8.d.
ga obsidione ita fame afflixit, vt illius habitatores intelligerẽt Hieronym.
vtilius esse ad eum exire, & gladio cito perire, quàm longa ine-
dia: Quia verò videt propheta: quia in abundantia donorum
Dei superbierant, precatur auferri causam superbiæ, prouo-
cans Deum ad auferendum.

c *Da eis domine.* Et statim ipse sibi respondet.

d *Da eis vuluam.* ne glorientur de multitudine filiorum.

Si his quæ Deus dat pro benedictione in contrarium vta-
mur, aliquando iustè subtrahuntur, iuxta illud: *Muta fiant labia* Psal. 30.c.
dolosa: Et alibi: *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa.* Ibid. 11.a.

✠ THEOPHYL. Quia ex prolis exuberantia confidunt,
tanquam per eam aduersus hostes præualeant, ac idcirco auxi-
lium tuum adspernentur, nihil omnino pariant, sint planè infœ-
cundę ipsorum vxores. Si verò pariant, non lactent: sed ante
tempus absumantur proles, sic fiet vt tollendorum liberorum
ipe orbati, te auxiliatorem suum expectabunt. Hæc propheta
precatur

precatur ipsorum etiam cura tactus, veluti amans fratrum suo- D
rum, vt ne pariant impios liberos, neque educent, ac pro diui-
na gloria æmulatur ceu amans Dei.

e *In Galgal.* ✠ THEOPHYL. Postquam in Galgalis maxi-
mè fuerunt impij, horum meminit, & ait. Propter illic ad-
missa scelera, odi ip-
sos, ac eiiciam eos è
domo mea, vel, ex
Palæstina quam pro
domo habuerunt ab
me sibi traditam. Vel
ex templo meo, aliò
enim ipsos transferã.

✠ RVPERTVS.
Sensus est. Non mi-
reris ô Propheta,
nec tibi plus iusto
dura videatur senten-
tia, seu vltio nimis se
stinata, quia nequi-
tiæ eorũ quæ vindi-
cantur, non nouæ sunt, sed inueterauerunt, & semper in peius E
profecerunt. Peius namque in Galgalis, quàm in Bethel idola
coluerunt, quia idolum vitulinum in Bethel coluerunt tempo-
ribus regum, sed supra iam temporibus Iudicum in Galgalis
nequiter egerunt, habendo illic idola, sicut scriptum est in li-
bro Iudicum cap. 2. & 3.

Galgal, reuelatio vel voluptabrum. Dicit ergo omnes malitias Hieron.
hæreticorum reuelandas esse, quando vulua eorum sterilis effi-
cietur: quia videbunt ignominiam suam, & qui iactabant se ad
alta conscendere detrudentur in infernum: quos ideo Deus
habet exosos, quia loquuntur contra eum mendacium. Vnde
sequitur:

f *Propter malitiam.* ideo hæretici de domo Dei sunt eiecti.

Habet Deus ibi eos exosos, quia hominem regem eligentes, 1.Reg. 8. a.
à Dei recesserunt imperio, vel in Galgal vbi populus fuerat Iosue 5.c.
circumcisus secundò: postea causa religionis coluerunt idola,
in quorum cultura omnia scelera commiserunt.

✠ RVPERT. Hoc iam tertiò factum est. Prius namque in
Assyrios decem tribus eiecit Dominus de domo sua, id est, Be-
thel, quod interpretatur, domus Dei. Deinde tribus Iuda eie-
cit de domo sua, id est, de templo quod erat Hierosolymis, &
in Babylonem transmigrare fecit. Veruntamen tunc addidit vt
diligeret eos, reduxit enim eos soluta captiuitate post 70. an-
nos. Porrò iam tertio eiecit eos de domo sua, vt hoc ipsum ter-
ribili signo significare dignum duceret, cum flagello eiiciens
vendentes & ementes de templo, d. *Domus mea, &c.* Ita eiectis
illis postmodum vt caderent in ore gladij, & captiui ducerentur
in omnes gentes.

g ✠ *Non addã, vt diligam.* Quia videlicet cùm in præsenti pu-
niantur,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Quia etiam væ eis incarnatio mea de eis. Assumpsit enim Deus carnem*
de Iudæis, & ex hoc secutum est væ eis, quia pro maiori parte fuerunt in-
creduli & persecutores Christi, & in vindictam mortis eius per Romanos
trucidati & captiuati fuerunt: Quod etiam designatur per hoc quod
in principio dicitur: Quia etiam væ eis, *etiam in Latino additamen-*
tum significat, & in Hebræo, loco eius ponitur hæc dictio Gam *per quã*
significatur additamentum consimilis, & diminutio populi Iudaici per
Romanos fuit tanta, imo maior quàm illa quæ fuit facta per Assyrios &
Chaldæos. A principio enim obsidionis per Romanos vsque ad finem, mor-
tui fuerunt fame, pestilentia & gladio decies centum milia. Hanc au-
tem veritatem fidei nostræ consonam nititur Ra. Sa. repellere dicens,
quòd litera sin quando punctatur desuper in sinistra parte, habet sonum
& virtutem literæ Samech, *& sic* Besuri *significat hic recessum & non*
incarnationem: quia sic punctatur litera sin *in hoc loco. Sed istud vide-*
tur fuga veritatis, primò quia hæc litera in toto veteri testamento non
inuenitur alibi sic punctata, vt dicit prædictus frater Raymundus: &
ego similiter non recolo me vidisse alibi sic punctatam: propter quòd vi-
detur hæc additio facta ad deprauandum sententiam: Secundò quia
puncta non sunt de substantia literæ: nec à principio scripturæ fuerunt,
vnde & totuli qui in synagogis eorum leguntur, sunt sine punctis, sed
per magnum tempus postea inuenta sunt huiusmodi puncta ad facilius
legendum. Cum igitur subtracto puncto prædicto, ipsi concedant quòd
Besuri *per sin scriptum incarnationem meam signat: conuincuntur*
concedere quòd hic Besuri *incarnationem signat. Et quoniam transla-*
tio nostra

tio nostra secundum dictum Ra. Sa. sequitur, quæ sic habet: Sed & væ
eis cum recessero ab eis, *patet quòd fuit facta post corruptionem dic-*
tam: potest tamen trahi nostra translatio ad prædictum intellectum.
Sed væ eis, &c. *quia propter negationem incarnationis Dei, Deus re-*
cessit ab eis dimittens eos in cæcitate eorum vsque quo increuerit pleni-
tudo gentium: *secundum quod deduxit Apostolus satis diffusè in epi-*
stola ad Romanos.

1 Ephraim, &c. *Hic scriptura reuertitur ad prædictam caventiam*
prolis in regno decem tribuum tempore veteris testamenti: cum dicitur:
Ephraim vt, &c. *id est, similis Tyro in filiorum multitudine: ideo sub-*
ditur:

2 Fundata in pulchritudine, &c. *pulchritudo enim ciuitatis prin-*
cipaliter in multitudine plebis consistit: & consequenter ostendit mu-
tationem in oppositum.

3 Et Ephraim educet ad. *id est, ad regem Assyriorum qui eos de-*
bellauit & captiuauit.

4 Da eis. *id est, dabis.*

5 Vuluam sine liberis. *id est, vxores steriles.*

6 Et vbera arentia. *quòd iam nati non poterunt nutriri: Et sub-*
ditur causa huius pœnæ.

7 Omnes nequi. *ibi enim circumcidit Iosue filios Israel, & tunc*
ibi primò quieuit arca aliquo tempore, propter quod prophetæ falsi dice-
bant, quòd erat locus Sanctior templo quod erat in Ierusalem: & docebant
populum ibi colere idola ex quo reddebantur Deo exosi & à Deo
reprobati, ideo sequitur: Non addam vt diligam eos.

✠ 1 Omnes

niantur, non eueniet illis remissio salcem in futuro seculo. Sciẽ- D
dum autem quia neminem de domo sua eiicit, nisi eum qui
sponte sua, mente auersa recedit.

Non addam. Quòd non diligat eos clarum est, & quòd om- Hieron.
nes reges Israel à Deo fuerant recedentes, vsque hodie enim
permanent in captiui-
tate.

a *Omnes principes.*

✠ THEOPHYL. Quasi dicat. Si subdi-
ti tantummodo impij
fuissent, forsitan pe-
percissem ipsis pro-
pter principum virtu-
tem, æquè atque pro-
pter Mosen peperci
rursum Israelitis: nũc
verò & principes im-
morigeri sunt mihi.
Nec vnus modò vel
duo, sed omnes. Qui igitur noxam illis condonabo? qui par-
cam? Ecquis me diator stabit?

✠ AVGVST. In Israel reges alios minus aliis malos, om- I. 17. de ci-
nes tamen reprobos legimus. uit. cap. 23.

Reges decem tribuum omnes per idololatriam à Deo recef- B
serunt. Potest dici de aduentu Christi, in quo tam Iudas quàm
Israel de domo Dei eiectus est, ne saluetur cum credentibus.

Metaphora ab arbore, cuius si radix siccatur, non fert fructũ, Hieron.
& si etiam paululum fecerit, statim in ipso flore siccatur. Potest

a ¶ In errore manentes. b ¶ Hæresiarchæ vel dæmones. c ¶ Vt Arrius & alij.

a vt diligam eos. Omnes principes eorum recedentes. Per- 1
a ¶ A Deo qui eos tradidit hostibus. b ¶ Deus in quo fundatus, vel boni patres qui errantibus subuenire non poterunt nec Deus eos protegeret ideo, nec fructum facient: qui nec filios generabunt, nec bona opera habebunt.
cussus est Ephraim, rádix eorum exiccata est. Fructum ne- 2
a ¶ Vt supra, quasi enutrierint filios absque liberis eos faciam.
quaquam faciẽt. Quòd & si genuerint, interficiam aman- 3
a ¶ Faciet ire captiuos. ¶ Vox prophetæ.
tissima vteri eorum. Abiiciẽt eos dominus Deus meus, quia 4
a ¶ Vt ipsum solum colerent. b ¶ Dominum prophetarum. c ¶ Per diuersa loca diuersas calumnias sequendo.
non audierunt eum & erunt vagi in nationibus. 5 6

a ¶ Subaudis olim fuit in patribus habens bonas propagines bona opera facientes.
b ¶ Quia in patriarchis non fuit qui non ferret fructus bonorum operum. c ¶ Sed.
2 ¶ Multitudinem vel abundantiam fructuum veritis in multitudinem idololatriæ, vt quanto plures haberet populos tanto plura altaria ædificaret & abundantiam terræ vinceret numero idolorum.

Itis † frondosa Israël, fructus † adæqua- 1
tus est ei secundum multitudinem fru- 2
ctus sui, multiplicauit altaria iuxta vber- 3
tatem terræ suę † exuberauit simulacris. 4

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omnes principes eorum. *ab eo per idololatriam, & à terra sua per captiuitatem.*
2 Radix eorum exic. *id est, virtus prolificandi.*
3 Quòd & si genue. *non tamen viuent.*
4 Abiiciet eos dominus. *Verbum est prophetæ captiuitatem de nunciantis.*
5 Quia non au. eum. *reuocantem eos per prophetas ad bonum.*
6 Et erunt vagi in nationibus. *id est, captiuati in longinquis regionibus.*

ADDITIO I.

In cap. ix. vbi dicitur in post. Quia panis eorum animæ ipsorũ, &c.
Hoc quod dicitur, quia panis eorum animæ eorum non intrabunt in
domo domini: exponitur ab Heb. sic, quia panis eorum quem offerent
seu offerre intendunt pro animabus ipsorum. Non intrabunt in domum
domini, scilicet, acceptabilem.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in posti. Circa quod sciendum, quòd iste est
vnus de passibus scripturæ.
Expositio Raymundi est vera. Ad cuius maiorem declarationem sciendũ,
quòd litera penultima Alphabeti Hebraici dicitur Schin, *quæ simpliciter scripta*

ter scripta sonat sicut litera nostra xviij. scilicet s. Si autem punctetur
desuper in sinistra parte, habet sonum literæ tertiæ nostræ alphabeti. s.
c. & in hoc dictum Ra. Sa. hic in posti. allegatum continet aliquid ve-
ritatis. Sed attendendum, quòd hæc dictio בשר Bazar, *in Hebræo sig-*
nificat carnem, proprie, & communiter: quæ quidem dictio Bazar vbi-
cumque scribitur in Heb. scribitur cum litera s. prædicta punctuata de-
super in sinistra parte, vt dictum est. Et ex hac dictione deriuatur hæc
dictio becuri *scripta cum eadem* Schin *sic punctuata: & sic significat*
idem quod incarnatio mea in lingua nostra: vnde cauillatio Ra. Sa. non
valet vt patet ex dictis, præsertim habenti notitiam in grammatica Hebraici sermonis.

CAPVT X.

C Vitis frondosa. ✠ THEOPHYL. Dicto quòd radix eius
elanguisset, ac sterilis esset facta, nunc subdit quod & an-
tea vitis à vinea gemmascens, ac in multam exuberantiam ex-
tensa fuerit, propter fœcunditatem liberorumque exuberantiã,
perinde ac Dauid ait:
A mari septentrionali
adusque mare australe
imperium tenebat. 1.71.
Attamen hac partus
effusa multitudine nõ
est vsus ad Dei gloriã,
sed quotquot fuerunt,
tot etiam altaria exci-
tarunt: hinc & iure
imminuetur ipsorum
copia.

Alia

CAPVT X.

Alia translatio: Viris aquosa Israël: quod in malo accipitur, Hieron.
quia sicut aquosa vitis plus in foliorum quàm fructuum emis- Haymo.
sione solet luxuriari, sic Israel creuit in multitudine populorũ, Ruperc.
sed cum deberent agricolæ ferre vuas, fecit labruscas. Hæretici Isa. 5. a.
qui dum sunt in domo Dei, vocantur vineæ domini, & afferunt F
vberes fructus, rece-
dentes verò ab vno
altari, id est, vnitate fi-
dei, plures errorum
struunt aras, & iuxta † Vacua.
vbertatem terræ suæ, † Metietur
iuxta acumen ingenij
à Deo dati exuberant
simulacris, quia quan-
to per naturam acutiores, tanto profundiora & inaudita pro-
ferunt dogmata. † Multiplicauit fructus.

NICOLAVS DE LYRA. CAP X.

Vitis frondosa. *Post increpationem populi de sua peioratione,*
hic consequenter increpatur de ingratitudine. Et diuiditur in
quatuor partes secundum quatuor ingratitudines, quarum prima ponitur
in cap. præsenti, aliæ tres in tribus sequentibus. Prima in duas, quia
primò increpatur ingratitudinis culpa. Secundò subditur pœna, ibi:
Diuisum est. *Circa primum considerandum, quòd Deus fecit illi po-*
pulo magnum beneficium introducendo eum in terrã lactæ & melle ma-
nantem, Exod. iij. sed hoc beneficio ingrati conuersi fuerunt ad idolola-
triam: ideo dicitur hic.

1 Vitis, &c. *Vocatur autem populus Israel vitis, sicut dicitur Isa. v. b.*
Vinea domini exerc. do. Israël est: *& dicitur hic frondosa, quia in*
multitudine populi & abundantia diuitiarum fuit ibi fortificata: & hoc
ex terræ fertilitate, ideo subditur:

2 Fructus, &c. *Quia quantumcumque populus creuisset, fructus terræ*
sufficiebant ad eius sustentationem: sed quia hæc abundantia fuit ei oc-
casio recedendi à Deo: secundum quòd prædixerat Moyses, Deut. xxxij.
b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. *ideo subditur:*

3 Secundum multitu. *id est, diuitiarum naturalis, & artificialis.*

4 Multiplicauit. *ad idololatriam exercendam: Et non solum vnius*

✠ idoli,

MORALITER.

✠ 1 *Vitis.* In hoc ca. & tribus aliis sequentibus arguitur ingra-
titudo populi Iudaici de diuinis beneficiis sibi collatis, per
quam

quam significatur ingratitudo Christianorũ de beneficiis Dei
maioribus sibi collatis per Christum. In hoc autem capitulo
describitur beneficium diuinum, quo populum Iudaicum in-

a *Diuisum.* ✠ THEOPHYL. Dissiderunt inquit, ab me corda sua, vt nullam mecum partem habeant. Vel, quod alius alij Deo aræ excitauerint, partientes idola, & alius alij dantes corda.

✠ RVPERT. Ex historia regum cognoscitur, quàm multipliciter cor eorum diuisum fuerit, ex quo diuiserunt se à domo Dauid, quippè qui ferè decies cõtra semetipsos diuisi, reges alios, percussis aliis, sibi locauerunt, & tandem iuxta hanc vocem propheticam, *Nunc interibunt*, in captiuitatem irreuocabilem ducti sunt.

† Tunc. Tradunt Hebræi, quamdiu pari consensu reges & populus colebant vitulos, non venit captiuitas, quia quodammodo poterat excusari populus, quòd per violentiam regum ad idolõlatriam traheretur: sed postquam Hoseæ qui fuit vltimus rex x. tribuum populo permisit, vt ũ vellent, irent ad templum Dei Ierosolymis, & ibi sacrificarent, diuisum est cor eorum: quia populus in hoc regi non consensit, vt ab idololatria reuocaretur. & ideo carens omni excusatione nono anno ipsius Hoseæ per Sennacherib est captiuatus & in Assyrios traductus habitans in ciuitatibus Medorum iuxta fluuium Gozan, vnde ait:

b *Nunc.* i. postquàm ablata est omnis occasio, statim interibunt æterna captiuitate. Idem Salmanasar qui & Sennacherib.

c *Quia nunc.* ✠ THEOPHYL. Docet iam nunc eos qualibus oporteat pœnitentia ductos verbis vti. Quando enim viderint regnum suum dissolutum, dicent: Hoc nobis contigit, quia Deum non timuimus, cui nos confidere par erat, non autem regi: nam rex non potuit nobis opem ferre, sed potius nobis imposuit vana promittens, aliàs alia subinde præxens, nũc cum Assyrio quidem, nunc verò cum Aegyptio fœdera feriens, & contractum faciens de auxiliis in bello mittendis.

Hieron. ALLEGOR. Discipuli contrariorum dogmatum cum eorum fuerint contrita mendacia, sero dicent: Non habemus regem, id est, magistros qui nobis prius imperauerant: quibus decipientibus Deum non timuimus.

d *Et rex quid faciet nobis?* Q. Quid profuit nobis sequi quorũ in necessitate non sentimus auxilium. Hæc dicunt quærentes aliquam occasionem, vt non per se, sed per doctores errasse videantur. Vnde & verba, & visiones hæreticorum inutiles erũt, & ferient fœdus non cum Deo sed cum amaritudine vt in die iudicij germinent super sulcos agri, id est, cordis eorum, vt quæ seminauerunt in gaudio metant in lachrymis. D

Hieron. Quando ix. anno. Hoseæ captus erit à Sennacherib: & cùm dominus simulacra fregerit dicent: Non habemus regem qui nos defendat quia omnes principes nostri capti & interfecti: Et quare hoc: subponit causam. ideo caremus homine regente: quia non timuimus verum regẽ Deum: sine cuius auxilio quid valet homo rex.

† loquuti sunt verba iurando mẽdaciter, feriendo fœdus & germinabit, &c.

a ¶ Hæreticorum corda interdum diuisa sunt, & contrarijs inter se pugnant sententijs. vnde: Interibũt & confringet dominus simulacra eorum quæ finxerunt. b ¶ Deus omnipotens. c ¶ Per Assyrios sicut per famulos.

Psal. 105. a.

a Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Ipsẽ confringẽt si- 1
b a ¶ Sensus hæreticorum inter se diuisos destruet, & ipsos æternaliter damnabit. 2
c mulacra eorum, depopũlabitur aras eorum. Quia † nunc 3
dicent: non est rex nobis. Non enim timemus dominum: Et 4
a ¶ Promittite vobis prosperа sicut hucusque fecistis, sed omnia vobis in contrario vertentur. vnde subdit: Et ferie. foe. non cum Deo, sed cum mendacio dicentes: Pax erit nobis. Et ideo ipsum fœdus mendacij non germinabit bonos fructus quibus faciem ini, sed iudicium amaritudinis. i. captiuitatis & interfectionis, & hoc super sulcos agri i. terrena corda, de quibus malum semen exiuit. 5
d rex quid faciet nobis? † Lõquimini verba visionis inutilis, 6
e & ferietis fœdus cum mendacio, & germinabit quasi † ama- 7
a ¶ A Deo x. tribus subuersæ sunt, vt non solum deos vitulos, sed etiam vaccas colerent in Bethel. 8
ritudo iudicium super sulcos agri. † Vãccas Bethauen † co- 9
10
11
12

e *Loquimini.* Vox propheræ ex sermone Dei irridentis eos qui sibi pacem & prospera pollicebantur. *Loqui.* Legitur in libro Regum, Manahem regem Israel, regi Assyriorum Phul misisse argenti talenta mille, vt esset manus eius cum eo, inter quæ munera creduntur aurei vituli transmissi. E

f *Vaccas.* ✠ RVPERTVS. Ad auditores rursum sese conuertit, sermo propheticus, miro modo clamans causam propter quam Israel iudicetur. Cum irrisione non vitulos sexus masculini, sed vaccas, id est, fœminas appellauit, vt videlicet Israël non solum deos vitulos, sed deas vaccas coluerit. Nec dicit tantum vaccas, sed vaccas Bethauen coluerunt, id est, quæ sunt in idoli domo, non tantum quæ gradiuntur in armentis. Istæ viuunt & sentiunt: illæ non solùm insensibilia, verùm & inanimata simulacra sunt.

HIERONYMVS. Hæretici (qui dicunt se habitare in Samaria, id est, in custodia mandatorum Dei) colunt vaccas, id est, lasciuas sectas, sed in die iudicij cum amarè punientur, lugebunt populi super eum vitulum, id est, super dogma peruersum quod habebant quasi Deum. Sed ædituj non dixit exultabunt, sed exultauerunt super gloria sua, quia quondam gloriosa confinxerunt eo quòd transmigrasset populus à Deo: siue gloria Dei à populo à quo fuerat relicta. Quidquid autem hæretici pulchro sermone loquũtur regi suo. i. diabolo mittunt munera ad quem cuncta referunt vnde confundentur in æternum.

a *Quia*

a *Quia luxit.* HIERON. Mirum, quòd lugẽte populo exultant sacerdotes, sed tradunt Hebræi vitulos aureos à sacerdotibus furto sublatos, & in eodem loco suppositos fuisse æreos & deauratos. Lugente ergo populo, quòd inter cætera munera rex Israel misisset vitulos aureos Sẽnacherib regi Assyriorum; exultabant ædituj, quia fraus eorum nõ poterat deprehendi. Deprehensa fraude, quòd ærei essent vituli rex Assyriorum putauit regem Israel voluisse illudere sibi, & munera quæ ad placandum eum data erant, magis reddiderunt iratum. Vnde & postea eos debellauit: Ait ergo:

b *Confusio.* id est, perditio *Ephra. ca. & erubesc. Israel in volun.* i. consilio quo auxilium petierat ab alienigena.

c *Transfere fecit, &c.* ✠ RVPERT. Pro merito iniquitatis perseuerãtis hoc meruit Samaria, seu regnum decem tribuum, vt rex eius transiret, & regnum eius soleretur sicut spuma super faciem aquæ, quæ vera nimirum similitudo est. Sicut enim olla feruente superiores aquæ in spumam bullasque surgentes corrumpunt, ipsæque bullæ subsilientes colliduntur, & aliis emergentibus aliæ crepant & dissiliunt, ita Samaria, vel decem tribus, iugi feruentes igne discordiæ, reges alios super alios creauerunt, & vsque ad decem vices percussis regibus, alij reges superfederunt, secundum numerum scissuraturũ decem palij Ahiæ Siloniris.

d *Et disperdentur.* De quibus videlicet toties scriptura refert, *Veruntamen adhuc populus immolabat in excelsis.* Cuncta hęc vt cætera superiora, altius (sicut prophetalem decet dignitatem) nos animaduertere cõmonet illud quod cõtinuò subiunctũ est.

e *Lappa & tribulus.* Hoc enim nequaquam de angustia captiuitatis illius, qua tunc in Assyrios translati sunt, sed potius de excidio penè inenarrabili, quo Iudæi propter scelus dominicæ mortis subuersi, & in omnes gentes captiui ducti sunt, prædictum esse authoritate sua Dominus ipse comprobat, qui lequẽtibus & lamentantibus mulieribus, dum ad mortem duceretur, dixit: *Filiæ Hierusalem, nolite flere, &c.* Luc. 23.

a ¶ Nota per vaccas vnum vitulum significari, qui in Bethel erat vnde singulariter ponit super eum. b ¶ Qui eum colebat.

a luerunt habitatores Samariæ. Quia luxit super eum põpulus 1
a ¶ Vituli. ¶ Sacerdotes. b ¶ Id est, in vitulo quæ erat gloria eius populi, eo quòd aureos haberet Deos. 2
eius, & † ædituj eius super eum exultauerunt in gloria eius: 3
a ¶ Translatus est ad Assyrios. ¶ Ideo populus luget, & sacerdotes exultant. 4
¶ Quod charius erat populo. 5
quia migrauit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est 6
a ¶ Sennacherib, quia iniuriam Dei contra idololatras vindicauit. b ¶ Accusatiuus. 7
b munus rẽgi † vltori. Confusio Ephraim capiet, & confun- 8
a ¶ Sicut spuma & bulla aquæ cito dissoluitur, sic regnum x. tribuum cito finitur, quia noluerunt audire regem Hoseæ vt redirent ad Ierusalem, sed secum eum perire fecerunt. 9
c detur Israel, † in voluntate sua. Trãsire fecit Samaria regẽ 10
d suum, quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdentur 11
a ¶ In quibus idolis immolabant. b ¶ Quæ excelsa fuerunt peccata Israel. 12
c ¶ Signum vltimæ desolationis. d ¶ Vt nec vestigia remaneant. 13
e excelsa † idoli peccãtum Israel. Lappa & tribulus ascendẽt 14
a ¶ Magis optantes mori quam videre ea quæ afferunt mortem. b ¶ Sanctis, qui vere alti. c ¶ Beati quorum tecta, &c. 15
c ¶ 16
17
f super aras eorũ. Et † dicent montibus, operite nos: & colli- 18
a ¶ Dicent. b ¶ Quando illicito concubitu vxorem Leuitæ crudeliter interfecit, vel quando relicto Deo Saul regem elegit.
g bus, cadite super nos. Ex diebus Gabaa † peccauit Israel. 19

† Tunc. † sacerdotes. † Iare b † propter consilium suum. † Auen † Luc 23. e † peccasti.

ALLEGO. Samaria, i. spiritualis nequitia quæ se à populo Dei diuiserat, facit regem suum, i. hæreticorum doctrinam velociter transire quasi spumã, quæ dum videtur cito dissoluitur. Hæretici enim spumentibus verbis tumant, sed cito dispergẽtur, in quibus peccauit Israel, & tãta erit solitudo prauæ doctrinæ, vt & spinæ & tribuli quę nascuntur in locis incultis ascendant super aras eorũ, & omnibus subuersis in die iudicij dicent montibus, id est, magistris, quos altos putabant, operite nos. Hieron. Haymo. Rupert.

f *Et dicent.* Hæc nõ solum ad captiuitatem x. tribuum, sed etiam generaliter ad omnes Iudæos tempore Romanorum possunt referri. Vnde dominus in euangelio: *Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos.* Vel in die iudicij dicent sanctis qui per altitudinem virtutum montes sunt, operite peccata nostra precibus vestris, & collibus qui non habent naturalem altitudinem, sed putabantur habere aliquid summitatis: montes operient, colles cadent. Vel iuxta literam imminente iudicio tanto timore concutiẽtur, vt si fieri posset optarent effugere præsentiam iudicis, & temporaliter potius quàm æternaliter puniri. Luc. 23. b.

g *Ex die.* Ex quo Beniamin turpiter occidit vxorem Leuitæ peccauit Israel qui contra filios iniquitatis insurrexit, magis quodam naturali impetu, quàm vt Deo placeret, & agens vindictam hominis, iniuriam Dei non vindicauit, nec idolum in domo Michæ subuertit. Debuisset enim prius Dei, & postea hominis Hieron. Iudic. 19. g. & 20. a.

idoli, sed multorum, ideo subditur: Iux. vber. ter. suæ ex vbe. simu.

1 Diuisum. *Hic consequenter subditur pœna: Et primò ponitur punitio decem tribuum: secundo, correctio duarum, ibi:* Arabit Iudas. *Prima in tres, quia primò ponitur punitio populi: secundò, asportatio idoli, ibi:* Vaccas. *tertiò, captiuatio sceptri regij, ibi:* Confusio. *Circa primum dicitur:* Diuisum est eor eorum. *partim idola colendo, partim Deum.* Diuisum

2 Nunc interibunt. *id est, cito interficientur, & captiuabuntur per regem Assyriorum.*

3 Ipse confringet simu. *accipiendo inde aurum & argentum.*

4 Depopulabitur aras. *Arripiendo sibi preciosa ornamenta eorum.*

5 Quia nunc dicent. *Israelitæ.*

6 Non est rex nobis. *id est, non potest nos defendere, sicut communiter de rege dicitur: qui nescit vel non potest populum defendere:* Non habemus regem. *Et subdit causam:*

7 Non enim timemus. *Sic enim dicebant aliqui boni inter eos, ex quo non reuerentur dominum, rex non potest nos defendere.*

8 Loquimini verba. *verbum est propheta increpantis populum, eò quòd credebant verbis falsorum prophetarum. In Hebræo habetur:* Loquimini verba iuramenti falsi, *id est, quando iuratis, falsò iuratis.*

9 Et ferietis fœdus. *scilicet fallaciter cum proximis vestris: & ideo aliqui*

aliqui libri habent:

10 Cum mendacio. *sed non est in Hebræo, subintelligitur tamen.*

11 Et germinabit quasi. *i. peruertitis iudicium pauperum, qui vocantur sulci agri, eo quod per potentiam diuitum opprimuntur & molestantur.*

12 Vaccas. *Hîc consequenter describitur exportatio idoli: Et quia ista litera est immutata, secundum Hebræos in parte corrupta, ideo ad eius intellectum sunt aliqua præmittenda. Primum est, quòd Manahem rex Israël dabat singulis annis munera pretiosa regi Assyriorum vt confirmaret regnum suum quod intrauerat violenter iij. Reg. xv. & inter illa munera erant vituli aurei, quos fecerat Ieroboam vel saltem vnus illorum de quo sit hic mentio, scilicet, ille qui erat in Bethel, quia alio nomine dicitur Bethauen, Iosue viij. & in hoc conueniunt Hebræi & Latini: Dicunt vlterius aliqui expositores Latini, quòd sacerdotes illius idoli seu idolorum fecerunt occultè vitulos de cupro deauratos, & illi fuerunt portati in terram Assyriorum & ipsi furtiuè retinuerunt sibi aureos. & cum postea rex Assyriorum vidit fraudem, indignatus afflixit grauius terram. & secundum hoc exponunt literam istam dicentes:* Vaccas Bethauen. *i. vitulum qui erat in Bethel quem vocat propheta nomine vaccæ derisoriè. & in plurali vaccas eo modo loquendi quo dicitur Exo. xxxij. b.* Isti sunt dij tui Israel qui eduxerunt te de terra Aegypti: *& tamen non erat ibi nisi vnus vitulus conflatilis.*

1 Coluerunt habitatores. *qua erat metropolis, & sic habitatores eius colebant idolum à rege suo factum.*

2 Quia luxit super eum. *i. super vitulum populus eius qui colebat eum: ideo luxit quando fuit exportatus modo predicto.*

3 Et ædituj eius. *id est, sacerdotes vituli: Et dicuntur ædituj ab æde & tueor tueris, quasi tuentes seu custodientes edem idoli.*

4 Super exultaue. *propter suum lucrum, quia illi furtiuè retinuerunt: sed populus lugebat, quia ipsum sublatum credebat.*

5 In gloria eius. *id est, in vitulo qui reputabatur honor patriæ.*

6 Quia migrauit ab eo. *i. à populo secundum eius opinionem.*

7 Siquidem & ipse in. *cum aliis muneribus, vt credebat populus.*

8 Munus regi vltori. *quia vleiscebatur Manahen de contradicentibus sibi.*

9 Confusio Ephraim capiet. *id est, ex hoc confusionem reportabit fraude detecta. vt prædictum est:*

10 Et confundetur. *id est, in voluntate sacerdotum, qui fecerunt tale furtum, ex quo secuta est confusio regni modo supradicto. Hæc expositio non videtur valere, primò quia satis videtur distorta. secundò, quia cùm dicitur:* Coluerunt habitatores Samariæ. quia luxit super eum po. eius. *ly quia, de suo significato est reddituum causæ dicti immediatè præcedentis. Luctus verò populi de asportatione vituli non est aliquo modo causa vel ratio, quòd habitatores Samariæ colerent ipsum, sed magis est ad oppositum. Item furtum sacerdotum videtur esse fictitium, quia in receptione & traditione rerum sic præciosarum adhibetur magna diligentia: Vas autem aureum à cupreo deaurato statim distinguitur per colorem & pondus. Item expositores isti dicunt hoc haberi ab Hebræis, quod non videtur verum: quia Ra. Sa. maximus doctor inter Hebræos nihil penitus dicit de hoc furto vel fraude, sed ad contrarium sensum exponit literam: Quantum ad hoc sciendum ergo quod hæc est litera Hebraica.* Ad vaccas Bethauen timuerunt habitatores Samariæ, *id est, propter vitulum qui erat in Bethel, vt suprà dictũ est,* Timuerunt.

Timuerunt habitatores Samariæ. s. ne infortunium & malum veniret super regnum propter missionem vituli regi Assyriorum. Erat enim Samaria metropolis regni, & ideo præ cæteris exprimitur timor eius respectu infortunij futuri. Translator verò noster videtur credidisse hunc timorẽ fuisse reuerentiæ, & ideo transtulit: Coluerunt, pro timuerunt: Quia luxit super eum, id est, super vitulum transportatum. Populus eius, id est, populus regni Israel. Et ædituj. i. sacerdotes similiter luxerunt: quia habuerunt maiorem causam lugendi: & iste luctus monit habitatores Samariæ ad magis timendum de infortunio futuro. Super eum exultauerunt in gloria eius, id est, super vitulum exultauerunt sacerdotes & populus, quando gloriosè venerabatur: & ideo luxerunt in eius deportatione, de qua subditur: Quia migrauit, &c. *ita quòd ly quia migrauit, refertur ad illud quod prædicitur de luctu sacerdotum & populi: Cætera patent ex supradictis.*

11 Confusio. *Hîc consequenter describitur captiuatio sceptri. cum dicitur:* Confusio Ephraim capiet. *id est, regem Israel qui sic nominatur, quia primus rex fuit de tribu Ephraim.*

12 Et confundetur Israël. *id est, populus eius:*

13 In voluntate sua. *quia consensit regi in cultu vitulorum, ideo subditur:*

14 Transire fecit. *id est, fecit eum duci in captiuitatem viliter, sicut spuma est res vilis. eo enim quòd populus consensit regi in cultu idolorum, idololatria fuit multiplicata in regno, quæ fuit occasio captiuationis regis & populi.*

15 Et disperdentur. *i. vtriusque vituli, qui colebantur in locis altis.*

16 Peccatum Israel. *hoc dicitur quia iij. & iiij. Regum frequenter repetitur de Ieroboam, eo quòd fecit vitulos.* quòd peccauit & peccare fecit Israel.

17 Lappa & tribulus. *Quia terra vertetur in desertum.*

18 Et dicent. *s. Israelitæ qui imminente captione sua desiderabãt occultari in cauernis montium.*

19 Ex diebus Gab. *Ad intellectum huius sciendum quòd casus de*

troduxit in terram lacte & melle fluentem, de quo beneficio iste populus fuit ingratus: Nam post mortem Iosue cito declinauit ad idololatriam, vt patet in libro Iudicũ & in libris Reg. Per Iosue qui populum in terram promissionis introduxit, significatur Christus qui per passionem suam aditum terræ viuẽtium nobis aperuit: & illic in ascensione sua vete. test. patres secum duxit, sed postea satis cito aliquid de populo Christiano tanquam ingrati tanto beneficio declinauerunt ad hæresim. s. Hebion & Cherintus & sequaces eorum: & hoc fuit à tempore apostolorum. propter quod beatus Ioannes ad illã hæresim extinguendã in principio sui Euangelij declarauit in Christo diuinã esse naturã, quod illi negabant: postea verò fuerũt Arriani, Manichęi & alij multi, qui diuersas hereses condiderunt.

✠ MORAL.

hominis vindicare iniuriam. Sed quia sacrilegiū in Deum vindicare contempſit, comprehendit eos prælium in Gabaa. i. ideo iustè captiuati sunt in prælio Gabaa, non quia vindictam exercuit contra filios Beniamin sicut ipsi putant. Ibi enim bene fecerunt, quia scelus sanguine vindicauerunt, & sic plus fecerunt ex naturali dolore, quàm ex amore iustitiæ. *Ex dis. Ga.* Gabaa, collis interpretatur. hæreticus autē putat se doctiorem quàm ecclesiā, & aliquid sublimius inuenisse. A diebus ergo colliū peccat Israël. i. ex quo deserens montes ecclesiæ descēdit ad hos colles, & in his collibus nō comprehendet eos prælium. Q. relictis montibus ecclesiæ generant filios iniquitatis in his collibus cū persequutio venerit diabolus suis parcit. Aliter sub interrogatione legitur:

Peccauit Israël à diebus collium, & ibi stetit? Sed nónne per ecclesiasticos viros debet contra eos prælium fieri, & eorum error destrui super filios iniquitatis? Qui si superati fuerint, promittit Deus quòd eos corripiat & erudiat: & contra magistros congregabuntur discipuli prius decepti, & videbunt correctionem propter duas iniquitates, quia ecclesiam reliquerunt, & falsas doctrinas adinuenerunt.

a *Ephraim.* ✠ RVPERT. Consuetudo hic terræ promissionis tangitur, vbi vitulæ cum cæteris animalibus, fruges terræ terere consueuerunt. Cùm autem grauissimo labore fatigantur, solent prodire ab area, iterum autem diligentes aream, eo quòd fruges in ea comedant, sponte ad aream redeūt. Igitur Ephraim similis est vaccæ vitulæ, quia didicit & aream terere, & nimia consuetudine amare quod docta est, licet triturationem laborem inferat. Sic & populus Israeliticus, licet frequenter affligeretur propter idololatriam, tamen voluntates suas & ingluuiem ventris sequi desiderans, vltrò ad idola reuertebatur. Magnam deinde iram sonat dicendo.

b *Et ego.* ✠ Pulchritudo nāque colli superbiā designat eorūdē peccantiū, & in peccatis suis complacentiū sibi. Porro, trāsitus, vindicta est eadē quā in Exodo legimus præscriptam his verbis: *Populus durę ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Exod. 33.

ALLEGO. Ephraim. i. aliquis eruditus in lege Dei, vt tereret aream scripturarū & meditaretur die ac nocte, cœpit abiicere iugum legis, & contendere contra ecclesiasticos viros ad subuersionem audientium. vnde dominus eleuatam ceruicem & sibi sublimia promittentem & iugo premet, & ipse transiens calcabit pedibus suis, & ascendet super eam, vt sciat se habere dominū. Iudas autē. i. vir ecclesiasticus, arabit terram cordis, in bono proficiēs. & Iacob. i. supplāntator vitiorū glebas, id est, histortiæ duriciem conteret & in partes spiritualiter diuidet, vt possint fruges reddere spirituales. Hieron. Hieron.

c *Arabit.* Decem tribubus propter idolatriam captiuatis, duæ tribus, & Iacob. i. qui de aliis tribubus sunt relicti, cœperunt corda sua arare & duritias frangere, vt bonum fructū in cultura Dei possent referre.

d *Seminate.* Adhuc seruat verba metaphoræ, & iubet vt seminēt in iustitia. i. obseruatione legis, & metāt in gratia euāgelij, vnde est, Pœnitētiā agite, & benefacite his qui oderunt vos. His qui ab ecclesia separati sunt, & falsi Christiani dicuntur, præcipitur vt agant pœnitentiam, & veteris testamenti seminēt iustitiā, vt in nouo metāt misericordiam & innouēt noualia bonorū operū: & quærant Deum, qui eos doceat veram iustitiam.

e *Tempus autem.* ✠ RVPERT. Hoc tempus reliquis Israël tunc erit cùm plenitudo gentium subintroierit. Tunc enim veniet Dominus & docebit eos iustitia iniquitate auersa, quemadmodum & Apostolus cùm dixisset, *quia cæcitas contigit ex parte in Israel, donec plenitudo gentium subintroierit*, quòd testimonium propheticum apponens, *sicut* (ait) *scriptum est*: *Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob.* Isa. 59.

f *Arastis impie.* Me hortante ad bonū, vos econtra cogitastis à me recedere & idola colere. Vnde, messuistis mortem & captiuitatem feciſtis venire. Hæretici errant impietatem malè docendo, & merito suæ iniquitatis & mendacij damnabuntur, *quæ enim seminat homo hæc & metet.* Hieron. Hieron. Haymo. Gal. 6. b.

✠ RVPERT. Aptissimè per similitudinē arātiū, metētium, & fructus suos comedētiū, pertinaciā incorrigibiliū denotat peccatorū, qui malè incipiēdo, in peius proficiūt, & peſſimè finiētes deficiūt. Sicut em̄ hæc per incremēta differūt, sic in peccatorib⁹ distātiā per incremēta peccati diuinū perpēdit iudiciū. Deniq;

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *idolo Michę & de vxore Leuitę in Gabaa mortuę fuerunt eodem tempore. & licet scribantur in fine li. Iudicum: tamen contigerunt cito post mortem Iosue, & de casu idoli declarauit Iud. xvij. & idem patet de alio casu, quia tunc temporis Phinees filius Eleazari sacerdotis erat summus sacerdos, vt habetur Iud. xx. sic ergo dicitur:* Ex die Ga. *quia à tempore quo Gabaa enormiter peccauit in vxore Leuitę, totus populus Israel peccauit in idolo Michę, quia permisit illud stare in tribu Dan vsque ad decem tribus captiuitatem, ideo subditur:*

1 Ibi steterunt. *quia idolum Michę in tribu Dan stare permiserūt, & iuxta hoc sit hic memoria de peccato Gabaa arguendo populū Israel qui fuit ita sollicitus de vindicanda iniuria humana, & tamen neglexit vindicare iniuriam diuinam, licet enim benefecerit in primo scilicet pugnando contra Gabaonitas: tamen magis tenebatur ad secundum, scilicet ad amouendum idolum de tribu Dan, & pro ista negligentia fuit punitus in pugna contra Gaba onitas, à quibus fuit bis turpiter debellatus, licet vicerit in tertio conflictu. & hoc est quod subditur:*

2 Non comprehendet eos. *id est, Gabaonitis quibus non praualuerunt prima vice & secunda.*

3 Iuxta desiderium. *per regem Assyriorum.*

4 Congregabuntur super. *s. multi cum rege Assyriorū venientes.*

5 Cum corripientur. *i. propter duos vitulos quos iniquè coluerūt.*

6 Ephraim. *id est, regnum Israel.*

7 Vitula docta, *id est, similis est vitulæ, quæ consueuit triturare, id est, executere granum in area ex conculcatione sua. Sic enim teruntur messes in terra illa. Vitula autem talis diligit locum triturę, quia consueuit ibi comedere ad libitum suum secundum illud Deuteronom. xxv. a* Non ligabis os bouis triturantis: *& ideo non vult exire de loco illo, licet percutiatur: & si exit cito reuertitur. sic populus Israel fuit frequenter flagellatus à Deo propter idololatriam, & tamen non dimisit eam, & si aliqui dimiserint, hoc fuit tantum ad horam. Litera autem Hebraica planior est, quæ tal s est: Ephraim vitula stimulata diligit triturare, id est, locum triturę non dimittens illum pro stimuli punitione.*

8 Et ego transiui. *totaliter subiugando Assyriorum regi.*

9 Ascendam super Ephraim. *id est, faciam ascendere regem Assyriorum super ipsum, ita quòd ponet pedes super eius collum. Ille enim quis est simpliciter debellatus dicitur suppeditatus.*

10 Arabit Iudas. *Hic ponitur correctio duarum tribuum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hic correctio. secundò x. tribuum obstinatio, ibi:* Arastis. *Circa primum sciendum, quòd duæ tribus videntes x. tribus captiuatas propter peccata sua, disposuerunt se ad bonum adhortante eas Ezechia rege earū. ideo dicitur:* Ara. Iu. *i. disponet se ad laborē pœnitētiæ & ad opera veritatis & misericordię, ideo subdit.* Diuisio.

11 Seminate vobis in iustitia, &c.

12 Tempus autem requirendi. *per bona opera.*

13 Cum venerit qui. *s. rex Ezechias, sed quoniam Ezechię succeſsit Manasses filius eius, qui fuit peßimus, & idola posuit in domo domini, id est, ideo subditur.*

14 Arastis imp. *id est, disposuistis vos ad malè agendum, sic exponunt aliqui continuando ad literam præcedentem. Sed quia in fine concluditur: Sic fecit vobis Bethel, in qua adorabatur vitulus qui erat in regno Israel & non Iuda, patet quòd hæc litera non continuatur præcedenti, sed dirigitur ad populum decem tribuum. propter quod sciendum quòd hic:* Arastis. *Incipit alia pars in qua post correctionem duarum tribuum prædictam reuertitur propheta ad ostendendum obstinationem in malo decem tribuum, dicens:* Arastis impi. *cogitando malè agere.*

cum profito peccati opere corruptus laborat animus, versātque cogitatu intimo qualiter voluntatem impiam ad operis perducat effectum, aranti vel seminanti similis est. Cùm autem expleto iniquitatis opere, exilit lætabundus quòd malè fecerit, & exultans in rebus pessimis, similis est metenti, cùm deinde ad hoc etiam eruperit, vt superbo spiritu, sua peccata cōtra redarguentem legem Dei defendat, & securus incedat corde impœnitenti, simili est ei, qui post messem reconditos fructus comedit. Sic Adam impietatem arauit, quando Dei similitudinē appetiuit. Iniquitatē messuit, quando propositum sibi præceptum trangressus est. Comedit fructum mendacij, quando in ipso peccato sibi complacuit.

a *Quia confisus.* Hæreticus in falsis sententiis suis confidit, & in illis quos falsa scientia roborauit: & idēo consurget tu. in populo quia quidquid loquitur non ratio, sed clamor & tumultus est, & omnes omnes mu. t. ya. Non enim testimoniis scripturarum, sed arte diaboli & argumentis Philosophorum confidit.

In hoc notantur duces hæreticorum, qui altare Dei sibi conati sunt vendicare. Vnde qui dixerunt, Hereditate possidebimus san. Dei. Falsa deceptis prædicantes populis, vt non quærant verum panem qui descendit de cælo. Psal. 82. b. Ioan. 6. e.

1 b *Matre super filios*
2 *allisa.* Vt quomodo Iudic. 8. d.
3 Salmana interfecit fi-
4 lios coram matribus
5 ipsis quoq; matribus
6 super filios occisis,
7 sic & filij tui ó E-
8 phraim tecum inter-
9 ficiētur. Vnde & Ge-
10 deon dixit ad princi-
11 pem Madian: *Quo-*
12 *niam absque liberis fe-*
13 *cit gladius tuus multas matres, sic sine liberis erit mater tua.* † facier.

c *Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ, &c.* Hoc propriè hæreticis aptatur. Sicut faciet vobis ecclesia vestra, quam vocatis domum Dei. Sed ex quo à vobis tenetur, non domus Dei, sed Bethauen, id est, domus idoli est vocanda propter malitiam vestram.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iniquitatem messuistis. *implendo opere.*

2 Frugem mendacij comedistis. *acquiescendo falso prophetæ.*

3 Quia confisus es in viis tuis. *id est, mittendo nuncios ad regem Aegypti, vt rebellares Assyrijs, quod fecit* Oze *4. Reg. 21.*

4 Et in multitudine fortium tuorum. *magis confidens de eis quàm de Deo, propter hoc subdit.*

5 Consurget tumultus in populo tuo. *id est, sonus confusus fugientium de prælio.*

6 Et omnes munitiones tuæ. *in quibus confidebas.*

7 Vastabuntur, sicut vastatus est Salmana. *Iudic. 8. d. scribitur, quòd Gedeon debellauit Zebee & Salmana principes Madian, & captos occidit eo quòd interfecerant fratres suos in Thabor: & secundum hoc exponitur hæc litera:* Sicut vastatus est Samana. *princeps Madian.*

8 A domo eius. *id est, à Gedeone & sociis eius: de quo dicitur.*

9 Qui vindicauit Baal. *id est, vindictam accepit de eo, quia suffodit altare eius & lucum succidit, Iudic. 6. e.*

10 In die prælij. *refertur ad illud:* Sicut vastatus est Salmana. *scilicet, In die prælij Gedeonis cum ipso.*

11 Matre super filios allisa. *id est, eo quòd occiderat fratres Gedeonis & matrem eorum cum ipsis secundum Hebr. alia est hic sententia & litera licet ad eandem conclusionem. Ad cuius intellectum sciendum quòd in Hebræo, non habetur hic Salmana, sed Salman: Nec est nomen proprium secundum eos, sed appellatiuum & significat pacificam seu quietam. hoc etiam videtur, quia Salmana quod est nomen proprium incipit per literam Sade. Salman verò hic scriptum incipit per literam Sin. Item pro eo quòd habemus: A domo eius, qui vindicauit Baal. In Hebræo habetur: A domo iudiatoris: Est igitur hæc litera: Sicut vastata est pacifica à domo insidiatoris, est sensus: Sicut gens pacifica & quieta non timens sibi de periculo vastatur ab insidiatore & eius familia irruente subito super gentem improuisam, quæ credebat esse in pace & quiete, sicut legitur de vastatione Laiś, Iudi. 18. g. In die prælij sic insidiosè commissi*: Matre super filios. *tales enim latrones non solùm solent interficere mares, sed etiam fœminas ne accusentur, & sic occidunt matres cum filijs, & est intentio prophetæ, quod sic fiet 10. tribubus pro peccatis suis, ideo subditur.*

12 Sic fecit vobis Bethel. *id est, sic meruistis.*

13 A facie malitiæ nequitiarum vestrarum. *id est, propter nequitias vestras ibidem factas adorando vitulum.*

✠ CAP.

ADDITIO I.

In cap. 10. vbi dicitur in postil. Circa primum dicitur: Diuisum est cor eorum.

Quod dicitur hìc: Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: *videtur planè concordare dicto saluatoris, Luc. 11. c. vbi dicitur:* Omne regnū in se diuisum, desolabitur. *Ex quo enim habebant multa & varia idola, vt paulo suprà dicitur: Iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulacris, consequens erat, vt diuiderentur in eorum culturis, & sic prædictum peccatum contrahebat secum diuisionem.*

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Ad vaccas Be.

Vi nos habemus ad vaccas Bethauen, *in Hebr. habetur: Ad vitulos Bethauen: quod magis concordat cum casu præsenti, quia Ephraim vitulos colebat.*

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in postilla. Seminate vobis in iustitia.

Vbi nos habemus in hoc loco: Cùm venerit, qui docebit vos iustitiam. *in Heb. habetur: Donec veniat, qui doceat vos iustitiam, quod intelligendum est propriè de Christo, qui impios iustificat ipsius gratia, vnde ad Rom. 3. d.* Iustificati gratia ipsius: *& continuatur ad præcedentia sic. Nam hic propheta hortatur populum Israeliticum in generali, vt dissonat se ad receptionem Christi & hoc per obseruationem legis sub qua erat, de quo dicit:* Seminate vobis in iustitia: *quia vera obseruatio legis disponebat ad legem Christi, sicut seminatio ad messem, ideo subditur:* Metite in ore misericordiæ: *Lex enim Christi præcipuè in misericordia commendatur. vnde Matth. 9. b.* Nonne legistis: Misericordiam volo & non sa &c. *& quia tempus aduentus Christi non erat ita propinquum, sicut tempus seminationis appropinquat tempori messis statim sequentis, ideo subdit:* Innouate vobis nouale. *q. d. Hæc seminatio frequentanda est & continuanda, donec veniat plenitudo temporis, de quo dicit:* Tempus autem requirendi dominum, donec ve. &c. *scilicet, Christus sol iustitiæ. Sed quia ipsi exhortati oppositum fecerunt, cum pro maiori parte legem Christi non receperunt, ideo subditur:* Arastis impieta. iniquita. messuistis. *q. d. non arastis iustitiam: prout vos exhortabar in obseruatione legis, sed potius impietatem, quia verba legis non ad declarationem veritatis Christi, sed extortè exponebant, vt patet in quamplurimis locis: vnde & merito iniquitatem messuistis.*

CAPVT XI.

A a Sicut mane. ✠ THEOPHYLACTVS. Quando,inquit,expectarunt Assyriorum auxilium, vt ipsis appareret instar diluculi in nocte constitutis, tunc abiecti sunt in Babylonē captiui, Vel,quia celeriter,ac breui post tempore,perniciem sustinebūt: diluculum enim non perinde longum tempus continet,quando sol ortu suo insequēs, diem facit.

† In aurora excidendo excidetur rex Israel, & est finis præce.cap.

✠ RVPERTVS. Sensus iste est. Rex Israel nō nisi Deus esse debuerat, & Christus Dei filius, quem patriarcharum fides expectauerat. Vnde dixit Samueli, *Non te abiecerunt, sed me, &c.* (1.Reg. 8.) Verùm, nequaquam expectauit legitima tempora regni Dei, quisquis in Israel regnare potuit,sed certatim in alterutros insurgendo,regésque alios percutiēdo, alij regnauerunt,quousq; Herodes regnaret, q nō erat de genere Israel. Tunc enim Christus natus,cuius regnum non transit,sed in æternum permanet. B

† hominū. † pabulum.

CAPVT XI.

a ¶Ortus auroræ. b ¶Ita celeriter. c ¶Hosee captus ab hostibus. d ¶Decem tribuum. ¶Exponit beneficia, quæ Deus eis contulit in patriarchis. ¶Erat in Aegypto idola colens.

Sicut † mane transit, pertransit rex Israel 1 2
quia puer Israel, & dilexi eū, & † ex Ægy- 3

a ¶Per Moysen. b ¶Primogenitus meus Israel. c ¶Moyses & Aaron, vt exirent de Aegypto.

pto vocaui filium meū. Vocauerūt eos sic 4 5 6

a ¶Sed vocati terga verterunt in deserto idola colentes. b ¶Insuper tempore Achab in terra promissionis diuersis idolis immolabant.

abierūt à facie eorū. Baalim immolabant,

a ¶Quia pater eram: per diem abscondi eos nube, ne æstuarent per noctē illuminaui, ne tenebris terrerentur. b ¶Ne læderentur in solitudine. vnde: Expandit alas suas & assu.

& simulacris sacrificabāt. Et ego quasi nutrius Ephraim portā- 7

a ¶Cum fecissent caput vituli dedi eis locum poenitentiæ, & ignorauerunt quòd vellem eos mundare ab idolis suis. b ¶Id est, quo affectu feci Adam sanctum, eadem dilectione volui istos sanctificari. Quod exponendo subdit: in vincu. charitatis, id est, affectu dilectionis.

bā eos in brachiis meis, & nescierūt, q curarē eos. In funiculis 8 9

a ¶Auferens ab eis iugū cæterarum gentium.

† Adā trahā eos, in vinculis charitatis. Et ero eis † quasi exaltās 10 11

a ¶Id est, legem meam, quam sicut maximum iugi pondus portauerunt. b ¶Dedi eis manna in deserto, non quòd Deus ad eum declinauerit, sed manna declinare fecit.

iugū super maxillas eorū, & declinaui ad eū † vt vesceretur. Nō 12 13

Superius dixerat transire fecit Samaria regem super faciem aquæ, eandem rē explicat sub alia similitudine. Est enim mane ortus auroræ, & principiū diei à fine noctis vsque ad ortū solis. (Sup.10.b. Hieronym.)

Hæretici sicut diluculum transibunt, & rex eorum, id est, diabolus, vel heresiarcha, quos in infantia quando crediderunt & erant paruuli & Christiani dicebantur, dilexit Deus, & per doctores ecclesię vocauit de tenebris Aegypti. Sed vocati recesserunt à facie eorum, & adorauerunt Beelphegor, id est, vitiis suis & libidini seruierunt, & postea immolabāt simulacris, quæ sibi confixerunt. Singuli enim hæretici habent deos suos, & quodcunque fingunt colunt, quasi sculptile & conflatile. (Hieronym.)

Hoc testimonio vtitur Matthæus, quādo ex præcepto angeli ex Aegypto redit Iesus cum matre ad terrā Israel, quia hæc typicè referuntur ad Christum, tamen qui typum habuerunt saluatoris, non per omnia opera sua eum figurauerūt. Typus enim partē indicat. Quod si totū præcedat in typo, iā nō est typus, sed historię veritas appellāda. Spiritualiter autē Deus filiū ex Aegypto vocauit, quando in ascensione ad dexterā suam collocauit. (Matth.2.d. Typicè.)

b *Et ego qua.* ✠ THEOPHYLACT. Tātam ego benignitatem eis ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix. Et quemadmodum C illa aliquem infantem in manus acceptura, pedes eius colligit, vel eum primùm veluti in pedes erigit, sicq; eum subleuat: non dissimilem ad rationem ego feci, ac veluti pedes eorum colligens, assumpsi super dexteram meam, &c. Nō reliqui eos vagari citra ordinē, citra ve legislationem, sed collegi palantes ipsos, legē ipsis ferendo, & brachium meum, id est, robur meū ipsis pro auxilio in bellis exhibēdo, quod imbecillitatem eorum baiularet. D

† Matt.2.d.

Intantū dilexi eos, & tā clemēs pastor fui, vt morbidam ouem humeris meis portarē. Ipsi verò ignorauerūt, quòd mea passione curarem eos, & qui amator sum omnium, vinculis charitatis traherem eos ad credendū. vnde: *Nemo venit ad me nisi pater, &c.* & arbitrati sunt iugū meū, quod suaue est, esse grauissimum: & declinaui ad eum, deferens cęlum, vt cum eis habitarem, & assumpta hominis forma dedi eis escam corporis mei. (Allego. Hieron. E Ioan.6.e.)

† sicut, qui aufert iugū à ceruice eorum.

c *Infuni.* ✠ RVPERTVS. Incarnationem vnigeniti filij sui Deus pater hominibus repromittit. Tunc enim in funiculis Adā traxit nos, vtpotè factus filius Adam siue filius hominis, qui funiculi sunt charitatis. In eo nāq; quòd factus est ex carne Adam filius hominis, miro modo nos sibi colligauit, & traxit ad se in funiculis charitatis, & ex eo scimus, quòd curet nos.

Alia translatio. In funiculis hominum, id est, ea charitate qua astrinxi mihi Abrahā & Isaac & cæteros, coniūgā & istos mihi. (Hieronym.)

d *Non reuer.* ✠ THEODORETVS. Non effugient Assyrij dominatum, millies licet in Aegyptum fugiant: causa malorum illi extitit. Quamobrem etsi multitudine, & omni genere armorum vtitur, nihil tamen virile edet, at potius ex malis consiliis capiet factum, longissiméque à suis terris abducetur, postea omnia pretiosa aduersariis tradam, & continuò deprimam.

LXX. Habitabit Ephraim in Aegypto.

HIERONYMVS. Sub Manahen rege 10. tribuum voluit fugere in Aegyptum à facie Sennacherib; Sed captus est ab illo, qui & dominatus est illius iure victoris. Vel reuersus dicitur quando in terra sancta deos Aegyptios adorauit. (4.Reg.15.d. F)

Heretici dicūt se habere terrā sanctā & ecclesiā saluatoris, sed ☞ peruersa

NICOLAVS DE LYRA. Cap. XI.

✠ 1 Sicut mane. *Hic increpatur populus pro secunda ingratitudine quæ accipitur respectu beneficij eductionis populi de Aegypto & deductionis per desertum: & licet istud beneficium præcesserit tempore beneficium positum capit. præcedent. non tamen intentione, quia ad hoc facta est eductio populi de Aegypto, vt induceretur in terram lacte & melle manantem. Præterea sicut frequenter dictum est in sacra scriptura frequenter prius facta posterius scribuntur. Præsens igitur cap. in duas partes diuiditur: quia primo ponitur populi vastatio pro sua ingratitudine. secundò ponitur eiusdem consolatio ex diuina dulcedine, ibi:* Quomodo: *Circa primum dicitur:* Sicut mane tran. *velociter.*

2 Pertransit rex Israel. *id est, regnum Israel cito deficiet, & hoc pro ingratitudine beneficij accepti. quod notatur cum subditur,*

3 Quia p. If. *pueritia huius populi attenditur secundum tempus exitus de Aegypto, vt frequenter suprà dictum est: ideo sequitur,*

4 Et ex Aegypto vocaui filium meum. *vnde Exod.4.e. dicit dominus:* Filius meus primogenitus Israel.

5 Vocauerunt eos. *scilicet, Moyses & Aaron & alij prophetæ frequentes exhortando populum ad bonum.*

6 Sic abierunt à facie eorum. *id est, retrocedentes à monitis eorum, ideo sequitur:* Baalim immol.

7 Et ego quasi nutritius. *sicut nutrix portat infantulum.*

8 Et nescierunt. *id est, se nescire simulauerunt.*

9 Quod curarem, &c. *id est, gererem curam de eis beneficia exhibendo, & in hoc apparet ingratitudo eorum.*

10 In funiculis. *id est, in beneficijs exhibitis, quæ attrahunt cor hominis & sunt quædam vincula dilectionis.*

11 Et ero eis. *id est, subleuans laborē eorū sicut auriga quando videt bouem onere depressum, subleuat iugum, vt alleuiatus vires resumat ad laborandū. sic dominus filios Israel afflictos in deserto recreauit beneficijs: educendo eis aquā de petra, & similia, vt melius laborē itineris tolerarēt.*

12 Et declinaui. *dando de cælo manna. Exod.16.*

13 Non reuertetur in terram Aegypt. *sic enim fuit iniunctum populo, vt non reuerteretur amplius in Aegyptum quærendo amicitias Aegyptiorum: sed quia transgressi fuerunt hoc, vt dictum est cap. præcedenti, ideo sequitur* ✠ Et

MORALITER.

✝ 1 *Sicut m.* Hic arguitur ingratitudo secunda secundum ordinem scribentis: fuit tamen prior secundum ordinem temporis. s. de beneficio eductionis de Aegypto, & deductionis per desertum, & nutritionis manna cęlestis quibus ingrati fecerunt vitulum conflatilem & eum adorauerunt, & postea ad illius similitudinem Ieroboā rex Israël duos vitulos aureos fecit, & ad adorandum eos populum induxit, vt habetur iij. Reg. xij. propter quod rex & populi translati fuerunt in Assyrios iij. Reg. xviij & sic dicitur hic: *Sicut ma. per.* Per hanc autem ingratitudinē populi Israel significatur ingratitudo religiosorum, qui de seculo, tenebris culpę & ignorantiæ pleno, tanquam de Aegypto vocati sunt ad locum religionis sanctum, & ibi nutriti corporaliter, & frequenter magis lautè quam in domibus paternis, & etiam spiritualiter manna eucharistiæ, & spiritualibus documentis, & sanctorum virorum exemplis; & tamen aliqui beneficiorum istorum ingrati conuertuntur ad idololatriam, cuiusmodi sunt carnales & gulosi, facientes de ventre suo Deum suū, sicut dicitur ad Phili.iij.d. *Quorum Deus venter est,* & proprietarij qui Deum suum faciunt de auro & argento absconditè sublato, & sic de aliis, propter quod captiui ducuntur ab inimicis ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine. ✝ MORAL

☞ peruersa fide semper sunt in Aegypto. quia ergo habitauit in Aegypto, sensus magnus, id est, Assyrius erit rex eius. A

Noluit enim Ephraim reuerti ad ecclesiam. & virtute, id est, Christo perdita, semper in lāguore versatur, dæmonibus & perturbationibus subiacens. ideo gladius, id est, sententia spiritualis, vel sermo ecclesiastici viri debellans eos, semper versabitur in vrbibus eius quas impiè cōstruxit contra Deum: & populus deceptus in cultu suo pēdebit incertus quid agat. Et cum nullum remediū inuenire poterit, tunc sero pœnitens optabit meum reditum, hoste iam cuncta vastante, & tunc non proderit ei.

† surculos. † suspensus est propter auersionē. † tradam. † De pœni dis. 1. c. sed & continuo.

a *Iugū au.* Aliis gladio interemptis, illis, qui remanserint imponetur iugum grauissimę seruitutis pro magnitudine peccati, qa vsq; hodie sunt in montibus Persarū. B

† inualuit.

Potest hoc referri ad tēpora Romanorū, quando Iudæi vltima captiuitate dānati sunt.

a ¶Verba comminantis. b ¶Sennacherib. c ¶Et hoc ideo.

reuertetur in terram Aegypti, & Assur ipse rex eius quoniam 1

a ¶Confisi potius in hominem quam in Deum. b ¶Per pœnitentiam. c ¶Ergo. ¶Subaudis interficere. d ¶Hostium. e ¶Non modo in agris & possessionibus. 2

noluerūt cōnuerti. † Cœpit gladius in ciuitatib9 eius, cōsumet 3 4

a ¶Ipsos principes, qui iure capitis alios regunt, vel capita consilia eorum.

electos † eius † & comedet capita eorū. Et populus meus † pē- 5 6
debit ad reditū meū. Iugū autē imponetur eis simul, quod non 7 8

a ¶Quomodo sine dolore possum te dare in captiuitatem. b Quomodo. ¶Si vt pater volo te protegere, non inueniam te dignum protectione.

auferetur. Quomodo dabo te Ephraim, † protegam te Israel? 9 10 11

a ¶Licet non sine dolore, redigam te in solitudinem, & vsque ad cineres, sicut Adama & Seboim, & cæteras ciuitates Sodomorum. b ¶Misericordia vincitur, austeritatem iudicis mitigat pietas patris: viscera misericordiæ non possunt pati, vt deleatur populus.

Quomodo dabo te? Sicut Adama ponā te, vt Seboim. Cōuersū 12 13

a ¶Cum ita dicerem. b ¶Pœnitet me populum meum delere.

est in me cor meum pariter † conturbata est pœnitudo mea. 14

a ¶Ergo. ¶Vt deleam. b ¶Secundum. c ¶Clementia mea. d ¶Non perdam quantum in me est. ¶Non percutiam, vt disperdam in perpetuum, sed vt emendam: crudelitas mea pœnitentiæ & pietatis occasio est: hoc ideo, quoniam Deus ego. Homo punit vt perdat, Deus vt emendet. Si poenitere volueris ero in medio tui sanctificans & saluans te.

Nōn faciam furorem iræ meæ. Nōn conuertar, vt disperdam 15 16
Ephraim, quoniam Deus ego & non homo. In medio tui san- 17 18

a ¶Alienæ Gentis, subaudis, vt te deseram. b ¶Vox prophetæ. c ¶Quia dominus ex misericordia veniam & prospera promittit, si conuersi eum imitabuntur.

ctus, & non ingrediar ciuitatem. Post dominum ambulabunt, 19 20 21

a ¶Tunc. ¶Quia sagena domini capientur de mari huius seculi.

Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet et formidabunt filij † maris: 22 23 24

b *Quomodo dabo, &c.* ✠ THEODORETVS. Cùm superiores terrores eis iniecit atq; denunciauit, rursus misericordibus verbis vsus est, sermocinationis varietate vtilitatem eis architectans. *Quid faciam tibi Ephraim:* Quomodo, inquit, ô Ephraim, te ipso vtor? Ego te defendere studeo, verùm non me hæc facere sinunt tua impia scelera. Quare, *sicut Adama ponam te, & sicut Seboim, &c,* quæ vnà cum Sodoma & Gomorra deflagratæ sunt.

Cum ex supradicta cōminatione videretur dura Dei sententia non relinquens locum pœnitentiæ, nunc affectu pij patris loquitur, qui incorrigibili filio post verba addit verbera. (Hieronym. C)

Inter quinque subuersas vrbes, maiores in scelere & in pœna fuerunt Sodoma & Gomorra, quibus duabus comparantur duę tribus peccantes. Vnde in Isa. *Audite verbum domini principes Sodomorum, & percipite legem Dei populus Gomorræ.* Et Ezechiel: *Iustificata est Sodoma ex te.* Quia ergo duæ tribus templum habebant & ibi idola colebant, magis peccantes maiore pœna dignæ sunt, quàm decem tribus, quæ longe à templo & ab Ierusalem erant. Duæ igitur tribus, Sodomæ & Gomorræ iustæ comparantur: decem verò Adamę & Seboim, quæ minores, subiectæ maioribus, earum exemplo corrumpebantur: & ideo minus puniendæ. (Isa.1.c. Ezech.16.f.) D

Similiter & ecclesiastici viri, si eisdem criminibus quibus hæretici contaminantur, non Adamæ & Seboim, quæ minores, sed Sodomæ & Gomorræ, quæ maiores sunt comparantur. Ad hæreticos autem & ad populum deceptum dicit dominus, quia non pœnitēt ponentur sicut Adama & Seboim, & nullā spē salutis habebunt. Sed iterū pius pater mutat sententiam & pœnitet, quòd talia sit locutus. In quo ad cōuersionem & pœnitentiam vocat.

† Cadet, vel manebit. Gene.19.f. † propter cōsilia eius

c *Non conuertar vt disperdam Ephraim.* quantum in me est, Deus ego, subaudis: lapsis manum porrigo, errantes reuoco. Et quia sanctus sum ideo nō ingrediar ciuitatem, id est, conciliabula hęreticorū, sed exeuntes ab illis suscipiam. Vel, non ingrediar ciuitatem, quæ sanguine & scelere fabricata est, sicut Cain primus parricida, ædificauit ciuitatem nomine filij sui Enoch. Sed manebo in ciuitate, quæ cœpit ab Abel. (Hieronym. Haymo. E Gene.4.c.)

† ab Occidente.

d *Quoniam Deus ego, &c.* ✠ RVPERTVS. Homo dum irascitur, accepta iniuria profundè læsus, eo totus intendit, vt vindictam exigat, & de pœnis satietur eius, qui læsit. Nec enim pœnitentiam, sed solam quærit vindictam. Ego autem Deus sum in medio tui sanctus, non pro furore vindictam aut pœnam, sed pro misericordia peccatorum desiderans pœnitentiam.

e *Quasi leo.* Vnde Amos: *Dominus ex Sion rugiet.* minando rugiit dominus cū dixit: *Sicut Adama ponā te.* & iterum: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonū excidetur, & in ignem mittetur.* Rugiet quando dicet: *Discedite à me operarij iniquitatis.* Cum leo rugit, volatilia, & bestiæ terrore vocis, gradu fixo se mouere non possunt. Ita domino comminante filij maris, id est, huius seculi tempestuosi, pauent & vadunt ad nidos suos, id est, ecclesias in quibus cum eis habitabit. Hoc Iudæi ad aduentum Christi quem adhuc præstolantur referunt. Sed nos iam transacta videmus, quòd & de Aegypto, & ab Assyriis, id est, ab Oriente & ab Occidente, ab Aquilone, & Meridie veniunt quotidie, qui recumbunt cum Abraham & Isaac & Iacob in cælorum regno. (F Hieronym. Amos 1.a. Matth.3.c. Luc.13.f. Matth.8.b.)

☞ Aliter.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Assur ipse rex eius. *ipsum subijciendo sibi & captiuando.*

2 Quoniam no. conuer. *ad bonum secundum monita prophetarum.*

3 Cœpit gladius. *scilicet, deuorare habitatores ciuitatum eius.*

4 Et consumet electos. *id est, bellatores robustos.*

5 Et populus me. pen. *id est, suspensa & confusa mente remedium expectabit.*

6 Ad reditum me. *scilicet, per exhibitum beneficium, quod ab eis subtraxi. Et quia ibi fuit longus temporis tractus, ideo subditur.*

7 Iugum autem. *id est, grauis seruitus ab Assyrijs.*

8 Quod non aufere. *quia captiuitas 10. tribuum non fuit reuocata de Assyrijs, sed captiuitas duarum fuit reducta de Babylone.*

9 Quomodo. *Hic ponitur populi consolatio ex diuina pietate, Ad quod ostendēdum primò excluditur populi meritum, cum dicitur in persona Dei. e.* Quo. da. te. Ep. *in manibus aduersariorum sicut meruisti.*

10 Protegam te. *ab aduersarijs, quod non meruisti.*

11 Quomodo da. te? *& respondet.*

12 Sicut Ada. *id est, secundū demerita tua deberes in perpetuum deleri & subuerti absq; reparatione aliqua, sicut istæ duæ ciuitates Adama & Seboim fuerunt funditus subuersæ cum Sodoma & Gomorra.*

13 Conuer. est in me. *id est, non puniui te secundum totum rigorem iustitiæ meæ.*

14 Contur. est pœ. m. *id est, commota est super te misericordia mea.*

15 Non faciam furorem. *id est, rigorem iustitiæ meæ.*

16 Non conuertar. *ab intentione misericordiæ.*

17 Vt disperdam Ephraim. *id est, totaliter deleam absque reparatione.*

18 Quoniam Deus ego. *qui punitionem ad correctionem facio.*

19 Et non homo. *qui punit ad interitum & ad vindictam.*

20 In medio tui sanctus. *id est, te sanctificans.*

21 Et non ingrediar ciuitatem. *id est, cultum meum non ponam in vna ciuitate tantum, sed per totum mundum: & est hoc impletum tempore gratiæ in quo sacrificium ecclesiæ offertur vbique, & non in vna ciuitate tantum sicut fiebat tempore ve. te. extra enim Ierusalem non erat locus sacrificij: & propter hoc dixit dominus Mala.1.c. A solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur & sacrificatur nomini meo oblatio munda: propter quod dixit saluator Ioan.4.a.* Venit hora in qua non in monte hoc neque Ierosolymis, *scil cet, tantum* adorabitis patrem, *sed vbique. ideo subditur:* Sed veri adoratores erunt, qui adorabunt patrem in spiritu & veritate. *Spiritus enim est Deus, qui loco non circumscribitur nec ad locum determinatur.*

22 Post dominum ambulabunt. *ei obediendo.*

23 Quasi leo rugiet, quia ipse rugiet. *hoc exponit Ra. Sa. de messia futuro: & quantum ad hoc, quòd de Christo exponit bene dicit, sed quod dicit futurum iam est impletum, quia Christus, (qui dicitur,* leo de tribu Iuda: *Apocalip.5.b.) rugijt clamore suæ prædicationis in se & apostolis.*

24 Et formidabunt filij maris. *id est, homines seculi huius, quod est quasi mare procellosum,*

17 Vt ✠ 1 Et

Aliter. Cum verus leo rugierit, falsus leo, qui est aduersarius noster tremet & non poterit os aperire ad prauum dogma: & qui ab eo fuerant capti rugitu, id est, comminatione veri leonis soluti, sequentur Deum suum: & filij maris, qui in amaritudine & falsis aquis hæreticorum sunt procreati formidabunt & ab illis reuolabunt ad Deum: vt qui sub hæreticis laborauerunt requiescant in ecclesiis à quibus aberrauerāt. Aegyptus, tribulatio vel angustia; Assyrius, dirigens vel arguēs: ab his liberabuntur hæretici, cum habitauerint in domibus suis & dixerint malis patribus: *Relinquetur vobis domus vestra deserta.*

†formidabunt.

Matt. 23. d.

a *Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba.* THEODORETVS. Perinde cum cæterę aues, tum maximè columbæ, expeditissimo volatu vtentes, facilè in suos nidos reuertuntur: ita vos alios hinc, alios illinc facilè reuocabit. Per hæc significat reditum sub Zorobabel factum, nam alij ex Babylone reuerterunt, ac vrbem Hierusalem ex Cyri Persæ lege reædificauerunt; alij etiam in Aegypto diuersantes: confidentia ducti, redierunt

a ¶De mundo ad cælum tendentes. b ¶Simplicitatem columbæ imitantes. ¶Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. & v. & r.

a Et †auolabūt quasi aūis ex Ægypto, & quasi cōlumba de terra 1

a ¶Dæmonum. b ¶In ecclesiis, vel in cælestibus mansionibus.

Assyriōrum, & collocabo eos in dōmibus suis, dicit dominus. 2

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et auo. qua. auis: ex Aegy. & quasi co. de ter. Assy. *id est, velociter venient ad fidem, quod impletum est à tempore apostolorum à quo fides Christi publicata est per vniuersum orbem, sicut plenius declaratum fuit super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit, &c. *& multi non solum de gentibus: sed etiam de Iudæis regni Iudæ & regni Israel per orbem dispersis conuersi sunt ad fidem.*

2 Et collocabo, &c. *id est, in ecclesiis vbique per orbem terrarum ædificatis, & postea in cæli mansionibus: Ioan. 14.* In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c.

ADDITIO I.

In ca. 11. vbi dicitur in postil. Ideo subditur. Ex Aegypto, &c.

Glosa super hoc verbum: Ex Aegyto vocaui filium meum: *non est hic prætermittenda, quæ sic dicit:* Hoc *testimonio vtitur Matthæus quando ex præcepto angeli ex Aegypto redit Iesus cum matre ad terram Israel, quia hæc typicè referuntur ad Christum, tamen quia typum habuerant saluatoris, non per omnia opera sua eum figurauerunt, typus enim partem indicat: quod si totum præcedit in typo, iam non est typus, sed historiæ veritas appellanda. Hæc in glos.*

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Et populus meus pendebit:

Litera Hebræorum in hoc loco est aliqualiter obscura, tamen rectè consideranti videtur sic trāsferenda. Et populus meus suspensus est ad rebellionem meam, & ad altum vocant eam, simul non exaltabitur: *Cuius sententia talis esse videtur, quòd populus ille, qui vocabatur à prophetis ad altum, scilicet, ad emendationem vitæ, semper erat in hoc suspensus, id est, non rectè intendens sed tendens ad rebellionem, vnde nunquam simul tendebant in altum, ad quod vocabantur.*

CAPVT II.

a *Circūdedit.* RVPERTVS. Quinta iam declamatione peccata populi sese iustificare volentis, sermo propheticus accusat, & ante tribunal suum reum adducit maiestas, cuius manus non est, qui effugiat, si iudicio cum hominibus contendat, *Circūdedit me, &c.* Secundum euidentē literę sonū ad illa tempora lectorē mittit, quando Hieroboam, qui erat de tribu Ephraim, vitulos aureos fecit. Tūc enim & ipse in negatione, & domus Israel in dolo Deum circundedit, quādo eiusmodi consilium excogitauit tam ipse quàm Israel, quatenus depellerent à se domū Dauid, & vitulos pro Deo patrum suum colerent, eum negantes, qui Israelem eduxerat de Aegypto.

Hieronym.

ALLEGORICE. Circundant hæretici dominum in negatione sua, quicquid enim dicunt negatio & mendacium est, & in dolo quia quęcunque simulant artificioso sermone componūt. Iudas verò, id est, vir ecclesiasticus: non superbit, non inflatur, vt hæretici, sed humiliatur cum Deo, & cum choro sanctorum fidelis est.

Hieronym.

b *Iu. au.* Tradunt Hebræi, quia in egressu de Aegypto, cum ex parte vna mons altus, ex alia mare rubrum, ex alia hostes essent, cæteris tribubus desperantibus, vel reuerti in Aegyptum, vel bellare volētibus, solus Iudas ex pręcepto Dei fiducialiter est ingressus mare cū sanctis fidelibus Moyse

Ioseph. li. 2. Antiq. c. 11.

1 & Aaron. Vnde & † mēdaciis.
2 regnum hæc tribus
3 meruit habere. Ali-
4 ter. Decem tribubus †adhuc dominatur.
5
6 idola colentibus, Iu-
7 das, id est, duæ tri- †fidelis.
8 bus, quæ habebant
9 templum & legem Deo credentes & ei seruientes, descenderunt humiliando se, secuti vestigia Dei, sicut sancti patriarchæ & alij fideles.

c *Ephraim pascit ventum, &c.* Refert historia Manahen regem Israel pace facta cum Assur petisse auxilium ab Aegyptiis quod est pascere ventos, id est, decipere se vana spe ponendo spem in homine, & sequi æstū. i. ire ad meridianam plagam. & toto die. i. toto tempore nihil agere nisi ludere sibi & colēdo mendacium, id est,

Hieronym. 4. Reg. 15. d.

CAPVT XII.

a ¶Negauit me Ieroboam idola colens, & nihil diuinum mihi attribuens. Decem quoque tribus me deludere volebant colendo idola, quasi diuinum aliquid inesset. b ¶Ieroboam & reges post eum.

a CIrcundedit me in † nēgatione Ephrāim,

a ¶Populus regibus seruiens. b ¶Duæ tribus. c ¶Veritatis & virtutis Dei.

b & in dolo dōmus Israel. Iūdas autē † tēstis

a ¶Angelis patriarchis prophetis. b ¶Deo c ¶Circundedit me, Ideo. d ¶Fluctuans inter duas gentes.

c descēdit cū Deo, & cū sanctis † fidēlib' Ephrāim pascit vēntū,

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XII.

Diuisio.

1 CIrcun. *Hic incipit 12. c. secundum Hebraicā veritatem in quo populus 10. tribuum increpatur de tertia ingratitudine, quæ respicit beneficium impensum Iacob patriarchæ nō solū pro se, sed etiā pro posteris quo beneficio abusæ sunt 10. tribus erga Deū ipsum pro idolis dimittēdo, & erga fratres suos duarū tribuū eos multipliciter prosequendo, vt patet 3. Reg. & 4. in pluribus locis. propter quod in hoc ca. iuxta beneficium Iacob impēsum describitur ingratitudo & malitia 10. tribuū. & primò generaliter. secundò specialiter, ibi:* Si Galaad. *prima in duas: q̃a primò ponitur malitia populi, secundo misericordia domini, ibi:* Et ego dn̄s. *Prima adhuc in tres: q̃a primò malitia populi præmittitur. secūdò beneficiū* Dei *interponitur, ibi:* In vtero. *tertiò scriptura ad primū reuertitur, ibi:* Chanaā. *Prima adhuc in duas. quia primò ponitur 10. tribuū culpa. secūdò pœna, ibi:* Ephraim pascit. *Circa primū dicitur in persona Dei:* Circūde. me. *id est, me delusit.* 2 Ephraim. *i. Ieroboam primus rex de tribu Ephraim.* 3 In ne. *Dauid serui mei dicendo:* Non est nobis pars in Dauid, &c. *3. Reg. 12. g. Et in negatione nominis mei, dicendo de vitulis fabricatis. Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegy. Et quia Ieroboā induxit ad hāc negationem duplicē. primò tribū Ephraim, & consequenter alias nouem, ideò subditur.* 4 Et in do. *sed quia tribus Iuda stetit in veritate cultus diuini per lōga tēpora. ideo subditur.*
5 Iu. a. te. de. cum d. *in Hebr. habetur:* Iudas *autē adhuc potens cum Deo, quia licet diminutum fuerit regnū suum: tamen adhuc habuit potestatem super tres tribus. s. Iudæ Beniamin & Leui, quia sacerdotes & Leuitæ per regnum Israel dispersi in ciuitatibus sibi assignatis à Iosue, dimiserunt eas nolentes vitulos colere, & habitauerunt in regno Iuda vbi remanserat Dei cultus, ideo dicitur: Potēs cum Deo, id est, sanctus & fidelis implendo promissa, ideo subditur: Et cū sanctis fideli. quòd exponit Ra. Sa. dicens. i. cum Deo sancto & benedicto: & hæc expositio est multum consona fidei nostræ, licet præter eius intentionem: Hic enim exprimitur articulus sanctæ trinitatis: per hoc enim, quòd de Deo dicitur: Cum sanctis fideli. per nomen plurale quod coniungitur singulari innuitur rectè pluralitas personarum in vnitate essentiæ. Ad hanc expositionem potest trahi translatio nostra cum dicitur:* Iu. au. te. *s. veritatis per hoc, quòd retinuit cultum diuinum.* 6 Descendit. *per hoc, quòd eius regnum iuit diminutum, quia tamen cultum Dei retinuit, subditur.* 7 Cum Deo. *Hanc autem literā aliqui expositores nostri exponūt de fidelitate tribus Iudæ, quæ prima post Moysen intrauit mare rubrū, & sic dicitur:* Iu. au. te. *s. veritatis à Moyse dictæ:* Descen. *s. post eum in mare rubrum.* Cū Deo. *i. secundum mandatum diuinum.* Et cum sanctis fideli. *id est, cū Moyse & Aaron. Sed hæc expositio videtur falsa, eo, quòd in Hebræo non habetur fidelibus in plurali, sed fideli in singulari. Hæc etiam expositio nō habet consequentiam ad præcedentem literam: Sed prima expositio est secundū veritatem Hebraicam, & consona fidei catholicæ, & cōsequenter se habens ad literam immediatè præcedentem.* 8 Eph. *Hic cōsequenter ponitur populi 10. tribuum pœna. & primò in bonis possessis cum dicitur:* Eph. pa. ven. *In pœnam enim prædictæ duplicis negationis fuit multum afflictus à circunstantibus populis, & maximè ab Assyriis, à quibus fuit primò sub tributo subiectus, & postea captiuatus 4. Reg. 17. & secundum hoc dicitur, Ephraim, id est, populus 10. tribuum sic nominatus eo, quòd Ieroboam primus rex fuit de illa tribu, vt prædictum est.*

Diuisio.

9 Pascit ventum. *superbis Assyriis reddendo tributum.*

1 Et

id est, idola dum huc vel illuc discurrit, vastitatem suis vrbibus præparat, & oleum in Aegyptum ferebat. Cum Manahem videret Sennacherib ex fœderato factum sibi aduersarium, auxilium à Pharaone petiuit mittens ei inter cætera dona clarissimum oleum, quo Samaria abundat, nec inuenitur tale in Aegypto.

Hieronym. †eurum.

ALLEGORICE. Hæretici malis operibus lætificant immundum spiritum & sequuntur æstū, qui flores & germina discutit & mendacium, id est, falsam doctrinam, qua multos decipiant: & inde vastitatem: id est, interitū sibi suisque multiplicant. Fœdus cum Assyriis ineunt, quia cum dæmonibus pacem habent quorum voluntatem sequūtur: quorum princeps est sensus magnus, vt quæcunq; finxerint sapienter simulasse videantur. Oleum in Aegyptum ferunt, quia cum sint in tenebris, scientiam sancti spiritus se habere mentiuntur, sed licet conentur veritatem miscere mendacio, oleum aquis & cæteris liquoribus non miscetur, semper veritas superest, mendacium deorsum.

†tenuit plātam fratris sui.

& sequitur † æstum. Tota die mendacium & vastitatem multiplicat. Et fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Ægyptum fe-
a rebat. Iudicium ergo domini cū Iuda, & visitatio super Iacob.

a ¶Qualia fecit, talia recipiet. b ¶Quia non casu, sed de industria adinuenit in quibus peccaret. c ¶Quia.

b Iūxta vias eius & iūxta adinuētiones eius reddet ei. † In vtēro

¶Rebeccæ. a ¶Non sua virtute, sed dispositione Dei, qui eum sibi futurum præuidebat fidelem patriarcham. ¶Esau. b ¶Quando cum angelo tota nocte pugnauit, vt benediceretur. vnde Israel, id est, directus vel rectus dicitur.

† supplāntauit fratrem suū, & in fortitudine sua † dirēctus est

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

a *Iudicium ergo.* Captiuitatis & miseriarum, quia decem tribubus pro peccato captiuatis, Iudas non pœnituit: sed vt ait Ezechiel, sororores suas sceleribus vicit, & visitatio, id est, flagella super duas tribus, quæ de Iacob ortæ.

Ezech. 16. f.

RVPERTVS. Sensus est. Idcirco circundederunt Deum negantes, & in dolo loquentes, quia dominus ipse iudicium posuit cum Iuda, & visitationem egit super Iacob, discernendo videlicet, & discernendum esse docendo, quinam sint veraciter Iudæi, & qui econtra, Iacob siue Israel se esse dicant, cùm non sint, sed *sint synagoga Satanæ.* Denique, quòd nihil prosit esse filios carnis, qui non sint filij promissionis, iustissima confirmat sententia, cùm dicit, *Iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei.* Nimirum, qui cū deberet esse Iudas testis fidelis, factus est Ephraim, qui recessit infideliter à domo Dauid, imò & Chanaan dici meretur, &c.

Apoc. 3.

†Gen. 25. c. & 32. d.

† præualuit ang.

b *In vtero supplantauit fratrem suum, &c.* Exponit beneficia Dei collata Iacob, & in eo Iudæ filio, quia & in patre nominatur filius, vt & Dei misericordia in Iacob, id est, Iudam: & duritia Iudæ in Deum cognoscatur.

Hieronym.

ALLEGORICE. Possunt hæc eadem dici viro ecclesiastico, qui corripitur à Deo, quòd immemor beneficiorum Dei non cessat addere peccatum peccato quando te nascentē ecclesia in fide parturiret, supplantasti Iudæū siue Gentilem fratrem tuum & eius primogenita accepisti, & in fortitudine tua directus es cum angelo, vel vincens malignos spiritus, vel roboratus benedictionibus angeli, id est, Dei, inualuisti contra angelum precibus faciens eum tibi adiutorem, vt inualesceres contra homines: & cum vicisses fleuisti, & rogasti angelum domini: & peccatorum tuorum recordatus inuenisti eum in Bethel,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et se. æstum. *id est, Aegyptum, quæ est in plaga Australi respectu Iudeæ, & sic in calidiori regione. Hosea enim rex Israel quærens liberari à tributo Assyriorum, misit nuncios ad regem Aegypti cum muneribus magnis, vt eius auxilio liberaretur, vt habetur 4. Reg. 17.*

2 To. die men. & va. mul. *Mētitus enim fuit regi Assyriorum cui iurauerat sub tributo seruire, & per hoc incurrit vastitatem & destructionem regni sui: quia rex Assyriorum perpendens, quòd volebat ab eius seruitute recedere, terram eius vastauit & ipsum finaliter captiuauit.*

3 Et fœ. cum Assy. iniit. *Hoc subditur ad exponendum quod dictum est obscurius de pacto quod firmauit cum rege Assyriorum de reddendo sibi tributum.*

4 Et oleum in Aegy. fe. *id est, per nuncios mittebat cum aliis muneribus, vt liberaretur à prædicto tributo. Et quia ex hoc secuta est captiuitas regis & regni, vt dictum est: quia hoc fuit in parte persecutionis regni Iudæ quam regnum Israel sibi intulit, ideo concluditur.*

5 Iudicium ergo domini. *in punitione Ephraim.*

6 Cum Iuda. *id est, pro Iuda.*

7 Et visitatio. *id est, punitio Dei.*

8 Super Iacob. *id est, super regnum Israel, eo quòd Iacob & Israel sunt nomina synonyma, Gene. 32.*

9 Iuxta vias eius. *id est, opera.*

10 Et iuxta adinuentiones eius. *in persecutione Iudæ & vitulorum fabricatione.*

11 Reddet ei. *pœnam debitam inferendo.*

12 In vte. *Hic consequenter ponitur beneficium patriarchæ Iacob impensum cuius decem tribubus erant ingratæ. Et ponitur hic duplex beneficium, vnum ante natiuitatē, cum dicitur:* In vte. supplan. fratrem suum. *Collidebantur enim in vtero matris, Gene. 25. & cum mater dominum consuleret de isto conflictu, respondit dominus:* Duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori, &c. *Secundum beneficium fuit post natiuitatem in ætate iam adulta, ideo subditur.*

Quis fuerit locus colluctationis cū Iacob.

13 Et in fortitudine sua directus est. *De hac lucta dixi plenius Gen. 32. Aliquid tamen est repetendum, eo quod aliquid hic additur quod ibi dimittitur. Sciendum igitur quod secundum Ra. Sa. & alios Hebræos ille angelus erat custos Esau: propter quod zelans pro eo voluit impedire Iacob ne transiret in terram promissionis ad obtinendum benedictiones & primogenita Isaac in præiudicium Esau, sed dominus tantam fortitudinem tunc contulit Iacob, quòd non potuit eum impedire, sed magis Iacob præualuit. ideo dicitur hic:* Directus est cum ange. *Id est, † luctauit cum eo:* Et inualuit ad ange. & confor. est. *Quod videns angelus fleuit, eo quod non poterat eum impedire. Et rogauit, vt dimitteret eum: secundum, quòd dicitur Genes. 32. f.* Dimitte me iam aurora est, &c. *quærens dilationem de sententia Dei super iura benedictionis & primogenituræ. ideo subditur in persona angeli: In Bethel inueniemus eum, scilicet, Deum. & ibi loquetur nobiscum determinans hanc causam, & talis est litera Hebraica. Hæc autem expositio continet aliqua inconuenientia. Primò quia secūdum dictum Hebræorum ille angelus erat bonus, eo quòd erat custos Esau. Deus autem iam ante dixerat ipsi Iacob:* Reuertere in terram natiuitatis tuæ, Gen. 33. c. *Nullo autem modo verisimile est, quòd angelus bonus vellet executionem diuini mandati impedire, cum eius voluntas sit omnino conformis voluntati diuinæ. Nec potest dici, quòd angelus sanctus ignoraret reuelationem factam ipsi Iacob. Tum quia reuelationes fiunt hominibus mediantibus angelis, & ideo, quæ hominibus reuelantur, prius à sanctis angelis cognoscuntur: Tum quia Iacob reuelationem seu mandatum Dei prædictum narrauerat vxoribus suis Rachel & Liæ Gen. 31. Talia verò non latent angelos quorum cognitio non impeditur per distantiam localem. Item angelus experiens tantam fortitudinem Iacob, vt dicunt Hebræi, ignorare nō potuit, quòd hoc esset à Deo, & per consequens nullo modo de hoc fleuisset, nec dilationem de iure benedictionis & primogenituræ determinando quæsiuisset, cum voluntas eius sit totaliter conformis voluntati diuinæ: propter quod sicut dixi Gene. 32. ille angelus fuit custos Iacob, & ex voluntate Dei in corpore assumpto apparuit sibi, vt non solum verbo, sed etiam sensibili signo assecuraret eum de Esau fratre suo, quem nimis timebat: & ideo post luctam in qua finxerat se non posse præualere Iacob dixit: Si fortis fuisti cōtra Deum, id est, contra angelum à Deo missum, propter quod dicitur Deus participatiuè, quanto magis cōtra homines præualebis, id est, contra Esau cum filiis suis. Nec tamen illa fictio angeli fuit mendacium, sicut nec illa qua dominus finxit se longius ire, Lucæ 24. quia per fictionē angeli significabatur veritas futura, quòd populus descendens de Iacob præualeret populo descendenti de Esau. sicut & per hoc, quòd dominus finxit se longius ire, significauit, quod adhuc erat longè seu peregrinus à discipulorum mente, vt exponit beatus Grego. homelia 13. Igitur secundum hoc exponenda est hæc litera.* Et in fortit. sua. *id est. quam habebat à natura sua, & non datam à Deo ad horam, vt dicunt Hebræi.*

† luctatus fuit. Allego.

14 Directus est cum angelo. *Luctando cum eo.*

1 Et

MORALITER.

1 *In vte. sup. fra. suum.* Moraliter autem siue mysticè per Rebeccam matrem ecclesia militans significatur. Rebecca namq; patientia interpretatur, ecclesia verò militans exercitata fuit in patientia. primò in persecutione Iudæorū. secundò, in persecutione tyrannorū. & tertiò, magis erit in persecutione Antichristi & satellitū suorū: propter q dici potest patiētia in abstracto. sicut notabiliter largus, ipsa largitas nominatur, licet autē omnes Christiani tam boni, quàm mali sint per baptismū regenerati, tamen adhuc vsque ad mortem quodammodo sunt in vtero ecclesiæ: nam mors sanctorum dicitur eorū natale: quia tunc ex ecclesia militante nascuntur ad vitā gloriæ. Sic igitur boni, qui per Iacob significantur, & mali per Esau significati. secundum illud Malach. 1. a. *Iacob dilexi, Esau verò odio habui.* dicit dominus: in vtero matris sese collidunt: quia moribus dissentiunt. sed boni malos supplantant. nā in præsenti merentur ad gloriam exaltari qua mali merentur priuari. Secundum beneficiū ipsi Iacob patriarchæ collatum fuit in hoc, quòd iam adultus † luctauit cum angelo, & benedictionem obtinuit ab eo, Genes. 32. quod notatur hic cum dicitur: *Et fortitu. &c.*

†luctatus.

MORALITER hoc faciunt boni per Iacob significati: nam in præsenti merentur ad angelorum ordines exaltari.

A Bethel, id est, in domo Dei, quæ est ecclesia: Et vt sciatur quis iste Iudas esset addit ibi, id est, in ecclesia: locutus est nobis Christianis: & ex eo nomine vsq; hodie Christi censemur nomine. Itaque ô vir, qui confiteris Deum conuertere quotidie ad Deum per pœnitentiam: & si peccaueris, dic cum propheta: *Laboraui in gemitu meo lauabo &c.* Fac misericordiam, vt misericordiã cõsequaris, ita iudica sicut vis iudicari & spera in Deo. (Psal.6.b.)

D qui omnibus dominetur, & robore sit tanto, quòd satis sit ad resistendum omnibus, iugem semper eius memoriam tene, iustitiam amplectere, humanus sis in proximum, diuinorum præceptorum vestigiis perpetuò insiste: sic enim Deo appropinquans, habebis eum promptum tui propugnatorem.

a ¶Contra. b ¶Accepta benedictione à victo. ¶Ne timeas fratrem. c ¶Sed prius flens rogauit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.
a cum angelo. Et inualuit ad angelum, & † confortatus est. Fleuit 1 2
a ¶Cum patris & matris consilio fugit in Mesopotamiam. b ¶Eundem angelum. c ¶In patre loquutus est nobis filius dicens: Tibi dabo terram in qua dormis & semini tuo.
& rogauit eum: In Bethel inuenit eum, & ibi loquutus est no- 3 4
b biscũ. Et dominus Deus exercituũ dominus memoriale eius, 5 6
c Et tu ad † dominũ Deum tuum † conuerteris. Misericordiam & 7 8
a ¶Id est, Ephraim. In cuius ma. est sta.do. b ¶Contra hoc quod dominus dicit: Sit tibi æquus modius, iustúsque sextarius. 9 10
d iudiciũ custodi: & spera in Deo tuo semper, † Chanaã in manu 11 12
a ¶Calumniam dicit: quia non solum habet iniquam mensuram, sed & pauperes per potentiam opprimit. b ¶Aperit quod dixerit Chanaan, id est, decem tribus.
eius stathera dolosa. † Calumniã dilexit, & dixit Ephraim. Ve- 13
a ¶Sicut guloso venter Deus est, ita aurum auaro. 14
e rũtamẽ diues effectus sum: inueni † idolũ mihi. Omnes labores 15 16
f a ¶Q. tu lætaris in scelere & diuitiis: Ego autem. 17
g mei non inuenient mihi iniquitatem † quã peccaui. Et ego dñs 18

(† aliàs non habet dominum. † Conuertere. † Opprimere. † Præualuit. † Mensuris in manu. † Robur. † Neque peccatum.)

a *Inualu.* ✠THEODORETVS. Processu tẽporis Iacob vir factus, adeo virtutis exercitatione excelluit, vt Dei de se curationẽ & prouidentiam cõciliauerit, atque cùm semel fratris timuisset aduentum, Deumq; rogasset, nõ modo ab eo auxiliũ obtinuit, verumetiã nocte visus est ipse B sibi luctari cum Deo, atque victoriam reportare. Eundem enim & Deum, & angelũ vocauit hoc loco propheta, vtrunque etiam nomen beatus Moses posuit. Dominus noster Iesus Christus, & Deus fortis, & magni consilij angelus ab Esaia vocatus est. (Gen.23. Esa.9.)

✠RVPERTVS. Veritatem iudicij discernentis, quis verè Israelita dicatur & sit, istis verbis breuiter deffinit, *In vtero supplãtauit fratrem, in fortitudine sua directus est cum angelo, inualuit ad angelum, confortatus est, fleuit, & rogauit eũ.* Cùm enim hæc dicit, valdè subtiliter exigit, vt similiter faciat, quicunque hoc astruere vult, quòd ex Iacob sit. Ergo qui vult veraciter dici Iacob, in huius vitæ angustiis, configat sensu veritatis contra populum istũ, qui crudelitate rufus, cupiditate terrenus, moribus hispidus est, & pugnando vsque ad victoriã, tollat eius primogenitas, &c.

Precibus impetrãs benedictionem. Apostropham facit propheta ad Iudam: O Iuda cum hæc ita se habeant imitare patrem tuum, plora, roga, crede, hoc impletum est quando vna die quinque milia, & alia die tria milia crediderunt. (Hieronym. Act.2.g. 4.a.)

b *Et domi.* id est, memoriale hoc nominis sui dedit illi, vt diceretur Israel, id est, videns Deum, quod nomen vsque hodie retinent filij eius, & hoc nomine nominis Dei semper recordatur à C quo & ita vocatur. (Haymo.)

c *Misericordiam &.* Miserere animæ tuæ, deinde fratribus, deinde discerne inter bonum & malum: & sic bonis operibus semper ad maiora proficiendo, spera in Deo semper, quia omnis laus in fine canitur.

✠THEODORETVS. Sensus est. Cùm hũc habeas dominum, qui

d *Chanaam.* Facta admonitione ad Iudam: sermo ad decẽ tribus conuertitur, quæ Chanaam dicuntur: nõ per naturam, sed per malitiæ imitationem. Vnde ad Ierusalẽ dicitur: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* (Hieronym. Ezech. 16.a.)

✠ THEODORETVS. Quasi dicat. Et tu ô Ephraim, imitãs malitiam Chanaam, iniquam mentis staterã habes: iustitiã semper vilipẽdis, iniquam potẽtiam exoptas, in diuitiis elato E spiritu es, ac plurimum tibi arrogas in earum rationibus perscribendis ac conficiendis.

ALLEGORICE. In manu hæreticorũ stathera dolosa, quia quoscunque possunt decipiunt, & in innocentes calumniantur, & cum deceperint solent dicere: Diuites facti sumus, turba discipulorum. Inuenimus idolum. Omnia figmenta hæreticorum idola sunt, nec differunt à simulacris gentium. Solent etiam dicere: Quidquid fecero, non poterit mihi imputari: quia habeo diuitias, argumenta philosophorum, multitudinem populi, quam qui viderit me peccare non putabit. (Hieronym. 1.Cor 4.b.)

e *Diues effectus sum: inueni, &c.* Q. Non curo vndecunque habeam hoc sufficit mihi, vt habeam: quòd possideam, nec aliis erogare curo.

f *Omnes labores mei, &c.* Q. Qui indigent mea pecunia non accusabunt me, quòd eam per peccatum acquisierim, sed potius me laudabunt, quia qui iniqua gerit benedicitur, & diuitum multi sunt amici.

g *Et ego dominus Deus tuus ex terra Aegypti.* ALLEGORICE. Ad eos, qui seducti sunt ab hæreticis dicitur vt redeant ad Deum, F qui eduxit eos de Aegypto, id est, tenebris & errore gentium: Et ne fortè peccati memores tardius reuertantur: Adhuc, inquit sedere vos faciam in tabernaculis, vt quod fecit baptisma hoc faciat pœnitentia, & habitent in tabernaculis, id est, ecclesiis. Et ne putent hæresiarchas spiritu Dei locutos. Ego inquit sum, qui locutus sum ad prophetas, non ad magistros vestros. (Hieronym.)

a Festiuitatis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et inualuit ad angelum. *non secundum existentiã, sed secundum apparentiam per angeli fictionem, qui sic se habebat quasi eum superare non posset, absque tamen falsitate & mendacio, vt dictum est.*
2 Et conforta.est. *Per benedictionem angeli sibi datam, secundum quòd dicitur Gene.32.g.* Et benedixit eum in eodem loco.
3 Fleuit. *scilicet, Iacob.*
4 Et rog.eum. *id est, deuotè & cum lachrymis rogauit eum, vt dirigeret eum in via & custodiret: & sic factum est. Ideo subditur.*
5 In Bethel inuenit eum. *scilicet, Deum cum angelo.*
6 Et ibi locu.est nobiscum. *Quia ibi Deus in præsentia angeli dixit ei:* Ego Deus omnipotens: cresce & multiplicare. *Et subditur:* Terramq; quam dedi Abrahã & Isaac, dabo tibi & semini tuo. *Et ad hunc intellectũ potest applicari litera Hebraica, cũ dicitur: In Bethel inueniemus eum, vt sit verbum angeli denunciantis Iacob sibi Deum appariturũ in Bethel, Gen.35.a. Et ibi loquetur nobiscũ replicans benedictiones patrum tuorum super te & semen tuum, pro quibus ego rogaui eum. Angeli enim procurant bonum suæ custodiæ commissorum.*
7 Et dominus Deus, &c. *id est; angelorum.*
8 Memoriale eius. *id est, ipsius Iacob: Tum quia habuit Deum semper in memoria: Tum quia nomẽ Dei super Iacob memorabatur in quantum Deus Iacob dicebatur, & est verbum prophetæ rememorantis iustitiam Iacob patriarchæ, vt eam posteri imitentur. Ideo subditur.*
9 Et tu. *scilicet, populus Israel.*
10 Ad do. Deum, &c. *si Iacob imitari studueris. Et subditur modus conuersionis.*
11 Misericor. & iudi. &c. *quia misericordia sine iudicio pusillanimitas est, & iudicium sine misericordia crudelitas est.*
12 Chanaam. *Hic scriptura reuertitur ad scribendum malitiã decem tribuum, quantum ad cupiditatis vitium, di.* Chanaam in ma. eius sta.do. *Et nõ est hic Chanaã nomen propriũ, quia Chananæi de terra illa erãt expulsi: sed nomẽ appellatiuũ significãs mercatorẽ, sicut & Pro.31.d.* Syndonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo. (Malitia decẽ tribuum.)
13 Et dixit, &c. *id est, populus decem tribuum, vt suprà dictum est.*
14 Verũta.di.ef.sum. *Absq; seruitute Dei.* 15 Inue.ido.mi. *i. aurum & argentũ quod est idolũ cupidi, secundũ, q dicit hic Glo. vnde in Hebræo habetur hic: Inueni censum mihi, id est, facilior acquisiui.*
16 Omnes labo.mei, &c. *id est, quantumcunque laborassem corporaliter non acquisiuissem tantã pecuniam: quam prophetæ vocant iniquitatẽ: maior enim pœna acquiritur per fraudem vsuræ quàm per laborem corporalẽ. Ra.Sa. aliter exponit dicẽs, q hic est modus loquendi decurtatus, vbi oportet aliquid suppleri, sicut 2. Reg.5.d. dicitur:* Proposuerat enim Dauid in die illa, qui percussisset Iebusæũ, &c. *Et non fit ibi aliqua mẽtio de remuneratione secundũ Hebraicam veritatem, sed supplendũ est: fiet magister militiæ, sicut exprimitur. 1. Paral.11. Et eodem modo hic continuando literæ præcedenti: Inueni idolum mihi, supple dicis & tu deberes dicere:* Omnes labores mei. *id est, diuitiæ meæ.*
17 Non inue.mi.iniqui. *i. nõ poterũt expiare iniquitatẽ meã: & sic est verbũ Dei, vel prophetæ arguẽtis in populo Israel vitium cupiditatis.*
18 Et ego. *Postquam descripta est malitia populi, hic iuxta eam ponitur gratia Dei, vt maior appareat iuxta suũ oppositum. Et continuatur sic literæ præcedẽti. Licet iniquitates tuæ sint magnæ & inexpiabiles per te. Et ego dominus Deus tuus de terra Aegypti, id est, ab illo tempore quo inde redemi te & legem tibi dedi, & peccata possum remittere tibi.*

✠ 1 Adhuc

A a *Festiuitatis.* Id est, scœnophegiæ, quæ septimo mense celebratur in memoriam egressionis de Aegypto. Sicut inquit: De Aegypto liberaui, & habitasti quadraginta annis in tabernaculis ad sanctam terram festinans: sic nunc educã te de imminente captiuitate, vt solennitates more patrum celebres. Si tamen feceris, quę præcipio.

D aceruorũ de lapidibus. Sicut enim aceruí de lapidibus hic atq; illic congregantur vel de sabulo, ita hæretici de seculari sapientia fraude & mendacio simulacra componunt, & cum suis erroribus immolant adorantes opera manuum suarum, ad instar boum cuncta pro terrenis commodis operantur.

a ¶Vbi seruiebas in luto. b ¶Eduxit te. c ¶Adhuc pœnitentiæ locum tribuo. & promissis, vt ad me redeas inuito.
Deus tuus ex terrã Aegypti: † adhuc sedere te faciã in taberna- 1
a ¶Id est, per. b ¶Moysen & Isaiam & alios.
a culis, sicut in diebus festiuitatis. Et loquutus sum super pro- 2 3
b a ¶Opere. b ¶Vt Adam tenuit typum illius, qui dormiens ex latere ecclesiam formauit: Sic Ionas, qui tribus diebus fuit in ventre ceti: Sic Dauid qui Goliam strauit.
c phetas, & ego visionẽ multiplicaui, & in manu prophetarum 4
¶Quamuis. a ¶Subaudis colit. b ¶Tamen. c ¶Homines duarum tribuum. 5
d † assimilatus sum. Si Galaad idolum: ergo frustra erant in Gal- 6
a ¶Vitulis. b ¶Imitantes errorem Samariæ. c Verè, frustra. d ¶Subaudis, relinquentur. ¶Cum vtrinque fuerint captiuati altaria erunt sine cultura, sicut cumuli de lapidibus vel arena congregati. 7 8
gal bobus immolantes: Nam & altaria eorum quasi aceruí su- 9 10
a ¶Ad Laban. b ¶Vnde supra: In vtero sup.fr.su. c ¶Septem annis.
e per sulcos agri. † Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit 11 12
a ¶Ipse Iacob Israel. b ¶Propter. ¶Rachel. c ¶Propter Liam. d ¶Aliis septem annis. e ¶In Moyse, vel in propheta, Christo eduxit Deus pater populum de tenebris. 13
f Israel in vxorem, & in vxorem seruiuit. In propheta autẽ edu- 14
a ¶Duodecim tribus. 15
g xit dominus Israel de Ægypto, & in propheta seruatus est. Ad 16 17
a ¶Et tamen. b ¶Pium ducem. 18
h iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis,
a ¶Ipse est causa suæ mortis. b ¶Vindictam blasphemiæ qua dixit: Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxe. de ter. Aegy. Vel quod dominus propter eos blasphematur. 19
& sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet 20
ei dominus Deus suus. 21

(¶Posui similitudines. † Aliàs habet eduxi te. † Gen.28.a.)

b *Et locutus sum, &c.* ✠RVPERTVS. Hoc ita sensui cõiungitur præcedenti: Ego inquã, dominus Deus tuus, ex terra Aegypti; & ex tunc, ita factis & dictis innotui, vt nemo se de ignorantia nominis mei excusare possit. Nam vt innotescerẽ, visionem ex tũc multiplicaui, ex quo Mosi apparui de medio rubi in flamma ignis. Et B tunc per illũ prophetam, & per alios prophetas locutus sum, & visionẽ multiplicaui, id est, videndus atque cognoscendus prophetis multipliciter apparui, & in manu prophetarũ assimilatus sum, videlicet opera multa faciendo, quæ mei ipsius quasdam similitudines prætulerunt.

c *Et ego visionem multiplicaui.* Omnis prophetia visio dicitur, vnde & prophetę videntes dicebantur, quia quod loquebantur, spiritualiter intelligebant. Quibus nõ vno modo, sed multis generibus prophetiæ ventura monstrauit Deus. Multiplicatas visiones in prophetis legimus, quando Isaias vidit *dominũ sedentem super soliũ excelsum & eleuatũ:* Et quando Moyses in modũ crucis extendebat manus, vt vinceretur Amalech: Quãdo Ionas tribus diebus & tribus noctibus fuit in profundo, & in aliis multis. (Hieronym. Isa.6.a. Exod.17.c. Ione 2.b.)

C d *Si Galaad.* Galaad ciuitas est trans Iordanẽ in tribu Gad. vnde suprà. Galaad ciuitas operantium idolũ. Galgal verò ciuitas in tribu Iuda iuxta Bethel, de qua suprà. Omnis malitia eorũ in Galgal. Ait ergo: Si Galaad, id est, decẽ tribus colunt idolũ, quæ tẽplo & sacerdotibus & religione Dei carẽt, tamen ô Iuda frustra veneraris idola in Galgal, cũ habeas tẽplum sacerdotiũ, &c. (Hieronym. Suprà 6.c. Suprà 9.d.)

ALLEGORICE. Galaad, trãslatio testimonij: Galgala verò volutabrum interpretatur. Potest ergo dici, quòd principes hæreticorum testimonia veritatis trãsferunt in mendaciũ, & quicquid colunt idolum est, & sacrificia eorũ habent similitudinem aceruorum

e *Fugit Iacob, &c.* ✠ THEODORET. Vester auus maior matris consilium sequutus, domũ paternam dereliquit, atq; externam domesticæ antetulit, mulierisq; gratia, ne videlicet duceret Chananæam, sed ex genere Sẽ, seruitutem libertati lõgè anteposuit, legẽq; de vxoribus à patribus rogatã diligẽtissimè seruauit: quãobrem vsq; ad posteros E suos à Deo curatione potitus est. Genus illius in seruitutẽ Aegyptiorũ redactum, per magnũ prophetã Mosen liberauit dominus, atq; tametsi in deserta versaretur, illesum Mosis administratione cõseruauit. (Hieronym. Haymo.)

ALLEGO. Iacob supplantator, vel videns Deum Christus est. Rachel prius sterilis: sed formosa quã diligit Iacob, ecclesia. Lia lippa, sed fœtosa, synagoga est. Moyses Christus, qui populum educit de Aegypto, id est, de tenebris seculi, & ad Iordanis, id est, baptismi fluenta perducit.

f *In prophe.au.* Mittit ad historiã Geneseos in quo iterũ beneficia Dei in populo, & duritiã populi in Deum commemorat.

g *In prophe.* In Moyse quando ira Dei pro peccato vituli contra illum populum commota erat tunc Moyses prostratus dixit: *Aut dimitte illis, aut dele me de libro vitæ,* & sic oratione eius seruatus est populus. F (Exod.32.b.)

h *Ad iracundiam.* ✠THEODOR. Hic verò, inquit, ex eo genus suum ducens, in iram me commouet, quòd in omni genere vitiorum versatur: sed eorum, quæ seuerit, manipulos metet, atque ad proportionem eorum, quæ commisit pœnas persoluet. (Hieronym.)

ALLEGO. Hæretici ad iracũdiã prouocãt Deũ, & q vult pœnitẽtiã plus quã mortẽ, duricia cordis punire cõpellunt, & sanguis eorũ, q suũ & multorũ sanguinẽ fuderũt veniet sup capita eorũ: & opprobria quibus Deũ blasphemauerũt, restituet eis dominus suus, non quòd modo sit, sed quia dominus eorũ olim fuit.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Adhuc sede. &c. *quod exponit Ra.Sa. sic: Tẽpus erit in quo auferam te à statheris dolosis, & faciam te sedere in synagogis & scholis cum auditoribus diuinæ legis: & hoc fuit adimpletũ quando dominus vocauit de Telonæo Matthæum, Matth.9. & de actibus publicis Zachæum, Luc.19. & consimiles ad suum discipulatum.* 2 Sicut in die. &c. *In sabbatis enim conueniebant in synagogis Iudæi ad audiendũ doctrinam diuinæ legis: & sic faciebant Christiani in primitiua ecclesia, & modo faciunt dominicis diebus.* 3 Et lo.sum su.prophe. *i. per prophetas de tẽpore huius vocationis quod est tempus gratiæ.* 4 Et ego vi.m. &c. *quia sicut dicit Ra. Sa. super Zachariã: Vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ. s. principaliter propter tempus Christi denunciandum.* 5 Et in manu prophe. *i. in operibus eorum.* 6 Assimi.sum. *i. præfiguratus, vt in formatione Euæ de costa Adæ, præfigurata est formatio ecclesiæ de latere Christi dormiẽtis in cruce: Et per deglutionem Ionæ in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sepultura Christi, secundũ quòd dicitur Matt.12. Et sic de multis alijs posset exemplificari.* 7 Si Galaad. *Post increpationem malitiæ populi decẽ tribuum generaliter, hic increpatur speciater quantũ ad ciuitatem Galaad, cuius habitatores pessimi erant, vt dictũ est suprà, cap.6. & ideo hîc specialiter increpatur de idololatria. Et primò arguitur hoc vitium. Secundò iuxta hoc ponitur erga patriarcham Iacob Dei beneficium. ibi:* Fugit Iacob. *Circa primũ dicitur:* Si Galaad idolum. *Et accipitur hic si, pro quia. propter quod concluditur.* 8 Ergo frustra erant, &c. *Erat enim Galaad vltra Iordanem: & Galgal citra. Et quamuis in Galaad essent idola, tamẽ cum hoc transibãt Iordanẽ ad exercendum ibi idololatriam, quæ ibi vigebat, vt dictũ est suprà 3.ca.* 9 Bobus immolan. *Sacerdotes enim idolorum ad augmentandũ quæstum suum, fecerunt ibi idola ad similitudinem vitulorũ in Bethel & in Dan existentium.* 10 Nam & alta. eorum quasi ac. *i. totaliter destruẽtur.* 11 Fugit Iac. *Hic iuxta populi vitium describitur erga Iacob Dei beneficiũ. Et primò beneficium exhibitum ei in persona propria, cum dicitur:* Fugit Iacob in regionem Syriæ. *Et hoc de consilio matris, ne ab Esau interficeretur, Genes. 28.c. Et de voluntate patris, Genes.18.* & dominus sibi apparuit in via dicens: Ero custos tuus quocunque perrexeris, *Genes.28.c.* 12 Et seruiuit Israel. *id est, Iacob, alio nomine vocatus Israel.* 13 In vxo. *i. propter vxorem habendam, Genes.29.e. Et in vxorẽ seruauit. Hebræi dicũt: Expectauit, seruiendo septem annis antequã sibi daretur. Et ad idem refertur litera nostra, cum dicitur.* 14 Serua. *s. pactum initum cum Laban de seruiendo sibi pro filiabus suis. Consequenter ponitur Dei beneficium exhibitum Iacob in suis posteris, cum dicitur.* 15 In prophe.autẽ. *i. in Moyse.* 16 Eduxit do. Isr. de Aegy. *vt patet in Exo.* 17 Et in prophe.serua.est. *s. per orationẽ Moysi Deo volente ipsum interficere pro fabricatione vituli, Exod.32. Et de istis beneficijs ingratus fuit populus decẽ tribuũ. Ideo subditur.* 18 Ad ira. me prouo. Ephraim in amari.suis. *i. idololatrijs.* 19 Et sang. eius. *s. quem effudit de innocẽtibus.* 20 Super eũ ve. *per debitã & durã punitionẽ.* 21 Et op.eius resti. &c. *q.a erit in vilitate magna,*

ADDITIO.

In cap.12. vbi dicitur in postilla: Veruntamen diues effectus sum, &c.

Hoc quod dicitur: Veruntamen diues effectus sum, inueni incensum mihi, &c. videtur cõtinuari cũ hoc quod dixerat statim suprà, Chanaam in manu eius stathera dolosa, &c. Isto modo mercator, qui per fraudẽ statheræ calũniatur dolosè alios, gaudet ex hoc, q sit diues sine hoc q inueniatur eius iniquitas: quia hæc deceptio fit latẽter. Et hoc est quod sonat litera planè cũ dicit: Veruntamẽ diues effectus sum, inueni censum mihi, scilicet, modo prædicto. Et sic omnes labores mei, id est, in his quæ laboraui. Non inueniens mihi iniquitatẽ. s. propter occultationẽ prædicti doli: Sed quia hoc nõ sufficit apud Deũ, qui omnia scrutatur. Ideo subdit: Ego dñs Deus tuus. *q.d. licet hominibus ista posses abscondere, non tamen mihi.*

CAPVT XIII.

A a *Loquente Ephraim.* ✠ RVPERTVS. Omnia quæ hîc dicta sunt declamacione vehementi prophetæ, fortiter conuincunt eos, quod non sint, aut mereantur dici Israel, qualem dominus in propheta veraciter de Aegypto eduxit. Alij namque & longè diuersi, imò & contrarij Israel vero & fideli, quẽ in propheta Mose dominus eduxit de Aegypto, vero corde dicente, *Eamus, & sacrificemus domino Deo nostro.* Illi in amaritudinib⁹ suis dominum ad iracundiam prouocauerunt tentando, & malè loquendo de ipso, sempérque murmurãdo contra eum. Et ille quidem Israel, qualis erat Iosue & Caleph in eodẽ prophetа seruatus est, illorum autem corpora prostrata sunt in deserto. Horum sub nomine Ephraim peccatũ amplius declamãs, *Loquente*, inquit, *Ephraim, &c.* Et est sensus. Dicente Hieroboã, *Isti sunt dij tui Israel, &c.* horrendus horror, & erroneus pauor inuasit Israel, vt aut verum putarer, aut obloqui non auderet. Et non solùm vitulos illos, sed & Baal, agente Achab cum Iezabel, coleret: atque hoc modo mortuus est. Ex tunc vsus idololatriæ tantum excreuit, vt penè in omni loco singuli propria pro posse sibi fabricarent idola, in agris, & in domibus suis.

Hieronym. *Loquente Ephraim*, id est, principibus hæreticorum, horror inuasit infelicem populum & deliquit in idolis, quæ de corde suo finxit, & morietur cum populo quem seduxit: Et non sufficit ei corrupisse nisi insuper linguam quam acceperat ad laudandum Deum, verat in imagines idolorum, & artificiosa eloquentia simile veritati dogma componat: quod non est aliud quàm prauitatis humanæ excogitatio, & iubent hæretici discipulis suis, vt immolent homines, id est, furentur de ecclesia: & ad hæreticum ducant: & sic interficiant.

b *Fecerunt q̃.* Quia Ieroboam rex fecerat vitulos aureos: populus de argento fecit vitulos, vt secundum possibilitatem haberent deos argenteos ad similitudinem aureorum.

Hieronym. c *Immolate ho.* Q. Vos cultores idolorum, quia hostię non suppetunt; filios & filias vestras idola vobiscum colentes iisdem vitulis immolate. Hoc dixit Manasses & multi alij de quibus scriptum est: Immolauerunt filios suos & filias suas dæmonibus. Vel certè sicut dicunt quidam: Vox dæmonum est ad populum. D Q. vos [illegible]uli immolate homines.

ALLEGORICE. Hæretici desiderant seducere homines, id est, rationales Christianos non Gentiles nec Iudæos, qui sunt quasi bruta animalia.

CAPVT XIII.

¶Quia. ¶Præcipiente Ieroboam coli idola. a ¶Decem tribus.

a LOquente Ephraim horror inuasit Israel: 1
a ¶Offendit Deum adorando idola. b ¶Propter infidelitatẽ perdens eum, qui est vita. 2
& dẽliquit in Baal, & mortuus est. Et nũc 3
a ¶In ipsa idololatria peccatum peccato addunt. 4
addiderunt ad peccandum, fecerũtq; sibi 5
b ¶Vitulum. 6
conflatile de argento suo, quasi similitu-
a ¶Opera manuum non Deus. b ¶Cultoribus.
c ¶Principes & sacerdotes, qui populum deberent docere.
dinem idolorum. Fact ũra artificum totum est. His ipsi dicunt: 7
a ¶O. ¶Vel accusatiuus. ¶Quia homines vitulis immolant.
c Immolate hõmines vitulos adorantes. Idcirco erũt quasi nu- 8 9
d bes matutina, & sicut ros matutinus præteriens. Sicut puluis 10 11
a ¶Per quod egreditur fumus. b ¶Subaudis fui, ex quo eduxi te de terra Aegypti. 12
turbine raptus ex area, & sicut fumus de †fumário. Egò autem 13
†feneſtra.
a ¶Non est Deus præter me.
dominus Deus tuus ex terra Aegypti, & Dẽum absque me ne- 14
a ¶Qui possit saluare. b ¶Id est, dilexi & elegi. c ¶Vbi pauit.
e scies, & saluator nõ est præter me. Ego cognoui te in deserto, 15
a ¶Vbi erat penuria omnium rerum. b ¶Et tamen dedi eis manna de cælo, fontes de petra: vnde: Impinguatus est, dilatatus & incrassatus est. 16
in terra solitũdinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt & saturati 17 18
& inuisibilem, vnà cum sole & liminaribus condidi: vbi autem liberassem te ab Aegypto, & leges dedissem, admoni ne quem alium à me Deum cognosceres. Nam dixi, *Ne feceris tibi Deum, aut vllius rei similitudinem, quæ est in cælo, & quæ in terra deorsum, &c.* Exod. 20.

e *Et ego cognoui te, &c.* ✠ THEODORETVS. Non solùm te dura Aegyptiorum seruitute liberaui, sed etiam in desertissima regione ac inhabitabili paui, secundum vsus necessarios suppeditaui manna è cælo, ortygometras ex mari, aquam ex petra, nõ veluti in loco deserto viuentes, necessariis rebus eguerunt, sed ad saturitatem expleti sunt: vnde factum est, vt eorum corda extulerint, & mei obliti sint.

ALLEGORICE. Hæreticos duxit dominus de tenebris infidelitatis, vbi prius deseruiebant Pharaoni & ducibus eius: & præcepit ne in ecclesia alium Deum scirent, nisi eum, qui creat & saluat. Et ipse sic pascit eos, vt possint dicere: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit.* Et dat eis panem, qui de cælo descendit: quem in Aegypto non comederant, & aquas de Christo petra. Sed illi impleti pane scripturarum eleuauerunt cor contra creatorem & alium Deum finxerunt, quidquid comederant & biberant suis meritis & non Deo attribuentes obliti sunt Dei, qui præceperat eis, vt verba legis ante oculos ligarent & in manibus haberent, ne vnquã obliuiscerẽtur Dei sui. Contra datorem

☞ ingrati

d *Quasi nubes*, Nubes & ros sole veniẽte fugantur, puluis & fumus in tenues auras dissoluũtur. Sicut ergo hæc quatuor cito dilabuntur, sic illi cito ducentur in Assyrios. Vnde supra transire fecit Samaria regẽ suum quasi spumam super fa. Hieropy. supr. 10. b. Iudæ d.

ALLEGORICE. Hieronym. Hæretici, nubi, rori, pulueri comparãtur, de quibus scriptum est. Hi sunt nubes sine aqua. Habẽt enim speciem prophetarũ & apostolicarum nubium, ad quas veritas Dei peruenit, sed nõ habent aquas, id est, gratiã sancti spiritus.

✠ THEODORETVS. Hoc est, Is ille ego sum, qui omnem militiã cęli visibilem & inuisibilem, vnà cum sole & liminaribus condidi: vbi autem liberassem te ab Aegypto, & leges dedissem, admoni ne quem alium à me Deum cognosceres. Nam dixi, *Ne feceris tibi Deum, aut vllius rei similitudinem, quæ est in cælo, & quæ in terra deorsum, &c.* Exod. 20.

e *Et ego cognoui te, &c.* ✠ THEODORETVS. Non solùm te dura Aegyptiorum seruitute liberaui, sed etiam in desertissima regione ac inhabitabili paui, secundum vsus necessarios suppeditaui manna è cælo, ortygometras ex mari, aquam ex petra, nõ veluti in loco deserto viuentes, necessariis rebus eguerunt, sed ad saturitatem expleti sunt: vnde factum est, vt eorum corda extulerint, & mei obliti sint.

ALLEGORICE. Hæreticos duxit dominus de tenebris infidelitatis, vbi prius deseruiebant Pharaoni & ducibus eius: & præcepit ne in ecclesia alium Deum scirent, nisi eum, qui creat & saluat. Et ipse sic pascit eos, vt possint dicere: *Dominus pascit me, & nihil mihi deerit.* Et dat eis panem, qui de cælo descendit: quem in Aegypto non comederant, & aquas de Christo petra. Sed illi impleti pane scripturarum eleuauerunt cor contra creatorem & alium Deum finxerunt, quidquid comederant & biberant suis meritis & non Deo attribuentes obliti sunt Dei, qui præceperat eis, vt verba legis ante oculos ligarent & in manibus haberent, ne vnquã obliuiscerẽtur Dei sui. Contra datorem

☞ ingrati

F Psal. 22. p.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIII.

✠ Diuiſio. LOquente. *Hic increpatur populus de quarta ingratitudine circa Dei beneficium. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponuntur populi malefitia. Secundò, per contrarium Dei beneficia, ibi*: Ego autem. *Circa primum dicitur.*

1 Loquẽte Ephraim, *i. Ieroboã dicẽte de vitulis. 3. Reg. 12. g.* Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerũt te de terra Aegyp. *vt populus eos coleret.*

2 Horror, *scilicet, timoris.*

3 Inuasit Israel. *quia maioribus sibi consentientibus populus timuit ei resistere.*

4 Et deliquit in Baal. *q. d. non sufficit ei colere vitulos, sed etiam idolum Baal coluit postea, sicut patet 3. & 4. Regum.*

5 Et mortuus est. *morte culpæ, quæ separat à Deo, qui est vita per essentiam.*

6 Et nunc addiderunt ad peccandum. *multiplicando sibi idola diuersarum gentium.*

7 Factura artificum totum est. *nihil habens numinis aut virtutis.*

8 His ipsi dicunt. *scilicet, sacerdotes idolorum propter quæstum.*

9 Immolate homines. *Id est, ô vos homines immolate & offerte.*

10 Vitulos adorantes, *sicut præcepit rex.*

11 Idcir

11 Idcirco. *id est, propter iſtas malicias.*

12 Erunt quasi nubes matutina, &c. *Id est, cito veniet eorum occisio & captiuitas, cuius celeritas designatur per omnia ista.*

13 Ego autem dominus Deus tuus ex terra Aegypti, &c. *Hîc econtrario ponuntur Dei beneficia*, qui pluit super gratos & ingratos Matth. 5. g. Qui pluit super iustos & iniustos. *Et diuiditur in duas partes: quia primò recolitur beneficium præteritum. Secundò, præmittitur futurum, ibi*: De manu mortis: *Prima in duas: quia primò ponitur ingratitudo de beneficio. Secundò: iusta Dei punitio, ibi*: Et ego ero: *Circa primum dicitur in persona Dei*: Ego autem dominus Deus, &c. *Quasi dicat: obstinatus es mihi seruitute ex tempore quo inde te redemi.* Diuiſio.

14 Et Deum absque me nescies. *Sic enim præcepi tibi in monte Sinai, Exod. 20. a.* Non habebis deos alienos coram me.

15 Et saluator non est præter me. *Qui de manu Amalech te saluaui, Exod. 17.*

16 Ego cognoui te in deserto. *Dans tibi manna de cælo.*

17 Iuxta pascua sua. *Et ita laute prouidi eis, ac si esset in terra fertili sibi promissa. Et mutatur hic modus loquẽdi de secũda persona ad tertiã.*

18 Adimpleti sunt. *Naturalibus & artificialibus diuitijs in terra promissionis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Loquente Ephraim, &c.* Hic arguitur ingratitudo populi Israel de duplici beneficio Dei, quorum vnum erat præteritum tempore Hoseæ, scilicet, beneficiũ eductionis de Aegypto sub pacto seruiendi Deo, & tamen tanquam ingratus multipliciter recessit ab eo: Sed quia iſtud moralizatum est suprà 11. cap. ideo pertranseo. Secundum verò beneficium erat adhuc tempore Hoseæ futurum, quod ponitur versus finem capituli.

☞ A ingrati fuerunt per tantam eremi vastitatem: vbi nec fruges, nec arbores, nec vineæ, nec herbæ, nec aquæ ardorem Solis temperant per 40. annos non poterat Israel peruenire ad terram Iordanis, niſi dominus omnia præstitisset.

a *Et ego ero.* ✠ THEODORETVS. Ferocissimos hostes in eum concitabo, qui non aliter quàm solet pãther & pardus eum tractabunt. Cùm ipse qui omnia administrat, hostes immittit, tum seipsum pantheris, leænæ, & pardi similem esse dicit, atque adiunxit.

b ✠ *Occurram eis quasi vrſa, &c.* Vt vrſa in loci angustias compulsa magna rabie in se impetẽtes inuadit, sic hostes nullã veniam impartientes in eos irrumpẽt, quin suum atrocẽ & immanem animum in eos edent atq; explicabũt. Hæc autẽ in eos perficiam volens eorũ cor obduratũ recludere, atque ad respipiscẽtiam deducere.

c *Et cõsumam eos ibi quasi leo.* ✠ THEODORET. Variè eadẽ dixit, vt multitudine horribilium imaginum, morbo inueterato laborantes perferre faceret.

✠ RVPERTVS. Sensus iste est: Tradam illos regnis quatuor, quæ intelliguntur per leænam, & pardum, & vrsam, & bestiam agri quam sine nomine posuit, vt ab illis oppressi atque cõsciſſi, magnitudine miseriarũ cogantur reminiſci mei, cuius sunt obliti. Per istas namque bestias quatuor, regna quatuor, Babyloni-
C cum, Persicum, Macedonicum, atque Romanum, Danielis visio Dan. 7. dat intelligi.

HIERON. Cum traditi fuerint hostibus, ego qui erga illos semper clementissimus fui, cõuertar eis in ferocitatem omnium bestiarum. Et hoc non solùm cõuenit Israelitis, qui propter idolatriam in montibus Medorum sunt detenti, sed etiam hæreticis qui propter mentis superbiam falsi dogmatis nouitatem finxerunt, & obliti Dei sui secuti sunt deos alienos. Tantę iniquitatis sunt, vt etiam in captiuitate positi fœuitiã meam merito sentiant, ne miserias suas fortitudini hostium ascribant.

d *Perditio tua.* ✠ RVPERTVS. Ac si dicat. Tu ipse perditionis tuæ causa es, tu tibi perditionem thesaurizasti, recedendo à me qui solus tibi poteram & cõsueueram auxiliari, & nusquam tibi auxilium est niſi apud me, si pœnitentiam egeris.

HIERON. Ironicè loquitur illis qui contra Dei voluntatem elegerunt sibi regem, in cuius fortitudine se victores fore iactabant. Dicit ergo: Rex de quo promittebas tibi quòd tua bella bellaret, nunc maximè te saluet cum imminеat periculum ab Assyriis: sed non hominẽ regem habes, qui me Deũ proiecisti.

Perditus

¶ Tamen. a ¶ Qui tanta dedi. ¶ Ideo.

a sunt. Et eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero 1
a Ingratis. b ¶ Quæ raptis catulis fœuissima est sicut & pardus. 2
c ¶ Quando ducentur captiui ab Assyriis. 3
b ẽis quasi lẽæna, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram 4 5
a ¶ Qua dicitur nihil esse fœtius cum catulos amiserit, vel cibo indiguerit. 6
b ¶ Per Assyrios. c ¶ Vitalia cordis eorum auferam,
eis quasi vrſa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris 7
a ¶ Sicut leo prædam deuorat. b ¶ Sennacherib, vel diabolus in deserto seculi habitans.
c eorum. Et cõsumam eos ibi quasi leo: bestia agri scindet eos. 8
a ¶ Imminet. ¶ Id est, tu ipse es causa tuæ perditionis. b ¶ Non ex te vel quolibet alio.
c ¶ Si pœnitentiam egeris.
† Perdidiſti te. -Maximè nunc. d † Perditio tua Israël, tãtum modo in mẽ auxiliũm tuum. Vbi 9 10
a ¶ Ieroboam, vel etiam Saul.
est rex tuus: Maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis, 11
a ¶ Sicut comites & cæteri principes sub regibus. ¶ Vbi sunt, cur non subueniunt tibi. 12
B & iudices tui, de quibus dixisti: da mihi regem & principes.
a ¶ Q. Ego respondebam: Dabo tibi regem.
† dedi, e † Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatio- 13
a ¶ Non Deo cui omnia aperta, sed ipsi qui noluit habere in memoria. 14
ne mea. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditũ est pec- 15 16
a ¶ Quia. b ¶ Quia non cognouit patrem verum. 17
catum eius. Dolores parturiẽtis venient ei. Ipse filius non sa- 18
a ¶ Cum captiuitas venerit. b ¶ Non poterit sustinere tribulationem filiorum qui coram patribus interficientur, vel non stabit sed capticus ducetur.
¶ Primogenitus meus Israel. c ¶ De opere peccati quod trahit ad mortem. vnde dicitur: Mors & vita in manibus linguæ, vel manus mortis potestas diaboli. 19
c piens. Nũc enim nõ stabit in contritione filiorũ. De mãu 20 21
g & Dauid Saulę per-
tulit, sed subsequente culpa adulterij proditur, quia dignus tunc fuit, qui tanta præpositi asperitate præmeretur. Sic ergo secundum merita subditorum tribuuntur personæ regentium, &c.

✠ IRENÆVS. Cuius iussu homines nascuntur, huius iussu & Reges constituuntur, apti his in illo tempore qui ab ipsis regantur. Quidam dantur ad correptionem & vtilitatem subditorum, & conseruationẽ iustitiæ: quidam ad timorem, pœnam, & increpationẽ: quidam ad contumeliã & illusionẽ quemadmodũ digni sunt, iuſ[illegible] Dei iudicio in omnibus æqualiter superueniente. l. 5. adu. hæres. F

f *Colligata est, &c.* Sicut qui ligatur in sacculo conseruatur ne pereat, sic iniquita[illegible]æ in Deum peccauit Ephraim quasi ligata permanet vs[illegible]diem captiuitatis. Et hoc ideo quia absconditum est peccat[illegible]n eius.

HIERON. Cum venerit vltima captiuitas & iniquitas eius omnibus manifestabitur, tunc repentinis doloribus velut parturiens cruciabitur.

Hæreticis est iniquitas colligata, quàm in excelso loquuti sunt & absconditum est peccatum eorum: quia putant venenum cordis abscondere, sed cum venerit dies tribulationis doloribus & eiulationibus pandetur: hic est filius insipiens qui Dei sapientiam derelinquet, & in contritione filiorum quos occidit, iram Dei sustinere non poterit.

g *De manu mortis.* Eis loquitur dominus, quos sua gratia liberare dignatur. Mors est, quando separatur anima à corpore. Infernus est locus, vbi recluduntur animæ vel ad refrigerium, vel ad pœnam. Quidquid separat amorem fraternitatis, est infernus.

☞ ✠ THEOD.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et eleuauerunt cor suum. *Per superbiam.*

2 Et obliti sunt mei. *Per idololatriam multiplicem: Licet autem ingratitudo huius beneficij increpata fuerit superius. xj. capitulo, tamẽ hîc repetitur: quia aliquid hîc exprimitur, quod non est ibi expressum.*

3 Et ego ero. *Hîc consequenter ponitur ingratitudinis punitio, cum dicitur*: Et ego ero eis quasi leæna. *Quæ est magnæ crudelitatis.*

4 Sicut pardus, *qui est magna velocitatis: & sic non poterũt effugere.*

5 In via Assyriorum. *id est, quando ducentur captiui in Assyrios.*

6 Occurram eis quasi vrſa raptis, &c. *id est, crudeliter.*

7 Et dirumpam interiora iecoris. *Quia in via illa multi eorũ fuerunt mortui afflictione famis & itineris, & proiiciebantur bestiis lacerandi. Ideo subditur.*

8 Bestia agri. *Et quia hoc non processit ex defectu diuinæ misericordiæ, sed ex demerito suæ malitiæ. Ideo subditur.*

9 Perditio tua Israel. *Id est, ex demerito facti tui.*

10 Tantummodo in me auxilium tuum. *id est, pœna tua non potest niſi per me subleuari. Ideo subditur.*

11 Vbi est rex tuus. *q. d. secum est captiuus. Ideo subditur ironicè.*

12 Maxi

12 Maximè nunc saluet te, &c. da mihi regem & principes. *Hoc petiuit totus populus antequam diuideretur in duo regna. j. Reg. viij.*

13 Dabo tibi regem in furore meo. *Licet enim illam petitionem exaudierit, tamen sibi displicuit. vnde ibidẽ dixit Samuel*: Audi vocem populi: non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

14 Et auferam in indignatione mea. *Id est, in iustitiæ meæ vindictã: Sic enim, ablatus fuit Hoseæ rex Israel & Sedechias rex Iudæ propter peccata sua.*

15 Colligata est iniquitas. *Id est, integrè reseruata apud me.*

16 Absconditum est pec. *sed manifestabitur in punitione aperta.*

17 Dolores parturientis. *qui sunt vehementes.*

18 Venient ei. *per regem Assyriorum. Et subditur causa.*

19 Ipse filius non sapiens. *i. à Deo patre per idololatriam recedens.*

20 Nunc enim non stabit. *Contra regem Assyriorum, à quo populus eius conteretur.*

21 De manu. *Postquam cum ingratitudine populi descripsit beneficium præteritum, hîc consequenter ponit futurum. Circa quod sciendum, quòd Hebræi & aliqui Christiani eos sequentes exponunt hoc de liberatione captiuitatis Babylonicæ: Sed secundum quod dicit Hieron. Paulus* Futurũ Dei beneficiũ.

✠ THEOD. Hæc typicè in reditu Iudæorum facta fuerunt. Vocat autem per similitudinem diuersationem in caprinitate, infernum, & mortem, quæ ad perfectum & verum finem perueneriũt, post cõseruatoris nostri resurrectionem. Nostris enim primitiis resurgẽtibus, spem resurrectionis omnes suscepimus. Tum communem omnium hominum resurrectionem ostẽdit: nam erga Iudæos facta, typus sunt Dei procurationis in omnes homines.

✠ RVPERT. Christus Dei filius, victor mortis & author vitæ, hoc in persona sua magna voce, magna veritatis eloquitur authoritate, *Liberabo eos de manu mortis, &c.* Quos nisi filios, quorum cor contritum in pœnitentiæ studio est? Nec verò ira semel, sed pro duplici morte, alia corporis, alia animæ. Quali autem pretio? Non auro, neque argento, sed morte mea mortem ipsorum interficiẽdo. Moriar, vt ipsi viuant: & ad infernum descendam, mortis & inferni potens debellator, vitæ & mortis dominator.

Hieron. 1 Cor. 15. c. a *Consolatio.* Videns clementissimus pater, quòd ex sententia prolata in Adam omnes morimur dicit consolationem habere non possum, pro eo quòd totum humanũ genus ruit in mortem. Vel ipse propheta videns se ex communi necessitate moriturum & ad infernum descensurum, dicit: Non possum consolari, & quid quidquid mente concipio, non potest meum mitigare dolorem: dum videp ineuitabilem mortis necessitatem.

Quidam iuxta historiam illius temporis dicunt duos fratres inter se diuisos, Israel & Iudam, vt quod tũc figurabatur in parte, nunc sentiatur in toto: & cum omni humano genere Israel redimendus, & Iudas liberandus sit.

a ¶ De inferno. b ¶ Prætio sanguinis.
c ¶ Iudæos vel Gentiles credentes, vel etiam hæreticos retipiscentes. vnde subdit: Ero mors tua.
d ¶ Moriens te destruam.

mortis liberabo eos, de mõrte rẽdimam eõs. Erõ † mors tua † I
a ¶ Meos electos educendo, reprobos verò ibidem relinquendo. Vel mors & infernus diabolus quem momordit Christus vt potestatem amitteret, non vt penitus esse desisteret.
b ¶ Cuius faucibus omnes vorabantur. 2
a o mors, erõ morsus tuus inferne. Consolatio abscondita est 3
a ¶ Infernus. b ¶ Dum vnum recipit alium superstitem relinquit. 4
c ¶ Filium peccata tollentem, de quo Habacuc: Deus ab austro veniet & sanctus de monte Pharan.
ab oculis meis, quia ipse inter frãtres † diuidet. Adducet vẽn- 5
¶ Parce. a ¶ De humilitate crucis ad excelsa. 6
c tum vrentem dominus de deserto ascẽdentem, & siccabit 7 8
a ¶ Peccata. b ¶ Mortis. c ¶ Diabolum vel peccata: quibus patefactis ipsa mors siccabitur.
vẽnas eius, & † desolabit fõntem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. 9 10

b Adducet ventum. ✠ THEOD. Perhæc occultè ostendit Cyrum Persam bellum moturum & dissoluturum Assyriorũ regnum, omnemq; regiã cognationẽ corrupturum, & causas tyrannidis subtraturũ. Hæc per translationẽ & immutationẽ fontes & venas appellat.

HIER. Vrens ventus, sermo ecclesiasticus, qui omniũ hæreticorũ dogmata arefacit, & diripit eos atq; dispergit qui hæreticorũ doctrina in morte fuerant congregati.

c *De deserto.* humani generis in quo diabolus requiem quærẽs non inuenit. Vel, de vtero virginis quæ sine virili semine concepit, & de simplici & pura virga flos ascendit qui nos secũ ascendere facit. Hæc omnia acciderunt Iudæis tempore captiuitatis, quando vel interfecti vel in perpetuam seruitutem deducti sunt. Alligato forti, sanctos qui in inferno erant quasi vasa præciosa secum tulit in paradiso, vel vasa quæ prius diabolus tenere desiderabat auferre.

† crescent. † siccabit. † desolabitur.

NICOLAVS DE LYRA.

Apostolus in lege & prophetis humanitus & diuinitus instructus exponit hanc partem de resurrectione generali futura per Christum quæ erit ad vitam immortalem dicens. 1. Corin. 15. g. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria, &c. *Et allegat scripturam secundum translationem. Lxx. quæ pro eo quòd habemus hic:* Ero mors tua ô mors, &c. *habet:* Absorpta est mors in victoria, &c. *prout dicit hic Glo. Et ideo non debemus nec possumus aliter exponere secundum quòd dicit Hieron. Hæc autem resurrectio ad vitam mortalem incœpit in Christo, secundum quòd dicitur .1. ad Corinth. 15. c.* Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. *In resurrectione verò sua liberauit patres sanctos de manu mortis in limbo detentos. Ideo dicitur:* De manu mortis liberabo eos, &c. *Quia in sua resurrectione de potestate mortis liberauit aliquos partialiter, & in resurrectione generali liberabit omnes generaliter. Et huic expositioni consonat quædam gloss. Hebraica Genes. 24. dicit Rab. Iosue filius Leui: Iui cum angelo mortis vsque ad portas gehennæ, & iuit mecũ Messias filius Dauid, & cum viderũt captiui lucẽ Messiæ latantes, dixerũt: Iste educet nos de hac obscuritate, sicut scriptũ est in Hosee:* De manu inferni redimet eos.

1 Ero mors tua, &c. *Hoc dicitur in persona Christi qui mortem destruxit inchoatiuè in sua resurrectione, & in fine mundi destruet cõsummatiuè, vt dictum est.* 2 Ero morsus tuus inferne. *quia aliquos inde eripuit. s. sanctos, & aliquos ibi reliquit. s. damnatos, & sic erit in finali resurrectione, vt habetur Matt. 25. d.* Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autẽ in vitã æternam. *Et quia in præsenti nullus scit de qua parte sit futurus, secũdum illud Eccle. 9. a.* Nescit homo vtrũ odio vel amore dignus sit. *Ideo subdit propheta in persona humani generis.*
3 Consolatio. *quæ fiet sanctis in iudicio.*
4 Abscondita est ab oculis meis. *Et subditur causa.*
5 Inter fratres. *id est, homines qui omnes sunt fratres ab Adam primo patre descendentes.*
6 Diuidet. *separãdo oues ab hœdis, id est iustos à reprobis. Matt. 25. c. Et quia illud iudicium præcedet ignis conflagrationis. Ideo subditur.*
7 Adducet vrentem ventum. *id est, ignem conflagrationis ad modum venti discurrentem.*
8 De deserto ascendentem. *Quia tantum ascendet super terram, quantum ascenderunt aquæ diluuij.*
9 Et siccabit venas, &c. *quia comburet omnia viuentia & siccabit humida.*
10 Et ipse diripiet thesaurum omnis vasis, &c. *id est, omnia generaliter quæ modo concupiscuntur in præsenti vita.*

MORALITER.

✠ † *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Quod exponunt Iudei & aliqui doctores catholici literaliter de liberatione populi de captiuitate Babylonis. Ego autem ad literam exposui de liberatione naturæ humanæ à corruptione, quæ futura est per resurre

quam ad amaritudinem concitatus esse videatur. Cor impœnitens hoc effecit, & huius criminis rea fuit Samaria, cuius de regibus nullus omnino recessit à peccatis Hieroboam. Nec solum secundum animam, verumetiam secũdum corpus vt pereat concedendum est, &c.

HIERON. Bellatores Samariæ interficientur, lactantes eliduntur, prægnantes dirumpuntur, vt pereunte malo semine, & exustis zizaniis, remaneat solum triticũ in horreo Dei recondendum.

ALLEGORICE. Pereant hæretici qui iactant se præcepta Dei seruare, & cum sint immundissimi, se mundos vocant, negantes pœnitentiam per quã peccata purgantur. Quicquid autem dicunt repugnat Deo, & clemẽtem faciunt sibi crudelem adeo, vt qui perfecti viri esse deberent, spirituali gladio truncentur, quasi paruuli qui elidendi sunt ad Petram. De qua dicitur: *Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad Petram.* Feræ quoque eius quæ de malo semine conceperunt, discindentur, ne pessimos filios faciant.

a *Conuertere.* ✠ RVPERTVS. Cum dicit, *in iniquitate tua*, breuiter insinuat, quòd omni peccanti iniquitas, quam cunque perpetrauit, sibimet à seipso sit imputanda, ne vllo modo se excuset aut defendat, sicut fecit Adam, in quo omnes peccauimus & corruimus, tam gentes quàm Iudæi. Conuertere igitur ô Israël, tu primus, quia cõuersione opus est, quãdo corruisti: & hoc ipsum confitere, nam confessio hæc initium est salutis.

HIERON. Cùm prædixisset propheta calamitates quæ decem tribubus pro idololatria imminebant, nunc conuertens ad illas, dat consilium vt pœniteant & orent Deum.

MORALITER. Qui corruit in peccata, consurgat ad pœnitentiam, faciens fructus dignos pœnitentiæ & reuertatur à malis operibus.

b *Tollite.* Postquam hortatus est ad pœnitentiam, docet quomodo ad Deum fundant orationes.

✠ RVPERTVS. Non dico, tollite aurum, tollite vobiscum argentum, seu multitudinem hostiarum aut vitulorũ, & cætera quæ non omnibus præsto sunt, sed verba, quæ consequi potestis sine dispendio rerũ, verba confessionis, & precum tollite vobiscum.

Hæc vobis omnibus in promptu adesse possunt, Deo autem pro salute vestra sufficiũt, & pro iniquitatibus vestris satisfaciunt.

c *Omnem.* Nihil lãguoris, nihil pristinæ ruinæ relinquas, ne mali seminis pullulẽt rediuiua plantaria, & te auferente malum, poterimus offerre bonum. carnalibus hostiis reprobatis, placabilis hostia est Deo pura confessio.

ALLEGOR. Vituli labiorum, confessio sanctæ Trinitatis, & incarnationis, & passionis, & resurrectionis. *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Hanc hostiam qui offert, non sperat in rege Assyriorum. Dicitur ergo hæreticis: Conuertimini ad Deum qui corruistis per falsitatem. Tollite verba, fidei & confessionis, & dicite Deo, auferiniquitatem, quæ versatur in corde nostro, & accipe, bonam cõfessionem, & sic reddemus victimam labiorum, te laudando & gratias agendo, & non ascendemus per superbiam super equos, id est, illos quos genuimus in errore, & non dicemus vltra, operi manuum nostrarum, id est, dogmati quod artifici eloquio conficimus: Tues Deus noster: Et qui sic reuertitur ad Deum placat pium patrem.

d *Assur non saluabit nos, &c.* ✠ RVPERT. Instruit eos quid dicant, quid promittant, dum ex persona ipsorum verba infert huiusmodi. Non sicut hactenus fecimus, cõfidemus in homine, neque ponemus carnem brachium nostrum. Sæpe namque Israël confisus est in principibus & in filiis hominum, quorum Assyrij potentissimi fuerunt. Denique, & in hoc Israël peccauit, quod super equos ascendere nimium affectauit, malè æmulando curus & equitatum Pharaonis.

a *Pupilli*

† cadent. † collidentur. † discindetur. Hieron. † Apprehendite verba ista ad vos.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In gladio. *scilicet, Assyriorum.*
2 Paruuli eorum, &c. *Propter enim rebellionem Hoseæ ita crudeliter se habebant quòd etiam nec paruulis, nec prægnantibus parcebant.*
3 Conuertere Israël. *Hic subditur promulgatio diuinæ misericordiæ generaliter quantum est ex se. Sciendum tamen, quòd aliqui expositores catholici residuum huius capituli reducunt ad tempus Ezechiæ, in quo captiuatis iam decem tribubus populus regni Iudæ timens egit pœnitẽtiam, Ezechia rege ad hoc eum exhortante, propter quod Deus eum misericorditer liberauit de manu Sennacherib miraculosè. 4. Reg. 19. Alij verò reducunt ad tempus liberationis de Babylonica captiuitate, quia vexatione dante Iudæis intellectum cõuersi fuerunt ad dominum: propter quod Deus misericorditer eos liberauit per Cyrum. Et posset satis applicari litera ad hunc sensum vel illum, sed isti videntur nimis Iudaisare. Translatio enim Chaldaica vbi nostra sic habet in hoc capitulo. Conuertentur sedentes in vmbra eius viuent tritico & germinabunt quasi vinea. Talis est: Congregabunt de filiis captiuitatum suarum habitabunt in vmbra messis suæ viuificabuntur mortui & multiplicabitur bonum in terra. Ex quo patet, quòd residuum huius capituli loquitur de tẽpore Christi. Translatio enim Chaldaica declaratiua est Hebraicæ litera in passibus obscuris: tempore verò Christi maximè apparuit effectus diuinæ misericordiæ, & ideo sicut superius dicebatur, hic Dei misericordia promulgatur. Et secundum hunc sensum residuum huius capituli in tres partes diuiditur, quia primò propheta*

Diuisio

propheta incipit ad pœnitentiæ veritatem. Secundò manifestat diuinæ misericordiæ largitatem, ibi: Sanabo. *Tertiò miratur credentium paucitatem. ibi:* Quis sapiẽs. *Circa primum dicit:* Conuertere Israël ad dom. *Per pœnitentiam veram, ita proclamauit Ioannes præcursor Christi:* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. *vnde & baptismus Ioannis Baptistæ fuit quædam protestatio pœnitentiæ agendæ in aduentu Christi.*
4 Quoniam corruisti in iniquitate tua. *A statu gratiæ.*
5 Tollite vobiscum, &c. *Non dicit brutorum animalium sacrificia quæ cessauerunt in lege noua, sed verba duplicis confessionis, scilicet, peccatorum & diuinæ laudis, quibus homo conuertitur ad Deum.*
6 Et dicite ei. *id est, Christo.*
7 Omnem auferiniquitatem. *Christus enim abstulit peccatum originale per sacramentum baptismi & actuale per sacramentum pœnitentiæ: propter quod dicitur de eo Ioan. 1. d.* Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,
8 Et accipe bonum. *id est, bonum de genere ad quod se extendit facultas humana, fuc acceptum Deo patri sua gratia.*
9 Et reddemus vitulos. *id est, sacrificia, eo quòd in veteri lege de specie bouis fiebant maiora sacrificia.*
10 Labiorum nostrorum. *i. laudes deuotas: quæ sunt sacrificia Deo acceptissima. Psal. 49. d.* Sacrificium laudis honorificabit me.
11 Assur non saluabit nos. *id est, in præsuris nõ recu ramus ad auxi-*
✠ *lium*

CAP. XIIII.

a PEreat Samaria. ✠ RVPERTVS. Septima, quæ & vltima, sic inchoatur peccatorum, & eiusdem iustitiæ diuinæ commemoratio. Dissimile hoc initium est cæteris omnibus, quia illa peccata replicant, & ostendunt, hîc autem tanquam desperata cor

CAP. XIIII.

a ¶ Vox prophetæ non tam imprecantis quam prædicantis.
b ¶ Colendo idola illum qui erat dulcis & beneficus coegerunt ad vindictam.

†Ereat Samaria, quoniã † ad amãritudinem cõcitauit Deum suum. 1 2

ta correctione statim in primo sermone, nõ tam peccata, quàm idolorum vindicem deprimit sententiam. *Pereat*, inquit, *Samaria.* Quare? *Quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum.* Magna hęc causa siue accusatio est. Deus enim naturaliter dulcis est, nec parua potest esse causa, per

✠ quam ad

† rebellauit in. † cadent.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

PEreat Samaria. *Superius posita est promulgatio diuinæ iustitiæ, in hoc vltimo capitulo ponitur promulgatio suæ misericordiæ. Præmittitur*

titur tamen decem tribuum punitio tẽporalis, eò quòd iste propheta scribebat principaliter contra decem tribus, dicens.
1 Pereat Samaria. *metropolis in regno decem tribuum.*
2 Quoniam ad amaritudinem. *Per idolorum cultum.*

✠ 1 Ingla

MORALITER.

✠ 1 *Pereat Samaria: quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum.* Hic

Hic ad literam ponitur conclusio respectu præcedentium, quæ dicta sunt de captiuitate decem tribuum, in quorum regno Samaria metropolis erat, & in ea idolatria vigebat.

✠ MORAL

MORALITER.

✠ MORALITER autem per decem tribus idololatras, significatur idololatrantium vniuersitas, eo quòd denarius est numerus perfectus & limes numerorum, quia numeri sequentes sunt replicationes ipsius vel partium eius. Vndecim enim est vnus & decem, duodecim, duo & decem, & sic consequẽter vsque ad viginti, id est, bis decem, triginta, ter decem, & sic consequenter. Igitur per destructionẽ decem tribuum, significatur destructio omnium idololatrantium. Quod iam pro maiori parte factum est per prædicationem apostolorum & aliorum sequẽtium. nam idolatria cessauit per mundum exceptis quibusdam Barbaris, & paucis

& paucis quæ dicuntur habitare iuxta polum arcticum.
3 *Conuertere Israël.* Hic ad literam propheta denunciat populo suauitatem diuinæ misericordiæ, postquàm denunciauerat ei multipliciter seueritatem suæ iustitiæ, more boni Samaritani, post vinum mordificatiuum, infundens oleum linitiuum, Sciendum tamen, quòd Hebræi & aliqui doctores catholici totum istud capitulum exponũt literaliter de liberatione populi Iudaici à captiuitate Babylonica, Ego autẽ ipsum exposui ad literam de liberatione populi Christum facta. Et ideo mea expositio spiritualis est respectu aliarum, propter quod de alia pertranseo: & quia mihi non occurrit conuenientior hic ponenda.

Exod. 4. f. A a *Pupilli.* HIERO. quia à malo patre diabolo recessit, & ideo saluatur, vel, populi Israel, de quo dicitur: *Filius meus primogenitus.*

b *Sanabo.* Redeuntibus ad patrem per pœnitentiam respondet Deus. Hoc capitulũ, & tunc ad decem tribus, & nunc in aduentu Christi, & ad Iudęos, & ad hæreticos, & ad gẽtiles possumus referre, quia quicũque pœnitẽtiam egerint, veniam consequẽtur. Et notãdum salutem Israelis & reuersionẽ ad Deum, & redemptionem de captiuitate, non carnaliter vt Iudæi putant accipi, sed spiritualiter vt verissimè cõprobatur.

† in te misericordiam cõsequetur pupillus. Nota

Arbores libani excelsæ quantum in auras extollunt verticẽ, tantũ ad ima radicem demergunt vt nulla tẽpestate moueantur.

† percutiet radices suas sicut Libanus.

B Quia dixerat. *Erũpet radix vt Libani.* ne putemus de cedris, & infructuosis arboribus loqui, virum ad Deũ cõuersum comparat oliuæ fructiferæ, de quo alibi: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo domi.* Hæc oliua habet odorem vt libani vel thuris, vt possit dicere: *Christi bonus odor sumus Deo.* Huius fructum sapientes virgines parauerũt, qui timorem mitigat, languentia membra recreat, lumen præbet in tenebris, in agone certantes vngit.

† Iere. 9. d. Psal. 51. 2. Cor. 2. d.

Libanus apud Græcos & Hebræos mons dicitur, & thus. Hic pro thure ponitur. Sicut enim odore thuris, sic delectamur vel fama iusti hominis. Vel si pro monte ponitur: Libanus est mons fertilissimus, densissimis arborum comis protectus.

c *Conuertentur sedentes.* ✠ THEOD. Vindicati ab errore idolorum, & meæ prouidentiæ confidentes omnium bonorũ copia redundabunt. Et similiter vt vinum odoratum in libano cultum, virtutis suauem odorem possidebunt: atque illinc manantẽ bonam existimationem, quasi fructus percipient. Cùm autẽ perceperitis animo, qui fructus pietatis sit, fugite idolorum errorem.

HIERO. Conuertentur. Vel viuent, tritico, id est, corpore & sanguine domini. Vel viuent, in æterna beatitudine per eum qui est frumentum verum.

Hieron. d *Et germinabunt.* Q. Electi bonis operibus germinant, sicut Christus qui est vera vinea.

Vinum libani. C e *Memoriale.* Vinum Libani potest dici diuersis pigmẽtis conditum, vt suauem odorem emittat. Sicut enim Pigmentatum vinum redolet suauiter, sic memoria iusti hominis, Deum bonis operibus imitantis. Vel vinum Libani est quod Deo in templo offerebatur. Sicut enim delectabatur in vino quod ei offerebatur, sic gaudet ex odore, qui de fide & operibus credẽtiũ pcedit. D

f *Ephraim.* id est, omnis pœnitens qui meus cœpisti esse per pœnitentiam, amodo contemne idola.

a ¶ Id est, vltra non adorabimus opera manuum nostrarum. s. vitulos.
ascendemus, nẽc dicemus vltrà: dij nostri opera manuũ no- 1
a ¶ Id est populi Israel (qui te per infidelitatem amiserat) reuertentis ad te, sicut pater pius misereberis.
b ¶ Anas populi. c ¶ Dimittam peccata quibus confracti & vulnerati sunt. 2
a strarum, quĩa † eius qui in te est misereberis pupilli. Sanãbo 3
b a ¶ Ego diligẽtes me diligo. b ¶ Sola misericordia, quia ipse prior dilexit nos. c ¶ Per pœnitẽtiam. 4
contritiones eorum, diligam eos spontaneè, quia auersus est 5
a ¶ Qui pro peccatis. b ¶ Quia æstum æstuãtis incendij & libidinis auferam. c ¶ Infusus hoc rore. 6
d ¶ Imitans illum qui dixit. Ego sum flos campi, & lilium conuallium. 7
furor meus ab eis. Ero quasi ros. Et Israël germinabit sicut li- 8
a ¶ Id est voluntas bona ad effectum boni operis ducetur. b ¶ De virtute in virtutem. 9
c ¶ In quibus aues Dei requiescunt. 10
lium: & † erũpet radix eius vt Libani. Ibũnt rami eius, & erit 11
a ¶ Id est operibus misericordiæ (quæ signatur per oleum) impinguatur, & accenso lumine in tenebris lucet, aliis exemplum bene operandi tribuens. b ¶ Qui primum à patre recesserant, & post conuersi: hoc accipiunt præmium, vt sedeant sub vmbra eius. i. sub protectione illius habitent. 12 13
c quasi oliũa gloria eius: & odor eius vt Libani. † Cõuertẽtur 14
a ¶ Et. ¶ Qui mortui fuerant. b ¶ Abundantia omnium rerum. 15
d sedentes in vmbra eius, viũent tritico. Et germinabunt quasi 16
a ¶ Q. Cum ex pœnitentia tanta bona percepturus sit. Quid vltra o Ephraim opponis mihi idola? 17
e vinea, memoriale eius quasi vinum Libani. Ephraim * quid 18
f a ¶ Qui auersum humiliaui, pœnitentem suscipiam. b ¶ Per me viam rectè ire faciam. 19
c ¶ Subaudis, dedi eum, vt haberet viriditatem fidei & operationis, & semper mente cælestia peteret. 20
g mihi vltrà idola? Egõ exaudiã & † dirigãm eũ: Egõ vt † abie- 21
a ¶ Omnis operatio eius vel noui Testamenti obseruatio, ex meo processit dono. b ¶ Per se. 22
h tem virentem, ex me frũctus eius inuẽtus est? † Quis sapiens 23
24

* sub dicet. † diligam. † abies virens.

✠ RVPERT. Triũphaliter in vltimis ad uersariũ percutit, cõsummatã prospiciens victoriam in proposito suo, gratia Dei. Si quidem Ephraim iste est omnis aduersarius veritatis, quisquis vsquam scandalum vel offendiculũ animabus posuit, aut ponere nõ desinit, ne pertingat ad notitiã veritatis, secundum exemplum illius Hieroboam de tribu Ephraim, qui aureos fecit vitulos, ne filij Israel ascendendo ad orandũ in Ierusalem aliquãdo reuerterentur ad domũ Dauid. E † Titũ. 3. b.

Hiero. g *Ego vt abietem.* Septuaginta. Ego sicut iuniperus condensa ex me fructus eius mei. De iuniperis iuxta Septuaginta Salomon ianuas tẽpli fecit, quia Christus (per quẽ ad patrem ascendimus) hanc habet naturam vt semper floreat & nouos fructus faciat, nunquam virorem deponat. Hæc iuniperus sub vmbra sua quiescentibus, ne mundi huius ardore feriantur, & ne percutiat caput eorum æstus, sicut olim caput Ionę, dat fruges & requiem & saturitatem. Ione

h *Quis sapiens.* ✠ THEODOR. Hunc eundem finem Dauid cùm Dei beneficia enarrasset, Psalmo centesimosexto adscripsit. Sapientia enim & intellectu opus est ad notionem diuinarũ prophetiarum, atque ad earum adimpletionem ac obseruationem. Neque enim hæc intelligere possunt, qui diuini Spiritus lucem non susceperint: neque obseruare, qui non assecuti sint ex alto auxilium. Qui erga Deum studio tenentur, inde subsidium consequentes, rectas vias ingrediuntur, & iustè viuunt: qui autem impiè committunt, & diuersam viam incedunt, impietatis præmia recipiunt.

His verbis propheta obscuritatem voluminis, & difficultatem explanationis ostẽdit: Quis? Q. Rarus est qui hæc omnia possit scire nisi per sanctos patres ex gratia Christi in carne aduenientis exposita fuerint. F

a Quia

NICOLAVS DE LYRA.

lium humanum sed diuinum. Et ita fuit in primitiua ecclesia, quòd Christiani contra persequutiones Iudæorum & etiam tyrannorum nõ pugnabant armis, sed orationibus deuotis: vnde per orationes beati Basilij & sui populi, sanctus Mercurius miles iam diu defunctus interfecit Iulianũ apostatam, ecclesiæ persequutorem & eius lancea quæ in ecclesia beati Basilij seruabatur inuenta est sanguine Iuliani apostatæ perfusa.

Sãctus Mercurius interfecit Iulianum.

1 Nec dicemus, &c. *quia per aduẽtũ Christi deiecta est idololatria.*
2 Quia eius qui in te est misere. *Erat enim populus ante aduentum Christi pupillus, quia carens parentibus sed nunc habet Christum & ecclesiam verum patrem & veram matrem.*
3 Sanabo. *Hic consequenter prophetat diuinæ misericordiæ largitatem, dicens in persona Christi:* Sanabo cõtritiones eo. *i. verè pœnitentes sanabo per gratiam.* 4 Diligam eos spontan. *quia amor inter hominẽ & Deum primò procedit ex parte Dei: propter quod dicit Ioannes prima canonica 4. b.* Diligamus Deũ, quoniam ipse prior dilexit nos. *Et sic eius dilectio est spõtanea.* 5 Quia auersus est furor. *Per mortem enim Christi hominis placatus est Deus pater, & per consequens filius qui est vnus Deus cum ipso. Ideo subditur.*
6 Ero quasi ros. *Sicut enim ros inuisibiliter descendit & fœcundat terram, sic Dei filius inuisibiliter descẽdens fœcundauit virginẽ. Isa. 45. b.* Rorate cæli desuper, &c. 7 Et Israel. *i. populus Christianus seu ecclesia.* 8 Germinabit sicut lilium. *per puritatem vitæ.*
9 Et erumpet. *Radix enim ecclesiæ est ipse Christus. secundum quòd declarat diffusè Augustinus, super Psalmos. Ista radix erupit, quando apostolos aliosq́; fideles protulit. Ideo subditur.* 10 Ibunt rami. *s. de virtute in virtutem.* 11 Et erit quasi oliua. *quæ semper est in virore.* 12 Gloria eius. *quia gloria Christi non marcescit.* 13 Et odor. *i. fama bonitatis Christi in se & eius discipulis diffundetur, sicut patet impletum per orbem vniuersum: propter quod dicit Apostolus. 2. Corint. 2. d.* Christi bonus odor sumus in omni loco. 14 Conuertentur. *s. Christi, vt patet per translationem Chaldaicam suprà allegatam.*
15 Viuent tritico. *i. eucharistiæ sacramẽto, quod cõficitur de pane triticeo: & hic panis dat vitã mundo, Ioan. 6. e.* Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in æternũ. *Et propter hoc Ionathan filius Hozeæ, qui fecit translationẽ chaldaicã loco huius:* Viuent tritico. *transtulit: Viuificabuntur mortui. Christus enim, & eius discipuli in nomine eius legitur multos mortuos s. suscitasse.* 16 Et germinabũt *propter hoc dicit saluator Ioan. 15. a.* Ego sum vitis vera & vos palmites. 17 Memoriale. *Prope enim montẽ istum crescebat vinũ optimũ memoria dignum.*
18 Ephraim. *supple dicet.* 19 Quid mihi. *Multi enim de decem tribubus reuersi à regno Assyriorũ crediderunt ad prædicationẽ apostolorum aliorumq́; Christi discipulorũ, omni idololatria & superstitione deiecta. Licet enim Iudæi qui redierũt de Babylone, nõ legãtur postea idololatrasse, nisi aliqui pauci Machabæorum tempore, illi tamen de decẽ tribubus qui non redierunt de captiuitate per Assyrios facta idola coluerũt, saltẽ multi vtpote inter idololatras cõmorantes.* 20 Ego exaudiam. *Orationes eius.* 21 Et dirigam. *in via salutis.* 22 Ego vt abie. *s. faciã eum.* 23 Ex me fru. *sicut dictũ est ca. præcedenti, tantũmodo in me auxiliũ tuum. Hic mutatur modus loquẽdi de tertia persona ad secundam.* 24 Quis sapiens. *Hic propheta admiratur paucitatẽ credentium. Licet enim primi credentes Christo fuerint Iudæi, tamen fuerũt pauci comparatiuè respectu remanentiũ in infidelitate: Quod propheta admiratur, cum videret in spiritu Christũ tot & tanta miracula facturũ,*

12 Glo — ✠ quòd

A a *Quia rectæ viæ.* In his viis nõ ambulat, nisi quis conuertitur ad dominum: & à quo aufertur velamen, quod erat super faciem Moysi. Et qui dicit cum Dauid: *Reuela oculos meos, & con. m. l. t.* hic ambulabit & inueniet Christum.

Psal. 118. c.

✠ RVPERTVS. Viæ Domini de quibus in hoc propheta maximè tractatur, illa sunt iudicia Domini verè incomprehensibilia, quibus à Iudæis recessit, & ad gentes transiuit. In istis viri iusti ambulant. Præuaricatores verò maximè Iudæi corruunt in eis, dum se iustificant, & veritati resultant, inuidentes gentium saluti. D

a ¶ Quid significent duæ mulieres & partus earum, & cætera quæ in prophetia continentur. b ¶ Per alios. c ¶ Scilicet hoc intelligendum est de omnibus: Quia rectæ viæ do.
a & intelliget ista, intelligẽs & sciet hæc? Quia 1
a ¶ Mandata noui & vete. Testa. 2
b Soli iusti rectè intelligunt & opere adimplent. 3
rectæ vię domini, & iusti ambulabunt in eis: 4
a ¶ Iudæi Hæretici, falsi Christiani qui in lege peccant, & per legem grauius punientur. b ¶ Vnde: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.
præuaricatores verò corruent in eis. 5

NICOLAVS DE LYRA.

quòd merito sibi ab omnibus erat credendum. Ideo subditur: Quis sapiens. *sapientia desursum descendente, quæ est suadibilis & bonis consentiens, Iacobi. 3.*
1 Et intelliget ista. *q. d. pauci comparatiuè intelligent dicta prophetarum.*
2 Et sciet hæc. *quæ dicta sunt.*
3 Quia rectę viæ do. *s. præcepta decalogi & euangelij & consimilia.*
4 Et iusti ambulabunt in eis. *id est, iustificati per fidem Christi procedent in eis de virtute in virtutem.*
5 Præuaricatores verò corruent in eis. *Qui casus, & si exeat ordinem diuinæ misericordiæ, tamen intrat ordinem suæ iustitiæ secundum quem punitio peccatorum ad gloriam Dei cedet & electorum, qui cum eo regnabunt in secula seculorum. Amen.*

3 Quia

ADDITIO I.

In ca. 14. vbi dicitur in postilla. Et reddemus vitulos.
Quædam glo. Hebraica super istud verbũ: Reddemus vitulos, *sic dicit: Soluemus seu reddemus confeßionem labiorum nostrorum, in loco vitulorum: Magis enim placet pœnitentia Deo (in qua requiritur confeßio labiorum) quàm sacrificia. vnde de capro emissario per quem expiabantur peccata totius populi, vt habetur Leuit. 16. nihil accedebat ad altare nisi sola confeßio. Dicitur enim ibi sic:* Confiteatur super eum omnia peccata filiorum Israel. B

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in postilla. Pręuaricatores verò corruẽt in *i eo Præuaricatores dicuntur prout in glossa, corruere in viis domini eis, modo quo dicitur Luc. 2. e.* Ecce hic positus est in ruinam. E

Incipit prologus sancti Hieronymi in Ioel prophetam.

SAnctus Ioel apud Hebręos post Hosee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim ad decẽ tribus cõfertur vaticinium, quę vel Samaria vel Israël sæpe memorantur, sic in hunc prophetam omne quod dicitur ad tribum Iuda & ad Ierusalem pertinere credendum est, & nullam omnino Israel, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetauit eadem debemus accipere, quę in Hosee legimus: in diebus Ozię Ioathan & Achaz & Ezechię regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Porrò factum esse sermonem domini ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus: † Dominus mihi factus est in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis nõ est iste qui ad aures sonat, sed qui corde percipitur, iuxta illud quod dominus loquitur: † Qui habet aures audiẽdi audiat. Quod autem dicitur Hebraicè האזינו haazinu: Græcè ἐνωτίσασθε enotisasthe, Latinè sonat auribus percipite: propriè non aure sed corde percipitur. Qui senes sunt & cælestes audiũt spiritualiter, qui autem habitant in terra, appellanturq́; terreni, auribus percipiunt. Vbicumque autem hęc duo verba iuncta ponuntur, non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligẽtiam pertinent. † In Genesi Lamech loquitur ad vxores suas, Ada & Sella: Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite sermones meos: Quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuore meo. Et Isaias: † Audite cæli, & auribus percipe terra.

C F † Psal. 117. b. † Mat. 13. f. † Gen. 4. d. † Isa. 50. a.

Item alius Prologus.

IOel de tribu Ruben natus in agro Bethoron, vbi etiam in pace mortuus est & sepultus.

Item alius Prologus.

IOel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam, & post euersionẽ prioris populi effusum iri spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est, super cẽtum viginti credentium hominum, & fuerunt viri in cœnaculo Sion. Qui cẽtum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerũ efficiũt, qui in Psalterio mysticè continẽtur. Ex tribus igitur generibus rhetorum hęc sumũtur principia, & tres sunt argumentorũ partes, ex quibus incipere solet omnis orator. Aut enim dociles, aut beneuolos, aut attẽtos auditores debet efficere. Hic ergo propheta à magnitudine cladis sumens principium, eosq́; qui audituri erant volens ad pœnitentiam prouocare, reddit attentos admirans futurorum malum, vt considerantes venturæ cladis asperitatem, ocyus arriperent pœnitentiã. In hoc propheta idcirco nec reges nec tempora sunt pręnotata, quia iisdem temporibus ac regibus quibus Hosee prophetauerat & ipse prophetauit. Ioel interpretatur incipiens, aut domini descensus. Phatuel verò aut latitudo aut ostiũ Dei. Tropologicè, hoc est quòd qui ostium Dei & scientiam domini habuerit apertam, rectè incipit prophetare.

CAPVT I.

A a Verbum Domini. ✻ THEODOR. Ioelis prædicta hæc sunt. Assyriorum & Babyloniorũ bellum: captiuitas & seruitus Israel: a captiuitate reuersio: tum prædicit quæ post reuersionem ex gente Scythica Gog, acciderint: tũ in Hierosolyma bellum factum & illatã diuinitus perditionem. Adhæc, adiunxit dona quæ post incarnationem Seruatoris, Spiritus sanctus hominibus cõcessit. Hoc in summa est argumẽtũ.

HIERON. Phatuel propheta pater Ioel prophetæ à LXX. interpretibus Bathuel vocabatur. Sed cum Bathuel in Hebræo nihil omnino sonet, melius est vt legatur Phatuel: quod interpretatur latitudo, vel aperiẽs Deus. Marc.7.d. Vnde in Marco: *Fpheta quod est, adaperire.* Et bene Ioel qui cum 2.Cor.6.c. Apostolo poterat dicere: *Os nostrum patet ad vos &c. Cor nostrum dilatatum est.* Et qui audiebat à Psal.80.b. domino: *Aperi os tuum & ego a. i.*

b *Filium Phatuel.* dicitur, id est, Dei, in cuius potestate est aperire os hominis, & dilatare ipsum hominem sanctũ, donec veniat ad perfectionẽ. Huius ergo Phatuel, filius est Ioel. i. incipiẽs, vel est Deus, quia qui se incipiẽtem cognoscit, per humilitatem crescere debet, vt cũ Moyse audiat: d.d. *Qui est misit me.* i. verus Deus, ad distinctionẽ eorum qui nõ sunt veri dij. Ad hunc ergo Ioel rectè factum est verbũ domini, quod erat in principio apud Deum. Porrò factum, non secundum se, sed secundum eum ad quem fit, Psal.117.b. dicitur. *Vnde factus est mihi in salutem:* Factum est ergo verbum, id est, loquutum est verbum ad prophetam.

✻ THEODORET. Quoniam plerique eodem nomine sunt, patris nomen addidit. Docet autem verba sua non humani esse ingenij, & ratiocinationum humanarum partus: sed instituto, D afflatúque diuino futura prænuntians loquitur. Vos inquit, qui ad affectam ætatem vixistis, qui, vt vsu euenire solet, pleraque ex rerum periculis percepistis, quique de patribus & auis narrantibus sępe audistis, verba huius prophetiæ exaudiẽtes, vobiscum reputate an memoria vestra, an patrum vestrorum, tale quiddam antea factum fuerit: ac omnes qui in terra promissionis habitatis, diligenter his quæ dicentur date operam. Cùm autem hęc experta habueritis, ne à memoria vestra dilabantur, sed horum ignaros filios ad hæc instituite, atque illis præcipite, vt hæc quasi per manus filiis suis tradant: & generatio quæ hos consequitur, à superiore generatione horum narrationem accipiat. Eiusmodi Dauid, ait: *Filij qui nascentur & exurgent narrabunt filiis suis, &c.* Psal.77. Atque causam affert, *Vt ponant in Deo spem suam.* E

✻ RVPERTVS. Hæc & quæ sequuntur, verè multa & magna sunt, talísque modus dicendi quo enunciantur, imò fortiter auribus nostris illiduntur, vt verè non solum dormientes, verumetiam præ ebrietate absorpti & sepulti reputentur, quicunque ad clamores istos tam terrificos non excitantur.

c *Senes.* id est, maturi in domino, qui infantiam reliquistis spirituali aure intelligite mysteria quæ dicturus sum: & vos habitatores terræ, qui spem in terrenis ponitis, si non potestis audire spiritualia, saltem auribus corporis percipite literalem sensum. Facit autem propheta exordium, in quo ex magnitudine dicendorum facit auditorem attentum: quia nec in veteri historia, nec in præsenti ætate talia dicit contigisse. Post exordium sequitur narratio. Hiero. Haymo.

Incipit Ioel Propheta.



CAP. I.

a ¶ Patris.
a Verbum Domini quod 1
a ¶ Non quantum ad se. b ¶ Incipiens, vel est Deus.
b factum est ad Ioel filium 2
a ¶ Latitudo vel aperiens Deus.
c Phatuel. Audite hæc se- 3
nes, & auribus percipite 4
omnes habitatores terræ, si factum est istud in diebus vestris, aut in
a ¶ Præsentium. b ¶ Omni futuræ soboli.
diebus patrũ vestrorũ. Super hoc filiis vestris 5

☞ a *Residuum.*

C

Incipit Postilla venerabilis Nicolai de Lyra in Ioelem prophetam.

CAPVT I.

✻ Verbum domini. *Hic in principio Ioelis prophetæ, duo sunt præmittenda. Primum est, quibus prophetauerit: & dicit hic Hieronymus in primo prologo super hunc prophetam quòd prophetauit ad tribum Iuda & Ierusalem, & nullam omnino fecit de decem tribubus mentionem. Sed ipse in epistola ad Paulinum de studio sacræ scripturæ, seu de omnibus diuinæ scripturæ libris dicit contrarium, sic dicens: Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: propter quod de eius dicto salua sua reuerentia parum videtur tenendum in proposito. Ra. Sa. verò dicit, quòd prophetauit non solum contra duas tribus, sed etiam contra alias decem, dicens quòd hæc sterilitas terræ ex dicta corrosione fuit in diebus Ioram filij Achab, de quo habetur iiij. Reg. & quòd ex hoc fames fuit in Iudæa generaliter per septem annos, sicut denunciauit Elisæus mulieri, cuius filium suscitauerat. iiij. Reg viij. a. Propter quod illa mulier cum filio suo iuit ad peregrinandum extra terram duodecim tribuum, scilicet, in terram Philisthinorum, vt ibidem habetur: Erat etiam ipsa de decem tribubus propter quod in suo reditu accessit ad regem Israel petens agros suos sibi restitui, qui in eius absentia tanto tempore fuerant ab aliis occupati vt ibidem dicitur. Et sic patet quòd illa fames non solum fuit in terra duarum tribuum, sed etiam decem: propter quod aliqui expositores catholici sequuntur hanc sententiam quam etiam intendo prosequi. Secundum est, quo tempore prophetauit: De quo dicit Hieronymus in secundo prologo, quod prophetauit iisdem temporibus quibus & Hosee, scilicet, temporibus Oziæ, Ioathan, Achab & Ezechiæ regum Iuda: & secundum hoc dictum prophetauit post sterilitatem dictam: quia Ozias incepit regnare per plures annos post mortem Ioram regis Israel, vt patet ex iiij. Reg & secundum hoc dictum Ioel non prophetauit de vastatione terræ causata ab eruca & brucho, &c. sed solum de vastatione per illam figuratam, quæ facta fuit postea per quatuor regna, vt plenius infrà eodem cap. apparebit. Ra. Sa. verò dicit, quòd prophetauit tempore Ioram regis* F *Israel. ita quòd sicut Elisæus prænunciauit famem futuram, ita iste expressit modum veniendi, scilicet, per corrosionem erucæ, bruchi, &c. Et quia hic modus dicendi mihi videtur probabilior, intendo eum sequi, tamen sine præiudicio alterius. His igitur præmissis ad literam accedamus, quæ in duas partes diuiditur, scilicet, in prooemium & tractatum, qui incipit ibi:* Residuum. *In prologo verò propheta primò notificatur ex nomine, cum dicitur.*

1 Verbum Domini quod factum est ad Ioel. *& ex genere cum dicitur.*

2 Filium Phatuel. *& fuit iste propheta sicut & filius, secundum regulam Hebræorum quam posui in principio Hosee. Secundò audientium attentio excitatur, cum dicitur.*

3 Audite. *Primò eos alloquitur eò quòd sunt maioris reuerentiæ & intelligentiæ, & alios consequenter, cum dicitur.*

4 Et auribus percipite. *scilicet, quod postea ponitur in tractatu:* In diebus vestris aut in diebus patrum vestrorum. *q. d. non, quia ibi accipitur si pro non. Sed contra hoc videtur quod dicitur Exod. 10. de locustis inductis super terram Aegypti.* Et federunt in vniuersis finibus eorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant nec posteà futuræ sunt. *Ad hoc respondet Rabbi Salo. dicens: quòd licet locustæ fuerint plures & maiores quàm istæ, tamen quatuor plagæ hic positæ, scilicet, de eruca, brucho, locusta & rubigine simul sumptæ fuerunt maiores, & sic intelligendum est dictum prophetæ, quòd quatuor tales pestes simili modo sibi succedentes non fuerant temporibus præteritis.*

5 Super hoc filiis vestris narrate, & filij vestri filiis suis, &c. *quia hæc prophetia est memoriter tenenda, & per successiones generationum recolenda, & hoc videmus impletum non solum in Iudæis, sed etiam in Christianis.*

✻ 1 Residuum.

MORALITER.

1 *Verbum Domini quod factum est.* Sequitur.

✝ *Residuum*

☞ a *Residuum.* HIERON. Eruca vermis qui in oleribus maximè A inuenitur. Bruchus vocatur fœtus locustę antequam habeat alas, deinde cum incipit volare dicitur athelabus, cum verò pleniter volat dicitur locusta: & est bruchus multò grauior quàm locusta vel athelabus: quia iacẽs in vno loco radicitus comedit fructus.

narrate, & filij vestri filiis suis, & filij eorũ generationi alteræ
a ¶ Hac peste atteritur, qui vltra modum mærore afficitur. b ¶ Hoc morbo laborat qui nimia lætitia Dei effluit.
a terræ. Residuũ erucę comedit locusta, & residuũ locustæ co- 1
a ¶ Hoc vitium est, quando vltra modum aduersa timemus. 2
b ¶ Hoc vitio de futuro bono immoderanter exultamus.
c ¶ Qui in imo vitiorum iacetis. 3
b medit bruchus, & residuũ bruchi comedit †rubigo. Expergi- 4

Rubigo est quando teneræ fruges noxio rore percutiuntur, & vertũtur tam culmus quàm spicæ in ruborem minij coloris vel synopidis. Hæc si singula veniunt, noxia sunt. Si autem simul omnia venerint, omnia penitus auferunt. Potuit autem historialiter cõtingere, quòd 3.Reg 8.a. Rupertus. hæc omnia simul venerint tẽporibus Achab regis & Eliæ, quando fuit tanta fames tribus annis & sex mensibus, vt matres commemorarentur filios suos comedisse.

ALLEGORICE. Per erucam Assyrij vel Chaldæi signantur, qui decem tribus tempore Ezechiæ, & duas, cum tribu sacerdotali tempore Ioachin nepotis Iosiæ captiuauerũt. Per locustam, B Medi & Persæ qui subuerso imperio Chaldæorum Iudæos habuere captiuos, licet multi permittente Cyro ex duabus tribubus cum Zorobabel sunt reuersi. Per brucũ, Macedones & omnes Alexandri successores, maximè Antiochus cognomẽto Epiphanes qui more bruchi sedit in Iudęa, & omnes reliquias priorum regum deuorauit, sub quo fuerant bella Machabæorũ. Per rubiginem, Romani, qui penitus omnem Iudæam vastauerunt, & subuersis vrbibus templum Domini succenderunt. & omnem populum fame, gladio & captiuitate abstulerunt.

✻ RVPERTVS. Quòd hęc regna sub nominibus eiusmodi vermium prænunciantur, quæ apud Danielem per feras terribiles, leænam, vrsum, pardum, & aliam quæ sine nomine mirabilis & fortis dicitur, dentes ferreos habens magnos, significantur. Etenim contra hominum, maximè Iudæorum, imbecillitatẽ, regna illa quasi bestiæ fortes atque feroces extiterunt: sed coram omnipotentia diuinitatis infirma & fragilia, siue etiam exigua tanquam locusta, eruca, bruchus, seu rubigo reputata sunt, & vana fuit omnis pulchritudo eorum.

C ✻ THEOD. Quidam hæc tropicè de Assyriis & Babyloniis interpretati sunt, Erucam, Theglathphalasar nũcupantes: locustam Salmanasar: Sennacherib autem bruchum appellauerunt: rubiginem vero Nabuchodonosor, qui postremus bellum intulit, funditúsque vastauit ac populatus est Iudæam, quique eos qui D mortem effugerant, captiuos abduxit. Ego vera hæc esse censeo, & sine dubitatione facta esse arbitror, &c.

HIERON. Per hæc quatuor signãtur quatuor passiones animi. Quæ si vltra modum dominantur, auferũt salutem animæ. Duæ sunt in præsenti, tristitia de præsenti aduersitate, gaudiũ, de præsenti prosperitate. Duæ verò sunt de futuro, timor de futuro malo, spes de futuro bono. Sed vir fortis ita debet se habere, vt nec præsenti, vel sperata prosperitate in aliqua mala proruat, nec pręsenti vel futura aduersitate vltra modum turbetur. Aliter: Ego reor erucam esse incipientem in animo passionem, quæ tarda est, & discurrere non potest, & pertinaci mora ebibit omnem virorem. Quam si in nobis non occidimus, crescit & aduolat, & nunc deuorat quidquid attingit: nunc semesa dimittens ad alia pergit reuerténsque ad pristinã sedem, bruchus efficitur, vt non solum folia & cortices, sed & medullam deuorat tarditate: Si verò quod rarum est, aliquis vitalis spiritus post bruchum remanserit rubigo omnia vastat, vt stipulam & vile fœnum in nigredinem vertat, vt non solùm esui, sed nec fimo vtilia sint. E

Moraliter. Animæ passiones quatuor.

†hasil alterũ locustæ genus.

GREGOR. Per erucam notat libidinẽ. Per locustam inanem gloriam, per bruchum ingluuiem ventris, per rubiginem iram. Multi enim domant libidinem, sed inde erigũtur in superbiam. De superbia ruunt in ingluuiem. De nimia comestione & ebrietate in iram & furorem. Qui his perturbationibus obuoluuntur, lumen sapientiæ intueri non possunt. l.33 Moral. cap.39.

b *Expergiscimini.* Prænotatis noxiis passionibus, cũ illi in fęce luxuriæ & omnibus erroribus iacent, monet iacentes, vt surgant à vitiis, & fletibus pœnitentiæ Dei misericordiam impetrẽt, vel secundum historiam vt liberentur à captiuitate hostium.

✻ RVPERTVS. Notandum quo sensu dicat, *qui bibitis vinum,* addendo, *in dulcedine.* Non enim vini creaturam, sed bibentium tali sermone condemnat luxuriam, eo quòd non tantùm ad necessitatem implendam, sed ad voluptatem concitandam, vinum F quia dulce est, immoderatè hauriant. Nunquã autẽ sine doloris amaritudine amittitur, qđ cũ dulcedine possidetur aut bibitur.

✻ *Expergiscimini.* id est, hoc argumento finite vos perdoceri, quòd cura sit Deo de hominum factis, & quòd in nouissimo die

☞ suo magno

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Residuum. *Hic incipit tractatus in quo propheta primò prædicit desolatoria. Secundò denunciat consolatoria, ibi:* Nunc ergo. *circa medium secundi cap. Circa primam partem considerãdum, quòd de istis quatuor plagis eruca, brucho, locusta, & rubigine dicunt expositores nostri communiter, quòd non fuit res gesta, quia quatus liber Regum, & secundus Paralip. nullam de hoc faciunt mentionem, sed est tantum parabola, sicut cùm dicitur Iudic. ix. b.* Dixerunt ligna ab rhamnum, &c. *quia nunquam fuit in rerum natura, sed per ligna parabolicè intelligũtur habitatores Sichem, per Rhamnum verò Abimelech. Sic in proposito per ista quatuor nomina hic posita, scilicet, eruca, & c. intelliguntur parabolicè quatuor regna sibi succedentia quæ Iudæam corroserunt & vastauerunt, scilicet, Assyriorum, Chaldæorum, Græcorum & Romanorum. Regnũ verò Persarum & Mædorum sic non legitur Iudæam vastasse, immo plures reges fuerunt Iudæis beneuoli: vt Cyrus, Darius, Artaxerxes, & Assuerus. Ra. Sa. verò econtrariò dicit. quòd est tantum res gesta ita quòd terrænascentia Iudææ sic fuerunt quater successiuè vastata: & ex hoc sequuta est fames quam prædixerat Elisæus durans septem annis, & ex hoc videtur quod istæ quatuor pestes non fuerunt in eodem anno, sed in diuersis. aliter non videtur quòd fames tamdiu duraret pro sterilitate vnius anni. Quod autem postea subditur:* Gens enim ascen. *quasi exponens parabolã propositam de eruca, brucho, &c. dicit quòd eruca & bruchus & locusta hic metaphoricè dicuntur gens fortis, eò quòd destruxerant terram ad modum exercitus transeuntis: & sic exponit illa quæ sequuntur consimiliter de Gentibus & populis terram vastaturis: Sed vtrumque dictum videtur deficere. Primum, quia fit hic ita expressa mẽtio de istis corrosionibus terrænascentium per erucam, bruchum, &c. & de fame inde sequente, quòd nullo modo videtur esse tantum parabola: Nec valet argumentum inductum, quia 4. Reg. Elisæus prænunciauit hanc sterilitatem: licet non exprimat causam quam exprimit Ioel propheta: sicut Ozia rege thurificante factus fuit terræmotus magnus in Ierusalem: cuius mentionem non facit. 4. Reg. sed solum de plaga lepræ inflicta Oziæ: Sed terræmotus exprimitur Amos. 1. & Zachar. 14. Similiter secundum dictum, quia ita fit expressa mentio de Gentibus terrã inuasuris, quòd nullo modo videtur per hoc propheta significare parabolicè corrosionẽ terræ per erucam & bruchũ, &c. quia licet homines parabolicè nominibus animalium designẽtur, sicut vir constans dicitur leo, rapax lupus & huiusmodi: tamen non sic inuenitur econuerso in scriptura, s. bruta nominibus hominum vel Gentium designari, propter quod saluo meliori indicio, videtur mihi quòd cùm dicitur hic:* Residuum erucæ, &c. *id est, simul parabola & res gesta, sicut Iere. 27. dicitur quòd portauit catenas ligneas in collo suo, & sic fecit secundum rei veritatem & rem gestam: Per hoc tamen designatur incatenatio populi in captiuitatem ducendi, sicut fuit postea impletum tẽpore Sedechiæ. Sic in proposito secundum rem gestam fuerunt quatuor destructiones terrænascentium per erucam, bruchum, &c. Et per hoc significabantur vastationes maiores futuræ per quatuor regna prædicta. Igitur secundum hanc sententiam residuum huius capituli diuiditur in duas partes, quia primò propheta prædicit vastationem, secundò, inducit ad lamẽtationem, ibi:* Plange. *Prima in duas: quia primò ponitur figura. secundò, res figurata, ibi:* Gens enim. *Figura enim fuit quadruplex corrosio terrænascẽtium, vt dictũ est, quæ fuit res in se & figura futuri, & quantũ ad hoc dicitur:* Residuũ erucæ. *Est autẽ eruca propriè vermis nascens in oleribus.*

2 Comedit locusta. *Differunt autem locusta & bruchus sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. Fœtus enim locustæ antequam habeat alas vocatur bruchus: sed quando est alatus, tunc dicitur locusta.*

3 Et residuum bruchi comedit rubigo, &c. *Est autem rubigo vitium segetum, quando vento vrente percussæ non faciunt granum: & si faciunt est vanum.*

4 Expergiscimini ebrij. *id est, aduertite & considerate imminens vobis malum.*

✻ 1 Flere-

MORALITER.

✝ 1 *Residuum, &c.* Per ista quatuor corrodentia terrenascentia in regno Iudææ significantur mysticè quatuor vastantia viriditatem virtutum in regno animæ, quæ sunt delectatio mala in appetitu, consensus in opus peccati, operis consummatio, & sequens consuetudo, ideo subditur.

4 *Expergiscimini ebrij.* Quia sicut somnus tenet sensus ligatos, ita ebrietas rationem: sic consuetudo praua tenet hominem in peccato ligatum propter malum habitum inclinantem. Ideò subditur.

Somnus ebrietasque ac consuetudo quomodo & qualiter ligent.

A suo magno & horribili, cuncta in iudicium adducturus sit: quia iam partim iudicat, & partim punit, cùm ab ore vestro dulce vinum perit. Sic expergefacti, tunc demum flete & vlulate, id est, pœnitentiam agite, vt mala ventura, his multo maiora possitis euadere.

D pleatur in nobis illud: *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* (Lucæ 23. c.)
c *Dentes eius, &c.* ✻ Rupertus. Fortitudinem gentis exprimit iuxta cœptam metaphoram locusticæ multitudinis. Nam quia locusta dēte exiguo nocere consueuit, pulchrè gēti (quam per locustam figurauit) non arma ferrea, sed dentes nociuos ascribit. Miro autem modo dentes locustę hîc esse dicuntur vt dentes leonis. Sic & in Apocalypsi similitudines locustarū similes dicuntur equis paratis in prælium, & dentes eorum sicut leonum. Quàm parua corpuscula, quàm magnos & valētes in ore suo dētes habere dicūtur? Imò, quàm infirmi homines, quantam potestatem (irato Deo) cōtra populum peccatorē habe-

(† propter vinū nouū vel mustum quia. — Apoc 9.)

(1.35. Moral. cap. 17.) ✻ Gregorius. Ebrij vocati sunt, qui huius mundi amore confusi, mala nō sentiunt quæ patiuntur. Quid est ergo dicere. *Expergiscimini, & flete.* nisi somnium vestræ insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorum pestibus, vigilātibus lamentis obuiate?

a ¶ Nulla res ita inebriat vt animi perturbatio. b ¶ Dulcia sunt vitia dum fiunt: & mel de labiis meretricis distillat: vnde in Dei sacrificiis mel non offertur.
a scimini ēbrij, & flete & vlulate omnes qui bibitis vinūm † in 1
a ¶ Præteritum pro futuro, quia tempore prophetæ ventura erat captiuitas. †
b dulcedine, quoniam pēriit ab ore vestro. Gens enim ascēdet 2
a ¶ Quibus humana industria non potest resistere. b ¶ Quid locustis innumerabilius.
c ¶ Quos locustis in multitudine, leoni comparat in crudelitate, reges eorum leonibus comparat, principes catulis leonum, cum quibus innumerabilis multitudo venit.
c super terram meam fōrtis, & innumerābilis. Dēntes eius vt †
a ¶ Hæc gens. b ¶ Quam de Aegypto eduxi & plantaui. 3
dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Pōsuit vineam 4
a ¶ Populum Iudæorum: & in qua Saluator esuriens fructum non inuenit, & ideo maledixit & arefecit. 5
b ¶ Seruat metaphoram locustarum. 6
c ¶ Bona eorum diripiendo: quosdam captiuando, quosdam interficiendo.
d meam in desertū, & ficūm meam decorticauit. Nūdans spō- †
a ¶ O plebs Israelitica. †
e liauit eā & proiecit: albi facti sunt rami eius. Plānge quasi vir- 7

(Hieron.) a *Ebrij.* qui voluptatem vestram in dele-
B ctabilibus rebus ponitis, & sensum ab omnibus vtilibus auertitis, quia periit, subaudis vinum, id est, dulcedo, & delectatio vestra, Deo id faciente, vt qui non cognouerunt Deum in prosperis, cogātur cognoscere in aduersis: & qui diuitiis abusi sunt, per penuriam cogantur redire ad virtutes.

Senes debent intelligere de spirituali ebrietate, quæ hominem ducit ad mortem: Habitatores terræ auribus percipiant de vino in quo est luxuria. Qui in ebrietate sopitus est euigilet, & ploret se ebrium fuisse, vt fletus eius in risum vertatur, & gaudeat se ebrietatis materiam non habere quæ eum per abundantiam ebrium fecerat & vesanum.

b *Gens enim ascendet super terram, &c.* Ostendit per quid perierit vinum & exultatio. s. per gentem locustarum. Et putant Iudęi tempore huius prophetæ locustas historialiter omnia vastasse. Per locustarum metaphoram, designat hostium aduentum, scilicet, Assyriorum & Chaldæorum & Mœdorum & Persarum & tandem Romanorum. Et notandum, quia sic sub locustarum figura narratur feritas hostium, vt ipsas locustas hostibus comparet, & cum locustas legeris hostes cogites, & cùm hostes cogitaueris, redeas ad locustas.

(Hieron.) Allegorice. Ascendit gens principum mundi huius, & tenebrarum super terram Dei, id est, humanam animā, quia om-
C nis anima hominis, terra Dei est. Vnde sicut anima patris, ita anima filij mea: Huius gentis dentes sunt vt dentes leonis, *quia* (1. Petr. 5. b.) *aduersarius noster diabolus circumit quærens &c.* Catulus leonis, Antichristus, vel peruersum dogma. Si hæc gens ascenderit super nos, statim in desertū ponit vineam, id est, corde quo debet exire vinum quod lætificat: & ficus nostras decorticat, ne habeamus dulcedinē spiritussancti, ne sanctus vir sub ficu nostra vel vinea requiescat, dum aduersariorum impetus timeat. Nec sufficit hoc genti, nisi scrutetur & quidquid vitale fuerit interficiat, vt omni virore consumpto albi & mortui remaneant ramusculi, & compleatur

E re permittuntur? *Hæc gens* (inquit) *posuit vineam meam in desertū.* Videlicet illam de qua Psalmista: *Vineam de Aegypto transtulisti.*
d *Et ficum meam decorticauit.* scilicet, eundem populū Iudæorum, ad quem & ego tandem veni, vt ex ea comederem fructus, & non inueni, maledixíque ei, & aruit.

(Hieron.) e *Plange quasi vir.* Sicut iuuencula sponsa, amittens sponsum flore pubescētem iuuentutis, accingit se sacco & plorat, ita hortatur propheta Israelitas, vt similiter plorent de amissione spōsi omnipotentis quem amiserunt, ex quo idola in Ægypto coluerunt: Fuit hæc plebs virgo in patriarchis, & prophetis virginitate mentis, & cognitione & cultu veri Dei. Sed post idola adultera facta est. Sed etiam hanc meretricem in Hosee sponsus iste (Hosee. 1. a.) duxit vxorem, quam, scilicet, de Gentium sordibus educit. Potest hoc de qualibet anima dici, si à prima ætate crediderit Deo, habet sponsum virginalem Deum. Si de Iudæis vel paganis vel hæreticis aliquis ad lucem fidei reuertitur, habet quidem sponsum, sed non virginalem.

✻ Rupertus. Post regnum Assyriorum atque Chaldæorum, siue Babyloniorum, regnum Medorum atque Persarum Iudæos captiuos tenuit. Sub hoc regno Neemias planxit & fleuit. Hæc legentes planè animaduertimus illi tempori & rei congruere, quod hîc propheta declamans, *Plange*, inquit, *quasi virgo, &c.* Quā ob causam? *Periit sacrificium, &c.* Et istam causam suæ mœstitiæ idem Neemias præmiserat, &c. Denique sub eodem regno Persarum cùm vellet Aman omnem Iudæorum perdere nationem,
F eò quòd Mardochæus nō flecteret sibi genua: Mardochæus hoc audito, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, &c. Similiter & cæteri Iudæi flebant & ieiunabant, regina Esther præ cæteris (Esther. 4.) hæc agente. Tunc profectò gens ipsa plangebat quasi virgo super virum pubertatis suæ, id est, super Deum patrum suorum, quòd offendisset eum.

☞ a Periit.

Nicolaus de Lyra.

1 Flete. *Quia deficiet vobis vinum, in quo delectabamini ex vinearum corrosione.*
2 Gens enim. *Hic consequenter ponitur res figurata, scilicet vastatio Iudææ per quatuor regna supradicta, cùm dicitur.* Gens enim ascēdet. *id est, ascendit: Et loquitur de futuro per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.*
3 Super terram meam. *id est, super Iudæam, quæ specialiter dicitur terra domini, eò quòd ibi vigebat cultus eius.*
4 Fortis & innume. *Talis enim fuit gens Assyriorum, Chaldæorum, Græcorum, & Romanorum, vt patet ex gestis eorum.*
5 Dentes. *in hoc designatur crudelitas eorum.*
6 Posuit vi. *isti enim exercitus in Iudæa vineas exciderunt, & arbores fructiferas, & eas pro parte dolauerunt ad faciendum machinamēta & alia exercitibus necessaria. Vel aliter potest dici, quòd hic accipitur vinea domini pro populo Israel secundū illud Isa. v. d.* Vinea enim domini exercituum domus Israël est, *quam domum isti exercitus spoliauerunt bonis, & afflixerunt in personis.*
7 Plange quasi. *Hic consequenter propheta inducit populum ad lamentationem, & primò pro vastatione prima, secūdò pro secūda: in princip. cap. sequentis. Prima in duas: quia primò inducit ad fletum populum generaliter, secundò sacerdotes specialiter, ibi,* Accingite vos. *Circa primum dicit:* Plange quasi vir. *Virgo enim desponsata si moriatur eius sponsus antequam fruatur eius amplexibus habet materiam magni luctus, ideo ponitur hic pro exemplo ad designandum magnitudinem luctus imminentis, ideò subditur.*

✻ 1 Periit

Moraliter.

1 *Flete & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine.* Per vini potationem quæ maximè decipit, intelligitur vsus indebitus aliorum delectabilium carnis & mundi.
† *Quoniam periit ab ore vestro.* id est, licet ad horam delectent, tamen in perpetuum crucianc.
2 *Gens.* id est, multitudo spirituum malignorum, quæ dicitur gens, eò quòd Gentiles eos antiquitus in idolis colebant.
4 *Fortis.* Iob 41. d. *Non est potestas super terram quæ ei comparetur.*
† *Innumerabi.* quia multitudo dæmonum est valde magna, dicitur enim Marc. 5. a. *quòd in vno homine erat legio dæmonum.*
5 *Dentes eius.* per quod significatur crudelitas dæmonum.
6 *Posuit vineam.* Per vineam significatur ecclesia quo ad clerum, & religionis status per ficum, eò quòd dulcedo deuotionis esse debet in religiosis.
† *Nudans spoliauit, &c.* videlicet bonis gratuitis.
† *Albi facti sunt, &c.* vulnerati in naturalibus, quantùm ad malos clericos & religiosos. ideò subditur.
7 *Plange quasi virgo, &c.* id est, priuata amplexibus sponsi tui Iesu Christi.

✠ Periit

☞ a *Periit.* Hieron. Quantum ad historiam, vastatis agris &
A vineis per Gentes (quæ in quatuor animalibus signantur) cessa- (Hieronym. Haymo.) uit sacrificium quod de solidioribus est rebus, vt hordeo, tritico & carne, & libatio, quæ de liquoribus, vt vino & oleo quibus ablatis luxerunt sacerdotes, quia nō offerebantur ea de quorum decimis viuebant.

D Canticis genæ sponsæ, & est arbor medicinalis, cuius poma rubea, & ad edendum amara. Vnde & malogranatum, eò quòd multa grana fructus eius habeat.
e *Omnia.* Omnia sustinent flagellum hominis propter quem & facta sunt.

Hieron. Possunt videri hæc omnia cōtigisse in populo Iudæorū ex peccato passionis Christi, quādo Ierusalē fame & gladio vastata est à Romanis & omne gaudium & omnia legalia defecerunt. Quotidie etiam, dum ecclesia Christi doctrina instituta, à sponso peccando fuerit sepa-
B rata, perit ibi sacrificium spiritus contribulati, & vinū quod lętificat cor hominis, & abundante iniquitate, dolent doctores ecclesiæ virtutes deficere & vitia increscere, quia deficit triticum fidei, & vinum spiritualis intelligentiæ & oleum misericordiæ & hordeū simplicitatis vel obseruantiæ literalis.

(† lug. † desolata est. † aruit. † aruit. † succisa est. † infra 2. d. † ablatū est.)

a ¶ Plangit. b ¶ Silicio. c Qui in Abraham, Isaac, & Iacob desponsauit sibi virginem nulla idololatria violatam. d ¶ Quia multiplicata iniquitate refrigescet charitas.
a gō accincta saccō super virum pubertatis † suæ. Periit sacri- 1
a ¶ De simila. b ¶ De vino. c ¶ Ecclesia. d Præcipuè, quia decimæ non offerebantur.
ficiūm & libātio de dōmo domini, & lūxerunt sacerdotes mi 2
¶ Qui sunt. ¶ Altaris. a ¶ Quia. ¶ Vastata est terra Iudæorum in aduentu hostium. b ¶ Habitatores humi. 3
b nistri domini. Dēpopulata est regio, † luxit hūmus: quoniam 4
a ¶ Sublatum ab illis. b ¶ De quo dicitur: Calix inebrians quam præclarus est. c ¶ Defecit. 5 6
deuastatum est triticum. † Cōnfusum est vīnum & elānguit 7
a ¶ De quo dicitur: Oleum de capite tuo non deficiat. b ¶ Deficiente fructu virtutū. c ¶ Prædicatores.
c olēum. Cōnfusi sunt agricolæ: vlulauerunt vinitores super 8
a ¶ Quo sustentantur infirmi. b ¶ Omnia quæ humus solet gignere. c ¶ Quæ debuit facere vuas, fecit la. d Calcata multitudine hostium. 9
frumēto, vino & hōrdeo, quia periit mēssis agri. Vinēa † con- †
a ¶ Marcida facta est. ¶ Sub qua Nathanael antequam crederet. b ¶ Iustus vt palma florebit. †
c ¶ Sicut malum inter ligna.
d fusa est, & ficūs † elāguit. Malogranatū & pālma & mālū & om †
e a Tam fructifera quàm infructuosa. b ¶ Id est, turbatum & sublatum. c ¶ Iudæis. †
f nia lignā agri aruerunt, quia confūsum est gaudiū à filiis ho- †
a ¶ Ergo. ¶ Subaudi, sacco pœnitentiæ. b ¶ Non ficto sed puro corde.
g minum. Accingitē vos, & plangitē sacerdotes, vlulate mi- 10
a ¶ In ecclesiam per pœnitentiam, vnde & existis per culpam. b ¶ Diuitias quibus offudistis vitæ austeritate compensate, vt iram Dei possitis mitigare. Et hoc ideo præcipio, quia interiit.
nistri altaris. Ingrēdimini, cubāre in sacco ministri Dei
a ¶ Nisi pœnitueritis peribitis. b ¶ Quia aliter non sufficit accipere habitum pœnitentiæ nisi ieiunium aliis bonis operibus exornetur, & nisi abstineatur ab omnibus illicitis.
mei, quoniam † interiit de domo Dei vestri sacrificium 11
¶ Synodum.
h & libatio. † Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, 12 13

f *Quia confusum est gaudium, &c.* ✻ Huius inquit, infœcūditatis maxima causa est iniquitas hominū, propter quā gaudia cessarunt, mœrores sunt inducti.

(8. Moral. cap. 30.) ✻ Gregor. Insidiantibus malignis spiritibus, Dei vinea in desertum ponitur, cùm plena fructibus anima, humanæ lau-
E dis cupiditate dissipatur. Ficum Dei gens ista decorticat, quia seductam mentem in fauoris appetitum rapiens, quò hanc ad ostentationem pertrahit, tegmen ei humilitatis tollit. Cum verò mens hoc quod egerit, videre ab aliis concupiscit, quasi expoliata ficus eum qui se texerat corticem amisit, &c.

Quæ vastātur per quatuor prædicta, libidinem, inanem gloriam, ventris ingluuiem, iracundiam. Vnde palngit
C vniuersalis ecclesia, vt consolationem à Deo accipiat. Omnia vel infructuosa fuerunt, vel si fructuosa, vastante locusta sunt consumpta: & ideo hæc omnia, vt gaudium auferatur à filiis hominum.
b *Depopulata est regio.* ✻ Rupert. Hæc omnia accidisse sub dicto Babyloniorum regno, & perseuerasse vsque ad Persarum imperium, illa præmemorati Neemiæ conquestio manife- (Neem. 2.) stat, cùm dicit. Dixi regi: *Quare non mœreret vultus meus, cùm ciuitas domus sepulchrorū patris mei deserta est, & portæ eius cōbustæ sunt igni.*
✻ Theodor. Latius declarat calamitatē, vt ad resipiscentiam excitet. Est autem animaduertendum, quod non terram & possessiones, vt ratione vtentia lugere hortatur: sed vt ratione præditos ex inanimis rebus excitet & commoueat: id quod docet dum subiungit.
(Hieronym.) c *Vlulauerunt.* Quia dum præ manibus tenerent fruges messionis & vindemiæ, venerunt inimicæ Gentes & tulerunt omnia vnde deberent viuere, & ipsos fame & gladio perdiderunt. Messis ecclesiæ, virtutes, præmium, opera.
d *Malogranatum.* Malogranatum cuius cortici comparantur in Cantic

g *Accingite.* Sancti sacerdotes qui comedunt Pascha domini, accingantur baltheo castitatis. vnde: *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* (Luc. 12. c) Peccatores quos remordet
F conscientia. cilicio induantur, vt plangant sua & populi delicta.
Prius monētur sacerdotes ad planctum, vt sicut ipsis peccantibus peccauit populus, ita pœniteat ipsis pœnitentibus.
h *Sanctificate ieiunium, &c.* ✻ Rupert. Hoc tale est, quale apud Esaiam, *Nolite ieiunare sicut in hanc diem.* Et subinde. *Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, &c.* (Isaiæ. 58.) Ita sanctificantes. i. sanctū facientes ieiuniū, *vocate*, inquit, *cœtum, &c.*
✻ Theodoret. Ex his planè docemur, vt ieiunium animæ malè habenti sit medicina salutaris: quare ieiunio subiunxit curationem. *Sanctificate*, inquit, *ieiunium.* Sanctificate posuit pro segregate. In ieiunium inquit, vos segregantes, sanctè & purè id obite & conficite. Ieiunantes verò clamate. Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die, hoc est, per diem malorum expectatum.
✻ Gregor. Ieiunium sanctificare, est adiunctis aliis bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere. Admonendi sunt (Pastoral. 3. parte admonit. 20.) abstinentes, vt nouerint quia tunc placentē Deo abstinentiam offerunt, cùm ea quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur.

☞ Congregate

Nicolaus de Lyra.

1 Periit sa. *de animalibus & terrænascentibus aridis. Licet enim de terrænascentibus aridis propriè diceretur fieri oblatio, tamen hic vocatur sacrificium largè loquendo.*
2 Et libatio. *de liquidis vt vino & oleo.*
3 De dom. domin. *quia propter corrosionem terrænascentium non habebantur vnde talia possent fieri.*
4 Et luxe. *propter defectum diuini cultus, & etiam sui victus qui erat de decimis & oblationibus.* 5 Depopulata *carens habitatoribus.*
6 Luxit humus. *priuata fructibus: Sicut econtrariò dicitur ridere metaphoricè quando plena est fructibus.*
7 Quoniam deua. est. *per quatuor plagas supradictas.*
8 Confu sunt. *frustrati spe sui laboris.*
9 Vlulauerunt vinitores. *sicut econtrariò solent cantare in abundantia vindemiæ: Et ex hoc patet litera sequens.*
10 Accingite. *Hic consequenter inducit sacerdotes specialiter ad lamentum dicens:* Accingite vos. *scilicet, ciliciis in signum humiliationis coram Deo: Et subditur causa.*
11 Quoniam interiit. *& exponatur vt suprà.*
12 Sanctificate. *id est, disponite vos ad deuotè abstinendum.*
13 Vocate cœtum. *Vt ex precibus multorum impetretur diuina clementia, ideo subditur.*

✻ Et clama

Moraliter.

1 *Periit sacr. &c.* Per sacrificium intelligitur corpus domini, per libationē, sanguis, quæ quantū ad malos sacerdotes qui indignè celebrāt, & iudiciū sibi māducant & bibunt, perit: ideo subditur.
4 *Et luxerunt.* id est, deberent lugere. 5 *Depopulata.* Quia licet multi sūt de ecclesia numero, pauci tamē respectiuè merito.
7 *Quoniam de. est tri.* i. ecclesiæ debitū nutrimentū propter bonę prædicationis defectum. 7 *Confusum est &c.* quia vinum charitatiuæ correctionis & oleū pietatis multū deficiūt in pluribus ecclesiæ prælatis, ideò subditur. 8 *Confusi agri.* i. prædicatores, doctores & sacramenta ministrantes. † *Quia pe. &c.* s. bonorū operum propter eorū defectum in vita pariter & doctrina, ideo subditur. † *Vinea.* i. ecclesia. † *Et fi.* id est, deuotio religionis euanuit. † *Malogranatum.* Per istas arbores significantur personæ diuersæ in bono diminutæ ideo concluditur.
† *Confusum est gau.* Hic inducuntur ecclesiæ ministri ad emendationem vitæ per opera pœnitentiæ, cùm dicitur.
10 *Accing.* vt sitis aliis exemplū boni, sicut fuistis occasio mali.
11 *Quoniam interijt.* id est, eucharistiæ debita consecratio per indeuotionem vestram.
12 *Sanctificate ieiunium.* Per intentionem rectam ad Deum, & non sicut hypocritæ, *Qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* vt dicitur Matth. 6.
13 *Vocate cœ.* id est, congregate subditos vestros in charitate.

✠ Et clamate

A Hieronym. Supra.cod.a a *Congregate senes.* Rectus ordo, primùm sapientes, posteà terrenis adhærentes. vnde suprà: *Audite hæc senes & au. percipite, &c.* Non multò post, & x. & duarum tribuum venit captiuitas per Assyrios & per Chaldæos. Quæ ideo prædicitur ventura, ne cum venerit, putetur casu accidisse, vel sæuitia hostiũ: sed ira & comminatione Dei: vel certè vt populo agẽte pœnitentiam, non veniat quæ ventura erat. Possunt hæc omnia referri ad diem iudicij, de qua retributione omnes prophetæ scribunt. vnde Isaias: *Ecce dies domini insanabilis venit*, in quo æterna damnatio. (Isa. 13. b.)

b *Nunquid non, &c.* Frumentum spiritus, hordeum literæ, quia peccantes patiuntur pro qualitate peccatorum famem sermonis Dei, & ita consequenter perit lætitia, vt qui debuissent ab apostolo audire: *Gaudete in domino semper.* (Philip. 4. a) B nunc audiant à domino: *Beati qui lugent.* (Matth. 5. a) Frustra sunt horrea & apothecę vbi triticum deficit & vinum. Hæc omnia possunt intelligi sub metaphora erucę, locustæ, bruchi, rubiginis, quòd. s. sublatis frugibus & vastatis, fames & pestilentia cuncta possederunt.

† Aha
† grana sub glebis suis.
† desolati sunt thesauri.
† aruit.

a ¶ Qui morte vicini & scientia maturi magis suscipiunt timorem & cultum Dei. b ¶ Subaudi, congregate. c ¶ Quæ est ecclesia.

a congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei

a ¶ Omnes simul. ¶ Ore, corde, & opere. b ¶ Ter, quia trinitatem offenderant. c ¶ Retributioni.

vestri: & clamate ad dominum. † A, a, a, diei: quia propè est 1

a ¶ A quo omnia dispensantur. b ¶ Sperata alimenta quasi è manibus auferuntur in præsentia vestra in quibus viuere debuissetis. 2

b dies domini, & quasi vastitas à potente veniet. Nunquid nõ 3

a ¶ Insuper quod grauius est. ¶ Periit. 4

coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei vestri 5

a ¶ Quia iam non ibi offertur sacrificium b ¶ Ablatis alimentis & lætitia, illi quorum Deus venter est, deficiunt in sua luxuria & idololatria & ingluuie ventris, & ibi vitam finiunt.

lætitia & exultatio? Computruerunt † iumenta in stercore 6

a ¶ Quia deest triticum quod reponebatur. b ¶ Vbi recondebatur triticum. c ¶ Cellaria. ¶ Id est, corda vel terrena abundantia.

c suo demolita sunt horrea, † dissipatæ sunt apothecæ, quoniã 7 8

a ¶ Cùm omnia ruerint tunc ingemiscent egestate bonorum. b ¶ Non homo, non imago Dei viuentis. c ¶ Et cur.

d † confusum est triticum. Quid ingemuit animal, † mugierũt 9

a ¶ Comparatus iumentis insipientibus similis fact. est il. ¶ Vitæ æternæ.

greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges peco- 10

a ¶ Populus meus per me clamabit. b ¶ Quod ignis solet facere in stipula & flamma in vepribus, hoc facit eruca & lo. bru. ru.

e rum disperierunt. Ad te clamabo domine, quia ignis come- 11 12

a ¶ Plana camporum aut prata, vel quælibet loca herbis virentia, quæ pascua dabant iumentis. b ¶ Vt fruges & poma interirent. †

dit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regio- †

a ¶ Non solus propheta vel populus per prophetam. b ¶ Non solum homines. c ¶ Ad te, rorem misericordiæ flagitantes.

nis. Sed & bestiæ agri † quasi area sitiens imbrem suspexerũt 13 14

a ¶ Ebibiti & exhausti à multitudine hostium. b ¶ Me dereliquerunt fontem aquæ vi. c ¶ Vastatio locustarum. 15

ad te, quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis de- 16

a ¶ Omnem pascuam agri.

uorauit † speciosa deserti.

pter peccata hominum.

e *Ad te clamabo domine.* ✠ RVPERT. Quod si aliquis quærat, Tu autem quid agis, ô propheta, vt exemplum tuum sequatur homo rationalis? *Ad te* inquit, *domine, clamabo, &c.* Tibi domine, peccata mea confitebor, ego vel omnis rationalis, quia propter peccata nostra traditi sumus in manu hostili, qui terram nostram vastauerunt, & succẽderũt igni. Nec hoc solum: sed tanta est siccitas & defectus imbriũ, vt exsiccatis fontibus, bestiæ quoque agri pereant, pœnam sustinentes propter peccata hominũ.

D

E HIERON. Prędictis malis quę erant ventura, propheta in sui & populi persona loquitur ad Deum. Notandum quod nec propheta nec populus clamaret ad dominum, nisi per ablationem deliciarũ. Quod ad virum quondam iustum potest referri, qui cum à iustitia declinauerit & malum fecerit, pristinæ virtutes non proderunt ei, sed iudicabit eũ Deus in quibus inuenerit.

† cõfusi sunt.
† clamabũt.

MYSTICE. Per desertũ figuratur Gẽtilitas per idololatriã flore virtutum destituta. Vel secundum illud: *Quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum.* (Isa. 54. a.) Huius deserti speciosa, id est, bona opera & virtutes, ignis, id est, diabolus deuorat, sicut flamma consumit stipulam. Sed contra has sagittas diaboli debemus clamare sicut area sitiens, vt eas extinguat ros diuinæ misericordiæ.

† pascua.

Aliter: Per fontes qui exiccati sunt, potest intelligi doctrina Christi, quæ exiccata est in illis, ex quo à Deo recesserunt per ignem libidinis inanis gloriæ, ingluuiei & iracundiæ. Sicut area desiderat imbrem, sic omnes illæ bestiæ attritæ siti & fame clamabant ad dominum.

c *Demolita sunt horrea.* ✠ RVPERT. Cùm Antiochus ciuitatem armis cepit, fueruntque toto triduo octoginta milia interfecti, & quadraginta milia vincti, desolatio hęc facta est, &c. Sed quid sibi vult quod percunctatur & dicit.

C d *Quid ingemuit animal?* ✠ Nimirum brutis animalibus & gregibus armenti similes eos vult haberi, quamuis homines sint, qui ingemiscere nesciunt, nisi pro penuria cibi, nullum habentes dolorem de peccatis suis, & hoc solum esse miserum reputantes, si ventri quippiam desit.

Quid ingemuit. Vel gemebant pecora exiccatis omnibus propter pec

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et clamate ad dominum A a a. *In Hebræo est vna dictio & sonat sic, aha, & est interiectio dolentis.*
2 Quia prope. *id est, dies suæ vindictæ inferendæ, & ideo monebat propheta ad dominum clamare, vt saltẽ temperaretur rigor suæ iustitiæ.*
3 Et quasi vastitas à potente veniet. *scilicet, à Deo, cuius vindicatio impediri non potest, nisi per suam clementiam.*
4 Nunquid, &c. Alimenta perierunt. *id est, citò perient.*
5 De domo Dei vestri læt. & exultat. *quia Leuitæ non cantabant cantica lætitiæ, sed magis lamentationis pro miseria terræ.*
6 Computruerunt iumenta in stercore suo. *quia propter sterilitatem terræ non habebantur stramenta ad sufficiendum eis.*
7 Demolita sunt horrea. *id est, contenta in horreis.*
8 Dissipatæ sunt. *id est, consumpta sunt quæ erant reposita pro victu.*
9 Quid ingemuit ani. *Respondet.* 10 Quia non est pasc. &c. *Omnia enim virentia fuerunt corrosa.]deo exclamat propheta dicens,*
11 Ad te clamabo, &c. *in oratione pro subleuatione nostræ miseriæ.*
12 Quia ignis, &c. *Ignem autem & ignis flammã vocat ventũ vrentem segetes rubiginantẽ, & etiam erucam, bruchũ & locustã quæ ex sua corrosione ita reddebant vegetabilia arida, ac si cucurrissent ibi ignis & flamma.* 13 Sed &. *s. syluestres.* 14 Quasi area. *i. desiderans.*
15 Suspexerunt ad te. *præ sitis lassitudine, ideo sequitur.*
16 Quoniam exiccati sunt fontes aquarum. *Ex vehementia venti vrentis siccitatem causantis.*

✠ CAP.

MORALITER.

1 *Et clamate, &c.* per deuotam orationem. 2 *Quia prope est.* i. dies mortis, in qua venit dominus ad particulare iudicium morientis. 4 *Nunquid non.* s. sacræ scripturæ & eucharistiæ perceptione. q. d. Sic. Nam in ecclesia primitiua fideles communicabant quotidie, nunc autem vix semel in anno.
6 *Computruerunt.* GREG. Iumenta in suo stercore putrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.
7 *Demolita.* i. doctores & prædicatores per malã vitam, in quibus tamen debent reponi victualia fidelium verbo & exemplo, ideo sequitur. 9 *Quid ingemuit.* i. simplices fideles quare passi sunt detrimentum boni? Et subditur responsio. 10 *Quia non.* exemplum bonum vitæ & doctrinæ à superioribus suis, propter quod propheta recurrit ad dominum, dicens:
11 *Ad te clamabo domine.* Et subditur causa, cùm dicitur.
12 *Quia ignis.* scilicet, auaritiæ & lasciuiæ.
† *Comedit speciosa.* scilicet, ecclesiæ, qui sunt clerici & religiosi: & per consequens alios: ideo subditur.
† *Et flamma.* Et quoniam hoc malum prouenit à maioribus, ideò sequitur. 16 *Quoniam exiccati.* id est, prælati, doctores & prædicatores qui per indeuotionem sunt exiccati, & sic non intendunt fidelium saluti.

ADDITIO I.

In ca. 1. Ioel vbi dicitur in Postill. Primum est quibus prophetę, &c.
Verba Hiero. in hoc prologo posita sanè intellecta non contrariantur verbis suis in epistola ad Paulinum, prout Postillator æstimare videtur. Pro quo sciendũ, quod secundũ quod ponit Hie. in hoc prologo tẽpora in quibus prophetauit Ioel eadẽ sunt tẽporibus in quibus Oseas prophetauit. s. in dieb. Oseæ, Ionathã & Achaz, &c. Sed Oseas sæpe nominat Ephraim & Samariam, ad designandum quòd ibi loquitur de x tribubus, quarum ciuitas metropolis erat Samaria, & primus rex. s. Ieroboam fuit de tribu Ephraim: & quandoque nominat Iudam & Ierusalem vt designet quòd ibi loquitur

A *ibi loquitur de duabus tribubus. Sed propheta iste Ioel licet ista quæ prophetauit præsertim de eruca & brucho, &c. in tota terra Israel. s. 12. tribuum contigisse intelligantur. nunquam tamẽ in sua prophetia fecit mentionem de x. tribubus. s. nominando Ephraim vel Samariam, sicut Oseas: sed solum Iudam, Sion & Ierusalem: vt patet currenti per totam suam prophetiam, & ideo cùm dicit Hieron. in prologo super hunc prophetam quòd ad tribum Iuda & Ierusalem prophetauit: nullam omnino faciẽs de x. tribubus mentionem, intelligendum est quòd in tota sua prophetia non nominauit Ephraim nec Samariam nec aliquid huiusmodi ad x. tribus tantum pertinens. Quod autem dicit in epistola ad Paulinum quòd Ioel describit terram xij. tribuum eruca brucho, &c. vastatam & consumptam intelligendum est, quòd hæc vastatio ad totam terram xij. tribuum se extendit, licet non nominasset Samariam & Ephraim & huiusmodi. Quod autem ista contigissent etiam in terra x. tribuum satis patet ex eo quod allegatur in postilla ex historia 4. Reg. vnde quòd postillator concludit, quòd de dictis Hieron. parum videtur tenendum in proposito, manifestum est minus rationabiliter esse dictum.*

ADDITIO II.

B *In eod. cap. vbi dicitur in postilla:* Similiter secundum dictum.
Secundum dictum seu secunda expositio non videtur rationabiliter improbari à Postillatore: nam bruta animalia inueniũtur in sacra scriptura designari nominibus hominum, præsertim sub nominibus collectiuis, propter certas eorum actiones seu proprietates quibus hominibus assimilantur, vt cùm dicitur Prouerb. xxx. d. Formicæ populus infirmus. Lepusculus plebs inualida: *ideo cùm dicitur:* Hic Gẽs enim ascendet super terram meam. *Similiter populus fortis & huiusmodi bene potest intelligi de locusta quæ ascendit ordinatè sicut acies in bello. vnde Prou. vbi suprà.* (Prouer. 3. d.) Locusta regem non habet, sed egreditur per turmas. *Facit etiam pro ista expositione secunda, quia in multis locis loquendo propheta de ista gente populo vel exercitu, adiungit hoc aduerbium similitudinis. s. quasi, vt cùm dicitur: Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic currunt. Manifestum est autem, quod in exercitibus Chaldæorum, Assyriorum & huiusmodi, veri equi erant, & veri equites, & sic non debebant nominari per similitudinem, sed per essentiam & realitatem. Similiter quod dicit velut populus fortis præparatus ad prælium, & quasi fortes current, & quasi bellatores ascendent murum, & multa similia quæ hic ponuntur magis propriè dicerentur sine similitudine, posset enim dicere de populo Chaldæorum, Græcorum & huiusmodi tempore sui dominij, quod erat populus fortis præparatus ad prælium, & quòd erant viri bellatores & huiusmodi. Vnde hæc secunda expositio videtur planior quantum ad sensum literalem. Si autem quæratur sensus figuratiuus, quod tamen non est præsentis speculationis, per erucam notatur libido, per locustam inanis gloria, per bruchum ingluuies ventris, per rubiginem ira: prout habetur in gloss. vbi multa alia figuratiua circa hæc traduntur.* D

REPLICA *In primo cap.* Ioel *Postil. inquirens quibus* Ioel *prophetauerit: ostendit beatum Hieron. variè loqui in prologo huius prophetiæ, & ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris, per consequens eius dicta declinat. Sed Bur. saluans beatum Hiero. à contradictione & bene. dicit quædam quæ non videntur vera. Dicit namque quòd de regno decem tribuum nulla fiat specialis mentio in tota prophetia* Ioel, *cuius falsitas videri potest. Nam sicut regnum decem tribuum designatur per Ephraim & Samariam, ita etiam in libris Regum 3. & 4. & Paral. 2. decem tribus significantur per regnum* Israel, *quia post recessum decem tribuum à regno Roboam, semper regnũ* Israel *in scriptura est distinctum contra regnum* Iuda. *Nunc autem in tertio ca.* Ioel *distinctè loquitur de vtroque dicens:* Cùm conuertero captiuitatem Iuda & Israel, *& infra. Vocat Deus hæreditatem suam* Israel. *Et cap. vlt.* Ioel. *distinguit inter illa duo regna dicens: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & dominus spes populi & fortitudo* Israel, *&c. Patet igitur, quòd per falsum nititur defendere beatum Hieron. qui non indiget sua defensione, quia Postil. beatum Hiero. non improbat, sed declinat: & non immoratur, nec curat propter rationes quas ponit de vidua in* Israel, *&c. quæ vide in Postil. Nec ponderanda est replicatio Burg. contra Postil. quia dicit de metaphoris quibus homines significantur per bestias & econuerso, tales enim trãssumptiones ad disputationem non pertinent.* E

CAPVT II.

Haymo. ☞ a *Canite tuba.* Vox Dei ad prophetam, & ad alios qui legem obseruabant, & iterum pro metaphora locustarum describitur impetus Chaldæorum.

✠ THEODOR. Vt propheta preces adhibuit, rursus dominus iubet tubas ex lege institutas sonare in Sion: atque per præcones congregare omnes in mõtem Deo consecratum: quoniã inquit, appropinquat dies vltionis, quem si quis diem caliginis, tenebrarum, & nebulæ, & turbinis vocaret, non erraret. Nam adeò ingentia in eo erunt mala, vt nemo sensum videndi perciperet, sed in tenebris & caligine se viuere suspicetur.

C
† taratantarizare.
† tenebrositatis.

CAP. II.

¶ Vt omnis populus qui est in Ierusalem audiat & timeat. ¶ O propheta tu & tui socij manifestè prædicate aduentum Nabuchodonosor vel Romanorum. a ¶ In ecclesia. vnde: Supra mõtẽ excel. ascen. &c. b ¶ Templo quod mihi sanctificaui. vel Christo.

a Canite tuba in Sion, † vlulate in monte 1 †

a ¶ Vt. ¶ Per pœnitentiam.

sancto meo. Conturbentur omnes ha- 2

a ¶ Dediti terrenis. b ¶ Hoc clamate: quia ve. di. do. c ¶ Vltimæ captiuitatis, vel iudicij, vel finis cuiusque.

bitatores terræ, quia venit dies domi- 3

a ¶ Et non differetur.

b ni, quia propè est dies tenebrarum & 4

c caliginis, dies nubis & † turbinis. Quasi † mane expãsum su- 5

a ¶ Subaudi, sic veniet & expandetur super montes & valles Iudæorum.

d per montes populus multus & fortis. Similis ei non fuit 6

Cap. 7. ✠ RVPERT. Tribus exclamationibus quæ præcesserant, acrior hæc quarta, multóque vehementior est, secundum dissimilitudinem quartæ bestiæ, de qua testatur Daniel.

Lib. 2. adu. Iudæos c. 19 ✠ CYPRIAN. Quod ipse Christus sit sponsus Ecclesiam habens sponsam, de qua filij spiritualiter nascerentur, scribitur apud Ioel: *Canite tuba in Sion, &c.*

b *Quia propè est.* In quo auferetur lumen lætitiæ à Iudæis per Chaldæos: quia omnia erant plena pœnis & cruciatibus, vel damnatis etiam in inferno caligo tenebrarum reseruatur. F

c *Quasi mane.* Sicut aurora consurgens primum occupat montes, sic iudiciũ ab excelsis & potentibus incipiet, *vt potentes tormenta patiantur.* (Sap. 6. a) Vel ad literam. Sicut mane citò tenebras fugat & montes aurora collustrat, ita Babyloniorum super terrã vestrã fundetur exercitus.

d *Populus multus & fortis.* Chaldæorum, ne putetis turbam inualidam. Vel populus, angelorum, vt reddam vnicuique iuxta opera sua.

† aurora expansa.

e *Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit, &c.* Non fuerunt Assyrij fortiores Romanis, nec Nabuchodonosor fortior Alexandro maximo rege. Sic ergo intelligendum est: *Non fuit Gens similis Assyrijs,* nec rex similis Nabuchodonosor, à principio, scilicet, ex quo reges esse cœperunt, nec erit vsque in annos generationis, id

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Canite tuba. *Hic consequenter inducit propheta ad lamentum pro vastatione terræ fienda per quatuor regna supradicta, dicens.*
1 Canite. *non canticum lætitiæ, sed tristitiæ, ideo subditur,* Vlula.
2 Conturbentur. *id est, totius Iudææ.*
3 Quia venit dies. *id est, tempus suæ vltionis.*
4 Quia propè est. *i. tempus multarum miseriarum & calamitatum: Quod potissimè habet locum in prima destructione templi per Chaldæos, & secunda per Romanos, & in eius prophanatione per Græcos quando Antiochus abominandum idolum posuit in templum Dei 1. Machab. 1.*
5 Quasi mane. *Mane est principium diei, quod cùm incipit lucescere super terram, statim expanditur super totam terram ab oriente in occidentem: & in hoc notat exercituum multitudinem, qui de quatuor regnis supradictis venerunt contra Iudæam.*
6 Similis ei non fuit. *quilibet enim in aliqua conditione excessit alios, vt*

MORALITER.

1 *Canite tuba in Sion.* Præcedens capitulum expositum est mysticè de vastatione ecclesiæ per culpam, ideo pręsens cap. consequenter est exponendum mysticè de eius expiatione per pœnam: quod maximè fiet in Antichristi persequutione, quæ erit ad purgationem electorum. Sic igitur dicitur: *Canite tuba,* scilicet, prædicationis, de qua Isaias quinquagesimooctauo a. *Quasi tuba exalta vocem tuam.*
† *In Sion.* id est, in ecclesia, & quid sit prædicandum subditur.
3 *Quia venit dies do.* id est, punitionis eius per Antichristum, qui in dicta purgatione erit eius instrumentum: nam Deus ita potens est & bonus, quòd hominum malis voluntatibus vtitur ad bonum, vt sæuitia tyrannorum ad gloriam martyrum.
5 *Quasi mane expansum.* quod velociter videtur ab oriente in occidentem, & sic erit aduentus exercitus Antichristi.
6 *Similis ei non fuit.* Quia numquam talis persequutio fuit.

Ante faciem

A tionis, id est, vsque ad Alexandrum, qui primus regnauit super totũ Gręciã,& generationis.i.vsque ad tempus Romanorum.
✠ THEODOR. Per hęc vtrumque designat,& locustam,& hostium exercitum. Etenim illa & hi planitiem,& montium vertices multitudine cooperuerunt. Quod à principio non fuerit aliud simile bellum, indefinitè demõstrauit: quòd verò non erit, cùm quadam definitione & termino posuit. cùm ait: *Vsque in annos,&c.* Docet vt hostilis impetus omnia vastabit. Tantam inquit, calamitatem in terram inuehet, vt ea quæ cõspectu ipso similia erant horto deliciarum, cùm essent à malo periculo integra, post impetũ non dissimilia sint agro vastato,& funditus perdito: nam sic funditus peribunt, vt ne fuga quidem salutẽ vllã sint adepturi.

†Edem.

B a *Ante faciem.* HIERONYMVS. Describit aduẽtum Nabuchodo. quidquid attigerit quasi vorax flamma consumet, quia quæcunque Gens rumorem eius audiebat, præ timore dissoluebatur,& super eam transisset sicut ignis omnia deuorabat, nihil integrum relinquens.

b *Quasi hortus.* Sicut paradisus repletur omni amœnitate, sic terra Iudæorum plena erat omnibus bonis antequam ille vastasset, sed ille in desertum redegit, vnde subditur.

C c *Neque.* Voluit fugere ab eo Sedechias & principes eius; sed deprehẽsi sunt ab exercitu eius, & principibus eius occisis, Sedechias oculis orbatus est,& in cauea quasi leo duct⁹ in Babylonẽ. (4.Reg.25.b)

d *Quasi equites.* Non Babylonij equitibus comparantur, sed locustæ per translationem quasi equites hostium dicuntur huc illucque discurrere.

✠ RVPERT. Vel si de Babyloniis, fortitudinem atque velocitatem tam multi populi breuibus & celeriter currentibus declamauit sententiis. Quod enim equis similes pronunciantur, superbiam atque fortitudinem, simulque præliandi auiditatem illos habere innuit, secundum gestus eiusdem animalis natura ferocis & superbi, dicente domino ad Iob: *Terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus, fremens sorbet terram, nec reputat tubæ clangorem, &c.* (Iob.36.)

✠ THEOD. Si verò de locusta dicta explanemus, hoc ipsum, *quasi aspectus equorum, &c.* intelligemus experientia ad hoc magistra vtentes. Nam si quis locustæ caput diligenter consideret, persimilem equo inueniet. Cùm volat, eam videas nihil equo de celerit

D celeritate concedere: tum flãmæ instar fruges euadere,& frondes deuorare. Quinetiam & cùm volat, & cùm repit, similis est multitudini ad bellum comparatæ: nam inter se comparatæ exercitus speciem præbent, ac velut quendam ordinem militarem representant.

e *Sicut sonitus.* Ita subaudis sonitus & terror vocis eorum cuncta populabitur, & sic cuncta vastabunt, sicut flãma stipulam. Vel: *Sicut sonitus quad.* Sic erit sonitus locustarũ. *Super capita montium exilient.* Vt omnia excelsa conscendant. Quãdo locustę à Deo mittuntur, intantum magnũ sonum faciũt, vt à sexto miliario audiri possit sonitus eorum, sicut tradunt illi in quorum fines consueuerunt venire. E

✠ RVPERT. Quod dicitur, *Sicut sonitus quadrigarum, &c.* Certam designat illorum gloriam triũphalem, quòd sine dubio victoriam perficiãt, & cũ quadrigis virtutibus more suo ducant triũphi pompam nobilem. Temeritatem verò Iudaicam subsannat dicendo, *Super capita montium exilient*, quòd Deo sibimet irato, ausi sunt contra semetipsos prouocare ad bellum victores omnium gentium, quasi ipsi montes Iudææ intransmeabiles essent. Deinde quod ait: *Sicut sonitus flammæ, &c.* igni proculdubio consummandam esse declamat eandem victoriam. Vltima declamationis clausula qualitatem pulchrè eximit erucæ siue locustarum, dicendo, *Velut populus fortis, &c.* inculcans quòd non realiter locustæ existimandæ sunt, sed sub nomine illo, multitudo hominum.

f *A facie eius cruciabuntur populi omnes.* id est, à præsentia exercitus locustarum cruciabuntur populi, & omnes vultus, subaudis, Iudæorum redigentur in similitudinem ollæ: quæ igni apposita nigredine & fuligine circundatur. (Hieronym)

✠ THEODORETVS. Hominibus eiusmodi calamitas infligetur, vt eorum facies euasuræ sint similes ollæ igne quodam infuscatæ. Fames nimirum & inopia hanc corruptionem inferent. Quæ sequuntur, similiter de hostibus & locustis intelligemus. Nam locustas non aliter quàm hostes videre licet in muros ascendere, ac iter facere, nec vlla necessitate se detrahi patiuntur, sed tanquam imbutæ quadam conspiratione, impetum faciunt.

g *Sicut fortes current.* HIERON. Cùm Chaldæi venirent ad portas Ierusalem, vnusquisque via qua primum venerit ad murum ingreditur, faciens sibi aditum in muro.

Non declin

a ¶Nulla pœna potest ei comparari quæ erit in die iudicij.
à principio, & pòst eum non erit vsque ad annos genera-
a ¶Deus noster ignis consumens est, qui exuret lignum, fœnum & stipulam. b ¶Vt nihil inultum relinquat.
a tionis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post 1 2
a ¶Quem non attigerit, vbi non inueniet materiam combustionis.
b eum exurens flamma. Quasi hortus † voluptatis terra co- 3
a ¶Quem attigerit in cinerem rediget & fauillam.
c ram eo: & pòst eum solitudo deserti, neque est qui effugiat 4 5
a ¶Erucarum, locustarum, bruchorum & rubigi.
d eum. Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi 6 7
a ¶Ad cruciandos quos in potestatem acceperint. ¶Subaudis, auditur. b ¶Excelsos quosque & in ecclesiæ culmine constitutos cruciare cupientes
e equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super ca- 8
a ¶Sic saltus emittent ipsæ locustæ. b ¶Ita venient parati punire.
pita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuo-
a ¶Ita venient præparatæ locustæ,& tamen dum locustas legimus, Babylonios intelligimus.
rantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad 9
a ¶Tantus erit terror omnium, tanta conscientia peccatorum, vt nullus luceat, nullus fulgorem gaudij habeat.
f prælium. A facie eius cruciabuntur populi, omnes 10 11
¶Præ timore. a ¶Subaudis, viri. b ¶Locustæ per terram Iudæorum.
g vultus † redigentur in ollam. Sicut fortes current, 12

†nigrescent vt olla.

NICOLAVS DE LYRA.

alios, vtpote populus Assyriorum in cupiditate, Chaldæorum in ferocitate, Græcorum in dolositate, plus enim nocuit hoc regnum Iudæis dolositate quàm potestate, vt patet 1.& 2. Machab. Roma. verò in potestate: propter quod illud regnum vocatur ferreum Dan. 2. quia sicut ferrum domat omnia, ita regnum Romanorum domauit alia regna.

1 Ante faciem,&c. *quia in primo ingressu Iudææ comburebant villas non clausas fugientibus inde habitatoribus.*

2 Et post eum exurens flam. *quia habita victoria comburebant ciuitates munitas & fortalicia, & maximè populus Chaldæorum & Romanorum, qui combusserunt Ierusalem & templum.*

3 Quasi hortus voluptatis. *id est, erat pulchra & plena fructibus bonis ante aduentum cuiuslibet exercitus.*

4 Et

4 Et post eum solitudo deserti. *quia in recessu suo dimittebant terram vastatam.*

5 Neque est qui effugiat eum. *id est, pauci poterunt effugere propter persequentium velocitatem, ideò sequitur.*

6 Quasi aspectus equorum. *velociter currentium.*

7 Et quasi equites. *scilicet, pedites.*

8 Sicut sonitus. *in hoc etiam notatur multitudo aduersariorum ex magno sonitu qui causabatur ex fragore armorum & incessu turbarum.*

9 Velut populus. *id est, munitus omni genere armorum.*

10 A facie eius. *ex solo aspectu.*

11 Omnes vultus redigentur. *id est, in ollæ nigredinem ex anxietate, & ex fumo procedente ex igne accenso ab eis per omnia loca Iudæ.*

12 Sicut fortes current. *non impediti armorum pondere.*

Quasi

MORALITER.

1 *Ante faciem eius.* Hoc dicitur de prænunciis Antichristi.

2 *Et post eum.* nam post Antichristi mortem erit ignis conflagrationis elementorum.

3 *Quasi hortus.* nam status mundi erit valde delectabilis ante persequutionem Antichristi respectu temporis suæ persequutionis: Appositis enim iuxta se contrariis maiora & minora videntur, primo Elenchorum.

5 *Neque est, &c.* Hyperbole est, quia pauci effugient eius manũ.

6 *Quasi aspectus.* nam Antichristus & eius exercitus erunt valde terribiles in aspectu & veloces in decursu.

8 *Sicut sonitus flammæ ignis.* quia sicut stipula non potest resistere flammæ, sic nec fideles Antichristi violentiæ per corporalem defensionem, sed tantum per patientiæ virtutem.

Viri in vijs

A a *Non declinabunt.* Locustæ implentes opus à Deo sibi iniunctum ordinatè volabunt nec declinabunt in alteram partem, ne alia videatur impedire aliam.

b *Sed &.* Metaphoram exequitur locustarum quibus nihil inuium, dicitur enim quòd quando locustæ pro flagello à Deo mittuntur, non solùm super domos & muros discurrunt, sed etiã per interiora domorũ huc illucque volant. Fenestræ quinque sensus, perquos mors intrauit: per has ingredi cupiũt hostes & capere vrbem bonæ cõsciẽtiæ.

† vnusquisque aut singuli.

c *Intrabunt.* Sicut fur intrans per fenestram solet occultè rapere, sic illi clausis ianuis non timore sed præcipitata audacia per fenestras auiditate diripiendi intrant.

†Super gladium decident se, & non lędẽtur. †per vrbem incedent. †sup.eod a.

✠ THEODOR. Locustæ arma habent naturalia, dentes, alas, & cetera membra: hostes B verò, artificio cõfecta. Atqui inquit, & hi & illæ assiduè armis vtentur, & bellum inferentes, & quibus infertur.

†valde.

d *A facie eius contremuit terra, moti.* Quãdo metu Dei locustæ de loco ad locũ transeũt sua multitudine solent radios solis à terra excludere, & eam quasi nubes obumbrare, per similitudinem quarum dicitur: cùm venerint Assyrij, tantus pauor inuadet Iudæos in afflictione positos, vt non solùm terra, sed etiam cælum & omnia elementa videantur esse commota. Aliter. Possunt per solem reges intelligi, Ioakim pater, & Ioachim filius: & maximè Sedechias, per lunam regina, per stellas principes Iudæorum, quibus cum caperentur ab hostibus, omnia versa sunt in tenebras.

✠ THEODOR. Possunt hæc alia quoque ratione explicari, qui nimirum

D qui nimirum in calamitatibus versantur, tanquam in tenebris quibusdam agentes, cæli statum non sentiunt, neque esse terram immobilem suspicantur: non luce diem, non aliquo lumine mortem metiuntur: sed funditus euersa esse omnia arbitrantur.

e *Sol & luna.* Tanta miserorum supplicia videre non poterunt, sed mœrebunt & pro claro lumine horrendis operiẽtur tenebris. Omnia ista à loco vbi scriptum est: *Canite tuba in Sion.* Possunt referri ad diem iudicij, quæ erit terribilis cùm dãnabũtur omnes impij. Tunc mouebuntur cęli & terra, & sol & luna,& stellæ obtenebrabuntur. Sicut dicit dominus: *Cælum & terra transibunt, & virtutes cælorum mouebuntur.* (Hieron. Haymo.) (Matth.24.c)

f *Et dominus dedit vocem suam ante.* Et hoc non faciẽt locustæ vel Chaldæi sua virtute, E sed Dei voluntate, qui in aduentu hostium incutiet terrorem nimium Iudæis.

g *Magnus enim dies domini, & ter.* A principio huius prophetiæ vsque ad hunc locum quo dicitur: *Magnus.* comminatio est & descriptio eorum, quæ Deus populo peccatori illaturus sit. Ab hoc autem loco vsque quo ait: *Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum?* Cohortatio est ad pœnitentiam.

h *Et quis.* Q. Aut nullus aut rarus diem iudicij poterit sustinere qui non in se præbeat materiam sæuiendi.

F i *Nunc ergo dicit dominus.* Prædicta captiuitate per similitudinem locustarum inuitat Iudæos ad pœnitentiam, vt prædicta mala possint euitare. Q. d. Ideo hæc omnia comminatus sum vobis, vt per terrorem supplicij adducã vos ad pœnitentiã peccati.

✠ THEOD.

a ¶Non per portas intrabunt. b ¶Ierusalem. ¶Omnem munitionem, nec altitudo murorum eas tenebit.
quasi viri bellatores ascendent murum. † Viri in viis suis 1
a ¶Credita sibi in peccatores supplicia persequitur. 2
a gradientur, & non declinabunt à semitis suis. Vnusquis- 3
a ¶Proprium explentes officium.
que fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambu
a ¶Ne sit mora clausis ianuis. b ¶Id est, non infirmabuntur.
b labunt. Sed & † per fenestras cadent, & non demolientur. 4
a ¶In munimentis vestris. b ¶Quas bonis operibus ædificabimus. ¶Iudæorum. 5
† Vrbem ingredientur, in muro current. Domos con-
a ¶Vt sagittent in obscuro rectos corde. b ¶A præsentia exercitus locustarum.
c scendent, per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius 6
d a ¶Hyperbolicè. b ¶Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
e contremuit terra, moti sunt cæli. † Sol & luna obtenebra- 7
a ¶Quia etiam qui sancti sunt præsentiam Dei absque formidine non videbunt. 8
f ti sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et do- 9
a ¶Dabit. b ¶In minimis quoque animantibus magna Dei virtus ostenditur. c ¶Id est, dæmonum, qui sunt castra Dei, quia etiam ei nolentes militant.
minus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, 10
quia multa sunt † nimis castra eius, quia fortia & fa- 11
a ¶Hinc patet Babylonios Dei voluntate venturos,& eius imperio parituros. ¶Vindictæ. b ¶Etiam bonis.
g ciẽtia verbũ eius. Magnus enim dies domini, & terribi- 12
a ¶Quis Iudæorum potuit euadere de necessitate captiuitatis & mortis.
h lis valde. Et quis sustinebit eũ? Nunc ergo dicit dominus: 13
i a ¶Non solum in labiis, sed toto intellectu & voluntate & operatione. b ¶Vt in futuro saturemini. c ¶Vt rideatis. 14
Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu 15
a ¶Vt consolemini. b ¶Aperite corda vestra per confessionem fidei, quæ quasi vtres plena sunt peccatis,& nisi scissa fuerint sponte rumpentur. c ¶Sicut mos erat Iudæis facere tempore tristitiæ vel aduersitatis. 16
& in plãctũ, & scindite corda vestra & nõ vestimẽtã vestra. 17 18

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quasi viri bellatores. *id est, exercitati in arte bellandi.*

2 Ascendent murum. *id est, ad ciuitates occupandum.*

3 Viri in viis suis,&c. *id est, ordinatè incedent, quòd nõ nimis separabuntur ab inuicem, nec nimis coniungentur. Dicit enim Vegetius lib. de re militari, quòd ista est optima dispositio bellãtium, ita quòd per nimiam separationem aduersarij non ingrediantur aciem, & per nimiam coniunctionem vnus non impediat alium ad inuadendum aduersarios.*

4 Sed & per fenestras. *id est, si contingat eos per fenestras domorum intra cadere, non lædentur inde. In Hebræo tamen habetur: In armis stabunt, & vtile non quærent, id est, non quærent diuitias principaliter, sed interficere homines: & hæc videtur verior litera, quia de fenestris sequitur.*

5 Per fenestras. *id est, ita latenter, quòd existentes intrà, sibi de defensione non poterunt prouidere.*

6 A facie eius contremuit. *id est, homines in terra habitantes.*

7 Moti sunt. *id est, angeli qui sunt ciues cælestes: Angeli enim ad custodiam diuersarum Gentium deputati pugnant adinuicem pro Gentibus suæ custodiæ commissis, vt habetur Danie. 10. quam pugnam exponit Dionysius etiam de bonis angelis: tamen hæc pugna est inter eos sine discordia, vt ibidem plenius fuit dictum, & hæc pugna vocatur hic motio cælorum.*

8 Sol & luna. *Loquutio est metaphorica, per quam intelligitur hominum tribulatio magna, eo modo loquendi quo dicitur etiam vulgariter tempus nubilum tenebrosum. Vnde dicit poeta:* Cùm fueris fœlix multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. (Ouidius.1. tristium.)

9 Et dominus dedit vocem. *immittendo Iudæis terrorem.*

10 Ante faciem exercitus. *eò quòd erant exequutores diuinæ iustitiæ, licet hoc facerent iniqua voluntate, vt frequenter dictum est, suprà in Isaia & Ieremia.*

11 Quia multa sunt nimis. *quilibet enim dictorum exercituum fuit valde magnus in multitudine & fortitudine.*

12 Magnus enim dies domini. *scilicet, in ostensione suæ vindictæ, ideo subditur.*

13 Et quis sustinebit eum. *quasi dicat, propheta: non poterimus sustinere, & hoc maximè apparuit in ciuitatis & templi destructione, primò per Chaldæos, & secundò per Romanos.*

14 Nunc ergo dicit dominus. *Postquam propheta prædixit desolatoria, hic incipit denunciare consolatoria. Et quia actus actiuorum sunt in patiente & disposito, ideò primò inducit populum ad debitam dispositionem: secundò, denunciat diuinam consolationem ibi:* Zelatus est. *Debita verò dispositio ad perceptionem diuinæ consolationis est veritas pœnitentiæ & contritionis: Matth.5.a.* Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: *Ideò dicitur in persona domini.* (Diuisio.)

15 Conuertimini ad me. *id est, veraciter & integraliter.*

16 In ieiunio. *vt carnem affligendo, spiritus ad Deum eleuetur.*

17 Et scindite corda. *malas cogitationes rescindendo.*

18 Et non vestimenta. *Mos erat Iudæis in tristitia positis sua scindere vestimenta, vt patet in pluribus locis veteris testamenti: sed hò parum valet aut nihil, nisi adsit scissio cordis modo dicto.*

Et conuertim

MORALITER.

3 *Viri in vijs suis, &c.* Quia satellites Antichristi in malis suis prosperabuntur. Sed quoniam pœna comminata aliquando per pœnitentiam tollitur vel minuitur, ideo subditur.

24 *Nunc ergo dicit dominus.* Et quoniã dominus, *post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymationem & fletum gaudium & exultationem*

tationem

A ✠ THEODORET. Post horribiles minas, in consolationem & consilium conuertit sermonem, dicens: *Conuertimini ad me, &c.* Non diuidentes cor in voluptates & vota, sed ieiunio & lachrymis vtentes. *Scindite corda, &c.* hoc est, resipiscentia vtamini, & rebellionem animi & pernicaciam mitigate, salutaria capite cōsilia, & nequitiæ via relicta, ad Deum cōpendio perducentem viam ingrediamini. Nam misericordiæ & miserationis permulti apud eum fontes existunt, & quoniā maximè patiens est, non statim minas in executionem reuocat. Hoc significauit cùm dixit: *Præstabilis super malitia*, perterrefaciens pœnarū minis, atque hominum in melius commutatis animis, commutans minas in placabilitatem. Neq; tamē Deus nunc hoc, nunc illud vult: neque similiter vt nos eum pœnitet eorum quæ facit, sed interea dum minatur, habet apud se misericordiam, quam his quos peccasse pœnitet, largitur.

† miserator. † pœnitebit eum mali. † Ionę 3.d. † suprà 1.c. B † præparate cōmunitatē. † plorent.

c *Sanctificate ieiunium.* ✠ BERNARDVS. Omnino soliciti estote vt alas duas habeat ieiunium vestrum, sanctimoniam, scilicet, & pacem, sine qua nemo videbit Deum. Sanctificate ieiunium vt pura intentio, & deuota oratio diuinæ illud offerat maiestati: vocate cœtum, vt congruat vnitati. D Serm. 4. de quadragesi.

¶Sic. a ¶Quem fecerunt peccata alienum. b ¶Et ne desperetis si peccata magna, quia maior est misericordia, & non vult mortem peccatoris sed pœnitentiam.
Et cōuertimini ad dominū Deum vestrum, quia † benignus 1
a ¶Non statim punit sed expectat. b ¶Præstans misericordiam post pœnitentiam de malitiis. 2
& misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & † præsta- 3
a ¶Q. Aut impossibile est sciri, aut difficile, ideo tutius est agere pœnitentiam. b ¶Ab ira ad misericordiam. c ¶Peccatis nostris. 4 5
a bilis super malitia. † Quis scit si conuertatur & † ignoscat, & 6
a ¶Id est, tribuat. b ¶Id est, post suū flagellū & vindictā. c ¶Remissionem peccatorum d ¶Et accepta remissione offeremus. ¶Vnde Immola Deo sacrificium laudis, & redde altari vota tua. 7 8
relinquat post se benedictionem? Sacrificium & libamen 9
a ¶Publicè prædicate pœnitentiam in ecclesia. b ¶Bona voluntate, oratione, & operatione.
b domino Deo nostro. † Canite tuba in Sion, sanctificate ie- 10
c a ¶Synodum vel congregationē. b ¶Vt qui dispersus errauit à Deo, congregatus in vnum Deo placeat. c ¶Vt nullus sit in ea nisi sanctus, ne paruo fermento tota massa corrumpatur. 11
iunium, vocate cœtum, congregate populum, † sanctificate 12
a ¶Lxx. Eligite. b ¶Non tam ætate quàm sapientia. c ¶Quibus dicitur: Lac potum vobis dedi, non escam. d ¶Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.
d ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugen-
e a ¶Vt tempore ieiunij non seruiant operi nuptiali sed vacent orationi.
f tes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & spōsa de tha- 13
a ¶Id est, porticum, quæ vestit interiorem domum: locus conueniens pœnitentiæ & confessioni. b ¶Qui debent flere cum flentibus & alios ad fletum mouere. 14
g h lamo suo. Inter vestibulū & altare † plorabūt sacerdotes mi- 15 16

✠ RVPERT. Multoplus est sanctificare, quàm prædicare ieiunium, quia hoc impij quoque possunt, qui non remissionem peccatorum, sed tantummodo malorum præsentiū ieiunando quęrūt remediū. Tale fuit ieiuniū Achab, &c. Ieiunauit quidē, sed non sanctificauit ieiuniū, atq; idcirco mercedē non recepit sanctorū, sed trāsitoriam. Igitur sanctificate ieiunium, id est, idcirco vt sancti sitis, celebrate ieiunium, &c. († pœniteat eum mali. 3.Reg.21) E

d *Coadunate senes, &c.* Qui sunt senes solummodo ætate, iubentur adunari, vt saltem in extremo vitæ termino pœniteant. Senes moribus & scientia, vt aliis præbeant exemplum & doctrinam.

✠ CYPRIANVS. Cùm scriptum sit, Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per hanc ad vitam redire. Ideo per prophetam Ioel reclamat: *Reuertimini ad me ex toto corde, &c.* (Epist. ad Antonianu de Nouatiano.)

a *Super malitia.* Id est, afflictione pœnitentium, iuxta illud: *Sufficit diei malitia sua.* Et: *Si est malitia in ciuitate, quam dominus non fecerit.* Quia verò dixerat, misericors Deus & patiens, ne magnitudo clementiæ negligentes faceret ad pœnitentiam agendam, subdit propheta: Quis scit. Q. Hortor vos ad pœnitentiam, prædico Dei clementiam, sed tamen quia profundum sapientiæ & scientiæ Dei penetrare non possumus, tempero sententiam, opto potius quàm præsumo. (Hieronym. Matth. 6.d)

✠ RVPERT In ipsa pœnitentia cautos esse cupit, & securitatem tollit, cùm dicit: *Quis scit si conuertatur, &c.* Ac si dicat, Ego quidem hortor (quod meum est) ad pœnitētiam: & Deum ineffabiliter noui esse clementem. Sed quia profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei nosse non possumus, sententiam tempero. Tantum interim sacrificium Deo nostro offeratur, sacrificium contriti cordis, & libamen piæ confessionis, ac boni operis, Et quòd nescimus si conuertatur & ignoscat, in eius arbitrio relinquamus, pendentes in spe miserationis. C

b *Canite tuba in Sion.* Prædicatores & prophetas hortatur sermo diuinus, vt prædicent pœnitentiam, antequam veniat hostilis gladius: Q. Superius vos monui ad pœnitentiam, & per commemorationem crudelitatis hostium, & per commemorationem meæ clementiæ, nunc autem iterum & iterum præcipio: Canite. (Hieronym.)

e *Sanctificate*

e *Sugentes.* Nulla ætas sit, quæ non conuertatur, quia nullus est super terram nec infans vnius diei sine peccato est: Qui si non tenetur actuali, tenetur originali. (Iob. 15.b secundum aliam literā.)

f *Egrediatur sponsus, &c* ✠ RVPERTVS. Idem est quod & Apostolus dicit. Reliquum est vt qui habent vxores, tāquam non habentes sint. Itē: *Volo vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est &c.* Secundum huiusmodi prędicationem euangelicam siue apostolicam viuere, hoc est sponsum de cubili suo, & sponsam de thalamo suo exire.

✠ THEODORET. Qui nuper sponsale iugum subierunt, etiam nuptialibus conuiuiis relictis, simul cum cætero populo pœnitentiæ lachrymas profundant.

g *Inter vestibulum.* HIERON. Duo erant altaria, vnum in templo quod incēsi dicitur, aliud in porticu ante fores templi quod holocaustorum dicitur. vnde dicitur: Inter vestibulum & altare incensi & holocaustorum altare.

✠ RVPER. Quod dicit: *Ante vestibulū*, quod nos ante fores & porticū possumus dicere, *& altare*, assiduitatē significat religionis, & continētiæ sacerdotū, Leuitarū, cæterorūq; ministrorū domini, qui vt parati sint semper ad orationes & hostias Deo iugiter offerendas, circa templum vel ecclesiam in sacris castisque domibus, hodieque cum regulari disciplina commanent, quemadmodū hic propheta cùm hæc diceret, futurū esse præuidebat.

h *Plorabunt.* Dicentes: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Aut quis scandalizatur, & ego non vror?* (2.Cor.11.g)

Eis nationes

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et conuertimini. *eius misericordiam implorando.*
2 Quia benignus. *in affectu.*
3 Et misericors. *in affectu, dicitur enim misericors qui miseriam alterius cordi accipit ad releuandum.*
4 Patiens. *conuersionem peccatorum expectando.*
5 Et multæ misericordiæ. *circa condignum puniendo.*
6 Et præstabilis super malitia. *peccata condonando.*
7 Quis scit si conuertatur & ignoscat. *Spiritussanctus enim tangit corda prophetarum secundum suum arbitrium plus & minus: & ideò aliquando per eos denunciat sic pœnas futuras, quòd licet tunc sint certi, quòd talis reuelatio est à Deo, tamen adhuc ignorant aliquando vtrum sit prophetia prædestinationis, quæ semper impletur: vel solùm comminationis, quæ propter pœnitentiam impeditur, sicut Ionas dixit:* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. *& tunc ignorauit quòd hoc esset impediendum propter pœnitentiam* Niniuitarum, *& sic iste propheta de plagis suprapositis ignorabat: & ideo verbum istud*. Quis scit si conuertatur, &c. *Non dicitur in persona domini, qui certitudinaliter cognoscit omnia futura, sed in persona prophetæ.*
8 Et relinquat post se benedictionem. *id est, suam gratiam in beneficijs temporalibus & spiritualibus.*
9 Sacrificium libamen domino Deo nostro. *subintelligitur fiat ad placandum eius iram.*
10 Canite tuba in Sion. *ad populi conuocationem.*
11 Sanctificate ieiunium. *per carnis mortificationem.*
12 Vocate. *id est, omnes vtriusque sexus & ætatis, vt ex communi afflictione & deprecatione citius placetur Deus, & hoc modo fecerunt Niniuitæ Ionæ tertio.*
13 Egrediatur. *q.d. non est tempus vacandi amplexibus, sed luctibus.*
14 Inter vestibulum. *scilicet, templi.*
15 Et altare. *scilicet holocausti.*
16 Plorabunt. *cum lachrymis & deuotè deprecantes.*

Parce

MORALITER.

tationem infundit, vt dicitur Tobiæ 3. ideò finita tribulatione Antichristi vel cuiuslibet alterius tyranni persequentis ecclesiam, potest dici quod postea subditur.

Zelatur

a *Eis nationes.* Dæmones, qui dum sumus impœnitentes, damnantur & dicunt: *Vbi est Deus eorum.* A

b *Quare dicūt in pop.* ✠ RVPER. Sensus est. Quare ita propter te mortificamur tota die, vt vacet persecutoribus ac hostibus insultare & dicere, *vbi est Deus eorum?* Intendūt digitū in solem aut lunam, aut in aliquod simulachrū aureū vel argenteum, & dicunt: Ecce dij nostri: Deus autē ipsorum vbi est? Nusquam comparet, neque enim videre illum, aut ostēdere possunt, & multum de illo habētes adiutoriū, toto die inter manus nostras mortificātur & pereunt. Hæc opprobria inter innumera mortiū tormenta sustinentes, & peccatis suis humiles sancti reputantes, *Parce* (inquiūt) *Domine parce populo, &c.* Non nimis diu manere permittas, *virgā peccatorū super sortē iustorū, &c.* B (Psal. 124)

c *Zelatus.* Quasi cū prædicta implessent populus & sacerdotes, amauit Deus terram suam, quam prius contempserat. (Hieron.)

† dicant.

a ¶Docet qui sacerdotes dicere, & quomodo Deum debeant deprecari. ¶Dimitte peccata.
b ¶Iam tuo, quia pœnitet, prius non tuus dum peccaret.
nistri domini, & † dicent: Parce domine, parce populo tuo, 1
a ¶Hæreditas mea Israel. b ¶Vt seruiant Gentibus. c ¶Scilicet. 2
a & ne des hæreditatem tuam in opprobriū, ut dominētur eis 3
a ¶Quæ comparantur erucæ, l.b.r. quæ dicebant captiuatis: Quare non iuuat vos Deus vester. b ¶Id est, quare permittis dici à populis. c ¶Quem defensorem putabant. 4
b nationes. Quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Ze- 5
c a ¶Id est, vltus ad primum, & flagellauit Deus populum suum, sed postea placatus pœnitentia eorum, pepercit populo suo. b ¶Animam, in qua bonum semen seminat Deus. 6
d latus est dominus terram suam, & pepercit populo suo. Et †
a ¶Non tantum ad verba sed ad facta eorum.
e respondit dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam 7
a ¶Panem qui de cælo descendit. b ¶Quod lætificat cor hominis. ¶Vt vetus tristitia peccatorum, frumenti, vini, olei, id est, virtutum lętitia temperetur. c ¶Quod exhilarat fa.in o.
vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini in eis,
¶Captiuos. a ¶Id est, populum Assyriorum habitantem in partibus aquilonis.
f & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus. Et eum qui 8
a ¶Si venerit. b ¶In aliquam Gentem desertam à Deo. ¶In qua non habitat spiritussanctus. 9
g ab aquilone est procul faciam à vobis, & expellā eum in ter- 10
a ¶Quæ non habet Dei notitiam. b ¶Conuertam vt prima pars eius cadat in mare orientale.
h ram inuiam & desertam. Faciem eius contra mare orien- 11
i a ¶Conuertam extremam partem eius ad mare nouis. quod est ad occidentem, & ducit in Aegyptum, in cuius littore sunt Gaza, Ascalon, Azotus, Ioppe, Cæsarea & aliæ ciuitates.
k l tale, & extremum eius ad mare nouissimum. Et ascendet 12 13

ALLEGOR. Omnis anima terra est domini in qua seminat. Sed si pepererit zizania, dominum offendit. Si verò pœnitet & dicit, Parce domine, zelatur dominus terram suam & dignatur suo alloquio dicens: Mittam vo.fru.& vi.

d *Et respondit.* Populo agente pœnitentiam intantum parcit Deus vt eos sua responsione dignos faciat: Hoc quotidie videmus fieri in ecclesia. Ab hoc loco, vsque, non confundetur populus meus in æternum, promissio est bonorum eis qui pœnitentiam egerunt.

e *Ecce.* Qui peccantibus immisi vobis erucam. locust. bru.ru. per quas omnes fruges vestrę sunt vastatę. Iam per pœnitentiam conuersus sum ad clementiam, & eruam vos ab Assyriis, & si in bonis perseuerauerits, replebo vos omnibus bonis.

f *In Gentibus.* Illis, scilicet, de quibus suprà: *Populus multus & fortis.* Vel Gentibus, id est, dæmonibus. Vnde: *Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduer. princip. & potest. aduer. mun. re.* (Supr.eod. a. C Ephes. 6.b)

g *Ab aquilone.* Iuxta literam nō aquilo, sed auster solet locustas adducere. Nō enim ex frigore veniūt, sed ex calore. Sed quia de Assyriis per similitudinem locustarum loquebatur, aquilonem interponit, vt non veram locustā, sed Assyrios & Chaldęos intelligamus. vnde: *Ab aquilone exardescent mala super habitatores terræ.* (Hieron. Haymo.) D (Locustæ vnde veniant. Iere. 1.c.)

✠ THEODOR. Eum qui ab aquilone vocat Syrium, quem longo ante tēpore Hierosolymis expulit, atq; per angelū multos eius interfecit.

✠ RVPERT. Istius aquilonaris, id est, perfida & frigida cōgelati diaboli, maximè Babylonius Nabuchodonosor typū gessit, pro eo quia loco quoque aquilonaris extitit, id est, secundum situm terræ Iudææ venit à parte aquilonari.

✠ RABBI IONATHAN. Et populum qui venit ab aquilone, elōgabo à vobis, & trāsmigrabo eum in terrā desertā, &c.

h *Faciem eius.* Iuxta literam factū est hoc de Chaldæis tēpore Ezechiæ, quādo vna nocte 185. milia ab angelo in castris sunt percussa: Et interfecta est illa pars castrorū, q̄ ad mare oriē. respicit. i. ad Sodomā & posterior q̄ respicit ad mare quæ ducit ad Ægyptū: Quorū corpora, quia igne cōsumpta & in terrā sunt redacta: qd̄ sequitur de fœtore non de corporibus Assyriorū, sed mysticè est intelligendū. E (Hieron. 4.Reg.19.c.)

i *Contra ma. &c.* MYSTICE. In his qui ei aperuerunt ianuam peccati, ad mare orien. apud quas vsque ad extremum vitæ permanserit Assyrius, id est, diabolus.

k *Mare orientale.* Vbi quondam Sodoma fuit, & aliæ ciuitates quæ versæ sunt in mare, quod mortuum dicitur: eò quòd ibi nulla viuunt animalia.

l *Et ascendet, &c.* ✠ THEODORET. Fœtorem & putredinem vocauit malum odorem, qui post fit ex corporibus insepultis, quod accidit in bello abiectis.

Seruat metaphorā, & iuxta sitū prouincię sic loquitur: quasi de locustis & nō hostibus loqui videatur: Ait enim Hierony. agmē locustarum suo tempore totam Iudæam texisse: quæ postea misericordia Dei inter vestibulū & altare (id est, inter crucis & resurrectionis (De locustarum agmine tēpore Hieronymi.) F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Parce domine parce po. *à pœna quam demeruit pro suo peccato.*
2 Et ne des hæreditatem tuam. *id est, Iudæam, quæ dicitur Dei hæreditas ratione supradicta, cap. 1.*
3 In opprobrium. *scilicet, seruitutis Gentibus alienis, ideo subditur.*
4 Vt dominentur. *Ex hoc patet quòd suprà dictum est, scilicet, quòd Ioel non solum prophetauerat de vastatione terræ per erucam, bruchum &c. vt dicit Ra. Sa. quæ non habent dominium super homines, sed etiam vastationibus futuris per quatuor regna supradicta, quæ successiuè acceperunt dominium in Iudæa.*
5 Quare di. in po. &c. *Sic enim dixerunt Gentiles post vastationem Iudæorum, derisoriè insultantes, quòd Deus eorū non poterat eos saluare.*
6 Zelatus. *Hic consequenter propheta prædicit diuinā cōsolationem: & primò quantùm ad multiplicationem in bonis, secundò quantū ad vltionem de inimicis, se. cap. ibi:* Verū quid mihi. *Prima in duas: quia primò præmittit bona temporalia, secundò, spiritualia, vt ex sensibilibus ad intelligibilia deducantur, secunda ibi:* Et erit. *Circa primum pro vastatione terræ nascentium per erucam, bruchum, &c. denuntiat fertilitatem fructuum loquens in persona domini, dicens:* (Diuisio.)
7 Ecce ego mit. *dicit enim Rab. Salo. quòd post illam famem quæ fuit tempore Ioram sequuta est à Deo fertilitas magna propter quod mulier quæ cum filio peregrinata fuerat in terra Philisthinorum de consilio Elisæi reuersa fuit in Iudæam fame transacta. 4. Reg. 8.*
8 Et non dabo. &c. *Tempore enim illius famis multi cogebantur exire de illa terra & sustinere opprobria in terra aliena. Sciendum tamen, quòd per ly* vltrà, *non intelligitur perpetuitas: sed aliqua temporis longitudo, sicut diffusius fuit dictum super illud Isa. 2. b.* Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium.
9 Et eum, &c. *id est, regnum Assyriorum, vt dicunt aliqui: quia tempore Ezechiæ fugit confusibiliter de Iudæa 4. Reg. 19. Ra. Sa. hoc exponit de cœtu animalium prædictorum, scilicet, erucæ, bruchi & aliorum: & hoc magis consonat literæ sequenti, cùm dicitur.*
10 Et expellam, &c. *vbi non est habitatio hominum. Sennacherib enim fugiens redijt in terram suam ab hominibus habitatam.*
11 Faciem eius, &c. *Illud est mare mortuum quod terminatur ad orientalem angulum terræ promissionis versus desertum Aegypti, & per hoc insinuatur quod ille cœtus erucarum, bruchorum, & aliorum non intraret Iudæam: ex quo prima pars haberet aspectum ad extremum angulum Iudææ.*
12 Et extremum eius, &c. *id est, magis elongabitur à terra vestra quàm pars prima.*
13 Et ascendet fœtor eius. *quia quando talia animalia moriuntur in magna multitudine, de putrefactione surgit magnus fœtor & aeris corruptio sicut dicit Hieronymus, se vidisse in illa terra. Ex hoc patet, quòd non loquitur hic scriptura de exercitu Sennacherib ab angelo percusso, vt habetur quarti Regum capite decimonono, quia illa percussio talis fuit quòd corpora fuerunt incinerata sub vestibus & armis, de talibus autem non ascendit fœtor.*

Quia su

MORALITER.

6 *Zelatus est dominus.* id est, ecclesiam suam.
† *Et pepercit.* nam circa condignum est eius punitio.
† *Et dixit.* per quæ significantur diuinæ consolationes, quæ dantur fidelibus post persequutiones.
8 *Et non dabo vos.* quod verum est singulariter de persequutione Antichristi futura, quia post illam non erit alia.
9 *Et eum.* i. diabolum, secundū illud Iere. 1. c. *Ab aquilone panditur om. ma.* Vel per hoc intelligitur Antichristus in quo erit diabolus.
10 *Procul faciam.* eos in infernum detrudendo.
11 *Faciē.* quod est mare mortuū ꝓpter quod significat infernū.
13 *Et ascendet fœtor.* id est, ipsius Antichristi & exercitus sui qui pro magna parte cum ipso Antichristo fulminabitur, & corpora fulminata horribiliter fœtent.

9 Et eum *Noli*

A resurrectionis locum) Sacerdotibus & populis clamantibus: Parce domine, parce populo tuo: vento surgente in mare primū & nouissimum præcipitatæ sunt: Et cùm aceruī mortuorum ex vndis in littora vtriusque maris essent refusi, putredo & fœtor noxius exiuit; & aere corrupto hominibus & iumentis pestilentiam intulit. Et *ascendet fœtor in eos.* qui sibi magna promittūt & per superbiam cadunt ne sit tutus homo fragilis quātò crescit in virtutibus tantò timeat, ne corruat.

a *Noli timere terra.* ✣ RVPERT. Quod dicit, *noli timere*, idem est ac si dicat. Noli diffidere. Timiditas namque pro infidelitate ponitur, vt in Apocalypsi, cùm præmisisset, *Qui vicerit possidebit hæc, &c.* subiunxit, *Timidis autē & incredulis, &c.* Nā quia timidi sociantur incredulis, sine dubio timiditas mala intelligitur & contraria fidei. Igitur cùm dicit *Noli timere terra*, idem est ac si dicat, De omnibus quæ tibi dicuntur ô homo, noli hæsitare vel diffidere, noli terra esse graui corde, sed alacriter crede, ac spei lætitiam habe. Magnificus est qui tanta proposuit, & perficere potest.

Apoc 21. B

b *Nolite timere animalia.* ✣ THEODOR. Etiam iumenta confidere iubet, quoniam pristinæ pluuiæ futuræ sunt, herbæ nascentur, pabulúmque abundè erit: tum vineæ, ficus, cæteræque arbores multiplicibus onerabūtur fructibus. Planum est eum non alloqui tanquam ratione vtentia terram & iumenta: at omni ex parte mœstitia afflictis delectationem animi adhibet. Quamobrem protinus terra inanimata relicta, & rationis expertibus iumentis, ad naturam humanam se conuertit.

C

c *Et filij Sion exultate, &c.* ✣ THEOD. Vobis vsus suppeditabit necessarios. Imbrem dabit temporaneum & serotinum: tanta denique erit fructuum perceptorum redundantia, vt aereæ futuræ sint angustiores ad tritica recipienda, torcularia vino & oleo diffluant.

d *Quia dedit vobis doctorem iustitiæ, &c* ✣ RVPERTVS Hoc dico vt exulteris & lætemini non in ficu, vel vinea, sed in domino Deo vestro, & hæc sit causa lætitiæ, *Quia dedit vobis doctorem iustitiæ*, videlicet Christum, quem fecit vobiscum nasci ex virgine, qui iustificet, & iustificari vos doceret non ex operibus legis, sed ex fide: & huius doctrinæ gratiam descendere faciet ad vos in principio velut imbrem matutinum & serotinum. In principio (inquam) id est, primùm Iudæo, deinde Greco. Filij namque Sion rectè intelliguntur Iudæi primitiuæ ecclesiæ filij qui cunque receperunt verbum salutis, &c.

D Rom 2.

e *Et descendere faciet, &c.* HIERON. Quantū ad literam, matutinus imber est qui tunc venit quando messis seritur. Serotinus, qui venit quādo messis debet colligi.

MYSTICE. Matutinus imber, est fides, Serotinus perfectio operum. Vel, imber matutinus: cognitio Dei, quæ post fidem datur. Serotinus, cognitionis eiusdem plenitudo.

E

f *Et reddam vob. &c.* ✣ THARGVM. Et reddam vobis annos bonos, pro annis quibus diripuerunt vos populi, nationes, linguæ, potestates, & regna.

g *Eruca.* HIERON. Quæ vix mouetur & leni contactu conteritur: in quo fortitudo Dei magna & humana fragilitas monstratur: sicut per cyniphes in Ægypto, quæ tam paruæ sunt vt vix cernantur: Poterat quidē Deus cuncta diluuio operire vel fulmine cremare, sed potentiam suam, ad nostram fragilitatem per huiusmodi ostendit. Si enim hæc sunt homine fortiora, vnde gloriatur terra & cinis?

†suprà 1.d. Eccl. 10.b †hasil, locustæ genus.

h *Fortitudo mea magna.* scilicet, dæmones qui vltores sunt his qui operantur malum, sicut ille qui decepit Achab: & qui Saulem vexauit, huiuscemodi tortoribus tradidit Paulus peccatores in interitum carnis.

3.Re. 22.d. 1.Re. 28.c 1.Cor. 5.b

✣ THEODOR. Fortitudinem suam ille vocat erucam, nō quòd hæc habeat magnum robur, qui respicit terram & facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant: qui increpat mare & exsiccatur: qui mille alia maiora facere potest: sed quod maior pernicies ex hoc eis inferebatur, magnā suam fortitudinē vocat.

i *Et comedetis.* ✣ THEODOR. Bonorum finis & caput est, non bonis ad satietatem repleri, sed potius bonorum largitorem laudare, & grata memoria prosequi.

✣ RVPERT. Manifestè hic æternæ gloriæ promittitur saturitas, de qua & Dauid, Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Vbi enim alias est, vel esse potest saturitas electorum Dei, nisi in delitiis paradisi?

k *Et laudabitis nomen domini.* Nouatianus & quidam alij hæretici dic-

a ¶ Superius comminatus, nūc prospera pollicetur, & lachrymas in risum vertit. ¶ In eos

a fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Nōli 1 †

a ¶ Promissionis, quæ semen Dei ariditate tua perdideras.

timere terra, exulta & lætare, quoniam magnificauit domi- 2

a ¶ Misericordiam tibi, ita vt etiam iumenta tibi multiplicentur quæ superius fame & siti attrita leguntur, & solitudines lætis noualibus complentur.

b nus, vt faceret. Nolite timere animalia regionis, quia germi- †

a ¶ Crucis, vel ad literam.

nauerūt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum,

a ¶ Spiritussanctus. b ¶ Sermo Dei. c ¶ Largitatem. d ¶ Spiritualiter. e ¶ Ecclesiæ. f ¶ Post poenitentiam, qui ante alieni.

c ficus & vinea dederunt virtutem suam. Et filij Sion exultate 3

a ¶ Non in aliis rebus. b ¶ Dabit. c ¶ Christum qui vos docebit omnem veritatem. ¶ Lxx. escam.

d & lætamini in domino Deo nostro, quia dedit vobis docto- 4

a ¶ Pristinam doctrinam fidei. ¶ Veterem legem.

e rem iustitiæ, & descēdere faciet ad vos imbrem matutinum 5

a ¶ Nouum testamentum. b ¶ Benedictionis. c ¶ Tanta erit abundantia, vt post saturitatem vestram multa remaneant in areis & torcularibus. d ¶ Frugibus virtutum faciet vos abundare.

& serotinū sicut in principio. Et implebuntur areæ frumen- 6

a ¶ Hac voce magna copia designatur, vt & aliis possint præbere quod ipsis superest. b ¶ Per quot annos famem sustinuistis, per tot iterum annos duplicabo fructus. ¶ Non patiar perire libertatem, alias: vbertatem quam perturbationibus animi perdidistis.

f to, & redundabunt torcularia vino & oleo. †Et reddam vo- 7

g bis annos quos comedit locusta, bruchus & †rubigo & eruca:

a ¶ Fruges iustitiæ.

h fortitudo mea magna quam misi in vos. Et comedetis ve- 8

a ¶ Si permanseritis in incoepto opere.

i k scentes, & saturabimini, & laudabitis nomen domini Dei 9

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia superbè egit. *Per hoc arguunt alij ad contrarium, scilicet, quòd intelligatur de exercitu Sennacherib, quia superbia in brucho & eruca & talibus non habet locum. Ad quod dicendum, quòd licet virtutes & vitia non sunt in bruchis & talibus propriè: sunt tamen loquendo largè sicut agnus dicitur mansuetus: vulpes dolosus: & equus recalcitrans & superbus: & hoc modo dicitur de cœtu locustæ bruchi & aliorum quòd superbè egit pro excessu in corrosione terrænascentium. Consequenter consolatur habitatores terræ, dicens.*

2 Noli timere terra, &c. animalia. *bruta de terrænascentium abundantia: & patet litera.*

3 Et filij Sion exultate, &c. *non per dissolutionem, sed per deuotionem, ideò subditur:* In domino &c.

4 Quia dedit vobis, &c. *id est, doctores accipiēdo singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima. *Et vt dicit Ra. Sa. per hoc intelliguntur prophetæ illius temporis populum reuocantes ad bonum, scilicet Ioel & alij prophetæ sibi contemporanei, scilicet,* Elisæus, Ionas *& alij plures secundum Ra. Sa. Secundum verò Hieron. Ioel prophetauit tardius, & sic contemporanei fuerunt sibi Hosee, Isaias & cæteri illius temporis. In præcedentibus tamen sequutus sum dictum Ra. Sa. qui videtur mihi quantum ad hoc dicere probabilius, sicut tetigi in principio huius prophetiæ.*

5 Et descendere faciet ad vos. *ad fœcūditatē terræ conuenientem.*

6 Sicut in principio, &c. *id est, antequam fieret terra sterilis per corrosionem erucæ, bruchi & aliorum.*

7 Et reddam vobis annos, &c. *tanta erit fertilitas quòd recompensabitur quod fuit sic corrosum.*

8 Fortitudo mea, &c. *q. d. illa corrosio fuit facta ex ordine iustitiæ meæ, & non locustarum virtute.*

9 Et laudabitis nomen domini Dei vestri. *eò quòd reddidit vobis fertilitatem mirabilem vltra spem humanam.*

MORALITER.

2 *Noli timere.* id est, vos simplices Christiani.

† *Exulta & lætare.* tu ecclesia.

† *Quia germinauerunt.* id est, clerici.

3 *Et filij.* id est, vos filij ecclesiæ.

4 *Quia dedit vobis doctorem.* scilicet, Eliam & Enoch.

5 *Et descendere faciet.* id est, doctrinam salutiferam.

6 *Sicut in.* s. ecclesię quo tēpore vigebat prędicatio Apostolorū.

7 *Et reddam vobis.* quia post mortem Antichristi dabitur tempus pœnitendi deceptis ab ipso.

A tici dicunt hominem post peccatum non posse per pœnitentiam reformari in pristinum statum. Hic error planè hic destruitur, cum dominus intantū recipit pœnitentes, vt vocet populum suum, & afferat non confundendos, & se in medio eorum habitaturum, & eos nullum alium habituros dominū, sed in eum toto corde confisuros, qui in eis maneat in æternum.

Nouatiani hæresis

a *Et non confundetur, &c.* ✣ THEOD. Nec quoniam nunc Iudæi in confusione sunt, De⁹ verax in suis promissionibus mentitus est, at ipsi seipsos ostenderunt indignos policitis, cùm ingrati in benefactorē sunt effecti, patrem familias Beelzebuc vocātes, & hæredē interficientes. Tum enim non solum gratiam non retulerunt pro bonis quibus cumulati erant, sed etiam hæreditatem diripere conati sunt.

† Act. 2. c.

b *Et scietis quia, &c.* ✣ THEOD. Experimento percipietis, quē admodum qui habeam cælum thronum, terram scabellum, vobiscum habitare non grauor, vt vos curem, tum cognoscetis vestrorum idolorum infirmitatem, & quod ego solus sum De⁹. qui delinquentes corrigere, & misereri pœnitentium possum. In his autem rationibus permanētes, in omni libertate & bonorum redundantia viuetis, neque gentibus opprobrio eritis.

c *Effundam spi.* Hoc factum est in die Pentecostes. vnde Petrus, *Neque enim hi ebrij sunt, cum sit ho. &c. sed hoc est quod pro Ioel prophētam dictum est, Effundam spi. meum.* Effusio largitatem designat muneris, quæ non in paucos vt in veteri testamento, sed in omnes credentes sunt dona spiritus, & in omnem carnem, *quia non est distinctio Iudæi & Græci*, sed omnes qui credunt, vnū sunt in Christo. *Effundam spi. meum.* Qui se dicit in Christum credere, & non credit in spiritumsanctum, nondum habet claros oculos, vt videat salutare Dei. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, idest, domini Iesu, quia dixerunt. *Sed neque si spiritussanctus est audiuimus*, iterum baptizantur, immo verum baptisma accipiunt quia sine spiritusancto, & mysterio trinitatis quidquid in vnam & alteram personam accipitur, imperfectum est.

Hierony. Haymo. Remigius. Act 2.c.

Ro. 10. c.

Sine spiritu sancto nihil perfectū

✣ TERTV. Deus omnipotens aduersus hæc incredulitatis & peruersitatis (hæreticorum resurrectionē futuram negantium) ingenia, prouidentissima gratia sua effundens in nouissimis diebus de Spiritu suo in omnē carnem, in seruos suos & ancillas, & fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit, & pristina instrumētà manifestis verborum & sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit.

I. de resurr. carnis. c. 62.

C

D

✣ NOVATIA. Ordo rationis, & fidei autoritas, digestis vocibus & literis domini, admonet nos post hæc credere etiam in spiritum sanctum olim Ecclesiæ repromissum, sed statutis temporum oportunitatibus redditū. Est enim per Ioelem repromiss⁹, sed per Christum redditus, qui dixit, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.*

i. de Trinit. c. 29.

Io. 20.

Effun. spi. meum. Cum Petrus tempore quo passus est dominus hanc prophetiam expletam dixerit, videndum est quomodo ea quæ sequuntur, prædictis cōuenientes coaptari possint. Cùm enim præcessisset à principio prophetiæ cōminatio, quam fecit Deus peccanti populo, & post comminationem commonitio ad pœnitentiam, & post commonitionem fiat commemoratio præmiorum, quæ daturus est Deus in futuro, videtur confusio ordinis, quòd hic in medio interponitur de his quæ facta sunt tempore resurrectionis quæ data etiam sunt in præmium fidei. Dicunt autē quidam ea quæ in vltimo tempore generaliter promissa sunt, nunc ex parte compleri, & quia præmium futurorū, in primo aduentu apostoli sentiebant quasdam primitias mirabilium expletas commemorat tam Petrus quàm alij apostoli, *vt donec veniat quod perfectum est*, id quod ex parte præcessit sentiamus. Quidam dicunt esse apostolicæ consuetudinis, vt quidquid viderint vtile audientibus, & non repugnare præsentib⁹, de testimonijs alterius temporis confirment, non vt audientiū abutantur simplicitate & imperitia, sicut mentitur Porphyrius, sed iuxta Apostolum prædicant oportunè, importunè, & sequētes regulam prophetarum quidquid Iudæi in vltimo tempore sibi carnaliter repromittunt, spiritualiter in primo aduentu domini dicunt esse completum.

Hieron.

E

d *Effundam super omnem Carnem, & c.* ✣ RVPERT. Hæc dicens, nullā finit fieri gentis vel personarum exceptionem. Priusquā glorificatus esset Iesus, super filios tantum Sion effuderat Spiritum suum, & de illa solūmodo gente prophetæ & sapientes erant, postquam autem glorificatus est resurgendo, & in cælum ascendendo, cum tanto fructu præteritorum seculorum, nullā fecit Iudæorum & Gentilium distinctionem.

Act. x.

e *Et prophetabunt, &c.* ✣ RVPER. Filij Sion vtique Apostoli erant, & filię mater Domini nostri Iesu Christi, & cæterę mulieres orantes cum Apostolis, sicut Lucas meminit. Isti accepto Spiritu sancto prophetauerūt, id est, de celestibus mysteriis variis

a ¶ Et merito. a ¶ Si permanseritis in incepto opere.

vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. Et non confundetur po- 1

b pulus meus in sempiternum, & scietis quia in medio Israël 2

a ¶ Quia pater in filio, & filius in patre, spiritus sanctus in vtroque. 3

ego sum. Et ego dominus Deus vester, & nōn est amplius,

a ¶ Ideo. b ¶ Hæc quoque promittuntur poenitentibus. c ¶ Vnde Isaias, Et videbit omnis caro salutare Dei, aliter enim non videbit, nisi effundatur gratia Spiritussancti.

et non confundetur populus meus in æternum. Et erit 4

c d post hæc, †effundam spiritum meum super omnem carnem, 5 6

a ¶ Post non statim. ¶ Agabus prophetauit in Cæsarea, & in Antiochia prophetæ plurimi. & quatuor filiæ Philippi Euangelistæ prophetauerunt. ¶ Qui maioris meriti. b ¶ Qui minoris. c ¶ Prouectioris ætatis. ¶ Senex erat Paulus quando dictum est ei, Transi in Macedoniam.

e & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ. Senes vestri som- 7

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non confun. po. meus. *ex simili sterilitate.*

2 In sempiternum. *In Heb. habetur, In seculum, quod non importat perpetuitatem seu tempus, nisi vsque ad iubileum, etiam si iubileus non distet per multos annos.*

3 Et scietis. *per experientiam boni à me collati.*

4 Et non confunde. *In Hebræo habetur, In seculum.*

5 Et erit post. *Hic incipit capitulum in Hebræo, Signatio verò capitulorum in Biblijs nostris est frequenter defectiua, quia frequenter non sequitur signationem Hebraicā, nec etiam Hiero. vt patet in antiquis Biblijs secundum Hiero. signatis. Postquam denunciauerat propheta populo multiplicationem in bonis temporalibus, hic consequenter idem denunciat in spiritualibus, & quia ve. test. promittebat temporalia. Isaię. j. e.* Si audieritis me, bona terrę come. *Nouum autem testamentum promittit spiritualia, Mat. iij. a.* Pœnitentiam agite appropin, enim re. *cæ. ideò præcedens promissio de temporalibus fuit impleta tempore vete. vt prædictum est, ista verò tempore noui testamenti, vt videbitur. vnde & Ra. Sa. dicit quòd istud est referēdum ad tempus futurum, per quod intelligitur tēpus Messiæ, quē dicit adhuc venturū, & quòd in tēpore eius dabitur abundāter spiritussanctus quantū ad donū prophetiæ, & ad alia multa mirabilia, quod congregabit omnes Iudæos per orbem dispersos, & subiugabit eis omnes Gentes terræ. Et hanc sententiā applicat ad consequentem literam, vsque ad finem huius prophetiæ, propter quod aliqui expositores nostri exponentes hunc passum de reditu captiuitatis Babylonicæ tempore quo datus fuit spiritus prophetiæ Esdræ, Aggæo & Zachariæ magis Iudaizant quantum ad hoc quàm ipse. Dimittamus igitur dictum Ra. Sa. quantum ad illud quod est falsitatis, scilicet, quòd Christus sit venturus & quædam alia ad hoc consequentia, & accipiamus illud quod est veritatis, scilicet, quòd passus iste sit ad tempus Christi referendus. Et secundum hoc pars ista in duas diuiditur, quia primò ponitur, id quod iam est impletum in aduentu Christi primo. secundò quod restat implendum in aduentu eius secundo, ibi,* Et dabo prodigia. *Circa primū sciendum, quòd hanc literam allegat Petrus Apostolus. Act. ij. tanquam impletam ad literam in missione spiritussancti die Pentecostes super Apostolos aliósque credentes in signo visibili, propter quod non est exponenda aliter ad literam à Catholicis, vt videtur. & secundum hoc dicitur.* Et erit post. *scilicet, post tempus vet. test. am.*

F

Diuisio

6 Effundam spiritum meum super. *quod exponit Ra. Sa. sic. i. super omnem hominem, cuius erat cor tenerum ad modum carnis. idest, non obstinatum in peccatis, & secundum hoc dicitur. Ezec. xxxvj. f.* Auferā cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. *idest, per deuotionem dispositum ad gratiam spiritussancti, & talia erant Apostolorum aliorúmque discipulorum corda.*

Vel aliter potest dici, Super omnem. *idest. super Iudæos & Gentiles indifferenter, secundum quod habetur Act. x. propter quod dicitur ad Ro. x. c.* Nō est distinctio Iudęi & Gręci, nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant eum. *Abundanter dando eis spiritum sanctum.*

7 Et propheta. filij vest. *idest, indifferenter dabitur spiritussanctus vtrique sexui. vnde & in die Pentecostes inter Apostolos erant mulieres, secundum quod dicitur Act. j. b.* Hi erant perseuerantes vnanimiter in

MORALITER.

1 *Et non confun. populus.* nā Antichristi persequutio erit vltima.

5 *Erit post.* nam Antichristo mortuo omnes Gentes conuertentur ad Christum.

A rijs linguis loquuti sunt. Et isti senes qualis erat inter eos prior Petrus, vel deinde Paulus, somnia somniauerunt, & iuuenes, qualis erat Ioannes, visiones viderunt.

Act. 15. Act. 20. ✠ THEOD. In Antiochia fuerunt prophetę & doctores, fuit & Agabus qui zonam Pauli accepit, & Corinthij ad quos Paulus, *Si autem omnes prophetent, intret autem infidelis vel idiota, &c.* (2. Cor. 14.) Quatuor filiæ Philippi etiam prophetiæ gratiā receperunt. Quid dicemus de diuino Paulo? Nónne prophetat d. *Ego scio, quòd intrabunt lupi, &c.* (Act. 20.)

a *Iuue. ve.* vel iuuenes .i. credentes, visiones, idest, prophetias intelligent.

b *Sed & super ser.* Non quidem prophetabunt, non somniabunt, non videbunt visiones, sed sola effusione spiritus contenti, fidei & salutis gratiam prædicabunt.

a ¶ Qui vincunt malignum. ¶ Iuuenis erat Paulus, quando in via excæcatus, & postea in extasi factus, raptus est in Paradisum, & audiuit arcana verba.
b ¶ Qui adhuc spiritum timoris habent, quem perfecta charitas foras mittit.

a nia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & 1
¶ Resuscitatus à mortuis. 2
b super seruos meos & ancillas in diebus illis effundā spiritum 3
a ¶ Quando iam mortuo Christo apertum est latus, & contra naturam sanguis & aqua profluxit, vnde, Quare rubrum est indumentum tuum. ¶ Signa.
c d meum, & dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & 4
a ¶ Hic ignis in credentibus habet lumen, in incredulis tenebras, quæ dicuntur vapor fumi. 5
b ¶ Non quod mutatus in tenebras, sed quia mundo induxit tenebras.
c ¶ Hoc & si Euangelistæ non memorant, tamen ad literam factum esse credimus. 6
e ignem † & vaporē fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna 7
f in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus & hor- 8
a ¶ Credendo & operando, quod perfectorum est, qui corde credunt, & ore confitentur, & opere implent, alioqui non omnis qui dicit domine domine, intrabit in reg. cælorum. 9 10
g ribilis. Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini saluus 11
a ¶ Spiritualis. 12
h erit: quia in monte Sion & in Ierusalem erit saluatio, sicut di- 13
a ¶ Loquens in ista prophetia per Ioel. 14
xit dominus, & in residuis quos dominus vocauerit. 15

(Hiero. †columnas. — meos,)

D bacuc, *Fluminibus disrumpetur terra, &c.* (Abac. 3.) Conueniunt opinor, & domini pronūciationes, & pphetarū de cōcussionib' mūdi, &c. (Hieron.)

d *Et ignem* .i. spiritūsanctū quē in Pentecoste super apostolos infudit, & quotidie in baptismo tribuit, qui ignis illuminat credētes & cōsumit vitia. Per vaporem cōpunctio lachrymarū accipitur, vnde *quidam compuncti corde dixerunt apostolis, Quid faciemus viri fratres.* (Act. 2. b.)

e *Et luna.* Vel luna non est versa in sanguinem historialiter, sed Iudæos blasphemiarū & negationis in Christum horrore coopertos, ęterno testimonij sui sanguine condemnauit, dicentes, *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* (E Matt. 27. c.)

f *Dies, &c.* resurrectionis, est magnus credentibus electis, diabolo & omnibus reprobis horribilis. Ante hunc diem sol vertetur in tenebras, & luna in sanguinem, dum dominus pendet in cruce, Vel illud restat faciendum ante diem iudicij, qui adeò magnus & horribilis, vt in eo etiam columnæ cęli dicantur contremiscere.

B c *Et dabo.* Prodigia data sunt in cælo tempore natiuitatis, quādo noua stella visa est, & passionis, quando sol obscuratus est, ne videret dominum pendentem in cruce, vel ne inimici fruerentur suo lumine. In terra signa dedit, quæ illo moriente cōtremuit, quo insolito motu petræ scissæ sunt, & monumēta aperta. (Matth. 2. a. ibidē. 27. f.)

✠ THEOD. Cùm explicauit dona à diuino Spiritu suppeditata post primum Seruatoris aduentum, prædicit etiam ea, quæ futura sunt ante secundum.

✠ *Et dabo prodigia, &c.* Hæc etiam in sacris euangelijs dominus prædixit. *Erunt signa in sole, &c.* (Luc. 21.) Diem magnum & illustrem nominat, quoniam in priore aduentu ex pauperi muliere in gurgustio natus est, tum simul ac editus fuit, in præsepi positus est, atque vsque dum miracula edere cœpit, multis ignotus fuit. Veniens autem in nubibus, videbitur mille myriadibus præeuntibus, & mille chiliadibus canentibus, cui omne genu flectetur, cælestium, terrestrium, & inferorum. Iure igitur diem illum magnum, & illustrem appellat. (Philip. 2.)

✠ TERT. Postquam dominus edixit, erit Hierusalem conculcata à nationibus, donec adimpleantur tempora nationum congregandarum cum reliquijs Israelis, inde iam in orbem prædicat secundum Ioelem & Danielem, futura signa in sole, & in luna, & in stellis. (l. de resur. carn. ca. 22.)

✠ IDEM. Christus monstrato tempore excidij Hierusalem, signa iam vltimi finis enarrat, Solis & lunæ, siderúmque prodigia. Quod & ipsæ vires cælorum concuti habeant, accipe Ioëlem, *Et dabo prodigia in cælo, & in terra sanguinem, &c.* Habes & Abacuc, (14. adu. Marc. c. 39. Luc. 21.) C

g *Et erit, Omnis qui inuocauerit, &c.* ✠ RVPER. Quicunque talibus prodigijs excitati, conuersi pœnitentiam egerint, salui erūt. Nam & ipsa prodigia idcirco fient, vt cōuertantur & salui sint. Cùm dicit, *Omnis,* subaudiendum est, absque distinctione Iudæi & Greci. Etenim Apostolus cùm hoc intenderet, ac diceret, *Nō est distinctio Iudæi & Græci,* testimonio pręsenti vsus est. (Rom. 10.)

h *Quia in monte Sion.* Sion turris, Ierusalem reliqua pars vrbis. vnde, *De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem,* de qua dicitur etiam, *Non capit prophetam perire extra Ierusalem.* (Hiero. Isa. 1. a. Lucæ. 13. g.)

De Sion exierunt Apostoli & primitiua ecclesia, quia vno die crediderunt tria milia, & altera die quinque milia, & deinceps multa milia, de quibus Isaias, *Nisi dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* Et quamuis sint multa milia, dicit residuos & quasi reliquias vocari, à Deo, quia pauci vocati ad comparationem eorum qui in infidelitate remanserunt. (Act. 2. g. & 4. a. Isa. 1. c.)

ALLEG. Principium eorum qui saluati sunt, est in specula & visione pacis. (Allego.)

Videndum est vt hęc omnia per tropologiam ad tempus passionis & resurrectionis referamus, sicut Petrus & Paulus retulerunt. Neque enim fieri potest, vt superiora tempore passionis, & quę sequuntur intelligamus in die iudicij. Cùm inferiora superioribus connecti, & vno tempore cuncta perpetrari, per hoc ostendatur quod sequitur, *Quia ecce in diebus illis, &c.* (Tropolo.)

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ in oratione cū mulieribus & Maria matre Iesu. *& statim subditur de spiritussancti descensu,* Et dum complerentur dies Pentecostes, &c. *& Act. xxj. b. dicitur;* Erant autem Philippo quatuor filię virgines prophetantes. 1 Et iuuenes. *idest, hominibus cuiuslibet ætatis dabitur spiritus prophetiæ.* 2 Somnia somniab. *i. reuelationes diuinas in somnis habebūt, ad quas anima est magis tunc disposita, propter abstractionem ab exterioribus sensibus, vt plenius dixi in prin. lib. Psalm.* 3 Sed & super ser. meos. *In primitiua enim ecclesia omnibus baptizatis dabatur spiritussanctus in signo visibili per impositionem manuum Apostolorum, vt habetur Act. 8. & in pluribus alijs locis. Et adhuc omnibus baptizatis, nisi obicem ponant datur gratia spiritussancti, licet non in signo visibili.* 4 Et dabo. *Hic cōsequenter ponitur quod restat adimplendum circa secundum Christi aduentum. Aliqui tamen exponunt tāquàm impletum in primo aduentu: sed non videtur mihi, quòd litera bene concordet, propter quod reducendum est magis ad tempus secundi aduentus. Circa quod sciendum, quòd Christo ascendente in cælum angeli apparentes denunciauerunt eius aduentum ad iudicium, dicentes Act. 1. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet. *scilicet, ad iudicium, vt exponunt omnes doctores sancti. Datio verò spiritussancti in signo visibili fuit manifestatio Christi ad dexteram patris glorificati, secundum quod dicitur Io. vij. f.* Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, *& ideò sicut angeli Christo ascendente denunciauerunt aduentum eius ad iudicium, sic Ioel propheta denuncians futuram missionem spiritussancti in signo visibili, statim denunciauit tempus futuri iudicij. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponuntur signa præcedentia iudicium. secundò iudicij exercitium, ibi,* Quia ecce. *Circa primum dicitur,* Et dabo prodigia. *Ista sunt terribilia signa aduentum iudicis præcedentia, prout expressius dicitur de ipsis Mat. xxiiij. & Mar. xiij. & Lucæ. xxj. e.* Erunt signa in sole & luna & stellis, &c. 5 Sanguinem. *quia ante aduentum Christi ad iudicium erit persequutio Antichristi, qua effundetur sanguis innocentum.* 6 Et ignem. *scilicet, conflagrationis præcedentem aduentum iudicis.* 7 Sol con. in. *non secundum rem, sed secundum apparentiam, quia abscondetur eius lumen.* 8 Et lu. *similiter secundum apparentiam, sicut cum patitur eclipsim, rubea videtur.* 9 Antequam ve. di. *idest, sui iudicij.* 10 Magnus. *quia omnes ibi comparebunt.* 11 Et horribilis. *s. peccatoribus & impijs Act. ij. Petrus sic allegat, Et manifestus, quia tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri.* 12 Et erit. *non tempore iudicij sed antè. Prophetæ enim frequenter de vno tempore transeunt ad aliud.* 13 Omnis qui inuo. no. do. *secundum quod dicitur ad Ro. x. b.* Corde enim creditur ad iustitiā, ore autem confessio fit ad salutem. 14 Quia in mon. *ibi enim Saluator noster operatus est salutem per suam prædicationem & benedictam passionem. Potest etiam hoc referri ad futurum tempus Antichristi, quem dominus Iesus interficiet iuxta Ierusalem in monte Oliueti cum magna parte sibi adhærentium, & sic fidelibus nomen eius inuocantibus dicto modo erit ibi saluatio à persequutione eius.* 15 Et in resi. *i. in illis qui decepti ab Antichristo tunc conuertentur ad Christum.* (Diuisio.)

✠ CAP.

MORALITER. 4 *Et dabo prodi.* scilicet in aduentu Christi ad iudicium venientis.

A *ADDITIO. I.*

In ca. ij. vbi dicitur in Postilla, Hic cōsequēter inducit propheta ad la. *Hoc quod dicitur, Canite tuba, planè potest intelligi, quòd propheta inducit populum ad lamentum pro vastatione terræ fienda per quatuor animalia prædicta, & adhuc magis propriè de vastatione fienda per Chaldæos, eò quòd parum infrà de hac vastatione loquens dicit, Prope est dies tenebrarum. Constat autem quòd vastationes factæ per Græcos & Romanos non ita propè erant, sed satis longè.*

ADDITIO. II.

In eodem ca. vbi dicitur in Postilla. Ex hoc patet, quod supradictū est. *Ex hoc quod dicitur hic,* Ne dominentur eis nationes. *Non habetur quòd Ioel prophetauerit de vastationibus futuris per quatuor regna supra dicta, nam ex vastatione terræ per erucam & brucum sequebatur fames in tantum quòd viri Israelitici cogebantur exire ad alias regiones ad victum quærendum, sicut legitur de Elimelech & Noemi cum filijs ipsorum. s. Maalon & Chelion. Ruth. j. Et sic dominabantur eis nationes, & etiam dicebant in populis, vbi est Deus eorum.* D

REPLICA. In secundo capitulo Ioel. vbi dicitur, Canite tuba in Sion. &c. quod exponit Postil. de lamento pro vastatione terræ fienda per quatuor regna monarchica. Sed Burgen. eodem modo exponens de Chaldæis, de Græcis autem & Romanis non vult admittere propter id quod dicitur propè esse tempus, quia vt dicit tempus illarum vastationum non potest dici propè, quia multum distans Sed si Burgen. attendisset alios passus sacræ scripturæ, ita vilem & tentatiuam non faceret obiectionem. Dicit enim Isaias, Propè est vt veniat tempus, & dies eius non elongabuntur, *de Christo, qui plus distabat à tempore Isaiæ quàm vastatio Romanorum & Græcorum à tempore Ioel. Sicut igitur plus distans dicitur propè, sic & illud quod propinquius est.* (Isa. 14. a.)

CAP. III.

a (Hieroni.) QVia ecce in diebus. Cum saluatio fuerit facta in Sion & Ierusalem, iam propinquante die iudicij, Iudæos qui propter infidelitatem fuerunt captiuati prædicantibus Elia & Enoch, cōuertam ad fidem, *& sic omnis Israel saluus fiet,* nō tantum de duabus, sed etiam de decem tribubus. Et cùm hoc impletum fuerit. (Roma. 11. c)

✠ THEODOR. Vel, post spiritualium donorum prædictionem, in aliam sententiam transtulit prophetiam, prædicens de Gog & Magog, de quibus Ezechiel, quemadmodum post reditum ex captiuitate, maximis copiis bellum in Hierosolyma inferent, nimirum vt verisimile est, gentibus vicinis Israel eos ad hanc rem sollicitantibus. Cùm enim post reditum præclari essent & illustres, Cyri beneficiis, tum in eos inuidia flagrantes vndique magnæ copiæ coactæ sunt, sperantes se vrbē capturos esse. At eos spes fefellit, quoniam ad hanc vrbem, Domino protegente, hostes perierunt.

CAP. III.

a QVIA ecce in diebus illis, & in tempore 1
b illo cum conuertero captiuitatem Iuda 2
& Ierusalem, congregabo omnes Gen- 3 4
c d tes, & deducam eas in vallem Iosaphat, 5
a ¶ Diiudicabo. ¶ Non potentia maiestatis, sed veritate rationis eos conuincens qui diuiserunt hæreditatem meam per diuersos errores.
& disceptabo cum eis ibi super populo 6
meo, & hæreditate mea Israël, quos disperserunt in natio- 7 8
a ¶ Vbi ad modum Gentium alij Iouem colerent, alij Iunonem, & huiusmodi.
b ¶ Vt vna pars terræ vni Deo seruiret, alia alij, Creta Ioui, Thracia Marti.
c ¶ Quot ex eis acciperet rex in seruos & ancillas, & quot vnusquisque princeps.
e nibus, & terram meam diuiserunt, & super populum meum 9
a ¶ Vt contra naturam operarentur turpitudinem in masculos. 10
miserunt sortem. Et posuerunt puerum † in prostibulo, & 11

(† pro cibo)

B b *Congrega.* Hoc quidam pueriliter intelligunt, quòd in valle quę est in latere montis Oliueti, descensurus sit dominus ad iudicium, Quod friuolum est, quia non in terra, sed in spacio huius aeris sedebit contra locum montis oliueti ex quo ascendit, Et sicut Iohānes Chrisostomus dicit, angeli deferent ante eum signum crucis. Iosaphat autem interpretatur iudicium domini. Ad iudicium ergo domini congregabuntur non solùm Iudæi qui credere noluerunt, sed omnes impij qui ab initio mundi fuerunt. Iusti verò non descendent in vallem iudicij, idest, damnationis, sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo. (Haymo. Vbi dominus venturus sit ad iudicium)

Postquam prædicauero cæcis visum, & captiuis remissionē, & liberauero eos qui dominum confitētur & qui versantur in ecclesia in qua visio est pacis, Congregabo omnes Gentes quę credere noluerunt.

c *Et eas dedu. in.* id est, de sublimibus ad inferiora detraham: omnis enim qui pro peccato suo iudicatur, in valle ponitur quę dicitur Iosaphat, id est, iudicium domini. Qui enim credit in dominum, non iudicabitur: qui non credit, iam iudicatus est, id est, damnatus. (Ioh 2. b.)

Possunt hæc omnia referri ad Assyrios & Chaldæos qui in iudicio damnabuntur propter hęc mala quæ intulerunt Iudęis. Qui quamuis legantur immissi à Dęo ad puniendos Iudæos, tamen iustè damnantur, quia victoriā non virtuti Dei, sed sibi attribuebant. Possunt etiam hæc verba referri ad hæreticos & superbos doctores, qui prauo verbo & exemplo dissipant, & ad ritus gentilium deducunt. C

Prælatus puerum in lupanari ponit, & puellam vendit pro vino, qui videt implicitos luxuria & aliis viciis, & non arguit gratia turpis lucri. (Hiero.)

✠ THE.

Congregabo omnes, &c. ✠ THEOD. Hoc est, cōgregari permittam: & primum eorum appetitum & impetum non prohibebo, Non enim inuitos duxit, sed volentes venire non prohibuit. E

d *Et deducam in vallem Iosaphat. &c.* ✠ THEOD. Finitimi captiuitatis tempore terram diuiserunt, cùm nō esset amplius neque dominus neque agricola, & sortes miserunt, diuisiones videlicet agrorum facientes: eos autem Hebræos qui cædem effugerant, in libidines & delitias vendiderunt, pro quibus pecuniam solutam in suos sumptus conuerterunt. Cæterùm, *disceptabo pro populo,* posuit, vt doceret se ab eis repetiturum esse pœnas scelerum in populum suum commissorum: quamobrem accusat Tyrum & Galilæam alienigenarum. Regio hæc Tyri iram in corde retinens, patres secuta est eorum, qui his malis populum affecerunt.

e *Terram meam diuiserunt.* ✠ RVPERTVS. Hoc Assyrij & Chaldæi fecisse leguntur, quia trans latis filiis Israel, alienigenas in ciuitatibus eorum pro illis collocauerunt. Quod sequitur, *& super populum meum miserunt sortem,* Persarū ac Medorum regnum fecisse legitur, quando duodecimo anno regni Assueri, missa est sors in vrnam quo die & mense gens Iudæorum deberet interfici. (Hester. 3.) F Quod subiungitur, *Et posuerunt puerum in prostibulum,* respicit regnum Græcorum, sub quo ita corrupti sunt Iudæi ex imitatione eorum, vt Iason frater Oniæ promiserit centum quinquaginta talenta, si potestati eius permitteretur gymnasium & ephœbiam Hierosolymis constituere, & ausus est optimos quosque ephœborum in lupanaribus ponere. Hoc illud est quod Apostolus horribiliter detestans in Gentibus, *masculi* (2. Mach. 4.)

☞ culi

NICOLAVS DE LYRA. *CAP. III.*

✠ 1 QVia ecce. *Hic consequēter ponitur iudicij exercitiū, cū dicitur.* 2 In diebus illis. *id est, citò post Antichristi persequutionē.* 3 Cum conuertero captiuitatem. *id est, Iudæos ab Antichristo deceptos, qui detracta falsitate eius per Eliam & Enoch ad Christum seruide conuertentur.* 4 Congregabo omnes Gentes. *in generali iudicio.* 5 Et deducam eas in Iosaphat. *quæ est inter montem Oliueti & Ierusalem, non quòd omnes ibi capiantur, sed quia Christus descendens ad iudicium aparebit in aere super montem Olìueti vnde ascendit in cælum, & iudicandi apparebunt circa illum locum, ita quòd aliqui erunt in valle Iosaphat, & alij circa.* 6 Et disceptabo. *idest, ostendam iudicium meum iustum. quia tunc manifestabuntur omnibus merita & demerita omnium, & sic quantum ad electos & reprobos apparebit omnibus Christi iudicium esse iustum.* 7 Super populo meo. *Ista hæreditas est vniuersalis ecclesia seu congregatio fidelium à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus est. vt dicit Grego. homil. vij.* 8 Quos disper. *captiuando & in exilium mittendo, sicut potissimè patet de Christianis per tyrannos in exilium & captiuitatem multoties & multipliciter missis.* 9 Et terram. &c. *scilicet terram promissionis, quam Saraceni diuiserunt sibi, Christianis inde partim eiectis, & partim occisis.* 10 Et super po. &c. *vt acciperent sibi partes de mancipijs.* 11 Et po. puerum. &c. *abutentes pulchris iuuenibus in vitio contra* ✠ *naturam*

MORALITER.

✠ 1 *Quia ecce in.* In hoc capitulo ponitur processus iudicij finalis, in quo non occurrit mihi alia expositio conueniens quàm literalis, ideo pertranseo.

culi inquit, *eorum relicto naturali vsu fœminæ, &c*. Quod sequitur.
A *Et puellam vendiderunt pro vino vt biberent*, hoc lenonum est facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercantur, cùm de corporum illarum turpi & infami mercimonio, fœda & canina sibi conuiuia faciunt, & bibentes vinum, alienæ luxuriæ pretium propriæ faciunt libidinis incendium. (Mm.4.)

Hieron. a *Veruntamen, &c.* Hoc Iudæi contra Tyrum & Sidonē & Palestinos dici arbitrantur, quod tempore captiuitatis Iudaicæ, quando victi sunt Iudæi à Romanis, populum Dei persequuti sunt, imo Deum in populo. Vltionem ergo sanguinis Christi, & subuersionem Ierusalem, quę Dei iudicio accidit contra Tyrum & Sidonē pro se accidisse confirmant.

B Tyrus & Sidon ciuitates Gentilium, sociantes se Philistheis habitantibus in Palæstina sæpe afflixerunt populum Dei, ideò arguet eos dominus. Tyrus est angustia, & ipsi angustiabant populum Dei. Sidon venatio: & ipsi venabantur populum ad mortem.

† de vobis †retributionē ob mei causam facitis.

† optima.

a ¶ Præponentes gulam & ingluuiem ventris libidini, ibutentes pueris loco fœminarum.
a puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Veruntamen quid 1 2
a ¶ Subaudis, commune est, vt semper impugnetis me in mea hæreditate. ¶ Qui bibebant sanguinem populi mei, aliàs, Dei.
mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæstino- 3
a ¶ Id est, nunquid semper pugnabitis contra me. ¶ Subaudis, ad tempus.
b rum? Nunquid † vltionem † vos reddetis mihi? Et si † vlcis- 4
a ¶ Qualia fecistis, talia reddam vobis, interfecistis, interficiemini, persecuti estis, persecutionem patiemini ab hostibus vestris. 5
b ¶ Hæc omnia & ad diem iudicij possunt referri non discrepante vindicta, licet in tempore à superioribus discrepare videantur.
cimini vos contra me, citò velociter reddam † vicissitudinem 6
a ¶ Eloquia. b ¶ Intelligentiam scripturarum.
c vobis super caput vestrum. Argentum enim meum & aurum 7
a ¶ Subaudis, vasa, vel ornamenta templi. ¶ Quæ in ecclesia. b ¶ Erroribus vestris mancipastis. c ¶ In templa deorum.
tulistis & desiderabilia mea, & † pulcherrima intulistis in de- 8
lubra vestra. Et filios Iuda & filios Ierusalem vendidistis fi- 9 10
¶ Sed.
d liis Græcorum, vt longè faceretis eos de finibus suis. Ecce 11
a ¶ Ab hæresi. b ¶ O hæretici. ¶ Seductos.
ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos, & conuer- 12
e tam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam fi- 13
lios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & ve- 14
nundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia dominus lo- 15

✠ Theod. Minatur se quamprimum compensaturum iusta compensatione eorum iniquitatem contra populum admissam, atque exponit iniquitatis species, cùm dicit, *Argentum enim, &c.* Accipientes, inquit, argentum & aurum meum, aliáq; mihi dedicata, in idolorum templa transtulistis: eos verò qui effugerant Babyloniorum impetum, filiis Græcorum vendidistis. Hoc vnū vobis proponentes, vt procul à terra eis à me data, eos submoueretis. Verùm, ego vt hi mea opera vndique coacti, suas vires recuperent, efficiam, vt vos iure vlciscantur & supercilium vestrum deprimant, captiuósque efficiant, atque vt in extremo orbis terrarum seruitutem seruiatis.

†retributionem.

†retributionem.

E

Per Tyrum & Sidonem possunt intelligi Gentes, & maximè Romani, qui persequuti sunt apostolos & martyres Christi. Vnde damnabuntur in die iudicij. Per eos qui argentum & aurum tulerunt, significantur hæretici, qui auferunt argentum de ecclesia diuini eloquij, aurum spiritualis intelligentiæ, & ad suos errores conuertunt, & filios ecclesiæ vendunt diabolo, & faciunt ethnicos, vt longè sint ab electorum numero.

b *Nunquid vltionem.* Sicut Deus in suis vestiri, pasci & refici dicitur, sic & affligi & pati persequutionem.

Hieron. Haymo. Remig. Dan.5.a. c *Argentum enim.* Hoc quod dicit, quia Tyrij & Sidonij abstulerunt vasa de domo Dei, narrat historia, quia hoc fecerūt Chaldæi. In quibus vasis cùm posteà biberet Balthasar pronepos C Nabuchodonosor, statim regnum eius à Babyloniis translatum est ad Mœdos. Sed quia post diem domini magnum & horribilem hæc futura dicuntur, quę Apostoli in resurrectione domini interpretantur, & Hebræi in futurum iudicij tempus differunt, magis de Romanis intelligendum est. Quia Titus & Vespasianus

nus captiuatis Iudæis Romę templum pacis ædificauerunt, in quo vasa templi, & vniuersa donaria consecrauerunt. Eo etiam tempore filij Iuda & Ierusalem (non filij decem tribuum, quæ vsque hodie apud Mœdos tenentur) venditi sunt filiis Grecorū, & exterminati de finibus suis, & totus orbis Iudaica captiuitate completus est. D

Hieron. d *Ecce ego.* Delirant Iudæi, quòd in vltimo tempore congregandi sunt à domino, & reducendi in Ierusalē, & quòd dominus tradet manibus ipsorum filios & filias Romanorum, vt Iudæi vendant eos non vicinis, sed Sabæis genti longinquæ.

Post aduentum suum dominus quotidie iacentes in errore qui prius steterant in ecclesia suscitat ad pœnitentiam, & reddit doctoribus ecclesię. In quo reddit hereticis vicem, vt filios quos illi in mysticis erudierāt, & in carnalibus, tradat in manibus principum ecclesię, vt cùm ceperint eos vendant Sabeis, & faciant esse captiuos, & ad meliora conuersi seruiant ecclesiasticis institutis.

Hieron. Remig. e *Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, &c.* Hoc ex parte impletum est tempore Cyri, quando reuersi Iudęi de captiuitate multos Chaldęorum secum adduxerunt, tam eos qui sponte se sociauerunt, quàm etiam eos quos ipsi comparauerunt, & quos postea vendiderunt. Saba regio vltra fines Aethiopię, de qua regina Saba fuit. F

Cla-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *naturam. In Hebræo habetur, Et posuerunt puerum pro expensis, & accipitur hic puerum pro pueros in plurali. Frequenter enim legimus quòd iuuenes Christiani ab infidelibus sunt venditi, vt inde recipiant pecuniam.*

1 Et puel. *id est, puellas.*

2 Vendiderunt pro vi. *id est, vt de precio haberent vinum & alia vitæ necessaria. Sciendum tamen quòd non solum pro istis peccatis condemnabuntur impij in vltimo iudicio, sed pro alijs omnibus. Ista tamen specialiter exprimuntur, quia sunt contra naturalem amorem & compassionem, quæ inter omnes homines debet esse. illa enim quæ sunt eiusdem speciei naturaliter adinuicem compatiuntur. & hoc modo Mat. xxv. Saluator loquens de condemnatione impiorum & remuneratione iustorum solum facit mentionem de operibus pietatis & eorum contrarijs, quamuis responsuri sunt vniuersaliter pro omnibus operibus bonis & malis.*

Diuisio 3 Verunta. *Suprà propheta denunciauit multiplicationem in bonis. hic consequenter denunciat vltionem de inimicis. Et diuiditur in duas partes, quia primò denunciatur vltio, secundò mundi consummatio, ibi,* Consurgant. *Prima adhuc in duas, quia primò denunciatur vltio quædam implenda tempore veteris testa. secundò alia tempore noui, sicut dictum est suprà de duplici collatione boni. secunda ibi,* Clamate. *Circa primum sciendum, quòd Tyrij & Sidonij & Philisthæi erant Iudæorum vicini, propter quod debebant eorum miseriæ compati, & ipsi fuerunt magis crudeles, quando reges Assyriorum & Chaldæorum iuerunt & exercitauerunt contra eos, propter quod de eorum punitione fit hic mentio specialis, cum dicitur in persona domini,* Verum. quid mi. *dicit autem se Deus persequutionem pati in populo Israel ratione aliquorum bonorum qui cum malis affligebantur, & quia licet Iudæi meruissent affligi & captiuari, tamen isti iniqua voluntate exequebantur.*

Nun-

4 Nunquid vl. *q. d. non, quia vobis non nocui, sed bene feci.*

5 Et si vl. *secundum intentionem vestram malam.*

6 Citò ve. red. vicis. *id est, pœnam debitam. isti enim populi post captiuitatem Iudæorum satis citò fuerunt debellati & captiuati.*

7 Argentum enim. *in destructione enim Ierusalem & Iudææ isti habuerunt partem in præda.*

8 Et desiderabi. *id est ornamenta meo cultui deputata.*

9 Intulistis in delu. ve. *ad ornandum loca idolorum.*

10 Et filios. *quia partem suam de mancipijs vendiderunt Græcis, qui per mare portauerunt eos longè.*

11 Ecce eg. *quod fuit impletum tempore Cyri, qui dedit licentiam Iudæis redeundi, & ad hoc exequendum misit nuncios & literas per totum imperium suum, in quo erant loca saltem aliqua ad quæ mercatores Græci duxerant ad vendendum dicta mancipia.*

12 Et conuertam. *inferendo vobis similem pœnam.*

13 Et vendam fi. ve. *in seruos.*

14 Et filias ve. *in ancillas.*

15 In manibus fi. Iu. *id est, per manus eorum, Quod dicunt aliqui impletum fuisse in liberatione Iudæorum de Babylonica captiuitate, quia secum adduxerunt de Babylone plures Gentiles, & illos postea vendiderunt. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia Gentiles qui venerunt cum eis de Babylone venerunt voluntariè saltem pro maiori parte, & erant ad Iudaismum conuersi, sicut dictum fuit.* j. Esdræ. *Præterea illi erant Babylonij & non Tyrij, Sidonij & Philisthæi, de quibus agitur hic. Et ideo videtur melius dicendum hoc fuisse impletum postea tempore Machabæorum, qui pugnantes contra duces Antiochi frequenter eos debellauerunt, & multa mancipia inde vendiderunt inter quæ plura fuerunt de istis locis. vnde & inter duces debellatos à Iudæis ponitur Cndebeus dux*

✠ mari

a *lamate hoc.* Iudæi literatoires dicunt, quia cùm venerit Christus eorum, & aurea Ierusalem descenderit de cælo, feræ Gentes Gog & Magog venturæ sunt contra Iudæos in bellum, quas diuinus sermo hortatur, vt dimissa agricultura præparent se in bellum contra Iudæos, & contrahant secum auxilia omnium Gentium. Quos dominus ad hoc ironicè prouocat, quia non Iudæi, sed ipsi sunt ibi interficiendi. Vnde dicit, Ibi dominus faciet occumbere robustos tuos ô Grog & Magog. Sed melius ad diem iudicij hæc referuntur secundum tropologiam, & monet deos suos vt præparent se ad vindicandū & pugnandum contra inimicos. Iuxta tropologiam, Gentes dęmonum, & eos qui quotidie contra ecclesiā pugnāt, & sub Antichristo pugnaturi sunt possumus accipere, qui ideò congregantur, vt pereant.

B ✠ Rvper. Grandis & fortis hic rhetoricæ: imò plusquā rhetoricę declamationis impetus, quia videlicet grandis est

† præparate.

† bidentes in

† congregate vos.

† Apo.14.d.

† suprà.2.c. Isa.13.b.

a ¶ O sancti iudicaturi Gentes. b ¶ Quod dicturus sum ego. c ¶ Præparate vos ab bellum in iudicio in.
a quutus est. Clamate hoc in Gentibus, † sanctificate bellum, 1
a ¶ Ad prælium. 2
suscitate robustos. Ascendant, ascedant omnes viri bellato- 3
a ¶ Perfecti omne studium quo animas suas excolebant, ad pugnandum pro aliis præparent. b ¶ Vnde terram fodiebatis.
res. Concidite † aratra vestra in gladios, & ligones vestros 4
a ¶ Nec solos maiores moneo, sed etiam infirmus & simplex, id est, mitis conualescat. b ¶ Ad iudicandum. c ¶ De sepulchris.
b in lanceas. Infirmus dicat: quia fortis ego sum. † Erumpite & 5
a ¶ Ad iudicium Dei. b ¶ Quæ populum Dei persecutæ estis. ¶ In illo iudicio. 6
c venite omnes Gentes de circumitu, & congregamini: Ibi oc- 7
a ¶ O mala generatio. b ¶ Dæmones qui sua virtute cogunt recedere à lege Dei. c ¶ De sepulchris. d ¶ Mali semper descendunt. 8
d cumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgāt, & ascen- 9
dant Gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem 10
a ¶ Quæ præuaricatæ sunt leges meas. b ¶ Sententiam iudicij.
omnes Gentes de circumitu. † Mittite falces, quoniam ma- 11 12
¶ O sancti. a ¶ Ad iudicandum vestros persequutores. b ¶ Per messem maturam & torcularia redundantia, consummatio peccatorum, & finis seculi ostenditur.
turauit messis. Venite & descendite, quia plenum est torcu- 13
e lar. Exuberāt torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. 14
a ¶ Et ideo. ¶ O. b ¶ Congregamini ad damnationem vestram. c ¶ Vindictæ.
f Populi populi in valle concisionis, quia iuxta est dies domini 15 16
a ¶ Sententia iudicij domini.
g in valle concisionis. † Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ 17

res, & dicenda nequaquam exiliter. Hoc inquit, quod prędixi me congregaturum esse omnes gētes, & deducturum in vallem Iosaphat, &c. *clamate*, id est, prædicate in gentibus, iuxta illud, (Math.28.) *Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium, &c. Sanctificate bellum*, videlicet baptizando eos in nomine Patris & filij & spiritus sancti, quatenus ad bellum vniuersalis iudicij, sanctitatis & iustitiæ sint armis induti & præparati. Et quia ad concursum illius belli sola baptismatis sanctificatio non sufficit, *suscitate robustos*, id est, docete eos seruare omnia quæ mandaui vobis, vt (Psa.149.) tunc demum fiduciam habeant in die iudicij tanquam robusti, *& ascendant tanquam viri bellatores*, tanquam iudices terribiles, gladios ancipites in manibus suis habentes ad faciendū vindictam in nationibus. Et quia rex huius belli nimium grandis est, eúmque negligi nimis damnosum, *Concidite* inquit, *aratra vestra, &c.* id est, labores huius sęculi, & vsum huius mundi, cuius figura præteriit, postponite euangelio Christi, & verbo vt in illo studentes arma vobis optima circumponatis, quibus in illo bello opus erit.

b *Infirmus dicat. quia fortis sum.* ✠ Rvper. Id est, quisquis ad C illud bellum sese præparatum esse cupit, tunc demum fortem (2.Cor.12.) sese speret in domino inueniri, cùm humiliter cognouerit, quàm in semetipso infirmus sit. *Nam virtus in infirmitate*, hoc est, infirmitatis

mitatis propriæ cognitione, *perficitur*. Taliter *erumpite*, inquit, *& venite omnes gentes*, id est, ab oriente & occidente, à septemtrione & meridie, *omnes* inquam, *gentes*, quia apud Deum nulla personarū acceptio vel distinctio est, sed omnes pro meritis discernens, probos remunerabit, improbos punict. Itaque venite & congregamini, alij ad dexteram, alij ad sinistram separandi. Hæc proloquens Spiritus propheticus, cùm hactenus de multis, vel ad multos pluraliter loquutus fuerit, miro modo ad quemdā singulariter, repente apostrophen facit, dicendo. D

c ✠ *Ibi occūbere faciet robustos tuos*. Quis est iste robustorum possessor, nisi qui apud beatū Iob dicitur *rex super omnes filios superbiæ?* Hunc enim cum suo principe faciet occūbere dicendo, *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* (Iob.41. Matth.25.)

Hieron. Remigius. d *Consurgant*. Alij dicunt Gentes damnandas moneri, vt surgant ad iudicium suę damnationis. Et ironicè monentur, vt præparent se ad bellū, in quo sunt interficiendi, quia consummata est malicia eorum. Quidam in bonum hoc interpretantur, & dicūt Gentes ascendere in vallem Iosaphat, quę interpretatur iudiciū domini, & ibi sedere dominum, ad remunerandos bonos qui de circumitu congregabuntur contra aduersarios Dei, & succident messem hostium, & calcabunt eos, quia malicia eorū completa est, & in tantum exuberant musta, id est malicia eorum, vt torcularia capere non possint. Et vt sciamus de qua vindemia loquitur, addit, E

e *Multiplicata est ma. eorum.* scilicet qui contra Deum congregati sunt. Iudæi hoc interpretantur de Gog & Magog, quas arbitrantur post mille annos restituta Ierusalem contra populum Dei in vallem Iosaphat venturas, & ibi vindemiandas.

Hieron. f *In valle concisionis*. Vallis concisionis dicitur sententia Dei, qua concidet & separabit electos à reprobis.

Remig. g *Sol & luna.* In quo die tormenta pereuntium sol & cætera sidera non poterunt intueri, sed retrahent fulgorē, & seueritatem punientis aspiccre non audebunt, non quòd damnanda sint Dei iudicio, sed quia omnis creatura in tormentis aliorum, de suo iudicio pertimescat, vnde, *Nam & virtutes cælorum mouebūtur.* F (Lucæ.21.c.)

Aduениente verò sole omnia luminaria videbuntur minorari à suo spendore, vnde dominus, *Sol obscurabitur, & luna non dabit* (Mat.24.c.)

lu-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *maritimus. Tyrus autem Sidon & Philisthæa sunt loca maritima.*

1 Clamate. *Hic ponitur alia vltio implenda tempore noui testamenti, & dicunt aliqui, quòd erit vltio finalis iudicij, sed litera videtur dissonare, quia dicitur hic.*

Sanctificate bellum, suscitate. *quia in finali iudicio non congregabuntur Gentes ad bellandum, sed ad pœnas & præmia recipiendum, & ideò videtur mihi, quòd conuenientius potest exponi de persequutione Antichristi, qui violentia armorum conabitur totaliter transferre Dei cultum ad se. ij. ad Thessa. ij.* ostendens se tanquam sit Deus, *& secundum hoc dicitur,* Clama. hæc. *id est, clamabitis vos ministri Antichristi, & sic erit exponendum in sequentibus.*

2 Sancti. be. *id est, confirmate contra colentes Deum. In Hebræo habetur, Præparate bellum, Verbum enim Hebraicum hic positum equiuocum est ad præparare & sanctificare.*

3 Susci. ro. *vt adhereant Antichristo.*

4 Concidite ara. *id est, alias occupationes dimittite, & ei adhærete.*

5 Infirmus dicat. *id est, nullus se excuset quin ei obediat in Christianorum persequutione.*

6 Erumpite. *id est, venite cum magno impetu.*

7 Et congre. *ad Antichristum, & potissimè in Ierusalem vbi ostendet se*

se tanquam sit Deus. ij. ad Thessa. ij.

8 Ibi occumbere fa. *interficiens Antichristum & maiorem partem sibi adhærentium.*

Diuisio 9 Consur. *Hic consequenter describitur mundi consummatio, quæ sequetur dictam persequutionem. Et diuiditur in duas partes. Quia primò describitur finale iudicium, vt addantur aliqua quæ suprà sunt omissa. Et secundò pœnæ & præmia, ibi,* Et scietis. *Circa primum dicitur,* Consurgant & ascen. *scilicet de sepulchris suis per generalem resurrectionem.*

10 In vallem. *Circa enim illum locum erit iudicium, vt prædictum est.*

11 Mittite fal. *id est, mittetis, & hoc dicitur angelis qui erunt executores diuinæ iustitiæ, secundum quod dicitur Mat. xiij. e. Messis verò consummatio seculi est, messores autem sunt angeli.*

12 Quoniam maturauit. *id est, venit tempus reddendi pœnas & præmia pro meritis.*

13 Venite, &c. *mecum adiudicium: tunc enim Christus venturus est cum angelis suis.*

14 Quia plenum. *Repetitio est eiusdem ad maiorē expressionem, quia quod significauit per messem, hoc significat per vindemiam.*

15 Quia multipl. est. *q. d. pœna non est amplius differenda.*

16 Populi po. &c. *tunc enim fideles populi ab infidelibus separabūtur.*

17 Sol & luna obtene. *Apparente enim claritate iudicis, obfuscabitur claritas luminum ad præsentiam maioris luminis.*

A lumen suum, & stellæ cadẽt de cælo. Vel etiam reprobis omnia videbuntur obtenebrari.

a *Et do.de.* ✣ RVPER. Quoniã de die illo domini magno & horribili hactenus sermo est, rectè rugitus iste & vox ista domini illa intelligitur, de qua in Euangelio dicit, *Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei.* Illa enim vox est qua infernum moriendo ac resurgendo terruit ac vicit, prædámque ex eo tulit. De hoc rugitu & Iacob Gen.49. & Amos 1. Tunc & virtutes cęlorum mouebuntur. Nec paruus erit terræmotus in occursum iudicis, sed tãtus, vt mortui omnes impulsi tanquam dormientes excitẽtur. Et electi quidem, & ipsi quoq; timebunt, sed in ipso tremore fortem & firmam retinebunt spem.

Io 5.
† Iere. 25. f.
Amos. 1. a.

a retraxerunt splendorem suum. Et dominus de Sion rugiet, &
de Ierusalem dabit vocem suam. Et mouebuntur cęli & terra,
b & dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israël. Et
¶ O Electi. a ¶ In medio electorum mente cælestia contemplantium, & in culmine virtutum positorum.
scietis quia ego dominus Deus vester habitãs in Sion in mon
c te sancto meo. Et erit Ierusalem sancta, & alieni nõ transibunt
d per eam amplius. Et erit in die illa, stillabunt montes † dulce-
dinem, & colles fluent lacte. Et † per omnes riuos Iuda ibunt
e aquæ, & fons de domo domini egredietur, & irrigabit torren-
f tem spinarum. Ægyptus in desolatione erit, & Idumæa in de-
sertum perditionis, pro eo quod iniquè egerint in filios Iuda,
g & effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in
æternum habitabitur, & Ierusalem in generatione & genera-
a ¶ Vindicando. b ¶ Martyrum Christi. c ¶ Quem inultum vsque ad diem iudicij dimisi, sed ibi vindicabitur, quo vindicato commorabitur dominus in multitudine sanctorum.
h tionem. Et mundãbo sanguinem eorum quõs non mundaue-
ram, & dominus commorabitur in Sion.

† mustum
† super

1 Domino habitãte
2 in Sion post ascensio
3 nẽ ad cælos, vel post
4 diem iudicij, montes,
5 id est, Apostoli, & cel
6 si prædicatores abun
7 dabunt suauitate elo-
8 quij, & stillabunt ex
9 eis spirituales gratiæ,
10 & colles, id est, nõ ha
bentes tantam pleni-
11 tudinem intelligẽtiæ,
12 emittent lac, quo nu-
13 tritur infantia eccle-
14 siæ, & per omnes ri-
uos Iudæ, id est, super
credentes & filios ec
15 clesiæ abundabũt a-
quæ, id est, spirituales
gratiæ: quia nihil in
16 eis aridum erit.
17 e *De domo domini egre.*
18 id est, primitiua ecclesia egreditur, fons baptismatis & doctrinę qui irrigat corda Gentilium, quę spinis vitiorũ, & aculeis malarũ cogitationũ pungebãtur, vt ibi oriãtur flores virtutum vbi prius oriebantur punctiones vitiorum.

Hieron. Remig.

B Cùm omnia obtenebrata fuerint, dominus quasi leo de Sion (id est, de ecclesia constante ex angelis & hominibus) tam excelsa & terribili voce contra reprobos clamabit, vt cardines cælorum & terrarum fundamenta quatiantur, & ipse sonitus malis, suis erit spes, liberans eos, & dabit eis fortitudinem, qui sunt filij Israël contemplantes Deum.

b *Et scietis quia, &c.* In iudicio scient, & qui punientur, & qui assumentur, quòd dominus habitet in Sion, & in Christo monte suo, vel in eo qui se dignum Deo habitaculum præparauit.

C Hoc Iudæi ad fabulam mille annorum referunt, quando putant Christum habitaturum in Sion, & in Ierusalem aurea sanctorum populos congregandos, vt qui in isto seculo oppressi sunt ab aliis, in illo imperent cunctis nationibus.

c *Et erit Ierusalem, &c.* Et post diem iudicij Ierusalem constans ex angelis & hominibus erit absq; aliqua contaminatione quã prius cõtraxit in cõmixtione malorũ, & alienus. i. diabolus vel aliqua praua cogitatio, nõ reperiet viã iustis habẽtib. Dei pacẽ.

d *Et erit in die illa* ✣ TERTVL. Alia species erit, qua pleraque figuratè protenduntur per ænigmata, & allegorias, & parabolas, aliter intelligenda quàm scripta sunt. Nam & montes legimus destillaturos dulcorem, non tamen vt sapam de petris, aut defrutum de rupibus speres: & terram audimus lacte & melle manantem, non tamẽ vt de glebis credas te vnquã placẽtas coacturum. D

I. 3. adu. Mar. cap. 5.

Exo. 3. & 13.

f *Aegyptus in desol.* Hæc etiam Iudæi referunt ad tẽpus quo suũ Messiam expectant, sed melius ad diẽ iudicij vel resurrectionis referuntur. Aegyptus interpretatur mœror vel tenebræ, vel persequens. Idumęa terrena, vel cruenta. Qui ergo sanguinem martyrum fuderũt, & terrenis operibus vacauerunt, perpetua damnatione opprimentur: quia quotidie contra filios ecclesiæ mala operantur, & sanguinem eorum decipiendo effundunt.

Hieron. Remig. Haymo.

g *Et Iudæa.* Prouincia confessionis & gloriæ, & vrbs in qua gloria Dei cernitur, erit æterna Dei habitatio. Nõ in vna tantũ, vel plures generationes, sed in generatione & generationẽ, in duab' generationib' eorũ qui de Iudæis vel Gẽtib' crediderũt. E

h *Et munda.* Mundat dominus sanguinẽ peccatorum in Euangelio, quẽ prius in lege nõ mũdauerat peccatores & immũdos ibi relinquẽdo. *Cõclusit enim omnia sub peccato, vt omniũ misereretur.* F

Rom.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dom. de Si. *contra impios sententiam proferendo.*
2 Et de Ierusalem dabit vocem. *iustis dicendo, Venite benedicti patris mei, &c. Et dicitur hic de Sion & de Ierusalem, eò quòd locus iudicij erit ibi, vt prædictum est.*
3 Et mouebuntur. *ad receptionem.*
4 Et terra. *ad receptionem reproborum, quia locus gehennæ sub terra dicitur esse.*
5 Et domi. spes, po. *quia tunc videbit Dei populus, quòd non est sua spe defraudatus.*
6 Et scietis. *Hic consequenter describuntur pœnæ & præmia iudiciũ generale sequentia, & primò præmia, cum dicitur*, Et scietis. *vos iusti.*
7 Quia ego domi. *videntes me facie ad faciem.*
8 Habitans in Sion. *s. cælesti, de qua dicit Apostolus ad Heb. xij. e.* Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, *de qua subditur*, Et erit Ierusalem sancta.
9 Et alieni non transibunt per. *id est improbi amplius non erunt commixti cum iustis, sicut fuit in Ierusalem terrena & militante ecclesia, quæ est etiam Ierusalem, vt dicitur in scriptura.*
10 Et erit in die illa, stillabunt montes dulc. *Per ista intelligitur suauitas, quæ erit in cælesti patria, sicut frequenter in pluribus locis veteris testamenti ac noui fruitio beata per sensibilia delectabilia metaphoricè designatur.*
11 Et fons de. *idest, plenitudo beatitudinis signata nomine fontis.*
12 Et irrigabit tor. *idest, alios qui in præsenti vita ad modũ spinarum fuerunt aresacti per carentiam delectabilium, & hoc propter Christum. In Hebræo autem habetur. Et irrigabit torrentem Sethim & per hoc possunt intellig. corpora sanctorum, quæ tunc erunt incorruptibilia, sicut & ligna Sethim sunt imputribilia, & hoc erit quia beatitudo animæ redundabit ad corpora. Consequẽter agitur de pœnis reproborum, cum dicitur.*
13 Aegyptus in deso. erit. *scilicet, infernalis. Et per istas duas Gentes intelliguntur generaliter omnes peccatores, isti tamen specialiter exprimuntur quia Aegyptus filios Israel iniquè oppressit, & Esau à quo dicta est Idumæa, fratrem suum Iacob innocẽtem persequutus fuit. In causa verò damnationis reproborum exprimuntur specialiter peccata crudelitatis, vt prædictũ est. & ideò subditur.* pro eò quòd. *subintelliguntur tamen omnia alia peccata Consequenter reuertitur ad præmium bonorum, dicens.*
14 Et Idu. *Sicut suprà per Ierusalem & Sion metaphoricè intelligitur ciuitas cælestium, sic hic per Iudæam terra viuentium, sicut Iere. xxxiij. c.* In diebus illis saluabitur Iuda. *Ibi per Iudæam intelligitur omnis confitens Deum corde, & ore, & operibus etiam secundum dicta antiquorum Hebræorum, vt ostensum fuit ibidem, sic in proposito per Iudæam quæ interpretatur confessio, intelligitur patria cælestis, vbi est iugis confessio diuinæ laudis. Psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, *&c.*
15 In generationem, &c. *idest, sine fine.*
16 Et mundabo sang. &c. *De cursu cõmuni iusti affliguntur in præsenti, propter quod ab hominibus sensibilia bona attendentibus (quorum est maior numerus, secundum illud Eccl. j. d.* Stultorum infinitus est numerus,) *reputantur Deo odiosi, & sic iniusti, sed in beatitudine cælesti declarabitur eorum iustitia. & secundum hoc dicit dominus* Et mundabo sanguinem. *illos tunc fuisse mundos ostendam.*
17 Quos non mundaueram. *idest, quorum munditiam non declaraueram in præsenti vita hominibus attendentibus tantũ sensibilia bona.*
18 Et dominus cõmorabitur. *scilicet cælesti, vbi clarè & perpetuò videbitur, & à sanctis pro sua voluntate habebitur ad fruendum. Ad quã fruitionem nos perducat, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.*

ADDITIO I.

In ca. iij. vbi dicitur in Postil. Et posuerunt puerũ in prostibulo. *Vbi nos habemus, puerum in prostibulo, in Hebræo habetur, Posuerunt puerum in meretricem.*

ADDITIO II.

A *In eodem capitulo vbi dicitur in Postilla, Et Idumæa in desertum perditionis.*

Per istas duas Gentes possunt intelligi generaliter omnes peccatores ecclesiam perturbantes, qui in duo genera diuiduntur. Quidam enim eorum persequuntur ecclesiam eam violenter opprimendo, qui per Aegyptum intelliguntur, quæ filios Israel oppressit violenter. Alij verò perturbant ecclesiam per falsas scripturarum interpretationes, & tales per Idumæam intelliguntur. Idumæa enim accipitur sæpè in scriptura pro synagoga Iudæorum quæ falsas interpretationes fingit in sacra scriptura ad peruertẽda mysteria Christi, prout suprà, Isa. xxxiiij. in additionibus. D

ADDITIO III.

In eodem ca. iij. vbi dicitur in Postil. Et mundabo sanguinem eorum.

Super illud verbum, Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaueram. Glos. Mundat dominus sanguinem peccatorum in Euangelio, quem prius in lege non mundauerat.

Incipit Prologus Sancti Hieronymi in Amos prophetam.

OZIAS rex cùm Dei religionem sollicitè æmulaRETUR, nimio religionis amore prouocatus contra præceptum legis Moysi, arrepto thuribulo † vt historia libri secundi Paralipomenõ ostendit, sacerdotale officium præsumere conatus est. Ob eam rem terræmotum in tẽplo Dei constat exortum. Cuius etiam † Zacharias propheta meminit. Ante hunc itaque terræmotum Amos propheta temporibus prædicti regis, & temporibus Ieroboam filij Ioas regis Israël, in eas Gentes quæ lectione cõprehensæ sunt, iram Dei ob eas causas quas memorauit, affuturam denuntiat. Et quia idem propheta in sequẽtibus ait: Super tribus impietatibus, & super quatuor non conuertam eum, tertiò peccatorum indulgentiam Deum dare posse significat, quem quartò eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam nec indulgentiã daturum annunciat. Nam per ignis similitudinem, quem in prædictas gentes immittendum prædixit, grauem atque irreuocabilem Dei iram ad euersionem earundem ciuitatum processuram voluit demonstrare. E

† 2. Pa. 25. c.
† Zac. 14. a
B

Item Prologus ex epistola sancti. Hieronymi ad Paulinum.

AMos propheta pastor & rusticus, & ruborum moros distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat, tria & quatuor scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorum Ammon & Moab, & septimo octauoque gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in monte Samariæ, & ruituram domum maiorem minorémque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum, vel adamantinum, & vncinũ pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, neque sitim aquæ sed audiendi verbum domini, nõ dixit verba, sed verbum. Amos verò interpretatur onustus. Hic Amos spirituali gratia plenus prophetauit inter cæteros prophetas. Non enim ipse solus erat prophetes: sed etiam alij. Esse quippe nõ poterat prophetes, nisi pastor antè fuisset. Qui etiam tuba sua clangit per singulos dies erudiẽs & docens in ecclesia. In veritate enim vox omnium prophetarum tanquam tuba spiritualis est prędicans in ecclęsia, secundum quod scriptum est, † Ascende in montem excelsum tu qui euangelizas Sion, exalta vocem tuam qui prædicas Ierusalem.

C
† Isa. 40. b.
F

Item alius Prologus.

HIc Amos propheta & pastor nõ fuit pater Isaię prophetæ, quanquàm & ille propheta extiterit. Nam alijs literis ille, alijs iste apud Hebræos scribitur, quæ differentia literarum apud Latinos non habetur, & ille fortis vel robustus, hic verò auulsus interpretatur, qui loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei & à regno Dauid erant auulsæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecue, quod sex miliaribus distat à Bethleem, curam gerens pecorum in latitudine camporum, qui sunt proximi oppido Thecue, in quibus humi aridæ atque arenosæ nihil omnino frugum gignitur, sed vberrimis pascuis abundant, & ideo cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ compensatur pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit Amos imperitus sermone, sed plenus sciẽtia. Prophetauit autem eisdem temporibus quibus Ioel, Naum, Ionas, Hosee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est prophetare antequàm Isaias. Maximè autem cõtra decem tribus loquutus est, interserens pauca de duabus. Hunc ablatum de numero pastorum misit dominus vt in Samaria prophetaret, quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit, tandem filius eius Ozias vecte per tempora transfixit. Post hæc semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore vulneris expirauit: sepultúsque est cum patribus suis.

A a CAP. I.

Verba Amos. HIERO. Amos non ad Ierusalem, sed ad Israel in Samaria prophetat, quod apparet ex eo quod scriptum est, Misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel. *Et post paululum dixit Amasias ad Amos. O videns fuge in terram Iuda, & ibi prophetabis. & in Bethel nõ adijcies, quia sanctificatio regis & domus regni est.* Cui respondit Amos, *Non enim sum propheta, nec prophetæ filius, sed opilio, ruborum moros distinguens, tulitque me dominus cum sequerer gregem, & dixit, Vade & propheta ad populum meum Israel.*

HIERO. Ozias imperium vel fortitudo domini. Ieroboam iudicatio, vel causa populi, vel diuisio populi, vel mora vel temporalitas. Thecue clangens tuba, Amos auulsus. Tẽpore ergo quo populus B auulsus à dño erat, vel à regno Dauid, Amos sicut clãgẽs tuba, cecinit super Israel, qui quõdã erat rectissim⁹ Deo, dũ Ozias regnaret in Iudæa, in quo propter templũ & sanctasanctorũ manebat fortitudo dñi, & regebat confitentem populũ. Sed Ieroboam qui fuit causa diuisionis populi, regnat in Israel idolis seruiente.

Ozias idẽ est qui Azarias, qui indebitum sacerdotium sibi vendicans, percussus est lepra in fronte, sed & terræmotus factus est magnus per totam Ierusalem. Ieroboam verò fuit pronepos Iehu, cui Iehu dominus promiserat, quòd vsque ad quartam generationẽ ex semine eius essent reges super Israel, & in hoc Ieroboã promissio illa cõpleta est.

(†Iere. 15.f. Ioel. 3.c. — 4.Re. 15.c. 2.Par. 26.c. 4.Reg. 16.f — † De pœdi. 1. ca. super tribus)

donũ prophetiæ se accepisse inquit, Hieroboã adhuc regnãte. D

b *Do.de Si.* Naturale est vt omnes qui volunt rẽ rei cõparare, ex eis reb⁹ sumãt cõparationes quas sunt experti, & in quib⁹ nutriti. Verbi gratia. Nautę suos inimicos ventis, dãnũ naufragio, tristitiam tempestati, lætitiam verò & prosperitatem placidissimę auræ, æquora campis assimilant. Sic pastores rugitui leonis suum timorem simulant inimicos dicunt leones, vrsos vel lupos. Sic iste qui fuit pastor pecorũ timorẽ dei rugitui cõparat leonis. *De Sion.* Vbi tẽplũ & religio Dei, nõ de Bethel vel Dã, vbi erãt aurei vituli. *Rugiet.* i. timorẽ super x. tribus incutiet comminans captiuitatem. *Et ideo lugebũt spe. pa. & exiccabitur. ver. car.* per hæc signatur terra. x. tribuum, quæ fertilissima erat, quæ in proximo erat ab Assyrijs captiuãda sub Ozee vltimo rege eorum E qui significatur per verticem Carmeli. quo adducto speciosa pas. principes seculi & potẽtes. x. tribuũ luxerũt, qa euacuata est terra eorũ rege abducto.

ALLEG. Cum Deus de specula ecclesia (in qua est visio pacis) per doctores vete. & no. test. dederit vocẽ, tũc speciosa pastorũ, doctrina. s. hæreticorũ, quę videbatur pulchra, & pollicebatur sciẽtiã verę circũcisionis lugebit & siccabitur, & populi, qui propter simplicitatẽ greges vocãtur, subita ariditate marcescent. Speciosa. p. sunt planicies camporũ, viriditas pratorum, loca diuersis herbis abundantia. Carmeli duo sunt montes, vnus de quo fuit Nabal Carmelites, alter in quo Elias orauit, & vterque est vberrimus pascuis.

(Hieronym. Allego. — † disperdentur pascua. — 1.Reg. 24.a. 3.Re. 18.g.)

c *Super trib.* Damascus metropolis in Syria, quã condidit seruus Abrahæ Elyezer in cãpo vbi occisus est Abel. Galaad ciuitas & regio est trãs Iordanẽ in sorte dimidię tribus Manasse. Tẽpore verò quo Amos cepit prophetare, Azahel rex Damasci illã regionẽ intãtũ vastauit, vt superato Achab rege Israel in Ramoth Galaad, omnẽ regionẽ illã ad instar tribulorũ frumenta in areis triturantiũ contereret. F

(Hieron. Gen. 15.a. 4.Reg. 13.d & 10.g. 2.Para. 18.)

Ideò à Damasco incipit, quia quo tempore prophetauerat Amos, Azahel grauiter affligebat decem tribus.

ALLEGOR. Primũ peccatũ, mala cogitare, secundùm cõsentire, tertiũ, opere implere, quartũ, nõ pœnitere. Qui in trib⁹ prioribus peccat, si pœnitet, cõuertit eũ Deus ad vultum clementiæ suę, si verò non pœnitet, auertitur ab eo vultus clementiæ. (Allego. 4.Reg. 8.)

Eò

Incipit Amos propheta.

CAPVT I.

a Verba Amos, qui fuit in pa- 1
a ¶ Illo visu quo prophetæ videntes dicuntur, qui quod prophetabant per spiritum sanctũ intelligebant. 2
storibus Thecue, quæ ũidit 3
a ¶ Decem tribus.
super Israel in diebus O- 4
a ¶ Priusquam lepra perceuteretur Ozias.
ziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas
a ¶ Id est priusquam captiuitas omnia concuteret, quæ duobus annis duplicem ostendit angustiam decem tribuum & duarum, vt agentes si vellent pœnitentiam, motum terræ de cætero non sentirent.
regis Israel antẽ duos annos terræ motus. Et di- 5
b xit, † Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem 6
a ¶ Flebunt maiores in populo, quia contereturߧ captiuabitur Ozee rex Israel. 7
dabit vocem suam. † Et lũxerunt speciosa pasto- 8
a ¶ Scientia circuncisionis. 9
rum, & exiccatus est vertex Carmeli. Hæc dicit 10
¶ Si Azahel & populus eius semel & bis tantummodo populum meum esset persequutus, & forsitan parcerem illi, sed quia diu expectaui ad pœnitẽtiam, vt conuersus reciperet sanitatem, & econtra ipse abusus mea patientia, tertio & quarto afflixit, cogor mutare sententiam, vt plagis corripiam delinquentes. 11
c dominus, † Super tribus sceleribus Damas- 12

C ✲ THEODOR. Quidam non diligenter rationem temporum attendentes, hunc terræmotum opinati sunt factum fuisse, cùm magnus Esaias post Oziæ interitum, vidit dominum sedentem in solio excelso & elato, cùm commota sunt superluminaria cardinum à voce clamantis. Ego verò cùm tempora disquisissem, hoc falsum esse deprehendi. Siquidem post Oziæ interitum terræmotus extitit, nam duobus annis antequam prophetiam mirificus Amos propheta incepisset, quinquagesimus annus agebatur regni Oziæ, At Hieroboã hoc tempore non superstes erat, nã huius vicesimo septimo regni anno Ozias gubernacula regni sui suscepit. Ex tẽporib⁹ igitur perspicuũ est, in principio regni Oziæ diuini Amos prædictiones factas fuisse, quoniam contra ipsum de quo terræmotu dicetur plenius Zac. xiiij. Amos verò cœpit prophetare per duos annos ante.

Incipit Postil. vere. Nicolai de Lyra super Amos pro. CAP. I.

✲ 1 Verba Amos. *Hæc prophetia quæ tertio loco ponitur in duas partes diuiditur in prooemiũ & tractatũ qui incipit, ibi,* Et dixit. *In prima parte primò notificatur autor ex nomine, cum dicitur,* Verba Amos. *& iste est alius ab illo qui fuit pater Isaiæ. licet vterque fuerit propheta. Ille enim fuit nobilis & de genere regio, hic autem rusticanus. Ille etiam scribitur in Hebræo per literam Aleph in principio, & sade in fine. iste verò per literã ain in principio & samech in fine, propter quod ille robustus, hic auulsus interpretatur. Notificatur etiã ex officio cũ dicitur.*

2 Qui fuit. *Est autẽ Thecue territoriũ segetib⁹ ineptũ, sunt tamẽ ibi pascua animaliũ fœcunda. secundò ostẽditur quibus prophetauerit. cũ dicitur.*

3 Quæ vi. su. Is. *id est, super regnum decem tribuum, contra illud principaliter prophetauit. secũdariò tamẽ cõtra plura alia regna, vt videbitur. Tertiò ostẽditur tẽp⁹ in quo prophetauit. & primò in generali, cùm dicitur*

4 In diebus, &c. *Isti enim simul regnauerunt partialiter, tamen quia vltima pars regni Ieroboam & prima regni Oziæ simul concurrerunt, vt patet. iiij. Regum xv. Ozias tamen ibi nominatur Azarias, quia fuit binomius secundò in speciali, cum dicitur.*

5 Ante. du. *Ozias enim rex Iuda in superbiam elatus voluit offerre thymiama in templo domini super altare incensi, & tunc à domino fuit lepra percussus, & fuit etiam tunc terræmotus, ad ostendendum iram Dei contra ipsum de quo terræmotu dicetur plenius Zac. xiiij. Amos verò cœpit prophetare per duos annos ante.*

6 Et dix. *Hic incipit tractatus. In quo Amos primò prophetat contra plura regna in generali. secundò magis in speciali ibi,* Hæc dicit *Circa primum dicitur,* Et dixit. *scilicet Amos à Deo inspiratus.*

7 Domi. de Si. *Iram enim domini contra regna in sequẽtibus exprẽssa designat metaphoricè per rugitum leonis qui est terribilis. & dicit.*

8 De Sion rugiet. *eò quòd ibi in templo erat propiciatorium, quod erat quasi sedes Dei, vt dictum fuit Exo. xxv. & videbatur prophetæ imaginariè, quòd vox Dei loquẽtis ad se ex illo loco procederet vsque ad eũ.*

9 Et luxerant. *idest, habitationes & maneria populorum & regnorum infra scriptorum.*

10 Et exic. est ver. Car. *idest, citò deficiet potestas cuiuslibet regni, Sic enim sonat translatio Chaldaica, & ideò non est hic prophetia de sterilitate futura per nimiam siccitatẽ, vt credunt aliqui, sed est loquutio metaphorica, ad designandum desolationem regnorum infrà scriptorum.*

11 Hęc dicit. *Hic consequenter prophetizat magis in speciali: & primò contra extraneos. secundò contra Iudæos seq. c. ibi:* Hæc di. *Prima diuiditur in sex partes, secundũ sex regna contra quæ prophetizat, & patebunt partes prosequẽdo. In prima parte prophetizat cõtra regnũ Syriæ dicẽs:*

12 Super tribus. *id est, Syriæ, eò quòd Damascus erat metropolis illius regni, secundum quod dicitur Isa. vij. b.* Caput Syriæ Damascus.

1 Et super quatuor. *Hîc dicunt Hebræi, quòd si homo peccauerit bis vel ter eodem genere peccati, remissibile est: sed non, si quater. Et si intelligant de irremissibilitate simpliciter, hoc est erroneum & contra scripturam, sicut patet. iiij. Reg. de Manasse rege, qui non solum quater, sed pluries peccatum idololatriæ & homicidij incurrit, & tamen finaliter veniã obtinuit. Et alia plura exempla possent adduci de scriptura. Si autem intelligatur irremissibile, sic verum est. Ista tamen difficultas non est ex parte diuinæ potentiæ, sed ex parte peccatoris, qui ex eo quòd toties reiterat peccatum, reddit se Dei misericordia indignum sine qua non potest à peccato resurgere, secundum quod dicitur Hosee. xiij. c.* Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. *Per talem verò modum loquendi dicit Saluator Matth. xij. c.* Qui autem dixerit verbum contra spi. non remit. ei. *i. de difficili remittetur. Hoc etiam modò dicit Philosophus. v. metaph. quod impossibile dicitur vno modò quod vix potest fieri. Regnũ verò Syriæ multoties afflixerat regnum x. tribuum & iniustè: propter quod dignum erat diuina punitione, & maximè quia victoria sibi cõcessa abusum fuerat in magna crudelitate. ideò subditur.*

2 Eò quod t. in pl. *i. habitatores Galaad. Per plaustra non intelliguntur hic currus, sed quædam instrumenta dentes ferreos habentia, quæ voluebantur super segetes positas in area, non solum ad excutiendum granum, sed etiam ad conterendum: sic stipulam, vt redigeretur quasi in paleã, ad dandum animalibus in defectu melioris pabuli: & talibus instrumentis contriuerunt Syrij homines crudeliter de Galaad.* 3 Et mit. *sic scribitur communiter in Bibliis nostris In Hebr. tamen scribitur per literam res in fine sic, Benadar. Benadab autem scriptus per. b. in fine, regnauit ante Azahel immediatè, & post Azahel Benadar filius eius. Et ipsi fuerunt ante tempus Amos prophetæ, qui cœpit prophetare tempore Oziæ, vt dictũ est. Et propter hoc cum dicitur hîc:* Et mit. *Per domum intelliguntur posteri eorum à Deo puniti, quæ punitio nomine ignis designatur. Probabile est etiam, quòd ædificia ab eis facta fuerunt tunc combusta. Exprimuntur autem hîc inter Reges Syriæ Azahel & Benadar, quia crudeliter nimis se habuerunt erga filios Israel, vt patet ex. iiij. Reg.*

4 Et conte. *id est, fortitudinem eius.*

5 Et disperdam. *i. de Syria idololatriæ subdita.*

6 Et tenentem sce. *i. regem.*

7 De domo v. *id est, de domo regia in qua vacabat deliciis.*

8 Et transferetur. *Hoc fuit impletum tempore Achaz vt habetur. iiij. Reg. xvj. vbi dicitur quod Theglathphalasar rex Assyriorum interfecit Rasim regem Syriæ, & habitatores Damasci transtulit Cyrenen.*

9 Hæc dicit domi. *Hæc est secunda pars, in qua prophetizat contra Philisthæos, di.* (2. pars)

10 Super tri. *nomen est ciuitatis regiæ.*

MORALITER. *Super tri.* Per Damascum qui interpretatur bibens sanguinem oppressor innocentium, quia manducat & bibit sanguinem eorum. Per tria & quatuor scelera quæ faciunt septem, significatur vniuersitas septem vitiorum, sicut dicit Grego. hom. xxv. Septem igitur dæmonia Maria habuit, quæ vniuersis vitiis plena fuit. Et sic oppressor innocentum dicitur plenus omnibus vitiis. i. multis. † *Non con.* Quia talis quantum est de se, indignus est misericordia Dei, licet quandoque conuertat eum ex gratia speciali. 2 *Eò quod tri.* i. nimis crudeliter † trucidauerit. † *Galaad.* i. communitatem innocẽtum. Interpretatur enim Galaad, aceruus testimonij. Pro innocentibus verò cõtra oppressores eorum est aceruus magnus testimoniorum in sacra scriptura & dictis sanctorum. 3 *Et mittam.* Per Azahel qui erat rex Damasci, intelligitur principalis inter oppressores innocentum, & per domum eius satellites in opprimendo innocẽtes, & per Benadar qui fuit filius eius oppressoris imitatores: omnes istos deuorabit ignis gehennæ, & consimiles.

(† tractauerit)

4 *Et conte.* i. fortitudinem oppressoris innocentum tẽporalem.

5 *Et disperdam.* i. de possessione oppressoris dicti, qui tanquam idolum honoratur à satellitibus suis. 6 *Et tenentem.* i. dñm.

7 *De do.* i. domo oppressoris in qua deliciosè viuitur de bonis alienis. Vnde communiter dicitur de vino precioso, quòd est vinum prędonum. 8 *Et transferetur.* Per Syriam quę sublimitas interpretatur superbia significatur. Cyrene verò interpretatur hæreditas. De superbo verò dicitur Eccl. xix. a. *Putredo & vermes hæreditabunt illum.* Igitur populus Syriæ transfertur ad Cyrenen, quando superbus moritur, & traditur vermibus corrodendus.

10 *Super tribus.* Exponatur sicut in parte præcedenti. Per ciuitates Philisthinorũ hîc expressas ad literam significantur earum habitatores: qui Iudæos fugientes à facie Chaldæorum vendiderunt Idumæis, cum tamen debuissent eis dare patrocinium. MORALITER autẽ per istos Philisthæos significatur illi qui recipiũt ad religionẽ fugiẽtes de seculo incentiua vitiorũ, & tamẽ faciũt eos peiores quã ante. Quod fit aliquãdo per nimium rigorẽ, qui facit eos apostatare, & significatur per Gazã, quę interpretatur robusta. Aliquãdo verò per nimiã relaxationẽ ad carnalia, & significatur per Acharõ quę interpretatur pascua. Aliquãdo verò malis exẽplis superiorũ: & significatur per Ascalonẽ, quę interpretatur ignis infamis. Aliquãdo verò inordinato zelo, & significatur per Azotũ quę interpretatur ignis patruelis mei: propter quod dñs pœnam istis ciuitatibus comminatur.

a *Eò quòd tritu.* HIER. Alia translatio, eò quòd triturauerit in A serris ferreis prægnantes Galaad. Prægnantes sunt animæ quæ nuper sunt verbo Dei fœcundatæ: quas hæretici ab ecclesia retrahunt, & ferreis dentibus sicut escam commolũt. Pusillorum est enim scandalizari, non perfectorum. († secũdũ Lxx.)

ALLEG. Galaad, translatio vel transmigratio testimonij: & significat eos qui de ecclesia in hæresim translati, testimonia Dei quæ prius acceperant, ad alienos terminos tãrsferunt. Hos tales conterunt hæretici plaustris & rotis B ferreis & dentatis. de quibus dicitur: *Filij hominum dentes eorum arma & sagitta.* Ipsi enim hæretici non solũ cogitant & faciunt mala, sed etiam praua doctrina simplices decipiunt, & sanguinem eorum bibunt. Damascus enim potus sanguinis interpretatur. Ab huiusmodi peccatis dominus faciem auertit, vt qui veritatem diuini dogmatis non vident, auersione diuinæ faciei obruãtur tenebris: Et cum isti nitantur alios decipere, mittit dominus ignem in domum, quam ipsi vocant Azahel. i. visionem Dei, & deuorat in illis lignum, stipulam, & etiam omnem domum. i. cõpositionem fraudis eorum insuper & vectes. i. fortissimas argutiones dialecticæ artis eorum. Quibus confractis disperduntur habitatores de campo idoli. i. destruitur idololatria. Qua destructa vilipenduntur, qui in illa sceptrũ videbantur tenere, & captiuus ducetur populus excelsus & sublimis, qui erectus est in C superbiã, & sibi cælestia repromittit, vt capiatur & transferatur in suam salutem.

(Hieronym. — † parcã ei, vel suscipiã eũ & infrà. — Psal. 56.a)

a ¶ Ab infantia ad misericordiam.
a sci, & super quatuor non † conũertam eum, eò quòd tritu- 1
a ¶ Id est, contriuerit Galaad, sicut rotis subter ferratis & dentatis excutiuntur frumenta in areis, & conteritur stipula in cibum iumentorum propter fęni sterilitatem. †
a ¶ Ideo. b ¶ Captiuitatis. c ¶ Super regiam stirpem eius. 2
rauerit in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignẽm in dõ- †
a ¶ Illa captiuitas filium Azahelis Benadab cum domo sua. 3
b mum Azahel, & deuorabit domos Benadab. Et conteram 4
a ¶ Omnem Syrorum fortitudinem qua olim velut ostio & vectibus aduersariorũ impetus summouebant. b Id est, de Damasco quæ sita est in plano, & plena idolis.
vẽctem Damasci, & disperdam habitatorem de † cãmpo 5
a ¶ Subaudi conteram.
idoli, & tẽnentem sceptrum de † domo voluptatis, & 6
a ¶ A Theglathphalasar. b ¶ Id est, sublimis, 7
transferẽtur populus Syrię Cyrenen, dicit domi- 8
a ¶ Quia non sufficit vobis, quòd semel & bis persequuti estis meum populum, sed sępe hoc fecistis, non conuertam vultum clementiæ ad vos, sed venientibus Assyriis vel Nabuchodonosor mittam ignem captiuitatis in murum Gazæ, qui deuorabit domos eius.
c nus. Hæc dicit dominus : Sũper tribus sceleri- 9 10

D Pater Azahelis vocatus est Benadab, b, habens vltimam literam. Filius Azahelis vocatus est Benadar per r. Qui mortuo Azahele in Syria, regnantibus Ozia & Ieroboam, successit patri in regnum: A quo vocati sunt postea omnes reges Aran, id est, Syriæ & Damasci Benadar, vt Pharaones à primo Pharaone, & Cæsares à Cæsare. Minatur ergo quòd conteret regiam domum Azahelis, & filiũ eius Benadar. Legitur enim quod Theglathphalazar rex Assyriorum superata Ægypto, veniens deprædatus est decem tribus, & postea conuertit se ad Syriam, & occidit Rasin regem Syriæ. de quo in Isaia legitur. Et populum Syriæ traduxit captiuum in Cyrenẽ: quæ est in finibus vltimis Ægypti.

(Hieronym. 4. Reg. 8.b — Reges Arã & Syriæ — 4.Reg. 16.b Isa. 7.a 4.Reg. 16.b — † betheden E — † valle Aue)

b *Et conte. &c.* ✲ THEOD. Hoc est, pristinum eius robur dissoluam, ac non solum metropolim, sed & accolas omnes, & eos qui ex Charran commigrarũt eò habitatum, captiuos efficiã: & quod olim illustre fuit Syriæ regnum, funditus demoliar.

c *Super tribus.* Gaza metropolis ciuitas Philisthinorum, qui nũc Palestini vocantur, & Azotus, & Ascalon, & Acharon, & Geth quæ hîc non memoratur.

✲ THEOD. De Gaza dicit, quòd iam iterũ, & sæpius, & quarto patientia longa vsus, diutius non feram eos iniquè committentes, permultum me eis infestum esse adigunt eorum contra F populum meum intentata scelera.

Capti

NICOLAVS DE LYRA.

Et

A a *Captiuitatem per.i.* integram dicit translatam ab eis in Idumæam, quia quoscunque de decem tribubus poterant comprehendere: vendebant Idumæis in seruos & ancillas. Ideò minatur eis ignẽ captiuitatis qui omnia deuoret. Quia legimus quinque ciuitates Philisthinorum, quæ propter arcæ iniuriam percussæ sunt plagis. Post Gazan transit ad Azotum & Ascalonem. Ascalon antiquitus vocabatur Philisthiim, vnde & regio postea vocata est Philisthæa, & habitatores eius Philisthiim. vnde per Ascalonem totum regnum Philisthinorũ potest intelligi. [Hieron. 2.Reg.5.& 6.a]

B ✻ Theod. Ego hunc locum ita explicandum existimo. Externi vicini Iudææ tribui continenter cum hac bellum gerẽtes, quos capiebant, non aliis, quàm Idumæis vendebant, qui illorũ inimici & quàm maximè hostes erant. Itaque captiuorum Iudæorum captiuitatem appellauit ab illustri & præclaro rege, splendorem & claritudinem populi demonstrans: ex qua crudelitate iratus Dominus, minatur igni se Gazam traditurum, & alias vrbes exterarum gentium.

bus Gazæ, & super quatuor non conuertam eum, eò quòd tran- 1
a stulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in 2
Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit æ- 3
a ¶ Quæ est alia metropolis.
des eius: & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem
a ¶ Regiam dignitatem. b ¶ Illa ciuitate, vel toto regno Philisthinorum. ¶ Potentiam.
sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super
a ¶ Illam aliam ciuitatem. b ¶ Gethel.s. omnes vici, qui supradictis vrbibus subiacent. c ¶ Potione cadentium.
Acharon, & peribunt reliquiæ Philisthinorum, dicit domi-
b nus Deus. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Tyri, 4
& super quatuor non cõuertam eũ, eò quòd concluserint capti- 5 6
a ¶ Id est, amicitiæ quam habuit rex Tyri Hiram ad Dauid & Salomonem.
uitatẽ perfectã in Idumæa, & non sunt recordati fœderis fra- 7
a ¶ Per Nabuchodonosor vel Alexandrum magnum.
trũ. Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes 8
c eius. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Edom, 9 †

[Allego.] Hier. Gaza fortitudo vel imperium. Idumæa, sanguinaria vel terræna, Azotus, ignis vberis, Ascalon, ignis homicida, vel appensa, vel ponderata, Acharon sterilitas vel eradicatio. Accusatur autem Gaza, quæ fortitudinem suæ scientiæ & imperium sibi promittit, quia captiuos concludit in Idumæa. Hi sunt magistri Iudæorum, qui non spiritum sed literam sequuntur, & ad terrenitatem omnia interpretantur. In muros ergo Gazæ ignis immittitur, quo destruuntur omnia argumenta quibus mendacia sua tuentur. Qui etiam consumunt ædes. i. quidquid arte dialectica constructũ videtur. Et de Azoto aufertur habitator, qui literam sequens, vbera habet non lacte sed igne plena: Et tollitur sceptrum de Ascalone, vbi est ignis diaboli homicida qui interficit quoscunque afflauerit, sicut ignis Dei reficit quos penetrat. Transfertur etiam manus super Acharon, vbi est sterilitas: quia qui non recipit spiritualem intelligentiam, *datur ei vulua sterilis, & vbera arentia.* Insuper etiã omnes reliquiæ Philisthiim destruuntur: Vel Geth ciuitas, vbi est torcular diaboli, vel omnes qui cadunt poculo. Cùm enim inebriati fuerint, corruent, & in suo vomitu volutabuntur. C

[Hieron. Tyrus] b *Super tribus sce.* Tyrus ciuitas est Phœnicũ, & proxima Sydoniis, cuius ciues negociatores erant, & quoscũq; deprædari poterant ex Israel vendebant Idumæis & aliis Gentibus.

[Ezec. 26. b] Legitur in Ezechiele, quòd Nabuchodonosor fecit exercitũ suũ comportare aggerem in gyro Tyri, vt de insula faceret continentem terræ: sed non potuit comprehẽdere illos, quia nauigio aufugerunt. Postea Alexander Macedo succidit arbores, & integras detulit, & proiecit in mare pariter cum terra & lapidibus, & æquauit eam terræ, & si captam destruxit.

D *Super tribus, &c.* ✻ Ruper. Cõputanda hic sunt scelera tria, & quatuor, & designanda qualitatibus propriis. Primum scelus est voluntas peruersa, quæ & si opere complere nequeat, tamẽ scelus vtiq; est: quoniam occidendi voluntate quisq; dicitur & est homicida. Secundum scelus est voluntatem opere compleuisse, & hoc facto mortuus est peccator, & foras elatus, sed adhuc suscitari potest vt adolescens. Tertiũ scelus est, opus malũ in cõsuetudinẽ vertisse, & tunc peccator mortuus & populus est, sed adhuc ad vitã suscitari potest, sicut Lazarus. Quartũ scelus est in suo sibi peccato cõplacere. Deóque ad pœnitentiam reuocanti, & legi eius redarguenti, superbiæ spiritu resistere. Hoc scelus diabolicũ est. Tales in psalmis designantur: *qui dixerunt, linguã nostrã magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, &c.* Hoc scelus perpetrare, & sic loqui, est dicere verbũ contra Spiritũ sanctũ, & non remittetur neq; in hoc seculo neque in futuro. Nõ placet sancto Spiritui, vt cõuertat illũ qui sese in hoc scelus erexit. [1.Io.3. Luc.7. Io.11. E Psal.11. Matth.12]

Alleg. Tyrus tribulatio vel coangustans. Qui veritatẽ terrenis sensibus vult concludere, & non recordatur fratrum quos de litera ad spiritum vocare, & de diuina scriptura tripliciter debet instruere: mittet dominus ignem destructionis in omnes munitiones & ædificationes illius. [Hieron.] F

Quatuor modis dicuntur fratres, natura, vt Esau & Iacob, cognatione vt Abraham & Loth, gente, vt omnes Iudæi fratres dicuntur, amicitia, vt Salomon & Hiram. Vnde Hiram cum recusaret.xx. vrbes habere, quas Salomon dederat ei in Bethsamæis, dixit ad eum: *Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater?* erant enim plenæ gramine. [Hiero. lib. cont. Eluidium. Fratres quatuor modis. 3.Reg.9 b]

c *Super tribus.* Edom ipse est qui & Esau & Seir: vnde & mõtes Seir nominantur, & regio Idumæa. Iste persequutus est Iacob, vt timore eius fugeret in Mesopotamiam, & non seruauit in eo viscera misericordiæ, vt vinculo fraternitatis colligatũ sibi intelligeret: & odium quod fuit in patre, seruauerunt Idumæi geniti ab eo contra filios Iacob, vt egredientibus de Ægypto ne transitum quidem in terram sanctam concederent: in hoc violantes misericordiam, vt fratres esse eos nescirent. [Hieron. Gen.26.a Nu.20.c]

Alle. Iudæi terreni & sanguinei persequuntur Christianũ populũ, diripientes substantiã eius, & nõ seruant in eo iura naturæ, & antiquũ furorem vsq; hodie tenent in synagogis suis, volentes destrui Christianum nomen. Sed dominus mittit ignẽ in Themã, quod interpretatur auster, id est, Iudæa sicca, & non irrigata imbribus prophetarum. Hoc igne destruuntur munitiones eius, vt cadente sensu literæ, ecclesia Dei superædificetur. [Hieron.]

Hier. Bosræ non sicut quidam putant alterius ciuitatis, sed Idumææ. Iuxta illud: Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Borsa? [Isa.63 a]

Super ☞ Super

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et super. *Exponatur sicut prius de multiplici impugnatione Iudæorum iniusta: propter quod Philisthæi erãt digni Dei vindicta, & maximè vsi sunt erga eos crudelitate nimia. ideò subditur.* 2 Eò quòd. *Destructa enim Samaria per Assyrios, & postea Ierusalem per Chaldæos, aliqui euadentes fugerunt versus terram Philisthinorum, quibus in tali casu erat compatiendum: & Philisthæi econuersò eis insidiantes, capiebant eos, & Idumæis vendebant in seruos: & sic trãsferebant captiuitatem Iudæorum perfectam.* 3 Et mit. *quæ postea fuit succẽsa per Chaldæos. Et consequenter facit mentionem de destructione aliarum ciuitatum notabilium in terra Philisthiim: & patet litera cum dicitur:* Et disper. 4 Hæc di. *Hæc est tertia pars in qua prophetizat contra Tyrum, quæ est in parte Aquilonari iuxta Iudæam: & multis vicibus Tyrij intulerunt Iudæis molestiam, propter quod erant digni à Deo puniri. ideò subditur.* [Tertia pars] 5 Super tr. *& maxime: quia eadem crudelitate vsi sunt erga Iudæos fugitiuos, qua & Philisthæi. ideò sequitur.* 6 Eo quòd. *& exponitur vt suprà.* 7 Et non. *i. Salomonis regis Israel, & Hiram regis Tyri, qui fuerunt ad inuicem confœderati. iij. Reg. v. & mutuum, quòd vocabant se mutuò fratres: propter quod Hiram dixit Salomoni. iij. Reg. ix. c.* Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? 8 Et mittam. *per Chaldæos.* 9 Hæc di. *Hæc est quarta pars, in qua prophetizat contra Idumæam, quæ multoties valde persequuta est Iudæam: propter quod meruerat sustinere vindictam, maximè cum Idumæi & Iudæi de duobus fratribus essent nati s. Iacob & Esau: propter quod naturaliter eos diligere debebant, & ipsi econtrariò eos odio habebant. ideò subditur.* [4.pars]

✻ Eò

MORALITER.

1 *Super tribus.* Hoc exponatur vt suprà. Sciendum quòd Tyrij eãdem crudelitatem fecerunt ad literam fugitiuis de Israel ad eos, propter quod eãdem pœnam meruerũt cum Philistheis: Et eadem est moralitas quæ ponitur præcedenti parte. Sed additur super malitiam Philisthinorum quod sequitur.

7 *Et non sint recorda.* idest, Charitatis fraternæ in bene regendo, & nutriendo fugientes ad eos de seculo.

† *Super tribus, &c.* Exponatur vt suprà. Edom autẽ sanguineus interpretatur, propter quod detractorem significat qui pascitur animarum sanguine, quas gladio linguæ necat. Psal. lvj. a. *Lingua eorum gladius acutus.* ideò subditur.

A a *Super tribus sceleribus filiorum Am.* Filij Ammon geniti de stirpe Loth habitant in Arabia: Horum verò princeps Naas Ammonites temporibus Saul pugnauit contra Galaad, quæ est ciuitas duarum tribuum & Manasse, & in tantum oppressit eam, vt etiã prægnantes mulieres secaret. [1.Reg.11.a]

✻ Theod. Amanitæ Galaaditis finitimi, crudelitatẽ & immanitatẽ in eos exercentes, non viros solum sustulerunt, sed etiam nondum editos corruperunt: mulieres nimirum vterum gestantes interficientes, vt Israelitis diminutis, ipsi eorũ agros possiderent. B

& super quatuor non conuertam eum: eò quòd persequutus 1
sit in gladio fratrem suum, & violauerit † misericordiam eius, 2
¶ Quam debuisset. a ¶ Quia quamdiu mansit Israel in terra sibi à Deo data semper persequutus est eum.
& tenuerit † vltra furorem suum, & indignationem suam ser- 3
a ¶ Ideo. ¶ Per Assyrios. b ¶ Captiuitatis. c ¶ Quæ est metropolis Edom
uauerit vsque † in finem. Mittam ignem in Theman, & de- 4
a ¶ Alterius ciuitatis.
a uorabit ædes Bosræ. Hæc dicit dominus: Super tribus scele- 5
ribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam 6 7
a ¶ Vt totam Galaaditim suo imperio subiugaret.
eum, eò quòd dissecuerit † prægnantes Galaad ad dilatandũ 8
a ¶ Ideo. ¶ Per Assyrios & Nabuchodonosor. b ¶ Quæ est ciuitas metropolis filiorum Ammon. 9
terminum suum. Et succendam ignem in muro † Rabbe, & 10
a ¶ Vincentis exercitus. †
b deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine & in 11
a ¶ Fletus. ¶ Transmigrationis & captiuitatis. b ¶ Idolum.
die commotionis. Et ibit Melchon in captiuitatem, ipse & 12
principes eius simul, dicit dominus. †

[† in seculũ] [† in perpetuum] [† montes] [† misericordias suas] [† Rabbath]

✻ Rupertus. Sceleris arguitur Ammon quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Non dicit ad vindicandam iniuriam suam, siue ad recuperandum incommodum suum, sed ad dilatandum terminum suum, quod cupiditatis est indicium, iniuriæ intemperamentum, crudelitatis argumentum. Quid enim cupidius, quid iniuriosius, quid crudelius, quàm pro sola huiusmodi intentione pregnantes dissecuisse? Propterea non crudelitatis arguendus Dauid, quòd & ipse similia fecit eis, sed de iustitia & fortitudine laudandus. C [2.Reg.12.]

Hier. Hoc interest inter crudelitatem Damascenorum & filiorum Ammon, quia illi conterunt plaustris ferreis, isti dissecant prægnantes Galaad ad di. &c. Damasceni qui bibunt sanguinem, significant hæreticos, qui nuper credentes non solum rumpunt ecclesiam, sed etiã conterunt & commolunt dentibus ferreis plebem Dei sicut escam panis: Ammon qui interpretatur populus mœroris, vel populus meus, significat schismaticos qui separant ab ecclesia rudes animas, quæ nuper conceperant sermonem Dei. Sed tamen non ita trucidant crudeliter abscisos sicut hæretici: sed in eadem regula fidei permanentes volunt dilatare nomen gloriæ suæ in posteris: ideò minatur Deus munitiones eorum se incensurum, & autorem schismatis ire captiuum, & principes ecclesiæ iugo colla submittere. D E

b *Et in turbine.* Sic venit super eos Nabuchodonosor, & sic mouit eos à sedibus suis sicut tempestas & turbo rapit stipulam. Melchon idolum eorum. i. rex eorum feretur in Assyrios: & principes. i. sacerdotes eius cum eo ferentur: vel rex ciuitatis & principes eius cum eo captiuabuntur.

✻ Theod. Perspicuè hic docuit, cuiusmodi ignẽ in aliis vocauerit. Cùm subiunxit, *In die belli, &c.* minatur se simul cum ipso, quod colũt idolum captiuum abducturum. Erat autem Melchon falsus Ammonitarum Deus, qui nõ modo sacerdotes & principes, sed ne se captiuum quidem vindicare à captiuitate potuit. Rabbath vocat Ammam metropolim, quæ nunc in Arabia Philadelphia voce Græca, Syrorum verò lingua Ammam appellatur. F

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eò quòd perse. *Esau enim quærebat occidere Iacob fratrem suum. Gen. xxvij. & similiter Idumæi ab Esau descendentes, filiis Israel petentibus transitum per terram eorum negauerunt, Nu. xx. c. dicentes populo Israel:* Non transibis per me, alioqui armatus occurram tibi. *Et similiter postea frequenter impugnauerunt eos in terra sua, ideo subditur.*
2 Et vio. *id est, quam debuit habere erga populum Israel ratione dicte fraternitatis.*
3 Et te. vl. *id est, iram & odium ipsius Esau contra Iacob semper retinuit populus Idumæorum contra populum Iudæorum.*
4 Mittam. *Nomẽ est loci in Idumæa, & similiter Bosra: vnde fuit Ioab rex Edom, Gen. xxxvj. sed alia est Bosra in Moab.*
5 Hæc di. *Hæc est pars quinta in qua prophetizat contra filios Ammon, qui debuerunt diligere filios Israel, eò quòd descenderunt à Loth nepote Abrahæ primi patris Iudæorum, & ipsi econtrariò habuerũt eos odio, & eos multis vicibus persequuti sunt crudeliter, vt patet* j. Reg. xj. a. *de Naas rege eorum qui nolebat facere fœdus cum eis, nisi erueret omnium oculos dextros. ideò subditur.*
6 Super tri. *id est, multoties replicatis.*
7 Non conuertam. *dando sibi pœnitentiam vt consequatur veniam.*
8 Eò quòd disse. *ne pueros parerent qui terram patrum possiderent, sed ipsi Ammonitæ eam habitarent: ideò subditur.*
9 Ad dila. *id est, terram suæ habitationis.*
10 Et succen. *Hæc est ciuitas quæ Deut. iij. vocatur Rabbath, & erat metropolis in regno Ammon.*
11 In vlulatu in die. *id est, in sono confuso vulneratorum & morientium in prælio.*
12 Et ibit Mel. *id est, rex eorum.* in captiuitatem.

✻ Cap.

MORALITER.

1 *Eò quòd perse.* i. proximorum.
3 *Et tenuerit vl.* Quia talium ira non quietatur quamdiu vixerint: propter quod est ira dæmonis, & non hominis.
6 *Super tri.* Exponatur vt suprà. Per Ammon qui interpretatur populus meus, significantur clerici & religiosi, qui sunt vnus populus, inquantum clericatus diuiditur contra laicatum.
8 *Eò.* Per quas significantur pauperes religiosi parati fructificare in ecclesia Dei. Sed clerici & diuites religiosi mali dissecãt eos impedientes prædicationes eorum & consilia confessionum.
9 *Ad dilatan.* i. famam suam, principatum, vel quæstum.
10 *Et succen.* s. gehennę.
† *Inmuro.* i. superbię eorum. Nam Rabba magna interpretatur.
† *In die.* id est, finalis iudicij in quo dominus pugnabit contra superbos.
12 *Et ibit Mel.* Per Melchon qui rex eorum interpretatur, diabolus significatur, de quo dicitur Iob xlj. d. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ.*
† *In capti.* s. inferni. nam data sententia finalis iudicij, cum angelis suis & aliis damnatis in inferno retrudetur.

Moral

ADDITIO.

In ca. j. Amos: vbi dicitur in postil. Eò quòd dissecuerit pregnantes Galaad.

Vbi nos habemus pregnantes, *in Heb. habetur* הרות Haroth, quę *dictio vno modo significat prægnantes, & alio modo significat montanas. Et isto secundo modo intelligendo sensus huius est, quòd Ammonitæ dissipabant montanas, quæ diuidebant inter terram Ammon & Galaad, vt sic ampliarent terminos suos amotis inde limitibus. Et hoc videtur magis consonum rationi.*

CAP II.

A a HÆc dicit do. Eò quòd incende. Tradunt Hebræi quòd Idumæi fuerunt subiecti Iosaphat regi Iuda, & Moabitæ Ioram regi Israel. Sed post modicum cum recessisset rex Moabitarum à Ioram, petiuit ille auxilium à Iosaphat rege Iuda, Qui veniens conduxit secum regem Idumæorum ad oppugnādum ciuitatē vbi rex Moab erat conclusus. Et cū rex Moab vellet fugere de ciuitate per eam partem quam obsidebat rex Idumæorum, non est permissus ab eo. Tunc ascendens super murum immolauit filiū suū Deo: propter immanitatem huius sceleris recesserunt filij Israel à ciuitate. Postea rege Idumæorum mortuo & sepulto, recordati Moabitæ quod egerat contra eos in obsidione, extraxerunt eum de sepulchro, & combusserunt igni, & in cinerem redegerunt: vt quod non potuerunt in viuo, vlciscerentur in mortuo.

4.Reg.3.a Hieron. 4.Reg.3.d

✠ Theod. Cùm rex Idumæorum aliquando subsidio Israelitis venisset, insidiis positis, hunc comprehenderunt, eúmq; captiuum suis idolis immolauerunt, tamdiúque illius pyram incenderunt, dum ossa omnia deflagrata essent.

Hieron. *Eò quòd incen. &c.* Vt ostendat Deus cunctas animas quas creauit ad suum pertinere imperiū, minatur se vindicare cōtra Moabitas scelus, quod commiserunt in rege Idumæorum, quòd sæuitiam suam nec in morte eius finierunt. Quod si Deus ita vlciscitur in eos, qui nō cognouerūt eū, quid faciet de his q colūt eū?

C Alle. Ossa regis Idumææ est spiritualis intelligentia solidissima & firmissima, quæ versatur in litera. Sed hanc conuertunt Iudæi in carnes, & redigunt in cineres, quando dimisso vigore spirituali, soli literæ adhærent. Verbi gratia. Nihil cogitantes in Hosee meretricem accipiente nisi turpitudinem fabulę, sic & in cæteris. Ossa regis Idumææ comburit, qui de maiestate Dei malè sentiens, Deum in modum humani corporis cogitat, quasi membris distendatur, & videat & audiat sicut homo.

b *Et mo. &c.* Nō aliter morietur Moab. i. hæretici, nisi in clāgore tubæ, vt excelsis sensibus opprimantur qui in diuinis libris clāgoribus tubæ comparantur: & tunc omnes qui præsunt terrenis operibus, interficit sermo diuinus, præcipiens doctoribus ecclesiæ: *In montem excelsum ascende tu qui euan. Sion.* Esa.40.b

c *Super tribus, &c.* ✠ Theod. Absolutis prædictionibus de alienigenis, aduersus populū vertit prophetiæ sermonē, ac primū tribus Iudæ iniquitatem in mediū adfert. In bellicū ignē ait, tradā Iuda & Hierusalē, q leges meas prorsus contēpserunt, ac peruersam patrū animi sententiā secuti, idolis manufactis, quæ vanitates appellat, seruire perseuerarūt, quæ quidē scelestè facta D passus, non in reliquum tempus pristina animi patientia vtar.

✠ Rvper. Ecce & in isto nulla est distinctio gētilis & Iudei. Sermo diuinus iudex æquus, nulli personæ parcit, dū Iudā æquè vt Syrū, vt Allophylū ei, librata erit sentētia iudicij, nec in pœna disiungit, quos culpa coniunxit.

CAP. II.

HÆc dicit dominus: Super tribus scele- 1
ribus Moab, & super quatuor non † con- 2
¶ Vt nec mortem pateretur esse finem omnium malorum.
a uertam eum, eò quòd incenderit ossa re- 3
gis Idumææ vsque ad cinerem. Et mit- †
a ¶ Quæ est metropolis Moabitarum, à qua tota prouincia sic appellatur, vel in totam prouinciam.
¶ Quod interpretatur ex patre, quia natus ex Deo, sed eum reliquit.
tam ignem in Moab, & deuorabit ædes 4
a ¶ Illius ciuitatis, & interpretatur oppida, vnde & Cariatharbe dicitur villa syluarum.
b ¶ Victorum. c ¶ Tunc.
¶ Vrbibus ducibúsque succensis erit vanum iudicium principum iudicúmque consilium.
b Carioth, & morietur in sonitu Moab in clangore tubæ, & 5
B disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius 6
interficiam cum eo, dicit dominus. Hæc dicit dominus: 7
c Super tribus sceleribus Iuda & super quatuor non con- 8

† parcā, suscipiam

Prædictis Gētibus non exprobrat quòd legem scriptā abiecerunt, sed tantum naturalē: vnde dicit viscera misericordiæ violasse, vel in nimiam rabiem eos exarsisse. Sed Iudæ obiicit, q susceptā legē nō obseruauerit, & pro transgressione tā naturalis quā scriptæ legis miseriā passurus sit. Cæteræ Gentes *quæ sine lege peccauerunt, sine lege perierunt.* E Rom.2.b

Alleg. Quidquid de Iuda dicitur, ad ecclesiā refertur, in qua est confessio & pax Dei, & visio veritatis: quæ redarguitur, q cōtēpta lege Dei vitia sua adorat, vt auarus aurū, gulosus vētrem. *A quo enim quis superatus est, huius & seruus est.* Vnde & dn̄s dānat pessimas ędes & vitiosa fundamēta, quę gloriā Ierusalē perdiderūt. Hieron. 2.Pet.2.d

Qui Deum confitetur, & eū videre se putat, si in peccato mānserit nō agens pœnitentiam: auertit Deus vultū clemētiæ ab eo.

Super tribus, &c. ✠ Theod. A Iudæis ad decē tribus se vertēs, inquit se neq; hos diu passurū. Hi inquit, ad solū quæstū intuentes, vendiderūt iustū, sordidóq; lucro asseruiētes, ne calceos quidē pauperū lucrifacere recusarunt, qui extremū hominibus vsum præbent: iniuria affectos deseruerunt, pauperes verberationibus vexarunt, contumeliosè acceptorū iustam causam nō admiserunt, ac bestiarū more inuicē alij cū aliorū vxoribus coitu se cōmiscuerūt, vt ne filius quidē pellice patri deuota abstinuerit: neq; pater vxorē filij integrā esse permiserit. Itaq; inde naturæ iura cōfusa sunt, ac denique obscura cognationis nomina. Et hæc inquit, fecerunt, vt Dei sui nomē contaminarēt: nā vicini externi finitimi hæc audiētes, vniuersorum Deum maledictis persequebantur, vel quòd tanquam eiusmodi instituerit, vel quòd talia iniquè committentes toleret. F

✠ Tertvl. Poterat Christus & sine præmio tradi. Quanta enim opera traditionis circa eū, qui populū corā offendens, nec tradi magis potuisset, quā inuadi? Sed hoc alij competisset Christo, non qui prophetias adimplebat. Scriptum est enim, Pro eo quod venundedēre iustum, &c. Lib.4. adu. Mar.c.40.

✠ Rvper. Mirum videtur q in exordio scelerū Israel, aliud ponere maluit, quàm idololatria, qua tunc præsertim sordebat. At valde ordinatū est hoc primùm poni, q vendiderit argento iustū, quia filij Iacob vendiderūt primū Ioseph fratrē suū: in qua vēditione duplex culpa fuit, quia & frater eorum, & iustus erat. Gen.37.

Vendi

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

1 HÆc dicit do. *Hæc est sexta pars in qua prophetat contra populū Moab, qui similiter descēdit à Loth: propter quod debuit diligere Iudæos, & tamen econtrariò multoties impugnauit eos, vt patet in lib. Iudicū & Reg. ideò dicitur.* 1 Super tribus. *i. multoties replicatis: propter quod dignus erat sustinere suppliciū, & cum hoc, quia dignitati regiæ intulit crudele supplicium. ideò subditur.* 3 Eò quòd, &c. *Qui autem iste rex fuerit, non dicitur hîc, nec etiam alibi in scriptura. Aliqui tamen glossatores dicunt, q fuit ille rex Edom qui. iiij. Reg. iij. dicitur fuisse in exercitu cum regibus Israel & Iuda, contra Moabitas: & cū rex Moab esset obsessus, voluit irrumpere ad regem Edō, & non potuit: sed fuit cōpulsus in ciuitatē redire: propter quod Moabitæ cōtra ipsum irati, post mortē eius effoderūt ossa de sepulchro eius & incēderūt ea. Ra. Sa. dicit, q quidam rex Edō pugnans contra Moabitas cecidit in manibus eorum, & exercuerūt in eo hāc crudelem ignominiam: tamē non dicit quis fuerit ille rex Edom.* 4 Et deuora. ædes. *Nomen est ciuitatis in Moab.* 5 Et morie. *in sonitu. s. belli, vbi est sonitus magnus ex fragore armorū & clamore morietium.* 6 Et dispe. *indices & omnes notabiles personas.* 7 Hæc dicit. *Postquā prophetauit contra Idumæos, hîc prophetat contra Iudæos: & primò contra regnum Iuda: secundò contra regnum Israel, ibi:* Hæc dicit dn̄s. *Circa primū sciendum. q x. tribubus separatis à regno Dauid. iij. Re. xij. cultus domini & doctrina legis per sacerdotes remāsit in regno Iudæ, propter quòd illud regnum habuit maiorem oportunitatē seruandi legem & cultum diuinum, & per consequens magis reprehensibile fuit de transgressione, & tamen multoties & multipliciter peccauit in vtroque contemnendo legem & exercendo idololatriam, vt patet ex. iiij. Reg. & ij. Para. Propter hoc meruit diuinam punitionem. ideò subditur.* 8 Super tri. *& patet ex dictis litera.*

Et

MORALITER.

1 *Hæc dicit do.* Exponatur sicut ca. præced. quantū ad tria & quatuor scelera. 2 *Eò quòd, &c.* Per Moab qui ex patre interpretatur, quilibet blasphemus significatur. Vnde blasphemis dicitur Ioan. viij. e. *Vos ex patre diabolo estis.* Per regem Idumææ potest intelligi Christus, qui est rex omnis terræ. Per ossa verò intelligitur fortitudo diuinitatis suæ: quam impugnāt blasphemi, & maximè Iudæi, Saraceni & hæretici multi. † *Et mittā, &c.* quæ sonat oppida, per quæ significantur hæreticorum conuenticula. 5 *Et morie. &c.* i. in sonitu belli spirituum malignorū contra ipsum. 6 *Et dis. iu. &c.* id est, hæresiarcham & discipulos eius. 8 *Super tribus sce. &c.* per Iudam qui confitens interpretatur, quilibet hypocrita significatur, qui confitetur se nosse Deum, factis autem negat.

Eò

A Vendiderunt autem viginti argenteis, & cùm decem tantum essent, non nisi duo argentei potuerunt obtingere singulis. Bene ergo addidit, *Et pauperem pro calciamentis,* quia vix calceos qui valerent, comparare sibi potuerunt singuli de pretio tantæ venditionis. Hoc scelus sic inceptum in illa gente, in tantum processit, vt Christum summè iustum, & sanctum sanctorū, Iudæi & venundari persuaderēt, & ipsi emerent 30. argenteis, quo pretio nō potuisset saltē Caiphas insigniter calciari.

† Errare enim fecerūt

a *Pro eo.* Simplex vir & iustus ecclesiasticus est, qui non habet sciētiā scripturarū, sed quę iubentur facit. Hunc B hæreticus pro pecunia vendit, cum opera iustorum agit pro rebus mortalibus quæ per calciamenta significantur. Nō enim potest stare super sanctā terram, sicut Iosue nudis pedibus, quia adhęret aliquid mortale in operibus eius. Hunc puluerem excutiunt Apostoli de pedibus suis, quem contraxerunt ex inhabitatione mortalium.

† deorum suorum Mat.11.d

¶ Datam à Moyse.
uertam eum, eò quòd abiecerit legem domini, & mandata †
a ¶ Nisi legem repulisset, ab idolis decipi non valeret.
eius non custodierit. † Deceperunt enim eos idola sua, post †
a ¶ In Aegypto. simulacra Aegypti sibi fingunt, adorantes Beelphegor & Astaroth Baalim. †
¶ Ideo. b ¶ Per Nabuchodonosor. c ¶ Captiuitatem.
d ¶ In regionem duarum tribuum.
quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, & 1
a ¶ Terrenæ, non illius in qua est visio pacis.
deuorabit ædes Ierusalem. Hæc dicit dominus. Super tri- 2
a ¶ Decem tribus, Has in vltimo ponit, quia pene omnia quæ sequuntur ad eas referuntur. 3
bus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: 4
a ¶ Vicinis Gentibus, non necessitate cibi vel potus, sed causa auaritiæ.
b ¶ Quemlibet simplicem.
c ¶ Nec paupertas ab iniquitate retrahit.
a b pro eo quòd vendiderit argento iustum, & pauperem pro 5
a ¶ Non pro magna sed pro vili re preciosam animam hominis vendens. ¶ Quibus calcant terram & fimum. 6
b ¶ Preciosam animam hominis.
c calciamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capi- 7
a ¶ Ego sum via, veritas & vita, quæ dicit, Venite ad me qui laboratis. b ¶ Christianus.
ta pauperum, & viam humilium declinant, Et filius ac 8
a ¶ Iudæorum populus. vnde: Patres nostri omnes sub nube fuerunt.
pater eius ierunt ad puellam vt violarent nomen sanctum 9 †
meum: & super vestimentis † pignoratis accubuerunt iux- 10
a ¶ Ebrietatem Sodomorum. b ¶ Quos vi oppresserant.
c ¶ Quos Deos putabant, turpitudine & stupris polluebant.
ta omne altare, & vinum damnatorum bibebant in domo

Hieron. Mat.10.b Ioan.14.a

b *Et pauperem.* Lxx. Et percutiunt in capite pauperem, qui viā humilium declinauerunt, quia nolunt eū sequi qui dixit: *Ego sum via, veritas & vita:* Et *Venite ad me qui laboratis & onerati estis.*

C c *Qui conterunt.* Habebant huiusmodi consuetudines principes Iudæorum, vt si pauper in via se illis iungeret, flagellatum illum super puluerem terræ proiecerunt, indignantes cum simplicibus ire. Contigit etiam crebrò in illis, vt filius vxorem patris pollueret (alias vt pater vxorem filij pollueret.) Illos etiam qui nolebant ire ad adorandos vitulos, interficiebant vel spolia bant, & partes vestimentorum ponentes secus altaria deorum suorum superaccumbebant, & partem pro vino dabant quod bibebant ante altaria deorum: Quod spolium dicitur pignus, id est, vadimonium quia pro interfectione corporis & liberatione animæ dabatur. In quibus violatur nomen domini. Quidquid ab illis fit turpiter, refertur ad iniuriā Dei, qui dicit: *Per vos blasphematur nomen domini in Gentibus.* E Rom.2.d

Allego. Hier. Principes hęreticorum intumescūt superbia, declinantes ab illo *qui superbis resistit, humilibus dat gratiā.* Qui ita ingreditur ecclesiam vt legem seruet cum Euangelio, cū patre Iudæo ingreditur ad puellam, id est, circūcisionem & alias legis obseruantias. Ita & pater Iudæus & imitator Christianus, vna fornicatione contaminantur, Christum putantes sufficientem, de quibus Apostolus: *Si circuncidimini, Christus nihil vobis prodest.* E Iaco.4.b Gal.5.a

Hieron. Hæretici sub nomine Christiano fornicantes, suis erroribus obtendunt testimonia scripturarum, non substernentes ea vestigiis Saluatoris vt illi testimonium perhibeant, sed illis peccata velant. Econtra Apostoli sternunt pullū asinæ vestimentis, vt dominus mollius sedeat, & ex lege & prophetis stratam viam scandat. Bibunt etiam hæretici vinum damnatorum, qui ex eo quòd egressi sunt de ecclesia damnati sunt, & delectantur in vino Sodomorum, & furore draconum & aspidum: quod qui biberit sanari nō potest: & hoc bibunt non in domo domini, vt templum & Ierusalem sed Dei sui, quem sibi artifici sermone confixerunt. Matt.21.a Deut.32. F

Iuxta

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et mit. *Hoc fuit impletum quando Nabuzardan succendit domum domini & domum regis, & domos Ierusalem per circuitum. iiij. Reg. vlt.* 2 Hæc di. *Hic consequenter prophetat contra regnum Israel, & ponitur hæc prophetia vltimo loco: quia propheta circa eam diutius immoratur, scilicet, vsq; ad finem. tamen aliqua interserit aliquando de regno Iuda. Et diuiditur in duas partes. Amos enim primò denunciat suam prophetiam. secundò ex hoc patitur iniuriam ca. vij. Prima in tres, quia primò arguit populum de auaritia. secundò de idololatria ca. iiij. ibi:* Venite ad Bethel. *tertiò de carnalitate & lasciuia. c. vj. Sciendum tamen, q ista diuisio non est præcisa, sed tantū à plurimo: In qualibet enim parte inseritur de alijs vicijs. Prima in duas. quia primò arguitur cupiditas virorū. secundò suarū vxorum, in principio. c. iiij. Prima in tres: quia primò ponuntur populi flagitia. secundò recoluntur Dei beneficia, ibi:* Ego sum. *tertiò, prædicuntur futura supplicia, ibi:* Ecce ego. *Circa primum dicitur.* Diuisio

3 Super tri. *Quod exponunt aliqui dicentes, q primum scelus fuit venditio Ioseph, Ge. xxxvij. Secundum in adoratione vituli. Exo. xxxij. Tertium, in negatione Dauid. iij. Regum. xij. d. Quæ nobis pars in Dauid? &c. Quartum autem in venditione ipsius Christi, propter quod dicitur:*

4 Non conuertam, &c. *reducendo ab hac captiuitate.*

5 Pro eo. *id est, Christū antonomasicè iustum. Sed illud quod subditur:*

6 Et pauperem. *Non videtur bene consonare. propter quod hæc expositio magis videtur mystica quàm literalis. ideò dicendum est aliter:* Super tribus sceleribus. *id est, pro vicijs infrà scriptis multoties & multipliciter iteratis, sicut suprà dictum est de alijs.* Eò q ven. pro arg. iustū. *idest, iustitiam, subuertendo iudicium pro precio.* Et pauperem pro calciamen. *idest, pro re parui valoris: in quo apparet magnus contemptus pauperum. Hebræi dicunt: Et pauperem, pro clausuris. Dictio enim Hebraica hic posita æquiuoca est ad calciamenta & clausuras. Et exponit sic Rab. Sa. dicens, q quando pauper habebat vineam vel agrum iuxta diuitis possessionē, molestabat eum calumnijs, vt sic cogeretur sibi vendere possessionem, ponens totum sub vna clausura: & hoc magis consonat literæ præcedenti.*

7 Qui conterunt super pulue. *eum deijciendo totaliter à suo statu, sic enim deiectus vulgariter dicitur in puluere prostratus.*

8 Et viam hu. decli. *id est, declinare faciunt: quia humiles talibus superbis cedunt in via, quando obuiauerint eis declinantes à latere.*

9 Et filius ac pater eius, &c. *id est pater violauit puellam filio suo affidatam seu desponsatam: & in hoc tangitur crimen incestus.*

10 Et super vestimen. *Faciebant enim isti aliquando magna conuiuia in locis vbi colebant idola: & de vestimentis pauperum apud eos inpignoratis faciebant sedes ad recumbendum in mensa. Et quia conuiuia illa fiebant de substantia iniusta oppressorum & damnatorum ab eis, ideò subditur:* Et vinum damnato.

Ego

MORALITER.

† *Eò quòd abie. le. do. &c.* Hypocrita enim abiicit legem domini per suas fictiones falsas.

† *Deceperunt enim eos.* s. ambitio & auaritia propter quæ fingit hypocrita.

† *Post quæ abie. pa. eo.* s. prophetæ falsi & pseudo Apostoli.

1 *Et mit. ignem in Iu.* nam ignis gehennæ deuorabit hypocritas & sequaces eorum.

3 *Super tribu, &c.* Per Israel qui Deum videns interpretatur clerus generaliter coluit vitulos aureos, vt habetur iij. Re. & iiij. sic modò clerus pro magna parte. Nā per vitulum significatur carnis petulantia, & per aurum auaritia. quibus vitiis multi de clericis sunt intenti, eò quòd per suam auaritiam frequenter peruertunt iustitiam. ideò subditur.

Pro

5 *Pro eo.* id est, iustitiā, eam in iudicio peruertendo ex allegatione falsa aduocatorum, & inclinatione mala iudicū cupidorum.

6 *Et pauperem.* id est, pro re modica pauperem condemnātes.

8 *Et viam, &c.* quia faciunt eos declinare à strata publica propter magnitudinem & multitudinem equorum suorum & famulorum.

9 *Et filius.* id est, sacerdos & clericus declinauerunt ad luxuriā.

† *Vt violarent, &c.* Mirantur enim aliquando laici & scandalizantur de hoc quòd dominus permittit sibi seruiri à talibus ministris in altari. Spiritualiū tā secularium quàm religiosorū insatiabilis cruentaque vorago ac ingluuies in medium propalatur

10 *Et super ve. pi. accu.* Sunt enim aliqui sacerdotes intantum cupidi, quòd à pauperibus sibi satisfacere non potentibus, accipiunt ab eis vestimenta necessaria pro pignore, cum gratis eis deberent remittere.

Ego

A Iuxta Lxx. Tantus erat Dei contemptus vt veſtiméta in quibus dormiebant, vel fornicabantur iuxta altare funibus tenderent,ne fornicantes videri poſſent. Hæretici autem veſtimenta ſua quæ funibus peccatorum ligauerunt, videntium oculis opponunt,ne eorum flagitia videant.Et quia vident eos ante altare Dei, ſtuprum non ſuſpicentur. Hieron.

✠ Theod. Adiicit.Diuino templo debitum honorem non tribuebant,ſed in illo tabernacula ex veſtibus molientes, ex iniuſtitia partum vinum bibebant: neque illis interea in mentem venit,vt *abſtuli Amorrhæū à facie, &c.* Hæc per tranſlationem & immutationem dixit,magnitudinem eorū hominum & robur oſtēdens:eò enim miſſi exploratores à Moſe magno, renunciauerunt illic eſſe Enach,& gigantum filios adeo proceros, vt cum eis comparati quaſi locuſtæ viderentur.Itaque ait Deus, quòd tū excelſos & fortes viros non veſtro robore viciſtis. Nā quomodo viciſſetis, qui vel ex illorū fama ſola perterrefacti,ad Ægyptum redire conati eſtis? Atqui ego illum radicitus reuelli.Radices vocat patres,fructum filios.

†deorū ſuorum — B — † ambulare vos feci per deſertū — Num.13. — † arctabo vos in loco veſtro,ſicut arctatur plauſtrum manipulis onuſtum — Nota Myſticè.

a ¶ Contra mala illorum rememorat beneficia quæ illis fecerat. b ¶ Seon regem Amorrhæorum,qui erat excelſus & fortis,ſicut cedrus & quercus.
a † Dei ſui. Ego autem exterminaui. Amorrhæum à facie eo- 1
a ¶ Dicitur lectus illius habuiſſe nouem cubitos longitudinis & quatuor latitudinis. Vidi impium ſuperexaltatum,& eleuatum ſicut cedros Libani. ¶ Superbia. b ¶ Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum.
rum,cuius altitudo cedrorum altitudo eius,& fortis ipſe qua 2 3
a ¶ Id eſt,proieci ſuperbiam eius in terrā & radi.eius.i.proſapiam eius contriui,ne procrearētur filij. b ¶ Ne quis putans bonum comederet,& periret.
b ſi quercus.Et contriui fructum eius deſuper, & radices eius 4
a ¶ De valle lachrymarum. b ¶ Ingratos. ¶ Non alius. c ¶ Quæ eſt plana,cum terra promiſsionis ſit montuoſa. ¶ Seculo tenebroſo.
ſubter. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terrā Ægypti, & †
a ¶ Longo circumitu. b ¶ Hic numerus afflictioni & ieiunio & dolori conuenit, quia per hæc venitur ad ſanctam terram. c ¶ Per pœnitentiam. d ¶ Primum illius regio fieret veſtra poſſeſsio.
c † eduxi vos in deſertum quadraginta annis, vt poſsideretis †
a ¶ Quam diuiſit Moyſes filiis Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manaſſe. b ¶ Poſtea. c ¶ Sicut Moyſen & Aaron & alios qui acceperunt prophetalem gratiam.
terrā Amorrhæi:& ſuſcitaui de filiis veſtris in prophetas, & 5
¶ Poteſtis negare quia ita fecerim? 6
d de iuuenibus veſtris Nazaræos. Nūquid nō ita eſt filij Iſraël, 7
a ¶ Quibus præceptum eſt quod omne quod inebriari poteſt non bibant. ¶ Vos econtra. b ¶ Eruditis viris quos mittebam.
e dicit dñs? Et propinabatis vinum Nazaræis, & prophetis 8
a ¶ Ex liuore ſuperati. b ¶ Sermonem domini qui fiebat ad vtilitatem audientium. c ¶ Ideo comminando de pœna. 9
f g mandabatis, dicentes: ne prophetetis. Ecce ego † ſtride- 10

Eduxi vos de terra Ægypti,&c. ✠ Theod. Neceſſe eſt vt vos recordemini beneficiorū ante vobis collatorum. *Ego eduxi vos,* &c.Si quod mendacium in verbis meis inuenitis,arguite:atqui hoc non poteſtis, non enim ignoratis quàm vera hæc beneficiorum enumeratio,quæ contra ſemper feciſtis.Nam nō modo leges meas non obſeruaſtis, ſed vino quoque obruiſtis mihi cōſecratos(hos enim vocat Nazaræos)nullius cōmoditatis eſſe docentes erga me obſeruantiam: atque prophetas à me miſſos, ne præſignificarēt ea, quæ ſibi imperaſſem, prohibuiſtis, meam, quod planum cernere eſt, vocem grauiter ferentes. D E

✠ Tertvl. Inebriari vino dedecori inde eſt, vbi ſanctorū inebriatores increpātur. Et potum dabatis ſanctis meis vinum quod prohibitus erat potare & Aaron ſacerdos, & filij eius, cùm adirent ad ſancta. Lib.5.adu. Mar.c.18. Num.6.

✠ Idem. Habet abſtinentia vini ſuos titulos,quæ & Samuelē Deo vouerat,& Aaronem conſecrauerat. Sic & Iſraeli exprobrat,Et potum dabatis ſanctificatis meis vinum. Et hæc autem ſtrictura potus xerophagiæ portio eſt,&c. L.adu. Pſychicos.c.9. 1.Reg.1. Leuit.10.

a *Ego au.* Vbi de laudibus Dei agitur,non eſt curandus ordo hiſtoriæ.Myſticè verò antequam nos educat Deus de fornace Ægypti ferrea,exterminat Amorrhæum, qui interpretatur amarus,vel loquens vel famoſus,qui frequenti ſermone celebratur, qui eſt Seon.i. arbor infructuoſa vel ſterilis, non quin fructum quandoque faciat, ſed quia malum facit: & ideo ſucciditur à domino.

Qui tranſit de ſeculo oportet vt vitet ſuperbiam, quæ per cedrum & concupiſcentias carnis quæ per quercum ſignantur.

b *Quercus.* Arbor duriſſima & fortiſſima, ex cuius vocabulo Philo putat Eſau vocari quercinum & roboreum: quamuis Eſau poſſit intelligi factura,vt ad mala opera ſit factus. C

Hieron. d *Nazaræos*,i.ſanctificatos,qui Deo animas ſuas immolant,& vinum (quod inebriare poteſt, & mentis ſtatum ſubuertere) non attingunt,vt habeant comam ſicut Samſon,in cuius capite eſt fortitudo & victoria:*quia caput viri Chriſtus eſt.* Num.6.d Iudi.16 d 1.Cor.11.a

F e *Et propinaba.* Ex hoc loco,& quia per legem dicitur, ne Nazaræi vinum bibant.Tatianus aſſerit vinum non eſſe bibendum. Sed intelligendum, quòd & hîc & in lege ebrietas & curæ ſeculi prohibentur,quæ vigorem animi obruunt. Leui.10.b Tatianus dixit vinum nō bibendū

f *Et prophe.* Amaſias ſacerdos Bethel, prohibuit Amos: Sedechias rex Iuda Ieremiæ interdixit,ne loqueretur in nomine domini,& librum eius igne combuſſit. Infrà 7. Iere.36.c. & 38.f

g *Ecce ego.* ✠ Theod. Tantis inquit, vos onerabo ſuppliciis, vt lugeatis & gematis ſicut plauſtrum graui onere preſſum ☞ intere

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ego autem ext.*Hîc conſequenter recoluntur diuina beneficia illi populo exhibita:vt ex hoc flagitia prædictæ appareant maiora,& ſupplicia ſequentia iuſtiora:& dicitur in perſona Dei:* Ego autem.*i. ante faciem populi Iſrael,ſicut patet in libr.Nu.& Ioſue.*

2 Cuius altitudo.*id eſt,valde exceſsiua vltra communem ſtatū.Ideò de eis dicitur Num.xiij.d. Quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.*

3 Et for.*i.ſicut excedebant populum Iſrael in altitudine, ita & in fortitudine.*

4 Et contri.*id eſt,principes & ſubiectos illius populi. Conſequenter recolitur aliud beneficium præcedens.ſ. eductio de ſeruitute Aegypti, cum dicitur:*Ego ſum. *& patet litera.*

5 Et ſuſcita.*ad docendum populum, & hoc patet per totum vetus teſtamentum.*

6 Et de iuue.*Aliquos ad ſemper, vt Samſonem & Samuelem & aliquos ad tempus.*

7 Nunquid.*q.d.Non poteſtis negare iſta beneficia,& vos econtrariò me prouocatis.ideò ſequitur.*

8 Et propi.*vt infringerent votum mihi factum.*

9 Et prophe.*Sicut patet,infrà vij.c.quòd Amaſias ſacerdos Bethel nitebatur impedire Amos à prophetia.*

10 Ecce ego. *Hîc conſequenter prædicuntur debita ſupplicia, & primò oſtenditur hîc punitio ineuitabilis, ſecundò rationabilis. c.ſeq. Circa primum dicitur;*Ecce ego. *Talis autem ſtridor cauſatur ex onere ſupra poſito:& per hoc inſinuatur,quòd peccata populi erant ita grauia, quaſi Deus non poſſet vltrà tolerare abſque punitione debita. Hebræi ſic dicunt:Ecce ego ſtridebo in locis veſtris, quia dictio Hebraica eſt æquiuoca ad vtramque ſignificationem:& in hoc notatur modus punitionis. Plauſtrum enim multum oneratum conterit & ſtridere facit illa ſuper quæ tranſit.q.d.non poteritis effugere,ſicut nec illa ſuper quæ tranſit plauſtrū oneratum.ideò ſubditur.* Diuiſio

✠ Et

MORALITER.

✠ 1 *Ego autem.* Hîc iuxta cleri malitiam, ponuntur Dei beneficia clericis collata,vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcāt. Et primò ponitur vnum beneficium commune omnium, cùm dicitur. *Ego autem,&c.* Amorrheus interpretatur amarè loquens. ideò ſignificat diabolum amaritudinē peccati hominibus perſuadentem.Ipſe etiam eſt fortis per potentiam & altus per ſuperbiam,tamen exterminatus fuit per Chriſti mortem, & ſubditur beneficium ſpirituale clericorum,cum dicitur.

† *Ego.* de ſtatu laici tenebroſo per ignorantiam ad clericalem dignitatem & ſcientiam.

† *Et edu.* Per numerum quadragenarium ſignificatur perfectio pœnitentiæ,quæ debet eſſe in miniſtris eccleſiæ.

† *Vt poſ.* i.cælum empyreū,à quo Deus deiecit diabolum per Amorrhæum ſignificatum,vt prædictum eſt.

5 *Et ſuſci.* i.prædicatores. 6 *Et de.* i.religioſos.

7 *Nunquid.* q.d.ſic eſt manifeſtum quòd non poteſt negari. nā patet omnibus ꝙ de clero multi facti ſunt prædicatores,& multi religioſi.

8 *Et propi.* i.religioſos inducebatis ad vota ſua tranſgrediendum,ſicut faciunt aliquando mali clerici.

9 *Et pro.* Nam aliquando prælati duri & ſacerdotes curati,prædicatores pauperes impediunt ab actu prædicandi, & ſubditur pœna delicti cum dicitur.

10 *Ecce ego.* id eſt,grauiter puniam.

✠ Et

A ☞ interea dū trahitur gemebundo ſtridore concrepat. Atqui cùm hæc mala vobis inferentur,nemo ne velociſſimus quidem fugæ ſalutem aſſequetur,neque ſtrenuus robur virile poſſidebit,neq; ſagittarius arte iaculandi nitetur, neque eques celeritate equi adiutrice vtens,ſalutem conſequetur: ſolus nudus effugiet in illa die.

✠ Rvpertvs. Plauſtrum ſtridens,eò ipſo quòd ſtridet & longè exululat, ſemet ipſum onere prægrauatum indicat. Sic cū Iſrael de terra ſua excidetur, ſcient gentes longè per circūitum, quia ſic eius promeruit iniquitas. Vnde Dominus ad Salomonem: *Omnis qui tranſierit,ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare ſic fecit Dominus terræ & domui huic?* Et reſp. *Quia dereliquerunt Dominū Deū ſuum,&c.* Hoc eſt ergo Dominum quaſi plauſtrum onuſtum fœno ſtridere,cauſas excidij & captiuitatis illorū latere nō ſinere. B 2.Par.7.

Vltrà non ſuſtinens peccata quibus diu prægrauatus ſum,ſicut plauſtrum ſtipula vel fœno tradam vos incendio ſicut ſtipulam,& clamabo,dicens:Peribit fuga à veloce.

a ¶ Longo ſonitu & vlulatu. b ¶ Non frumento quod recondatur in horreo ſed fœno,quod priuſquam euelatur exaruit.
a bo ſubter vos,ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Et pe- 1
a ¶ Hebræi dicunt Ieroboā filiū Nabath qui prius fugerat in Aegyptum,& velox fuit ad facienda idola.
b ribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, &
a ¶ Amri. b ¶ Venientibus Aſſyriis. c ¶ Vitam. d ¶ Iehu qui occidit foram regem Iſrael ſagitta.
c robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum nō ſta- 2
a ¶ Manahen qui fugit in Aegyptum,& Aſſyriorum regi miſit munera vt ab eis protegeretur, ſed poſtea ab eiſdem captiuatur. b ¶ Phacee filius Romeliæ,qui iunctus Aſſyriis ſub rege Achaz multa in Iudæa vaſtauit,ſed poſtea cū filiis ab Aſſyriis captiuatur.
bit, & velox pedibus ſuis non ſaluabitur,& aſcenſor equi nō
ſaluabit animam ſuam,& robuſtus corde inter fortes, nudus 3
fugiet in die illa,dicit dominus.

Hieron. Pſal.141.b 1.Cor.9.d Ephe.6.c — a *Et peri.* Mystice. Periit fuga à me:quia ſicut ait Apoſtolus, *non omnes qui currunt in ſtadio apprehendunt brauium*: quia peccata curſum eius præpediunt,& fortis opinione ſua qui in ſe confidit non in Dei miſericordia,& robuſtus,non armatura Dei,quā enumerat Apoſtolus:ſed mundi virtute confiſus, & tenens arcum,aliquis hæreticus qui fruſtrà tendens arcum Dei ſagittas ſuſtinere non poteſt, & velox pe. qui propter acumen ingenij diſcurrit per teſtimonia ſcripturarum, & opprimere nititur veritatem, non ſaluatur, ſed corruit:quia non in Deo, ſed in ſuis confidit pedibus,& aſcenſor equi de quo dicitur: *Fallax equus ad ſalutem*,non ſaluat animam, ſed periens audiet: *Hi in curribus & hi in e.nos autem in nomine domini noſtri in.* Et robuſtus corde in for. nu.fu. *Expolians ſe veterem hominem cum ſu. acti.* & nulla ſarcina peccatorū grauatus, ſed nudus & fortis effugit mortē. Vel econtra,qui nudus eſt perdito veſtimento Chriſti nō ſaluatur ſua fortitudine in die belli, ſed coram hoſtibus terga vertit. D Pſal.32.d Ibi.19.b Col.3.b E

b *Fortis.* i.Baaſa,qui fuit ad bellum promptiſsimus,cum venerint Aſſyrij,non poterit reſiſtere quin capiatur. Et nota quòd omnes qui hîc numerantur iam diu mortui erant,ſed per eos filij & tota eorum proſapia captiuanda intelligitur.Poſſumus dicere quòd venientibus Aſſyriis,nemo robuſtus,nemo fortis,nemo velox ſua virtute poterit ſaluari. Hieron. 3.Reg.15.c

c *Robuſtus corde.* Hoſee qui vltimus Regum.x.tribuum fuit,qui in hoc fortis,quòd populū ad Dei cultum reuocare voluit,ſed quia in hoc perſeuerare noluit,poſteà de incendio nudus egreſſus eſt.Quòd nudus quia ſub ipſo.x.tribus captæ ſunt. Hieron. 4.Reg 17.a

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et peribit fuga.*quia capietur antequàm poſſit effugere.*

2 Et tenens arcum non ſtabit.*contra hoſtes.*

3 Et robuſtus corde.*id eſt,audax & conſtans alias.*

4 Nudus effugiet.*proiectis armis præ timore.*

MORALITER.

C ✠ 1 *Et peri.* quia nullus Dei punitionem poteſt effugere per velocitatem vel fortitudinem ſeu per armorum defenſionem, vel equi fortitudinem,ſeu per animoſitatem, vel quemcunque alium modum ſiue viam.

CAP. III.

F

a *Audite ver. Super om.* Ne ad ſolas.x. tribus ſermo dirigi videatur, determinat, quòd ad omnes dirigitur qui ex Ægypto ſunt,vt Azotios.i.ad xij.tribus.

Hieron. b *Tantummo.* Cùm ſim creator omnium tantum vos ſolos elegi in peculiarem populū, vt cognitionem mei haberetis. Et idcirco quia vos ſolos habui, adhuc viſitabo,id eſt,corrigam iniquitates idololatriæ veſtræ,vt ceſſetis,vel non ceſſantes grauius puniamini. *Potentes enim potenter tormenta patientur.* Sap.6.a

c *Nunquid ambu.&c.* ✠ Theod. Quemadmodum inquit, fieri non poteſt, vt duo ſimul iter quoddam teneant, non inter ſe communicātes, quò, & quamobrem proficiſcantur, aut vt leo rugiat cùm non ſit præda, aut ſine venatore auis cadat,omniave alia ſupradicta fiāt, ſic non fieri poteſt nolente Deo, vt de quopiam vltio capiatur.

Hier. Quantum ad literam,duo inimici eandem viam ire nolunt.Myſticè:Iudæi & Gentes non poſſunt ire per Chriſtum qui via eſt,niſi prius conſenſerint vniri in ipſo angulari lapide, vt vniti poſtulent à patre, & impetrent quidquid rogauerint, & in hac vita nullum aduerſarij impetum pertimeſcant. Sed ☞ ſi diſ — Myſtice.

CAP. III.
a ¶ Auribus intelligentiæ.
a A Vdite verbum quod loquutus eſt domi 1
a ¶ Videntes Deum,ad quos propriè fit ſermo Dei.
nus ſuper vos filij Iſraël, ſuper omnem 2
cognationem quam eduxi de terra Æ-
a ¶ Vbi ſeruiebatis in luto & paleis.
b gypti, dicens: Tantummodo vos co- 3
gnoui ex omnibus cognationibus ter-
ræ. Idcirco viſitabo ſuper vos om- 4
a ¶ Vt nihil ſit impunitum. b ¶ Leo non verſatur in conſitis agris vel vineis vel lignis pomiferis quæ Deum laudant,ſed in ſyluis & inculta humo.
c nes iniquitates veſtras. Nunquid ambulabunt duo pariter 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✠ Diuiſio — Audite ver.*Poſtquam punitio regni Iſrael oſtenſa eſt ineuitabilis. Hîc conſequenter oſtenditur rationabilis. Et diuiditur in duas partes,quia primò hæc rationabilitas declaratur.ſecundò,punitio iterum proclamatur,ibi:*Propterea.*Prima in duas,quia primò oſtenditur rationabilitas ex teſtimonio diuino,ſecundò ex humano,ibi:* Anditum fa.*Circa primum propheta primo excitat attentionem,dicens.*

1 Audite,&c.

2 Super om.*& ſic alloquitur omnes Iudæos generaliter.*

3 Tantummo.*exhibendo vobis legem diuinam & alia beneficia plura.Pſa.cxvij.b.*Non fecit taliter omni nationi,& iudi.ſua non manifeſtauit eis.

4 Idcirco.*acrius vos puniendo,quantò maior fuit veſtra ingratitudo dicta prophetarum ſpiritu Dei loquentium repellendo.ideò ſubditur.*

5 Nunquid am.duo.pa.*ad aliquem locum determinatum.*

✠ Niſi

MORALITER.

✠ 1 *Audite verbum,&c.* In fine præcedentis capituli oſtenſum eſt,quòd punitio clericorum malorum eſt ineuitabilis:hîc oſtēditur quòd eſt rationabilis:& hoc propter maiorem ingratitudinem eorum de beneficiis diuinis,cùm dicitur in perſona domini.

3 *Tantummodo vos cognoui,&c.* id eſt,ad mihi miniſtrandum vos elegi.

4 *Idcirco viſitabo,&c.* ita quòd nihil remanebit impunitum.

5 *Nunquid ambu.pa.duo,&c.* quaſi dicat.Sic clericus malus non poteſt cum Deo ambulare,quia non conformatur voluntati diuinæ.

✠ Nun

A si discordia separentur,statim leo rugiens eos inuadit:Et non solum patent morsibus leonis,sed apprehendet eos catulus leonis,&ducet ad tenebrosum cubile.*Omnis enim qui male agit,amat tenebras.*Tertia pœna discordantium est, vt perdant alas quibus in altum ferebantur,& sponte corruentes in terrena,meritò teneátur ab aucupe diabolo. Quarta pœna est, vt discordes capiátur laqueo, qui nó in cælo,sed in terra téditur, de quo liberati dicunt: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ.*de quo Apostolus : *Conteret Deus Satanam sub pedibus vestris.* B Quinta pœna est : quòd in ciuitate Dei constituti terreantur sonitu tubæ. i. diuinæ scripturæ, quæ grandi voce peccatoribus pœnam comminatur. Sexta pœna quòd discordes à Deo affligũtur : Leo quando famem patitur si videt prædam, dat rugitum qua voce audita, feræ stant fixo gradu stupefactæ.

Pœnæ discordantium. Ioan.3.c. † Iob 6. † laqueo. Psal.123.a. Roma.16.c. † audire facite.

nisi cõuenerit eis?† Nũquid rugiet leo in saltu , nisi habuerit 1
prædam?Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, 2
a ¶ Nisi auceps tendet laqueum auis non illaqueatur. 3
nisi aliquid apprehenderit?Nũquid cadet auis in laqueũ ter- 4
¶ Non.
ræ absque†aucupe?Nunquid auferetur laqueus de terra,an- 5 6
¶ Non.
tequam quid ceperit?Si clanget tuba in ciuitate,& populus 7 8
a ¶ Id est,afflictio,quæ non iniusta,sed patienti grauis & mala videtur.vnde, Sufficit diei malitia sua.Et,Ego Deus qui facio pacem,& creo malum.
a non expauescet? Si erit malum in ciuitate,quod dominus nõ 9
b fecerit?Quia non faciet dominus Deus verbum, nisi reuela- 10 11
a ¶ Vel correctionem suam. b ¶ Loquens.
c ¶ Et cum Deus reuelet prophetis quis audeat tacere quod dominus reuelet?sicut rugitum leonis nulla animalia audent contemnere. 12
c uerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, 13
a ¶ Rarus est qui non timeat. b ¶ Pauci sunt viri qui audeant iubente domino non prophetare.
quis nõ timebit? Dominus Deus loquutus est, quis non pro 14
a ¶ O prophetæ quæ ego dicturus sum. 15
b ¶ In ciuitatibus Philisthinorum quæ Dei notitiam non habent,vt ipsæ iudicent vtrum ego iustè facturus sim quod minor.Prius videat scelera,& postea iudicent de mea sententia. 16
d phetabit?† Auditum facite in ædibus Azoti,& in ædibus ter 17 †

C a *Si erit*.Sicut ea quæ superius memorata sunt, non fient nisi certa causa extiterit:ita non erit tribulatio, nisi à domino venerit,qui etiam reuelat.

❧ THEOD.Malum vltionem vocauit, vsus peruulgata consuetudine.Mala enim vocare solemus morbos,supplicia, immaturas mortes,pestes,bella,atque his similia:nó quia natura hæc mala sunt,sed quod hominibus malum afferunt, tristitiam & luctum aduehunt.Hoc nos planius Ionas docuit, cùm dixit : *Deus egit pœnitentiam super malitia,&c.*hoc est,super minis perniciosis, & malum afferentibus. (Ion.)

❧ RVPERTVS. Malum venit in Samariam propter vitulos aureos,quum Israel ab Assyriis captiuus ductus est. Malum in Hierusalem,cùm primùm à Babyloniis,deinde à Romanis excisa est.Nonne huiusmodi malum Dominus fecit?Etenim malum quod est iniquitas,Dominus non fecit: sed malum quod est afflictio propter iniquitatem Dominus induxit.

❧ TERTVL.Marcionitæ passim volunt Deum conditorem intelligi malorum,vt & malitiæ,iniustè author renũtietur. Nos autem adhibita distinctione vtriusque formæ , separatis malis delicti,& malis supplicij,malis culpæ & malis pœnæ , suũ cuiq; parti

D parti definimus auctorem : malorum quidem peccati & culpę, diabolum : malorum verò supplicij & pœnæ Deum creatorem.
b *Quia*.Non quòd omnia reuelet prophetis quæ in cælo facit vel fecerit,sed quæ facturus erat in terris,reuelauit Noe , Abrahæ,Loth. vt qui audirent vétura supplicia,corrigantur , vel grauius puniantur. Sic modo per Amos nũciat ex misericordia Hebreis pœnas ne puniantur. (Hieron.)
HIE. Non reuelat Deus prophetis omnia quæ facit in cælo: vel quæ facturus est in terris. Reuelauit Noe diluuium, Abrahæ subuersionem Sodomæ.Ioseph famem septem annorum. Sic Amos reuelauit nunc quid facturus esset.x. tribubus, vt ad pœnitentiam conuersæ liberarétur à periculo. In quo clementia Dei ostenditur. Qui enim prędicit pœnam,non vult punire peccãtes. (Gen.6.c.19.c.41.d.) E
c *Leo rugiet*. HIER. Pastor iste solitus timere leonem, timorem omnipotentis comparat rugitui leonis.Quidam per leonem rugientem diabolum , per dominum loquentem interpretantur Saluatorem, vt sicut ille in malum à perituris,ita iste in bonum audiatur à saluandis. F

❧ THEOD.Quod permittente Deo de quopiam supplicium sumatur,ex hoc disce.Per prophetas prædicit quæ mala sit allaturus peccatoribus.Non hoc itaque ignorantes, veras admittite prædictiones,quas nos vobis non sine metu afferimus. Si enim leo rugiens omnes audientes se perterrefacit,multo magis nos cùm metu Dei iubẽtis prophetiã docemus.Hoc ostendit cũ ait:*Dominus locutus est,&c.*Quoniam prophetarum verbis non habuistis fidem,Assyriis & Ægyptiis commissas iniquitates in mõtibus Samariæ propalam ostendam. Subiunxit.Quamplurimas iniustitias committentes,& pauperes seruitute opprimentes cognoscere noluerũt, quales fructus affert iniquitas, sed thesaurizant iniquitatem,miseriam & captiuitatem inde metentes.Cõuenientissimè thesaurizant posuit,docens vt nihil ex iis quæ facitis obliuioni mandetur, sed velut thesauro quodam Dei memoria prauè& rectè facta asseruantur.
d *Audi.&c.*Amos specialiter missus prophetare decem tribubus,nunc etiam iubetur annunciare Azoto & Ægypto. (Hieron.)
Con

NICOLAVS DE LYRA.

❧ 1 Nisi eis con *tale iter ex rationabili causa.quasi dicat. Non. Et per hoc metaphoricè designatur conuenientia Dei & prophetæ loquentis ex eius ore.*
2 Nunquid.*q.d.Non.Leo rugiens est Deus per os prophetæ peccatoribus comminans:ad quod sequitur pœna,sicut ad rugitum leonis præda: & hoc nisi pœnituerint.Et idem intelligitur per hoc quod subditur.*
3 Nunquid da.*Est enim repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*
4 Nunquid.*i.absconditum in terra.*
5 Absque.*i.sine opere aucupis laqueum tendentis. q.d. non:per aucupe intelligitur Deus peccatores capiens in laqueum pœnæ.Psa.x.b.*Pluet super peccatores la,
6 Nunquid au.*q.d.non:sic intentio Dei non frustrabitur à punitione peccatorum in malo perseuerantium.*
7 Si clanget.*pro aduentu aduersariorum super eam.*
8 Et po.non expa.*q.d.imo:per tubam intelligitur denunciatio prophetica diuinæ comminationis,propter hoc subditur.*
9 Si erit malum.*s.pœnæ.*
10 In ciui.quod non fece.*id est, ordinauerit fieri , vt dedecus culpæ puniatur decore iustitiæ,quasi diceret,aliter non fiet.*
11 Quia,*de his quæ sunt necessaria hominibus nunciari.*
12 Nisi reue.*quia sicut natura non deficit in necessariis,ita autor naturæ non deficit nuntiando per prophetas ea quæ sunt necessaria cognosci, & non possunt via humana sciri.Omnia ista exempla ad hoc posita sunt, vt vltio diuina per prophetas proclamata rationabilis ostendatur. ideo subditur.*
13 Leo ru.*i.dominus per prophetas comminatur.*
14 Quis non.*q.d.nullus est qui nõ debeat timere,& de malis pœnitere.*
15 Domi.Deus.*prophetas inspirando.*
16 Quis non.*inspirationem à Deo acceptam populo nunciando.q.nullus debet tacere pro quacunque persequutione.*
17 Audi.*Hic consequenter ostenditur rationabilitas punitionis testimonio humano,cũ dicitur:*Audi.fa.in. *i.inter Gẽtiles legẽ Dei nõ habẽtes.*
❧ Con

MORALITER.

✠ 2 *Nunquid rugi.leo in salt.&c.* Totum illud ponitur propter illud quod postea subditur.
13 *Leo rugiet,&c.*Per leonem Christus significatur,de quo dicitur Apoc.v.b.*Vicit leo de tribu Iuda.*Ipse verò terribiliter rugiet in finali iudicio.Et iste rugitus est valde timẽdus,& specialiter clericis peccatoribus, quibus per scripturas prophetarum est nunciatus:ideò subditur.
15 *Dominus Deus loquutus est,quis non propheta.*Prophetę enim fuerunt organa diuina:& ideò spiritusancto inspirati , non poterãt non loqui,sicut nec organa materialia possunt retinere sonum cum fuerint insufflata.
17 *Auditum facite.*Hic ostenditur punitio malorum clericorum rationabilis in respectu culpæ laicalis,cùm dicitur: *Auditum facite in ædibus Azoti.*quæ interpretatur incendium.
† *Et in ædibus terræ Ægy.*quæ interpretatur tenebra : propter quod per istas ædes significatur conuersatio laicorum qui carent luce scientiæ & communiter incensi sunt igne cupiditatis & luxuriæ , sed multò plus incensi sunt mali clerici: ideo sequitur.
✠ Con

A a *Congregamini*. Quia vnusquisque fingit sibi & adorat quod vult.Sic hæretici varios errores sibi confingunt,qui se custodes mandatorum Dei mentiuntur , & sunt in monte superbiæ : ad quorum insaniam considerandam Gentes prouocantur , quæ non habent Dei noticiam.Ipsi enim calũniantur simplices credentes,dum sub nomine veritatis colũt mendacium , & quia sunt extra limitem veritatis rectum facere nesciunt , & thesaurizant sibi dogmata iniquitatis,& deceptos in ædibus suis concludunt. († contritiones.)
b *Thesaurizantes*. Cõgregantes de idololatria & miserorũ calũniis iniquitatem id est peccatum in cordibus suis & B rapinas pauperũ congregantes per violẽtiã in domibus suis quia enim cultum Dei deseruerunt dati sunt in reprobum sensum , vt faciant quod non oportet. (Ro.1.d.) († angulo.)
c *Quomodo si*. Adhuc sumit propheta comparationes ex pastorali officio.Sicut paruæ reliquiæ relinquũtur à leone ex oue vel ariete, sic de habitatoribus Samariæ pauci remanebunt, qui non captiuẽtur ab Assyriis.

a ¶ Ciuitatis sic dictæ , quæ in monte sita est,vel totius terræ decem tribuum quæ tota montuosa est,quæ à sua metropoli sic vocatur,dicitur autem Samaria à Samer domino ipsius,montis in quo fundata est.
a ræ Ægypti,& dicite:Congregamini super montes Samariæ, 1
a ¶ Pro Deo vitulos adorant & filios suos immolant. b ¶ Non contenti hoc scelere calumniantur & pauperes & simplices.
& videte † insanias multas in medio eius , & calumniam pa- †
a ¶ Id est,Noluerunt colere Deum. 2
tientes in penetralibus eius.Et nescierunt facere rectum, di
a ¶ Non aurum vel pecunias quæ aliquando labore quæruntur. b ¶ Falsa dogmata. c ¶ Deceptorum falso errore.
b cit dominus,thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædi-
a ¶ Quia hoc fecerunt. b ¶ Ab Assyriis. ¶ In iudicio,vel quotidie per ecclesiasticos viros testimoniis scripturarum.
bus suis.Propterea hæc dicit dñs Deus: Tribulabitur & cir- 3 4
a ¶ Circundabantur ab hostibus habitatores terræ.x.tribuum. b ¶ Tua ô Samaria. ¶ Hæreticorum. c ¶ Syllogismorum,& arguitæ verborum,quibus dogmatum firmabant. d ¶ Qui errauerant ab ecclesia reducentur.
cumietur terra,& detrahetur ex te fortitudo tua, & diripien- 5 6
a ¶ Quæ in ædibus miserorum lachrymis congregatæ.
c tur ædes tuæ.Hæc dicit dominus: Quomodo si eruat pastor 7
a ¶ Qui circumit quærens quem deuoret. b ¶ Qui habet au.au. ¶ In aure sacramenta dictorum. c ¶ Feræ consumptæ.
de ore leonis duo crura,aut extremũ auriculæ , sic eruetur fi-
¶ Decem tribubus. a ¶ Quiescentes in auxilio Syrorum. 8
lij Israel qui habitant in Samaria in † plaga lectuli, & in † Da 9
a ¶ Sibi victoriam pollicentes. b ¶ Quæ ventura sunt huic populo. ¶ Intelligite ô prophetæ. c ¶ Cum attestatione nunciate. ¶ Vt inexcusabiles. d ¶ Decem tribuum.
d masci grabato.Audite & contestamini † in domo Iacob,dicit 10
a ¶ Cum captiuitas aduenerit. b ¶ Vicerit. c ¶ Vel impietates.
dñs Deus exercituũ,quia in diẽ cũ visitare cœpero preuarica 11
a ¶ Reddendo quæ meruit. b ¶ Visitar destruendo.
e tiones Israel super eũm visitabo,& super altaria Bethel & am
a ¶ A Syro vastante confracta. b Hæreticorum qui laborant abstinentia & ieiuniis.
f putabũtur cornua altaris,& cadet in terra.Et percutiã domũ 12

❧ THEODORETVS.Quemadmodum cum leo ouem rapuit,omnino deuorat,ac relictis tantum quæ ad escam inutilia C sunt discedit:quæ colligere pastor cogetur vt Dominus ouium demonstret ouem illam à feris interceptam fuisse,sic decem tribus Assyriis tradẽtur illi autem soli captiuitatem effugient,qui propter nimiam vilitatem ab illis contemnentur. Hæc autem inquit,etiam Damasco vsu euenient,eandem perniciem sustinebit.

MYSTICE.Cum diabolus oues ecclesię laniat,sępe de ore eius duo crura aut extremum auriculæ eripitur , quando & securo pede & tutis auribus Deum sequi possumus.Per crura enim via doctrinarum. Per aures sacramenta dictorum significantur: (Hieronym.)

D cantur:vnde Apostoli sine calciamentis & aliqua pelle mortui animalis incedunt : Et credentibus dicitur : *Qui habet au. au. a.* Hoc iter hæreticus & diabolus impedit,vt in via quæ Christus est , corruamus. Sed si venerit vir ecclesiasticus , & homo Dei & Samson leonem interfecerit , securo pede , & tutis auribus ad Deum possumus incedere. (Mar.10.b. Luc.8.b.)
Legitur in historia & in Isaia q̃ Phacea filius Romeliæ conduxit Rasim regem Damasci, vt pugnaret secum contra Iudam , & in eo totam spem suam posuit. Sicut ergo homo fessus labore quiescit in lecto , sic decem tribus in auxilio Syriorum quiescebant, & in securitate habitantium Damascum spem victoriæ habebant,& suas vires fractas vicinæ Gentes auxilio roborabant : sed frustra, quia ab Assyriis vtrique captiuati. (Iudi.14.b. Hierony. Isa.7.a.) E
d *Audite & contestamini,&c.* ❧ THEODORETVS. Non inquit, modo splendidas domos, sed obscuras quoq; & viles demoliar igníque vastandas tradam , simúlque cũ domibus ad hyemandum comparatis domos laxas ad æstatem tolerandam accommodatas incendam. Tum etiam demoliar altaria Bethel, impietatis inuitamenta , ac cùm non viri soli sed mulieres etiam maximam impietatem in se admiserunt,iure etiam has arguit,perniciémque minatur. († angulo grabati.) († domui) F
e *Altaria Bet.*Quæ fecit Ieroboam aureo vitulo, vbi dum offerret, venit propheta qui diceret.*Altare,altare audi verbũ domini &c.tunc scissum est altare in duas partes,& manus Ieroboã aruit.* Altare ecclesiæ vnum est,altaria hæreticorum tot sunt quot schismata eorum : tamen vnum se habere iactant per superbiam: cuius cornu,id est,arrogantia amputabitur. (Hieronym. 3.Reg.12.f.)
f *Et percutiam domum hiemalem cum domo æstiua, &c.* Sic erant diuites principes.x. tribuum , vt duas domus haberent vnam
hyemalem

NICOLAVS DE LYRA.

❧ 1 Congregamini super,&c.*Id est,idololatrias contra Deum.*
2 Et calumniam parien. *In quo notatur peccatum contra proximum,quasi dicat,si Gentiles talia viderent,sola ratione naturali ducti iustè punienda dicerent.*
3 Propterea.*Ostensa rationabilitate punitionis supradictæ,hic ipsa iterum proclamatur,cum dicitur,*
4 Tribulabitur & circumietur ter.*Ita quòd nihil remaneat absconditum.*
5 Et detrahetur ex te fortitudo tua.*Id est,rex,principes, & bellatores.*
6 Et diripientur ædes tuæ.*Quia bona inde auferentur, & postea incendentur:& hoc fuit impletum tempore Hoseæ quarto Regum decimo octauo.Verumtamen quia aliqui pauci euaserunt , ideò subditur.*
7 Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura , aut extremum auriculæ,&c.*Sic eruentur filij Israel,id est , valde pauci ex eis.*
8 In plaga
8 In plaga lectuli.*Id est,in regione regni Iudæ,quæ dicitur lectulus ratione templi quod erat ibi,de quo dicitur Cant.1. d.* Lectulus noster floridus , *Eò quòd ibi habitabat Deus per specialem inhabitationem.Illi enim qui prædicto modo euaserunt tempore Ezechiæ venerunt in regnum,Iudæ redeuntes ad diuinum cultum.*
9 Et in Damasci grabato. *Quia etiam aliqui ex dictis euadentibus,in Damascum refugerunt,& ibi fuerunt occultati ad tempus.Sciendum tamen,quòd aliqui Hebræi dicunt , quòd Damasci est hic nomen appellatiuum, & non est nomen loci: & significat victum : quia Ezechias Dei cultor, prædictis ad regnum suum refugientibus prouidit modo conuenienti de victu:& quia non solùm fuit populus Israel punitus, sed etiam cultus idololatriæ ibidem dissipatus,ideò subditur.*
10 Audite & contestamini.*In die cum visitare cœpero præuaricationes Israel,populum puniendo.*
11 Visitabo.*Omnia loca idololatriæ subuertendo.*
12 Et percutiam,&c.*Potentes enim ex carnalitate habebant varias domos pro hyeme & æstate.*
❧ Et peribunt

MORALITER.

✠ 1 *Congregamini super montes Samariæ:*per quos significãtur ecclesiæ prælati,eò quòd Samaria interpretatur custodia domini.
† *Et videte insanias multas.*Quas faciunt mali prælati & eorum clerici.Et subditur pœna,cum dicit.
4 *Tribulabitur & cir.*Id est, eorum cupiditas terrena tribulabitur inferni pœna, quia tamen aliqui sunt boni,subditur.
7 *Quomodo si.*Id est,diabolus,sicut dicitur.1.Pet.5.b. *Aduersarius vester diabolus, tanquàm leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* De cuius ore eruuntur boni prælati & clerici , Qualiter autem eruantur,ostenditur cùm subditur.
8 *In plaga lc.* Id est , in regione lectuli , per quam significatur quies contemplationis.
9 *Et in.*Per q̃ intelligitur Eucharistiæ deuota sũptio,eò quòd Damascus interpretatur victus:illi nãque eruuntur de demonis ore,qui vacant cõtẽplationi & Eucharistæ sumptioni deuotè.

A hyemalem versam ad austrum, aliam æstiuam versam ad aquilonem in quibus pro varietate temporum delicio-
3. Re. 22. f. sè habitarent. Achab etiam legitur duas domus eburneas fecisse.

a ¶ Qui propter ventris ingluuiem omnem recipiunt voluptatem. a ¶ Quæ artifici & theorico splendore compositæ sunt.
hyemalem cum dômo æstiua, & peribunt domus eburneæ, 1
a ¶ Vna veritate multa mendacia destruentur per totum mundum.
& dissipabûntur ædes multæ, dicit dominus.

D Hieronym. Mystice. Domus Hyemalis, regnũ Israel, in quo religionis frigus & cultus Dei, & varij turbines ventorum, & sæua tempestas. Domus æstiua, regnum Iudææ in quo calor religionis & templum & holocaustum mane & vespere.

Mys-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et peribunt. *Nõ quòd totaliter essent eburneæ, sed quia ibi erant aliqua opera nimis curiosa eburnea: & hoc modo dicitur. 4. Re. vlti. f. de Achab. rege Israel. Et domus eburnea quam ædi.*

ADDITIO.

In c. 3. *Vbi dicitur in Post. Ideo subditur,* Nunquid ambu. duo pariter.

Quòd hic dicitur: Nunquid ambu. &c. *videtur continuari cum præcedentibus & sequentibus: Sic enim dixerat. supra Deus ipsis filiis Israel.* Tantum modo vos cognoui ex omnibus nationibus terræ Idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. *In quo* B *Deus videtur respondere cuidam tacitæ quæstioni. Poterant enim quærere filij Israel à Deo qui eis comminabatur de tot suppliciis propter sua peccata, quæ est ratio quare magis nos affligis quam alias Gentes cum multæ aliæ Gentes huiusmodi peccata, scilicet, idololatriæ & homicidij & huiusmodi peramplius committantur? Ad quod Deus respondet.* Tantum modò vos cognoui ex omnibus nationibus terræ. *Vbi Glo. Cum sim creator omnium, vos solos elegi in populum peculiarẽ, vt mei cognitionem haberetis. Et idcirco visitabo, id est, corrigam iniquitates idololatriæ vestræ, vt essetis vel non cessantes grauius puniamini. Hæc in glo. Sed quia erant aliqui de huiusmodi diuina Visitatione, malè sentiebant, erroneè estimantes quod talia mala pœnalia comminata cum contingerent euenire, non à Deo inflicta seu intenta erant sed contingebant casualiter eo modo quo Philisthæi. 1. Re. 6. b. dicebant:* Non manu sua tetigit nos, sed casu contigit. *Hos improbat propheta, dicens:* Nunquid ambu. duo pariter, nisi conuenerint? *Sic est in Hebræo: Et quod additur,* Eis, *nõ est de textu, & est sensus, quòd sicut cum duo homines ex diuersis partibus venientes concurrunt per omnia vt pariter ad vnum locum determinatum accedant, signum est quòd hoc fit ex certa conuenientia vtriusque non à casu: & sic conuenientia propheticæ prænunciationis cum rei euentu est signum, quòd talis euentus non est casualis sed intentus. Ad quòd adducit aliud exemplum* E *de naturaliter significantibus sicut est rugitus seu vociferatio leonis quæ significat prædam factam vel capiendam, quæ quidem significatio est non à casu: sed ex instinctu naturali. Similiter exemplificat de aue cadente in laqueum terræ, quod non casualiter, sed per industriam aucupis fit, sic etiam ablatio laquei. Similiter etiam adducit exemplum de communiter consuetis, scilicet, de clangore tubæ qui significat aduentum aduersariorum, quæ quidem significatio non est casualis sed ex more hominum intenta, vnde de omnibus istis concludit per similitudinem* Si erit malum in ciuitate, quod Deus non fecit: *Hoc est dicere: Sicut prædicti effectus non casualiter ex suis causis sed ordinatè seu intente proueniunt, sic cum mala pœnæ eueniunt in ciuitatibus, non sunt censenda casualia, sed à Deo intenta: & hoc est quod principaliter intendit deducere ex præmissis.*

Cap. IIII.

a A *Vdite verbũ.* ✠ Rvpertvs. Mira & iusta verba domini, & Spiritus sancti authoritas, C quomodo de ore pastoris non minus quàm de ore imperatoris pernat. Suprà dixerat, *Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti,* Nunc. *Audite & constamini &c,* Tertiò, *Audite hoc verbum vaccæ pingues &c.* Si de pastore iam in regem fuisset assumptus vt Dauid, quid vellemus addi ad tantam maiestatem elocutionis? Iam tertio fragore infoelicium auribus illidit Nempe acrius atque animosius dignũ erat percuti tales dæmonum Sacerdotes, rerum & animarum humanarum voratores. Fecit enim Hieroboã Sacerdotes vitulorum de extremis populi, callidè nimirum agens, & sciens quàm libenter cum suo fauore repentinas homines extremi diuitias exciperent. Poterant dici vituli pingues, quare ergo vaccas fœminas dicere maluit? augmentum confusionis, quia vitulis erant subacti miro genere fornicationis: & animæ eorum prostitutæ tauris id est, spiritibus malignis.

Hieronym. Loquitur ad optimates quosque. x. tribuum vt audiant verba domini, quos non boues aratores, sed irrisoriè vac. pin. vocat: quia residentes domi, & ventri & gulæ seruiebant, opprimendo egenum, & confringendo in iudicio pauperem, F vt bona illorum in suos redigerent vsus.

CAPVT IIII.

a ¶ Hæretici ventri & gulæ obedientes. 1
a Vdite verbũ hoc vâccæ † pingues, quę estis 2
a ¶ In superbia vnde humiles confringatis. b ¶ Quia mandata Dei se custodire dicunt, & sibi sublimia repromittunt. c ¶ Ecclesiæ simplicibus, qui hæreticorum eloquentiam & argumentorum diuitias non requirunt.
in mônte Samariæ, quę calûmniâ facitis egẽ 3
a ¶ Pastoribus, id est, regibus. ¶ Principibus peruersorum dogmatum
b c nis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dôminis vestris: af- 4 5

† Basan

Hieronym. b *Quæ dicitis.* Permittite tantum & iubete: & nos spoliabimus domos pauperũ vt bona illorum in nostros vsus redigamus. Non ait, comedemus, sed bibemus: in quo notat deditos ebrietati, quæ mentem subuertit & errores libidinémque generat.

✠ Rvpertvs. Sacerdotes de extremis populi assũpti, ac diuites effecti, velut vaccæ pingues otioso vẽtre dilatati, accũbebãt plenis delitiarũ mẽsis, satísque agebãt pro imperio dicẽtes Regibus suis, Afferte vt bibamus, & de cætero securos vos faciemus. Etenim dummodo sumptus nobis & pocula non desint, præoccupatos tenemus animos huius populi ne velit ascẽdere in Hierusalem. Pocula disertos facient nos, vt subornatis vitulis aureolis pulchrè & eleganter dicamus: *Ecce dij tui ô Israel, &c.*

c *Affer.* Nisi maiores dederint potestatẽ, minores quę deuorẽt non habebunt. Similiter & de hæreticis intelligendum, quia maiorum doctrina minores inebriantur.

Iurauit

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. IIII.

1 A Vdite. *Postquam cupiditas virorum declarata est, hîc consequenter idem ostenditur de vxoribus eorum cum dicitur.*
2 Audite verbum. *Id est, potentum vxores, quæ dicuntur vaccæ propter vitulos aureos quos adorabant, pingues ratione diuitiarum: ad quarum acquisitionem iniquam viros incitabant, ideo subditur.*
3 Quæ calumniam. *Id est, per viros vestros fieri procuratis: ideo sequitur.*
4 Quæ. &c. *Id est, maritis.*
5 Affer. &c. *Id est, superbiam aliorum rapite. vt nos & familia nostra possimus lautè viuere, & subditur pœna.*

Iura.

MORALITER.

2 *Audite.* Hic Amos prophetat contra vxores principum Samariæ, per quas mysticè significantur clericorum beneficiatorũ fornicariæ, quæ volunt delicatè nutriri, & preciosè ornari de bonis ecclesiæ, ideò sequitur.
3 *Quæ ca.* Et subditur pœna cum dicitur.
4 *Quæ dicitis.* Id est, amcis vestris.
5 *Affer. &c.* Id est, lautè viuemus. Et ad satisfaciendum eis per malos clericos grauatur populus subiectus. Ideo sequitur.

Et le-

a *Iurauit Dominus in sancto suo &c.* ✠ Rvpertvs. Hic sanA ctus in quo iurat Deus suus est filius, quem vtique sanctum Dei etiam malignus spiritus cum suo tormento euangelista testante confitetur Iurauit autem in illo sibi coæquali sancto suo, quia certamen erat Domino Deo contra Israel, pro illo sancto suo à domo Dauid ad quẽ sancti illius facta fuerat repromissio & illius promissionis veritatẽ detinere volebãt illæ pingues vaccæ in illo quod colebant mendatium.

b *Leua. vos.* ✠ Rvpertvs. Sensus iste est Aduentura est non longè dies captiuitatis & angustiæ, in quo capiemini prælio, & portabimini iure victoriæ, iamque viæ captiuitatis B vobis apertæ sunt & exibitis alter contra alterum, vt vestram vicissim & mutuis vultibus cõspiciatis miseriam: & proiiciemini in locis Armeniæ, quæ vocatur Armon, & in ciuitatibus Medorum.

a ¶ Omnis sermo Dei pro iuramento debet accipi qui non mentitur. b ¶ In seipso, vel in filio, vel in aliquo electo angelo, vel homine.
a ferte & bibemus. Iurâuit dominus Deus in † sâncto suo: quia 1
a ¶ Q. In præsenti. b ¶ Captiuitatis & angustiæ. ¶ Iudicij vel pœnarum. c ¶ Assyrij vel dæmones. ¶ Nudatas à rebus pro quibus peccastis. d ¶ O vaccæ pingues.
b eccê diês venient super vos: & † leuâbunt vôs in contis, & re 2
a ¶ Igne tribulationis decoquamini. ¶ Vt gehennæ ignibus exuramini. 3
c d liquias vestras in ôllis feruentibus: & per aperturas exibitis, 4 5
a ¶ Subaudis vacca. ¶ Vaccam. b ¶ Quæ harmonia dicitur.
e alterâ contra alteram: & proiiciemini in Armôn, dicit domi- † †
a ¶ Vbi aureus vitulus. b ¶ Contra Deum præcepta illius calcantes. c ¶ Venire, qui est locus idololatriæ. d ¶ Ibi contra Deum cui idola præculistis. ¶ Quicquid ibi facitis præter. ario est. 6
f nus. Venite ad Bêthel, & impiè agite ad Galgâlam & multi- 7 8
a ¶ Cito antequam veniat captiuitas. ¶ Ne sit dilatio in scelere. †
plicate præuaricationem. Et offerte manê victimas ve- 9
a ¶ Secundum Symmachum: Tertia die decimas vestras subaudis, offerte. ¶ Quod prima die obtulistis reseruate in tertiam diem: vt fit immundum. 10
g stras, tribûs diebus decimas vestras. Et sacrificate de 11
a ¶ Subaudi, pane quod prohibetur in lege. b ¶ Gratiarum actionem. c ¶ Hummodi oblationes. d ¶ Spontaneas, quod ad lætitiam pertinet. Non.
fermentâto lâudem, êt vocate † vôluntarias oblationes,

† sanctitate sua
† tollet vos hostis in spinis, & posteritatem vestram hamis piscatoris.

Hierony. Seruat metaphoram vaccarum quarum carnes in vectibus solent leuari. Significat autem, quia cum venient Assyrij capientur in prælio: & portabuntur iure victoriæ.

c *In ol.* In prælio superatos cõpellent ad vrbes munitas, quæ ollis feruentibus comparantur, quia fame & pestilentia clausos populos exire compellent, & ire in captiuitatem.

d *Per aper.* Id est ciuitatum, quia destructis vrbibus ibunt in captiuitatem: Vel aperturas, quasi iam opertæ sunt viæ per quas ducamini captiui in Armon quæ est regio vltra montes Mœdorum & Persarum.

e *Alter. con.* Secundum idioma Hebræorum quod nos dicimus mutuò vel vicissim altera contra alteram ponitur.

Ironia f *Veni. ad.* Ironicè loquitur. Q. Hucusque sponte immolastis C idolis, modo iam instante captiuitate: perficite quod cœpistis, vt quantò vobis eritis impudentiores, tantò mea vindicta super vos iustior appareat.

✠ Rvpertvs. Grauissimus est hic modus loquutionis, quo illorum facta oderit, qui hæc dicit. Non est volentis, sed relinquentis: nõ inuitantis, sed expellentis: nõ adhortantis, sed indignãtis ac si dicat. Venite ad Bethel vbi est Deus vester, vitulus vester qui sic voluistis, & hactenus venistis: impiè agite, quia impiè agitis, & impiè agere vultis. Venite ad Galgala, vbi etiã lõgè ante vitulos Hieroboam, erant idola, quia venire vultis. Multiplicate præuaricationem, quia multiplicatis & multiplicare vultis. Offerte mane victimas vestras, quia offertis, & offerre vultis quibus non debetis. &c. Hæc non intentione volentis, D sed indignationis dicta sunt derelinquentis, sicut & alia multa quæ reperiuntur vt illud quod traditori suo dicit dominus, *Quod facis, fac citius.* Et in Apocalipsi: *Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Apoc. 22. b.

Hieron. Ingrediuntur mali in Bethel, id est, domum Dei quæ est ecclesia, ibi impiè agunt in Deum, eius præcepta calcando, & in Galgalá, quod interpretatur reuelatio: quia vendicant sibi scripturarũ sciẽtiam, vnde superbientes in quæque vicia deflũt inferũt etiã mane hostias: & die tertia decimas, trãsfigurati in angelũ lucis, & triplicem E scripturarum intelligentiam in vnius diei sententiam coartãt. Debet enim scriptura primò secundum literam intelligi, vt inde moralia præcepta sumantur. Secundum, iuxta allegoriam, id est, spiritualem intelligentiam. Tertiò secũdum futurorum beatitudinem. Hæretici verò primam & secundam diem contemnentes, quædam spiritualia figmenta sibi componunt sine fundamento & parietibus, tectum desuper imponentes: & recedentes de ecclesia fermentum quod corde conceperunt, aliis prædicant: & hoc non errore sed amore mali, vnde: comminatur Deus superbis vindictam. *Dedi vobis stu. den.*

Triplex intelligentia scripturæ
† sponte oblata congregare facite.

Hieron. g *Tribus diebus.* Erant quædam sacrificia, de quibus siquid in alterum diem seruaretur, & oblatum & remanens immundum iudicabatur. Erant & alia, de quibus si in tertium diem aliquid remaneret, immundum fiebat: quod est offerre immundas hostias.

✠ Rvpertvs. Trium dierum solemnitates adulterastis, de quibus ego in lege dixi: Tribus vicibus per singulos annos mi F hi festa celebrabitis, scilicet, azymorum, solemnitatẽ mensis primitiuorum, & solemnitatem in exitu anni. Istas adulterastis, vt non mihi, sed vestris vitulis eas celebraretis, ne quid vulgo deesse videretur diuinæ iucunditatis, &c. Hæc omnia facientes, vocate voluntarias oblationes quia sic facitis, & sic facere vultis, vt sacrificia quæ vestris offertis vitulis, eisdem nominibus honoretis, quibus ea quæ mihi offeruntur nuncupat authoritas legis. Holocaustum, & pro peccato, & pacifica, & hæc annunciate in sono tubæ, & cytharæ, in tympano & choro &c. ita vt fortius & altius cantasse iudicemini, quam tribus Iuda vel domus Dauid in templo Domini, quia plures estis.

Dedi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iurauit dominus, &c. *In seipso qui est sanctus sanctorum.*
2 Ecce di. *Id est, ad punitionem vestram.*
3 Et leuabunt. &c. *Portando in captiuitatem.*
4 In contis. *Sicut portantur res ponderosæ in tinellis.*
5 Et reliquias. *Id est, cæteros ad fortalicia fugientes ibidem cremabunt cum ædificiis.*
6 Et per. *Id est, multæ fiunt aperturæ in muris per quas extrahemini.*
7 Et proiiciemini. *Nomen est regionis longinquæ vltra terram Assyriorum*
Diuisio 8 Venite ad Bethel. *Postquam propheta arguit populum de auaricia, hic consequenter arguit ipsum de idololatria. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur idololatriæ frequentatio secundò frequentantium obstinatio, ibi:* Vnde & ego. *Tertiò prophetæ monitio, ibi:* Postquam autem. *Circa primum dicitur:* Venite. *Id est, venietis frequentando locum idololatriæ, ita quòd propheta non inuitat ad idololatriam, sed magis arguit eam.*
9 Ad Gal. *Ibi enim similiter idololatria exercebatur, vt dictum est Hoseæ. 13.*
10 Et off. *Id est, offeretis tribus diebus, scilicet in anno, sicut in templo domini, quod erat in Ierusalem, cultores Dei debebant comparere ter in anno. Exod. 23. Ieroboam enim in cultu vitulorum quos fecit, statuit aliqua similia cultui diuino qui fiebat in Ierusalem, vt populus facilius assentiret.*
11 Et sacrifica. de. *Sicut & Gentiles idololatræ. Oblationes enim Deo factæ in Ierusalem erant absque fermento.*

Sic

MORALITER.

3 *Et leuabunt, &c.* Id est, in baculis: per quos significantur pœnæ temporales quas incurrunt aliquando pro malis suis.
5 *Et reliquias.* Id est, animas à corporibus exutas.
† *In ollis.* Id est, pœnis gehennalibus.
† *Exib.* De vita præsenti.
6 *Et per.* Id est, per dissolutiones harmoniæ corporalis.
7 *Et proiiciemini.* Qui interpretatur aceruus tristiciæ: propter quod significat pœnam gehennæ.
8 *Venite ad.* Hic ponitur dictæ punitionis duplex causa. Vna est peccatorum continuatio: ideò subditur.
† *Et imp.* Id est, agetis.
9 *Ad Galgalam, &c.* Ibi autem exercebatur idololatria, ideo significat auariciam. *Quæ dicitur idolorũ seruitus. Ephe. 5. b.* Alia causa est obstinatio, cum dicitur.

7 Et

a *Dedi vobis.* ✠ RVPERTVS. Magnitudinem flagelli, id est, famis, mirabiliter exprimit dicendo, *Ego dedi vobis stuporem dentium, &c.* Ac si dicat, Quia fames non tam diutina, cibus tam rarus extitit, vt cùm quidpiam reperiretur qualiscumque cibi, dentes obstupescerent, velut re solita offensi. Legimus regnante Ioram famem tam magnam factam esse, vt venderetur caput asini. 80. argenteis, quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis Cùm tanta esset sæueritas disciplinæ corripientis mirum quòd nullus regũ Israel recessit à peccatis Hieroboã, id est aureis vitulis: quòd Israel tam pertinaciter rebellis tãque duræ ceruicis extitit, vt ad Dominum Deum suum nequaquam reuerteretur. Vnde & dignè improperat: *Non estis reuersi ad me.*

Hieronym. Ezech.18.a Iuxta Ezechielẽ: *Qui comederit vuam acerbam, stupescunt dentes eius.* Sic hæretici testimoniis scripturarũ abutentes, immatura & absque sua dulcedine comedunt: & ideò perdũt robur dentium, ne possint dura comedere: & in aluum toti corpori profutura transmittere: Et hunc stuporem & penuriam panis, qui de cælo descendit, dicit mittendam in cunctis locis eorum, vt patiantur indigentiam verbi Dei. Ioh.6.d.

b *Et non estis.* Et cum hæc omnia non pro crudelitate, sed pro correctione vestra facerem, non tamen estis correcti, iuxta illud: *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Iere.2.f.

Hieronym. c *Ego quoque prohibui.* Prohibet Deus ab hæreticis rorem diuinæ sapientiæ, & mandat nubibus ne pluant super eos imbrem ante tres menses messis, ne perueniant ad mysticum fructum mysterij Trinitatis, & pluit super vnam ecclesiam, non super conciliabula hæreticorum. Si quis etiam illorum penuria coactus, ad ciuitatem Dei regreditur, vt hauriat, non satiatur: quia non voluntate sed necessitate accessit.

d *Imbrem.* Qui dicitur pluuia serotina agris Palestinæ, quæ herbam vt triticum pariat, debet irrigare illo tempore quo tres menses sunt vsque ad messem, id est, Maius, Iunius, Iulius. Hoc tempore necessaria: Et ne putetur lege naturę & astrorum cursu contingere, addit. Hieronym.

3.Re.17.a. e *Et plui su.* Hæc etiam penuria aquæ sub Elia contigit.

f *Percussi vos.* ✠ RVPERTVS. Intemperantis erat luxuriæ hortos multiplicare, maximè ex iniquitate, sicut fecit Achab de vinea Naboth. Bene igitur in talibus percussit eos vento vrente, & aurigine & eruca comedente: quia non sine magno dolore perire viderent quæcumque tanta sibi instantia multiplicauerant. Sed non profuit eis adhibita correctio: *Non enim redistis ad me, dicit Dominus.*

a ¶ Vt non solum fecisse, sed & alios docuisse videamini. b ¶ Sic præcipio, quia sic volui. ¶ x. tribus.

& annunciate. Sic enim voluistis filij Israël, dicit dominus 1

a ¶ Famem vbi per insolentiam comedendi stupescunt dentes, & amittunt vires comedendi. ¶ Hæc magna fames quæ terra x. tribuum attriuit contigit temporibus Eliæ.

a Deus. Vnde & ego dedi vobis † stuporem dentium in cun- 2 †

ctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis

a ¶ Non tantum stupores & penuriam panis dedi, sed etiam &c.

b c vestris & non estis reuersi ad me, dicit dominus, ego quoque †

a ¶ Vt non solum famis sed etiam sitis periculum sustineretis. †

d prohibui à vobis imbrem cùm adhuc tres menses super es- 3

¶ Ecclesiam.

e sent vsque ad messem, & plui super ciuitatem vnam, & super 4

a ¶ Hæreticorum. b ¶ Vnitas ecclesiæ quæ est pars domini. c ¶ Et protulit fructum.

ciuitatem alteram non plui. Pars vna compluta est, & pars su

a ¶ Siti coactæ. b ¶ Diuersi hæretici. ¶ Super quas non plui & in quibus cisternæ siccæ erant.

per quam non plui, aruit. Et venerunt duæ & tres ciuitates 5

a ¶ Super quam plui & quæ habebat aquam. b ¶ Ecclesiam e qua exierunt. c ¶ De puteis & cisternis eius. d ¶ Viam. e ¶ Deficiente aqua

ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ:

a ¶ Cum hoc ad correctionem vt medicus facerem, b ¶ Quia non voluntate sed necessitate redeunt. c ¶ Propter hoc. ¶ Afflixi. Q. Quod superfuit siccitati, vento consumpsi.

f et non redistis ad me, dicit dominus. Percussi vos in vento 6

a ¶ In his multiplicandis x. tribus studebunt & inde iram Dei contra se concitabant. b ¶ Non Dei.

vrente, & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum, &

a ¶ Quæ non sunt de bonis oliuis. b ¶ Hæc est ficus quam Iesus maledictam arefecit. c ¶ Grauior, quæ non auolat sed vniuersa consumit.

vinearum vestrarum: oliueta vestra & ficeta comedit eru-

a ¶ Hæc omnia passi, tamen non redi.

g ca, et non redistis ad me, dicit dominus. Misi in vos † mor- 7

Hieronym. 1.Cor.7.b. Percutiuntur hæretici ardore libidinis, vnde: Apostolus: *Melius est nubere, quàm vri.* Percutiuntur etiam ira & inuidia, quæ ruborem sanguinis commutant in pallorẽ: quia auferunt veram intelligentiam, & ita totum corrumpunt, vt etiam mella dulcia videantur amara, quia quidquid prius in ecclesia placuerat, iam factis hæreticis videntur amara. Ipsi multiplicant hortos, id est, doctrinas, in quos Naboth noluit vineam suam mutari. Hæretici etiam bona faciunt, vt melli venena misceant: ideò vineas & olivueta & ficus se habere iactant. *Sed de vinea Sodomorũ, vinum eorum est.* († mundiciam; 3.Re.21.a.; Deu.32.c.)

Aurugo id est, rubigo vel Erugo quæ apud Ioel Eruca dicitur. Alij sic habent Aurugo, id est, Rubigo, quæ apud Ioel Erugo dicitur: Quæ ita fit cùm nocte ros vel imber super teneras spicas cadit, incalescẽte sole vertũtur in rubeum colorem & inanescunt grana adhuc terrena. Aurugo etiam dicitur morbus qui in homine nascitur ex abundantia corrupti fellis, quę corrumpit sanguinem & vertit in pallorem & quæque dulcia vertit in amaritudinem. (Ioel.1.a.; † pestilentiã)

g *Misi in.* ✠ RVPERTVS. Per omnia flagella & tormenta erudiτur Israel. Vnde & eo tempore, quo ab Aegyptiis auxilia postulabant, mittitur in eos mors, & percutiuntur gladio iuuenes eorum, & æquos quos sibi contra præceptum Dei multiplicauerant, captiuitas sæua concludit, putredo castrorum viuentium nares impleat.

✠ THEODORETVS: Ab Assyriis fugientes, & in Aegyptum peruenire studentes gladio Assyriorum tradidi, tanquam igne quodam ira vsus: veruntamen ne inde quidem honestum & decorum agnoscere voluerint.

HIERONYMVS. Quotidie ambulantibus in via Aegypti, id est, per mala mundi, immittit Deus mortem, vt mortificatis membris quæ sunt super terram: viuat in eis Christus. Per cutit etiam Deus in malis quidquid superbum & peruersum est in iuuentute, ne vsquè ad senectutem perueniat, & tradit equos captiuitati, ne per præcipitia labãtur in infernum: & facit fœtorẽ ascendere, vt cognoscãt peccata sua. Sed nec sic reuertuntur. Col.3.a.

Subuersi

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sic enim volu. *Scilicet, sacrificare vitulis aureis, & non mandato meo, sed voluntate vestra iniqua.* 2 Vnde. *Hic consequenter ponitur obstinatio populi, qui pluries à Deo fuit flagellatus propter peccata, non tamen emendatus: & primò ponitur flagellum famis, cùm dicitur:* Vnde & ego, &c. den. *Famem Hebræi enim dicunt Acutiem dentium: Vnde & famelici dicuntur vulgariter habere dentes acutos & ventrem vacuum, ideò sequitur:* Et indigentiam pa. *Secundò, flagellum sitis, cum subditur.*

3 Ego quoque, &c *Et hoc tribus mensibus ante messem, quæ incipit in terra illa mense Aprili: & sic fuit prohibitus imber tempore quo magis solet pluere.*

4 Et plui super. *Id est, quando dedi pluuiam, fuit ita modica, quòd non sufficiebat vobis ad potum: ideo sequitur.*

5 Et venerunt duæ & tres ciuitates, &c. *Et tertio flagellum venti vrentis, terrænascentia corrumpentis & erucas generantis, cum dicitur.*

6 Percussi vos in ven. vr. &c. *Quartò flagellum occisionis ab aduersariis, cum dicitur.*

7 Misi in vos &c. *Miserunt enim iuuenes electos in AEgyptum ad adducendum inde auxilium contra Assyrios: qui præoccupati ab Assyriis fuerunt cæsi ab eis, & qui eorum ab aduersariis capti, ideò subditur.*

Vsque

MORALITER.

† *Dedi vobis stupo. &c.* famem acutam.

† *Et non estis reue. ad.* Nam afflictio non dedit vobis intellectum, quod est obstinationis magnæ signum & idem significatur per alias pœnas quæ sequunur, cum dicitur.

3 *Ego quoque, &c.* Vsquè ibi

Postquam

a *Subuerti vos.* Mortui sunt Sodomitæ corpore & anima, similiter & isti pro eodem peccato. Loth solus liberatus est cum filiabus suis, quasi ticio semiustus amissa parte corporis sui, id est, vxore cum qua vnum in carne erat: Sic comparatione eorum qui perierunt fame & gladio pauci remanserunt, qui & partem corporis sui amiserunt, id est, temporalia quibus corpus sustentatur: & in quibus delectabantur. (Hieronym. Gene.19.c.)

Extrema medicina est, & 10. tribuum & hæreticorum & omniũ peccatorum, vt postquam in multis percussi non resipuerint, tandem diuinus ignis ædificia subuertat, & ipsi liberentur quasi torrap. ab incen. & nudi euadant, iuxta illud. *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* Qui enim habens opera Sodomę per ignem saluatur, quasi torris de incendio rapitur, prius operibus Sodomæ igne destructis. Vnde in propheta legitur: *Restituetur Sodoma inantiquũ,* Quia qui suo vicio Sodomitis vnitus est, si in eo arserint opera Sodomæ, in antiquum statum restituetur. († Gen.19.c.; 1.Cor.3.c.; † auroram & tenebras.; Ezec.16.f.)

✠ THEODORETVS. Quemadmodum terris semiustulatus ignis vires & efficaciam ostendit, verum ad nullam rem vtilis est, nisi vnico igni sic vos multis cæsis, in captiuitatem correpti, omni potẽtia spoliati, ad solam seruitutẽ apti existetis

b *Quapropter.* Quia præterita contempsistis, saltem per hæc quæ inferenda sunt corrigamini. Nec dicit quod faciat, sed suspensos relinquit, vt cogitent sibi inferenda, quæcumque deteriora inferri possint, & saltem hoc timore redeant.

✠ THEODORETVS. Et si ex inueterato morbo laboratis, tamen congruam vobis curationem afferam hoc itaque liberatus morbo robusto, Israel, Dominum tuũ implora & require, qui aerem raram & cedentem. & mollem, in sonitum horribilis tonitru conuertit: ac ventis quos ipse creauit, hoc commouet & conuersat. Quod regem ad te libberandum delectum ostendit, Cyrum intelligit. Est autem facillimum Deo in multa nocte facere diem, & in mediam diem effundere tenebras.

a ¶ Dum ab AEgyptiis auxilia peteretis, gladio, Syrorum occidi iuuenes vestros: quibus occisis equi eorum quos contra Dei iussa multiplicauerant a victoribus captiui ducti sunt: & fœtor morientium nocebat naribus viuentium.

tem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsque 1

ad captiuitatem equorum vestrorum, & ascendere feci † pu- 2

tredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redi-

a ¶ In illis qui perierunt ex vobis gladio Assyriorum.

a stis ad me, dicit dominus † Subuerti vos sicut subuertit Deus 3

a ¶ In illis qui remanserunt ex vobis. b Id est, Titio.

Sodomam & Gomorram: & facti estis quasi torris raptus ab 4

b incendio, & non redistis ad me, dicit dominus. Quapro- 5

a ¶ Quæ cogito & minor. 6

pter hæc faciam tibi Israël. Postquam autem hæc fecero ti- 7

c ¶ Ergo. a ¶ Quis ille? iste est formans montes.

d bi præparare in occursum Dei tui Israel, Quia ecce formans 8

a ¶ Omnem creaturam, vel sanctos in fide. b ¶ Per prophetas. c ¶ Electo. d ¶ Opus quod ipse facturus est, vel se ipsum annunciat electis.

e montes, & creans ventum, & annuncians homini † elo- 9

f quium suum, faciens † matutinam nebulam, & gradiens su-

a ¶ Id est, montes, quorum conuersatio in cœlis est, qui non viuunt secundum carnem sed secundum spiritum.

per excelsa terræ dominus Deus exercituum nomen eius. 10

c *Præparare, &c.* Vt venientem ad te per mysterium incarnationis audè suscipias liberatorem: Vel præparare ad inuocandum dominum Deum tuum, vt liberet te à præsenti tribulatione: *Quia omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit.* Rom.10.c.

d *Quia ecce formans montes &c.* ✠ TERTVLLANVS. De tenebris dominus per Esaiam ait: *Ego, qui struxi lucem, & feci tenebras.* De spiritu æquè Amos: Qui solidat tonitruum, & condit spiritum, & adnũtiat in homines Christũ suum: eum spiritum conditũ ostendens, qui in terras conditas deputabatur, *qui super aquas ferebatur,* librator, & adstator, & animator vniuersitatis. Non enim (vt quidam putant) ipsum Deũ significari. *Deus spiritus.* Neque enim aquæ dominum sustinere sufficerent, sed eum spiritum dicit de quo etiam venti constiterunt: vt ait per Esaiam. *quia spiritus à me exiuit, & flatum omnem ego feci.* (Tertul. adu. Hermog.c.32.; Isa.45.; † fœtorem.; Gen.1.; Io.4.; † opus; Isa.57.)

✠ RVPERTVS. Hæretici ex hoc loco creaturã argumentati sunt Spiritum sanctum propterea quod verum Hæbraicum, latine interpretatur spiritus. At verò ventus & spiritus eodem verbo appellatur. Cum ergo essent peruersæ intentionis, neque ventum, neque saltem spiritum hominis, sed Spiritum sanctum voluerunt intelligi, tam paruo, tamque fragili instrumento tam magnam roborare volentes impietatem. Quapropter placet magis castæ fidei talis translatio verbi prædicti *& creans ventum.* quàm, *& creans spiritum.*

e *Creans ven.* Flatum huius aeris, vel animam hominis, & à se creatis nunciat eloquium suum, iuxta illud quod ait. *Non faciet dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum prophetis suis.* supra.

f *Faciens ma.* Iuxta literam, matutino tempore facit nebulam venire super terram: Et gradietur super ex. ter. quia intra omnia est & extra omnia.

Nebula pinguedo æris est: & significat pinguedinem fidei, quæ mane, id est, tempore baptismi concipitur. Excelsa terræ virtutes vel sancti in culmine virtutum constituti. Deus verò virtutes omnium transcendit, & in cordibus suorum ambulat.

c Præ-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vsque. *Et quia cadauera eorum remanserunt insepulta, subditur.* 2 Et ascende. *Quintò flagellum subuersionis terræ per aduersarios, cum dicitur.* 3 Subuerti vos. *Quæ subuersio facta est ferro & igne: ideò sequitur.* 4 Et facti, &c. *Id est, lignum semiustum: Et dicitur à torreo torres.* 5 Et non reditu. *Toties flagellati.* 6 Quapropter. *Id est, iterabo tibi pœnas consimiles & maiores.* 7 Postquam. *Hic consequenter ponitur prophetæ monitio, scilicet, vt populus ad dominum conuertatur: Et ad hoc inducitur duplex motiuum. Secundum ponitur ca. seq. Primum autem motiuum est consideratio diuinæ potentiæ: cui omnis creatura debet se subiicere: ideo dicitur:* Postquam autem: *Id est, afflictiones prædictas.* 8 Præparare, &c. *Per debitam pœnitentiam vexatione tibi intellectum dante. Et dicunt expositores nostri communiter, & satis rationabiliter, quod hæc est prophetia de conuersione Iudæorum circa finem mundi futura: vnde & 10. tribus adhuc non sunt liberatæ à captiuitate: & secundum hoc exponitur:* Præparare. *Id est, præparaberis. Ad hanc autem conuersionem seu pœnitentiam dictam debet mouere excellẽtia diuinæ misericordiæ, ideò sequitur:* Quia ec. fo. 9 Et annuncians ho. *Dando ei spiritum prophetiæ.* 10 Dominus Deus. *Id est, angelorum.*

MORALITER.

7 *Postquam autem.* Nam in præsenti peccatores possunt ad Deum reuerti: per multiplices pœnas quæ ipsis inferuntur aliquando reuertuntur.

CAPVT V.

a ¶ Amos ex affectu charitatis, sicut Dauid & Samuel lugens Saulem.

AVdite verbum istud quòd ego leuo super vos 1 2 3

CAP. V.

a *Audite verb.* Quantũ ad literam propheta deplorat 10. tribus pro peccatis, ita captiuandas vltra montes Persarum, vt amplius non sint reuersuræ ad proprium locum. Virgo vocantur, secundum quòd in Patriarchis & prophetis vni sponso casta mente copulati sunt. Quam virginitatem iam corruperant mœchantes cum idolis. Mysticè. Deflet illos qui mente Deum cernunt, & posteà seruire desinunt, nec ad verum Dei lumen redeunt.

Domus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

1 AVdite. *Hic ponitur secundum motiuum quod est diuinæ iustitiæ consideratio acriter peccata punientis: Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc consideratio. secundò arguitur populus de opposito, ibi:* Qui conuertitis. *Prima in duas: quia primò inducit populum ad considerationem pœnæ præteritæ, secundo ad euasionem futuræ, ibi:* Quia hæc di. *Circa primum dicit propheta.*

2 Audite ver. *Non solùm aure, sed etiam corde.*

3 Quòd ego. *Compatiens miseriæ vobis inflictæ,*

Domus

MORALITER.

2 *Aud. te.* Per planctum quẽ dominus leuat super casum domus Israel significatur casus militantis ecclesiæ plangendus quæ notabiliter declinat à perfectione patrum, tam in populo quam

A Hieronym. Ezec. 18 h. a *Domus Israel.* Lxx. Cecidit amplius, si resurget virgo Israel in sua terra. Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israel: quia semel aberrans, & si reportatur humeris pij pastoris, non habet eandem gloriam cum illo qui nunquam à Deo aberrauit. Vnde per prophetam, *Malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem:* Pœnitētiam non sanctitati ecclesiæ comparat, sed quia comperata mortui & inferis melior sit,

† 32.q.5 c. si Paulus. Theodoretus. Misericors dominus malè affectos & pœnitere nolētes nō dedignatur lamentari. Hoc verò *Non adijciet amplius vt resurgat:* Non libertati euangelicæ contrariū est, qui potius significat, quòd non amplius per suos regentur, neque proprium regem habebunt. B Si quis diligenter attendat, inueniet horum exitum post eam insaniam, quam in Saluatorem nostrum ediderunt: tum enim ceciderūt, ac in illo casu in hāc diē permanserūt. Virginē eā vocat, propter priorem pietatem. proiectam & corruptam, propter cultum quem idolis postea dedit. *Non est qui suscitet eam.* Ostendit vt nullo subsidio humano adiuuatur. Deo enim repugnante, nec Aegyptiorum rex, nec alius quispiam eis auxiliari potuit.

† in nihilū. † sindat sicut ignis domum Ioseph.

Hieronym. b *Non est.* Non est qui intercessione sua reducat ad vitam, C sicut Moyses placauit iram Dei, & hoc quare? quia non vult conuerti ad Deum per pœnitentiam: & hoc est quod dicit: *Quia hæc dicit dominus Deus: Quia noluistis conuerti ô decem tribus, cum venerint Assyrij. 10. pars vestri remanebit in prima captiuitate, cæteri captiuabuntur.* Quòd si ipsa decimatio remanens in terra promissionis non pœnituerit, & ipsa venientibus Assyriis ex toto captiuabitur: Quod ita factum est. (Exo. 32.g, 4.Reg.17.d)

c *Vrbs de qua.* Theodoretus. Prænunciat eorum futuram paucitatem.

Vnitas laudatur. Hieronymus. Vnitas habet sacramentum vnius Dei: Et esse in hoc numero prima beatitudo est, quia vnus & verus Deus est, secunda in secundo est in decade. tertia in tertio, id est, centenario. D Sicut enim decas decima vnione completur, sic centum. 10. decadibus: sic & millenarius decem centenariis, per quem quarta & summa vel firma beatitudo notatur: de qua amissa si quis egerit pœnitentiam de illo quarto millenario vix redit ad tertium cētenarium: & si in centenario est, vix redit ad secundum, id est, denarium, & ita fit vt virgo Israel quæ errauerat, non habebat suscitantem: quia qui semel ab vnione † discesserit, & virginitatem quam cum vno viro habebat perdiderit, pristinū statum, & vnionis beatitudinem recipere non valebit, & vix conceditur ei vt de [illegible] mille redeat ad centum, & de centum redeat ad decē. (Mysticè) E

d *Nolite.* Theodoretus. Sensus est: At tandem aliquando & Bethel, & Galgala, & cultu idolorum relictis, meam quærite prouidentiam: inde enim vitam consequemini. Bethel autem & Galgala simul cum idolis tradentur hostibus. Non obscura ergo insania, erat non solum ex puteo iuramenti non recordari pietatis Abrahæ sed etiam apud eum impietatem committere.

Bethel interpretatur domus Dei, Hanc quærit qui dicit: *Templum domini est:* Et in ædificiis quæ destruenda sunt confidit: Quærit etiam qui sequitur literam occidentem, non spiritum viuificantem. (2.Co.3.b.t.) F Galgal locus vbi populus secundò est circumcisus: Hanc intrat qui post aduentum Christi rursum vult circumcidi. (Ios.5.c.) Galgal etiam reuelatio dicitur: In hac intrat qui nititur ad maiora se. & reuelationis & superiorum scientiam sibi promittit: Transit etiam in Bersabee, vel secundum. 70. ad puteum iuramenti, de quo Samaritana cupit haurire aquam quæ sitim non expellit: ignorans eum. (Ioh.4.b, Ioh.7.f.) *De cuius ventre fluent aquæ viuæ:* Quia Galgal, id est, circuncisio carnis ducetur captiua à cordis circuncisione: & Bethel quam putatis domum Dei omnino non erit, vel inutilis erit.

e *Quæ.* Post verba domini subiungit propheta admonitionem suam

a ¶ X. tribuum. b In perpetuam captiuitatem. ¶ Peccando. c ¶ Ens, quia corrupta. d ¶ Per se spiritus vadens & non rediens, per se cadit, & per Deum resurgit.
a planctum. Domus Israel cecidit, & non adiiciet vt resurgat. 1
a ¶ Quæ quondam domino quasi virgo copulata. b Prostrata. ¶ Vel interfecta gladio Assyriorum. ¶ Per idololatriam. 2
b † Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui sus- 3
c citet eam, quia hæc dicit dominus Deus: Vrbs de qua egre- 4
a ¶ Tempore pacis. b ¶ Viri. c ¶ Cum venerint Assyrij.
diebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egre-
¶ Decem tribuum.
diebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel
a ¶ Postquam asperrime comminatus est, blande ad pœnitentiam pius pater reuocat. ¶ Bene viuendo, credendo, perseuerando.
Quia hæc dicit dominus Deus domui Israel: Quærite me & 5 6
a ¶ In operibus iusticiæ qui eratis mortui in idololatria. b ¶ Vt ibi adoretis vitulum. c ¶ Quæ est ciuitas in fine possessionis duarum & decem tribuum, in quo loco exibant decem tribus adorare idola. 7
d viuetis, & nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite in-
a ¶ Per hunc locum notantur etiam aliqui de duabus tribubus adorasse idola. b ¶ Alias intrabitis, e ¶ Et hoc ideo prohibeo, quia captiuabuntur habitatores harum duarum ciuitatum per Assyrios, & per has intelliguntur decem tribus capiuandæ. 8
trare, & in Bersabee nō transibitis, quia Galgala captiua du-
a ¶ De Bersabee tacet, quia victis. x. tribubus Bersabee quæ erat in tribu Iuda, illo tempore non est destructa. b Qui quærit fide, incipit viuere operibus iusticiæ c ¶ Qui vita. d ¶ Per eum. ¶ Qui modo mortui. 9
e cetur, & Bethel erit † inutilis. Quærite dominum & viuite, ne 10
a ¶ X. tribus. ¶ Diaboli. b ¶ Ignis captiuitatis.
fortè † conburatur domus Ioseph vt ignis, & deuorabit, 11
a ¶ Qui liberet à captiuitate. b ¶ Adorantes vitulum in Bethel. c ¶ In amaritudinem idololatriæ.
& non erit qui extinguat Bethel: qui conuertitis in ab- 12

NICOLAVS DE LYRA.

1 Domus Israel. *A statu prosperitatis, & hoc fuit à tempore Azahel regis Syriæ qui suprà modum afflixit regnum Israel, secundum quod dicitur. 4. Reg. 13.* Iratúsque est furor domini contra Israel: & tradidit eos in manu Azahel, &c. *Et subditur:* Attriuerat eos rex Syriæ.

2 Non adiiciet vt resurgat. *In præterita potestate. Et ad idem facit quod sequitur.*

3 Virgo Israel poiecta est. *Quia expressio est eiusdem ad maiorem, assertionem: quod declaratur per illud quod subditur:* Vrbs de qua.

4 Quia hæc. *Hic inducit ad euasionem pœnæ futuræ dicens in persona Dei.*

5 Quærite me. *Per opera bona.*

6 Et viuetis. *Corporali & spirituali vita.*

7 Et nolite, &c. *Id est, nolite colore idola quæ coluntur in Bethel in Galgala & Bersabee.*

8 Quia Galgala, &c. *Id est, populus idololatriam exercens ibidem.*

9 Quærite dominum, &c. *Exponatur vt prius.*

10 Ne fortè comburatur. *Vt ignis qui totaliter deficit per consumptionem materiæ combustibilis.*

11 Domus Io. *Regnum Israel quod denominatur à Ioseph: eò quòd Ieroboam primus rex Israel fuit de tribu Ephraim filij Ioseph.*

12 Qui conuertis. *Hic consequenter arguit populum de opposito, scilicet, quia peccabant sine fræno timore Dei postposito: Et primò arguit eius transgressiones: secundo derisiones, ibi:* Væ desiderantibus. *Prima in duas, quia primò arguitur populi multiplex transgressio: secundò subditur punitio, ibi:* Idcirco. *Circa primum dicitur:* Qui conuertitis in absinthium, &c. *Id est, in amaritudinem.* (Diuisio)

7 Et nolite

Iudicium

MORALITER.

in clero. Et maximè plangendus est quia non apperet remedium releuationis ad primum statum, ideo dicitur.

2 *Non adij.* Vnde adhuc subditur.

† *Vrbs &c.* Id est, regnum vel diocesis: vel religio aliqua de quibus erant mille bellatores contra dæmones & vicia, pauci valde inueniuntur respectiuè. Sed quoniam emendatio non est simpliciter impossibilis, subditur.

5 Quærite

5 *Quærite, &c.* Vita gratiæ.

7 *Et nolite, &c.* In his autem locis exercebatur idololatria: propter quod significant mala loca vt prostibula, tabernas, & alia in quibus exercentur vilia quæ sunt à fidelibus euitanda.

10 *Ne fortè, &c.* Id est, ecclesia vel mens humana quæ est domus Christi per Ioseph significati.

12 *Qui conuertitis.* Hic tangitur casus ecclesiæ magis in speciali & primò quantum ad maiores quibus dicitur: *Qui conuertitis in absinthium iud.* Pauperes iniustè condemnando.

Et iusticiam

suam, incitans vt reuertantur ad dominum.

A Rupertus. Hic subaudiendum est vobis dico & loquor, qui conuertitis in absynthium iudicium. Grandis culpa, magna damnationis causa, conuertere Dulcedinem iudicij in amaritudinem iniquitatis, & purchritudinem iustitiæ in horrorē clamoris. Hoc ipsum apud Esaiam aliis verbis conqueritur. (Isa.5.) *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor.* Verè infœlices qui tam longum iniquitatis & clamoris traxerunt funiculum, vt vsque ad ipsum peruenirent Christum iniquo iudicio B & clamore condemnandum, clamando, reus est mortis: clamando, crucifige, crucifige clamando, sanguis eius super nos &c.

† tenebrescere facit. † roborat vastatorem.

Ieroboam qui vitulos fecit, & separauit populum à domo Dauid, significat hæreticos qui sermone composito quasi aurea simulachra fingunt, & adorant quod finxerunt: his dicitur: *Quærite dominum, & viuite.* Quod nisi fecerint comburūtur ardoribus diaboli: & hunc ignem non potest extinguere aliquis de magistris eorum, quia & ipsi hæretici sunt qui falsò se domum Dei vocant.

Hieron. a *Facientem arctu.* Audientes hæc, non ad fabulas poetarum recurramus, sed intelligamus omnium creatorem & omnipotentem.

Rupert. Per arcturum, qui septem stellis constat, signatur ecclesia septiformi spiritu repleta. Per orionem, qui hyeme oritur, & suo ortu tempestates excitat, signantur martyres qui tempore infidelitatis prædicant incredulis, & excitant contra se tempestatem persequutionis.

Loquens de arcturo & orione maluit ea vocare nominibus C inuentis à Gentilitate quam nominibus Hebræorum, ne nobis ea Barbara viderentur. In quo notat etiam hanc prophetiam à Gentibus legendam.

Rupertus. Quod sequitur. *facientem Arcturum & Orientem, &c.* Oportet de eodem Christo testimonium esse. Quia persona hæc magis quàm persona patris, opus habebat propter nos defendi scripturarum testimoniis, quod sic factor syderum, noctisq; & diei, immo & omnium quæ facta sunt, *quia sine ipso factum est nihil.* (Io.1.) Quando autem condidit patres, & Moysi dedit legem, gentes tenebræ fuerunt, quia Dei noticiam non habuerunt: sed quando factus est homo, tenebras illas in manè conuertit, quia gentes euangelica prædicatione illuminauit. E contra diem nocte mutauit, quia Iudæam in qua prius notus erat, propter perfidiam in cæcitate reliquit. D Post hæc etiam illud mirabile fecit, quòd Doctores, ex gentilitate assumpsit, quorum doctrina mundum omnem repleuit. Quod significat subiūgendo. *Qui vocat aquas maris & effundit eas super faciem terræ.* Secundum literam istud quotidie est, Aquas enim maris amarissimas æthereo calore suspensas excolat & eliquat in dulcem pluuiarum saporem, in star medicinalis cucurbitæ, quæ calore superioris gyri, humorem & sanguinem sursum trahit: ex quo discimus vnde sunt pluuiæ. († qui facit. † infr. 9. b)

Theodoretus. Confidite ait, Dei potestati, facilè enim & facit, & transformat quod vult, atque ei facillimum est maxima pericula in animi tranquillitatem & securitatem transferte. E Tum fœlicibus facilè miserias inferre potest, tumque aquas maris nutu suo in aerem subtrahens, nubibus irrigat terram. Deus enim est & omniū rerū Dñs. Nullo negotio infirmatos ad pristinū robur reducit, & robustos in miserias & debilitatē deducit. († vastator super munitionem veniet.)

b *Et diem in.* Ab hora sexta in typum Iudaicæ cæcitatis, dies cōuersus est in noctem crucifixoribus: lux etiam quæ in lege & prophetis oriebatur versa est in tenebras illis de quibus scriptum est: *Obscurentur oculi eorum.* (Hieron. Psal. 68 f.)

c *Qui vocat.* Aquæ maris, peccatores quos effundit vt conuersi in dulcedinem aliis prædicent, in quibus quidquid terræ & amaritudinis inerat, ardore veri solis excoquitur.

d *Qui subri.* Ad præsens tempus reuertitur. Q. Qui creator omnium comminatur captiuitatem Samariæ, subridet sicut qui irascitur, & apertis paululum labiis ridere se simulat, vt magnitudinem iræ ostendat. (Hieron.) F

Rupertus. Talibus verbis circa dominum, qui nullus notus patitur, idcirco scriptura vtitur, vt satis quantum potest adfirmet, quòd Dominus quamuis natura sit clemens, nullatenus tamen robusto & potenti, id est, in peccato superbienti misereatur. Sed sicut scriptura dicit: *Potentes potenter tormenta patientur, exiguo autem concedetur misericordia.* Et alibi: *Ego in interitu vestro ridebo. &c* (Sap.9. Prou.2.)

e *Odio ha.* In portis antiqui sedebant ad iudicia, ne agricola ad causas veniens nouo aspectu ciuium terreretur, vel ne ciuis longè ab vrbe discederet. (Hierony. Deut.16 d.)

Portæ mortis, vicia. Portæ vitæ, virtutes: habetur autē odio iustus existens in porta virtutum, si corripit malum existentem in porta mortis.

Rupertus.

a ¶ Quo discernere debetis inter creatorem & creaturam. b ¶ Iustum Deum: assumentes iniquitatem vel adhærentes terrenis, relinquitis eum qui iudicaturus est orbem in æquitate. c ¶ Vestra posito. ¶ Et.
a sinthium iudicium, & iusticiam in terra relinquitis, † facien- 1 2
a ¶ Boetem. b ¶ Sanctos diuersa claritate fulgentes. ¶ Vel vt alij splendorem, scilicet, astra fulgentia. c ¶ Suis electis. d ¶ In claram lucem vel prosperitatem. 3
e ¶ Ignorantiæ, vel tribulationis. 4
tem arcturum & orionem & conuertentē in mane tenebras 5
a ¶ Fœlicitatis. ¶ Qui dies putabantur, in noctem peccatorum mutantur. b ¶ Tribulationis. c ¶ Amaras aquas æthereo calore suspendit, & in dulcem pluuiarum saporem conuersas ad irrigationem terræ diffundit.
b & diem in noctem † mutantem. † Qui vocat aquas maris & †
c effundit eas super faciem terræ: dominus nomen est eius. 6
a ¶ Ridendo minatur. b ¶ Captiuitatis. c ¶ Vt male fortis infirmetur bene. 7
d ¶ Rerum direptionem. 8
d Qui † subridet vastitatem super robustum & † depopula- 9
a ¶ Populum .x. tribuum: sic & omnes qui in seculari potentia vel hæresi confidunt. b ¶ Ipsi tamen. c Quod graue peccatum est. d ¶ In iudicio vel virtutibus, 10
e tionem super potentem affert. Odio habuerunt in porta

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iudicium. *Pauperum: eos iniustè condemnantes.*

2 Et iusticiam. *id est, Deū qui est iusticia per essentiam sicut & vita*

3 In terra relin. *Pro idolis vestris.*

4 Facientem arctu. & orio. *Est autem arcturus quædam constellatio quæ reuoluitur circa polū septentrionalē: & vocatur vrsa maior ab astrologis, & currus karoli à laicis. Orion autem est quædam constellatio clara & nota: partim existēs in tauro, & partim in signo geminorum, & ortus eius significat tempestates, propter quod dicit Philosophus. 2. meteororum quòd orion est indiscretus & difficilis.*

5 Et conuertentem in mane tenebras, &c. *id est, successionem facit diei & noctis.*

6 Qui vocat aquas ma. *eleuando eas in vaporibus humidis.*

7 Et effundit eas super faciem terræ. *conuertens eas in pluuiam.*

8 Qui subri. ca. *In Hebræo habetur, Qui violentat fortem eum reprimendo, & sic subridet, id est, contemnit vastitatem à forti factam*

9 Et depopulationem super potentem affert. *populum de regno potenti transferendo & captiuando, ista dicta sunt de Deo ad ostendendum quòd non est pro idolis relinquendus: Et reuertitur ad ostendendum populi transgressionem, dicens.*

10 Odio habuerunt in por. *In portis enim antiquitus sedebant iudices & senes: vt quilibet etiam extraneus inueniret eos in promptu.*

Et loquentem

MORLAITER.

2 *Et iusticiam in terra relinquitis.* Eam propter munera diuitum omittendo.

4 *Facientem arctu. & orio.* Constellationes sunt: ideo significant prælatos bonos ecclesiæ Apoc. 1. d. *Stellæ septem ecclesiarum.* id est, episcopi earum.

5 *Et conuer.* Illuminando sua gratia peccatores, scilicet, Matthæum & Paulum & alios plures.

† *Et di.* Contrarium permittendo iudicio suo nobis occulto.

6 Qui

6 *Qui vocat aquas.* Id est, homines de falsedine cupiditatis terrenæ ad cælestis dulcedinis degustationem eleuando,

7 *Et effun.* Per pluuiā salutiferæ doctrinę populum docendo.

8 *Qui subridet vastitatem, &c.* Diabolum, de quo dicitur Iob. 41. d. *Non est potestas super ter. quæ ei compa.* De spoliatione verò eius gaudet Deus.

10 *Odio ha.* Hic secundo describitur casus ecclesiæ quantum ad minores qui rebellant veritati factæ per iudicem vel dictæ per prædicatorem, ideo subditur,

A ✠ RVPERTVS. Hoc est irremissibile peccatum, hoc potentum, non per ignoratiam peccare vel infirmitatem sed peccatum superbè defendendo corde impœnitenti corripientem quoque odisse: & abominari illum qui audeat loqui perfectè, id est, non sibi placentia, sed malis actibus repugnantia. Corripuit eos Dauid, & perfectè pleraque locutus est, atque idcirco oderunt illum, dicentes, *Quæ nobis pars in Dauid?* Istum quoque Amos, & cæteros prophetas odeunt & abominati sunt. Hic & istud in vno Christo iustè corripiente, & perfecta loquente veraciter est adimpletum. Ait enim, *Nunc autē & viderunt & oderunt me, & patrem meum: vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis*

3. Reg. 12.

† Sop. 1. c.

† Sop. 1. c.

Io. 15.

B a *Idcirco pro eo &c.* Ne putaret Israel, quòd pro sola idololatria puniendus esset, addit & cætera mala.

† mendicos peruertentes.

✠ THEODORETVS. Cùm hæc commiseritis, & pauperes præterea oppressos manu & procacitate linguæ contumeliosè acceperitis, tum munerum corruptelis gaudentes, studueritis facultates vestras augere: hoc cognoscite, quòd non habitabitis in domibus quos bellè instruxistis & ornastis: neque vineas quas magno studio plantastis, vindemiabitis. Nam immensa impietas vestra horum vsu vos priuabit.

Hieronym. C Hæretici diripiunt sensum pauperum, qui nesciunt contradicere, & quidquid boni operis parauerant. Aedificant etiam domos compositione verborum: sed ab ecclesiasticis viris subuertuntur. Plantant etiam vineas, quando mysteria Christi se habere mentiuntur. Sed non bibunt nisi vinum, quod est draconum furor insanabilis. D

b *Accipientes munus.* Contra iudicij veritatem, vnde: *Munera excæcant etiam oculos sapientum.* Quæ accipiunt hæretici vt austeritatē scripturarū quę peccatoribus tormēta promittūt, vertāt in beatitudinē, & cum diuitibus prospera tamen promittunt pauperibus truculēti sūt & seueri. Quos videns vir ecclesiasticus incorrigibiles, subtrahit correctionem, ne videatur sanctum dare carnibus.

Hieronym. Deut. 16. d.

† cibum electum.

† ædificastis & non habitastis

c *In tempore illo.* Cùm videbit nihil prodesse suam correctionem iam imminente captiuitate à qua liberari non poterunt. E

d *Quærite bonum.* Deum qui est pastor bonus, & non idolum vel diabolum: Vel bonum, id est, rectum iudicium iudicate, & non mendacium vel oppressionem.

e *Odite malum.* Odit malum, qui non solum voluptate nō vincitur, sed odit opera voluptatis. Diligit bonum, qui non inuitus & metu legum quod bonum est operatur, sed dilectione ipsius boni. Vnde: *Hilarem da. di. Deus.*

✠ THEODORETVS. Verbis inquit, facta respondeant, & qui profitemini vos amare bona & honesta, à vitiis sitis abhorrentes, re ipsa veritatem verborum ostendite. Hoc dum fiet ab omnipotente Deo vitam assequemini: sin hæc non feceritis, plateæ, & viæ lamentis & gemitibus personabunt: vt etiam agricolæ, agrorum cultu abiecto, lamentis & plangoribus sint postituri operas suas. Hæc autem præsente me pœnarum & suppliciorm auctore efficientur. F

☞ ALLEGOR.

a ¶ Aliquem prophetam missum à Deo ad eorum correctionem. b ¶ Qui non odio sed sicut Deus præcepit ex dilectione corripit.

a corripientem, & loquentem perfectè abominati sunt: Idcir- 1 2

a ¶ Propter prædicta. b ¶ Et etiam. c ¶ Non habentem necessaria victui. d ¶ Siquid habeat quod vobis placeret. 3

cò pro eò quòd diripiebatis pauperem & † prædam electam 4

a ¶ Ad vestros vsus. b ¶ Vbi securi maneatis. c ¶ Expoliato paupere marmore vestitis parietem. 5

tollebatis, ab eo † domos quadro lapide † ædificabitis, & 6

a ¶ Quia de rapina pauperum ædificatis. ¶ Repentina captiuitate vel morte ablati. ¶ Etiam. b ¶ Delectationi potuum prouidentes. 7

non habitabitis in eis. † Vineas amantissimas plantabitis, & †

a ¶ Ideo habitabitis non bibetis. b ¶ Quem nihil latet. 8

non bibetis vinum earum quia cognoui multa scelera ve-

a ¶ Non solum multa, sed etiam fortia ad prouocandam iram Dei. b ¶ Quia. ¶ O principes x. tribuum, vos estis ho. c ¶ Hominis vel iustitiæ. d ¶ A potente vt pauperem in iudicio condamnetis. ¶ Dextera eorum re. est mune. 9

b stra, & fortia peccata vestra. Hostes iusti accipientes munus, † 10

a ¶ Iudicio. b ¶ Intelligens multas impietas in ea quæ vocatur domus Dei.

c & † pauperes, deprimentes in porta. Ideo prudens in tēpore 11 12

a ¶ Quia nullus est qui velit audire rectè iudicantem.

d illo tacebit, quia tempus malum est. Quærite bonum & non †

a ¶ Id est, mundum, qui in maligno positus est. b ¶ Sic. ¶ Qui saluare potest. 13

malum, vt viuatis et erit dominus Deus exercituum vobis- 14 15

a ¶ Sicut soletis iactare Deum vobiscum esse per hoc quòd estis de genere Abrahæ, sed si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, Id est, odi. ma. b ¶ Non sufficit semel monuisse. 16

e cum, sicut dixistis: Odite malum & diligite bonum: & con- 17

a ¶ Post hæc. b ¶ Q. si hæc fecerit is forte mi. 18

stituite in porta iudicium si forte misereatur dominus Deus 19 20

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et loquentem perfectè. *Id est, sanos doctores & prophetas.*

✠ 2 Abominati sunt. *Eorum doctrinam refutando.*

3 Idcirco. *Hic consequenter subditur punitio, cum dicitur*: Pro eò quòd diripiebatis pau. *Et subditur modus direptionis.*

4 Et prædam electam. *Id est, illud quod erat melius & nobis placentius.*

5 Tollebatis. *Ideò in pœnam huius & aliorum peccatorum prædictorum.*

6 Domos quadro lapide ædificabitis. *Id est, sumptuosè.*

7 Et non habitabitis in eis. *Quia in captiuitatem ducemini.*

8 Quia cognoui multa scelera vestra. *Ad puniendum.*

9 Et fortia. *Id est grauia.*

10 Hostes iusti. *Id est, iusticiæ, ita quòd iustum est hic neutri generis.*

11 Accipientes munus. *Pro subuersione iusticiæ.*

12 Ideo prudens in tempore illo tacebit. *Cessans à correctione vestra, videns quòd non esset ad vestram emendationem, sed magis ad peccatorum vestrorum aggrauationem, ideò sequitur.*

13 Quia tempus malum est. *Non propter se, sed propter maliciam gentis: Et propter hoc ante tempus illud propheta monet eos de correctione, dicens.*

14 Querite bonum. *Per emendationem vitæ.*

15 Vt viuatis. *Corporaliter & spiritualiter.*

16 Et erit dominus, &c. *Per gratiam suam vos protegendo.*

17 Sicut dixi. *Id est, desiderastis: Sed quia hoc desiderium non impletur nisi mala vita corrigatur, ideò subditur.*

18 Odite malum. *Duæ enim sunt partes iustitiæ scilicet declinare à malo, & facere bonum.*

19 Et constitute &c. *Id est, iudices in portis ciuitatum & villarum sicut, præcipitur Deut. 16. ad hoc vt quilibet tam peregrinus quàm ciuis possit statim iudices inuenire.*

20 Si forte misereatur dominus. *Non dicitur hic forte propter aliquam mutabilitatem quæ sit in Deo, sed in libero arbitrio hominis*

✠ Reliqu.

MORALITER.

✠ 1 *Et loquentem perfectè.* Sed quia in istis sunt aliqui potentiores & astutiores aliis domos & hæreditates aliorum iniquè subtrahentes: de quibus subditur.

3 *Idcirco, &c.* Et subditur pœna.

6 *Domos quadro lapide ædificabitis.* Cum sumptibus magnis.

7 *Et non habitabitis in eis.* Quia scriptum est Isa. 33. a. *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Aliter potest exponi de doctore vano qui ædificat ecclesiam, & non habitat in ea per gratiam. Eodem modo exponatur quod subditur.

† *Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum.* Et subditur causa.

8 *Quia cognoui multa scelera vestra.* Id est, peccata contra Deum.

9 *Et fortia.* Id est, grauia.

† *Peccata vestra.* Contra proximum.

10 *Hostes iusti.* Id est, iusticiæ: quia ponitur hic iustum neutraliter.

12 *Ideo prudens.* Prudentia mundana qualis est iudex malus & aduocatus falsus.

† *In tempore illo.* Scilicet, iudicij ideò præmonet eos ad bonum, dicens.

14 *Quærite.* Et sequitur causa cum dicitur.

17 *Si forte misereatur dominus Deus.* Id est, pœnitentibus qui sunt reliquiæ Christi per Ioseph signati, Et quia verè pœnitentes sunt peccata lugentes sequitur.

✠ In omni

A ☞ ALLEGOR. Præcepit Deus hæreticis, vt relicto errore redeant ad ecclesiam, & odientes priora dogmata, diligant veritatem in ecclesia. Et verum iudicium faciant in portis, vel viciorum ea relinquendo, vel virtutum eas sequendo, & sic certi erunt de misericordia.

2. Cor. 9. b.

a *Plateis.* Ciuitatum. 10. tribuum, vel plateis per quas ducentur captiui, vel plateis, id est, fluxibus voluptatum quę per plateas signantur.

Hæretici & Gentiles in figmentis & & fabulis suis habent latas plateas quæ ducunt ad mortem. Quibus consequenter infertur.

† vitiis

b *Et in cunctis quæ foris sunt dicetur, væ.*

B Qui enim sunt in ecclesia non audient væ æternę damnationis: sed si peccauerint, super eos sumetur lamentum. Habent etiam hæretici agricolas, in quorum aruis spinæ nascuntur, qui vocantur ad planctum: quia noluerunt plangere sua vel aliorum peccata.

Aliter. Vir ecclesiasticus potens prouocare ad pœnitentiam, plangit pietatis affectu super eos qui nō egerunt pœnitentiam.

Roma. 12. c. c *Væ desiderantibus.* Ne iste propheta duas tribus ex toto neglexisse videretur, dirigit nunc prophetiam ad ipsas. Prophetatum siquidem erat ipsas captiuandas, & post. 70. annos reuersuras, & maiorem fœlicitatem habituras, vnde: solebant optare vt veniret captiuitas: qua peracta veniret & fœlicitas: Contra hoc obuiat propheta, dicens, illam prosperitatem non statim reuersis dandam, sed ipsos postea multa passuros, vel à Nabuchodonosor leone, vel ab Assuero quasi vrso, vel ab Antiocho Epiphane, qui quasi coluber in Iudæa illos mordebit, prophecia autem de illa prosperitate tempore Christi erat adimplenda. D

Væ desiderantibus, Hieronm. y

✠ THEODORETVS. Cum quidam essent in temeritate innutriti, in pertinacia obfirmati, qui freme būdi prophetare vaticinationibus repugnarent, diuina oracula falsa vocitantes, prædictionum absolutionem perfectionémque expostulātes eos dominus lamentis & et ibus dignos appellat, qui nimirum tenebras pro luce desiderēt videre. Qui autē prophetiæ finem videre expectunt, nihil differūt ab homine, qui cùm leonem impetentem effugisset, mox in vrsum incurrit, cumque inde metu plenus domum occupasset, incōsideratusque ex animi perturbatione ad parietem manum firmasset, ab acerbissimo colubro morsus sit. Nam quemadmodum ille tenebras, & non lucis splendorem in illa die videt, sic isti altissimis tenebris in illa die vltionis tradentur. E

☞ Allegoricè

a ¶ Vt decem tribus captiuitatem euadant. b ¶ Sæpe monui de bono, sed quia noluistis facere mea præcepta, ideo affligemini.

exercituum reliquiis Ioseph. Propterea hæc dicit dominus 1

¶ Erit. 2

a Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus 3

a ¶ Villulis vel castellis, quæ sunt extra ciuitatem dicetur, id est, in propria terra manentibus vel in captiuitatem euntibus: vel in corpore & anima, vel in præsenti & in futuro. b ¶ Cum venerint Assyrij. c ¶ More prouinciæ loquitur, vt qui sciunt præcinere ad concitandas lachrymas alios incitent ad planctum, vt simul defleant suam miseriam, vt in omnibus locis vbi prius lætitiā, sit origo lachrymarum. 4

b et in cunctis quæ foris sunt dicetur, væ væ. Et vocabunt 5 6

agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plange- 7

a ¶ Multas habent vias, non illam vnam quæ ducit ad vitam. b ¶ Hæc omnia fient, quia. 8

c ¶ Indignatus vobiscum remanere, puniam vos. 9

re. Et in omnibus † viis erit planctus, quia pertransibo in 10

a ¶ Duabus tribubus. ¶ Captiuitatis. 11

c medio tui, dicit dominus. Væ desiderantibus diem domi- 12

¶ Desideratis venire? ¶ Tribulatio. 13

ni. Ad quid eam vobis? Dies domini ista tenebræ, & non 14

¶ Ita veni et vobis. ¶ Nabuchodonosor. a ¶ Assuerus, qui omnes Iudæos, sicut in Ester legitur, in vno die præcepit interfici in Susis. 15 16

lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei ursus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ † † † 17

a ¶ Captiuitatis vel iudicij.

dies domini, & non lux & caligo, & non splendor in ea?

NICOLAVS DE LYRA.

✠ C 1 Reliquiis Ioseph. *Id est, regno Ioseph: Quod dicitur hic reliquiæ propter eius diminutionem, vt prædictum est* Dicitur *etiam hic regnum. 10. tribuum: regnum Ioseph, eò quòd Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim filij Ioseph.*

2 Propterea hæc dicit dominus, &c. *Hæc sententia non refertur ad literam immediatè præcedentem, sed illud quod dicitur suprà. Hostes iusti accipientes munus & pau. &c. ex quo concluditur hic.* Propterea. *Et subditur.*

3 In omnibus plateis. *Scilicet ciuitatum.*

4 Planctus. *Morientium.*

5 Et in cunctis &c. *Id est, in villis & oppidis in campestri terra situatis.*

6 Dicetur væ. *propter multitudinem miseriæ.*

7 Et vocabunt &c. *In villis & oppidis, in quibus non sunt habentes artem plangendi.*

8 Et ad plan. *In ciuitatibus.*

9 Eos qui sciunt plan. *Id est, Canere carmen lugubre: Tales enim solent in ciuitatibus manere:*

10 Et in omnibus viis. *Id est, campestribus locis.*

11 Erit plan. *cuius causa subditur:*

12 Quia pertransibo &c. *Faciens executionē iusticiæ meæ Assyrios.*

13 Væ desiderantebus *Hanc literam exponunt aliqui de regno duarum tribuum, de quo porphetauerat Iere. & alij prophetæ quòd populus iturus esset in captiuitatem Babylonicam: & inde post. 70. annos rediturus & habiturus maiora bona quam antè: quod tamen non erat intelligendum statim post reditum, sed longè post scilicet in aduentu Christi, prout declaraui suprà in pluribus locis, Isa. Iere. & aliorum prophetarum. Multi tamen de populo intelligebant quòd habituri essent talia statim in reditu: propter quod desiderabant accelerationem ipsius captiuitatis propter accelerationem prosperitatis in reditu. Et ad hoc applicant literam sequentem in qua propheta eos increpat de tali desiderio, vt dicunt isti: Sed istud non videtur conuenienter dictum, quia non solùm reges, scilicet, Ioakim & Sedechias, sed etiam principes & sacerdotes & pseudoprophetæ & communis populus persequebantur Ieremiam ad mortē, eò quòd ipse denunciabat illius captiuitatis accelerationem: ex quo patet quòd non desiderabant eam sed magis abhorrebant: propter quod sicut dictum est suprà, hic propheta arguit illusores. Multi enim in populo reputabant dicta prophetarum friuola de diuina punitione futura: & sic deridendo dicebant. Iere: 17. b.* Vbi est verbum domini? Veniat. *Sicut fuit ibidem expositum. ita dicitur hic*: Væ desiderantibus, &c. *Et diuiditur in duas partes: quia primò prædicitur supplicium secundò aufertur remedium, ibi:* Odi. *Circa primum dicitur*: Væ desiderantibus diem do. *Diem diuinæ vltionis denunciatam à prophetis, de qua ironicè dicebant*: Veniat dies illa: *Loquendo per modum optatiuum.* F Diuisio

14 Ad quid eam vo. *Id est, qualis est vobis futura dies illa? Et respondet.*

15 Dies do. ista tene. *Id est, erit vobis tribulationis plena: quod per tenebram metaphoricè designatur, ideo subditur.*

16 Quomodo. *Id est, tunc vobis occurrent tot pericula, quòd si aliquis euadat vnum, incidet in aliud, ideo concluditur.*

17 Nunquid. *Quasi dicat, Sic & exponatur vt suprà.*

✠ Odi.

MORALITER.

✠ 3 *In omni.* Quantum ad ciues.

5 *Et in &c.* Quantum ad campestres.

7 *Et voca.* Religiosos laborantes circa agrum domini, vt adiuuent eos suis orationibus ad deletionem suorum peccatorum.

9 *Eos qui sciunt plangere.* Id est, pauperes qui communiter sunt in dando eis eleemosynas, secundum illud Dan. 4. f. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordiis pauperū* Cordis compunctionem dādo tibi.

12 *Qui pertran. in me. &c.* Cordis compunctionem dādo tibi.

13 *Væ desiderantibus diem.* Hoc mysticè potest exponi de primo aduentu Christi qui dicitur dies. Ro. 13. d. *Nox præcessit. dies autem ap.* Hunc autem diem Iudæi desiderauerunt, & tamen in eius aduentu maiores per inuidiā & minores per maiorū deceptionem vt in pluribus excęcati fuerunt. Et sic dies domini propter eorum maliciam fuit eis ad damnationem & etiam ad destructionem temporalem, ideò subditur.

16 *Quomodo.* Iudæi numquam rebellauerunt Romanis tempore Neronis, qui propter crudelitatem dicitur leo.

† *Et occur.* Per quem significatur Vespasianus, qui propter dictam rebellionem venit contra Iudæam.

† *Et inni.* Scilicet, templi, ad quod vltimò fugerunt Iudæi.

† *Et mor.* Per quem significatur Titus, qui capto templo iussit sacerdotes occidi.

Allegor. Multi superbi vt iusti videantur, dicunt se desiderare diem iudicij, † vel suæ mortis, vt incipiant esse cum Christo. Sed illis dicit esse væ, quia nullus sine peccato & in hoc quòd sibi non timent, digni sunt supplicio, quòd si verè iusti essent, non deberent desiderare iudicium: in quo peccata reproborum grauiter punientur. Pro illis ergo deberent esse solliciti. Sed isti sunt similes homini qui positus in aliqua angustia, totam patriam suam vult subrui, vt ipse solus possit liberari, non compatiens aliorum calamitati. Hic talis traditur leoni, id est, diabolo, vrso, id est, ministris diaboli, id est, propriæ conscientiæ accusanti, de hoc quod in virtute suo confisus fuerit. Vel per leonem, vrsum, colubrum, possunt intelligi diuersa genera tormentorum quibus hic superbus & immisericors punietur in futuro.

† 24.q.6.c. odi
† Mala. d.
† multitudinem
† Act.7.c.

Cum reuersi fueritis & securi cœperitis Dario præcipiente templum ædificare, vt lassas manus super parietes reclinetis, tũc veniet Alexander Macedo, vel Antiochus Epiphanes, qui non in Babylone vel in Susis, sed in templo commorans & intra terminos sanctæ terræ, vos sicut coluber mordeat. Vbi ergo putabant remedium, ibi inuenient maius supplicium.

Tenebræ & caligo contraria sunt luci & splendori, ita mœror & tristicia lætitiæ & fœlicitati, quæ contigerũt euntibus in captiuitatem, vel contingent hæreticis in die iudicij.

Hieronym. Hæc omnia congruunt hæreticis. Qui fugiunt leonem, & incurrunt in vrsum, & ingressi domum quam putant ecclesiam Dei, innituntur parietibus quos ipsi fecerunt, & à serpente mordentur, quorum diem tenebræ eripiunt. Horum sacrificia Deus odit, & quoties congregant in nomine Domini, à fœtore eorum Deus nares auertit & si offerunt holocausta ieiunij, & multorum talium, Deus non aspicit.

a *Odi, &c.* Propriè hoc contra Iudam & illos qui de Israel ceremonias Deo obseruabant dicitur, qui manu Deo, sed corde dæmoniis offerebant, & ideò potiùs in fœtorem quam in suauitatem versus est odor sacrificij eorum. Non autem hic agit de oblationibus vitulorum, quas offerebant in Dan & Bethel sed de his quæ in templo offerebantur.

Moraliter. Quocunque tempore, non redimuntur peccata eleemosynis, factis de rapinis.

✠ Tertullianus. Cessare à sacrificiis sicut & circuncisione oportebat ex decretis creatoris: qui & per Esaiam Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustinebo ieiunium, & ferias, & ceremonias vestras odit anima mea. Et per Amos, odi & reieci ceremonias vestras, & non adorabor in frequentiis vestris.

✠ Rupertus. Odisse & proiicere, & non odorari, humana dicitur similitudine, vt nos effectum Dei nostris sermonibus cognoscamus.

†pacificum i. sacrificia pacificorũ.
† voluet se

a ¶ Paschæ, Pentecostes, & huiusmodi b ¶ Manifestè hæc dicuntur Iudæis, qui destructo templo credunt se offerre Deo, sed Deus proiicit nec curat cœtus eorum qui dicunt: Crucifige.

a †Odi & proieci festiuitates vestras, & nõn capiam odorem 1
cœtuum vestrorum. † Quòd si obtuleritis mihi holocausto-
a ¶ Non mea: quia etsi mihi manibus, dæmonibus tamen corde offertis. b ¶ Ad ruinam.
mata, & munera vestra non suscipiam: & † vota pinguium
a ¶ Lyra & organo & aliis huiusmodi solebat vti populus ille in figura futurorum.
b vestrorum nõ respiciã. Aufer à me † tumultũ carminum tuo- 2
c rũ, & cantica lyræ tuæ non audiam †. Et † reuelabitur quasi 3
¶ Oculis omnium. a ¶ Vindicta. b ¶ Subaudi, cuncta rapiet. 4
aqua iudiciũ, & iusticia quasi torrens fortis. Nũquid hostias 5 6
& sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis †

✠ Theodoretus. Non odorabor, posuit loco, non suscipiam. Eodem modo de Noe beatus Moses inquit. Odoratus est, Dominus odorem suauitatis, hoc est, approbauit eorum qui obtulerant sacrificia institutum, & voluntatem. Non his autem eget Deus; ac ne pro salute quidem sua victimas offerentibus, meam inquit, præsentiam præstabo. Desine igitur cantare cantica cessa vti musicis instrumentis: his enim non delector, & si principio hæc fieri iussi, rebus nimirum delectabilibus & ludicris ad seria te conducere studens.

✠ Iustinus. Martyr. Quòd propter peccata & idololatrias populi vestri, non quòd his oblationibus egeret Dominus, mandarit vobis sacrificia offerre, audite quid dicat per Amos vnum è duodecim, clamans: Odi & proieci festa vestra & non olfaciam nidorem celebritatum vestrarum &c.

b *Aufer.* Tumultus sonus confusus, qualis in foro solet audiri Cantica autem quæ Dauid composuit & quibus ad laudandum Deum Leuitæ solebant vti despectiuè, tumultum vocat, quia eadem idolis offerre consueuerant. Iudæorum etiam traditio, & Psalmi quos in synagogis canunt, & hæreticorum composita laudatio, confusus sonus reputatur à domino. *Quia non est speciosa laus in ore peccatoris*

Hieronym. Isa.1.a.
Eccle.25.b.

c *Et re.* Quia sacrificia quæ mihi debebantur, idolis obtulistis iudicium meum & iustitiam meam omnibus manifestabo, cùm vobis in captiuitatem ductis, terra à suis habitatoribus nuda relinquetur: sicut aqua defluens, vbi inuenit pronum locum transit, & nuda relinquit loca quæ priùs operiebat. Quæ aqua etiam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Odi & proieci festiuitates. *Hic consequenter aufertur remedium, quod posset esse per diuinam placationem, quod tollitur cum dicitur in persona* Dei. Odi & proieci, *patet litera vsque ibi.*
2 Aufer. *Id est, si offeras mihi laudes vocibus humanis, seu musicis instrumentis, non acceptabo:* quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Eccles.25.b.
3 Et reue *Id est, valdè manifestè.*
4 Indicium. *Id est, executio iusticiæ meæ.*
5 Quasi torrens. *Qui suo impetu rapit ea quæ inuenit, quasi dicat, ita rapiemini in captiuitatem.*
6 Nunquid. *Istud refertur ad tempus in quo filij Israel fuerunt in deserto: Et dicunt aliqui expositores nostri, quòd à conflatione vituli Exod.32. non obtulerunt sacrificia & oblationes domino, sed idolis quæ portabant in itinere, sed hoc non videtur verum, quia pro adoratione vituli populus fuit grauiter punitus, vt habetur ibidem: & similiter pro peccato idololatriæ & Phegor, Num.25. & ideo non est verisimile, quòd si tandiu exhibuissent idololatriam idolis quæ secum portassent, quin populus fuisset multoties de hoc punitus: & quin de hoc esset expressa mentio in libris Moysi. Et ideò istud dicitur ad ostendendum, quòd sacrificia non sunt* Deo *accepta, nisi adsit bona vita: & hoc per oppositum, scilicet, quia sacrificia ista fuerunt omissa longo tempore cum populus Israel esset in deserto, & tamen dominus quasi benignus & placatus illi populo contulit multa beneficia, præbendo Manna continuè, & ducatum ignis & nubis de nocte & die, & multa alia beneficia. De dicta verò omissione sacrificiorum dicit* Rabbi Sa. *super illud* Numer. *9. d.* Fecerunt filij Israel Phase tempore suo, *quòd toto tempore quo fuit populus in deserto non fecit nisi illud Phase tantùm: & tamen erat principalis solennitas anni, & in qua debebant offerri sacrificia solennia, & si illud fuit omissum multò fortiùs alia minus principalia. Fuit enim super hoc cùm populo dispensatum propter incertum nubis motum, sicut & de omissione circuncisionis. Ista tamen omissio sacrificiorum non est sic intelligenda generaliter, quòd illo tempore fuerint nulla sacrificia oblata: quia in dedicatione tabernaculi obtulerunt principes plura animalia in sacrificium domino, Num.7. Et idem contigit ex aliquibus aliis causis specialibus: & secundum hoc dicitur.* Nunquid hostias & sacrificium obtulistis, *quasi dicat, pauca obtulistis: & ideò noc computantur, secundùm illud quod dicitur 2. Physicorum, Quod modicum est, quasi nihil reputatur.*

Et portastis.

MORALITER.

1 *Odi, &c.* Nam à tempore mortis Christi legalia fuerunt mortua.
2 *Aufer.* Id est, crimina Leuitarum, quæ cessauerunt templo combusto.
3 *Et reuelabitur quasi aqua.* Id est, punitio iusta abundans & magna quia tunc & Iudæi partim fuerunt occisi & partim captiuati.
6 *Nunquid hostias.* Id est, in templo propter mortem Christi prophanato. quasi dicat, Non.
† *Quadraginta annis domus Israel.* Tot enim anni à passione Christi fluxerunt vsque ad destructionem templi: & cum hoc duo anni non comparantur, propter paucitatem vltrà numerum perfectum,

Et portastis.

etiam torrens dicitur, quia nullus ei resistere potest. Ex quo tempore factum est caput vituli in deserto, omnia quæ fecerunt vel obtulerunt filij Israel, idolis & non Deo fecisse mõstrãtur. Quod si etiam leguntur postea Deo aliqua obtulisse, non voluntate, sed metu pœnarum offerebãt, & ideo Deo non placebant. Et non solùm in deserto, sed etiam in terra promissionis, vbicunque occasio fuit, corde reuersi sunt in Aegyptum *Moloch.* idolum est Ammonitarum, & interpretatur rex, & significat luciferum quem adhuc colunt Saraceni.

† Sicchuth regem vestrum
† placentã.

¶ Non, sed potiùs por. a ¶ Quæ mihi facta erant à Moyse. b ¶ Ad honorem. c ¶ Alias Deo
domus Israel? Et portastis † tabernacula Moloch regi vestro, 1
a ¶ Subaudi portastis. vnam hæresim. b ¶ Non enim tantum vnum idolum colebant, nec hæretici c ¶ Id est, imaginem sideris, scilicet, Luciferi tulistis. 2
& † imaginem idolorum vestrorum sidus Dei vestri Rempha †
a ¶ Non enim à Deo accepistis, sed vestra mente finxistis.
figuras quas fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos faciam 3
a ¶ In Assyrios & vltrà montes Medorum & Persarum.
trans Damascum, dicit dominus Deus exercituum nomen eius.

Mystice. Tabernacula portat Moloch, qui se facit habitationem dæmonis, cum deberet esse templum Dei: & sub nomine Christi falsa dogmata confingit. Et sydus eius colit qui se transformat in angelum lucis.

Hieronym.
Remigius.
† Rẽpha figuras quas adorare eas.

Mystice. Damascus. Sanguinem bibens, vel sanguis cilicij: vt per pœnitentiam ad bibendum sanguinem domini prouocemur. Feruntur autem hæretici trans Damascum, vt non sanguinem Christi bibant, sed aureo calice de manu Babylonis inebrientur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et por. *Secundum quod dicit Ra.Sa. & secundum ea quæ prædicta sunt de statu populi in deserto, istud non refertur ad literam, immediatè præcedentem, sed ad illud quod suprà dictum est, Dies domini tenebræ & non lux, id est, dies punitionis vestræ erit plena tribulatione cui coniungitur:* Et por. *Id est, portabitis loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*
2 Taber. *Dicit enim Ra.Sa. quòd Assyrij ducentes 10. tribus in captiuitatem posuerunt idola quæ coluerant super humeros eorum in itinere, vt sic appareret quòd Dij quos colebant non potuerant eos saluare contra Assyrios, & huic expositioni consonat litera sequens.*
3 Et migra. *Id est, vltrà regnum Syriæ mittendo eos in captiuitatem in terram valdè longinquam.*

MORALITER.

1 *Et porta.* Quæ interpretatur rex, ideò per hoc significatur tributum, quod reddebant Cæsari, de quo dixerunt Ioh.19.c. *Non habemus regem, nisi Cæsarem.*
† *Sidus Dei ve. &c.* Quod potest exponi de quodam falso Messia quem receperunt post destructionem templi, de quo exponebant illud Num.24.c. *Orietur stella ex Iacob, &c.*
3 *Et migra.* Quæ interpretatur potus sanguinis, quia post eorum occisionem per Romanos reliqui fuerunt venditi, & ad diuersas orbis partes deducti.

Cap. VI.

Hieronym. a *VAE vobis, &c.* Hęc ad duas & decem tribus referuntur, maximè autem ad optimates de vtroque populo.

† quieti

Mystice. Hæreticis indicitur væ, qui vidẽtur sibi opulenti, cum ecclesiam Dei dicant esse pauperem & abiectam, & superbiunt quasi sint custodes mandatorum Dei. Illis etiam præcipitur, vt considerent philosophias diuersarum Gentium, & inuenient esse angustiores terminis sacræ scripturæ, quæ totum mundum impleuit. Supponit autem à quibus malis iubeat transire. Scilicet. Qui veniẽt ad diem damnationis, malũ patientibus. Qui in hoc mundo gaudetis sublimari per iniquitatem. Qui improuidi vestræ salutis torpetis in immundiciis carnalibus. Qui comeditis non solidum cibum ad roborandas vires, sed mollem & tenerum, qualis est agnus vel vitulus solo lacte saginatus. Qui etiam vt omnia voluptati vestræ seruiant: concrepatis manibus ad vocem organi non ad laudem Dei, sicut fecit Dauid. Qui de phialis diuinę scripturę potatis vinũ erroris. Qui etiã expertes diuinæ sciẽtiæ vẽdicatis vobis sacerdotij dignitatem, dicentes vos esse vnctos Dei. Isti etiam nullo cruciatu afficiuntur pro interfectione eorum quos deceperunt.

CAPVT VI.

a ¶ Qui vacatis diuitiis. b ¶ Duabus tribubus.
a VÆ vobis qui † opulenti estis in Sion, & con- 1 2
a ¶ Fortitudine populi decem tribuum. b ¶ Qui estis.
¶ Id est, principes in populo. 3
fiditis in mõnte Samariæ, † optimates 4
a ¶ Tumorem animi corpore ostendentes, vt honorificemini ab hominibus.
capita populorum, ingredientes pompâticè 5

✠ Augustinus. Dicẽdũ mihi aliquid esse video de eloquentia prophetarum, vbi per tropologiã multa obteguntur quæ quantomagis translatis verbis videntur operiri tantomagis cùm fuerunt aperta dulcescunt. Et ex illius prophetæ libro potissimùm hoc faciam qui armentarium se fuisse dicit. Cùm argueret impios, superbos, luxuriosos, rusticus propheta exclamauit: *Væ qui opulẽti estis in Siõ,* Nũquid isti q prophetas nostros tanquam ineruditos, velut docti disertique contemnunt, si aliquid tale, in tales dicendum fuisset, aliter voluisset dicere? Quid enim est, quod isto eloquio aures sobriæ plus desiderent? Primò ipsa inuectio quasi sopitis auribus vt euigilarent, quo fremitu illisa est? Deinde vt beneficiis Dei qui eis ampla spatia regni dedit, ostenderet ingratos, quoniam confidebant in montem Samariæ, vbi idola colebantur, *Transite,* inquit *in Calamne, &c.* Et cùm ista dicuntur, locorum nominibus tanquam luminibus

† nominati à principio Gẽtium, & venerũt ad eos domus Israel
lib.4. de doctr. Christiana. c. 7.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VI.

Diuisio. VAe vobis. *In hoc autem c. arguit populum de superbia & carnalitate: Et diuiditur in duas partes: quia primò exprimitur culpa, secundò subditur pœna, ibi:* quapropter. *Et in hoc cap. loquitur propheta contra regnum Israel, & contra regnum Iuda. Dicit igitur.*
1 Væ vobis. *Diuitiis malè acquisitis.*
2 In Sion. *Id est, in regno Iuda sic nominato, eò quòd Ierusalem ibi erat metropolis, in qua erat templum & domus regia in monte Sion.*
3 Et confiditis. *Id est, in potentia regni Israel, cuius metropolis erat Samaria in monte sita, vt habetur* 3. *Regum 16.*
4 Optimates. *Id est, principales in populo.*
5 Ingredientes. *Id est, cùm superbia magna ostentantes vos in populo.*

Transite

MORALITER.

1 *Væ vobis.* Hic ad literam arguitur malicia maiorum regni Iudæ & Israel, & specialiter sacerdotum. Vnde &c. sequenti exprimitur Amasias sacerdos qui multis plagis afflixit Amos prophetam, cuius filius Osias ipsum per tempora vecte transfixit, vt dicit Hieronymus in prologo huius prophetæ. Mysticè verò per hoc significatur malicia prælatorum ecclesiæ malorum & aliorum eisdem in malis ministrantium, cùm dicitur: *Væ vobis.* de rapina.
2 *In Sion.* Id est: ecclesia.
3 *Et confi.* Id est, in regia potestate, eò quòd in Samaria erat palatium regale, vt dicitur 3. Reg.21. Aliqui namque prælati negociis regalibus se ingerunt, & gregem suum derelinquũt, vt liberiùs possint mala agere confidentes de regia potestate.
5 *Ingredientes.* Vt patet in familiis, equis, & excessibus aliis.

Transite.

A nibus ornatur eloquium, quæ sunt Sion, Samariæ Calamne Emath magna &c. Deinde verba decentissimè variantur, O pulēti estis, confiditis, transite, ite, descendite consequenter denunciatur futura sub iniquo rege captiuitas &c.

✠ THEODORETVS. Miseri inquit, & ter infelices, qui Samariæ confidentes, Sion contemnunt: & non animaduerterunt quemadmodum Deus Sion non piè obseruatus in terram promissionis primis habitatoribus funditus perditis, eos induxit, sin hæc non ita habere opinamini: *Domus Israel trāsite, &c.* Si proficiscamini in supradictas vrbes, quæ sunt maximæ, & modo commemoratorū regnorum præstantissimæ, planè cognoscetis non esse minorem terram quam colitis, ea quam illi tenent.

† quoque
† lōginquū Putant
† extēditis vos.
B
† vitulum
† scientiam instrumentorum
† non condolebant

a *Transite, &c.* Lxx. domus Israel transi, & vide & perge ad muros plurimos, & descende ad torcular eorum, qui cadunt bibentes.

Hieronym. Emath quæ & Antiochi

b *In Emath.* Quæ est ciuitas Syriæ, & dicitur Antiochia magna, hoc dicit ad differentiam alterius Emath, quæ alio nomine dicitur Epiphania. In Emath interfecit Nabuchodonosor filios Sedechiæ & ipsum cæcauit.

c *Qui dor.* Tantis abundant diuitiis, vt etiam in lectis eburneis vel aureis suam explerent libidinem.

l. 4 adu. Marc. c. 15.

✠ TERTVLLIANVS. Idipsum verbum, Væ, olim per Amos in diuites affluentes delitiis destinatur: Væ inquit, qui dormiunt in lectis eburneis &c.

✠ RVPERTVS. Vtramque captiuitatem denunciat, id est, duarum tribuum quarum ciuitas regia erat Sion, & decem, C quarum metropolis erat Samaria. Cùm autem dicit, *Væ qui opulenti estis in Sion &c.* non illam arbitremur solummodo denuntiari captiuitatem qua transmigrauerunt duæ tribus in Babylonem, redituræ post septinginta annos sed multomagis illam qua nunc dispersi sunt in toto mūdo, destructa ciuitate & templo quo stante Sacerdotes impij nimis opulenti erant in Sion,

D in Sion, qui & Christum pauperem crucifixerunt, quia disputabat contta opulentm auaritiam illorum.

✠ THEODORETVS. Increpationibus delitias eorum exagitās, eos sibi lectos sternere eburneos ait, omnibusq; cubandi & edēdi voluptarib. diffluere. Tū hœdos ex grege vetulos ex armēto, vobis apportatis, &c. Cùm inquit sic viueritis: & dissolutorum genus viuēdi elegeritis amplexi atque hæc legitima & perpetua existimaretis, non cogitastis eorum statum fluxum, & parum diu stabilem.

† nunquid sunt regnis istis? nū amplior est terminus eorū termino vestro Iere. 39. b.

d *Qui ca.* Quibus non sufficit luxuria & gulositas, nisi tibiarum & psalterij & lyræ canticis aures mulceatis, vt quę multiplicia Dauid inuenit ad cultum Dei, vos ad voluptates & luxuriam conferatis.

Hieronym. Remig.
† propinquam cogitantes sedem
E

Sicut Dauid habuit vasa, id est, instrumenta musicæ arti, in quibus Deo placuit, sic isti putāt se placere propter solam concrepationem vocum, cum cor eorū lōgè sit à Deo. Dauid vero & sono & maximè corde placebat.

† saginarij
† particularia habent cantica secū dura musiū instrumentum Nebel.

e *Et nihil patieban.* Et cum principes ita affluant diuitiis, non curant si quid de pōpulo decem tribuum perit, sed contemnūt quasi si moriantur bruta animalia.

✠ RVPERTVS. Christus pulcherrimè censetur nomine Ioseph, cuius typum prætulit, in seruum venundatus. & humiliatus in compedibus, ita vt ferrum pertransiret animā eius. Christus dum contritus in cruce penderet, nihil patiebantur super contritione eius. Prætereuntes quoque blasphemabāt eum, mouentes capita sua, & dicentes, *Vah qui destruis templum Dei, &c.* Cùm diceret, *Sitio: spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes,* F *obtulerunt ori eius.* Quis enim non miretur, quàm longè à compassione eius fuerint, qui tali in loco, tanta in angustia, tali in siti, potauerunt eum aceto?

f *Quapropter nunc migrabunt, &c.* ✠ RVPERTVS. Ac si diceret, Mirabilius, imò miserabilius, & maiori cum spectaculo totius orbis migrabant, quàm migrauerunt vnquam homines

☞ alij

a ¶ Qui estis optimates & capita populorum. b ¶ Quæ est ciuitas Persidis
a b domum Israël. Trānsite in Calane & videte: & ite inde Eli- 1 2
a ¶ Qui habitatis in monte Sion & in monte Samariæ. b ¶ Ciuitatem, c ¶ Qui habitant in campestribus.
math magnam, et descendite in Geth Palestinorum, † & ad 3
a ¶ Subaudi, descendite. ¶ Sicut Azoti & Gazæ. b ¶ Considerate si regnum illorum est melius vel latius vestro.
optimā † quæque regna horum, si latior terminus eorum ter- 4
a ¶ Vos inquam de populi Israel. b ¶ A terra vestra. c ¶ Captiuitatis, quæ dura ferentibus mala.
mino vestro est. Qui † separati estis in diem malum, & † ap- 5 6
a ¶ Qui citò estis subdendi imperio Sennacherib, vel Nabuchodonosor, vel Romanorum, sub quibus multa mala estis passuri. Et tamen nunc dor. b ¶ Mollibus & ornatis. ¶ Vt somnum libidini copularetis. 7
c propinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis ebur- 8
a ¶ Non ad sustentandam naturam, sed ad luxuriam, quia quidquid in gregibus optimum vel pingue est, gulæ vestræ deferui-.
neis & † lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de †
a ¶ Saginatos, & mihi languidos & debiles offertis. b ¶ Id est, propter cantilenam putatis vos audiri. †
d grege, & † vitulos de medio † armenti. Qui † canitis ad vo-
cem psalterij. Sicut Dauid putauerunt se habere † vasa can- 9
a ¶ Non ad satiandam sitim, sed ad opprimendum animum. 10
b ¶ Non ad restringendos dolores corporis puro oleo, sed caris vnguentis. 11
tici, bibentes in phialis vinum: & optimo vnguento delibuti 12
a ¶ Quia hoc agunt principes. 13
e f & † nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter 14

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Transite. *Id est, in Babylonia, vt dicit Ra. Sa.*
2 Et ite. *Quæ nunc dicitur Antiochia.*
3 Et descen. *Quæ erat principalis inter quinque ciuitates Philisthinorum.*
4 Si latior. *Quasi dicat, non, immò dedi vobis latiorem & meliorem terram: & hoc est verum si considerentur principia istorum regnorum, quæ fuerunt minora in extensione & bonitate à principio quàm regnum Iudææ datum populo Israel à Deo, sed regnum Babyloniæ & Antiochiæ postea fuerunt magis dilatata in spacio & fortitudine.*
5 Qui sepa. *In Dei præsentia.*
6 In diem ma. *Id est, ad punitionem magnam, eò quod vobis regno dato abusi estis, ideò subditur.*
7 Et ap. *Consequenter arguit eos de carnalitate dicens.*
8 Qui dor. *Notās eos de nimia curiositate & luxuria, & similiter de gula,* Qui comeditis agnum, *&c. & de inepta lætitia, ibi:* Qui canitis.
9 Sicut Da. *Id est, instrumentis musicis vti, quasi dicat, non est ita, eò quòd Dauid in diuinis laudibus vtebatur istis, ipsi autem in lasciuiis & dissolutionibus.*
10 Bibentes. *Cùm excessu & nimietate.*
11 Et optimo vnguento, *Ad odorem suæ carnis procurandum. Et dicunt hic aliqui, quòd vnguentum optimum dicitur illud quo vngebantur vasa diuino cultui applicanda, de quo præcipitur Exod. 30. quòd nullus sub pœna mortis vtatur ipso ad odorem suæ carnis.*
12 Et nihil. *Id est, compatiebantur.*
13 Super contri. *Id est destructione populi Israel per prophetas nunciata reputabant enim verba eorum friuola.*
14 Quapropter. *Hic consequenter subditur debita pœna: Et diuiditur in duas partes: quia primò prædicitur pœna, secundò resumitur culpa, ibi:* Nunquid currere. *Circa primum dicitur:* Quapropter. *Id est, propter prædictas culpas.*

✠ Nunc

MORALITER.

✠ 1 *Transite.* Id est, considerate terras infidelium.
4 *Si la.* Id est, si sunt magis diuites & magis honorati quam vos estis inter Christianos, quasi dicat, non, nam prælati Christianorum & clerici ditiores sunt & magis honorati quam aliarum Gentium, & propter hanc ingratitudinem grauiùs punietur, ideò sequitur.
5 *Qui se.* In Dei præscientia ab electis.
7 *Et ap.* Vestros subditos peruersè iudicando.
8 *Qui dor.* Id est, nimis curiosè & sumptuosè paratis, & ibidem luxuriam exercetis.
† *Qui come.* Nimis carnaliter viuendo.
† *Qui cani. &c.* Per mimos ineptam lætitiam exercendo.
9 *Sicut Dauid.* Quasi dicat, non est ita, quia Dauid vtebatur psalterio ad laudes domini decantandas.
10 *Bibentes.* excessiuè & nimis delicatè.
11 *Et optimo vng.* Ad odorem carnis vestræ.
12 *Et nihil patiebantur.* Id est, populi sui temporaliter & spiritualiter afflicti.
14 *Quapropter.* Hic consequenter ponitur pœna, cum dicitur: *Quapropter nunc*, scilicet, de delectatioue præsenti ad pœnam inferni.

† *Qui* ✠ *Detestor*

☞ A alij siue populi quicunque transmigrauerunt, siue transmigraturi sunt, siquidem multi victi aliis vincētibus, de suis sedibus migrauerunt, & captiui ducti sunt: sed isti ita capti fuêre & sunt omnium transmigrantium, vt nullius vnquam tranmigrationis tale fuerit miraculum.

Hieronym. Quomodo Deus iurare dicitur

a *Iurauit dominus.* Omnis sermo eius pro iuramento debet accipi, & nostro more loquitur, non quod animā habeat sicut nos, sed nomine animæ affectus diuinæ voluntatis ostenditur, Iurauit ergo in sua voluntate.

† Iere. 5. b. inf. 8. b.

Iurauit Dominus. contumelias hæreticorum odisse, quia quidquid dicunt dignum est odio, & quòd destruet ciuitatem & habitatores, id est, populum & magistros. Quod si fuerint aliqui qui videantur dissentire à malicia eorum, per conuersationem & colloquia eorum decepti, moriuntur morte quæ ducit ad tartara: quia ossa id est, fortitudinem istorum sepeliunt vicini, de quibus dicitur: *Sinite mortuos sepelire mor. suos.* Sed illi qui ex toto manet foris, non ingrediens domum mortui, sed magis mortuos eiiciens, & prouocans ad pœnitentiam: imperat ei qui mortuos comminuit vt taceat, quia polluto ore non debet nominare bonum nomen Dei. Vnde dicitur *Peccatori dicit Deus: quare t.e.i.m. &c.*

Luc. 9. g.
Psal. 49. c.

✠ THEODORETVS. Principes, inquit viribus præstantes eos captiuos abducent denique Ephraim potentia capietur: veracissimus enim & fortissimus est qui hunc calculum contra eum tulit. Itemque arrogantiæ & contumeliæ eos condemnauit, & impietatem detestatus est. Tanta idcirco incolarum vrbis C internecio

internecio fiet, vt in aliquibus ædibus omnes habitantes pereant, vicinique propinquiue genere ex aliis ædibus profecti, mortuorum cadauera humanda curent. Deinde inuestigent. Nunquid sit aliud insepultum? Interiùs autem respondentibus, nihil esse: silentio inquit, attoniti exeunt hoc facere inuicem iussi, vt Deo omnipotente hunc calculum ferente.

✠ RVPERTVS. Legat qui vult historiam Iosephi vbi excidium Ierosolymorum describit, & sciet quàm veraciter prædictum fuerit malum, *Tollet eum propinquus, &c* Neque enim modus aut numerus erat intra Hierusalē morientium tempore obsidionis Romanorū nec sufficere poterant viui mortuis offerendis. Cùm autem scire possint, ne dissimulare valeant Iudæi hæc illis accidisse propter sanguinem Iesu Christi, mirum valde est, quod indomabili corde, & tunc dixerunt, & nunc vsque dicunt singuli ad alterum, *Tace, & non recorderis nominis Domini:* id est, eiusdem Iesu Christi quem Deum & dominum esse publica confessione confitentur Christiani.

† appropinquabit luctus extendentium se in lectis
E
† patruus eius & auūculus eius.

b *Ei qui.* Qui remanserint in cubiculo domus, & qui eum vocauit ad comburenda ossa mortuorum.

Hieronym. Remigius

Ille qui extrà corpus cremat antequam ille iuret se non habere quem tradat, imperat vt taceat, & non recordetur nominis domini. Quia apud Israel nomen domini in tantam venerat obliuionem, quòd nec malis pressi, nec tribulationibus compulsi, dignabantur audire iuramentum per nomen domini. F

☞ *Quia*

a ¶ In præsenti non differetur pœna in futuro. b ¶ In principio. ¶ Principes primi captiui ducentur, quia potentes potenter tormenta patiuntur.
nunc migrabunt in capite transmigrantium, & † auferetur 1 2
a ¶ Deinde collectio lasciuientis populi captiuabitur, vt qui vnum consensum habuerunt in voluptatibus, simul puniantur. 3
a factio lasciuientium. † Iurauit dominus Deus in anima sua, 4
a ¶ Abiicio & abominor, vel specialiter v. vel generaliter xij. tribuum superbiam b ¶ Contra Deum & contra Christum.
dicit dominus Deus exercituum. Detestor ego superbiam 5
a ¶ Assyriis vel Romanis. b ¶ Samariam vel Ierusalem vel quascunque ciuitates eiusdem terræ. 6
Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habita- 7
a Si remanserint de captiuitate. 8
toribus suis. Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo vna 9
a ¶ Fame & pestilentia. b ¶ Qui mortuus fuerit. c ¶ Vicinus qui remanserit. 10
& ipsi morientur. Et tollet eum † propinquus suus & combu- 11
a ¶ Ad sepeliendum, quia præ multitudine mortuorum integra corpora non poterunt efferri, nec singulis corporibus singulæ sepulturæ impendi. 12 13
b ¶ Ille qui vocatus est, eo quod iam fuerit lassus portando.
b ret eum, vt efferat ossa de domo, & dicet ei qui in penetrali- 14 15
a ¶ Subaudi, aliquod corpus quod comburam. b ¶ Deintus qui corpora expellebat 16
bus domus est: Nunquid adhuc est penes te? Et respon- 17
¶ Iam non habeo quem tibi tradam. 18
debit: Finis est. Et dicet ei: Tace: & non recorderis nomi- 19

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nunc migrabunt. *Id est, citò migrabunt.*
2 In capite &c. *Id est, optimates, qi sunt capitanei populi erunt in captiuitate primi.*
3 Et auferetur factio, &c. *Id est, adulatio eorum qui nutriebant eos in facinoribus suis.*
4 Iurauit dominus. *Id est, firmiter statuit quòd hæc pœna erit, ideò subditur.*
5 Detestor. *Id est, populi Israel.*
6 Et domos eius odi. *Id est, domum 10. tribuum & domum duarum.*
7 Et tradam eius ciuitatem. *Id est, ciuitates in manibus aduersariorum.*
8 Quod si reliqui. *Euadentes aduersarios per absconsionem sui in locis occultis.*
9 Et ipsi morientur. *Ibi fame vel fumo incendij.*
10 Et tollet. *Id est, quemlibet sic mortuum.*
11 Propinquus suus. *Qui euasit manus Assyriorum.*

12 Et combu.

12 Et combu. *Non potens eum deferre ad locum sepulturæ.*
13 Vt efferat ossa. *Quæ faciliùs possunt portari ad loca sepulturæ quam totum corpus.*
14 Et dicet, &c. *Scilicet, dictus propinquus.*
15 Ei qui in penetralibus domus est. *Quærens mortuos in locis occultis.*
16 Nunquid adhuc est. *Supple aliquis mortuus?*
17 Et respondebit. *Id est, non inuenio plures.*
18 Et dicet ei *Id est, proximo ab eo quærenti.*
19 Tace & non recor. *Qui nobis fecit mala ista: ita quod est verbum hominis impatientis, cōtra dominum secundū expositores nostros: Secundùm verò Hebræos hæc est litera: Et tollet eum propinquus suus de combustione sua, id est, de loco vbi fuerat combustus, vt efferat ossa de combustione remanentia, & sepeliat ea. Et dicet ei, &c. & exponatur vt suprà vsque ibi:* Et dicet ei: *id est, proximo sibi loquenti.* Tace, *id est, non loquaris vltrà de ista inquisitione & sepelitione, & subditur ratio:* Et non ad recordandum no. *Id est, ista mors contingit eis, eò quòd non recordabantur nominis Domini: & ideò non est curandum de eorum sepultura, sic exponunt Hebræi.*

✠ Quia

MORALITER.

✠ 5 *Detestor.* Id est, illorum qui alios volunt calcare, eò quòd Iacob supplantator interpretatur.
6 *Et domos.* Sequaces superbiæ ipsorum.
8 *Quod si reliqui fuerint decem viri &c.* Ad dandum eis locum pœnitendi.
9 *Et ipsi morientur,* In peccatis suis, eò quòd tempore concesso sunt abusi.
10 *Et tollet.* id est, Dæmon sibi suggerens mala die ac nocte tolle eum ad pœnam gehennæ.

12 *Et comburam*

12 *Et comburat.* infernali igne.
13 *Vt effe.* Id est; opera de genere bona quæ dicuntur efferri
14 *Et dicet ei qui in penetralibus domus est.* Id est, dæmoni qui insidiatur viuentibus
1 *Nunquid adhuc est penes te.* Scilicet, aliquis adducendus ad ignem gehennæ.
18 *Et dicet ei.* Scilicet, sic quærenti.
19 *Tace & non recorderis nominis domini.* id est, non dicas aliquid vnde malus homo viuens habeat occasionem pœnitendi, sicut per hoc quod dæmon dixit Cypriano mago, quòd crucifixus erat maior omnium, idem Cyprianus conuersus fuit ad Christum.

✠ Quia

a *Quia ecce.* ✠ RVPERTVS. Maiorem domum decem tribus, A minorem duas tribus dixit. Et hoc in percussione vtriusque notandum, quod maiorem ruinis, minorem scissionibus percutiendam fore dicit. Nam Israel quia maiora peccauerat, feritur ruinis: domus autem Iuda in qua erat templum, quia minus peccauerat, percutitur scissionibus, dū 70. annorum captiuitate retinetur. Deniq; & ipsa ruinis & scissionibus percussa est quia Ierusalē vt rueret, primùm in semetipsa scissionibus & seditionibus grauissimis vt scribit Iosephus, percussa est. Tandem quippe domus Iuda domū Israel peccando superauit, vt docet Ezechiel eidem exprobrans. *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eam sceleribus tuis, &c.*

Ezech. 16. B

Remigius.

Per duas domos significatur ecclesia ad Deum collecta. De Iudæis quasi de domo maiore propter legem & prophetas, & de Gentibus quasi de minore domo: quia erant alienæ à testamento Dei. Hæc ecclesia si non habuerit disciplinam & seruauerit mandata Dei manum percutientis Dei sentit, dum persequutionibus & hæresibus & schismatibus grauatur. Quam manum si volumus effugere, de comparationibus animalium accipiamus exemplum. Petra, Christus vel summi doctores. Equi, dæmones, eum qui in Christo est diabolus non potest attingere, sed colliditur soliditate petræ. D

b *Quoniam.* ✠ RVPERTVS. Ad quid istas similitudines equorum & bubalorum induxerit, exposuit dicendo: qui beramini in nihili, &c. Irridet eos sapentia Dei, qui confidunt in curribus & in equis, sicut confidebat Ephraim, &c.

Quare de equo vel bubalo dixit, manifestat. *Quoniam.* Cum hæc animalia seruent naturam filij Israel naturam suam non seruant, In furorem conuertit iudicium, qui iratus iudicat & hic nullum vel amarum fructum capit de iusticia.

Remigius.

a ¶ Qui tot mala infert nobis. b ¶ Præcipiet ministris Assyrijs & Chaldæis. ¶ Et per eos percutiet dominus quia dabit illis vires percutiendi. 1
c ¶ Decem tribuum quæ plus peccauerunt æterna captiuitate feriuntur. 2

a nis dōmini. Quia ecce dominus mandauit, & percutiet dō- 3
a ¶ Iuda, in qua fuit templum. Scindetur quidem sed post Lxx. an nos relaturi etur 4
mum maiorem ruinis, & dōmum minorem scissionibus. 5
a ¶ In petrosis.
Nunquid currere queunt in pētris equi? aut arari potest in 6
a ¶ Siluestris bos non potest domari vt suscipiat aratrum. ¶ Non. b ¶ Cum equi & bubali non possint mutare suam naturam, vos mutastis naturam Dei, quia suauem ad iracundiam prouocastis. c ¶ Iustè iudicaueram.
b būbalis? Quoniam cōuertistis in amaritudinem iudicium, 7
a ¶ Bonam operationem eius. b ¶ Amaritudinem. 8
& fructū iusticiæ in absinthium, qui lætamini in nihili, qui 9
¶ In vitulis qui nihil sunt: quia idolum nihil est, vel in nullo bono verbo. a ¶ Hæreticus vel quilibet malus in sua fortitudine gloriatur, sed iustus in Deo ventilat inimicos.
c dicitis: Nūnquid non in fortitudine nostra assumpsimus 10
a ¶ Reges quibus ventilaremus inimicos? b ¶ Propter hæc mala. c ¶ Quæ dicentis videntur. d ¶ O domus maior & domus minor.
d nobis cōrnua? Ecce ēgo suscitābo super vos dōmus Israel 11
a ¶ Assyriorum & Chaldæorum.
(dicit dominus Deus exercituum) Gentem, & conteret vos
a ¶ Id est, à principio terræ promissionis vsque ad terminum eius. 12
ab introītu Emath vsque ad torrentem deserti. 13

c *Nunquid non.* Dicebant decem tribus quòd in sua fortitudine elegissent Ieroboam, & filios eius contra Dei voluntatem. E

Hieronym. Remigius.

d *Ecce ego.* Quia mali vsque adeò eriguntur in superbiam, vt ponant in cœlum os suum, Deus suscitat sæuam gentem quæ conterat eos, nec sinat introire Emath vel torrentem. Emath murus vel murata, id est, cœlestis Ierusalem. In hanc non potest introire, vel saluari erectus in superbiam, neque in torrentem de quo dicitur, *Torrente voluptatis tuæ po.e.* Emath. id est, Antiochia est in principio terræ promissionis ex alia parte terminatur torrente deserti, qui decurrit inter Pelusium & Rinocorulam ciuitates. Psal. 35. e.

✠ CAP.

C

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia ecce, &c. *Id est, aduersarijs Iudæorum inspirauit voluntatem veniendi contrà eos.*
2 Et percu. &c. *Per eos.*
3 Domum mā. *Id est, regnum 10. tribuum irreparabiliter.*
4 Et do. *Id est, regnum duarum tribuum.*
5 Scissionibus. *Quæ tamen sunt reparabiles vnde & captiuitas duarum tribuum relaxata fuit per Cyrum. Captiuitas verò decem tribuum adhuc non est relaxata secundum Hebræos.*
6 Nunquid. *Hic propheta resumit populi maliciam, dicens:* Nunquid currere queunt in petris equi? *quasi dicat, non: quia hoc esset contra solitum naturæ cursum, & tamen sic facitis in moralibus, ideò sequitur.*
7 Quoniam conuertistis ad amaritudinem. *Ducentes vitam pauperum ad amaritudinem peruersione iusticiæ, ideò subditur.* F
8 Qui læ. *Id est, in vana gloria mundi.*
9 Qui dicitis. *Vos iactando.*
10 Nunquid non in for. *Id est, potestatem temporalem acquisiuimus nobis propria virtute & industria, quasi dicant: Sic, ideò subditur pœna.*
11 Ecce ego. *Gentem, scilicet, Assyriorum contra regnum Israel, & Chaldæorum contra Iuda.*
12 Et conteret vos ab initio. *Qui est, iuxta terminum Iudææ in parte Aquilonari.*
13 Vsque ad torrentem. *qui est in extremitate australi, & sic comminatur destructionem totius Iudææ.*

✠ CAP.

7 quoniam

MORALITER.

✠ 1 *Quia ecce.* Id est, permisit quod mali permaneant in secibus suis ex eorum demerito, Apoc. 22. c. *Qui in sordibus est sordescat adhuc.*
3 *Et domum maiorem.* Id est: clerum malum permittet ruere de peccato in peccatum.
4 *Et domum minorem scissionibus.* Id est, laicorum communitatem in dissensionem, sicut videmus per guerras eorum adinuicem.
6 *Nunquid currere queunt in petris equi? &c.* quasi dicat, Non, quoniam est contra solitum cursum. Et sic assueti malis, non possunt agere bonum, Iere. 13. c. *Si potest Aethiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.*
7 *Quoniam conuerti. in amaritudinem iudi.* Innocentes iniustè condemnando.
8 *Qui lætam.* Id est, in bonis terrenis. Ierem. 4. f. *Aspexi terram & ecce va. & nihil.*
9 *Qui di. &c.* Attribuentes vobis potestatem à Deo vobis datam, & subditur pœna.
11 *Ecce ego suscip.* Id est, dæmonum ferocitatem, qui nomine Gentis significantur, eò quòd à Gentibus in idolis colebantur.
12 *Et conteret vos.* Totaliter primò per culpam, & post pœnam.

✠ MORAL.

CAP. VII.

Hieronym. Remig. A a HAEc ostendit. Non tantùm euenturapost multa sæcula, sed etiam quod proximis temporibus euenturum est, sermo propheticus prædicit. Solemus enim malis nostri temporis plus terreri quam futuri. Dicit ergo in proximo futurum Sennacherib cum infinita multitudine, & post eum Nabuchodonosor:

Isa. 7. d.

Sicut locustæ si in principio serotini a imbris, id est, verno tempore venerint quando cuncta virent, & omnis ager parturit, cūcta penè consumunt, sic Sennacherib aduenies dū floreret regnum 10. tribuum cuncta vastauit & captiuauit. Et sicut pillos qui remanent à tonsore, nouacula superducta euellit, sic post Sennacherib veniens Nabuchodonosor (qui apud Isaiam nouacula vocatur, & hoc per bruchum signatur) duas tribus quæ ibi reliquæ erant in terra illa captiuauit. Tonsor autem vel tonsura regis dicitur exercitus Chaldæorum, qui nihil virentis herbæ reliquit in terra.

† bruchus

† parce

B

Hieronym. ALLEGOR. Cum post opera iusticiæ aliquis grauia committit inducitur super eum generatio locustarum, veniens manè, quando incipit peccata sua cognoscere. Et quia non agit pœnitentiam, adducitur bruchus, id est, quædam superba & arrogans fortitudo, quæ omnia consumit. Sed sancti pro huiusmodi precantur, dicendo: Domine parce, quia quis medicorum potest istam emorroidem sanare, nisi tu solus? Paruulus est, quia nulla vel pauca vestigia virtutū in eo sunt: Hac prece placatur Deus.

Mare. 5. c. ✠ THEODORETVS. Dum horribile inquit, spectaculum illud vidi, Deum rogaui vt misereretur, atque internecionem restingueret: ac non assensus est meis precibus, propter iniquitatis magnitudinem. Fœtus autem locustarum appellauit Assyriorum bruchum verò Babylonium. C

✠ RVPERTVS. Venturum intelligit exercitum Assyriorum, pro multitudine multitudine simul & vanitate breuis vitæ, locustis comparabilem: nihilominus & pro depopulatione cunctorum nascentium quam facturi erant in morem locustarum. Nam locustæ fictor est Dominus idem qui magnorum conditor est & Deus.

b *Domine.* Nolo me electum esse de numero pastorum, vt nunciem ruinam x. tribuum. Remigius.

c *Paruulus.* Numero Gentium, vel sanctorum, vel fortitudine sæpe ab hostibus deletus.

d *Misertus.* Captiuitatis 10. tribubus vltrà montem Persarum multi de eisdē † quo ascendebat herba serotina & ecce herba serotina ascendebat post tonsiones herbarū quas exremanserunt, duæ ciderat rex etiam tribus post 70. annos cùm pœnitterent relaxatæ sunt. † Pœnituit dominum & infrà

e *Non erit, &c.* ✠ RVPERTVS. Cùm dicit. *Sed ignis non erit,* sensus hic est. Erit quidē vt cæteras ciuitates Iuda † ad iudicium cum igne

CAPVT VII.

a ¶ Non solum prædicta sed etiam hæc quæ dicturus sum.

Hæc ostēdit mihi dominus Deus. Et ecce fi- 1 2
a ¶ Creator Assyriorum, quiper locustas significantur.
ctor locustæ in principio † germinantium 3
a ¶ Subaudi veniebat. b ¶ Vel tonsuram regis, vel tonsorem. 4 5
serotini imbris, & ecce † serōtinus post tōn- 6
a ¶ Bruchus qui venerat post locustam, & oculo mentis intelligerem quid per bruchum signaretur, timens ne tota gens funditus exiret paretur, versus sum ad precer.
sionem gregis. Et factum est cùm consummasset comedere 7
b herbam terræ, dixi: Domine Deus† propicius esto obsecro. 8
a ¶ De captiuitate, nisi tu? b ¶ Lachrymis deprecantis placatus.
c Quis suscitābit Iacob, quia paru ulus est? † Misertus est au- 9
a ¶ Non perdam omne genus Israel, sed reliquias saluabo. b ¶ Etiam quæ dicturu sum. 10
d cum dominus super hoc. Nōn erit, dixit dominus Deus. Hæc 11
a ¶ Immittit Deus ad vindictam Nabuchodonosor. b ¶ Vt succendat ciuitatem & templum.
e ostēdit mihi dominus Deus. Et ecce vocabat † iudiciū ad ignē 12 13

c *Nunquid non.* Diuisio

d *Quis suscitabit.* Superiùs *Amos* denunciauit suam propheriam, hic ex hoc patitur calūniam, secundū quòd dicit Iohannes os aureum. Incurrit odium qui arguit criminosos. Et diuiditur in duas partes, quia primò patitur calumniam, secundò resumit suam prophetiam cap. seq. Prima in duas, quia primò ponitur calumnia specialis occasio, secundò calūnia impositio, ibi: Et misit. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur occasio indirecta, secundò directa, ibi: Hæc ostēdit. *Licet autem tota prophetia Amos fuerit occasio calūniādi ipsum generaliter, tamē propheria in hoc c. posita fuit occasio specialis: Et ponuntur hic primò duæ visiones, quæ fuerunt huius calūniæ occasiones, indirectè tamen. Secunda ponitur ibi:* Hæc ostēdit. *Circa primum sciendum, quod propheta visione imaginaria videbat Deum producentē locustas ad corrosionē terræ nascentiū, tamen ad preces eius non produxit ad effectum, sicut ad præsentiam Niniuitarum impedita fuit subuersio per Ionam proclamata, & hoc est quod dicitur.*

1 Hæc ostendit. *In visione imaginaria: cuius tamen significationem intellexit propheta, & sic intelligendæ sunt aliæ visiones sequentes.*
2 Et ecce. *Id est, formator.*
3 Locustæ. *Id est, locustarum, sicut Exo. 8.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum.*
4 In princ. *Id est, in illo tempore quo solent blada tuellare.*

5 Et ecce.

MORALITER.

✠ 1 *Hæc ostendit.* Hic ad literam describitur duplex plaga, quam ostendit dominus Amos prophetæ in terram ventura. Prima fuit locustarum germinantia corrodentium. Secunda fuit ignis deuorantis, sed vtraque fuit impedita.

MYSTICE. Per prophetam qui olim dicebatur videns, vt habetur 1. Reg. 9. significatur bonus religiosus contemplationi diuinæ intentus, qui tribulatione super populum imminente debet vt Deus eam auertat feruenter orare. Potest etiam per plagam locustarum significari plaga detractorum, qui rodere student vitam & famam bonorum. Et per plagam ignis, culpa cupiditatis & carnalitatis, pro quarum auersione debent religiosi Deum exorare, & tantò deuotius, quanto plaga spiritualis peior est corporali.

✠ Et ecce

☞ Et quia paruuli & humiles sunt, suscitantur modo per virtutes tandem in gloria. Nabuchodonosor dicitur iudicium, quia per eum iudicauit Deus populum, qui noluit discernere inter creatorem & creaturam.

a *Et ecce dominus stans.* Per murum litum populus Iudaicus, qui litus per circuncisionem & Dei cognitionē. Per trullā quæ ornat murum auxiliū Dei, qui protegit sperantes in se. (Psal. 56 b.)

✠ RVPERTVS. Grauissima res denunciatur per trullam cementarij ponendam in medio populi: & ideo vt attētus sit inspector propheta, dicitur ei, *Quid tu vides.* Extrema nanque & irrecuperabilis destructio hac ostēsione ostensa est, prophetæ quę accidit ad vltionē Iesu Christi, quæ per manus Romanorum facta est. Quo ex tēpore non est propheta qui pro gente illa intercedat quatenus propitius sit & quiescat quemadmodum Esaias deplorans, *Non est*, ait. *qui inuocet nomē tuum qui consurgat, & teneat te.* (Isa. 64.) Murum autem litum ita dixit vt parietem dealbatum, id est, sacerdotium, quem parietem tamdiu Dominus induxit, seu dealbauit, habens in manu trullam cementarij, quamdiu carnalem Iudaismum permisit gloriosum videri stante templo, & florente religione in carnalibus ceremoniis. (Act. 25.)

b *Et sanctificationes.* Quia Assyrij non solum principes & populum captiuauerunt, sed etiam vitulos aureos destructos in precium redegerunt. (Hieronym.)

c *Et misit.* Q. Pontifex audet mittere ad regem, timens ne si populus conuertatur ad cultum Dei, ipse sacerdotij amittat gloriam.

Allegoricè. Hæc ad hæreticos referuntur, quorum sacerdos Amasias solet mittere ad regē & patronum hæreticorum, accusando iustos, & præcipiens eis ne contra regis voluntatem prædicent quia Bethel, id est, falsa eorum ecclesia & sanctificatio regis. Dicunt enim: rex nobis consentit, & qui aliter prædicat, Deum offendit.

✠ THEODORETVS. Cùm hæc à propheta dicerentur, & Amasias sacerdos Bethel metueret, ne si minationibus diuinis populus perterrefactus fuisset, atq; ad pœnitentiam se tradidisset, desisteret idola obseruare, & ipse interim quęstus occasiones amitteret, falsa veris assuens ad regem defert prophetam, & criminatur his verbis sequentibus.

d *Rebellauit contra te Amos, &c.* Quæ de populo & regno dicta vera erant: quod vero de rege dixit, mendacium.

✠ RVPERTVS. Hoc agendo satis indicat quā nequissima intentione ori eius eatenus insidiatus fuerit, vt inueniret vnde accusaret eum sacerdos aurei vituli: quando ne paruum videretur crimen, quod de domo regis propheta dixerat, in ipsam regis personam detorsit, corrumpens puritatem sermonis.

☞ *In gladio.*

a ¶ Delebit populum qui comparatur aquæ propter fluxum.
dominus Deus, & deuorabit abyssum multam, & comedit 1
a ¶ Subaudi Dei quàm, id est, templum & altare. ¶ Orās pro populo. b ¶ A vindicta incœpisti exercere.
simul partem. Et dixi: domine Deus quiesce obsecro. Quis 2
a ¶ Quia nō est, alius qui possit releuare humiliatū, nisi tu, qui captiuos potes in terram Iuda reducere.
suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est, dominus
a ¶ Cum in supradicto capitulo dixisset, hoc non erit: addit hoc etiam non est futurum quod timebat.
super hoc. Sed & istud non erit, dicit dominus Deus. Hæc 3
a ostēdit mihi dominus Deus. Et ecce dominus stās super murū 4
a ¶ Plastratum & ornatum & planum, contra iniurias pluuiarum munitum.
† litum, & in manu eius trulla cementarij. Et dixit dominus 5
ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: † Trullam cementarij.
a ¶ Deponam, auferam auxilium meum.
Et dixit dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi 6
a ¶ Ornare & protegere. b ¶ Murum.
mei Israel. Non adiiciam vltra † superinducere eum, & de- 7 8
a ¶ Me desistente ab auxilio destruentur. b ¶ In Dan & in Bethel, & in omnibus cellibus. c ¶ Id est, vituli, per quos putabant se sanctificari. 9
b mollētur excelsa idoli, & † sanctificationes Israel desolabatur 10
a ¶ id est, familiam & filios eius ipse enim non fuit gladio interfectus. b ¶ Qui fuit nepos Iehu. 11
c & consurgā super domum Ieroboā in gladio. Et misit Ama- 12 13
d sias sacerdos Bethel ad Ieroboā regē Israel dicēs: † Rebel- 14
15
16

† perpendiculi & in manu eius perpendiculum stanneum. † sanctuaria. † Perpendiculum & infrà. † vt pertrāseam. Remigius. † Cōiurauit.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et deuorabit. *Sic enim imaginariè videbatur prophetæ, quòd ignis esset ita fortis, vt consumeret etiam aquas profundas nomine abyssi signatas, & per hoc intellexit propheta communationem incendij futuri in terra.*

2 Et dixi. *Deprecando vt non fieret: & exponatur: vt suprà. Ex dictis patet, quòd illa expositio quæ dicit exercitum Assyriorum, signatum per locustas in visione prima, ad destructionem regni Israel, & exercitum Chaldæorum per ignem in secunda quæ incendit Ierusalem, non est conueniens: quia plagæ hic ostensæ reuocatæ fuerunt, illæ verò non. Istæ etiam duæ visiones fuerunt indirectè causæ calumniæ contra Amos, inquantum pro plagis illis reuocandis, quæ tangebant populum communem, orauit & pro reuocatione sequentis non orauit, quæ tangebant domum regiam.*

3 Hæc ostendit. *Hic ponitur tertia visio, quæ fuit directa occasio calumniæ contra Amos, cùm dicitur.*

4 Et ecce dominus. *Id est, linitum, & per murum intelligitur robur regni 10. tribuum per linitionem diuina protectio, eò quòd muri linitio protegit à niue & pluuia.*

5 Et in ma. *Quæ est instrumentum ad liniendum. Et sequitur post,*

6 Ecce. *Id est, deponam.*

7 Trullam. *Subtrahendo à regno 10. tribuum protectionem meam.*

8 Non adiiciam. *Id est, linire, per quod intelligitur protegere secundum prædicta. Hebræi autem aliam literam habent tamen ad eandem sententiam quæ est: Ecce Dominus stans: super murum lineatum, & in manu eius linea: & accipitur hic linea pro chorda latomi, in cuius extremitate est plumbum, & cum qua considerat si murus erigitur rectè super fundamentum, & si inuenit distorsionem, reducit eum ad rectitudinem. Et per hoc designatur diuina iusticia tortuositatē culpæ emendans per pœnam, ideò sequitur: Ecce ego ponam lineam in medio populi mei Israel, id est, rectitudinem iustitiæ meæ, eius peccata puniendis. Non adiiciā vltrà pertrāsire eum. i. dissimulare eius peccata absq; punitione.*

9 Et demol. *Id est, Bethel & Dan, vbi colebantur vituli.*

10 Et sanctificationes. *Id est, omnia loca vbi offerunt oblationes & sacrificia.*

11 Desolabuntur. *Quod fuit impletum per regem Assyriorum 4. Regum 17.*

12 Et consurgam sup. *Quod fuit impletum per Sellum, qui interfecit Zachariam filium huius Ieroboam, & regnauit pro eo 4. Reg. 15. & hæc visio fuit directa occasio calumniæ contra Amos.*

13 Et misit. *Hic consequenter ponitur calumnia contra Amos: & primò ponitur hæc calumnia: secundò calumniatoris pœna, ibi:* Et respondit. *Prima in duas, quia primò Amos accusatur, secundò molestatur, ibi:* Et dixit. *Circa primùm dicitur:* Et misit. *scilicet, nuncios.* (Diuisio)

14 Amasias. *Qui erat locus principalis cultui vituli dedicatus.*

15 Ad Ieroboam. *Iste fuit Ieroboam filius Ioas 4. Reg. 15.*

16 Rebellauit. *Excitans populum ad te odiendum.*

✠ Non poterit

MORALITER.

✠ 4 *Ecce dominus.* Ad literam per linitionem muri significatur circa regnum Israel protectio Dei: & per cessationem linitionis subtractio diuinæ protectionis, & hoc propter idololatriæ vicium induratum. Per hoc autem quòd Amos constanter hoc denunciauit, significatur quòd bonus & constans prædicator denunciare debet pœnam debitam peccatis magnatorum. Per Amasiam sacerdotem, qui voluit ipsum terrere: & sic de terra Israel effugare significantur mali sacerdotes, qui per se & alios nituntur repellere veritatis prædicatores. Et sicut in pœnam, huius vxor Amasiæ fuit adulterio polluta, & ipse captiuus ad terram pollutam ductus, & ibidem mortuus, & filij eius, & filiæ gladio occisi sunt. Sic talis sacerdotis parochia polluitur viciis, & filij eius, & filiæ spirituales cadunt gladio dæmonis, & ipse ducitur ad terram pollutam inferni, quæ dicitur terra tenebrosa, & ipse moritur ibi morte secunda.

✠ MORAL.

☞ a *In gladio.* Si dixisset morietur Ieroboam: videretur non suscipere pœnitentiam, sed ait: Consurget dominus, quasi comminans pœnam vt agat pœnitentiam. (Hieronym.)

b *Et dixit.* Prophetam vocat vel irrisoriè quasi mendacem, vel quia videt eum à populo libenter audiri: non audet inferre apertam iniuriam, ne auditores illius lęderet. (Remig.)

✠ RVPERTVS. Non parcè loquitur, non leniter se aduersus Deum erigit cornutus bubalus, vibrans superbiæ cornu, nec recipiens iugum Domini. Videntem autem, id est, prophetam eum appellat, & tamē se potius & regem suum audiri imperat, quàm Deum.

c *Sanctificatio regis.* Nō ait sanctificatio Dei nostri est, sed regis: adulando regali fastigio. Mos enim est colentibus falsos deos, vt quod faciunt suis regibus attribuant. (Remig.)

d *Non sum propheta.* ✠ RVPERTVS. Quid aliud loquitur, nisi illud quod Apostoli dixerunt. Obedire oportet Deo, magisquàm hominibus? Sancto enim nobilitatis Spiritu, dum cœlo tonante & imperante vt prophetaret, ranam è contra è limo coaxantem audiret, dignam superbiæ hominis pœnam de oraculo pectoris huius Spiritus sanctus protulit, dicēdo illi. Ego non solummodo non desinam prophetare super Israel, verumetiam prophetabo tibi. *Vxor tua in ciuitate fornicabitur, &c.*

✠ THEODORETVS. Suscipe Amasia, contra te prędictionem, quoniam me Israel prophetiam explicare vetas, ne lucra tua impediam. Scito igitur vxorem quam nunc habes, te visurū publicè & palam ab hostibus per vim stupratam: tu verò in externa terra è vita excedes: ac vniuersus populus easdem, quas tu, pœnas dabit.

Spiritus non semper administrat prophetis prophetiam, sed ad tempus: & tunc rectè dicuntur prophetæ cum illuminantur. Qui ergo ait: Non sum propheta, intellexit modo. Sycomorus idem est quod rubus afferens mora, quæ pastorum famem depellunt, & folia esuriem pecorum. (Hieronym.)

e *Vade & prophe. ad popu.* Quia humiliauit se dicens. Non sum propheta, statim meruit accipere spiritum prophetiæ.

f *Non stillabis.* Prophetæ dicuntur stillare, id est, quædam parua de ira Dei annunciare, quasi quasdam stillas mittere. Nulla enim creatura posset iram Dei omnipotentis quanta est sustinere.

g *Vxor.* Amasias interpretatur robustus & frigidus, quia ferox & rebellis hæreticus prohibet ecclesiasticū virū ne proferat Dei doctrinā & corrigat populū errātē. Huius vxor, id est, falsa ecclesia apparebit omnibus, & filij quos in errore genuit, gladio Dei ferietur. Humus illius & omnia quæ habet, erit possessio dæmonis, & ipse moritur in terra polluta quæ non habet habitatorē Deū, sed multis erroribus contaminatur, & populus qui falsum nomen Israel sibi assumit, captiuatur de terra, vt non Deo sed dæmonibus & hæreticis seruiat. (Hieronym. Rem.g.)

Non est tantus dolor in filia stuprata quantus in vxore polluta, nec tantus in occisa vxore, quantus in filiis trucidatis, Maritus enim vxorem mallet interfici, quam pollui.

h *Et Israel.* Tandē captiuitas fiet, prius inspectis his malis, quia non prius morieris, quam videas captiuari, quos deceperas.

☞ CAP.

a ¶ In hoc contumelia tua non mea. b ¶ Tanta loquitur aduersum te & tuos, vt habitatores terræ non possint sustinere.
lauit contra te Amos in medio domus Israel. Non poterit 1
a ¶ Verba quæ Deus per Amos loquebatur nō Deo sed prophetæ attribuit, vt irā regis cōtra eū excitet.
terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit A-
a ¶ In hoc mentitur. Non enim dixit Amos, morietur Ieroboam, sed consurget super domum eius, nisi pœnitentiam egerit.
a mos: In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migra- 2
a ¶ Nisi pœnituerit. ¶ Cum Ieroboam verba Amasiæ quasi vana respueret, ille assumit authoritatem sacerdotis dicens ad Amos. b ¶ O propheta Amos.
b bit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, grade- 3 4
a ¶ In qua natus es, vbi libenter audiuntur insani. b ¶ Exerce artem tuam ibi per quam cibos habeas. c ¶ Vt de prophetia viuas.
re, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem & prophetabis 5 6
¶ Quia ibi habes multos quos consueuisti seducere. a ¶ Vbi ego sum sacerdos.
ibi, & in Bethel non adiicies vltrà vt prophetes: quia † san- 7
a ¶ Hunc locum sanctificauit rex, hic sanctificatur populus. b ¶ Hic rex habet regiam domum.
c ctificatio regis est, & domus regni est. Et respondit Amos, & 8
a ¶ Vel eram. b ¶ Hoc humilitatis. c ¶ Hoc veritatis.
d dixit ad Amasiam: Non sum propheta, & nōn sum filius pro 9
a ¶ Bubulcus, vel pastor aliorum pecorum. b ¶ Decerpens frondes sycomorum & aliarum arborum ad pastum pecorum.
phetæ, sed armentarius ego sum † vellicans sycomoros. Et 10
a ¶ Notat se ex humili, ad digni officij altitudinem per gratiam assumptum, vt in hoc officio magis Deo præcipienti quàm Sacerdoti prohibenti obedire debeat.
tulit me dominus Deus cùm sequerer gregem, & dicit do- 11
e minus ad me: Vade propheta ad populum meum Israel: &
¶ Cum prohibeas prophetare.
nunc audi verbum domini: Tu dicis non prophetabis super 12
a ¶ Decem tribus. b ¶ Non annunciabis iram Dei cultoribus idolorum. c ¶ Ecce digna retributio.
f Israel, & non stillabis super domum idoli. Propter hoc hæc 13
a ¶ Bethel. b ¶ Polluetur ab hostibus coram oculis tuis.
g dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui 14
a ¶ Quam possides. ¶ Hostium. b ¶ Mensurabitur ab Assyriis, quam dabunt seruis & ancillis suis.
& filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur 15
a ¶ Qui nunc gloriaris in sacerdotij dignitate vel potestate. b ¶ Assyriorum. c ¶ Idololatriis.
h Et tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de 16
terra sua.

† palatium. † colligens syluestres ficus.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Non poterit ter. *Id est, non est dignum ipsum amplius viuere super terram quia dicit hæc.*

2 In gladio. *Hæc accusatio fuit falsa: Amos enim non dixerat hoc de Ieroboam, sed de domo eius seu posteritate, vt patet per prædicta.*

3 Et dixit. *Hic consequenter Amos molestatur: vidit enim iste Amasias, quòd rex parum curauit de sua accusatione, quia cognouit eam esse falsam, vel quia reputauit verba Amos friuola: ideò tentauit Amos fugare de terra illa. d.*

4 Qui vides *Id est, tu Amos qui dicis te habere Dei visiones.*

5 Fuge in terram Iuda. *Vbi audiuntur talia.*

6 Et come. ibi panem. *Qui dabitur tibi pro tua prophetia.*

7 Et in Bethel non adiicies. *Id est, locus dedicatus à rege pro cultu vituli, vt habetur. 3. Reg. 12.*

8 Et respondit. *Hic consequenter prædicitur calumniatoris pœna, tamen Amos primò respondet ironiæ sibi illatæ scilicet quòd prophetaret in terra Iuda pro pane.*

9 Non sum propheta *Id est.* Non sum de prophetis falsis, *qui prophetant pro talibus acquirendis, secundum quod dicitur Ezec. 13c.* Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis, &c.

10 Sed armentarius. *Id est, habens animalia, quæ erant diuitiæ illius temporis. Quasi dicat non indigeo victu necessario, vt illo prophetizem mendaciter, sed sum verus propheta, ideò subditur.*

11 Et tulit me dominus, &c. *Ita quòd loquor ex inspiratione diuina, sic exponit Ra. Salo. Aliqui verò exponunt sic.* Non sum propheta, &c. *Id est, non sum tactus actualiter spiritu prophetiæ. Sed hæc expositio non videtur conueniens. Primò quia in toto veteri testamento & nouo non solum dicitur propheta qui actu tangitur spiritu prophetiæ, sed etiam qui consueuit tangi quamuis actu non tangatur. Secundò, quia statim in eadem serie prædixit propheticè punitionem Amasiæ. d.*

12 Tu dicis non prophetabis, &c. *Volens impedire verbum domini.*

13 Propter. *Hæc erit pœna tua.*

14 Vxor tua in ciuitate fornicabitur. *Ab Assyriis ciuitatem capientibus, qui polluent in oculis tuis vxorem tuam, & occident prolem tuam.*

15 Et humus tua funiculo metietur. *Id est, extraneis Gentibus diuidetur. Rex enim Assyriorum captiuato regno. 10. tribuum misit illuc Gentes alienas ad possidendum terram. 4. Reg. 17.*

16 Et tu in terra polluta. *Id est, in Assyriorum terra multis idololatriis polluta. Dicit autem Hiero. in prologo huius prophetiæ. 3. q. Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit Amos, & tandem filius eius Ozias cum vecte per tempora transfixit, & sic dolore vulneris expirauit, quod hic non exprimitur.*

Cap. VIII.

A a Hæc ostendit. Sequitur. Vncinum. Sicut vncino trahuntur rami arborum ad carpenda poma, ita proximare facit tempus captiuitatis, vt apertè ostendatur, quid per vncinum significetur, subdit. Venit. Per vncinum intelligitur abbreuiatum tempus captiuitatis. Hieronym.

✠ Theod. Visio hæc celerē & expeditā venationem Israel designat. Quemadmodum enim aues visco facilè capiuntur, sic ab Assyriis populus apprehendetur.

✠ Rupertus. Post malorum ostensiones principalem eorundem malorum causam ostendi dignum erat. Hæc autem auaritia est, radix omnium malorū, qua infecti Iudæi ad omne scelus prouentus tandem ad hoc peruenerunt, vt Dominum gloriæ crucifigerent, ob istam maximè causam, quòd disputabat contra auaritiam ipsorum, comprobans generationis illius esse homines, qui domum patris fecissent speluncam latronum. Nam dum ostenso vncino pomorum, dicit Dominus. *Venit finis, &c.* Subaudiendum est propter vncinum istum, siue propter illud quod significat. Hanc autem esse auaritiam, sequentia declarant. *Audite, qui conteritis pauperes, &c.* Vnca profectò est auaritiæ manus, nec vnquam nisi ad accipiendum extenditur. B † absorbentis

Hieronym. b *Venit finis, &c.* Possunt hæc referri etiam ad tempus captiuitatis quæ per Romanos facta est in vltionem sanguinis Christi. Et hic est finis & vltima captiuitas, vltrà quam non parcit eis Deus: & vlulant cardines templi, super occisum populum † corruentes, Et in omni loco sparsum est silentium Iudæis literam legentibus Moysi & prophetarum, sed quia amiserunt spiritum nullam spiritualem intelligentiam habentibus. Vbicumque fuerint Iudæi potius mussitant, quam loquantur, & omnis interpretatio scripturarum eis muta est & silens, quia non ponunt aures ad audiendum. † corruētis

✠ Rupertus. Quis vel qualis finis venit? Profectò malus, & quàm malus apud Danielem reperimus his verbis. Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est. *Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & statuta desolatio, &c.* Dan. 9. C

Hieronym. c *Et stridebunt.* Vlulabunt præ nimia miseria habitantium. Et est hyperbolycè dictum, quòd cardines portarum sentientes pondus miseriæ vlulent. Et quia facit mentionem templi, quod erat Ierosolymis, hoc ad duas tribus pertinere videtur. D Hyperbolicè

✠ Rupertus. Quis non audiuit stridorem cardinum illius templi, id est, subuersionem ciuitatis & sanctuarij factā vincentibus Romanis.

✠ Theodor. Templi laquearium, vlulatum appellauit clamorem intus necatorum, & crepitū lignorum deflagratorum. Cæterùm, multi cadentes erunt, in omni loco iniiciam silentium. Tanta inquit, erit cæsorū multitudo, adeóque altū silentiū, vt & vias, & vicos vacuitate habitantium sit occupaturum.

✠ Rupertus. Hoc quàm verum sit refert Iosephus, qui tragædiam illam describens mortuorum multitudinem refert penè incredibilem. E

d *Audite hoc.* Ne sine causa videatur comminatio captiuitatis, commemorat offensas populi: ô Iuda & ô Israel audite, quæ scelera feceritis, conteritis pauperem in iudicio, vt fame & egestate confectus auferatur de terra.

✠ Ruper. Audite hæc qui conteritis pauperem, dicentes. Quādo transibit messis, & venundabimus merces, &c. De vobis sermo est qui estis auari. Dum enim inhianter desideratis, vt cōsumpta messe, quæ pauperibus paruula est, possitis merces cariùs vendere. Desideratis, sabbatum adesse, idest, septimum annum quo secundum legem nec licet seminare aut metere, vt tunc repositum frumentum aperientes pro libito vestro vendatis, minuētes mensuram, & augentes syclum, id est, pretium compulso paupere per inopiam, vt ipsas quoque frumenti vestri quisquilias, & in mercimonio tam infœlici stateras quoque supponatis dolosas: dum inquam, taliter efficitis, vt in argento possideatis egenos fratres vestros (vendunt enim sese vobis necessitate compulsi) & pauperes factos possidetis pro calceamentis, id est, pro precio modico, vncino doloso poma carpitis: & idcirco venit super vos finis, qui à Daniele dicitur vastitas.

Peruersi principes & doctores putant quæstum esse pietatem, & sedentes in templo quasi numularij proponunt columbas, non in caueis sed in cathedris quasi magistri vendunt dona spiritussancti. Et faciunt mensuram minorem & maiorem vt pauperibus vel nihil vel parum dent, sed diuitibus longo sermone loquuntur, & propter penuriam capita paupe- Hieronym. F

rum

CAPVT VIII.

a ¶ Etiam quæ dicturus sum.
a Hæc ostendit mihi dominus Deus: Et ecce † vn- 1
cinus pomorum. Et dixit: † Quid tu vides A- 2
mos? Et dixi vncinum pomorum. Et dixit do-
a ¶ Captiuitatis & interfectionis. b ¶ Generaliter super duodecim tribus.
b minus ad me: Venit finis super populum meum Israel. 3
a ¶ Non negligam neque impunita relinquam scelera eorum sicut solebam.
c Non adiiciam vltrà, vt pertranseam eum. Et † stridebunt 4
a ¶ Cum venerint Assyrij. b ¶ Non omnes, quia multi trans montes Medorum ducentur.
cardines templi in diē illa, dicit dominus Deus. Multi 5
a ¶ Terræ eorum. b ¶ Id est fiet, ablatis habitatoribus qui in conuiuiis suis solebant resonare diuersis instrumentis musicæ artis. 6
morientur, in omni lôco proiicietur silentium. Au- †
d dite hoc qui † conteritis pauperem, & deficere fa- 7 †

† canistrum plenum fructibus æstiuis. † supr. 7. b. † in vlulatū vertentur cantica

NICOLAVS DE LYRA
Cap. VIII.

1 Hæc ostendit, &c. *Postquam Amos passus fuit iniuriam. Hic consequenter resumit suam prophetiam. Et diuiditur in duas partes, quia primò denunciat populi destructionē, secundò, eius reædificationem post medium sequen. ca. ibi.* In die illa. *Prima in duas, quia primò prophetat contra regnum decem tribuum, secundò contra regnum duarum. ca. seq. Prima in tres, quia primò contra decem tribus prædicit pœnam succinctè. Secundò arguit crimen auaritiæ, ibi.* Audite. *Tertiò, resumit pœnam magis diffusè, ibi.* Iurauit. *Circa primum dicit.* Diuisio

2 Ecce vncin. *Poma quæ possunt manu colligi primò colliguntur, & postea illa quæ non possunt capi nisi cum vncino, quo rami attrahuntur, & ideò per hanc visionem designabatur diuina vltio vltimata absque retractione, ideò subditur.*

3 Venit finis super popu. *Vt pertranseam eum dimittendo absque punitione Hebræi dicunt, quòd hæc est litera. Ecce calathus ficuum scilicet pessimarum quæ nihil valent sed proiiciuntur, & per hoc captiuatio populi designatur.*

4 Et stridebunt cardines. *In quo adoratur vitulus, & per stridorem cardinum intelligitur destructio ædificiorum. In Hebræo autem habetur.* Et stridebū cardines palatij. *Id est, palatiorum regis & principum.*

5 Multi morientur. *Non tamen omnes, quia Assyrij aliquos reseruauerunt vt in captiuitatem ducerentur.*

6 In omni, &c. *Id est, ab omni loco repelletur, per clamorē morietiū.*

7 Audite hoc qui conteritis, &c. *Hic consequenter arguit in potentibus crimen auaritiæ, dicens.*

Audite hoc qui conteritis paupe. *Id est, pauperes ad nihilum redigitis.*

Dicentes

MORALITER.

1 *Hæc ostendit mihi dominus Deus, &c.* Hic ad literam describitur punitio Israelitarum: per quam mysticè significatur punitio malorum Christianorum. Circa quam sciendum, quòd per vncinum fit secunda collectio pomorum, scilicet illorum quæ sunt in alto: & sic non possunt colligi à sola manu. Vncinus vltimam punitionem significat, & sic dicitur.

3 *Venit finis super populum meum, &c.* Scilicet peccatorem.

4 *Et stridebunt cardines templi, &c.* Id est prælati qui grauius peccant quam alij. Et dicit stridebunt, quia de pœna inferni dicitur Matthæi 8. & 13. Ibi erit fletus & stridor dentium.

6 *In omni loco, &c.* Scilicet inferni.

† *Proiicietur silentium, &c.* Per clamorem cruciatorum.

7 *Audite hoc, &c,* Aure mentis, vt pœniteamini ante tempus huius punitionis.

† *Qui conteritis, &c.* Eò quòd non potest se defendere.

Dicentes

A perum conculcant, & non frumentum Dei quod confirmat cor hominis, sed vilissimum puluerem auidis faucibus ingerunt. Hæc etiam videntes, cum dominus dicat, *gratis acce. gratis date.*

Matt. 10. a. a *Et quisquilias.* In tantam rabiem lucri prosiliistis, vt non solum frumentum ad sustentationem corporum vendatis, sed etiam purgamenta frumenti, puluerem & paleas tritico commiscentes.

b *Iurauit.* Qui non comminanti credat vel iuranti.

✠ Theodoretvs. Superbiam Iacob vocat iniustitiam quam petulanter in pauperes commiserunt. Cùm autem Dominum iurasse dixit, suorum verborum veritatem ostendit. Non inquit in futurum in obliuionem vestra impia facinora venire patiar, sed omnem in vos commouebo terram, &c. † epha † vēdamus B

Hieronym. c *Et Ascendet.* Ille habitator de captiuitate, si egerit pœnitentiam, sicut Nilus dispositione Dei semel in anno irrigat totam Ægyptum, cumulis arenarum claudentibus hostia eius ne defluat in mare. Et sicut post irrigationem solutis cumulis redit ad alueos & ingressus mare absorbetur: sic populus iste, si perseuerauerit in delictis descendet in captiuitatem, vel etiam æternam damnationem.

✠ Tertullianvs. Quod in passione Christi accidit, vt media dies tenebresceret. Amos annuntiat, dicens. *Et erit in die illa occidit sol media dies, &c.*

d *Et erit.* ✠ Idem. In morte Domini elementa concutiuntur, Dominus enim patiebatur ipsorū. Cæterùm aduersario icto, cœlum luminibus floruisset, magis sol radiis insultasset, magis dies stetisset, libenter spectans pendentem in patibulo Christum Marcionis. Hæc argumenta quoque mihi competiissent, & si non fuissent prædicata. *Cœlum* inquit Esaias, *vestram tenebris.* Hic erit dies de quo & Amos. *Occidet sol meridie.* D Li. adu. Iud. cap. 10. Lib. 4. adu. Marc. c. 42 Lucæ. 23. f. Hieron. Isa. 50.

Possunt hæc referri ad tempus passionis Christi, quando sexta hora sol non sustinens dominum videre in cruce, retraxit radios: & quando obcæcatis cordibus Iudæorum in die luminis verus sol occubuit, & aduenientibus Romanis, festiuitates & cantica eorum versa sunt in luctum: & ex illa die omnia repleta sunt lachrymis & pœnitudine, & cilicio, & decaluati sunt, quia Christū nō habent, qui est operimentum omnium electorum, tunc populus Israel quondam primogenitus Dei, æterno luctui traditus est. † per celsitudinē suā E † absorbebitur veluti fluuius Ægypti.

e *Super om. cap.* Loquitur secundum consuetudinem veterum qui positi in tristicia radebant sibi capita, vel quorum capita ab hostibus in captiuitate radebantur. Mos antiquorum in tristicia.

Ecce dies

a ¶ Id est tempus messionis, quo finito carius poterimus vendere merces nostras quas in messe collegimus.
citis egenos terræ, dicentes: Quando transibit mēssis, & ve- 1
a ¶ Quando transibit vt apertis horreis liceat vendere frumentum. 2
nundabimus merces ēt sabbatum, & aperiemus frumentum 3
a ¶ Quia minorem in vendendis mercibus, maiorem mensuram in accipiendis faciunt. 4
b ¶ Maiori precio vendamus quam emimus. 5
vt imminuāmus † mensuram, & augēamus siclum; & suppo- 6
a ¶ Et hoc ideo. b ¶ Id est per vsuram. 7
namus stateras dolsas: ūt † vt possideamus in argentō ege- 8
a ¶ Tam viles habetis homines, vt impleatur in vobis quod supra dixi: Vendidistis argento iustum, & pauperem pro calciamentis. 9
a nos, & pāuperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti 10
a ¶ Propter hoc. b ¶ Contra. c ¶ Deus superbis resistit. d ¶ Non obliuiscar, sed memoriter tenebo peccato eorum, vsque ad finem & tempus iudicij.
b vendamus. Iurāuit dominus in † supērbiam Iacob, si ōblitus 11 12
¶ Malo quod agunt.
fuero vsque in finem omnia opera. Nunquid super isto 13 14
a ¶ Contra eos à lætitia ad tristitiam. b ¶ Habitatores terræ. c ¶ Non colonus & aduenus, sed habitator.
non commōuebitur tērra, & lugebit ōmnis habitator eius? 15
c Et ascendet quasi fluuius vniuersus & eiicietur, & † defluet †
a ¶ Captiuitatis decem & duarum tribuum. b ¶ Omnis lætitia transibit ab eis in aperta captiuitate.
d quasi riuus Ægypti. Et erit in diē illa dicit dominus: occidēt 16
a ¶ Tristicia replebo habitatores huius terræ manifestatione huius captiuitatis.
sol in meridie, & tēnebrescere faciam terram in die lu- 17
minis. Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & † †
a ¶ Quin eratis soliti cantare cantica lætitiæ.
omnia cāntica vestra in planctum. Et inducam su- 18
e per omne dorsum vestrum saccum, & super omne †

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dicentes. *Cum desiderio.*

2 Quando transibit messis. *Id est, abundantiæ tempus, vt sic tempore caristiæ blada vendamus carius.*

3 Et sabbatum. *In quo fit quies à venditione.*

C 4 Et aperiemus. *Id est, horrea frumenti.*

5 Vt imminuamus mensuram. *Dolosè.*

6 Et augeamus siclum. *Id est, precium.*

7 Et supponamus stateras. *In pondere monetæ.*

8 Vt possideamus in argento egenos. *Quia compellentur se nobis vendere in seruos.*

9 Et pauperes pro calciamentis. *In Hebræo habetur: Pro clausuris, & exponatur vt suprà. 2. ca. circa medium.*

10 Et quisquilias. *Id est, purgamenta, quæ non debent vendi cum frumento, sed eiici.*

11 Iurauit. *Hic resumit propheta pœnam populi magis diffusè explicando: & primò quantum ad pœnam corporalem, secundò quantum ad spiritualem, ibi:* Ecce dies. *Circa primum dicitur.* Iurauit dominus. *Id est, firmiter disposuit & irreuocabiliter.*

12 In superbiam. *Id est, contra superbiam populi. 10. tribuum.*

13 Si oblitus fuero. *Id est, non obliuiscar, sed puniam eorum opera mala.* F

14 Nunquid super isto non commouebitur. *Quasi dicat immò commouebitur afflictione magna.*

15 Ascendet quasi fluuius. *Per hoc designatur captiuitas populi futura, sicut aquæ fluminis transeunt de loco suæ originis ad loca longinqua.*

16 Occidet in meridie. *Id est, tempore quo sperabant prosperitatem superueniet aduersitas, & idem intelligitur per hoc quod subditur.*

17 Et tenebrescere faciam. *Est enim expressio eiusdem sententiæ per alia verba ad maiorem exaggerationem.*

18 Et inducam super omne dorsum. *Sic enim ducebantur*

captiui

MORLAITER.

1 *Dicentes quando transibit messis.* Vt sic possimus mouere litem cum innocentibus, qui tempore messis sunt in pace.

3 *Et sabbatum.* In quo non licet operari.

4 *Et aperiemus frumentum.* Id est, exponemus venale cum multis tamen fraudibus, ideò subditur.

5 *Vt imminuamus mensuram.* In seruos & ancillas, eò quòd non poterunt se liberare à debito erga nos.

10 *Et quisquilias frumenti vendamus.* Id est inutilia miscendo bono frumento.

11 *Iurauit.* Hic ponitur doctorum pœna. Et primò corporalis cum dicitur: *Iurauit dominus in superbiam Iacob, &c.* Id est firmiter statuit eam punire: & per Iacob qui supplantator interpretatur, supplantantes innocentes dictis fraudibus significantur.

14 *Nunquid super isto non commouebitur terra? &c.* Quasi dicat sic per guerras & pestilentias insurgentes ex Dei iudicio.

15 *Et ascendet quasi fluuius.* Superplantator malignus intumescens superbè.

† *Et eiicietur.* De sua potestate.

16 *Occidet.* Id est, prosperitas superbi cadet in ætate sua virili, sicut frequenter contigit.

† *Et conuertam festiui.* Scilicet mundanas & ineptas.

† *In luctum.* Propter gaudium vestrum ineptum.

18 *Et inducam super omne dorsum vestrum.* Propter curiositatis excessum.

† *Et super omne calui.* Pro crispatione crinium.

a *Ecce dies venit dicit dominus.* Mittit Deus in eos qui terrena sapiunt famem audiendi verbũ Dei, quando propter peccata populi deficit doctrina in ecclesiis, & à mari. Id est, à falsis & amaris fluctibus, veniunt rursus vsque ad mare. Id est, ad amara: quia non occurrunt eis dulcissimi fontes, & ab aquilone vsque ad ori. cupiunt deserere aquilonem durissimum ventum, & peruenire ad orientem, sed non possunt inuenire, quia non recto itinere pergunt, sed deuiis anfractibus circumeũt. Hieronym. Remig.

Sacra scriptura in quibusdam locis aqua vbi est facile percipitur, in quibusdã panis, vbi difficilior intellectus, & conteri oportet. Nota de sacra scriptura.

B ✠ THEODORETVS. Famem & caritatem inueham, nõ frugis, aut aquæ: sed prophetiæ & diuinæ doctrinę: atque aquarũ more huc illuc erroribus vagantes circumcursabunt, verbum Dei inquirent & desiderato frustrabuntur, sed & virgines elegantes, & cum his enutriti iuuenes siti oppressi ad necem tradentur. † 32.q.5.c. si paulus

b *In illa die.*

b *In illa die.* Cùm aufert Deus in ecclesia intelligentiam diuini eloquij, moriuntur virgines. id est, animæ subditorum, quæ habent prudentiam per abstinentiã malorum, sed sunt fatuę: quia non habent lumen veritatis. Subtracto verbo vitali, perit prudentia, moritur castitas, cessant virtutes deficientibus virginibus. Etiã adolescentes. Id est, qui fortiter vicerunt mundum deficiunt, ideò, quia iurant in idolo Samarię, id est, firmantur in dogmatibus hæreticorũ qui per Samariam intelliguntur. Qui hæretici etiam desiderant viam Bersabee quæ est in tribu Iuda, quia multi hæretici desiderant imitari sacramenta ecclesiæ. D Hieronym. † 8.q.1.ca. audacter E

c *Et viuit.* Per quã imus adorare Deos eius. Adeo errabant decem tribus, vt non solum adorarent vitulum in Dan, quæ est ciuitas in vltimis finibus eorum sed longo itinere ibant in Bersabee quæ est ciuitas in termino tribus Iudæ, adorare idola, quæ duæ tribus quondam adorauerunt.

☞ CAP.

a ¶ Terram. b ¶ Tantus erit luctus & tristitia, vt vincat dolorem matris, quem habet de morte filij vnici.
caput caluitium. Et põnam eam quasi luctum vnigeniti, & 1
a ¶ Nouissimam captiuitatem quasi diem iudicij, alias mortis. b ¶ Resurrectionis
a nouissima eius quasi diem amarum. † Ecce dies veniunt, di- 2
a ¶ Iudæorum. b ¶ Ad sustentationem corporis quæ fames cogit aliquando vesci humanis carnibus, sed famem verbi diuini ad resurrectionem animæ quæ missa est in Iudæos post resurrectionem domini, hæc fames grauius vrget quam illa quæ est corporis.
cit dominus, & mittam famem in terrãm, non famem panis 3
neque sitim aquæ, sed audiendi verbum domini. Et com- 4
a ¶ Pressi, hac fame. b ¶ Britannico. c ¶ Atlanticum. d ¶ Toto orbe peregrini. 5
mouebũtur à mari vsque ad mare, & ab aquilone vsque ad o- 6
a ¶ Legendo & meditando dicta prophetarum, & non inuenient, quia negant verbum Dei quod factũ est in manibus omnium prophetarum, quod erat apud patrem, & caro factum habitauit in nobis. 7 8
rientem circumibunt quærentes verbum domini, & non in- 9
a ¶ Cum misero famem. b ¶ Synagogæ, quæ olim virgines in patribus. c ¶ Id est, doctores synagogarum. ¶ Deficient. ¶ Verbi Dei. 10
b uenient. † In illa die deficient virgines pulchræ, & adolescen 11
a ¶ Modo. b ¶ Id est, in idolo vel peccato. c ¶ Sicut iuramento Dei dicebatur. Viuo ego dicit dominus. Sic illi è contra. Viuit Deus tuus Dan. 12
tes in siti, qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt. Viuit Deus 13
a ¶ In captiuitatem illi qui ita iurant. b ¶ Non reuertentur de captiuitate ad priorem fœlicitatem. 14
c tuus Dan: & viuit via Bersabee. Et cadent, & non resur- 15 16
gent vltrà.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *captiui induti sacco, & capita rasi, secundum quod dicitur* Deut. 32.f. De captiuitate nudari inimicorum capitis.

1 Et ponam eam, quasi luctum vnigeniti. *Id est, in tanta amaritudine, sicut est mater lugens vnigenitum.*

2 Ecce dies. *Hic consequenter explicatur pœna spiritualis, cum dicitur.*

3 Et mittam fam. in terram non famem panis, neque sitim, &c. *Scilicet solum.*

C 4 Sed audiendi ver. *Iusto enim Dei iudicio factum est, vt populus decem tribuum qui prophetas partim fugauerat, imminente tribulatione eorum per Assyrios, quæreret consilium à prophetis, & non inueniret, ideo subditur.*

5 Et commouebuntur à mari vsque ad ma. *Id est, à mari mediterraneo vsque ad mare Galilææ.*

6 Et ab aquilone. *Id est, à termino aquilonari regni decem tribuum.*

7 Vsque ad orientem circumibunt. *Id est, vsque ad terminum orientalem.*

8 Quærentes verbum domini. *Per omnes partes sui regni.*

9 Et non inuenient. *Quia non sunt digni ratione prædicta.*

10 In die illa deficient virgines pulchræ. *A sua pulchritudine.*

11 Et adolescentes *A sua fortitudine.*

12 In siti. *Scilicet corporali ex quo patet quod dictum est, quòd cum defectu cibi & potus corporalis fuit etiam defectus cibi spiritualis.*

13 Qui iurant in delicto Samariæ *Id est, in vitulo quem fecit Ieroboam rex Samariæ, & in hoc faciebant ei reuerentiam, quia homines per maiorem sui iurant ad Hebræ.7.*

14 Et dicunt. Viuit Deus tuus Dan. *Ibi enim fuit positus vnus de duobus vitulis à Ieroboam factis.3.Reg.12.& ei attribuebant deitatem, hoc modo iurando.*

15 Viuit viuit via Bersabee. *Id est: ille pro cuius adoratione itur in Bersabee: Ibi enim vigebat idololatria, vt dictum est supra.5. ca. Sciendum tamen, quòd ista Bersabee est alia ab illa quæ est in termino australi terræ promissionis, quæ est in tribu Iuda, de qua dicitur.3. Reg.19. quòd Elias venit in Bersabee Iuda, ad differentiam istius quæ non est in Iudæa.*

16 Et cadent & non resurgent. *Id est, illa captiuitas. 10. tribuum non fuit relaxata, vt frequenter suprà dictum est.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ 2 *Ecce dies veniunt, dicit dominus.* Hic secundò ponitur pœna spiritualis, cum dicitur.

3 *Et mittam famem in terram non famem panis, &c.* Quoniam propter mala potentum aliquando terra supponitur interdicto: & sic cessat diuinorum solennis celebratio, & verbi diuini prædicatio saltem in parte.

† *Deficient virgines pulchræ.* Mulieres minuentur à deuotione:

11 *Et adolescentes.* In siti scilicet iusticiæ.

✠ MORA-

ADDITIO.

In capitulo octauo. *Vbi dicitur in Postilla. Quando transibit messis.*

Hoc quod dicitur: Quando transibit messis, & venundabimus merces & sabbatum, & aperiemus frumentum, *exponitur à quibusdam Hebræorum de mense embolismali, qui fiebat communiter semel in triennio quando faciebant tredecim menses in anno: ex quo sumebant diuites cupidi occasionem vendendi carius victualia ex mutatione festiuitatum. Similiter quod dicitur hîc Sabbatum, intelligunt de sabbato terræ quod fiebat in septimo anno, & tunc cessabant ab agricultura, vt habetur Leui. 25. ex qua cessatione carius vendebantur victualia, & tunc sumebant cupidi occasionem ad minuendum mensuram, qua talia vendebant, augendum siclum scilicet monetæ quam in precium recipere debebant, & sic dupliciter defraudabantur pauperes ementes ex tali carisiia occurrente.*

☞ CAP. IX.

A a Vidi domi. ✠ RVPERTVS. Adhuc depromitur, & magis ac magis declaratur sentẽtia vindex cõtra prædictã superbiam Iacob, cùm dicit *Auaritia in capite omnium.* Nam cum auaritia de superbia quoque tractari testis est sapiens vir, qui cũ dixisset. *Auaro nihil est scelestius,* continuò subiũxit. *Quid superbus, terra & cinis.* Diuitiarum namque comes superbia est, idcirco Apostolus. *Diuitibus* (inquit) *huius mundi præcipe non superbè sapere.* Hieronym. Remig. † postes. † & in frustra cõcidã eos in capite omnes ipsos

✠ REMIGIVS. Antissiodorensis. *Vidi Dominum stantem super altare & dixit;* Prophetæ, vel angelo: non super altare Bethel aut Dan stabat, sed super altare quod erat in Ierusalem. *Percute cardinẽ.* Id est, percutiendum denuntia à Nabuchodonosor templum, id est, cunctum populum. *Auaritia enim* hoc est, cupiditas rerum temporalium, *in capite omnium,* id est, in principibus, vel in mente omniũ, *& nouissimum* subaudi, omnium hominum, *in gladio* Nabuchodonosor & Chaldæorum interficiam. † Psal.138. B

b *Si descenderint vsque ad infernum, &c.* ✠ RABI IONATHAN. Si ascenderint ad ædificia alta, in cœlum erecta: & si confugerint ad culmina turrium castrensium: & si fugerint ad insulas maris, &c.

✠ THEODORETVS. Si inquit, in infernum descenderint, inde eos manu subtraham, si in cœlum ascenderint quod non fieri potest, hinc eos deiiciens hostibus tradam.

C Cum anima corporeis vinculis laxata propter tenuitatem substantiæ volandi habeat libertatem, vel ad inferna ducitur (de quibus scriptum est. *Conuertantur peccatores in infernum.* Et item: *in inferno quis confitebitur tibi?*) vel ad cœlestia subleuatur. (*Sunt enim spitualia nequitiæ in cælestibus:* etsi sibi scientiam veræ circuncisionis vendicauerunt. Hoc enim interpretatur Carmelus) & si humilitate contenta habitet in montibus, ibi scrutantem manum Dei non euadit. Et si desperans salutem, oculos Dei vult vitare, & in vltimos falsorum fluctuum terminos peruenire, ibi etiam mandat Deus tortuoso serpenti, & ille vltor mordet. Capta quoque viciis gladio Dei punitur, & ponit eos oculos super eam in malum & non in bonum vt per cruciatus & supplicia reuertatur ad Deum. In infernum viciorum descenditur desperando, sed inde potentia Dei educit. In cœlum ascenditur, superbiendo sed inde detrahit. Duo sunt Carmeli: vnus inter Phœnicen & terram promissionis vbi orauit Elias, alter in tribu Iuda ad austrum vbi Nabal Carmelites fuit. D Psal.9.b. Ibi.6.b. Ephe.6.c. † superliminare. † omnium E 1.Reg.18.g. 1.Reg.25.a. † at

c *Qui tangit terram.* ✠ CHALDÆVS. Irato Deo contra terram, deuastabuntur omnes habitatores eius, ascendétque contra eam rex cum exercitu magno, & operiet eam quasi aquis fluuij, demergetúrque quasi fluuius Ægypti.

Si terra insensibilis sentit creatorem suum & ad nutum illius concutitur, quantò magis homo fragilis, cuius anima in vase fictilis corporis. Hieron.

☞ ALLEG. F

CAPVT IX.

¶ Quia velamen erat remotum ab oculis.
a Vidi dominum stantem super altare & dixit. 1
Percute † cardinem, & commoueantur † 2
superliminaria. † Auaricia enim in capite † 3 4
hominum, & nouissimum eorum in gladio 5
a ¶ Voluit Sedechias fugere in Aegyptum, nec potuit.. b ¶ Illi qui peruenerunt in Aegyptum, ibi non sunt saluati. 6 7
interficiam. Non erit fuga eis, & qui fugerit ex eis, non salua- 8
a ¶ Hyperbolicè, etiam si hæc fecerint, non poterunt euadere. ¶ Sicut factum est in Dathan & Abyron, qui ante sunt sepulti quam mortui. b ¶ Non quòd ante resurrectionem aliquis retrahatur, sed etiam in inferno positi sunt in potestate Dei.
b bitur. † Si descenderint vsque ad infernum, inde manus mea 9
a ¶ Sicut Enoch & Elias cum corporibus rapti in cœlum, Dei reguntur arbitrio. 10
educet eos, & si ascẽderint vsque in cœlũ, inde detraham eos, 11
a ¶ Qui densissimam habet syluam. b ¶ Aliquid melius. 12
& si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans au- 13
a ¶ Si voluerint se abscondere ab oculis meis vt Ionas voluit.
feram eos. Et si cælauerint se ab oculis meis in profundo ma- 14
a ¶ Sicut mandauerat de Iona. b ¶ Vt suscipiat eos. ¶ Leuiathan, vel ceto. c ¶ Faucibus deuorabit quasi hostis. d ¶ Quod sub ænigmate dixerat, apertius ponit.
ris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Et si abierint in ca- 15 16
a ¶ Ministris Sennacherib & Nabuch.
ptiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & oc-
a ¶ Nec seruitus liberabit à morte. b ¶ Quasi iratus. c ¶ Qui poterunt mortem effugere. d ¶ Vt per tormenta ad pœnitentiam compellantur.
cidet eos. Et ponam oculos meos super eos in malum, & 17
¶ Faciet hoc. a ¶ Qui est tantæ potentiæ ne putetis insufficientem ad hoc. 18
c non in bonum, † & dominus Deus exercituũ, qui tangit ter- 19

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

✠ Vidi dominum stantem. *Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum. Et diuiditur in tres partes; quia primò ponitur acerbitas, secundò eius ineuitabilitas, ibi.* Non erit. *Tertiò rationabilitas, ibi.* Nunquid. *Circa primum dicit.* Diuisio

1 Vidi dominum. *Scilicet holocaustorum, quod erat in Ierusalem metropoli duarum tribuum.*

2 Et dixit. *Executoribus suæ iustitiæ.*

3 Percute cardinem. *Scilicet templi.*

4 Et commoueantur superliminaria. *Per quod designabatur destructio templi futura sub rege Sedechia. Et subditur causa tamen partialis cum dicitur.*

5 Auaritia enim in capi.hom. *Id est, in rege & principibus & sacerdotibus.*

6 Et nouissimum. *Id est, minimum de populo.*

7 In gladio inter. *Per hoc designabatur, quòd à maioribus vsque ad minimos omnes subiicerentur regi Babylonis armorum violentia, & sic adimpletum fuit sub Sedechia. 4.Reg.vl.*

8 Non erit. *Hic consequenter ponitur pœna ineuitabilitas cùm dicitur.* Non erit fu. *Scilicet ad euadendum simpliciter, quia si fugerint, ad horam postea capientur, ideò subditur.* Et qui fu.

9 Si descen. *Id est, in locis sub terraneis se abscondendo.*

10 Inde manus mea, &c. *Id est, potestas mea.*

11 Educ. eos, &c. *Per Chaldæos qui quærent eos ibi & inuenient eos.*

12 Et si ascen. &c. *Fugiendo ad montes altos, quorum cacumina videntur tangere cœlos.*

13 Inde detra. eos. *Per Chaldæos ibi eos insequentes.*

14 Et si cælauerint. *Id est, si possent hoc facere.*

15 Ibi mandabo. *Id est, per hoc non saluarentur.*

16 Et si abierint, &c. *Ibi enim tanquam viles personæ & abiectæ occidebantur pro modica causa.*

17 Et ponam oculos, &c. *Inducendo super eos malum pœnæ.*

18 Et domi. Deus. *Id est, angelorum ipse scilicet est.*

19 Qui tangit. *Duarum tribuum virga iustitiæ suæ.*

✠ Et ascendet

MORALITER.

✠ 1 *Vidi dominum stantem.* Hic Amos prophetat contra regnum duarum tribuum in quo erat domini templum. Et per hoc significatur comminatio Dei super ministros ecclesiæ militantis, cùm dicitur. *Vidi dominum stan.* Id est, super ministros ecclesiæ ad punitionem suæ maliciæ.

3 *Percute,* Id est, malum pontificem.

4 *Et commo. superliminaria.* Id est, punientur mali clerici ab eo supportati, & subditur causa, cùm dicitur.

5 *Auaritia enim in ca.ho.* Qui caput est eorum.

6 *Et nouissimum, &c.* Id est, minimus de clero Dei vindictam non euadet.

8 *Non erit fu.eis.* Scilicet à Dei vindicta ideo sequitur.

9 *Si descende. vsque ad infer.* Id est, si recurrerint ad consulendũ dæmones pro sua euasione, sicut fecit Saul. 1.Reg.28.

10 *Inde manus mea.* Recursum suum frustrando.

12 *Et si ascen.* Sanctos deprecando non iuuabuntur ab eis, quia sunt indigni.

† *Et si absc.* Id est, si fuerint confusi de orationibus religiosorum eis non valebit quia ponunt impedimentum.

14 *Et si cæl.* Quasi dicat hoc est impossibile, *quia nuda & aperta sunt oculis Dei omnia,* ad Hebræos.4.d.

16 *Et si abierint.* Q.d. ibi persequar eos superaddendo afflictionẽ.

18 *Et do.* Q.d. non potest effectus eius impediri.

A ALLEG. Cum Deus concutit terram alicuius, concussus scelera sua intelligens, vertitur in luctum, & ita ascendit dominus quasi fluuius consummationis vt opera terrena consumat, & descendit super peccatorem quasi flumen Aegypti, vt in amaritudinem tormentorum impetu Dei trudatur.

a *Qui ædificat.* Quotidie dominus ædificat ascensionem in cœlo, cùm sanctos suos de imo trahit ad cœlestia quibus ipse præsidet, & in eis ascendit. Vocat etiam quemlibet incredulum ad fidem suam, & edomat & coquit ardore spiritussancti, & postea effundit, cùm ille longè latéque prædicat magnalia Dei, *vt vbi abundauit delictū superabundet gratia.*

† profundū erit vel demergetur.

† supra. 5 c.

B Rom. 3 d.

b *Et fasciculum.* In gregem credentium. Iste fasciculus vna Dei religione constrictus est: vnde & ipsa religio à religando & in fasce domini vinciendo nomen accepit.

a ¶ Id est. Deficiet. b ¶ De duodecim tribubus. c ¶ De captiuitate omnis ille populus si pœnitentiam egerit, sicut Nilus ad irrigandam terram ascendit. Et si non pœnitue rit, defluet de terra sua sicut Nilus cum impetu descendit in mare.

rā & tābescet, & lugebunt omnes habitantes in ea. Et ascen- 1
det sicut riuus omnis; & † defluet sicut fluuius Ægypti. Qui 2
a ¶ Subaudi faciet hoc.
a ædificat in cœlo ascensionem suá, & fasciculum suum super 3
b a ¶ Fide & religione. b ¶ In aera & calore solis dulcoratas efficit sursum.
c terrā fundauit. † Qui vocat aquas maris, & effundit eas super 4
faciem terræ, dominus nomen eius. Nunquid non vt filij Æ- 5
d thiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus? Nunquid 6 †
¶ Vel Philisthæos. a ¶ Adduxi.
non Israel ascendere feci de terra Ægypti, & Palæstinos dē 7
¶ Qui modo habitant in Damasco. a ¶ Quæ est ciuitas Lybiæ vicina Aegypto. b ¶ Qui non accipit pecunias.
e Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini Dei 8
a ¶ Cuiuscumque Gentis. 9
super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. 10
a ¶ Puniens omnia regna terræ. b ¶ Misericors dominus misericorditer loquitur de populo suo. 11
¶ Ita vt penitus deleatur, sed reliquiæ saluæ erunt. 12
f Verumtamen conterens non conteram domum Iacob, 13
g a ¶ Ministris meis Antiocho Epiphani, & successoribus Alexandri. b ¶ Disperdam.
h dicit dominus. Ecce enim mandabo ego, & † concutiam 14

tuntur in Palæstinos, vt deposita superbia cadant bibentes. Id est, sentientes iudicium Dei. Syri. Id est, sublimes transferuntur de Cyrene. Id est, infirmo pariete, qui erant vicini amaro mari & Syrtibus, & incipiunt sublimes esse in bono. E contrà filij Dei si aberrant, vertuntur in Aethiopes, quia oculi domini supra omnia regna peccātia, quæ ostendit diabolus domino. Vnde Apostolus. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* D

THEODORETVS. Cum eadem sitis natura, qua Aethiopes, cæteriq; homines, maiori studio tamen præter omnes curati estis. Id quod explanauit, cùm subiunxit. *Nunquid non Israel, &c.* Priori patria relicta, alij item translati in alienas terras peruenerunt, vt Syri, & alienigenæ: sed alia conditione quàm vos. Nam illorum soli euersionem & commigrationem celebrat nemo, vestram omnes homines in ore habent. Age verò, illi quidem cùm semigrarunt cum aliis habitantes, ad illorum leges se accommodare coguntur: vos contrà indigenas superastis, atque eos omnes funditus interemistis: cúmque auxilio meo vteremini, terræ eorum domini effecti estis. E

† cōmouere faciam.

Matth. 4. a.

Rom. 6. b.

c *Qui vocat aquas maris, &c.* THEODORETVS. Ostendit potestatis opera, vt ex his confirmet minas.

RVPERTVS. Maris nomine interdum gentilitas significatur, vt illic. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.* Id est. Non timebimus tribulationes futuras, quæ tunc erunt, quando turbatis & repellentibus verbum Domini Iudæis, transferentur Apostoli in medium gentium. Itaque *qui vocat aquas maris, & effundit, &c.* Idem est. Qui homines gentiles falsas & insipidas habentes aquas secularis scientiæ sursum vocat & cœlestia facit sapere, constituitque doctores, vt tam loquendo, quàm scribendo, compluant terram ecclesiæ. Quis hęc tanta & talia facit? *Dominus* inquit, *nomen eius:* quia reuera non posset talia facere, non posset de mortuis resurgens in cœlo ascensionem suam ædificare, nisi esset Dominus.

Psal. 45.

C

d *Nunquid non vt.* Gloriabantur Iudæi, quòd erant de stirpe patrum quibus loquutus est Deus, quòd etiam de Aegypto educti contra hoc dicit dominus. Sicut creaui vos, ita & Aethiopes. Sicut eduxi vos de Aegypto, ita & istos alios de diuersis partibus adduxi: ergo ne superbiatis, quia æquali conditione facti, æquali sententiæ subiacebunt.

Hieronym.

Iudic. 2. a.

ALLEG. Aethiopes nigri si pœnitent possunt verti in filios Dei: Cappadoces qui iacebant sub frigido aquilone vertuntur

e *Ecce oculi Domini super regnum peccans, &c.* REMIGIVS. Deus omnipotens ideo oculos dicitur habere, quia omnia videt, non solum præsentia, sed etiam præterita atque futura.

RVPERTVS. Quod autem, vel cuius gentis regnum tantum peccauit, quàm illius quæ prophetas occidit, & ipsum prophetarum dominum crucifixit.

F

f *Verumtamen conterēs.* Quamuis perseuerantes in malo conterat, illos qui supplātāt vicia & vincūt in certamine, nō occidet.

g *Mandabo.* Vel mundabo. Id est, pro emundatione corripiam in præsenti & concutiam in die iudicij domum Iacob id est, ecclesiam vbique dispersam.

Hieronym.

h *Et concutiam in cribro.* RVPERTVS. Conterā domū Iacob in reprobis, sed non conterā in electis. Nā dū dispergūtur, dum occiduntur, impossibile est perire Deo quemquam ex illis quos præsciuit, & prædestinauit. Pulchra autem similitudine hic docet Propheta. Cuncta tribulatio siue angustia qua contribulati Iudæi, in omnes gentes sunt euentilati, velut commissio cribri

Rom. 11.

Ioan. 10.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ascendet sicut. *Per hoc designabatur duarū tribuum generalis exterminatio scilicet per fluxum aquæ, sicut dictum est ca. præcedenti de decem tribubus.*

2 Qui ædificat in cœlo ascensionem. *Hoc dicitur, quia licet Deus sit vbique, tamen eius maiestas relucet in cœlo.*

3 Et fasciculum. *Per fasciculum intelligitur regio elementaris, quæ modica est respectu ambitus cœlestis.*

4 Qui vocat aquas mar. *Quia vapores humidi eleuantur inde pro maiori parte.*

5 Effundit eas. *Resoluendo vapores in pluuias.*

6 Nunquid. *Hic consequenter ostenditur prædictæ punitionis rationabilitas, cum dicitur.* Nunquid non Israel ascendere feci de terra. *Q. d. sic educendo eos de dura seruitute ad terram fluentem lacte & melle, & ideò huius beneficij ingrati sunt magis digni punitione.*

7 Et Palæstinos. *Id est, Philistæos.*

8 De Cappadocia. *Quasi dicat sic: & hoc habetur Gen. 10.*

9 Et Sy. de Cy. *Quasi dicat transfero Gentem de terra ad terram, prout placet voluntati meæ, & aliquando propter demeritum suæ culpæ, ideo subditur.*

10 Ecce oculi. *Eius peccata considerando & puniendo, ideo subditur.*

11 Et conteram, &c. *Totaliter destruendo: temperat tamen istum rigorem quantum ad Iudæos, dicens.*

12 Verumtamen conte. non. *Id est, destruam omnino.*

13 Domum Iacob dicit. *Sed per orbem dispergam. Ideo subditur.*

14 Ecce enim. *Sicut concutit triticum in cribro. Ad hoc enim concutitur granum in cribro, vt purgetur, sic enim, pœnæ à Deo inflictæ sunt peccatorum purgatiuæ quando patienter tolerantur.*

Et non

MORALITER.

1 *Et ascendet.* Exponatur sicut in capitulo præcedenti.

2 *Qui ædifi.* Hic loquitur de bonis ecclesiæ ministris dicens. *Qui ædificat ascen su.* diuina contemplando.

3 *Et fasciculum.* Opera pietatis exercendo.

4 *Qui vocat aquas. ma.* Id est, verè pœnitentes ad sui cognitionem.

5 *Et effun.* Per sanam doctrinam, vt patet in Paulo.

6 *Nunquid non filij.* Hoc dicitur propter aliquos qui post diuinam vocationem ad vomitum reuertuntur, & sic peiores fiunt quam prius.

† *Nunquid non Israel ascen.* Id est, de tenebris peccati quasi dicat. Sic propter quod reditus ad vomitum aggrauat peccatum. Et sequitur pœna, cum dicitur.

14 *Ecce enim mandabo ego, &c.*

5 Et ... *In die*

A cribri extitit, quomodo si puluerulenta collapsi muri cribro cō gesta concutiantur, vt puluere in terram cadente soli remaneant lapilli, in opus restaurationis conferendi.

Hieronym. Concutitur in cribro id est concussio fit vt frumentum in horrea condatur, & palea igni comburatur.

Sicut in cribro agitatos & concussos mundabo & eligam, vt qui fuerit lapis per præsentiam de cribro non excidat. Qui sicut puluis ceciderit in terram, percutiatur gladio & moriatur.

Remig. Deus qui omnia pugillo concludit per magnitudinem suam, quasi vtraque manu tenens margines terræ quasi cribrum huc & illuc concutiet, vt paleis & sordibus cadentibus in terram solum frumentum remaneat. Et hoc ideo, quia non credunt vaticiniis prophetarum quæ peccantibus pœnas comminantur.

a ¶ Ad quas dispersus erit.
in omnibus Gentibus domum Israel sicut concutitur triticū 1
a ¶ In vindicta iudicij. a ¶ Id est quilibet iustus pondere fidei firmus.
in cribro, & non cadet lapillus super terram. In gladio mo- 2
a ¶ Perseuerantes vsque ad mortem in peccatis. b ¶ Confisi in dignitate generis promittunt sibi impunitatem malorum, ideo mala sustinebunt.
rientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non ap- 3
a ¶ Quod prophetæ minantur. b ¶ Meæ resurrectionis. ¶ Confusionis alias concussionis.
a propinquabit, & non veniet super nos malum. † In die il- 4
a ¶ Populum Iudaicum. b ¶ In Sinagoga negando, vel prius idololatriam. c ¶ In ecclesia per apostolos.
b la suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædifi- 5
a ¶ Id est, illos qui dissipauerant, alias dissipati erant per idololatriam. b ¶ Loca. ¶ In illis. 6
c ¶ In ecclesia de Iudæis & Gentibus collecta. 7
cabo aperturas murorū eius, & ea quæ corruerāt instaurabo. 8

B

a *In die illa.* Illato terrore pœnarum promittit prospera & læta more scripturæ prophetarum scilicet.

Iudæi omnia carnaliter intelligentes, hoc interpretantur de tempore Christi sui quem expectant à quo Ierusalem reædificandam, & Dauid regnum restituendum putant.

Quod cecidit & iacet in terra dicitur suscitari, quia illi iacebant in terrenis.

THEODORETVS. Hæc quidam in Zorobabel attribuerunt, ei conuenire existimātes, eo quòd genus è Dauid traheret, nec animaduertere voluerunt, vt excessit è vita, cū nō parum diu regnasset. Propheta autem æternorum bonorum continet promissionem, & omnes gentes cognituras Deum; de quibus nihil in factis Zorobabel euenisse inuenimus. Atqui Dominus noster Iesus Christus quantum ad carnem pertinet, manans ex genere Dauid, quæ promissa sunt compleuit. Nam verbum caro factum est, & diuersatus est in tabernaculo apud nos, quod ex Dauid acceperat. D

Conuenienter igitur propheticus sermo Dauid tabernaculum reædificatum dicit permansurum in æternum. Eiusdem modi Deus promisit Dauid. *Ponam in sæculum sæculi semen tuum. Vsque in æternum præparabo semen tuum, &c.* Iam eandem promissionē per beatum Amos renouat Deus, pollicetúrque gentibus donum recognoscendi Deum. Et demonstrans dictorum veritatem, subdidit. *Ego Dominus faciens hæc.* Nempe qui res facit, prædixit verba. E

Psal. 88.

† Act. 15. c.

REMIGIVS. Tabernaculum Dauid quod cecidit in synagogis per culturam idolorum, & per negationem Christi, restauratum est à Domino in Apostolis & credentibus, tam ex Iudæis, quàm ex gētibus: & reædificata sunt corda hominū in fide & in baptismate, quę antea deserti, id est, derelicta erāt ab habitatore Deo: & ea quæ corruerāt in illo, restaurata sunt in excelsis.

RVPERTVS. Suscitatur tabernaculum Iacob quod cecidit, quia pro Iudæis incredulis ponuntur gentiles creduli tanquam lapides viui super fundamentum viuorum Apostolorum & prophetarum.

1. Pet. 2.

Eph. 2.

b *Reædificabo.* Vt sicut ecclesia placuit in Iudæis constans ex patribus, sic placeat ecclesia de Iudæis & gentibus congregata.

Hieronym.

Ecce dies

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non ca. la. super ter. *Id est, verbis meis nihil transibit in vacuum, quin impleatur.*

2 In gladio morientur omnes peccatores. *Qui sunt in peccatis suis obstinati.*

3 Qui dicunt non appropinquabit. *Quia comminationes prophetarum friuolas reputabant.*

C 4 In die illa. *Postquam Amos denunciauit populi Israel destructionem, hic vltimò denunciat finalem reparationem per Christum. Dicunt tamen aliqui expositores catholici, quòd propheta hic denunciat reparationem populi Iudæ quæ facta est in reditu captiuitatis Babylonicæ super Zorobabel duce, sed hoc non videtur verum, quia populus ille nunquam fuit in tanta prosperitate quæ hic describitur, cum subditur: Vt possideant reliquias Idumææ & omnes nationes, immo semper fuit in subiectione & seruitute. Primò Persarum. Secundò Græcorum. Tertiò Romanorum, propter quod beatus Iacobus. Act. 15. allegat hanc scripturam dictam de ædificatione ecclesiæ per fidem. Rab. Sa. etiam exponit quod dicitur hic.* Suscitabo tabernaculum Dauid, &c. *Id est, regnum Dauid, quod secundùm omnes Hebræos intelligitur suscitandum per aduentum Messiæ. Et sic secundum Ra. Sa. scriptura hæc loquitur de tempore Christi, quamuis erret dicendo hoc tempus futurum, quod iam est præteritum. Item in libro Canbedrin, qui apud Hebræos est authenticus, dicitur. Erigam tabernaculum Dauid quod cecidit. Dicit Ra. Iohannam. In generatione in qua filius Dauid. Id est, Messias venturus est, sapientes magistri minorabuntur & sic fuit tempore Christi, quia aliqui Iudæorum erant Saducæi qui negant spiritum & angelum, & resurrectionem, quod est maximè erroneum. Alij verò Pharisæi qui propter traditiones suas* irritauerant mandata Dei, *quod est valde fatuum. Patet etiā quod hæc scriptura.* Suscitabo tabernaculum Dauid, &c. *refertur ad tempus Christi secundum Hebræos: igitur sequendo dicta beati Iacobi, exponenda est hæc litera de reædificatione ecclesiæ per Christum in vnione Gentium & Iudæorum, sicut allegatur Act. 15. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur hæc reædificatio. Secundò reædificationis acceleratio, ibi.* Ecce dies. *Ad intelligentiam primi sciendum, quòd Christus Dauid nominatur in scriptura veteris testamenti, Hoseæ. 3. b.* Post hæc reuertentur filij Israel & quærent dominum Deum suū, & Dauid regē suū. *Vbi habet translatio Chaldaica. Reuertentur filij Israel & quærent cultum Dei sui, & obedient Messiæ filio Dauid regi suo, sicut ibidem fuit expositum. Et similiter. Iere. 30. b.* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo. *Translatio Chaldaica habet: Colent coram Domino Deo suo: & obedient Messiæ filio Dauid. Item sciendum, quòd vna est ecclesia quæ incepit à primo Abel iusto vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, secundùm quod dicit beatus Grego. homilia. 7. Et ista ecclesia vocatur tabernaculum Dei, siue Christi, Isa. 4. b.* Et erit tabernaculum in vmbraculum diei, &c. *Apocalyp. 21. a.* Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, &c. *Igitur tabernaculum istud in quo est verus Dei cultus, cecidit post diluuium, omnibus ad idololatriam declinantibus à tempore Nemroth, qui coegit homines ignem adorare, paucis tamen exceptis, vt Abraham & aliquibus aliis fidelibus. Multi etiam de illis qui descenderunt ab Abraham declinauerunt ad idololatriam, vt Ismaelitæ filij Cethuræ, & Idumæi ab Isaac descendentes. Et licet omnes filij Iacob fuerint fideles, tamen multi posteà ab eis descendētes fuerunt idololatræ, vt patet Exo. 32. de adoratione vituli. Et in libris Iudicum & regum de cultu idolorum. Sed casum huius tabernaculi reparauit Christus & eius discipuli, per quorum prædicationem cessauit idololatria per orbem, & vocati sunt Iudæi & Gentiles ad fidem. Et hoc est quod dicitur hic.* In die illa. *Id est, tempore gratiæ quod dicitur dies: ad Rom. 13. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit. F

Matth. 15.

5 Suscitabo tabernaculum Dauid. *Id est, ecclesiam Christi, qui secundum deitatem est ab æterno, ad Heb. 13. b.* Iesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula.

6 Quod cecidit. *Per idololatriam modo prædicto.*

7 Et reædificabo aperturas murorū. *Id est, scissuras Gentium per diuersos ritus, quia aliquæ colebant Iouem, & aliæ Dianam, & aliæ Martem: & sic de aliis, qui per prædicationem Christi & Apostolorum reductæ sunt ad vnum verum Dei cultum.*

8 Et ea quę cor. *Quia multi corruerant à fide vnius Dei, ad eam sunt releuati.*

Et reædificabo

MORALITER.

4 *In die illa &c.* Istud vsque ad finem capituli exposui literaliter de aduentu Christi, quod alij doctores exponunt de reædificatione templi per Zorobabel & socios eius. Et sic expositio mea literalis est etiam spiritualis respectu illius expositionis propter quod de alia pertranseo quo ad præsens.

A a *Ecce dies veniunt.* Iuxta literam hæc omnia contigerunt Iudæis post reuersionem de Babylone, quia arationi successit messis, & vindemiæ iactatio seminis, in quo ostenditur tanta fœlicitas eis data, vt omnis abundantia simul eis contingeret, nec esset dies vlla sine frumento, vino & oleo, alias gaudio.

RVPERTVS. Quæ fuit necessitas vt in calce sermonis talis promeretur litera, quæ maximè carnales mulceat: Videlicet quia sic expediebat, vt pueros illos seduceret seductione bona, propter eos quibus proficere habebant mysteria suo tempore reuelanda.

† accedet arator cum messore, & calcator vuarum cum portante semen.

THEODORETVS. Quoniam verò omnes spirituales promissiones attendere non quærunt, necessario etiã bonorum corporeorum promittit suppeditationem, tantamque horum fore abundantiam præsignificat, vt præ vindemia relinquatur messis fructuum multitudine, &c.

† mustum.

B

ALLEGO. Dies venient scilicet post ascensionem domini: in quibus arator, id est ille qui suum & aliorum corda exarat fide & dilectione, repulsa duricia infidelitatis, vt fructum bonę operationis afferat, apprehendit messorem. Id est, eum qui prædicando verbum Dei, homines à curis seculi euellit, vt in ecclesia Dei recondat. Calcator vuæ est martyr, qui mortem & ipsum diabolum calcans potius quam recedat à fide pro nomine Christi, patiens musta sui sanguinis fundit, vt præbeat exemplũ aliis. (Hieronym.)

C

a ¶ Populum. Hier. Illud tabernaculum. b ¶ Id est, temporibus Salomonis & Dauid sanctorum patrum. c ¶ Apostoli & prædicatores.

Et reædificabo eũm sicut in diebus antiquis, vt possideant 1

a ¶ Gentilem populum qui terrenus & sanguinarius erat vt terrena mutentur in cœlestia. 2

reliquias Idumææ, & omnes nationes, † eò quòd inuocatum

† super quas inuocatũ est nomen meũ.

a ¶ Christo Christiani. ¶ De quo, pater manifestaui nomen tuum hominibus. ¶ Quia.

sit nomen meum super eos, dicit dominus faciens hæc. Ecce 3

a dies veniunt dicit dominus, & † comprehendet arator mes- 4

¶ Per hos omnes significatur ordo prædicatorum. a ¶ Sapienter disponendo. b ¶ Apostoli alti in virtutibus.

b sorem, & calcator vuæ mittentem semen. Et stillabunt mon- 5 6

a ¶ Eloquiorum ve. & no. t. ¶ Minores colendi. b ¶ Fide & confessione, vt nullus fructus eis desit. b ¶ Quia reliquiæ saluæ erunt quæ sub diabolo captiuæ ducebantur, vt Deum mente videant. 7

tes † dulcedinem, & omnes colles † culti erunt. Et conuer- 8

† fluent.

a ¶ Hi montes & colles. 9

c tam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciui- 10

a ¶ Multitudinem Gentium à Deo derelictarum, vt sint ecclesia Dei. b ¶ Vt firmiter stent contra omnes impugnationes. c ¶ Per totum orbem alias congregationes. d ¶ Delectabuntur fide & dilectione ædificatorum. 11 12

tates desertas; et habitabunt, & plantabunt vineas, & bibent

a ¶ Qui enim plantat & rigat ipse comedet.

d vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorum.

aliis. Hos omnes mittit Deus in ecclesiam, vt semen in electorum cordibus seminent, & à curis seculi segregent, & ipsi pro sibi commissis animas ponant, & apprehendit alius alium, quia alius alij succedit. D

b *Et stillabunt montes dulcedinem, &c.* RVPERTVS. Mõtes Apostoli sunt propter excellẽtiam meritorum, qui per totum mundum dulcedinem pacis, & remissionis peccatorũ stillauerunt, prædicando in nomine Iesu Christi pœnitentiam, & remissionem peccatorum. Auditores iustificati, tanquã colles bene culti, fructum bonum reddiderunt. *Et conuertam* ait, *captiuitatem populi mei.* id est, soluam vincula peccatorum & diruam erroris ac ignorãtiæ carcerem quæ vera captiuitas erat, in qua detinebamur nos, qui nunc dicimur & sumus Israel. (Luc. 24.) E

c *Et ædificab.* RVPERTVS. Hoc expositione non indiget cùm videamus vbique terrarum per desertum gentilitatis quæ prius à Deo deserta fuerat surrexisse Christi ecclesias, quæ & ciuitates propter fidei firmitatem, & vineæ propter spei quæ non confundit hilaritatem, & horti propter charitatis delitias rectè dicuntur, &c.

d *Et facient hortos.* Ne contenti hac fœlicitate rerum, vt amplioribus deliciis affluant, omnia genera virtutum in seipsis adimplebunt, vt variis floribus virtutum ornati ad cœlestem paradisum pergant. (Hieronym.)

Et plantabo

F

NICOLAVS DE LYRA

1 Et reædificabo eum sicut in diebus antiquis. *Id est, sicut ante diluuium quando omnes communiter colebant vnum Deum secundum ipsius Adæ instructionem, licet posteà corruptè fuerint communiter carnalitate & lasciuia, Gen. 6. b.* Omnis quippe caro corruperat viam suam.

2 Vt possideat reliquias Idumææ, & omnes nationes. *Ista autem possessio non intelligitur per dominium temporale, sed spirituale, in quantum apostoli & fideles alij colla Gentium subiecerunt fidei: ideo Act. 15. vbi allegatur hæc scriptura secundum translationem. Lxx. quæ tunc multum erat authentica: pro eo quod dicitur hic.* Vt possideãt reliquias Idumææ & omnes nationes, eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos, *dicitur ibi.* Vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes Gentes super quas inuocatum est nomen meum. *Et ideo quod dicitur hic.* Eò quòd inuocatum sit nomen meum super eos, *refertur ad illos qui vocati sunt ad fidem. Exprimuntur autem hic specialiter Idumæi, quia ipsi & Iudæi de duobus fratribus descenderunt scilicet Iacob & Esau: & Christus ex Iudæis descendit secundùm carnem, & similiter apostoli & primi credentes.*

3 Ecce dies veniunt. *Hic consequenter describitur dictæ reædificationis acceleratio, quæ facta est per celerem Euangelij publicationem: quia viuente adhuc beato Petro & pluribus aliis apostolis, fides catholica fuit per totum orbem prædicata, sicut plenius declaraui super illud Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Et breuiter potest hic resumi. Prædicatio enim Euangelij incœpit à Ierusalem, quæ est in medio terræ habitabilis. Act. 1. Et inde deriuata est circumquaque, versus autem occidentem publicata fuit viuente Petro: quia discipuli ab eo missi in Franciam pro prædicatione Euangelij, ædificauerunt Senonis ecclesiam in honore beati Petri, quem credebant passum, sed posteà audientes ipsum viuum, nominauerunt dictam ecclesiam* sancti Petri viui: *in qua pluries ego fui. Et eodem tempore fides catholica fuit prædicata per omnia loca notabilia regni Franciæ, vsque ad mare oceanum, quod est terminus terræ habitabilis secundùm Astrologos. Et eadem ratione Euangelium tunc fuit prædicatum versus alias partes à Ierusalem, scilicet orientis, austri & aquilonis: immo probabilius hoc videtur, quia plures Apostoli & alij Christi discipuli dispersi fuerunt ad prædicandum Euangelium versus alias partes quàm versus occidentem, & sic patet acceleratio Gentium ad fidem. Item sciendum, quòd conuersio Gentium ad fidem messis designatur nomine, Lucæ. 10. a.* Messis quidem multa; operarij verò pauci. *Et similiter calcatio vuæ, & seminatio parabolicè dicuntur. Prophetæ enim hoc modo frequenter loquuntur, & Christus in Euangelio, Lucæ. 8. b.* Semen est verbum Dei. *Est igitur sensus.* Ecce dies veniunt. *Id est, tempus noui testamenti.* (Prædicatio Euangelij accelerata)

4 Et comprehendet arator messorem. *Id est, prædicator statim attinget ad fidelium conuersionem, sicut patet Act. 2. vbi ad prædicationem Petri statim conuersi sunt tria millia, & quarto capitulo quinque milia.*

5 Et calcator vuæ. *Id est, propinator sacræ doctrinæ.*

6 Mittentes semen. *Id est, faciet discipulos aptos ad prædicandum, sicut patet in Actibus Apostolorum in pluribus locis, quòd edocti ab eis prædicabant verbum Dei.*

7 Et stillabunt montes. *Id est, Apostoli cæteris præeminentes.*

8 Dulcedinem. *Euangelicæ doctrinæ.*

9 Et omnes colles. *Id est, minores doctores.*

10 Culti erunt. *Cultura spiritussancti ad proferendum fructum in ecclesia Dei.*

11 Et conuertam captiuitatem populi mei Israel. *Liberando eos de seruitute diaboli.*

12 Et ædificabunt ciuitates desertas & habitabunt, &c. *Per hæc intelliguntur vniuersi status ecclesiæ. Per ciuitates status coniugatorum, in quo requiritur consensus animorum. Vnde & ciuitas dicitur ciuium vnitas. Per vineas verò status prælatorum & doctorum, vnde & Christus dixit Apostolis Ioh. 15. a.* Ego sum vitis, & vos palmites. *Per hortos verò status religiosorum, qui sunt clausi sub disciplina regulari. Isti enim status sunt instituti à temporibus Apostolorum & discipulorum Christi. Et perceptio vtilitatis seu fructus consequentis est consequutio meriti in præsenti, & præmij in futuro. Quod nobis concedat, &c.*

Incipit postilla

A a *Et plantabo eos.* Et post hæc ipsos plantatores & plantatos plantabo super terram viuentium, & ita radicem eorum firmabo, vt non possint amplius euelli, vel in præsenti, vel in futuro, nam contra omnes tentationes, *ero cum eis vsque in finem seculi.* (Math. 28.)

THEODORETVS. Est autem intelligendum, Deum sæpè bona polliceri, sed excipientes promissiones, iniquitatibus gaudentes non sinunt eas peruenire ad finẽ. Minatur verò interdum acerba, in quorũ periculum non incurrũt metu pœnarum. Quamobrem Iudæi, cùm contra dominum insanissent cùm venit in hunc mundum, seipsos bonis promissis priuarunt. Nos verò vtinam possimus hanc vitam secundum leges diuinas rectè agere, pœnitentiáque peccatorum sordes abiicere, ne in malorum pericula incurramus: sed consequamur bona promissa per gratiam conseruatoris Christi, quo cum Patri gloria & spiritui sancto nunc, & semper, in sæcula sæculorum, Amen.

a Et plantabo eos super humum suam, & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis, dicit dominus Deus tuus.

ADDITIO.

In cap. 9. *Vbi dicitur in Postill.* Nunquid. *Hic consequenter ostenditur.*

Postillator in hoc loco omisit illud exponere quod dicitur in litera. Nunquid non, vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel, ait dominus. *Cuius sensus cum continuatione ad sequentia habetur in Glo. vbi sic dicitur: Gloriabantur Iudæi, quia erant de stirpe patrum, de quibus locutus est Deus, & q; etiam de Aegypto eos eduxit. Contra hoc quoque dicit dominus. Sicut creaui vos, ita & Aethiopes, sicut eduxi vos de Aegypto, ita & istos alios de diuersis partibus adduxi: ergo nõ superbiatis, quia æquali conditione facti æquali sententiæ subiacebunt. Hæc in Glo. secundum quam ista dicuntur ad conterendam superbiam eorum, de qua subditur: Et ecce oculi domini super regnum peccans, & conteram illud.*

B *Incipit prologus Beati Hieronymi in Abdiam Prophetam.*

IAcob patriarcha fratrem habuit Esau, qui ob ruborem corporis sui, Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latinè sanguineus dicitur. Is memoratum fratrem suum (qui Israel nomen acceperat) graui odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum Israel, id est, filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persequuti sunt, Esau & Edõ appellati sunt. Et quia populus Israel de captiuitate Chaldæorum per Cyrum regem Persarum nutu Dei reuocatus in Ierusalem, ab illo regno grauiter afflictus atque oppressus est, ideò hoc regnum (quod more Esau) prædictum populum persequutum est, per denunciationem Abdiæ prophetæ increpatur, quòd non Dei indignatione sed sua virtute populum superatum gloriabatur. De quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimo tricesimo sexto dictum est: Memorare dñe filiorum Edom in die Ierusalem. Nam reliqua lectione cõprehensa futurũ in Gẽtes iudiciũ ob causas lectione cõprehensas regnúmque Dei in populo Israel significant. † Hebræi hunc esse dicunt qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal, & de septem milibus erant, quos Elias arguit ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsque hodie cum mausoleo Elisæi prophetæ, & Baptistę Ioannis in Sebaste venerationi habetur, quę olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Antipatris filius in honore Augusti Cæsaris Græco nomine vocauit Sebasten, id est, Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nũc in toto orbe Christi pascit ecclesias. Et sicut Stephanus coronam meruit passionis, sic hic de seruitutis Dei cum Paulo Apostolo nomine gloriatur, quia Abdias seruus domini in nostro sonat eloquio.

† Alij habẽt ibi duos prologos: & secundũ incipiunt ibi: Hebræi hunc esse.

Incipit Argumentum.

ABdias quæ interpretatur seruus domini, personat contra Edom sanguineum, terrenúmque fratrem, fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spirituali.

Incipit Abdias Propheta.

CAPVT I.

a ¶ Intellectus verborum quæ fluunt à Deo.

VIsio Abdiæ. Hæc dicit dominus Deus ad Edom. 1

a VCAP. I. *Visio Abdiæ.* Abdias quantò breuior tantò profundior, seruus Dei intepretatur, sicut Moyses famulus Dei, & Apostolus seruus Christi: & ea vidit & audiuit quæ sunt digna prophetali seruitute. Est ergo hæc visio Abdiæ quam videt in Gentibus, ad (Hieronym. Remig. Rupertus)

Incipit Postilla Venerabilis Patris, fratris Nicolai de Lyra super Abdiam Prophetam.

CAP. I.

VIsio Abdiæ. *Secundum doctores Hebraicos & Latinos iste Abdias fuit dispensator domus Achab regis Israel, qui cùm Iezabel interficeret prophetas domini, abscondit ex eis quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & pauit eos, 3. Reg. 18. a. & ideò meruit à domino spiritũ prophetiæ secundũ dictum Saluatoris. Matt. 10. d.* Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. *Hic autem prophetat contra Idumæos, qui debuissent diligere Iudæos, eò quòd à duobus fratribus descendissent: & ipsi è contrariò habuerunt eos odio, & eorum persecutoribus auxilium præbuerunt. Diuiditur ergo eius prophetia in duas partes, quia prima nunciatur Idumæorum vastatio. Secundò Iudæorum consolatio, ibi:* Et in mõte. *Prima in tres, quia primò denunciatur eorũ vastatio propter culpã superbiæ. Secundò propter culpam superstitiosæ scientiæ, ibi:* Nõ est prudentia. *Tertiò propter culpam fraternæ inimicitiæ, ibi:* Propter interfectionem. *Circa primum dicitur.*

1 Visio Abdiæ. *Scilicet est hæc quæ sequitur.*

Auditum

MORALITER.

1 *Visio Abdiæ &c.* Quæ literaliter intellecta est de destructione Idumææ propter tria. Scilicet propter præsumptionem de sua fortitudine specialiter quantum ad situm terræ, & propter præsumptionem de magnitudine suæ sapientiæ, ibi.

tibus,ad quas legatum misit dominus.Destructio enim Idumææ visio nationum est. Cùm autem in titulo ponatur Visio , non sequitur q aliquid viderit , sed tantum audierit. Visio ergo pro intellectu hic ponitur more prophetarum , qui quod vident & audiunt intelligunt,à qua visione prophetæ,id est,videntes dicuntur. Magna autē pars huius prophetiæ continetur in libro Ieremiæ, mutatis quibusdā verbis.

Esau

Esau filius Isaac,frater Iacob , vocatus est,etiam Edom , id est,rufus , & Seyr, id est pilosus. Hic possidet regionem, quæ nunc dicitur Gebalena,vbi prius habitauerunt Horręi.qui interpretatur liberi. Vrbs quæ Hebraicè Edom, & Græcè Idumæa vocatur , à nomine conditoris

Gebalena regio

† suum

B

Amos 2.a.

viculus est Palestinæ cui dicitur per Amos:*Super tribus sceleribus Edom,& super quatuor non conuertam ego.* Cùm ergo idem homo tribus nominibus vocetur,sic & terra eiusdem Edom dicitur,& Idumæa , & Seyr.Hæc regio non computatur inter extraneas Gentes,quia possessa est à filio Isaac,à fratre Iacob, nec data est filiis Israel in possessionem, sed prohibentur filij Israel mouere arma,contra fratrem suum.Sicut autem Esau ex odio persequutus est fratrem suum Iacob,ita Idumæi semper inimici fuerunt Israelitis.Contra Idumæos ergo loquitur hic propheta.

✠ THEODORETVS. Cùm Assyrij & Babylonij Israelitis bellum intulissent, incredibilibus malis eos vexauerūt Idumæi. Nam non solum hostibus auxiliabantur,sed etiam insidias eis comparabant. Cúmque fugere conarentur , insidiis positis eos comprehendebant,eósque partim interficiebant , partim hostibus venundabant.Quamobrem iustus iudex mirificum Abdiam prophetico dono cumulauit,ac prædicit mala eos apprehēsura.

4.Reg.1.

✠ RVPERTVS. Hic dicitur fuisse tertius ille princeps quinquagenarius cui pepercit Helias , dicenti : *Obsecro vt miserearis animæ meæ &c.* Postmodum relicto regis Ochoziæ ministerio,factus Helisæi discipulus prophetauit.

✠ REMIGIVS. Prophetauit autem eodem tempore , & sub eisdem regibus quibus Isaias,& Ioel, Amos quoque & Micheas.

C

✠ THEODORETVS.Non,inquit,humana ratione vtens hæc verba facio,sed Deus omnipotens tanquam organo quodā mea lingua vsus,Idumææ futura prædicit.

Hieronym. Remigius

Iuxta historiam:O Edom cùm sis minimus ad comparationē cæterarum Gentium quæ sunt in circumitu , in superbiam erigeris:& cùm sis contemptibilis & pauper,nec habens tecta ædificiorum,sed habitans in speluncis:quasi aquila in sublime eleuaris,& ita tumescis corde,vt intra sidera credas te habitare , & omnes Gentes tuo subiugare imperio.Secundùm Tropologiā, factus est sermo contra Iudæos carnales, qui inuident Christianis,& Iacob fratrem suum,id est,populum supplantatorem qui illis primogenita præripuit,persequuntur. Vel fit contra hæreticos,qui cum videantur dicere , vicina nobis contraria sunt & simplicem habitatorem de hæreditate patris nituntur expellere.Vel contra mundum qui terrenus & cruentus. Vnde Isaias: *Quis est iste qui venit de Edom tin.vesti.de Bosra* ? Quidam per Idumæam intelligunt carnem,aduersus cuius impugnationem putant prouocari animam,vt *mortificatis membris quæ sunt super terram* , consequamur æternam in Christo gloriam, Iudæi frustra somniant hanc prophetiam dirigi contra imperium Romanum.

Tropolog.

Isa.63.a.

Colos.3.a.

a *Auditum audiuim.&c.* ✠ RVPERTVS.Hæc ex sua cæterorúmque prophetarum persona interloquitur,priusquam narrare incipiat,quæ Dominus dicit ad Edom.Itaque quasi quæreret quis tu,quomodo vel vnde scis quid dicat dominus ad Edom? *A domino*,inquit,*audiuimus auditum*,nos prophetæ , qui ferè omnes loquimur contra Edom. D

a ¶ Iungit se aliis prophetis,qui spiritualiter diuinam sententiam audierunt contra Idumæos.
b ¶ Legatus est Iesus Christus,homo qui mittitur ad Nabuchodonosor & exercitum eius, vt veniat ad destructionem Idumæorum.
a Auditum audiuimus à domino, & legatum ad Gentes misit. 1
a ¶ Edom vel eam Idumæam. ¶ Numero hominum. 2
b Surgite & consurgamus aduersus eūm in præliū.Ecce paruu 3
c lum dedi te in Gentibus. Contemptibilis tu es valde. Super- 4
a ¶ Terra Idumæorum sub nimio calore solis sita est,& ideò in cauernis & in scissuris petrarum habitant.
bia cordis tui extulit te hābitantem in † scissuris petrarum, 5
a ¶ Tale quid & Dauid loquitur,Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. b ¶ Parenthesis de præsumentibus.
exaltantem solium † tuum. Qui dicis in corde tuo : quis 6
¶ Q.nullus.
d detrahet me in terram?Si exaltatus fueris vt Aquila , & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te , dicit do-

✠ THEODORET. Per hæc autem ostēdit,vt ipse Dominus contra Idumæam hostes concitabit,ac induxit:*Surgite, & consurgamus &c.* Tanquam quispiam belli imperator aduersus eos exercitum coëgit, ostendens vt ipse hæc mala eos sustinere efficit.

† munitionibus

Hieronym. Eph.5.d.

b *Surgite.*Legatus loquitur Gētibus ad quas missus est.*Surgite qui dormitis* , & ne timeatis inire grauē pugnam & insolitā, me habetis primū in acie:Ego qui apparui Iosue tenēs gladium & Amalech in crucis meæ vexillo Mose pugnante superaui, ero vobiscum.

E

Iosue d. Exod.17.c.

c *Ecce paru.* ✠ RVPERTVS.Potest paruulus in bono interdum accipi,sed non hic.Sequitur enim , *Contemptibilis tu es valde.*Ergo *paruulum dedi te*,id est,inuidum esse ostendi te, de quo rectè dixerit alia scriptura,*Paruulum occidit inuidia.*

Iob 5.

✠ REMIGIVS.Quum sis paruus numero comparatione cæterarum nationum , quumque non in domibus, sed in terræ & saxorum scissuris humilis & pauperculus habites:cur te quasi aquila in sublime sustollis.& in tantum erigis te superbia,vt te inter sydera credas habitare.?

ALLEGORICE.O hæretice licet magnus videaris tibi & contemnas paucitatem ecclesiæ,tamen apud ecclesiasticos viros contemptibilis es , & tamen superbia cordis tui te eleuat, cum sis diuisus à petra Christo & eius ecclesia,& confisus in mysteriis & secretis tuis repromittis tibi regnū cœlorum.Possunt etiam dici hæc aduersus carnem , cuius vires imminutæ sunt in aduentu Christi,& contemptibilis fit.& animæ imperio subiecta, & frustra erigitur cùm habitet in cauernis , id est , sensibus vel cogitationibus,& vult dominari animæ exaltans solium, & opera sua non credit posse superari.

Hieronym. Remigius.

✠ THEODORETVS. Altissimis montium fastigiis Idumæa vndequaque munita erat.Hæc conscendentes cùm ab hostibus impetebantur,sæpè ex multis insidiis euaserunt. Quoniā autem his confidens,ait,insolescis & elato animo es quòd sis inexpugnabilis;expugnabilem te & hostibus facilem capta efficiam,nec ex manibus hostium effugies,non si more aquilæ sublimis tollaris , & super nebulas voles ; atque in ipsis syderibus habites.

✠ REMIGIVS. Omnis regio Idumæorum ab Eleutheropoli vsque ad Petrā,quæ est vrbs Arabiæ, Australis est, sub calidissimo climate sita,& ad vitandum feruorem nimium , non in domibus , sed in subterraneis specubus & saxorum cauernis habitant.

d *Si exaltatus.*Aquila altius volat cæteris auibus.& habet tam acutum visum,vt in sublimibus volans pisciculos videat in mari natantes, ad quos rapiendos in modum tormenti descendit. Promittunt sibi hæretici aquilarum similitudinem , quæ solent ad cadauer dominicum congregari. Solent etiam inter sydera ecclesiæ dum dormit paterfamilias nidum suum ponere,confisi magnitudine corporis.& longo ductu alarum, sed tamen inde detrahit eos Deus. Hoc etiam potest dici contra carnem quæ quamuis se erigat,& aquilæ imitetur excelsa.& multos sancto- ☞ rum decipiat.

Hieronym Aquilæ visus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Auditum audiuimus à domino. *Ego & alij prophetæ inspirati ab eo.*
2 Et legatum ad Gen.misit.*Iste legatus est instinctus diuinus excitans aduersarios Idumæorum ad deuastandum eos propter peccata eorum. Ideò subditur confederatio eorum ad agendum,cùm dicitur:* Surgite & consurgamus &c.
3 Ecce paruulum dedi te.*Verbum est domini loquentis de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ super Idumæam ventura.*
4 Superbia cordis tui extulit te.*Vltrà modum virtutis tuæ.*
5 Habitantem in scissuris petrarum. *Id est , in locis vbi accessus est difficilis,in quibus nimis confidis.Ideò subditur.*
6 Qui dicis in corde suo , quis detrahet me in terram ? *Id est, deiiciet me à magnitudine mea , ac si non timens hominem nec Deum. Ideò subditur responsio diuina* : Si exaltatus fueris &c. *Et subditur omnium bonorum direptio totalis,cùm dicitur.*

✠ Si fures

☞ rum decipiat,tamen à domino est exuperata & deiecta.

A a *Si fures intr.* ✠ REMIGIVS.Hic est sensus. Si fures qui de nocte domos suffodere consueuerunt,introissent ad te, nec illis potuisses resistere , aliquid reliquissent , & solum abstulissent quod sufficeret eis.Sic & vindemiatores,saltem vel vnum racemum inter palmites latentem. Significat autem Babylonios, qui sicut fures repente venerunt , & nihil in Idumæa reliquerunt, quod non inuestigarent, lacerarent,& tollerent.

Hieronym. Remig. Psal.79.b.

Fures & latrones sunt hæretici,filij noctis , & tenebrarum qui peruersa prædicant , & sufficientia sibi de ecclesia Dei furātur.Hi ingrediūtur vineam domini quam de Ægypto eduxit, & ita volunt omnia vastare,vt vix racemos relinquant. Sed Deus primum in hoc eos vincit,q per ecclesiasticos viros occulta priorum hæresiarcharū(qui designantur per Esau) aperit & mendacia detegit. Quod cum admiratione dicit: Quomodo , id est, quod subtiliter sancti viri perscrurati sunt occulta Esau?vt appareat eius stulticia.

B

a ¶ Qui domos nocte fodere & quæ in domibus sunt rapere solent. ¶ absconditi tenebris angulos domus tuæ cum circumissent qualiter tunc taceres,subaudi , sic tacebis veniente Nabuchodonosor non audens resistere.
a minus.Si furēs introissent ad te,si latrones per noctem,quo- 1
b modo cōticuisses?Nōne furati essent sufficientia sibi ? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reli-
c quissent tibi?Quomodo scrutati sunt Esau?Inuestigauerunt
a ¶ Cauernas,foramina. b ¶ Moabitæ & Ammonitæ prius fœderati tecum, coniuncti sunt Assyriis ad te captiuandum.
d e abscōndita eius. Vsque ad terminos emiserunt te,omnēs vi- 2
a ¶ Ducendo in captiuitatem. b ¶ Qui fuerant pacifici in præsidio vrbium suarum.
ri fœderis tui illūserunt tibi. Inualuerunt aduersum te uiri
a ¶ Qui tanta affinitate erant coniuncti,vt comederent panem tecum,insidiantur his qui ad te pertinent ne aliquis effugiat.
pacis tuæ.Qui cōmedunt tecum,ponent † insidias subter te. 3
a ¶ Per hoc patet,quod stultus est Edom,qui non præuidit futuros hostes , quos habebat amicos. b ¶ Qualis esse debuerat. c ¶ Cum hæc contigerint tibi.
f Nōn est prūdentia in eo. Nunquid non in die illā dicit do- 4
g a ¶ Philosophos. b ¶ Edom Hebraicè Idumæa, Græcè dicitur. c ¶ Vt calliditas stulticiæ eius appareat,cum nullum consilium possit inuenire quo superueniens malum possit vitare, 5
h minus,perdam sapiēntes de Idūmea, & prudēntiam de mō- 6
a ¶ Cum cœperint audiri aduentus hostium & irrisio prius pacificorum, tunc fortes regni tui qui habitant in meridie , qui solebant pugnare pro ciuitate & prudenter consilia dare timebunt.
te Esau ? Et timēbunt fortes tui † à meridie , vt intereat 7
i vir de monte Esau ? Propter interfectionem & propter 8
a ¶ Quando capieris ab hostibus.
iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te cōnfusio, 9

b *Nonne furati essent &c.*Quæ sibi putarent sufficere,& aliquid in domibus reliquissent , vel per sacietatem , vel ignorantiam. Sic & vindemiatores,vel hostili animo,vel conducti à te,si vellent metere vineam tuam , tamen aliquos racemos vitibus foliisque celatos relinquerent,sed Babylonij à Deo cōtra te missi, omnia secreta tua scrutati sunt,nihil in foraminibus & cauernis relinquentes.

c *Quomodo scru.sunt.*Admirando dicit:Q.nihil reliquerunt.Et mirum est,quod homines illi in cauernis & foraminibus habitantes propter nimium calorem , nihil abscondere potuerunt, quod non inueniretur ab hostibus.

C d *Vsque ad ter.*Non vna pars regionis per Babylonios vastata est,sed vsque ad finem regni tui peruenientes emiserunt te extra regnum tuum. *Vsque ad terminos.* Cùm secreta hæreticorum per sanctos fuerint propalata prius decepti deserent terminos Edom,& transibunt ad ecclesiam , illudentes falsis eorum sententiis,& præualebunt credentes , conterentes argumenta eorum qui cum hæreticis comedebant panem luctus , & ponent contra eos insidias de autoritate scripturarum.Tunc apparebit quòd in hæreticis nulla est vera scientia. D

Allegoricè

e *Omnes viri fœderis tui &c.* ✠ THEODORETVS.Ad hostes inquit , adiungentur qui non multo ante tecum coniuncti beneuolentia erant cōfœderati , & socij tui : & non vrbibus solùm,sed etiam regionis finibus te pellent, cùm apertè bellum gerentes,tum insidias molientes. Horū maxima causa est insipientia tua.

f *Non est prudentia in eo.* ✠ RVPERTVS. Verè non est in eo prudentia , qui iam dictas super se positas insidias non cauit sed fauit insidiantibus , sicut imprudens & improuidus.

† plagam

E

✠ THEODOR. Omnis pariter & de fortitudine gloriantes,& sapientia ferocientes , & sub his merentes funditus perdam. Et suæ sententiæ æquitatem ostendēs, propter cædem , inquit , & impietatem in fratrem Iacob.

† ô Thema

g N*unquid.*Nunquid cum prius decepti reuertentur ad ecclesiam Deo pugnante, apparebunt stulti qui sapientes videbantur,qui carnalia & terrena sapiebant , qui eleuantes se contra scientiam Dei pro Esau pugnabant arte dialectica,& tunc magistri qui putabant se esse in meridie,conuicti timebunt.

h *De monte.*Mons Esau idem est qui mons Seyr,in quo monte sita est vrbs Idumæa.Benè ergo ab hoc monte dicitur auferri sapientia.Vel quia omnis regio illa vergés ad austrum confinis est eremo,& præruptis montibus edita,eadem regio Heman dicitur,id est,Meridies.

i *Propter interfectionem.*Hæc tibi inferentur , quia interfecisti germanum coniunctus Babyloniis, obsidentibus Ierusalem , & ingredientibus portas eius,& mittentibus sortem pro diuisione prædarum , quia odium quod habuit Esau pro benedictione contra Iacob, tu adhuc exerces in filios ipsius , quia doles te perdidisse quod habent Iudæi , & ideò hostibus eorum sociaris. F

☞ ✠ THEOD

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si fures introissent ad te,si latrones per noctem,quom.&c. *Et patet litera vsque ibi.*
2 Omnes viri fœderis tui &c.*In quo ostenditur,quòd talia passura sit Idumæa non solùm ab inimicis suis , sed etiam ab illis qui prius erant amici sui & sibi confœderati:quod est satis grauius,secundùm illud Psalm.54.b.*Si inimicus meus maledixisset mihi,sustinuissem vtique &c.
4 Non est prudentia in eo. *Hic consequenter denunciatur vastatio Edom propter scientiam superstitiosam.Intendebant enim diuinationibus & auguriis. Ideò subditur:*Non est prudentia in eo.*Intendentes enim talibus frequenter decipiuntur.Ideò subditur.*
5 Nunquid non in die illa dicit dominus. *Scilicet vastationis Idumææ.*
6 Perdam sapientes de Idu. *Qui suis superstitionibus denunciabāt ei securitatem,quasi dicat.Sic per effectum contrarium.*
7 Et timebunt for.tui.à me. *Ab illa enim parte intrauit exercitus aduersariorum.*
8 Propter interfectionem.*Hic consequenter denunciatur vastatio de Edom propter crimen inimicitiæ fraternæ,cùm dicit:*Propter interfectionem & propter iniqui.in fra.tuum. *Esau enim persequebatur fratrem suum Iacob ad mortem,Gen.27.pro benedictione paterna, & eodem modo Idumæi ab Esau descendentes persequuti sunt populum Israel à Iacob descendentem propter quod nominatur hic Iacob.*
9 Operiet te confusio.*Superueniens tibi ex omni parte.*

✠ Et peribis

MORALITER.

✠ 4 *Non est prudentia in eo &c.* Et propter odium fraternum, ibi.
8 *Propter interfectionem.* Mysticè verò per Edom significatur omnis præsumens de sua fortitudine , similiter præsumens de sua sapientia sæculari,& similiter perseuerans in odio fraternali.Quod est fatuum & iniquum,nam in morte deficit corporalis fortitudo,in tantum, quod moriens non potest se defendere de musca.Similiter sapientia,quia sicut dicit Augustinus in sermone de Innocentibus: Hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui,qui dum viueret oblitus est Dei.Similiter odium fraternum multum nocet morienti,quia propter hoc pauci valde compatiuntur sibi.Et sic patet destructio præsumentis maligni.

✠ *Et in monte*

A ✠ THEODORETVS. Alienis bellum inferre, in seruitutémque redigere graue est. Vobis autem sanguine coniunctis, ex Abrahamo profectis, nulla venia relinquitur, qui hæc in cognatos attentaueritis. Cùm legibus cognationis spretis, alienis fuisti subsidio, vestros verò bello impetistis. Etenim tu inquit, fuisti vt vnus ex his. Non vt facta, sed vt futura de more prophetarum proprio, prædicit.

a ¶ Aeterna captiuitate damnatus. b ¶ In manifesta captiuitate, cum Ioakim & Daniel, & alij per Nabucho. sunt ducti in captiuitatem.
& peribis in æternum. In die cùm stares aduersus eum, quan 1
a ¶ A Deo, & à progenie Iudæorum. 2
do capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebãn- 3
a ¶ Ciuitas Ierusalem. b ¶ Spolia ciuitatis, quis quid tolleret. 4
tur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, tu quo- 5
a ¶ Cum venerit secunda, vel tertia captiuitas duarum tribuum, non iunges te victoribus nec irridebis captiuos, quia & tu captiuus eris. 6 7
a que eras quasi vnus ex eis. Et nõ † despicies in die fratris
tui, in die † peregrinationis eius. Et non † lætaberis super 8
a ¶ Duas tribus quæ regnabant in Ierusalem, à Chaldæis captas. ¶ Discipulos Christi. b ¶ Captiuitatis. c ¶ Magna loquendo, quasi vnus de victoribus. 9
filios Iuda in die perditionis eorum, & non magnificabis os 10 11
a ¶ Corporalis, in persequutionibus, vel spiritualis in peccatis. b ¶ Gratulabundus, quia tu similia patieris. c ¶ Quia & tu manibus Nabuchodonosor traderis.
tuum in die angustiæ. Neque ingredieris portam populi mei 12
a ¶ Captus à Babyloniis, nec quæ fecisti, facies, neque quæ sequuntur. b ¶ Persequutione, negatione, in die quando aliqui in martyrio labuntur.
in die ruinæ eorum, neque despicies & tu in malis eius in die
a ¶ Cum exercitu Babyloniorum. ¶ Quando superatos aduersarios fugies. b ¶ Iuda.
vastitatis illius. Et nõ † emitteris aduersus exercitum eius 13
a ¶ Cum fugere cœperis per diuerticula & calles sibi notos ad solitudinem, & non stabis in biuiis, vt interficias venientes, vel captiuitati hostium reserues.
in die vastitatis illius. Neque † stabis in exitibus, vt interfi- 14
a ¶ In Carcere captos.
cias eos qui fugerint. Et nõ concludes reliquos eius in die 15
a ¶ Ideò. ¶ O Idumæa, hæc facere cessabis: quia veniet super te vltio. b ¶ Iudicium & vltio. 16
b tribulationis, quoniam iuxta est dies dñi super omnes Gẽtes. 17 18

† alienationis. — Hieronym. Remigius — † stare debebas in biuio. — † aspicere debebas. — † lætari debebas, & ita in aliis. — Hieronym. Remigius. — † mittere debebas.

✠ REMIGIVS. Chaldæis inquit, & Babyloniis vastantibus Ierusalem, & ingredientibus portas, prædamque sorte diuidentibus, tu quoque eras eorum socius, & exultabas in perditione populi fratris tui. Ergo quia hæc fecisti, & iniquè cõtra fratrem egisti, idcircò interibis vir de monte Esau, & B similia ab eisdem hostibus patieris.

O hæretice terrene & crudelis prædicta patieris, quia & mortifera doctrina linguæ, & odio cordis occidisti quantũ in te fuit Iacob, id est, Christianum populum. Ideò confusionẽ patieris: & peribis in æternum: Et quando aliquis violentus persequutor nititur abrumpere pacem Ierusalem, tu grauius quã aliquis Gentilis expugnas. Aliter, Portæ Ierusalem, id est animæ quiescentis & videntis Deum, sunt quandoque corporei sensus, per quos intrant hostes, id est, pessimę cogitationes, vt diuidant spolia miseræ Ierusalem, sicut quando aperitur oculus ad concupiscendum. Cùm verò per has portas aliquis de ecclesia corruerit, tũc Iudæus vel hereticus gaudet, & grauius quã Ethnicus insurgit. (Isa.9.a.)

a *Et non des.* Iã apertè minatur sermo propheticus Edom, quia C cum propter maliciã quã in fratrem exercuit, ducetur captiuus de monte Esau, vltrà non despiciet fratrẽ euntem in captiuitatem, sicut ante fecit: quia ipse Edõ prius captiuabitur quàm Israelitæ tempore Ioakim vel tempore Sedechiæ per Nabuchodonosor captiuentur.

✠ REMIGIVS. Improperat sermo propheticus Idumæis ea, quæ contra filios Iuda gesserunt. Cùm enim capta Ierusalem vellent fugere ad notas sibi vias, & ad montium diuerticula, ac desertum Petræ: Idumæi stabant in exitibus viarum, & expecta- D bant in compitis vt fugientes interficerent. Dicit ergo propheta, quod non sic facturi sint cùm venerit tempus captiuitatis eorum: quia singuli pro se timebunt, nec aliis parabunt insidias, quum nec sibiipsis poterunt subuenire.

✠ THEODORET. Quis vnquam pro dignitate commemorare posset iusti iudicis incredibilem bonitatem, qui cùm planè sciret, quòd propheticis verbis non essent crediturí, has propositas minationes adhibuit, vt hinc eos perterrefaciendo, illinc pelliciendo efferatos molliret?

O hæretice cùm videris fratrem tuũ vel violentia persequutionis, vel aliqua heresi ab ecclesia deuiare, non lætaberis E in perditione eorum quia & tu peribis, nec magna loqueris super eum, quando ille vel oppressus negabit, vel voluptate abstractus rigorem mentis non seruabit. Solet autem hæreticus cùm viderit aliquem, vel fuga vel pœnitentia elapsum à periculo, stare in diuerticulo & sophismata proponere, & quasi de scripturis testimonia proferre ad refectionem lassorũ, intantum vt qui persequutione victus non fuerat, prauo dogmate in carcerem errorum retrudatur. Et cum specie fraternitatis decipiat, grauior est eius persequutio quam Gentilis.

Dum aliquis vel in angustia negat, vel voluptate rigorem pristinum perdit, tunc facile ad contraria dogmata solet labi, quæ non curant vulnus, sed blandiuntur errori & palpant.

b *Quoniam iuxta.* ✠ THEODORETVS. De omnibus gentibus impietatem exercentibus pœnas sumo, easdem de te cre- F dere nolente sumam.

Vniuersas Gentes Herodoto teste, vsque ad Propontidem Scythicúmque mare, & Ionium vel Ægeum Assyrij Babyloniique sibi subiugauerunt. Vnde ait: Si aliæ Gentes quæ non adeò peccauerunt, biberunt de calice iræ Dei, quomodo tu quæ magis peccasti, impunita remanebis? (Herodotus. Hieronym. Remig.)

☞ *Sicut fecisti*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et peribis in æternum. *Absque regni reparatione.*
2 In die cùm stares ad. *Id est, populum Iudaicum.*
3 Quando capi. *Id est, Assyrij primò & postea Chaldæi.*
4 Et extra. ingre. *In Ierusalem, & aliis ciuitatibus.*
5 Et super Ie. *Id est, super prædam Ierusalem.*
6 Mittebant sor. *Vt quilibet portaret partem suam.*
7 Tu quoque era. *Ciuitates destruendo & bona rapiendo.*
8 Et non &c. *Id est, in die vastationis eius non despicies eum, quia tu eris magis contemptibilis.*
9 In die pere. *Id est, captiuationis ad terram extraneam.*
10 Et non. *Qui habens occasionem maiorem tristitiæ.*
11 Et non magni. *Lactando te quòd fueris in templi & ciuitatis combustione, ex quo contigit maxima Iudæorum angustia: licet enim Idumæi pluries fuissent contra regnum Iudaicum Assyriis & Chaldæis, vt dictum est, tamen ante combustionẽ ciuitatis & templi per Nabuzardan fuerunt captiuati, vt dicunt expositores aliqui, & sic non fuerunt in illa. Ideò subditur.*
12 Neque ingre. por. *Et patet litera.*
13 Et non emittet. *Id est, ad persequendum Sedechiam fugientem cum viris bellatoribus.*
14 Neque stabis in exitib. *Scilicet ciuitatis ad interficiendum fugientes.*
15 Et non conclud. *Qui non poterunt effugere de ciuitate.*
16 Quoniam iuxta. *Id est, prope & ante dictam vastationem Ierusalem.*
17 Dies domi. *Id est, tempus suæ vindictæ.*
18 Super omnes. *Scilicet regni Idumææ. Sed quia Isa.21. & 24. & 63. & Iere.49. & Ezech.35. videtur dicere textus, quòd Idumæi fuerunt cum Chaldæis in destructione Ierusalem per Chaldæos, sicut ibidem fuit dictum. Et idem sonat quod hic præmittitur:* Et super Ierusalẽ mitte. *Id est, super prædam de Ierusalem, vt quisque partem suam tolleret.* Tu quoque eras quasi vnus. *Quæ diuisio prædæ maximè fuit in captione ciuitatis per Chaldæos.*

Aliter exponenda est litera ab illo loco. Et non despi. in die fra. *Id est, de vastatione eius facta per Chaldæos, sicut Prouerb.17. dicitur:* Qui in ruina lætatur alterius. *Id est, de ruina alterius,* non erit impunitus. *q.d. malum eueniet tibi post destructionem Ierusalem, & ita cessabis despicere populum Iudaicum.* Et non læta. *Superuenient enim tibi occasiones tristiciæ maioris: motus enim maiores depellunt minores.* Et non magnificabis os tuum. *Vltrà te iactando, quòd fuisti in ciuitatis & templi captione, eadem de causa.* Neque ingredieris portam. *Post ciuitatis reædificationem per Neemiam,* Et nõ emitteris aduersus exercitum eius. *Tunc, sicut missus fuisti ante per Nabuchodonosor.* Neque stabis in exitibus. *Scilicet Ierusalem ad interficiendum fugientes de ea, sicut fecisti tempore obsidionis eius per Chaldæos.* Et non ✠ concludes. (Alia expositio.)

a ¶ Sicut occidisti Iudæos, ita occideris ab hostibus. b ¶ Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. ¶ Dies domini.
a Sicut fecisti, fiat tibi: retributionem tuam conuertet in caput 1
¶ Calicem diaboli. a ¶ Ecclesiam.
b tuum. Quomodo enim bibisti super montem sanctum meũ, 2
a ¶ Conuersæ contra te.
c d bibent omnes Gentes iugiter, & bibent & absorbebunt, & 3
a ¶ Destructa Idumæa sub Zorobabel reuertentur duæ tribus ad Ierusalem in sua libertate, 4
e erunt quasi non sint. Et in monte Sion erit saluatio & erit 5
f g sanctus. Et possidebit domos Iacob † eos qui se possederant. 6 7
a ¶ Idumæa. 8
h Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & do- 9
a ¶ Quæ citò creatur. b ¶ Domus. Esau per os. c ¶ Nec vnus vitabit subuersionem. 10
mus Esau stipula. Et † succendetur in eis & deuorabũt eos, &
¶ Qui est veritas. a ¶ Cuius loquutio est operatio.
non erunt reliquiæ domus Esau, quia dominus loquutus est.

† succendet eos — † possessiones suas.

☞ a *Sicut fecisti fiat.* Simile legitur in Psal. *Memor esto Domine fi-* A *liorum Edom in die Ierusalem dicentium: Exinanite exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Vñ & cõtra Babylonẽ imprecatur propheta: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad Petram.* (Psal.136. Isa.51.f. Ibidem)

b *Quomodo enim bibisti super montẽ &c.* ✠ REMIGIVS. Ac si diceret. Sicut bibisti super mõtem Sion cum Babyloniis, ac lætatus es, sic omnes gentes quæ erant tecum in præsidio illarum contra te bibent & lætabũtur: nec solùm bibẽt sed & absorbebunt vt sint Idumæi quasi B non sint. Vel certè ipsæ gentes cùm biberint, absorbebuntur à Mœdis, vindicta quasi circulo procedẽte. Tu enim deuorasti Ierusalem, te consumet Chaldæus, Chaldæum Medi & Persæ vastabunt.

✠ THEODORETVS. Vini potionem vocat vltionem, docente Hieremia, qui iussus est accipere poculum, & potare omnes gentes. (Ierem.25.)

Sicut cum Babyloniis lætaberis de destructione Ierusalem vbi erat templum meum & altare: ita delectabuntur in effusione tui sanguinis Gentes quas tunc tecum habebat Babylonius in præsidio. (Hieronym.)

c *Bibent omnes &c.* Contrariæ fortitudines suppliciis deputatæ, vel quæcumque virtutes aduersariæ. (Hieronym.)

d *Et absor.* Nec solum lætabuntur in tua perditione, sed etiam absorbebunt occidendo, ita vt sint Idumæi quasi non sint, vel illæ Gentes erunt, quasi non sint: quia qui absorbent te, absorbebuntur à Mœdis: quia sicut Babylonij alias Gentes, ita Mœdi Babylonios vicerunt, & Mœdos Macedones, & Macedones Romani, Romanos Christus. (Quomodo omnia Gentium regna absorpta.)

e *Et erunt quasi non sint.* Quicumque non adhæret illi qui dicit: *Ego sum:* nihil est. Hæretici ergo qui cum eo non sunt, peribunt: & in die iudicij ita retribuetur eis, sicut ipsis qui pecca- C uerunt contra ecclesiam. (Exod.3.d.)

f *Et in monte Sion.* ✠ REMIGIVS. Erit saluatio reliquiarum Israel: & erit sanctus mons Sion, quia ibi sancta sanctorum siue, erit ibi sanctus: ipse scilicet Deus reuertetur ad templum quod propter peccata dimiserat. *Et possidebit domus Israel.* Hoc D factum est sub Zorobabel, & Esdra, & Nehemia: quando reuersi de captiuitate possederunt Idumæos.

✠ THEODORETVS. Vel prænunciat saluationem omnibus exortam in Sion, & sanctificationem inde in omnem orbem terrarum profusam, per crucem Saluatotis.

ALLEGORICE. Destructis operibus carnis, & terreno imperio desolato; in ecclesia erit saluatio eorum qui à matre non exierunt, & in ipsa morabitur spiritus sanctorum, & domus supplantantium vicia possidebunt eos Christianos effectos, qui se prius possederant, & domus Esau, id est, terrenorũ non poterit sustinere disputationem ignitam Catholicorum, sed deuorabuntur in suam salutem: Et non erunt reliquiæ Esau, quando Christo *flectetur omne genu, cœlestium terrestrium & infernorum,* & cum *Deus sit ignis consumens,* sui vertuntur in naturam ignis, vt consumant stipulam peccatorum. (Hieronym. Remigius. Rupertus. — Philip.2.b. Deut.4.d.)

g *Et erit sanct.* Dominus reuersus ad templum, quod pro peccatis dimiserat. Vel erit sanctus, ipse mons Sion propter cultum Dei qui ibi celebrabitur, & tunc qui reuersi fuerint: vel de duabus, vel de decem tribubus pariter pugnabunt contra Idumæos: quibus Idumæi non poterunt resistere, sicut nec stipula ignis.

h *Et erit domus Iacob.* ✠ REMIGIVS. Sicut flamma citò stipulam deuorat, sic post reuersionem de captiuitate, sociata sibi duo regna Iuda & Israel, id est, decem tribuum, vastabunt Idumæam, & deuorabunt eam, ita vt non remaneat qui hanc cladem posset cæteris gentibus annuntiare.

Per Iacob duæ tribus, per Ioseph decem, quia Ieroboam qui primus in illis regnauit de Ioseph fuit. Hæc omnia Iudæi de tempore Antichristi interpretantur, quem pro Christo recipient. Et quidquid contra Idumæam dicitur, ipsi de Romano F imperio somniant dictum. Nos verò sub Zorobabel iam factum esse intelligimus, vel quotidie in ecclesia, & in regno animæ contra carnem in vno quoque compleri videmus. (Hieronym. Rupertus. 3.Reg.12.f.)

☞ *Et hæreditabunt*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ concludes. *Remanentes in ciuitate sicut tunc fecisti.* Quoniam iuxta est dies domi. &c. *Id est, prope, quia statim post destructionem Ierusalem fuerunt captiuati Idumæi.* Dies dom. *Id est, tempus suæ vindictæ.* Super omnes Gentes. *Scilicet regni Idumææ, de quibus loquitur propheta.*
1 Sicut fecisti. *Persequendo nequiter filios Iudæ, ita alij persequentur te.*
2 Quomodo enim bibisti. *Id est, lautè vixisti de bonis acceptis de templo, quod erat in monte Moria.*
3 Bibent omnes Gentes. *Hauriendo bona tua.*
4 Et absorbebunt. *Venientes super te tanta potestate, quòd non poteris resistere.*
5 Et erunt quasi non sint. *Alicuius virtutis gentes tuæ. Ideò sequitur:* Sicut fecisti: *Persequendo nequiter filios Iudæ sic alij persequentur te.* Quomodo enim bibisti. *Id est, lætanter fecisti.* Super montem sanctum meum. *Id est, de malo venienti supra Ierusalem, vbi est templum nomini meo dedicatum.* Bibent omnes Gentes. *Hauriendo bona tua, & lætando de tua miseria.* Et absorbe. *Te totaliter deuorando.* Et erunt quasi non sint. *Scilicet gentes tuæ, vnde istud refertur ad illud quod suprà dicitur:* Dies domini super omnes gentes.
6 Et in monte. *Hîc post destructionem Idumæorum nunciat propheta consolationem Iudæorum. Et dicunt aliqui expositores nostri, quòd residuum huius prophetiæ intelligitur ad literam de reditu captiuitatis Babylonicæ.* Et in monte Sion erit saluatio. *Quia liberati de captiuitate illuc venerunt, vt habetur 1. Esdræ.ij.*
7 Et erit sanctus. *Quia ibi reædificatum fuit templum in loco sancto suo.*
8 Et possidebit domos Iacob eos qui possederant. *Quod maximè fuit impletum tempore Machabeorum, qui pugnantes viriliter suos aduersarios sibi subiecerunt.*
9 Et erit domus Iacob ignis &c. *Dicuntur hîc domus Iacob illi de regno Iudæ, qui redierunt de captiuitate, & domus Ioseph illi de regno Israel, qui euadentes manus Assyriorum, posteà venerunt ad habitandum in regno Iudæ: & cum illis de regno Iuda captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt.*
10 Et domus Esau stipula. *Id est, Idumæa ita faciliter destruetur ab eis, sicut stipula ab igne.*

✠ Et hæreditabunt.

MORALITER.

✠ 7 *Et in monte Sion erit saluatio.* Istud vsque ad finem capituli literaliter exposui de aduentu Christi: propter quod de alia expositione pertranseo, sicut in fine Amos prophetæ dictum est.

a *Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt montem Esau.* Reuerso A Iuda in regnum hi qui in meridie habitabãt & habebãt angustos terminos, occupabant montem Idumææ, & qui de duabus tribubus prius in campestribus erant in Lydda, Emaus, Diospoli, Nicopoli: possidebũt quinque vrbes Philisthinorum, Gazam, Ascalonem, Azotum, Acharon, Geth. Dilatabitur etiam Iuda vsque Ephraim vbi nunc est Neopolis, & ad regionem, scilicet vbi nunc est Sebaste. Beniamin verò cui terminus est ab Ierusalem contra Septentrionem possidebit cunctam Arabiam quæ prius Galaad dicebatur, nunc Gerasa dicitur.

B MYSTICE qui sunt in vero lumine, & qui tenent campestria humilitatis possidebunt magistros Gentilium qui montibus comparantur & propter prophetiã & eloquẽciam, & etiam Philisthiim discipulos eorum qui alienigenæ dicuntur. Possidebunt etiam hæreticos ecclesiæ qui fructificationem & custodiam mandatorum Dei promittunt. Porrò Beniamin, id est, filij dexteræ, scilicet populus Christianus possidebat Galaad, id est, Iudæos, à quibus transmigrauit testimonium ad Christianos.

b *Et transmigratio* ✠ R. IONATHAN. Et captiuitas populi huius, scilicet filiorum Israel, qui sunt in terra Chananæorum, vsque ad Zarphat, & captiuitas Ierusalem quæ est in Hispania, possidebunt ciuitates terræ meridionalis.

✠ REMIGIVS. Sensus literalis talis est. Illa transmigratio quæ reuersa est sub Esdra, Nehemia. & Zorobabel, possidebit cuncta quæ prædicta sunt, Iudas quidem ea quæ ad austrum & maritima occidentis: Beniamin quæ sunt in septentrionali plaga: contra orientem verò omnia quæ fuerunt Chananæum vsque ad Sarephtam.

✠ THEODORETVS. Est autem animaduertendum, vt prophetiæ Ezechielis finis respondeat fini huius prophetiæ. Illic describit terræ diuisionem, & populi prædicit reditum: ibique post reditum eis datam à Deo fortitudinem, & potentiam. Hanc nos vtinam consequamur à Deo. Consequamur autem modo non Esau, & posteros eius imitemur: sed iuxtà Apostolorum traditionẽ, gaudere cũ gaudentibus, & flere cum flentibus discamus, atque idem inter nos sentire velimus. Hoc genere viuendi omnium dominum obseruantes, assequemur ab eo dona benignitate seruatoris nostri Iesu Christi, vnà cum sancto Spiritu: nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

D Rom.12.

E

ALLEGORICE. Sarepta angustia panis vel incendium. Chanaan motus, vel negociator, vel humilis. Quando verò transmigratio filiorum Israel dimissa occidente litera, venit ad spiritum viuificantem, mouebit cuncta quæ legis sunt, de multis margaritis vnam negociabitur humilis effectus, & vbi fuit ante tribulatio panis pastum præbebit, & vicia incender. Transmigratio verò Ierusalem vbi fuit visio quondam pacis, nunc toto orbe diffusa, possidebit ecclesias veri luminis, & tunc ascendent saluatores Apostoli, de reliquiis Iudæorum electi, speculam montis ecclesiæ, & deponentes Iudaicam superbiam & vniuersorum montium qui se aduersus Dei scientiam erigunt, domino regnum parabunt.

Hieron.

Matt.13.f.

c *Et ascendent saluatores &c.* ✠ REMIGIVS. Sicut à Christo vera luce dicuntur Apostoli lux mundi, & à summo pastore vocantur quoque pastores, sic à Saluatore, dicuntur saluatores. Hi descendent de Sion, id est, ecclesia, vt indicent montem Esau, id est, deponant & humilient omnem superbum; & erit domino regnum, quia ipse habebitur rex & Dominus omnium seculorum.

Matth.5. Io.10 & 21. Ephes.4.

C F

a Et hæreditabunt hi qui ad austrum sunt montem Esau, & 1
qui in campestribus Philisthiim, & possidebunt regionem
Ephraim & regionem Samariæ. Et Beniamin possidebit Ga-
a ¶ Id est, illi qui reuersi fuerint de decem tribubus à captiuitate possidebũt omnia regna Chananæorum vsque ad Sareptam, vbi vidua quondam pauit Eliam.
laad. Et trãsmigratio exercitus huius filiorum Israel omnia 2
a ¶ Qui de Ierusalem metropoli ciuitate translati fuerunt in Bosphorum. 3
loca Chananæorum vsque ad Sareptam, & trãsmigratio Ie- 4
a ¶ Quæ sunt in tribu Iuda, reuersi enim vrbem suam & loca vrbi vicina obtinebunt. 5
rusalem quæ in † Bosphoro est, possidebit ciuitates austri. Et 6
a ¶ His expletis. b ¶ Sicut fuit Zorobabel. ¶ Sicut in libro Iudicum legitur dominus misisse saluatores ad liberationem populi sui.
c ¶ Venient. d ¶ Qui iudicent ac discernant Idumæos sicut subiectos & seruientes.
† Hispania
c ascẽdent saluatores in mõtem Sion, iudicare monte Esau,
a ¶ Omnibus subiugatis. b ¶ Soli. c ¶ Paratum per apostolos.
¶ Mirabilis Deus in sanctis suis.
a et erit b domino regnum. 7

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et hæreditabunt hi qui ad austrum sunt. *Quia tempore Machabæorum dilatauerũt terminos habitationis suæ circumquaque.*

2 Et transmigratio exercitus huius. *Id est, illi qui de regno Iudæ transmigrauerunt in Babylonem, hæreditabunt supple.*

3 Omnia loca Cha. *Loca quæ fuerunt à Chananæis possessa antequam filij Israel ingrederentur terram illam.*

4 Vsque ad Sarepram. *Ciuitas est in qua mulier vidua pauit Eliam.*

5 Et transmigratio Ierusalem quæ est in Bosphoro. *Nomen est loci in regno Babyloniæ secundùm illam expositionem, ad quem aliqui de Ierusalem fuerunt translati.*

6 Et ascendant saluatores. *Id est. Esdras & Nehemias vel Machabæi vt dicunt aliqui.*

7 Et erit domino regnum. *Id est, virtute diuina fiet ista, cui seruient à captiuitate liberati. In aliquibus autem libris additur in fine:* Amen: *sed non est in Hebræo nec in libris correctis. Ista expositio videtur habere aliqua dubia. Primò, quia non habetur planè de scriptura quòd termini Iudæorum fuerint ita dilatati temporibus prædictis: & maximè quia dicitur hic:* Possidebunt regionem Samariæ, *quia Samaritam illæc missi à rege Assyriorum. iiij. Reg. xvij. habitauerunt regionem illam vsque ad tempus Christi, vt patet Ioan. 4. & in pluribus aliis locis ex Euangelio. Item quod dicitur:* Et erit domino regnum. *Videtur extorte exponi: quia interruptio regni Dauid quod dicitur regnum Dei in scriptura à doctoribus Hebræorum & Latinorum, dicitur reparanda per Christum, & hoc videtur manifestè sonare dicta prophetarum: propter quod Ra. Sa. & alij Hebræi exponunt totam partem istam de consolatione Iudæorum per Christum, sed in hoc deficiunt quòd dicunt esse futurum quod iam est impletum. Et ideò potest ista pars exponi de tempore Christi. Cùm dicitur:* Et monte, Sion. *Quia Christus saluator noster ibi pluries prædicauit in templo, & plures infirmos curauit spiritualiter & corporaliter.* Et erit sanctus. *Quia ibi missus fuit spiritus sanctus in signo visibili in die pentecostes secundum q̃ dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum.* Et possidebit domus Iacob. *Id est, Apostoli primique credentes qui fuerunt de domo Iacob. Et ista possessio non est per temporale dominium, sed quia potentes huius mundi posuerunt colla sua sub iugo fidei.* Et erit domo Iacob ignis &c *quia super eos apparuit spiritus sanctus in specie ignis: Act. 2. a.* Et domus Esau. *Id est, generaliter Gentiles, ex hoc enim quòd Esau persequebatur Iacob, & descendentes ab eo scilicet Idumæi persequebantur filios Israel à Iacob descendentes: omnes qui populum Israel persequuti sunt cuiusmodi erant Gentiles, vocati sunt nomine Edom, vt dicunt Hebræi. Et vlterius deductum est hoc nomen ad omnes persequutores filiorum Israel. Et hoc. idem dicit Hieronymus in primo prologo huius prophetiæ. Et per hoc quod dicuntur hic stipula, & Apostoli ignis, intelligitur eorum conuersio facilis ad fidem.* Et deuorabunt eos. *id est, corpori Christi mystico incorporabunt. Et hoc modo dicitur. Act. 10. b.* Surge Petre, occide & manduca. *scilicet de conuersione Cornelij & aliorum Gentilium cum eo existentium statim futura.* Et nõ erunt reliquiæ. *id est, non remanebit in eis aliquid idolatriæ præcedentis, sicut dicitur Prouerb. 12. a.* Verte impios & non erunt, *scilicet amplius impij manebunt tamen ad pietatem conuersi.* Et hæreditabunt &c. *Act. 3. a. dixit Iesus discipulis suis:* Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ: *quia fidem Christi primò prædicauerunt in Ierusalem: & postea in aliis partibus circumquaque submittentes colla Gentium iugo fidei. Et secundùm hoc dicuntur hic aliqui hæreditare terras diuersas ad quas iuerunt: Et exprimuntur specialiter aliquæ terræ propinquæ Ierusalem & Iudææ, vt mons Esau, terra Philisthiim, Samaria & Galaad, & Sarepta Sidoniorũ. Et per ista loca intelliguntur omnia alia ad quæ deriuata est per Apostolos fides Catholica. Sciendum tamen, quòd vbi translatio nostra habet:* Vsque ad Sareptam: *In Hebræo habetur* Vsque צרפת *Zarphat. id est, vsque in Franciam, vt dicit Ra. Sa. & secundum hoc exponitur quod dicitur hic:* Et transmigratio exercitus huius, *id est, collectionis fidelium in Iudæa existentium, qui erant exercitus fortis*

A *citus fortis contra diabolum & persequutionem infidelium, quorum aliqui transmigrauerunt per varia loca infidelium, qui hic Chananæi nominantur procedentes vsque in Franciam, scilicet Sanctus Saumianus, qui fuit de 72. discipulis vnus, & conuertit ad fidem ciuitatem Senonensem, quæ tunc erat metropolis in tota Francia, & ciuitas aurea vocabatur, & post ciuitatis conuersionem eam domino dedicauit, faciens cruces in muro ciuitatis cum pollice, qui cedebat lapis sicut cera mollis: & adhuc apparẽt in pluribus locis, sicut ego vidi qui hæc scripsi: & socij Sancti Saumiani alias ciuitates Franciæ plures ad fidem Christi conuerterunt, vt ex actis eorum habetur:* Et transmigratio Ierusalem quæ in Bosphoro est. *In Hebræo habetur:* ספרד *Sepharad, id est, in Hispania: vt dicit Ra. Sa. quod fuit impletum per Iacobũ Apostolũ & eius discipulos ibi fidem Christi primitus prædicantes, & colla Gentium subiugantes. Ideò subditur:* Possidebit ciuitates Austri: *licet enim Hispania respectu Ierusalem sit in parte occidentali: tamen respectu Franciæ de qua fecerat mentionem immediatè magis est ad Austrum.*

Sanctus Saumianus

B

ADDITIO.

In cap. 1. Abdiæ. *Vbi dicitur in Postilla:* Et ideò potest ista pars exponi de tempore Christi.

B *Per Idumæam de qua principaliter in prophetica Abdiæ agitur, secundum Hebræos intelligitur Romanum imperium, prout in glossa nostra in hoc loco habetur, vbi sic habetur: Hæc omnia Iudæi de tempore Antichristi interpretãtur, quẽ pro Christo recipient. Et quidquid cõtra Idumæam dicitur, ipsi de Romano imperio somniãt dictum. Hæc in glossa. Circa quod notandum, quòd per Romanum imperium intelligunt communiter Romanã ecclesiam quam dicũt destruendam per Messiam ab eis inaniter expectatam. Quam quidem ecclesiam Romanam asserunt præfiguratam fuisse per quartam bestiam visam à Daniele 7. ca. quam propheta destruendam per quintum regnum incorruptibile à Deo suscitãdam, quod falsum est & erroneum prout in additione super Danielem capitulo subraditõ fuit sufficienter ostensum. Similiter, quod asserunt per Idumæam intelligi ecclesiam Christianam seu Romanam, improbatum fuit plenè supra Isa. 34. in additione, vbi ostensum fuit quòd in illo loco sicut in quibusdam aliis sacræ scripturæ verificatur de eis illud Psal.* Gladius eorum intret in corda ipsorum, *Si attentè enim considerentur scripturæ, Idumæa in illo capitulo & in aliis similibus significat ad literam synagogam Iudæorum, quæ Apoc. 2.* synagoga Satanæ *dicitur, quæ per negationem & occisionem Christi, & persequationem membrorum eius facta est vera ecclesia Dei inimica, eo modo quo Idumæa ab Esau descendens secundum carnem semper fuit aduersatrix Ierusalem materiali. Ista autem consideratio plenè ostenditur in additionibus prælibatis scilicet Isa. 34. & Danielis 7. Vnde quæ in hoc capitulo continentur de Idumæa, præsertim ab illo loco:* Et in monte Sion, &c. *Intelligendum est de synagoga Iudæorum. Et quod dicitur de Sion Ioseph & Iacob, intelligendum est de ecclesia & populo Christiano. Et ideò concludit infine:* Et erit domino regnum, *quia Idumæa prædicta separata à consortio fidelium post passionem legitur Matth. vltim. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Item quod dicitur hic circa finem:* Et transmigratio Ierusalem quæ est in Sepharad *scilicet in Hispania*, possidebit ciuitates Austri, *impletum fuit quando Hispani ante ortum nefandæ sectæ Mahumeti possederunt multas ciuitates in Aphrica, vt in chronicis habetur. Aphrica autem est in parte Australi terræ habitabilis.*

E Hieron.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN LIBRVM IONÆ PROPHETÆ.

C SAnctum Ionam Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit, matre postea dicente ad eum: † Nunc cognoui quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo veritas est. Ob hanc causam etiam ipsum puerum sic vocatum Amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatẽ sonat. Et ex eo, quòd verum Elias loquutus est ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideò de veritate columba nascitur, quia Ionas columbam sonat. In condemnationem autem Israel Ionas ad gentem mittitur, quòd Niniue agente pœnitentiam, illi in malicia perseuerãt. † Temporibus quippe Ieroboam regis Israel, qui Deo derelicto cum populo suo in Samaria idolis sacrificabat, Ionã Prophetã fuisse, quartus liber Regũ indicat. Is cũ prophetia illuminãte, peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam consequuturos videret, ne falsa prædicare videretur, ad denũciandũ interitũ eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut Deus ad Abrahã de impietate Sodomorũ & Gomorrhæorũ loquutus est, † clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, eò quòd ascenderit clamor maliciæ eius ad Deũ. Et quia sententia Dei de Sodomis facta minimè reuocata est, ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat, diuinæ dispensationis ignarus, † qui salutem hominũ ad se cõuertẽtium magis vult, quàm interitum. Hoc illi acciderat, quod & sancto Elisæo, † qui filiũ Sunamitidis mulieris mortuum ignorauit. Ideò à conspectu Dei Ionas fugere se putabat: humanum aliquid passus, dicente Dauid: † Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

E

† 3.Reg. 17.d.

† Ge.18.c.

† Eze.33.e

† 4.Reg.4.c.

† Psal.138.b

Item alius Prologus.

IOnas columba & dolẽs, & filius Amathi, qui fuit de Geth quæ est in Ophir, ad Gentium præconium mittitur. Missus contemnit, contemnens fugit, fugiens dormit. Propter quem periclitatur nauis, sed sors latentem reperit. Cetus abiectum deuorauit, & orantem reuomuit. Reiectus prædicauit subuersionem, sed contristatur in pœnitẽtia vrbis, & saluti gentium inuidet. Gaudet etiam hederæ virentis vmbraculo, & dolet subitò arescentis. Cuius sepulchrum in quadam vrbium Geth in viculo demõstratur, qui est in secundo miliario Sephorim, itinere quo pergitur Tyberiadem.

☞ Nullus

A Nullus typi sui melior interpres est quàm ille qui prophetas inspirauit,& veritatis futuræ in seruis suis quasdã lineas antesignauit. Qui ad Iudæos Christum Dei filium nescientes dixit: *Viri Niniuitæ surgent in iu.cu.ge.& con. eam: quia pœ.e.in præ. lo. Et ecce plus quàm Ionas hic.* Condemnatur carnalis Iudæus credente mundo, & Niniue agente pœnitentiam, Israel incredulus periit. D

Hieron in proœmio. Matth.12.d

Incipit argumentum.

IOnas columba pulcherrima naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiã reuocat, & sub nomine Niniue salutem Gentibus denunciat.

CAP. I.

a *Et factum est,&c.* Ad ea quæ in mente prophetæ spiritu conuoluebantur, continuatur hæc coniunctio, scilicet et. *Et fact.* More prophetæ multa in spiritu videns de multis, in hæc verba prorumpit.

THEOPHYL. Emphasim & latētem quandam vim habet verbum illud. *Et factum est,&c.* Apparet enim quòd multus esset sermo de Nineui, quámque fama eius reliquas vrbes omnes B exuperaret & regna, nimirum quod opibus & potentia prægnans, multis flagitiis obnoxia esset, per consequutionem dictum, *Et factum est verbum,&c.* Vel, quia Israelitæ non obsequebantur verbo Dei, hunc ad modum auspicatus est, perinde ac, si dicat. Quoniam Israelitæ sese perperam diuinis in rebus gesserunt non obtemperantes verbo, in posterum *factum est verbum domini ad Ionam,* vt ad gētem Nineuitarum mittatur. Adiectum est autem nomen patris prophetæ, propter nominis æqualitatem. Est enim nõ absimile vero, alios sic appellatos, qui tamen ex eodem patre non fuerint propagati.

Hieronym. Remigius. b *Ciuitatem,&c.* Mundum; vt quem contempsit Iudæus totus mundus recipiat. Quem quasi pulchram domum fecit Deus homini sibi seruituro, qui quia per superbiam aberrauit ad pœnitentiam reuocatur. Ionas qui interpretatur columba, mittitur C ad Niniuen, quæ spaciosa dicitur. Sic Christus spiritu sancto plenus ad mundum, qui ex artificio creatoris secundum Græcam linguam cosmos, id est, ornatus & pulcher dicitur. Vnde: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant valde bona.* Quem ergo cõtempsit Israel, totus mundus exaudit vt deposita superbia qua corruit per descendētem Dei filiũ, humilis in cœlum ascendat. Gen.1.d.

THEOPHYLAC. Nineui est ciuitas Assyriorũ eximia, quã Assur extruxit. Assyrij verò increduli,& fidei omninò exortes. Hanc vrbem seruatum iri volens Deus, ceu locum tum tēporis idololatriæ,& omnis effascinationis & incãtationis, prophetam pœnitentiæ præconem ipsis mittens, ostendit, quòd nõ sit Iudæorum Deus tantum, sed & gentium: & quòd non sit apud ipsum personarum respectus. E Valdè autem accelerantia sunt verba: *Surge, & vade.* Nolens enim mortem peccatoris, quin potius cupiens vt conuertens sese ad bonum, viuat, prophetam celeriter destinat ad promulgationem pœnitentiæ. Hinc etiam apponit, *Ciuitatem magnam,* vt magis ipsum inflectat ac permoueat accelerare profectionem. Non enim est inquit, exiguus locus, non vile oppidulum, sed ciuitas non aspernanda. Act.10.

Cùm Ionas secũdum interpretationem, ipsius Christi figuram præferat, non est necesse vt totum ordinem historiæ secundum Allegoriam ad Christum nitamur referre, sed ea tantum quæ sine periculo interpretationis sanè possunt intelligi. Cùm enim (sicut ait Apostolus) in primis parentibus sacramentum Christi & ecclesiæ præmissum sit, non omnia quæ de ipsis parentibus dicuntur ad hoc sacramentum possunt referri. Hieronym. Ephes 4.g. F

Quia

Incipit Ionas Propheta.



CAPVT I.

a ¶Christum super quem spiritus in specie columbæ, qui & pro nobis dolens.

a Et factum est verbum domini ad Ionãm filium 1
a ¶Veritatis, Deus veritas est. b ¶Pater ad filium.
b Amãthi, dicẽns: Surge & vade in ciuitatem Ni- 2 3 †

Incipit Postilla Nicolai de Lyra super Prophetiam Ionæ.

CAP. I.

Diuisio 1 ET factum est,&c. *Hic incipit Ionas propheta. Et diuiditur in duas partes: quia primò ostenditur eius inobedientia, & secundò penitentia, seq.c. Prima in tres quia primò describitur Ionæ rebellio, secundò rebellantis deprehensio, ibi:* Dominus autem, *tertiò, comprehensi punitio, ibi:* Et dixerunt. *Circa primum dicitur:* Et fa. *qui prophetauit tempore Ierobóã regis Israel, vt habetur.* 4.Reg.14.d.

2 Filium Amathi. *Dicunt aliqui quòd nomen proprium est patris ipsius: sed hoc non videtur verum, quia secũdum omnes doctores Hebraicos & Latinos, iste Ionas fuit filius mulieris viduæ quem suscitauit Elias 3.Reg.17. Illa autem non fuit de populo Israel, sed Gentilis, vt patet per verba Saluatoris Lucæ 4.d.* Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel,& ad nullam illarum missus est Elias, &c. *Et per consequens eius maritus fuerat Gentilis. Talibus autem non dabatur tunc spiritus prophetiæ: & tamen oporteret hoc dicere, si fuerit pater Ionæ: secũdùm regulam doctorum Heb. & Catholicorum, scilicet quòd quandò in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris, intelligitur fuisse propheta sicut & filius. Et ideò dicendum quòd Amathi est hîc nomen appellatiuum, & sonat veritatem in Latino: Resuscitato enim filio dictæ viduæ dixit ipsa Eliæ:* Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu,& verbum domini in ore tuo verum est: *& ob hoc puer suscitatus extunc vocatus est filius Amathi, id est, veritatis: & hoc idem dicit Hieron. in Prologo, sicut aliquis dicitur filius mortis, quia fecit aliquid dignum morte. 2.Regum 12.*

3 Surge. *Quæ erat ciuitas longè posita.*

Et prædica

MORALITER.

1 *Et factum est,&c.* Per Ionam quem dominus misit ad prædicandum contra Niniuen, significatur Euangelij prædicator, & nomen consonat, quia Ionas interpretatur columba, prædicator autem debet esse simplicitatis columbinæ, & carens amaritudinis felle.

2 *Filium Amathi.* Id est, veritatis. Sicut filius Dei dicitur qui eius instinctum sequitur. Rom.8.c. *Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Ita filius veritatis debet esse prædicator, ipsum simpliciter sequendo.

† *Vade.* Quæ interpretatur spaciosa, ideò significat mundi vanitatem quæ diffusa est per orbem. Vnde cuidam religioso prædicanti contra vanitates mundi quidam mordaciter dixit: Frater compatiamini mundo, nam emendabit se. Et cum frater assereret oppositum ille subiunxit, imò, quia religionem intrauit,& sic frater confusus obmutuit.

Et fur.

A a *Quia.* REMIGIVS. Quod dicit, Ascendit malitia eius coram me, ostendit quia impudenter, & sine vlla reuerentia,& timore peccabant.

THEODORETVS. In tantam prolapsa est malitiam, vt patientiæ meæ fines transcenderit.

THEOPHYLAC. Non sentiunt proprias suas iniquitates & impietates, ideo tu sis eis præco, ac doce eos quod talia tantáque crimina perpetrauerint, vt ad cælum vsq; ipsorum magnitudo peruenerit, ac tantum nõ vocem ediderint aduersus se perpetrantes clamantem.

† magnam.

a niuen † grandem: & prædica in ea, quia ascendit malitia eius 1 2
a ¶Putans, quod iram Dei vitare posset in alieno loco, si Iudæam relinquat, in qua solummodo Deum notum putabat,& in hoc imitatus est Cain.
b coram me. Et surrẽxit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie do- 3
a ¶Secundum situm loci. b ¶Portum Iudææ in quo vsque hodie monstrantur saxa in quibus Andromeda ligata Persæi auxilio est liberata.
c mini. Et dẽscendit in Iõppen, & inuenit nauem euntem in † 4
a ¶Mercedem subuectionis. b ¶Vt fugitiuus sollicitè quærens latebras.
Tharsis. Et dedit nãulũ eius & dẽscẽdit in eã, vt iret cum eis in 5

Gene.18 g. Ibidem.4.b. Simile in Gen. *Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus est.* Et ad Cain: *Vox sangui.fra.tu.cl.a.m.d.t.*

Libr.de Fuga in persecut.c.10. b *Et surrexit.* TERTVLLIANVS. Fugerat animosus prophetes dominum, traiecerat ab Ioppe Tarsum, quasi & à Deo transfretaret, sed illum non dico in mari & in terra, verùm in vtero etiam bestiæ inuenio, in quo nec mori per triduum potuit, nec vel sic Deum euadere.

B THEODORETVS. Hoc fecit planè sciens,& quòd vbiq; Deus sit, & quòd nullus locus eius prouidentia vacuus sit: sed tamen arbitrans in sola Hierusalem Deũ sese ostendere. Timuit etiam se pro propheta, vocari mẽdacem, in quam opinationem impulit eum ipsa minarum vltionis plenæ declaratio. Considerauit Deum non præsignificare, si punire vellet, cùm vltionis minatio, ad pœnitentiam adhortatio sit.

THEOPHYLACT. Quòd autem prisci sancti in locis quibusdam separatis apparere Deum autumarint, Iacob testatur, quando vidit scalas,& angelos ascendentes & descendentes, inquiens: *Dominus est in loco hoc, ego verò ignorabam.* Sic & Dauid: *Selegit dominus Sion, secreuit ipsam in habitationẽ sibi.* Præterea & Iudæorum accusationem fore cogitauit Nineuitarum obedientiam, vt qui ignoto & alienigenæ fidẽ adhibuissent viro, quum ipsi contribulibus prophetis non crederent, qui prophetias suas miraculis etiam confirmarent. Gene. 28. Psal.131.

c *Et descendit in Ioppen,&c.* THEOPHYLACT. Per mare fugam adornat, ratus quam celerrimè sese à ministerio prophetiæ erga Nineuitas liberandum. Dedit autem & nauigationis mercedem, vt ne vel hinc si non daret, esset quod remoraretur eum C quò minus fugeret. Omnia namque ei facilia videbantur, patriæ priuatio, maris pericula, mercedísque abiectio, modò à graui & molesta prophetandi functione illa eripi queat. D

Nouerat propheta reuelante spiritu, quòd pœnitentia Gentium ruina sit Iudæorum, & ideo amator patriæ, non tam inuidet Niniue quàm cupit non perire populum suum. Sciebat enim Moyse orãte dominum occasionem liberationis Israelitarũ habuisse. Viderat etiam prophetas mitti ad Iudæos ad pœnitentiam prouocãdos: Balaam etiam diuinum de salute Iudæorum prophetasse: Dolet ergo se solum electum, qui ad hostium ciuitatem mittatur, vbi est idolorum cultus & Dei contemptus. Sciebat etiam, quòd quando Gentes crederent, & Iudæa excæcaretur. Timet ergo ne suo tempore per occasionem suæ prædicationis conuersis Gentibus Iudæi penitus relinquerentur.& ideo fugit in Tharsis. Hieronym. Remig. Rupert.

Tharsis secundum Iosephum ciuitas Ciliciæ. Secundũ quod in Paralip. legitur, locus est Indię. Hebræi verò putant mare generaliter Tharsis vocari. vnde: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis,* id est, maris. Quod magis conuenit fugitiuo & timido, vt non certum locum fugæ eligeret, sed sufficeret ei quocunque eum mare deferret. Vel secundum, quòd Tharsis, contemplatio dicitur gaudij, propheta ad gaudium quietis ire festinat magis volens se totum tradere theoricæ & perfrui pulchritudine & varietate scientiæ (quod significatur per Ioppen, quæ speciosa dicitur) quàm occasione salutis Gentium perire populum, de quo Christus secundum carnem erat nasciturus. Ioseph. Antiquita.li.1. cap.11. 2.Paral.9. & 20. Psal.47.b. E

MYSTICE, Christus assumpta carne quodammodo fugiens patriam, id est, cælestia, venit in Tharsis, id est, mare huius seculi in quo clamabat: *Pater si fi.p.transf.à m.c.iste.* ne damnato Iudæorum populo multitudo Gentiũ credat. Et tantum dilexit populum illum, pro dilectione patrum, & promissione ad Abraham, vt in cruce diceret: *Pater igno.il.q.n.q.f.* Hac enim dilectione in extremo littore quod pulcherrimũ dicebatur, eò quòd in Iudæa erat, *non vult tollere panem filiorum & dare canibus. Sed quia venerat ad oues Israel,* dat vectoribus pretium, vt qui primum populum suum venerat saluare, saluet accolas maris & inter tempestates, id est, suam passionem, & crucis conuicia submersis in inferno, Hieron. Remig. Marc.7.c. F

saluet

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et prædica in ea. *eius subuersionem.*

2 Quia ascendit. *i. malitia in ea habitantium meruit, quod subuertatur.*

3 Et sur.&c. *ciuitas est Ciliciæ, de qua Paulus fuit oriundus Act.21.*

4 Et descen. in Iop. *portus est in Iudæa super mare mediterraneum.*

5 Et dedit naulum. *id est, pretium nauis pro sua deportatione. Hîc concurrunt duo dubia. Primũ quare volebat fugere. Ad cuius intellectum sciendum, quòd duplex est prophetia, quantũ spectat ad propositum. Vna, quæ dicitur prophetia prædestinationis, scilicet, quando aliquid reuelatur futurum eo modo quo est in diuina præordinatione, & illud semper impletur: Hoc modo reuelauit dominus Samueli deiectionem Saulis 1.Reg.25.f. propter quod dixit Samuel:* Porrò triumphator in Israel non parcet & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. *Alia est prophetia comminationis, scilicet, quãdo aliqua punitio reuelatur futura prout est in causis secũdum earum dispositionem: & secundũ hoc Isaias de mandato Dei dixit Ezech. 4.Reg.20.a.* Præcipe domui tuæ, morieris enim tu & nõ viues. *talis enim erat infirmitas, quòd secundum naturam non poterat euadere mortem: & hæc non semper impletur: præordinauerat enim Deus eum sanare miraculosè propter eius preces & lachrymas. Itẽ sciendũ, quòd spiritus diuinus prout vult tangit corda prophetarum, scilicet, minus perfectè, vel perfectius, sicut Isaiæ fuit reuelata mors Ezechiæ futura secundũ cursum naturæ. ideo dixit:* Morieris & non viues. *posteà verò eius sanatio miraculosa, sicut ibidem subditur:* Reuertere, dic Ezechiæ, &c. Audiui orationem tuam & vidi lachrymam: & ecce sanaui te. *Prophetia autem ista de subuersione Niniue fuit tantum comminationis, quia tunc non fuit impleta propter pœnitentiam Niniuitarum, verumtamen hoc non fuit reuelatum Ionæ à principio, sed solùm quod denunciaret Niniue subuersionem. Ionas verò considerans diuinæ misericordiæ magnitudinem, & ex altera parte coniecturans, quòd Niniuitæ pœniterent ad eius denũtiationem, timuit ne prophetia sua non impleretur, & sic falsus propheta diceretur: propter quod voluit mandatum domini declinare. & hoc est quod dicit ca.4.* propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis. scio enim quòd tu Deus clemens & misericors es, &c. *Sed contra hoc posset dici, quòd Ionas poterat nuntiare destructionem Niniue conditionaliter, scilicet, si non pœniterent, & sic non posset vocari falsus propheta, propter quod hæc ratio fugæ videtur nulla. Ad quod dicendũ, quod Ionas propheta sciebat, quòd prolatio verbi prophetici magis sequitur formam diuinæ voluntatis quàm humanæ, sicut patet Numer.23. de Balaam, qui volebat maledicere populo Israel,& econtrariò benedicebat. Ionas autem sciebat circa hoc diuinam voluntatem, scilicet, quòd subuersio Niniue nunciaretur absolutè: & ideo interponere conditionem nõ erat potestatis suæ. Secundum dubium est, quomodo voluit fugere à facie domini, quem sciebat vbiq; præsentem? Ad quod dicendum, quòd licet sciret Deum esse præsentem vbiq; per essentiam & potentiam, sciebat tamen eum hoc ipsum esse specialiter in aliquo loco, & nõ in alio ad aliquẽ effectum determinatum: sicut quantum ad missionem spiritussancti in signo visibili fuit in domo in qua erant discipuli congregati, secundũ quod dicitur. Act.2.a.* Et reple. totã domum vbi erant sedentes, *& nõ alia loca. Tempore verò Ionæ prophetæ spiritus prophetiæ nõ dabatur in terra Gentilium, sed tantũ Iudæorũ: Nec valet contra hoc, quòd Ezechiel & Daniel prophetauerũt in Chaldaica captiuitate quia hoc fuit lõgè post Ionæ tempora: & ideo æstimauit, quod si esset extra terrã Israel non fieret sibi mandatũ diuinũ de prophetica nũciatione, sicut dicitur. 1.Reg.10. de Saule: quod existens cũ prophetis prophetabat & non alibi: licet hoc Deus possit vbiq; facere: & ideo Ionas voluit extra terrã Israel fugere: Hoc etiã à Deo permissum est fieri, vt fugiẽs naufragium pateretur, & à pisce deglutiretur, in quo triduum sepulturæ Christi præfiguraretur, secundum quod dicitur Matth. 12.c.* Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ.

Quare Ionas fugit. Duplex prophetia.

1 Dominus

MORALITER.

3 *Et fur.* nam prædicator ex humana fragilitate declinat prædicandi laborem,& vt euitet magnatorum maleuolentiam.

4 *Et descendit in Ioppen.* quæ interpretatur pulchra. Nam libenter declinat ad locũ vbi sibi pulchra facies ostenditur & bonum conuiuium præparatur.

† *Et inue.* quæ interpretatur exploratio gaudij,& ideo per hanc nauem intelliguntur personæ, quæ prædicatorem inducunt, vt transeat ad delectabilia mundi.

5 *Et dedit naulum.* supputando eos in aliquibus illicitis.

ſaluet eos quos quaſi in naui dormiendo negligebat. Per fugam prophetæ poteſt ſignificari humanum genus, quando contemnens præcepta Dei ab eius facie receſſit & mundo ſe tradidit, & poſteà ſæuiente contra ſe mundi naufragio compellitur reuerti ad eum quem fugiebat, & quæ ſibi ſalutaria putauerat vertũtur in perniciem, nec ſolum non prodeſt auxilium hominum his quibus præbetur, ſed etiã præbentes pariter conteruntur, ſicut legimus Aegyptũ vaſtatã ab Aſſyriis, quia cõtra volũtatem Dei præbebat auxiliũ Iſraelitis.

a *Domi.au.* ✠Theophylact. Ionas ſe effugere poſſe diuinũ illud miniſterium arbitrabatur: at enim terræ mariſq; dominus ſuſcitat aduerſus nauim tẽpeſtatem, vt diſcamus diuinã functionem ſubterfugere nos nõ poſſe. Docemur quoque, quòd nihil citra Dei prouidentiam geratur, verùm tempeſtates etiam diuina voluntate, & non fortuitò fieri. Excitantur ſæpe natura non poſtulante tempeſtates Dei admirando conſilio, qui & naturam cõdidit: quam & alterare poteſt, ſecundũ ꝙ ſibi viſum fuerit. Vtroq; autẽ modo illi ſeruantur vel pereunt, quos diuinus calculus vel ſeruari vel interire iudicauit.

†ſoporate? †placetur.

† 1.q̃.4.c. eccleſia. 26.q.2.c.nõ exemplo, & ꝗ.ſtatim.

a ¶Deo aduerſante nihil ſecurum.
a Tharſis à facie domini. Dominus autem miſit magnũ ventum 1
a ¶Cum prius omnia eſſent tranquilla.
in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis †peri-
a ¶Concutiebatur ad contritionem. ¶Quia periclitantem ſuſceperat.
b clitabatur conteri. Et timuerũt nautæ, & clamauerunt viri ad 2
a ¶Arbitrantes nauem ſolito onere grauari neſciunt totum pondus eſſe fugitiui prophetæ.
Deum ſuum, & miſerunt vaſa, quæ erant in naui in mare, vt
a ¶Vt fluctus leuior tranſiliret.
c d alleuiaretur ab eis. Et Ionas deſcẽdit ad interiora nauis, & dor- 3 4
a ¶Naturale eſt vnumquemque in ſuo periculo plus de alio quàm de ſe ſperare. b ¶Qui alios debuit conſolari turbatus tanto diſcrimine.
e miebat ſopore graui. Et acceſſit ad eum gubernator, dixit ei:
a ¶Stultæ ſecuritatis arguit. b ¶Contra commune periculum communis fiat oratio.
Quid tu †ſopore deprimeris? Surge inuoca Deũ tuum, ſi fortè
f †recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Et dixit †vir ad 5
collegam ſuum: Venite & mittamus ſortes, & ſciamus quare 6
¶Id eſt, afflictio.
hoc malũ ſit nobis. †Et miſerũt ſortes, & cecidit ſors ſuper Io-

Tropo. Multi ſunt, qui cum Iona nauigãtes & habentes proprios Deos, ad contemplationem gaudij ire feſtinant. Sed poſtquam Ionas ſorte fuerit deprehenſus, & morte illius mundi ſedata tẽpeſtas & mari tranquillitas reddita, tunc vnus adorabitur Deus, & immolabuntur ſpirituales victimæ, quas iuxta literam in mediis fluctibus non habebant.

e *Acceſſit.* ✠Theodoret. Proreta cũ ex ſomno eum excitaſſet, primũ preces adhibere Deo ſuo coegit, ignorans fugam hanc illi fiduciã abſtuliſſe.

✠Remigius. Naturale eſt vnũquemq; in periculis de alio pluſquã de ſe ſperare, vnde gubernator, qui alios debuit cõſolari, excitat dormiẽtem Ionã, vt inuocet nomen domini: vt quorum erat commune periculum, communis eſſet oratio.

†putabatur.

† vnuſquiſque ad proximum.

✠Remigius. Putauerat Ionas prodeſſe ſibi ſi nauim conſcenderet, ſed & ipſe & nauis propter eum periclitabatur. Quæ enim nolente Deo putantur proſpera, vertuntur in perniciem, & nihil aduerſante Deo ſecurum.

Hieronym. b *Et clama.* Neſcientes veritatem: non ignorant Dei prouidentiam, & ſub errore religionis ſciunt eſſe aliquid venerandum: Iſrael contra nec bonis nec malis intelligit Deum, & Chriſto plangente populum ſiccos habet oculos.

c *Et Ionas deſcendit, &c.* ✠Remigius. Deſcendiſſe dicitur, vt oſtendatur, quòd ſicut fugitiuus ad interiora nauis penetrauit, latebras quærens.

✠Theodoret. Conſcientiæ ſtimulis vexatus, mœſtitiáq; afflictatus, cogitationum ſuarum aculeos non ferre valens, ex ſomno ſibi moliebatur conſolationem.

Hieronym. d *Et dor.* Aliis turbatis propheta ſecurus & tranquillus deſcribitur, vt in interioribus nauis placido ſomno perfruatur. Vel poteſt dici, quòd conſcius fugæ & peccati, aliis ignorantibus cauſam tempeſtatis, ipſe fluctus contra ſe intumeſcentes videre non audet, & dormit nõ ex ſecuritate, ſed ex triſtitia, ſicut Apoſtoli in paſſione domini. (Matth. 16.f.) Grauis ſomnus prophetæ ſignificat hominem torpentem ſopore erroris, cui nõ ſufficit ſurgere à facie domini, ſed inſuper quadã vecordia obrutus ignorat Dei iram & ſecurus dormit, & profundum ſomnium rauca nare ſonat.

Tropo.

✠Theophylact. Neceſſitas quid deceat, bellè docet. Obſerua, quòd etiam ſi varios Deos inuocauerint, eam tamen cognitionem habuerunt, vnum eſſe Deum cæteris omnibus maiorem. Non enim, vt ſeruent nos dij, ſed, Deus.

Hieronym. f *Et dixit vir.* Sæpe experti naturam ventorum & tempeſtatum, vident non ex ſolitis cauſis fluctus cõſurgere. Quod ſi eſſet ſorte non quærerent autorem naufragij, nec per rem incertam certum periculum vitare cuperẽt. Quod Matthias ſorte eligitur, & hic fugitiuus ſorte deprehenditur, nõ agitur virtute ſortium, ſed voluntate Dei, qui ſortes regebat incertas. (Sors an aliquid operetur.) Nõ ergo hoc exemplo debemus credere vel vti ſortibus, quia priuilegia ſingulorum non poſſunt legem facere communem. Voluntate Dei Pharao & Nabuchodonoſor iudicio ſomniorum futura cognoſcunt, non tamen ideo vbique ſomniis eſt credendum.

✠D. Theod. Cùm aliæ naues ſecundo vento curſum tenerent, in hanc vnam tempeſtas maris incumbebat: cùm alios ſine periculo mare ſecãtes viderent, ſuam verò decumanis fluctibus exagitari, primùm quidẽ ſe ad preces conuerterunt: deinde cùm hinc auxilium nullum aſſequerentur, Ionam excitant. Poſtremò, cùm pericula intentari non deſinerent, ſorte exquirere tempeſtatum cauſas perrexerunt, non ignorantes ſua peccatores manere ſupplicia, atque delictorum pœnas perſoluere.

✠Theophylact. Ex his intelligamus Deum à propriis ac cognitis quẽlibet ad ſe adducere, perinde ac tenemus Magos ſtellæ ductu perductos ad cunas Chriſti: & Azotios per ſymbolũ boum arcã perferentiũ tandẽ ſeruatos. Sic dñs ex piſciũ piſcatoribus fecit piſcatores hominũ, cõſuetũ ipſis nomẽ prætendẽs. Cùm igitur nautis conſuetũ eſſet ſortiri, cõdeſcendẽs ipſis Deus per conſuetũ ipſis iudiciũ, tẽpeſtatis autorẽ ipſis notũ reddidit.

☞ a *Indica.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus. *Hic conſequenter deſcribitur rebellantis reprehenſio, ſcilicet, per tempeſtatem à Deo miſſam in mare, per quam coactus fuit ſuam inobediendiam confiteri. & patet litera.*

2 Et clamauerunt. *id eſt, quilibet eorum ad Deum quẽ colebat. dicit enim Ra.Sa. quòd ibi erãt homines de varijs Gentibus & diuerſorũ rituũ.*

3 Et Ionas. *horrens videre maris tempeſtatem, & maximè, quia ſciuit eam propter ſe exortam.*

4 Et dormiebat. *abſorptus præ triſtitia euentus, ſicut Apoſtoli in paſſione Chriſti. Luc. 22.*

5 Et dixit. *id eſt, viri exiſtentes in naui hoc inter ſe dixerunt.*

6 Venite. *Dicit autẽ Ra.Sa. quòd videbant alias naues ab eis diſtantes proſperè nauigare, ita quòd tẽpeſtas erat ſolum circa nauem illam, & hoc videtur ex eo quod dicitur, infrà. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridã, & non valebant, quia mare ibat & intumeſcebat ſuper eos: ex quo videtur, quòd fluctus maris conueniebant ad eos ad quãcunq; partem ſe verterent & ex hoc perceperunt, quòd illa tempeſtas erat exorta propter maleficium alicuius exiſtentis in naui: & ideo miſerunt ſortes ad inueniẽdum ipſum. Qualiter autè licitum ſit vti ſortibus & qualiter non, dictũ fuit diffuſè Num. 33. Poteſt tamen hic aliquid breuiter repeti. Circa quod ſciendũ, quòd duplex eſt ſors: quædam diuiſoria, vt quando ad aliquid diuidẽdum mittuntur ſortes, vt per hoc determinetur quis quã partem accipiat, committendo totũ euentum fortunæ: & hoc nullũ eſt peccatum. Alia conſultoria, quia per ſortes conſulitur quid ſit agendũ vel dimittendum. & ſic ſi expectetur oſtenſio per ſortes à dæmone illicitum eſt. ſimiliter ſi à corpore cæleſti cuius effectus ad hoc non ſe extendit: & ideo non caret occulto pacto dæmonum. Si autem expectetur à Deo & ſanctis angelis, nullum eſt peccatũ niſi in caſu, vt cum hoc ſit ſine neceſſitate: quia tunc ad Dei tentationem pertinet: vel ſi in neceſſitate debita Dei reuerentia omittatur, propter quod præmiſſa oratione Apoſtoli miſerunt ſor-* ☙ *tes in*

An ſortibus vti liceat. Duplex eſt ſors.

MORALITER.

✠ *Domi.au.mi.ventum mag.* id eſt, contritionis ſpiritum quando talis prædicator percipit defectum ſuum, & ſic peccatum ſuum verè recognoſcens mittitur in mare, id eſt, in amaritudinem pœnitentiæ: & piſcis ſuſcipit eum ne ſubmergatur, id eſt, Chriſtus per piſcem ſignificatus in cuius ore ſtaterem inuenit Petrus: Matth. 17.d. Suſcipit pœnitentem ne deſperans abſorbeatur.

ADDITIO.

In cap. 1. Ionæ. vbi dicitur in Poſtilla. Et tamen oporteret hoc dicere ſi fuit pater Ionæ.

Et dictũ fuit ſuprà. Iere. 1.c. in additione & in alijs additionibus, nõ eſt regula apud Hebr. ꝙ quãdo exprimitur in principio alicui⁹ prophetæ nomen patris, intelligitur pater fuiſſe propheta ſicut & filius: ſed eſt dictum vnius Rabbi, quod nõ habet aliquam probabilitatẽ, nec autoritatis fundamentum. vnde non eſt neceſſe dicere, ꝙ Amathi eſt nomen appellatiuum.

☞ a *Indica.* ſub mira breuitate interrogatur, perſona, regio, ciuitas, vt ex his cauſa periculi cognoſcatur.

✠Theophylact. Intuere hic barbarorum hominum æquitatem. Non enim ſtatim aggreſtibus in ipſum moribus ferebantur, cæterum blandè & manſuetè eũ interrogant, cuius cauſa afflictio ſuper eos veniſſet: vt vbi didicerint delictũ experiantur emendare & expiare.

✠Theodoret. Cum ſors teſtimonio ſuo prophetã arguiſſet, in iudicium agitur, & nautæ iudicum formulã ſectantes Ionam repoſcũt rationes vitæ anteactæ. Magno ſtudio quærebãt intelligere omni ex parte tempeſtatis cauſam: quare nõ modò, vnde profectus eſſet, & quonam iret, iubẽt dicere, ſed & ex qua gẽte genus duceret: vt ex cõmunibus gẽtis ſtudiis & inſtitutis, hominis vitam cognoſcerent.

*& vnde venis?

a ¶Quem ſors indicauerat cogunt propria voce confiteri. ¶Quid operis agas.
a nam. Et dixerũt ad eum: Indica nobis cuius cauſa iſtud malum 1
a ¶De qua regione vel de populo cuius ciuitatis.
ſit nobis? quod eſt opus tuum? *quæ terra tua? & quò vadis? vel 2 3
a ¶Tranſitor, ſicut Abraham & alij patres, qui fuerunt peregrini huius mundi.
b ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & do- 4 5 6
a ¶Non deos quos colitis, ſed eum qui omnia fecit, & in omibus potens eſt. b ¶Id eſt, colo quem vos ignoratis, vel timeo, vt ſeruus, & ſi non diligo vt filius. c ¶In quo fugio. d ¶De qua fugio. ¶Ad diſtinctionem maris non terram, ſed aridam eleganter vocat.
minum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et ti- 7
c muerunt viri timore magno, & dixerũt ad eum: Quid hoc fe- 8
ciſti? Cognouerũt enim viri, quòd à facie domini fugeret, quia
d indicauerat eis: Et dixerũt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſ-
¶E o facto. a ¶Ecce cauſa quare hæc quærebant. b ¶Nutu Dei perſequens fugitiuum. c ¶Dum morantur nautæ aſperius fiebat, oſtendens ſe vltionem creatoris non poſſe differre.
ſabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.
a ¶Me quærit tempeſtas, me perdite, vt mea morte viuatis.
e f Et dixit ad eos: Tollite me & mittite in mare & ceſſabit mare à 9
a ¶Non ignoro in meam poenam elementa turbari, ſi ſenſero tempeſtatem, vos recipietis tranquillitatem.
vobis. Scio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc
a ¶Qui me recepiſtis.
g grandis eſt ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad 10

gnum eſt nauticorum hominum manſuetos adeo mores. Neque enim inſurrexerunt in ipſum, neque dixerunt: O ſceleſte, & omnium ſceleratiſſime, propter te peribimus: ſed ipſum iudicem faciunt, vt pronunciet quid ſecum faciendum ſit. Digni ſunt quos æmulemur, vbi in calamitates incidentes planè efferamur aduerſus calamitatum authores, & contra ipſos familiares noſtros.

Rogant, vt ipſe ſit remedio, qui fuit author peccati. Q. Expoſuiſti cauſam morbi, indica & ſanitatis. Ex tumore maris intelligimus iram Dei contra nos, quòd fugitiuum ſuſcepimus. Sed occidemus te, vt hanc irã mitigemus? Cum verò cultor Dei ſis, tuum eſt imperare, quid opus ſit facto: noſtrum eſt manus adhibere, vt ſic auerſa ira Dei ceſſet mare.

-& quo vadis?

e *Et dixit ad.* Fugitiuus deprehenſus nõ diſſimulat, non negat, ſed confeſſus culpam libenter aſſumit pœnam, malens ex ſuo peccato ſolus perire, quàm alij ſecum peccent & pereant. Inſtruitur etiam per ſalutem & conuerſionem nautarum, magnam Niniue multitudinem ſimili confeſſione poſſe ſaluari.

Hieronym. b *Hebræus ego.* Non dixit: Iudæus ſum, quod nomen impoſuit populo ſciſſura 10. tribuum à duabus, ſed Hebræus quod nomen generale erat tam duabus quàm 10. tribubus.

Cum indicaſſet ſe dominum timere indicauit ſe etiam à facie ipſius domini fugiſſe, & eius præcepta non feciſſe: ideò timent viri, quòd intelligunt ſanctum, & ſanctæ gentis virum, & magnum eſſe, qui fugit, ſed maiorem eum, qui quærit non audent tradere, celare non poſſunt.

Cum confiteatur creatorem maris & aridæ, cur aridam relinquens arbitratur ſe conditorem maris in mari ſe poſſe vitare?

✠Theodoretus. Mirus profectò, & dignus, qui laudibus omnibus ornetur propheta. Capitis condemnatus, præco fit poteſtatis Dei, omnium rerum fabricatorem & dominũ appellans: quoniã quidem illa ætate quamplurimi mortales idola obſeruabant, vniuerſorumque factorem neſciebant: hunc ignorantibus, cauſamque fugæ ſuæ patefecit. Quia hunc quem noſco non terræ ſolum & maris, ſed & cæli conditorem & dominum, inſipientia implicatus me putaui effugere poſſe.

Hieronym. c *Et dixerunt.* increpando: Q. Si times Deũ quem tam potentem prædicas, quomodo putas te eum poſſe euadere? Vel interrogantes dicunt volentes noſſe cauſam fugæ cur relicta propria terra in mari ſalutem quærat.

✠Theodoretus. Hæc inquiunt, non ignorans, cui alios docendi negotiũ datum fuerat, quomodo ſperaſti Deum vbiq; præſentem, te effugere poſſe? Eouſque turpe eſt non obedire Deo, vt propheta aliorum præceptor, non ſe ab inſipientibus reprehendi recuſet.

✠Theophylactus. Terrefacti ſunt igitur quandoquidem arbitrarentur potentem illum Deum eſſe, è cuius manibus quiſquam euadere non poſſet: iuxtà metuentes, ne vnà cum transfuga iſto intereant.

Hieronym. d *Quid faciemus.* ✠Theophylactus. Et hic demirari dignum

Allegorice. Hi venti, hi fluctus ad Chriſtum, & ad eccleſiam periclitantem referuntur, vel ad Apoſtolos ſuſcitantes, qui eum in paſſione deſerentes, in fluctibus turbantur. Dicit ergo Chriſtus, quia videt me mundus vobiſcum ad contemplationem gaudij nauigare, *vt vbi ego ſum & vos ſitis.* idcirco fremit, & me cupit deuorare, vt vos pariter occidat, nec intelligit quia velut eſcam in hamo caput, vt mea morte moriatur. (Ioan. 17.d.)

Hieronym. f *Tollite.* Tempeſtas, quæ propter me contra vos ſæuit, me moriente ſedabitur: non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab alio libenter ſuſcipere, niſi vbi caſtitas periclitatur.

✠Remigius. Contra me tempeſtas exurgit, mittite me in mare, vt mea morte viuatis. Aduertenda eſt fugitiui magnanimitas. Non diſſimulat, non negat, ſed confeſſus pœnam amplectitur, ne cæteri propter ſe perirent.

✠Theophylact. Talem ſe gerit bonis conſiliis prædita anima. Cognito peccato ſuo rubore quidem ſuffunditur propheta, quòd deliquerit. Nõ ignorans autem, quòd mare obtemperet ſeruiens diuino mandato, ſeipſum inobedientẽ Deo morte condemnat. Atqui nos haudquaquam tales ſumus, quin potius ſcientes peccata noſtra ſuppliciis digna, vbi aliquam afflictionem ſuſtinuerimus, aduerſus Dei prouidentiam murmuramus, tanquam impeccabiles eſſemus: tantum abeſt, vt digna nos pœna condemnemus.

Hieronym. g *Et remi.* Prolata contra ſe ſententia, tamen in cultorem Dei non audent manũ mittere: ideò laborant ad terram reuerti, mallentes perire, quàm ſanguinem fundere. Remigant autem quia putant abſque ſacramento illius, qui paſſurus erat, poſſe nauem de periculo liberari: cum Ionæ ſubmerſio ſit nauis releuatio.

☞ a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

tes in electione Matthiæ: vel ſi electiones eccleſiaſticæ, quæ inſtinctu ſpiritus ſancti debent fieri, fortunæ ſortium committatur. Rationes & authoritates omitto quia poſitæ ſunt loco ſupradicto. Iſtos tamen non oportet hic excuſare de peccato, quia ſicut dictum eſt, erant ibi diuerſi homines diuerſos deos colentes: & ideò videtur, quòd miſerunt ſortes ſecundum morem Gentilium, qui vtuntur ſuperſtitioſis. Deus tamen, qui elicit bona de malis ſic ſortes temperauit, quòd Ionas deprehenſus fuit, & confiteri peccatum ſuum compulſus fuit, ſecundum quod dicitur Prouer. 16.d. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino temperantur. *ideò ſequitur.*

1 Et dixerunt. *Et fecerunt ſibi quatuor quæſtiones, dicentes.*

2 Quod eſt opus tuum? *quia ex opere malo homo puniendus.*

3 Quæ terra tua? *quia propter malitiam terræ aliquis aliquando punitur.*

4 Et quo vadis? *quia aliquis puniendus eſt, qui vadit ad locum malum ſeu prohibitum. Et ad iſtam, quæſtionem reſpondit ſe fugere in* Tharſis *vt declinaret domini præceptum, vt habetur infrà. Cognouerunt enim viri, quòd à facie domini fugeret, quia indicauerat eis, licet hic taceatur.*

5 Vel ex quo populo es tu? *quia aliquando filius punitur pro malo parentum.*

6 Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & dominum Deum, &c. *hoc enim nomen eſt commune omnibus deſcendentibus à Iacob patriarcha.*

7 Et timuerunt viri timore magno, &c. *propter offenſam Dei Ionæ quem confitebatur dominum maris & terræ.*

8 Et dixerunt ad eum. *Hic conſequenter ponitur Ionæ deprehenſi punitio: de qua primò quæritur:* Quid faciemus tibi & ceſſabit mare à nobis? &c. *Et ſubditur reſponſio.*

9 Tollite me & mittite in mare. *Magis enim voluit ſolus mori, quàm quòd cum eo alij morerentur occaſione ſui: volens etiam per mortem ſuam placare offenſam Dei.*

10 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam. *tentantes ſi poſſent euadere ſine eius morte.*

aridam & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat su-
a ¶Scientes mortem peccati peiorem esse quàm vitæ: & ex magna fide pro anima alterius precantur, cum ipsi periclitantur corpore.
a per eos. † Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt: Quæsu- 1
mus domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super
nos sanguinem innocentem: quia tu domine sicut voluisti fe- 2
a ¶Non rapiunt, sed cum obsequio & honore portant. b ¶Christum. c ¶Non repugnantem, sed manus per voluntatem Dei præbentem. d ¶Mare quod absente Iona irascitur, iam desideratum apprehendens, tenet, gaudet & confouet, & ex gaudio tranquillitas redit.
b cisti. Et tulerunt Ionam & miserunt in mare, & stetit mare à 3
feruore suo, & timuerunt viri timore magno dominum, & 4
immolauerunt hostias domino, & vouerunt vota.

a *Et clamauerunt.* ✠Theodoretvs. Cùm planè nouissent
A Ionam à Deo condemnatum fuisse, rogant ne pœnas dent, dum Dei iudicio subseruiunt.

✠Theophylact. Non enim hunc tanquam latrones aut sanguinolenti homicidæ occidimus, sed tuæ obsequentes voluntati. Hîc barbaros cõtemplare, quomodo non contra hæc ogganniant: Igitur cruentus & sanguinis auidus ille Deus est: sanguine igitur gaudet, &c. Verùm Dei voluntatẽ amplexantur, diligunt, & venerantur, non curiosè indagãtes causas cur ista sic fiant.

Hieronym. Cõtestantur Deũ, vt quod facturi sunt,
B non imputetur eis ad culpam. Quasi dicatur, nolumus interficere tuum prophetam, sed ipse confessus est iram tuam, & tempestas tua eum arguit, volũtas tua manibus nostris expletur. Simi-
Matt.27.c. le quid facit & dicit Pilatus, qui lauãs manus, ait: *Mundus ego sum à sanguine iusti huius.* Nolunt gentes perire Christũ, innocentem testantur, & Iudei dicũt: *Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

Ibidem. Daniel.3.c. Psal.39.b. Quòd eum suscepimus, quòd mare sæuit, quòd sorte deprehenditur, quòd ipse indicat quid de se fieri debeat opus est tuæ voluntatis. Vnde Saluatori in Psal. *Domine, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui.*

Ante passionẽ Christi errores & diuersa dogmata quasi contrarij fluctus turbabant nauiculam ecclesiæ & totum humanum genus: sed post passionem est tranquillitas fidei, pax orbis, conuersio ad Deum, omnia secura. Ita post præcipitationem Ionæ mare stat à feruore. D

b *Et tulerunt Ionam, &c.* ✠Remigivs. Id est, quasi quodam cum obsequio & honore portantes, non præcipitantes, miserunt in mare.

Psal 17. †Deu.21.b ✠Theophylactvs. Vix tandem audẽt opus aggredi, quo peracto statim mare tranquillũ redditur. Illi verò cognoscunt dominum perfectius quã antehac: nec parũ ipsum metuũt, vt cui nemo sese subducere queat, qui acriter in ipsum peccantes adoriri possit. Sacrificauerũt vbi in terram apulsi fuere. Vouerunt autem & vota, hoc est, promiserunt se talia quædam & talia facturos vbi in patriam remeauerint, &c. Vides ne hîc diuinam dispensationem? fugit Ionas vt ne seruentur Nineuitæ, & ecce seruantur nautici: dein & ipse: & exuberantius bonum perficitur. Sic & nostris diuina prouidentia delictis ad bonum vsa est. E

Ante passionem timentes clamabant ad deos suos, post passionem timent Deum venerando & colendo, & immolant hostias quas iuxta literam in fluctibus non habebant, sed sacrificium spiritus contribulati: & vouent vota se amplius à Deo non recessuros, cernentes ex fuga tempestatis verba prophetæ vera fuisse.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et clamauerunt ad dominum, &c. *ne imputaretur eis mors Ionæ.*
2 Quia tu domine sicut voluisti fecisti, Et tulerunt Ionam & mise. &c. *Experientia enim tempestatis iam cognoscebant potestatem Dei quem Ionas colebat.*
C 3 Et stetit mare à feruore suo &c. *ex quo manifestè apparuit ipsius Ionæ transgressio, mandatum domini declinando.* F
4 Et timuerunt viri timore magno, &c. *ex signis visis fuerunt conuersi ad colendum verum Deum, qui habet super omnem creaturam dominium: & hoc bonum elicuit Deus de malo Ionæ. Dicit enim Augustinus in Enchiridio, quòd Deus adeo est omnipotens & bonus, quòd non sineret mala fieri, nisi ex eis maiora bona eliceret.*

CAPVT II.

a ¶Morti & inferno præcipit, vt prophetam suscipiant, sed quantum gaudent in deuoratione, tantum lugent in vomitu.
a ET præparauit dominus piscem grandem, 1
a ¶ Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, sic erit filius hominis tribus di. & tribus nocti. &c.
b vt deglutiret Ionam. † Et erat Ionas in 2
ventre piscis tribus diebus & tribus no- 3
a ¶ Postquam se sospitem sensit in vtero ceti: conuertitur ad exorandum misericordiam Dei.
ctibus. Et orauit Ionas ad dominũ Deum

CAPVT II.

Hieronym. Remig. ET *præparauit.* Vel ab initio cum conderet, vel iuxta nauem fecit venire, vt præcipitem susciperet, & pro morte habitaculum præberet, vt qui in naue iratum senserat Deum, in morte sentiret propicium.

✠Theophil. Nõ quemadmodum hominibus aut angelis præcipit Deus, ipsis in mentem insonans quid agendum sit, sic ceto nunc demandauit; sed velle aliquid Deum, lex est & mandatum necessariò cõplendum. Atque hic obedientiæ modus est inexplicabilis quidem nobis, ipsi verò cognitus.

✠Theodor. Venter verò grandis piscis habitatio prophetæ tres dies & noctes extitit, vísque alui cibos concoquere solita, prohibebatur Ionam conficere. In tanta ergo laxitate propheta degebat, vt etiam precationes ad Deum adhibere potuerit.

Hieronym. b *Et erat Io.* Sicut Ionas per hoc, quòd fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, indicat Christi passionem: sic & oratio eius typus est orationis Christi.

Qui credit tres pueros ita de incendio liberatos, vt nec vestimenta eorum ardor ignis attingeret, non debet dubitare de salute Ionæ in ventre ceti. Daniel.3.c.

Dicunt quidam in parasceue, quando sole fugiente à sexta hora vsque ad horam nonam nox successit diei: duas noctes & dies ibi computandas vsque ad mane sabbati, & opposito sabbato cum nocte sequenti tres dies & noctes cõputari alij intelligunt sinecdochicos, id est, à parte totum. †Mat.12.c.

c *Et orauit ad dominum, &c.* ✠Tertvllianvs. Cùm modestia & humilitate adorantes, magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperatè ac probè. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Sonos etiam vocis subiectos esse oportet. Deus enim non vocis, sed cordis auditor est sicut conspector. Dei aures sonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti, per tantæ bestiæ viscera, ab ipsis abyssis, per tantam æquoris molem, ad cælum potuit euadere?

a Clamaui

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT II.

Diuisio. ET præparauit. *Hic consequenter ostenditur ipsius Ionæ pœnitentia: Et hoc ex duobus. Primò ex eius oratione, secundò ex mandati diuini prosecutione. cap. seq. Prima in tres, quia primò ponitur orantis locus. secundò orationis modus, ibi:* Et orauit, *tertiò exitus, ibi:* Et dixit. *Circa primum dicitur.*

1 Et præparauit dominus piscem. *quia ei obedit omnis creatura ad nutum.*
2 Et erat. *Nec mirum, si tamdiu ibi vixit, quia hoc fuit diuina virtute, quia potest vbi vult, & quomodo vult saluare.*
3 Et orauit Ionas. *Hic consequenter describitur orationis modus cum subditur:* Clamaui ad do. *Erat quidem valde horridum sic deglutiri, & in ventre piscis detineri.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et præparauit.* 2 *Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus.* Per quos significantur amara contritio, integra confessio, & debita satisfactio.
3 *Et orauit Ionas ad dominum de vtero piscis, & dixit: Clamaui, &c.* quia verè pœnitentes debent orare frequenter pro peccati remissione, & pro diuinæ gratiæ impetratione. Et si fuerit oratio perseuerans exauditur: ideo subditur.

3 Et — MORAL.

a ¶Christus inter mortuos liber, in inferno viuens clamat: Non derelinques in inferno animam meam: nec da. san. tuum vi. cor.
a suum de vtero piscis, & dixit: † Clamaui de tribulatione mea ad
a ¶Id est, de vtero ceti, qui pro magnitudine sua instar habetur inferni. ¶Qui probas renes & corda.
dominũ, & exaudiuit me. De ventre inferni clamaui: & exaudi- 1
a ¶Id est, in inferno, pro quo in Euangelio, id est, in corde terræ. Sicut enim cor animalis in medio est, sic infernus in medio terræ esse perhibetur. 2
b sti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde ma- 3
ris, & flumen circũdedit me. Omnes gurgites tui, & fluctus tui 4
c super me transierunt. Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu
a ¶Quamuis abiectus tempore. b ¶In profundo maris positus, prophetali spiritu alibi est.
d oculorum tuorum. Verũmtamen rursus † videbo templũ san-
a ¶Aquæ mundi, quæ limum trahunt secum, corpus fouent, sed animam occidunt: quæ tamen Christo nocere non potuerunt, quia non necessitate, sed voluntate susceperat.
e ctum tuum. Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abys-
f g sus vallauit me, † pelagus operuit caput meum. Ad extre- 5
a ¶Opinione hominum. ¶Alia litera circundederunt.
ma montium descendit: terræ vectes concluserunt me in æ-
a ¶Tamen. ¶Non dabis sanctum tuum videre corr. b ¶Ne in morte corruptus, in bestiæ cibos transeam. 6
h ternum, & subleuabis de corruptione vitam meam domine

a *Clamaui.* Dum viderem immanem beluam, rictus apertos,
A recordatus sum Dei, & clamaui: Vel, in aquis cedẽtibus: clamore locũ inueniente, vel solo cordis affectu. Quantum ad Ionam patet, quòd clausus vtero in medio maris fuerit, Saluator verò in carne apparens habitationem huius terræ tempestatibus plenæ expertus est, quæ ad comparationẽ cælestis habitationis mare & tempestas dicitur. vnde: *Infixus sum in limo profun. & nõ est sub.* Et iterum: *Veni in altitudinẽ maris, & tẽ. demersit me.* †Psal.119.a. Psal.68.a. Ibidem.

Anagoge. Iuxta anagogen in corde maris, id est, in mediis †tẽpestatibus se esse commemorat, & tamen inter amaras aquas tentatus iuxta omnia absq; peccato, non sensit amaritudinem aquatum, sed circumdatus & refocillatus est dulcedine fluminis, quæ *lætificat ciuitatem Dei.* In persona Ionæ pa-
B tet hæc omnia ad literam facta, In Christo omnis tentatio sine peccato, quæ Dei voluntate contigit, non opprimens, sed transiens fuit, quia in eo vires amisit, vt qui in ea periclitari solebant per istum vincentem liberarentur.
† tentationibus. † aspiciã ad. † alga alligata est capiti meo.

✠Theophylactvs. Nihil damni passus à ceto, sed veluti pro domo vsus, neque mentis neque corporis iactura facta, Dei præsentem opem sentit. Non ignorans autem, quòd offenderit Deum per hoc quod ministerio legationis noluerit fungi, conuertitur ad præcationem: quique olim in sola Hierusalem Deum apertè apparere arbitrabatur, nunc ipsum in aluo ceti præsentem reperit, gratiásque agit illi, quòd se seruauerit. Inferni porrò ventrem ipsam ceti aluum nominauit, tum quòd belua sit letalis ac mortifera, tum quòd ex natura facti mortuus esset, viueret autem sola Dei gratia.

b *Et proiecisti me in profundum, &c.* ✠Idem. Variis modis vates quod secum contigit, enunciat, magnificans Dei gratiam, quæ sibi obuenit; iuxtà indicans potentiam Dei, vt qui ex quouis malo seruare possit, etiam si terribilissimum fuerit. Ac si dicat. In maris intima me deiecisti (balena enim in profundo moratur) ipsius balenę me intima comprehenderunt. Flumina verò dixit fluctuum insultus, siue quòd flumina sese in mare exonerent. Iam qui à mari cingitur, à fluminibus certè circumfluitur iuxtà.

c *Abiectus.* ✠Theodoretvs. Insolentia maiorum constrictus, & qui paulò antè à tempestatibus fluctuum sublime ferebar, nunc tanquam in carcerem in ventrem ceti conclusus, cogitaui, quòd omni prouidentia Dei spoliatus essem, & quod propterea hæc omnia sustinerem.

C ✠Theophylactvs. Cogitabam me ab oculis tuis, à visitatione, ab inspectione, proiectum esse, ac hæsitabam: Viuámne, & posthac apponam intueri templum sanctum tuum Hierosolymis. D

Qui forma serui acceperam, fragilitatem hominis imitatus, antequam clamãs exaudirer, dixi: Qui in te lumine lumen eram, homo factus abiect⁹ sum, vt p hoc humanũ genus ad te reducã. Phil.2.b. Hieron.

d *Videbo templũ.* Hoc Ionæ conuenit, vel optanti vel confidenti, qui prophetico spiritu hoc futurum cõtemplabatur. Christo autem conuenit iuxta quod legitur, *Pater clarifica me apud te, claritate quam habui antequam mundus fieret.* Sicut tẽplum patris est filius, ita & templum filij est pater. de quo ipse dixit: *Ego de patre exiui, & veni in mundum.* Ioan.17.a. Ibid.16.f.

e *Abyssus vallauit, &c.* ✠Theophylactvs. Gratiam Dei erga sese propheta variis modis celebrans, ab aqua se circumfusum ait, cui natura est auferre animam & vitam: séque ab vltima abysso cinctum: & in fissuris montium fuisse se inquit, per quod subobscurè ceti magnitudinem exhibet. Montes dein & spelæa nominat, quæ verisimile est subire balenam. Huiusmodi enim in mari pleraque sunt, quibus illisæ scaphæ pereunt. E

Hiero. Matt.8.d. Abyssus hic accipiuntur contrariæ fortitudines, vel tormentis deditæ potestates ad quas in Euangelio rogant dæmones, ne cogantur ire vt torqueantur.

f *Pelagus.* Historia patet, quòd Ionas venerit vsque ad profundum terrarum, quibus quasi vectibus & columnis Dei voluntate terræ globus sustentatur.

Allegorice. Allegorice. In Christo homine principale & quasi caput fuit anima, quæ descendit ad inferiora loca, vbi animæ hominum sub diaboli potestate tenebantur. Isti sunt vectes qui prohibent animas ab inferis exire, hos vectes frangit dominus, & eos qui clausi tenebantur liberat.

g *Ad extrema montium, &c.* ✠Theodoretvs. Video me montibus quibusdam maximis circundatum, & vndique repagulis fortissimis circunclusum. Per hæc non modò ceti magnitudinem designat, sed etiam nullum effugium fuisse malorum, quibus tenebatur.

h *Et subleuabis de corruptione, &c.* Quoniam cùm ad mortis fores essem, non me in tui obliuionem venire passus sum: hac corruptione ne liberatum domine, in vitam restituas, vt rursus tibi in templo tibi consecrato precationes afferam.

✠Theophilactvs. Per hoc quòd in ceto seruatus est, incipit credere quòd vitam denuò sit recepturus: eam ob rem hoc etiam exoptat, non vtique exoptaturus, nisi ex illo hoc peræquè Deo possibile credidisset. Quum enim ambo sint impossibilia, qui hoc potest, alterum itidem potest. F

a Cum

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et exaudiuit. *Ionas enim adhuc existens in ventre piscis cognouit diuinitus se exiturum.*
2 De ven. *id est de ventre piscis qui dicitur infernus metaphoricè, quia valde horridum erat ibi esse.*
3 Et proiecisti me in profun. in corde ma. *Quia pisces tam magni habitant in profundo maris, non enim possunt natare prope littus.*
4 Omnes gurgites tui & fluctus tui. *Transibant enim super piscem & per consequens super Ionam in eo inclusum. Cætera patent ex dictis vsque ibi:*
5 Ad extrema mon. *Sicut enim dictum est, tales pisces habitant in profundo maris, quod multum distat à montibus in littore maris existentibus.*
6 Terræ vectes. *id est, ita sum conclusus inter littora maris, quòd in æternum non potero exire nisi tua virtute: ideo subditur:* Et subleuabis.

1 Cum

MORALITER.

1 *Et exaudiuit me. De ventre inferni clamaui & exaudisti vocem.* Propter quod post orationem sequitur:
2 *Et dixit do. pisci.* Id est Christo homini.
3 *Et euomuit Ion. in aridam.* Peccatorem reducens ad salutem.

2 Et

A a *Cum angustiaretur in me anima mea, &c.* Hæc Christo conueniunt, dum dicit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et iterum: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* (Hieronym. Matt. 26. d. Lucæ. 23. f.)

b *Vt veniat ad te oratio mea.* ✠ THEOPHYLACTVS. Non abeunt sanctis tribulationes citra lucrum. Hinc & Dauid: *In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine.* Et Isaias: *In afflictione, tui memoriã feci.* Tum Paulus: *Tribulatio patientiã efficit, patientia probationem.* Consimilem admodum Ionas quando anima eius periculi magnitudine deficeret, non ad conuicia delapsus est, sed *Dominum* ait, *recordatus sum,* hoc est, inuocaui ipsum, vt esset adiutor meus. Vel, *memini Domini,* quòd erga mortales amico affectu est, ac obliuiscatur peccatum quod patraui non obtemperans ipsi, &c. (Psal. 17. Isa 26. Rom. 5. † deficeret. † & venit. B)

a ¶Hoc affectu blandientis, quia communem omnium Deum, beneficij magnitudine sibi facit proprium. b ¶Cum in ventre ceti ex fragilitate carnis nihil spei relictum esset recordatione domini impossibilia vici.

a Deus meus. Cum † angustiaretur in me anima mea, domini re- 1
b cordatus sum: † vt veniat ad te oratio mea ad templum san- 2

¶Ego ita, sed qui. a ¶Sibi paratam. ¶Quæ non reliquit hominem in vanitate, sed expectat vt redeat.

c ctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra, † misericordiam 3 4 († id est, vocũ naucarũ.)

a ¶Qui pro salute multorum deuoratus. b ¶Meipsum, qui sum hostia & pontifex.

d suam derelinquent. Ego autem in voce laudis immolabo tibi, 5
e quæcumque voui reddam pro salute mea domino. Et dixit 6

a ¶Præcipitur ceto, abyssis & inferno, vt terris restituant Saluatorem, vt mortuos secum plurimos educat, qui mortis vinculis tenebantur. ¶Ex imis vitalibus mortis victrix vita processit.

dominus pisci: Et euomuit Ionam in aridam. 7

Hieronym. Idcirco in tribulatione Dei memor fui, vt de extremo maris oratio ad cælos scandat: *Vt veniat ad temp. san. tuum.* in quo æterna beatitudine frueris. Petit autem quasi pontifex, vt oratio sua ascendat ad Deum, vt in corpore suo populus liberetur.

Hieron. c *Qui custodiunt.* Cum omnia sint vanitas, omnes ex necessitate faciunt vanitatem: Sed non omnes custodiunt quasi thesaurum, nec diligunt quod faciunt, non ergo toti humano generi misericordiam denegat. Deus natura misericors paratus est, vt saluet per clementiam quos saluare non potest per iustitiam: sed nos misericordiam se offerentem vitio nostro relinquimus. Et nota quòd propheta in ventre ceti sui periculi oblitus de natura rerum generali sententia philosophatur. Iudæi dum seruant traditiones hominum, mandata Dei, qui semper misertus eorum fuerat, derelinquunt.

C ✠ REMIGIVS. Prophetæ notanda est magnanimitas, qui in ventre tantæ bestiæ de humana fragilitate disputat. Deus quippe naturaliter misericors, paratus est omnibus misereri: nos autem nostro vitio vltro se offerentem perdimus clementiam.

✠THEOPHY

D ✠THEOPHYLACTVS. Alij, inquit, vana & mendacia idola sectantes, & misericordiam abs te non postulant. Vel, misericordiam à te consecuti, & liberati à calamitatibus, non satis celebrant misericordiam quam fecisti cum eis. Vel, te misericordiam ipsorum reliquerunt: per tuam enim misericordiam viuunt.

d *Ego autem in voce.* ✠THEODOR. Præsentibus periculis liberatus, pro salute tibi sacrificia offeram, enarrans tui beneficij magnificentiam, & vocis meę mulctationem. Profitẽs hæc diuinus Ionas, vt promisit sic executus est, & scriptis omnia tradidit, vt non solum, qui tunc erant, sed etiam posteri noscerent eius facinora. Et quemadmodum Dauid cùm scriptum reliquit suum delictum, Dei misericordiam prædicauit, & peccantibus fructum pœnitentiæ ostendit: sic Ionas & fugam, & pœnas de se sumptas, & datam salutem monumentis historiæ prodidit. E

HIERONYMVS. Christus ante passionem quodammodo fugerat obedire Deo: dum dicit: *Non est bonum dare panem filiorum canibus.* Et iterum: *Pater si possibile est transeat à me calix iste.* Sed post resurrectionem perfidos relinquens sponte prædicat mundo quod fuerat imperatum ante passionem. (Matt 7. c. Ibid. 26. d. Ioan. 17. b.)

e *Quæcunque voui.* In passione nos omnes vouit patri, vt non periret aliquis de his qui sibi erant dati. Pro salute omnium promisit, ne faciamus eum mendacem, mundi simus, vt nos offerat patri. (Eccle. 1. a.)

✠TERTVLLIANVS. Quòd vestimenta & calceamenta filiorum Israelis indetrita manserunt, quòd Babylonij ignes trium fratrum nec tiaras, nec sarabaras læserunt, quod Ionas deuoratus à belua maris, in cuius aluo naufragia dirigebantur, triduo post incolumis expuitur, quòd hodie Enoch & Helias nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, cuinam fidei testimonium signant, nisi qua credi oportet, hæc futuræ integritatis esse documenta? (Lib de resurrect. car. c. 58. Deut. 29. Dan. 3. Genes. 6. 4 Reg. 2.) F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cùm angustiaretur in me anima mea. *desperans omni virtute humana.*
2 Domini recordatus sum. *à quo solo expecto remedium.*
3 Qui custodiunt vanitates, &c. *in eis perseuerantes.*
4 Frustra misericordiam. *id est, reddunt se indignos diuina misericordia. pro vanitatibus suis sequendis, quæ nullius sunt momenti.*
5 Ego autem in voce laudis immolabo tibi. *scilicet, cor meum per veram contritionem & pœnitentiam.*

6 Quæcunque

6 Quæcunque voui reddam pro salute mea domino. *Homines enim in magna necessitate existentes solent emittere vota domino, & sic fecit Ionas in ventre piscis existens.*
7 Et dixit dominus pisci: Et euomuit Ionam in aridam. *Hic consequenter ponitur ipsius Ionæ exitus, cùm dicitur:* Et dixit dominus pisci. *Dei dicere, est suum facere. Fecit enim piscem Ionam euomere in aridam terram. Hoc enim non potuisset facere piscis sine Dei speciali operatione, quia propter sui magnitudinem non potuisset tantum aridæ natando appropinquare.*

CAP.

MORALITER.

7 *Et dixit dominus pisci.* id est, Christo homini.

† Et

† *Et euomuit Ionam in aridam.* peccatorem reducens ad salutem.

MORAL.

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur Postilla. Qui custodit vanitates.
Litera Hebraica sic se habet in hoc loco: Qui custodiunt vanitates, in vanum misericordiam suam derelinquunt. Et est sensus, quòd illi qui custodiebant vanitates falsorum deorum, vouentes eis in tribulationibus suis aliqua opera misericordiæ facere, tales vouẽtes, misericordiam suam delinquunt, quia illi dij non possunt eos iuuare: Sed qui vouet Deo vero, oportet quòd reddat vota sua, eò quòd est adiutor in tribulationibus, & ideo subdit: Ego autem in voce laudis immolabo tibi, &c.

CAPVT III.

A a ET *factum est, &c.* Hoc totum, quòd iubetur, quòd obedit, quòd non vult, quòd iterum velle cogitur, quòd secundò patris voluntatem exequitur. Christo conuenit ex forma serui. (Hieronym.)

b *Et surrexit.* ALLEGORICE. Christus post inferos propriè surgere dicitur, & prædicare quãdo Apostolos mittit ad baptizandũ homines in nomine patris & filij & spiritussancti. hoc est iter trium dierum, hoc tamen sacramentum humanæ salutis via vnius diei, id est, vnius Dei confessione perficitur Iona, id est, Christo in Apostolis prædicante, qui dixit: *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* (Matt 28. d. Ibidem.)

CAPVT III.

¶Non dicitur prophetæ quare non fecisti quod præceperam, sufficit ad correctionem naufragij deuoratio, vt qui imperantem non senserat, sentiat dominum liberantem.

a ET factum est verbum domini ad Ionam 1
¶Mundum.
secundò, dicẽs: Surge & vade in Niniuen
ciuitatem magnam, & prædica in ea præ-
a ¶Pater. b ¶Filium. ¶Ego à me ipso non loquor.
dicationem quam ego loquor ad te. Et 2
a ¶A morte. ¶Sine mora obediens. b ¶Christus. c ¶Per Apostolos. ¶Præceptum.
b surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum domini. Et †
c Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cœpit Io- 3 4
a ¶Christus stans in templo clamat: Qui sitit, veniat ad me & bi. Omnis verò sermo Christi quia de magnis agit, clamor dicitur.
nas introite ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit & dixit: 5
a ¶Præputium credit, circuncisio infidelis manet.
d Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. † Et credi- 6 7
a ¶Qui veniunt in perfectum virum in ætatem Christi. b ¶Saccus & ieiunium arma sunt pœnitentium.
derunt viri Niniuitæ in domino, & prædicauerunt ieiu- 8
a ¶Quia nullus sine peccato, nec infans vnius diei.
nium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. 9

B c *Et Niniue erat, &c.* ✠ THEOPHILACTVS. Grandis erat Nineui, ac propterea apud Deum quoque ingẽs erat, plurimisq; faciebat eius salutẽ, vt qui non parũ multos in ea homines finxisset, quos omnes seruatum iri vellet. Quod ait, veluti iter profectionis trium dierum, aliqui sanè de spatio vrbis intellexerũt, ceu trium dierum interuallo tota vrbs circumiri potuerit. Non rectè per vrbem iter faciens concionabatur, sed per forum, vicos & plateas ingrediens.

Hieronym. Tam ampla erat Niniue, vt vix posset circumiri itinere dierum trium, at ille memor præcepti & sui naufragij iter trium dierum festinatione vnius diei compleuit. Quidam verò dicũt, quòd in tertia parte ciuitatis tantum prędicauerit, & statim prędicationis sermo ad reliquos peruenit.

Non dixit tribus diebus & noctibus, vel vno die & nocte, sed absolutè, diebus, & die: vt ostenderet in mysterio trinitatis & confessione vnius Dei nihil esse tenebrosum.

d *Adhuc quadraginta.* secundum. LXX. Siue per quadraginta dies, siue per triduum, idem Christus significatus est. Per quadraginta, scilicet, quia peregit cum discipulis suis post resurrectionem quadraginta dies, & ascendit in cœlum. Per triduum, quia tertia die resurrexit. C

Non est prophetia, descendens de præscientia Dei, vbi omnia sicut sunt, ita permanent: sed est comminatio ad correctio-

nem,

nem, proponens iustam vltionem secundum præsentia peccata Niniuitarum. D

Quadragenarius conuenit peccatoribus ad pœnitentiam & ieiunium & orationem, & saccum & lachrymas, & deprecandi perseuerantiam: Hoc numero Moyses, & Elias, & ipse Christus ieiunauerunt. Hic numerus nobis inducitur ad præparandas animas nostras ad esum corporis Christi.

Pulcher ordo. Pręcipit Deus prophetæ: propheta prædicat ciuitati, prius viri credunt, illis prædicantibus ieiuniũ omnis ætas induitur sacco. Viri non saccum, sed ieiunium prædicant tantum: sed illi quibus pęnitẽtia pręcipitur ieiunio saccum addunt, vt inanis venter, & luctuosus habitus, Deum fortius deprecentur. († Mat. 12. d.) E

Qui offenderant Deum luxu & ambitione, eorum damnatione placant, per quę prius offenderãt.

Prius ieiunium, quod Deo in occulto offertur, deinde saccus, qui exterius hominibus exhibetur.

HIERONYMVS. Niniue, scilicet, Euersa est Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata, quæ non erat stantibus mœnibus & domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus. Et quamuis non sit factum quod illi homines timuerunt Iona prophetante futurum, factũ est tamen quod fuerat Deo præcipiẽte prædictũ. (2. Cor 1. c. Lib. 18. de ciuit c. 44.)

✠AVGVSTINVS. Ionas ab Hebræis dicitur clamasse, *Adhuc tres dies & Niniue subuertetur:* Septuaginta verò transtulerunt, *Adhuc tres dies, &c.*

✠THEOPHYLACTVS. Ingens miraculum erat virum Hebræum, ex alia terra venientem, nemini cognitum, per vrbem ingredi & vociferari: *Adhuc tres dies, & Nineui, &c.*

✠THEODORETVS. Aquila, Symmachus, & Theodotio *quadraginta* interpretati sunt, ac cum his Syrus, & Hebræus conueniunt, & appositè hunc numerũ habet. Etenim partim tribus diebus omnẽ vrbem concionando obiuit, partim Niniuitæ pœnitentiam illam laboriosam Deo attulerunt, qua ab eo salutem sunt assecuti: partim pro foribus considens, prophetiæ finẽ moratus est. Quare illud quadraginta dierum verius esse mihi videtur, ac F

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT III.

ET factum est. *Ostensa Ionæ pœnitentia ex eius oratione. Hic consequenter idem ostenditur ex mandati Dei prompta executione. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc executio, secundò Ionæ sequens afflictio se. ca. Prima in tres: quia primò ponitur prædicatio Ionæ, secundò conuersio Niniue, ibi:* Et crediderunt, *tertiò, condescensio miserationis diuinæ, ibi:* Et vidit. *Circa primum præmittitur mandati diuini reiteratio, cum dicitur.* (Diuisio.)

1 Et factum est verbum domini. *secundò subditur huius mandati executio, cum dicitur.*
2 Et surrexit Ionas. *sine dilatione.*
3 Et Niniue erat, &c. *Dicunt aliqui, quòd tres dietæ ponebantur circumeundo murum ciuitatis. Sed hoc non videtur verum: quia secundum sacram scripturam & historiographos Babylonia excessit omnes alias ciuitates in magnitudine, intantum, quòd philosophus dicit de ea, quòd non erat propriè ciuitas, sed regio clausa muris: & tamen secundum Hieronymum circuitus murorum habebat 32. leucas tantum, quæ non faciunt tres dietas completè, & ideo melius videtur dicendum, quòd istæ tres dietæ sunt accipiendæ procedendo per vicos ciuitatis vbique. sic enim*

enim

enim habebat Ionas facere denuntiando populo subuersionem ciuitatis.
4 Et cœpit. *Dicunt hic aliqui, quòd Ionas ita promptè exequebatur mandatum Dei, quòd iter trium dierum vna die compleuit: Sed hoc non videtur textui consonare: quia dicitur:* Et cœpit. *Si enim hoc dictum esset verum magis diceretur: Percurrit Ionas ciuitatem iti. diei vnius. & ideo dicendum est, quòd in prima die processit per vnam partem ciuitatis tantum.*
5 Et clamauit. *scilicet, verbum domini nihil addendo.*
6 Adhuc quadraginta dies. *sic enim meruerant ciuium delicta, vt dictum est suprà. Et quia erat prophetia comminationis, vt dictum est suprà, conditio erat subintelligenda, scilicet, si non agerent pœnitentiam: sed non erat à propheta exprimenda, vt prædictum est.*
7 Et crediderunt. *Hic consequenter ponitur conuersio populi ad prædicationem Ionæ, cum dicitur:* Et crediderunt. *qui prius tantum colebant idola.*
8 Et prædicauerunt. *id est, solenniter indixerunt populo.*
9 Ieiunium. *vt per carnis afflictionem, & humiliationem in victu & vestitu placarent Dei iram. Et non solùm fecerunt hoc populares, sed etiam maiores. ideo subditur de rege, vt sui exemplo magis animarentur alij.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et factum est verbum domini.* Quoniam prædicator cognoscens suum defectum, debet ardentius exercere prædicationis officium, ideo sequitur.
2 *Et surrexit Ionas.* à somno negligentiæ.
† *Et abijt in Niniuen.* per actum diligentiæ.
5 *Et clamauit & dixit: Adhuc quadraginta dies, &c.* & subintelligitur,

gitur,

nisi pœnitentiam egerit, vt ex sequentibus apparebit. & ideo per istos quadraginta dies intelligitur pœnitentia perfecta. Vnde Moyses legitur ieiunasse diebus quadraginta. Exod. 24. & Elias. 3. Regum 19. & Christus. Matth. 4. tamen Niniue subuersa fuit à statu culpæ in statum gratiæ. secundum illud Prouerb. 12. a. *Verte impios, & non erunt,* scilicet, impij. ideo sequitur in fine capituli.

tur, ac verò proximum est Septuaginta cum his congruentem
A numerum posuisse: sed qui primò scripserunt, in hoc errasse, deinde in omnia exempla hanc editionem permanasse.

Libr. quæst. vet. & noui Testam. q. 120.
✠ AVGVSTINVS. Magna ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Esther etenim regina cùm Iudaicus populus in periculo positus esset, ieiuniis suffragãtibus liberatus est. Et Niniuitæ cùm euersionis suæ præscriptum diem à propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iusti ac prophetæ nostri, quãdo à Deo aliquid impetrare volebãt, ieiunio se humiliabant, dicente Dauid: *Humiliabam in ieiunio animam meã, &c.*

Lib. 1. quæst. in Genes. q. 160.
✠ IDEM. Non frustra quadraginta dies ieiuniorum sunt cõstituti, quibus Moses, & Helias, & ipse dominus ieiunauit: & Ecclesia præcipua obseruatione ieiuniorũ
B Quadragesimum vocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionam prophetam scriptum perhibẽt, *Quadraginta dies & Niniue euertetur*, vt per tot dies, accommodatos humiliationi pœnitentium, intelligatur in ieiuniis sua defleuisse peccata & impetrasse misericordiam Dei.

† pœniteat Deum?

a ¶Humiliauit se deponens altitudinem potentiæ & eloquentiæ.
a Et peruenit verbũ ad regem Niniue. Et surrexit de soliô suo, & 1
a ¶Pœnitentiæ pro præteritis malis.
abiecit vestimentum suum à se, & indutus est saccô, & sedit in 2 3
a ¶Sordibus, non sensuum sed verborum.
b cinêre, & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principũ 4
a ¶Rationales. b ¶Stulti. ¶Homines & iumenta saluabis domine. c ¶Prudentes. d ¶Simplices.
eius, dicens: Hômines & iumêta & boues & pêcora non gu- 5
stent quicquam nec pascantur, & aquam non bibant, & ope-
a ¶Lugubri habitu mœrore & tristitia, quæ metaphoricè saccus dicitur.
riantur saccis homines & iumenta, & clament ad dominum 6
¶Ad dominum. ¶Quæ ex se.
in fortitudine, & conuertatur † vir à via sua mala, & ab iniqui- 7
a ¶Non tantum in cogitatione, sed & in opere. b ¶Conuersis. c ¶Sic.
c tate, quæ est in mânibus eorum. Quis scit si conuertantur et 8
a ¶Quem iam penè cœpit effundere. b ¶Ego conuerso.
† ignoscat Deus? & reuertatur à furôre iræ suæ, & non peribi-
d mus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua 9
¶Afflictionem.
mala, & † miseratus est Deus super malitiam, quam loquutus 10
fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

a *Et perue.* Electis infirmis & ignobilibus mundi, tandem ad philosophos & potentes (qui mundum regere videbantur) peruenit verbum Christi: Prius Petrus piscator intrat, deinde Cyprianus, prius idololatra, tandem credit & factus assertor veritatis, post auditum sermonem Ionæ Carthaginenses ad pœnitentiam vocat, & Christum publicè prædicat. Ecce rex Niniue de solio surgit, purpuram sacco, vnguenta luto, munditias sordi-
C bus commutat: Difficile est potentes & eloquentes in mundo ad Christi humilitatem conuerti.

De ieiuniorũ præcepto & merito.
✠ THEODORETVS. Rex nõ viros solum, & mulieres ieiunio vacare, sed etiam ratione carentia iussit ab omni cibo abstinere, vt fame pressa, partim mugientia, partim balantia hominibus vehementiores lacrymas excitarent, ad diuinæ misericordiæ fontes soluendos.

Li. de hæres. c. 53.
✠ AVGVSTINVS. Aëriani hæretici Arrianorum erroribus addiderunt, orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere: nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia, sed cùm quisque voluerit, ieiunandum.

Ibi. c. 82.
✠ IDEM. Iouinianus hæreticus omnia peccata paria esse dicebat, nec aliquid prodesse ieiunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam.

Lib de eccl. dogmat.
✠ IDEM. Sacratæ virginitati nuptias coæquare, aut pro amore castigati corporis, abstinentibus à vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Iouiniani est.

Serm. 40.
✠ AMBROSIVS. Legimus in propheta cùm Niniuæ ciuitati submersio diuinitus immineret, & iuxta sententiam Dei, destruendi eam tempus ingrueret, consistentes in ea aliud non habuisse

D præsidium, nisi vt abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperẽt, & diuitiarum ambitione seposita, humilitate se paupertatis induerent, vt exinde remedium perciperent: & iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abstinẽdo lenirent. Rex deposita imperiali purpura, membra sua cilicio dicitur præcinxisse, atq; in sacco se diebus ac noctibus volutasse. Sapiens rex, qui pro salute ciuium peccatorem se magis cõfitetur quàm regem, &c.

Com. in 58. c Isa.
✠ HIERONYM. Per ieiunia & Daniel vir desideriorũ futura cognouit: & Niniuitæ iram placauerũt Dei: & Helias ac Moses quadraginta dierum esurie Dei familiaritate saturati sunt: & ipse dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis solennes ieiuniorum dies relinqueret.

† vnusquisque.

† pœnituit Deum. Hieronym.
b *Et clamauit.* Clamauit dicẽs in Niniue, quod erat cõstitutum ex ore regis & principum eius, vnde LXX. Et prædicatum est in Niniue à rege & ab omnibus maioribus eius.
E
c *Quis scit.* Sub ambiguitate dicit, vt dum homines dubij sunt de salute, fortius agant pœnitentiam, & Deum magis ad misericordiam prouocent.

In Psal. 18.
✠ AVGVST. Deus ignoscit peccatoribus. Nihil tam occultum, nihil tam incertum. Ad hoc incertũ Niniuitæ pœnitentiam egerunt. Dixerunt enim, quamuis post minas prophetæ, quamuis post illam vocem, *Triduo & Niniue euertetur*, petendam esse misericordiam. Dixerunt apud se disceptãtes, *Quis nouit si flectat Deus in melius sentẽtiam suam, & misereatur?* Incertum erat, cùm dicitur, *Quis nouit?*

✠ REMIGIVS. Ideo ambiguè proferunt, vt dubij de salute fortius agãt pœnitentiã, & magis Deũ prouocent ad misericordiã.
F
Hieronym.
d *Et vidit Deus.* Et nunc Niniuitis, & quotidie populis mundi comminatur Deus, vt agant pœnitentiam. Qui si conuersi fuerint, ipse quoque sententiam conuertit, & populi conuersione mutatur.

Exod. 24. b. Ezech. 33. c.
Non audiuit verba, quæ Israel sæpe solebat promittere: *Faciemus omnia quæcunque dixerit nobis dominus*, sed opera conspexit, *qui mauult vitam quàm mortem peccatoris.* Videns mutata opera libenter mutat sententiam. Potius dicamus, quòd perseuerauit in proposito suo, à principio volens misereri. Non enim punire volebat, nec puniturus erat, qui comminabatur.

Libr. 5. adu. Marc. c. 11.
✠ TERTVLL. Deus pater & misericors, & miserator, & misericordiæ plurimis est dictus. Habes apud Ionam cum ipso misericordiæ exemplo, quam Niniuitis exorantibus prẽstitit, facilè & Ezechiæ fletibus flecti, & Achab marito Iezabelis deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthæ, & Dauid agnoscenti delictum statim indulgere, malens, scilicet, pœnitentiam peccatoris, quàm mortem, vtique ex misericordiæ affectu.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et abiecit vestimentum. *signa regalia deponendo.*
2 Et indutus, &c. *in signum pœnitentiæ.*
3 Et sedit in cinere. *in signum humiliationis magnæ.*
4 Et clamauit, & dixit, &c. *per os præconis.*
5 Homines & iumenta. *Huiusmodi enim animalia sunt homini data in adiutorium: & ideo afflictio eorum in homines redundat. Propter quod ad ostendendum perfectam pœnitentiam non solum indixit rex afflictionem hominum sed etiam animalium.*
6 Clament ad dominum. *Deficiente enim pastu mugiebant, qui mugitus dicebatur ad eum clamare in quantum per homines hoc ordinabatur ad placationem suæ offensæ.*
7 Conuertatur vir, &c. *id est, quicumque de populo de malo ad bonum: Et subditur ratio.*
8 Quis scit si conuertatur. *quasi dicatur: Sicut per peccata nostra est offensus, ita forsitan per nostram pœnitentiam erit placatus.*
9 Et vidit Deus, &c. *Hic consequenter ponitur condescensio miserationis diuinæ, cum dicitur:* Et vidit, &c. *acceptauit & approbauit, sicut Genes. 4. b.* Et respexit Deus ad Abel & ad mu. eius.
10 Et misertus est Deus, &c. *pœnam comminatam non inferendo. Sciendum tamen, quòd postea Niniuitæ reuersi fuerunt ad vomitum, & sic ciuitas fuit subuersa, de qua subuersione prophetauit sanctus Tobias 14. cap.*

CAP.

MORALITER.

9 *Et vidit Deus opera eorum*, id est, approbauit. *Quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam loquutus fuerat, &c.*

MORAL.

CAPVT IIII.

A
Hieron.
ET *afflictus est.* Non contristatur quòd Gentiũ multitudo saluatur, sed quòd videt Gentem suam perire, & se de tanto numero prophetarum electum, qui per salutem aliorũ, ruinam populi sui nunciaret, iam quodammodo de salute desperans Israelis. Sic dominus fleuit super Ierusalem. Et noluit *panem filiorum mittere canibus.* Apostoli quoque primum prædicant Israeli. Paulus etiam: *optat Anathema esse pro fratribus suis.* Pulchrè Ionas, id est dolens tristis est vsq; ad mortẽ, quia ne periret populus Iudæorum quantum in se fuit, multa perpessus fuit, laboriosus propheta peregrinatione & naufragio prægrauatus.

Luce 19. f. Matt. 15. c.
Roma. 9 a.
Allegor.
† Psal. 85. c.
† 3. Re. 19. a.

✠ THEOPHYL. Mœrore afficitur Ionas, non tanquam seruatis inuidẽs, neque tanquam interminationibus hominum voluptatẽ cupiens, cæterùm quia periculũ erat ne ipse etiam mendax reputaretur, quique ceu præstigiator aliquis frustra turbauerit, non ex ore Dñi locutus.

† Nonne vehemens ira est tibi?
B

CAPVT IIII.

a ET afflictus est Ionas afflictione magna, 1
& iratus est, & orauit ad dominum, &
a ¶ Dicturus se iuste voluisse effugere, quodammodo iniustitiæ arguit Deum, querelas ergo suas obsecrationis exordio tẽperat, quod enim ait: Obsecro blandientis affectu legendum est: pro quo in Hebræo legitur, anna, quæ est interiectio blandientis.
dixit: Obsecro ô domine, nunquid non 2
hoc est verbum meum, cùm adhuc es-
sem in terra mea? Propter hoc præoc-
b cupaui, vt fugerẽ in Tharsis. † Scio enim, quia tu Deus cle-
mens & misericors es, patiẽs & multæ miserationis, & igno-
a ¶ Tristis est anima mea vsque ad mortem Et iterum: In manus tu. do. com. spi. meum.
scens super malitia. † Et nunc domine tolle quæso animam
a ¶ Viuens, vnam gentem Israelis saluare non potui: moriar, & totus mundus saluabitur.
meam à me, quia melior est mihi mors quàm vita. Et dixit 3
c dominus: † Putásne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas 4
d ¶ Mundi. a ¶ Quia tunc de Niniuitis cum eo nullus habitare poterat.
de ciuitate, & sedit contra orientẽ ciuitatis. Et fecit sibimet 5 6
a Sedet tãquã iudex vel à maiestate sua contractus. b ¶ More scripturæ humanos Deo ingerit affectus.
vmbraculũ ibi, & sedêbat subter illud in vmbra, donec vide-
e ret quid accideret ciuitati. Et præparauit dñs Deus † hederã, 7
¶ Subito mira Dei virtute.
& ascẽdit super caput Ionæ vt esset vmbra super caput eius,

b *Scio enim quia.* Sciebam te misericordem & hoc esse facturum, nolui nunciare truculentum, sed volui fugere in Tharsis .i. vacare contemplationi, & in mari huius seculi quiete & ocio perfrui, dimisi domum meam egressus de tuo sinu. Si dicerem te ignoscentem & misericordem, nullus ageret pœnitentiam, Si crudelem iudicem, sciebam hoc non esse tuæ naturæ. In hoc ergo ambiguo, malui fugere quã vel impœnitentes lenitate decipere, vel de te prædicare quod nõ eras: tolle ergo animã meã.

Hieronym.
Propheta tristatus vult mori, ne conuersa multitudine Gentium Israël pereat in æternum.

c *Putásne.* Non ait malè iratus es, ne videatur reprehendere contristatum. Nec ait, bene iratus es, ne suæ sententiæ contraire: sed interrogat ipsum iratum vt vel causas iræ respõdeat, vel si ille tacuerit, verũ Dei iudicium ex eius silentio comprobetur.

✠ THEOPHYL. Conturbatum prophetam refouet Deus, interrogando nũ sit contristatus. Interrogans enim terrere ipsum videtur, ceu non rectè mœrore affectum. Q. d. Considera penes teipsum, an iustã habeas mœroris ansam. Hic quæ ipsum sibi medicum constituit, excitans considerare quòd iniustè cõturbatus

D sit. Quæ dum propheta nõ intellexit, ipse tandem dominus causam cur minimè tristari debeat, manifestissimè ipsi exhibet, valde sapienter cucurbitam producens.

Hieron.
d *Et egressus.* id est, columba vel dolens egreditur de ciuitate, quam ædificauit Cain & habitat contra Orientem vnde sol oritur, & ibi est in tabernaculo suo, labẽtiaq; tẽpora expectat cõtemplatus quid ciuitati mundi eueniat. Antequam Niniue saluaretur per Euangelium Christi, & arescat cucurbita & verus Oriens manifestaretur, Ionas erat sub vmbraculo, quia nondum erat aperta veritas.

† displicet Ionæ dispensatio [illegible]

e *Et præparauit, &c.* In Hebræo קיקיון kikaion legitur, pro cucurbita quæ citò surgit & citò arescit:
E Comparatur Israeli paruas radices mittẽti in terram, & conanti vt in altum sustollatur, sed altitudinem cedrorũ Dei vel abietum non æquanti. Cucurbita vel hedera genus virgulti, vel arbustulæ lata habẽtis folia, & densissimam vmbram sustinentis, quæ per terram serpit, & sine adminiculis quibus innitatur, altiora non appetit. Sed hãc præparauit Deus, vt sine aliquibus sustentamentis in altum subitò consurgens, vmbraculũ præberet prophetæ. In quo ostensa Dei virtus est. Huic hederæ, vel cucurbitæ cõparatur Israel, qui quõdam sub vmbra sua protexit Ionam .i. Christum, conuersionem Gentium præstolantem, nec paruam lætitiam tribuit ei, faciẽs vmbraculum potius quàm domum, habens tectorum imaginẽ, non habens fundamenta.

† cucurbitam.

✠ THEOPHYL. Consolationem vati machinatur Deus, dátque mandatum cucurbitæ æquè ac ceto, hoc est, vult cucurbitam crescere, ac statim prodit germinans, ac hirsutam comã ex latis foliis extendens demonstrãsque, vt opacam vmbram
F Ionæ capiti subministraret, eúmque refoueret à malis, hoc est, afflictione solaris æstus. Atqui turbari ob salutem Niniuitarum, gaudere verò super oleris germinatione, simplicis hominis mores demõstrat, ingeniúmq; puerorũ adeóque infantiũ ἀκακία hoc est, vitiorum ignorantiæ quę in pueris dum est, proximum. Pueri enim facilè, qualicunque etiam occasione adueniente, ad gaudium & dolorem transmutantur.

a Et

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

ET afflictus est. *Hic consequenter ponitur ipsius Ionæ sequens afflictio: quæ primò ponitur, secundò arguitur, ibi:* Et dixi. *Circa primum dicitur.* Et afflictus est, *quia vidit adhuc ciuitatem stantem post terminum xl. dierum: & sic timuit diffamari & vilipendi sicut falsus propheta, quod erat sibi afflictio maxima intantum quòd magis volebat mori quàm viuere in statu tali.*
2 Nunquid non. *s. quòd timebat dictum suum non impleri propter magnitudinem misericordiæ Dei, propter quod voluit fugere à facie Dei, vt suprà dictum est, & patet litera.*
3 Et dixit dom. *Hic consequenter impatientia Ionæ arguitur, cũ dicitur:* Et dixit dominus: *reprehendens eius impatientiam:*
4 Putásne bene ira. &c. *id est, rationabiliter? q. d. Non.*
5 Et egressus est. *s. ante terminum quadraginta dierum, ita quòd hic exitus eius ponitur pro recapitulatione.*
6 Et fecit sibimet. *Contra solis æstum, qui est ibi multùm intensus. Et ad melius arguendum impatientiam Ionæ ponitur exemplum sensibile, cum dicitur:*
7 Et præparauit dominus. *Faciendo eam subitò crescere supra cursum naturæ.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et afflictus est.* Sicut dictum est suprà j. ca. per Ionam significatur prædicator, qui aliquando fugit laborem & plus debito fouet carnem suam. nam aliquando bonus dormitat Homerus. Et sic in proposito Ionas timens vocari de falsitate prophetiæ, desiderabat subuersionem Niniue. propter quod per ipsum significatur prædicator, doctor vel prælatus quicumque, qui plus appetit commodum suum. s. famæ vel pecuniæ, quàm auditorũ vel subditorum bonum spirituale. nam aliquando plus dolent de boni temporalis subtractione, quàm de auditorum vel plebis transgressione. ideo sequitur:
5 *Et egressus,* Egreditur enim prælatus de sua ciuitate quando tam parum curat de subditorum suorum salute, & tantum anxiatur de boni temporalis amissione.
6 *Et fecit si.* in delectatione temporalium: & idem significatur per hederam citò productam & citò arefactam. Nam huius mundi delectationes sunt valde breues: propter quod de subtractione earum sapientibus non est dolendum: propter quod Ionæ dolenti de arefactione hederæ dicitur à domino:
4 *Putásne bene, &c.* rationabiliter, quasi dicat non: sed valdè irrationabiliter.

MORAL.

☞ Hieronym. A
a *Et parauit.* Quidam vermem & ventum vrentem Romanos intelligunt, qui post resurrectionem Christi Israel deleuerunt.
✠ THEOPHYL. Vermem matutinum erucam nominat, quòd ex rore sub auroram decidente generationis suæ principium ducat. Datur autem & ipsi mandatum (diuina voluntate præcepto appellato) vt cucurbitæ radicem arrodat. Factumq; est hoc, & aruit olus, &c. Ionas denique animo æger, vitam suam deponere auet. Hæc autem sapientissimè diuino ita consilio gerũtur, vt discamus humanam imbecillitatẽ neutiquam omnibus in locis circa sermones à Deo factos curiosam esse debere.

† & erueret eum a malo eius.

† ascendente aurora in crastinum.

Hieron.
b *Putásne be.* Suprà Niniuitis pœnitentibus & saluatis, similiter interrogatus propheta nihil respondit, sed interrogationem Dei silentio comprobauit, sciẽs enim Deũ clementem & ignoscentẽ malitiis, de salute Gẽtium non dolebat: sed hic quia insiccata cucurbita aret Israël, & cum distinctione interrogat⁹ est.

B

† cupis parcẽ cucurbitæ

Bene irasceris tu super hederam? confidenter dicit: *bene contristor ego vsque ad mortem.* Non enim sic volui saluare alios, vt perirẽt alij: non sic lucrari alienos, vt perderem meos. Sic Christus plãgit Ierusalem vsque ad mortem non suã, sed Iudæorum, vt moriantur negantes, & resurgant Dei filium confitentes.
c *Non labora.* quantum in populo Gentium. vnde Israel confidenter loquitur: *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam dedisti mihi hœdum: sed huic qui deuorauit substantiam cum meretricibus*, occidisti vitulum saginatum. Qui non confutatur in hoc, sed audit: *Omnia mea tua sunt. Epulari autem oportebat pro reuersione fratris.* Pro Gentibus siquidẽ pretiosus sanguis Christi effusus est: & ipse ad inferos descẽdit, vt populus ille cęlos ascẽderet. Nullus tãt⁹ labor fuit pro filiis Israel, vnde & ipse minori fratri inuidet.

Luce. 15. g. — Ioan. 17. b. — C

✠ THEOD.

† & protegeret eum: laborauerat enim. Et lætatus est Ionas 1
a ¶ Christum, qui dicit: Ego sum vermis & non homo.
a super hædera lętitia magna. Et parauit Deus vẽrmem † ascẽ- 2
a ¶ Quæ antequam oriretur sol iustitiæ virebat, sed surgente Christo desertum est vmbraculum ab auxilio Dei, & omnem virorem perdidit.
su diluculi in crastinum, & percussit hedẽram, & exaruit, & 3
a ¶ Cuius luce discussæ sunt tenebræ Niniuitarum. b ¶ Vnde in Hosee: Adducet dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontes eius.
cùm ortus fuisset sol, pręcepit dominus vento calido & vrẽ- 4
a ¶ Cum Israele.
ti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstũabat. Et petiit a- 5
a ¶ In baptismate vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdiderat. vnde Petrus arentibus Iudæis loquitur: Poenitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrũ, & accipietis donũ spiritus sãcti.
nimæ suæ, vt mõreretur. Et dixit: Melius est mihi mori, quã 6
¶ Pater. ¶ Illi.
b viuere. Et dixit dominus ad Ionam: Putásne bene irasceris 7
tu super hæderam? Et dixit: Bene irascor ego vsq; ad mortẽ. 8
¶ Filij. ¶ Iudæis damnatis.
c Et dixit dominus. Tu † doles super hederam, in qua nõ la- 9
a ¶ Id est, tempore ante aduentum Christi.
borasti, neq; fecisti vt cresceret: quæ sub vnã nocte nata est,
a ¶ Quando sol iustitiæ occubuit ei. b ¶ Per quam signatur ecclesia, in qua maior est numerus quam duodecim tribuum Israel.
& sub vna nocte periit. Et ego non parcã Niniue ciuitati ma- 10
d gnæ in qua sunt plus quàm cẽtum viginti milia hominũ, qui 11
a ¶ Multus numerus irrationabilium.
nesciũt quid sit inter dexterã & sinistrã suã, & iumẽta multa.

D
✠ THEODOR. Iterum propheta in maiorem pusillanimitatem & dolorem recidit: & eò loci redactus est, vt vitæ mortẽ anteposuerit. Verùm, peccatorũ sanator, & iustorũ procurator rursus prophetam interrogauit. Te inquit Deus, vtar iudice, Considera an æquũ sit, te ex cucurbita dolere, quam non coluisti: an non æquum sit me tantæ vrbi non ignoscere quæ à me creata est, in qua habitãt plusquam duodecim myriades virorum, qui ignorãt dextram & sinistram suã. Hoc quidam propter simplicitatem acceperunt: mihi verò multitudo habitantium infantium puerorũ designari videtur.
d *Plus quàm.* Hoc potest intelligi de ætate lactentium quæ innocens & simplex, & cùm tantus sit numerus paruulorũ, patet quòd magna esset multitudo prouectioris ætatis. Vel cùm Niniue sit magna vrbs, & in domo magna sint vasa non solũ aurea, sed & fictilia, potest dici quòd erat plurima multitudo quæ ante actam pœnitentiam ignorabat, quid esset inter bonum & malum.

Hieron. — E

✠ THEOPHYL. Porrò cætera digna sunt admiratione, maximè prophetæ mores adeò placidos & veros hic mirari par est, vt omnia tam apertè dicat, suósque defectus denudet, nimirum inobedientiam, fugam, pusillanimitatem: nec horum ipsorũ, quo minus aperiret, puduit, quin potius literis mandaret, ad nostram commoditatem. Tales certè omnes fuerunt sancti, non quod suum erat quærentes, sed quod multorum, vt seruarentur. Sic Dauid proprium prodidit peccatum, vt posteris vtilitatem operaretur, quinquagesimo psalmo exarato, omni quidem compunctione referto, bonas autem spes desperantibus suggerente: nempe nullum peccatum adeo esse grande, quod lacrymis non deleatur.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et lætatus est. *Duplici de causa. s. quia faciebat sibi vmbraculum gratiosum, & quia ex eius miraculosa productione æstimauit, quòd Deus suam prophetiam adimpleret.*
2 Et parauit. *Omnia enim quantumcunque minima sua prouidentia disponuntur.*
3 Et percussit ederam. *corrodendo eius radicem.*
4 Præcepit dominus. *Ad intendendum solis æstum,*
5 Et petiit animæ. *Tum quia æstu supra modum affligebatur: Tum quia ex arefactione hederæ subita coniecturauit quòd sua prophetia non impleretur, & sic falsus propheta crederetur, quod erat sibi grauius morte: ideo subditur:*
6 Melius
6 Melius est mi. *ex quo eius impatientia irrationabilis concluditur, cùm dicitur:*
7 Putásne bene irasceris tu? *scilicet rationabiliter de arefactione eius.*
8 Et dixit: Bene irascor. *id est, rationabiliter ex causa prædicta. Et ex hoc concludit Deus oppositum dicens:*
9 Tu doles super. *& rationabiliter secundum tuam æstimationẽ.*
10 Et ego non parcam. *q.d. multò fortius debeo compati & condolere tantæ ciuitati veraciter pœnitenti, & parcere de subuersione.*
11 Qui nesciunt. *id est, sunt adhuc infra annos discretionis, & per consequens adhuc innocentes. & ideo propter tantorum innocentiam rationabile est temperari iustitiæ meæ rigorem.*

✠ CAP.

Incipit Prologus sancti Hieronymi in Michæam prophetam.

Temporibus Ioathæ & Achaz & Ezechiæ regũ Iuda, Michæam prophetam ad hãc prophetiam spiritusancto repletũ fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed de supr adicto numero regum Ioathan & Ezechiã Deo ob religionẽ placuisse, † historia quarti libri Regũ, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz verò derelicto Deo, idola Samarię, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem Deus Samariã (quæ reges Israël & Iuda memoratorum simulacrorum superstitione fefellerat) increpans, indignationem suãm in ea processuram comminatus est. Populo etiam Israel præuaricatori, & principibus eius, qui eumdem populum fallaci suasione ad colenda idola impulerant, verbis in sequentibus captiuitatem & interitum affuturum denunciauit.

† 4. Re 15. g. 2. Par. 27. a 4 Reg. 18. a.

☞ A — D

Incipit Argumentum.

Michæas de Morasthi, cohæres Christi, vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit Iudicis Israel.

CAPVT I.

Hieronym.
Verbum domini quod factum est. Præmittitur titulus prophetiæ. Humili & cohæredi Christi fit reuelatio, & de peruersis dogmatibus, & de ecclesia si aliqua peccata commiserit. Sermo Dei qui super prophetas descendit, fit quoque ad Michæam qui interpretatur humilitas. ad Michæam de Morasthi, qui vsque hodie iuxta Eleuteopolim vrbem Palestinæ non grandis viculus est: & interpretatur hæres: Pulchrè autem humilitas quæ inter virtutes præcipua est, de spe hæreditatis Dei nascitur. Humilitas hic non intelligitur, quę venit de consciẽtia peccatorum: sed quę inter virtutes ponitur. Vnde dicitur: *Humiliamini sub potenti manu Dei.* Et: *Qui se humiliauerit, exaltabitur.* Et dominus: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde.* Quomodo ergo apud nos votiua, & quasi ad virtutis auspicium imponuntur vocabula: verbi gratia, victoris, casti, pij, probi. & appellatiua vertuntur in propria: sic & apud Hebręos Michæas, & Abdias, & Zacharias, cæterorumque similia: ex virtutum vocabulo liberis à parentibus sunt imposita.

B — 1. Petr. 5. b. — Luce 14. c. — Matt. 11. d.

Hieron.
Michæas secundũ Hebraicã veritatẽ sextus est, vnde quasi in corde voluminis positus debet profunda continere mysteria. Sub Ozia cœperũt prophetare Hosee, Amos & Isaias. Sub Ioathan filio Oziæ incipit prophetare Michæas, prophetat etiam sub Achaz & sub Ezechia sub quo x. tribus captiuatæ sunt ab Assyriis. Et quia primum Samaria metropolis x. tribuum captiuata est, deinde Ierusalẽ, prophetę imponitur titulus primò de Samaria. secundò de Ierusalem.

C

MYSTICE per Samariam hæreses: per Ierusalem ecclesia designatur. Samaria enim fecit sibi de proprio sensu vitulos aureos, pulchros in superficie, sed vitalem spiritum nõ habentes: & hoc in domo Dei, quod interpretatur Bethel. non enim recipiet Israel deos, nisi qui de scripturis & in domo Dei fabricati sunt, & quamuis conciliabula sua vocent Bethel, tamẽ post fabricationem idolorũ, nõ Bethel, sed domus idoli iure vocantur.
✠ THEODORET. Per plures prophetas Deus eadem prædicit, vt ex graui & inueterato morbo laborantes, prophetarum multitudinem veriti, tandem aliquando ab impietate se abducerent, atque à malitia se abrumperent. Sic autẽ cælestis Michæas prophetiam exorsus est.
b *Audite populi, &c.* Quoniam de Samaria & Hierusalem dixit ad se à Deo omnipotenti verba facta fuisse, accommodatè non populũ, sed populos in auditionẽ excitat, duas tribus in duo regna diuisas nõ populũ, sed populos nominat, atque adhortatur omnes illius terrę incolas attẽdere dominũ Deum testificantem, simulq; à diuino tẽplo verba faciẽtem. Aure audiendi audiãt Catholici, subuersi etiam attendant & sibi caueant, ne vel isti vel illi patiantur quæ postea sermo Dei comminatur. O Samaria & Ierusalẽ intelligite & attendite dominũ de templo suo vobis testificantẽ & prædicentem quæcunque futura sunt.

E — Hieron.

Incipit Michæas Propheta.

CAPVT I.

a ¶ Hoc est. ¶ Quod erat in principio apud Deũ. b ¶ Patris.
a Verbũm Dõmini quod factũ est ad Mi- 1
a ¶ Qui interpretatur humilitas. b ¶ i. hæreditas.
chæãm Morasthiten in diebus Ioathã, 2
¶ Spiritualiter.
Achaz & Ezechiæ regum Iuda, quod †
¶ Hoc. a ¶ Corde.
vidit super Samariã & Ierusalem. Aũ- † 3
a ¶ Ecclesiæ totius orbis. b ¶ Id est terreni, in quibus extructa sunt hæreticorum dogmata. c ¶ Et omnes qui ea. 4
b dite populi omnes & attendat terra & plenitũdo eius, & sit 5
a ¶ Testificans. b ¶ Non aliunde, nisi de ecclesia, vel filio qui est templum patris.
dominus Deus vobis in testem: dominus de templo sancto 6
¶ Pater. ¶ Coactus.
c suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo, & descen- 7
d ¶ Conteret potentes. a ¶ Pauentes aduentum Dei. ¶ A malo cessantes. 8
e b ¶ Etiam sacerdotes. ¶ Principes. 9
f det, & calcabit super excelsa terræ. Et † cõnsumentur mon- 10

† liquescẽt.

Hæreses inter opera carnis connumerantur.
c *Quia ecce.* Deus cuius natura clementia est, causa nostri cogetur sumere personam crudelitatis, cuius descẽsio est maiestatis eius ad inferiora decursus.
✠ RVPERT. Sensus est. Quia ecce Dominus recedet, & omne auxilium auferet à populo quondam suo, vbi, vel in quo ita notus erat, sicut quilibet in loco suo: inde egredietur & palam fiet ex ipso malorum euentu & perpetuæ captiuitatis, quod de illo tali loco suo, veraciter egressus sit & recesserit. Quod autem dicitur.
d ✠ *Et descendet.* sic accipiendũ est vt illud: *Clamor Sodomorum multus est, descendam, & videbo, &c.* Descendet itaque non bono illorum, sed sicut descẽdit visitare siue vlcisci peccata, quoniam & isti *peccata sua sicut Sodoma prædicauerunt nec absconderunt.*
e ✠ *Et calcabit super excelsa ter.* Propter hoc ipsum quòd excelsi sunt, id est, quòd superbiendo peccant, & peccando superbiunt: & quod valde damnabile est, æstimatione sua extolluntur, cùm cõditione sua terra sint. *Quid enim superbit terra & cinis?*
f ✠ *Consumentur mont.* id est, ipsi peccatores superbi apud semetipsos alti, quorum superbia in eo manifesta fuit, quòd Hieroboam sibi proponentes, contempserunt humilem Dauid, dicendo: *Quæ nobis pars in Dauid?* ☞ Potest

Gen. 18. — Isa. 3 — F — Eccl. 10. — 3. Reg. 12

Incipit postil. vene. patr. fra. Nicolai de lyra super Michæam prophetam.

CAPVT I.

✠ Verbum dom. *Hic incipit prophetia Michææ quæ in duas partes diuiditur. s. in proœmium & tractatum: qui incipit ibi:* Audite. *In proœmio primò notificatur autor ex nomine, cum dicitur:* Ad Michæam. *& ex natiuitatis loco, cum dicitur:*

Diuisio.
2 Morasthi. *id est, de Morasthi. secundò ponitur tempus prophetiæ, cũ dicitur:* In diebus Ioath. &c. *tertiò ad quos facta est prophetia, ibi:*
3 Super Sa. *id est, super regna x. tribuum & duarum. Samaria autem erat metropolis in vno, & Ierusalem in alio.*

Diuisio.
4 Audite. *Hic incipit tractatus qui in duas partes diuiditur: quia primò propheta populo comminatur, secundò ipsum consolatur cap. iiij. Ista tamen diuisio non est præcisa, sed tantum à plurimo. In prima enim parte ponuntur aliqua consolatoria, & in secunda aliqua desolatoria. Prima diuiditur in duas: quia primò comminatur pœnam propter culpam populi generaliter, secundò propter culpam maiorum specialiter, cap. iij. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur comminatio pœnæ propter culpam idololatriæ. secundò propter culpam auaritiæ cap. ij. Prima in duas: quia primò ponitur comminatio pœnæ. secundò compassio prophetæ, ibi:* Super hoc. *Prima in duas: quia primò fit comminatio vtriq; regno coniuncti. secundò regno Israël separatim, ibi:* & ponam. *Prima adhuc in duas: quia primò denũciatur pœna, secundò declaratur culpa, ibi:* In scelere. *primò excitat propheta ad attentionem, dicens:* Audi. po. *secundò inducit testimonium pro veritate dicenda, ibi:*
5 Et sit, &c. *qui fallere non potest nec falli.*
6 De. *i. de cælo empyreo ibi cũ eo sunt angeli sancti eius laudib. intẽti.*
7 Quia ecce, &c. *Proprium enim ipsius Dei est parcere & misereri. & ideò locus eius dicitur misericordia: à qua quodammodo videtur egredi quando punit secundum rigorem iustitiæ, vt dicit Ra. Sa. & talis egressus non est per motum localem, sed quia causa efficiens similitudinariè dicitur egredi in effectum, quando producit ipsum.*
8 Et descen. *puniendo peccata hominum peccatorum.*
9 Et calcabit. *non deferens alicui personæ propter eius magnitudinem, ideo subditur:* 10 Et consumentur mon. *id est, maiores.*

MORALITER.

✠ 1 *Verbũ do.* Michæas qui interpretatur humilitas. humilibus enim diuina secreta reuelãtur, Mat. xj. d. *Abscõdisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, &c.* 2 *Morasthi.* qui interpretatur hæreditas. ita verè humiles sunt cælorũ hæredes Mat. v. a. *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ cælorũ.* † *Quod vi.* quæ interpretatur custodia dñi. ideò per eã significãtur prælati. † *Et Ieru.* quæ pacifica interpretatur. ideò per eã religio significatur: Et de punitione istorũ propter suam malitiam hic agitur, ideò sequitur.
7 *Quia ecce.* non per localem motum, sed per punitionis effectum. Vnde sequitur.
10 *Et consumentur.* i. principes & prælati. ✠ MORAL.

Hieron. Remig.

Poteſt intelligi quod propter ſcelera Iudæorum dominus egreſſus de cælis per aſſumptam humanitatem, reliquit domum eorum deſertam, & venit ſuper humiles de Gentibus qui excelſi vocantur, & commouet montes. i. dogmata philoſophorum, & verè humiles conſummentur in aduentu Saluatoris bona contritione. Mystiçè locus Dei, vel filius in quo eſt pater, vel ſancti in quibus habitat Deus. hæc loca quæ habent Deum hoſpitè ſurſum cum Chriſto ſunt poſita, ab his deſcendit ad illos docendos, qui eum in monte audire non poſſunt, & conteret ſuperbos in mundo: & montes, id eſt alti inuirtutibus: ad illius pauebunt preſentiam. & valles id eſt, animæ corporibus depreſſæ à timore eius quidquid durum habuerint expellent. & ita fluent ſicut aquæ per præceps.

† Propter prauaricationem.

† Quis fuit cauſa prauaricationis Iacob?

† quis fuit cauſa excelſorum?

† Inutilis ciuitas euertenda.

a *Sicut aquæ.* Sicut aqua prono curſu fertur in præceps, & ſicut cera fluit ante ignem, ita omnis ſuperbia impiorum domino veniente ſoluetur & defluet.

Hieron.

✠ RVPERTVS. Sicut aquę decurrentes in præceps, ſurſum non reuertuntur, ſic Iudæi per captiuitatem in Aſſyrios ſemel delapſi non reuocabuntur. Etenim Iudæ tranſmigratio in Babylonios ad tempus quidem reuocanda, ſed poſt modum ſub Romanis omnino erat diſpergenda: decem autem tribuum captiuitas in Aſſyrios facta, nunquam erat vel eſt reducenda.

b *In ſcelere.* ✠ RVPERT. Cùm taliter de loco ſuo Dominus egreſſus fuerit, nolite exiſtimare ô populi, quòd mutabilitate vſus ſit, vel quòd in eo culpa ſit. *In ſcelere Iacob, &c.* Iacob per omne ſcelus præuaricatus eſt, Iſraël per multa peccata fœdus Domini tranſgreſſus eſt. Deus autem fidelis, & abſque vlla iniquitate.

Et quòd dominus terribilis veniet ad mouẽdos montes & valles reſoluendas, eſt propter impietatem Iacob. i. conciliabula hæreticorum, qui dicunt ſe cuſtodes mandatorum Dei, & confeſſores eius nominis.

Hieronym.

c *Quod ſcelus Iacob?* ✠ THEODOR. Impietatis modum per interrogationis & reſponſionis modum demonſtrat. Illi idolis Samariam compleuerunt, hi Hieruſalem habitantes, & ad diuinam legem in templo inſtituti, in aſſiduis iniquitatibus verſabantur. D

✠ RVPERT. Acſi dicat, Non indiget oſtenſione ſcelus decem tribuum, quia notum & publicum eſt. Ipſa Samaria ſcelus eſt, quia in omni regno cuius metropolis eſt, viruli aurei publicè pro Deo colũtur, & ibi prophetæ interfecti ſunt ſub Iezabel. Similiter Ieruſalem metropolis Iudæ, tẽplum Domini excelſum idolorum fecit, maximè ex quo Othonia filia Iezabel regnauit illic.

a ¶ Animæ corporibus inſertæ. ¶ Populi. ¶ Humiliati. b ¶ Vt nihil lateat in eis mali. c ¶ Vt auferatur omnis duritia. d ¶ Quam ſuſtinere nõ poteſt. e ¶ Deus noſter igniſcõſumẽs eſt.

ares ſubtus eũ, & vãlles ſcindẽbuntur ſicut cẽra à facie ignis, ſicut 1
a ¶ Decem tribuum & duarum, quæ Deum negauerunt.
b aquæ quæ decurrunt in præceps. † In ſcelere Iacob omne 3
¶ Hæc eſt cauſa malorum. a ¶ Quia Deum ſe videre mentiuntur. b ¶ Decem tribuum.
c iſtud, & in peccatis domus Iſrael. † Quod ſcelus Iacob? Nõ- 5
a ¶ Idest, idolatria, quæ in ſita metropoli fiebat. b ¶ In regno duarum tribuum. Ieruſalem fecit 6
excelſa idolorum. c ¶ Peccata eorum qui Deum confitentur. i. Chriſtianorum: Chriſtus enim de Iuda.
d ¶ Eccleſiam in qua multa crimina.
d ne Sãmaria? Et † quæ excelſa Iudæ? Nonne Ieruſalẽ? Et ponã 8
a ¶ Conciliabula hæreticorum. b ¶ Vt redigatur in tumulos. ¶ Vt malum ædificium ruat & bonum ſurgat. Hieronym.
Samãriã † quaſi aceruũ lapidũ in agro, cũ plãtatur vinea, & † 9
¶ Cum ſit ſita in montibus. a ¶ Quibus videbatur ſibi cælare myſteria falſa & firma habere dogmata. †
detrahã in vallẽ lapides eius. Et fundãmẽta eius reuelabo: & † 10
a ¶ Dogmata artifici ſermone compoſita. b ¶ Opes quas ex fornicatione ſibi reddi putabant.
e omnia ſcũlptilia eius conſcindentur. Et omnes mercedes eius † 11
ad druinam legem in templo inſtituti, in aſſiduis iniquitatibus D
verſabantur.

✠ RVPERT. Acſi dicat, Non indiget oſtenſione ſcelus decem tribuum, quia notum & publicum eſt. Ipſa Samaria ſcelus eſt, quia in omni regno cuius metropolis eſt, viruli aurei publicè pro Deo colũtur, & ibi prophetæ interfecti ſunt ſub Iezabel. Similiter Ieruſalem metropolis Iudæ, tẽplum Domini excelſum idolorum fecit, maximè ex quo Othonia filia Iezabel regnauit illic.

d *Et ponam.* Sicut Samaria prius adorauit vitulos, priꝰ perit, prior deſtruitur veniẽ tibus Aſſyriis. Tanta erit ſubuerſio vrbis, vt non ſolũ ædificia corruãt, ſed etiam fundamenta vſq; ad extremum lapidem effodiantur. Cũ per Samariam eccleſia hæreticorum à Deo ſeparata ſoleat intelligi, minatur deſtructionẽ eius, vt Chriſti eccleſia plantari poſſit. Melius eſt enim ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides quibus extructa fuerat in præceps detrahi, quàm in mala ædificatione manere. Cùm enim reuelata fuerint myſteria in quibus fundata & firma videbatur, & idola pulchro ſermone compoſita à viris eccleſiæ fuerint concisa, tunc ibi poterit vinea domini plantari, & gloria & diuitiæ quas de errore videbantur habere, igne Dei in nihilum rediguntur: & ſic intelligentes errorem ſuum, & in ſe reuerſi plangent, in quibus prius fornicantes lætabantur: & ponent de pedibus quidquid mortiferum habebant, & veſtimenta fornicationis proiicient, vt ab his nudi Chriſti veſtimenta ſuſcipiant, & plangent de his quòd fuerũt ſub dracone, qui captus hamo in æternum lugebit: & quos in errore genuerant, ſicut ſtruthio iuſtis calcando relinquent. Ideo Samaria ita lugebit, quia ſermone Dei paçata errorem cognoſcet, quẽ etiam vſque ad pœnas. i. ad aures Iudæ intulit. Sed in mediam ciuitatem intrare non potuit, quia fidelem populum peruertere non potuit, vt recederet ab eccleſia Dei.

e *Et omnes, &c.* Omnes diuitiæ eius quæ diuerſi reges comportauerant in ea, per ignem ad nihilum redigentur.

☞ a *Quia*

✠ 1 Et valles. *id eſt, minores.*
2 Sicut cera. &c. *id eſt, citò & abſque reſiſtentia, quia non poteſt reſiſti diuinæ virtuti.*
3 In ſcele. *Hic conſequenter ſubditur culpa, cum dicitur:* In ſcele. Ia. *i. propter ſcelus regni Iſrael, quod nominatur etiam Iacob, ſicut Patriarchæ Iacob fuit binomius.*
4 Omne iſtud. *id eſt, pœna ſupradictæ & ſubſequens continget. & de hoc ſcelere queritur, cum dicitur.*
C 5 Quod ſcelus Iacob? *Et reſpondetur:*
6 Nõne Samaria? *q. d. ſic: & per Samariam intelligit idololatriã, quæ exercebatur in toto regno Iſrael, cuius metropolis erat Samaria, per regum potentiam: Ieroboam enim primus rex ad hoc induxit populum, vt habetur iij. Reg. xij.*

7 Et

7 Et quæ excel. *i. vnde procedit idololatria quæ exercetur in montibus regni Iudæ?*
8 Nõne Ieruſalem? *q. d. ex potentia regum Iudæ quorum ſedes regia erat in Ieruſalem, proceſſit iſta malitia. Salomon enim primò prope Ieruſalem ædificauit templa idolorum vxoribus ſuis iij. Reg. xj. quod fuit prouocatiuum idololatriæ aliis. Poſteà verò Achaz altare ſacrilegũ poſuit in templo iiij. Reg. xvj. Et poſteà Manaſſes idola poſuit in templo iiij. Reg. xxj. & ſic potẽtia regum malorũ induxit populũ ad idololatriã.*
9 Et ponam. *Hic conſequenter ponitur comminatio pœnæ regni Iſrael ſeparatim cum dicitur:* Et po. Sama. quaſi aceruum lapidum. *Per deſtructionem Samariæ metropolis in regno decem tribuum, intelligitur deſtructio totius regni, quod impletũ fuit tempore Hoſee 4. Reg. 17.*
10 Et omnia ſculptilia. *vt inde aurum & argentum auferatur.*
11 Et omnes. *i. illa quæ non poſſunt bene portari à prædatoribus.*

✠ 1 Combu

✠ 1 *Et valles ſcin,* id eſt, mali religioſi in humilitatis ſtatu locati.
2 *Sicut cera, &c.* ſcilicet, infernalis: ideò ſubditur.
† *Sicut aquæ quæ deſcen. in præ.* id eſt, in inferni profundum.
3 *In ſcele.* id eſt, pro ſcelere ſuperbiæ, eò quòd Iacob interpretatur ſupplantator: ſuperbi verò principes & prælati alios volunt ſub pedibus tenere.
† *Et in pecca.* id eſt, malorum religioſorum, qui dicuntur domus Iſrael, eò quòd per contemplationẽ debent videre Deum, & ipſi per imitationem videntur mundum.
5 *Quod ſcelus Iacob.* id eſt, ſuperbiæ.
6 *Nonne Samaria?* id eſt, eccleſia, eò quòd Samaria interpretatur cuſtodia domini: nunc autem in eccleſia maximè viget ſuperbia.

7 Et

7 *Et quæ excel.* id eſt, offenſiones plebis Chriſtianæ.
8 *Nonne Ieruſalem,* q. d. ſic: & per Ieruſalem ſignificatur eccleſia, cuius mali clerici & religioſi ſuis exemplis dant populariibus occaſionem peccandi.
9 *Et ponam.* id eſt, eccleſiam.
† *Quaſi acer.* per diſſipationem morum, permiſſiuè tamen.
† *Et detrahã in vallem.* ſcilicet, inferni.
† *Lapides eius.* id eſt, induratos iniquitatibus.
† *Et fundamẽta eius.* id eſt, malitiam eius occultam manifeſtabo per pœnam apertam.
10 *Et omnia ſcul.* id eſt, conſiliarij mali qui interrogantur ſicut idola.
† *Conſcindentur.* id eſt, gladio diuinæ ſententiæ punientur.
11 *Et omnes.* id eſt, Simoniaci contractus.

✠ MORAL.

☞ A a *Quia de mere.* Opes & multiplex ſupellex quę in fornicatione idolorum congregata fuerant, ducentur ad aliam meretricẽ. i. Niniuẽ, vt ſicut in terra ſua fornicati ſunt cũ idolis quę fecerãt, ſic vadãt ad aliã terrã idolorũ & fornicationis. i. ad Aſſyrios.

✠ RVPERT. Vſque ad mercedem meretricis, idem eſt acſi dicat, vſque ad nihilũ, quia merces meretricis pro nihilo eſtimatur, teſtante ſcriptura quæ dicit: *Quia pretiũ ſcorti vix vnius panis eſt.*

Prou. 6.

b mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & 4
a ¶ Decem tribubus.
Samaria verè meretrix fuit, quia ſtatim cõdita, proſtituta eſt Baal ſub Amri conditore, & Achab filio ac ſucceſſore. Hæc omnia ſic vaticinatur pro pheta, vt doleat verũ eſſe, & imperfectum manere non poſſe quod loquitur. Vnde protinus ſequitur. *Super hoc plãgam & vlulabo, &c.* Hoc ſicut litera ſonat, rectè intelligitur, quòd plangẽs & vlulãs propter inſtãtẽ populi ſui captiuitatẽ, veſtimẽtis quoq; ſpoliatus & nudus inceſſerit, internũ animi dolorẽ habitu corporis indicãs, ſiue capti uandorũ miſeriam, quod & Eſaiam quoque feciſſe legimus.

c vlulabo, vadã ſpõliatus & nudus. Faciã plãctũ velut draconũ, 6
a ¶ Sicut Samaria ſubuerſa eſt ab Aſſyriis, ita Iuda & Ieruſalẽ ſubuertetur à Chaldæis.
b ¶ Samariæ. c ¶ Quia errorem ſuum Samaria in eccleſia voluit introducere.
d & luctum quaſi ſtruthionũ: quia deſperata eſt plaga eius, quiã 8
venit vſq; ad Iudã, tetigit portã populi mei vſq; ad Ieruſalẽ.
a ¶ Si cor dolet, ora non habeant lachrymas, ſed diſſimulate fletum. b ¶ In domo corruente.
e In Geth nolite annunciare, lachrymis ne plorẽtis. † In domõ 10
f a ¶ Cinere ruinarum. b ¶ Tantum ne inimicus audiat vocem tuam. ¶ In ¶ O. 11
g pulueris puluere vos cõſpergite. Et † tranſite vobis habitatio 12
a ¶ Vel Saphir. b ¶ Quia in captiuitate confuſa eſt. c ¶ Ideo ſupprime vocem, quia non voluntate ſed coactione tranſibis. d ¶ i. Samaria quæ iam erat quaſi in foribus captiuitatis.
h pulchrã, cõfuſã ignominia. Nõn eſt egreſſa quę habitat ĩ exitu. 14 15

Iſa. 20. Hieronym.

b *Super hoc.* LXX. Planget Samaria. ſ. hæretici cognoſcentes errorem ſuum. *Super hoc,* Dicta culpa & pœna Samariæ, quia Ieruſalem ſimiliter peccauit, & ſimiliter punienda erat, propheta ſub perſona Dei plangentis affectum inducit.

c *Faciam planctum.* Sicut draco victus ab elephanto ſibilat, & ſicut ſtruthio immemor ouorum relinquit in arena fœtus ſuos calcandos pedibus beſtiarum, ſicut in Iob legitur: ita ego diſpoliatus à filiis & nudus incedã. & hoc ideo, quia plaga. i. culpa & pœna Samariæ veniet vſq; ad Iudã & vſq; ad portã Ieruſalẽ.

Remig.

✠ RVPERT. Hoc valdè dolenter pronunciat, quòd luctus & planctus ſuus pro populo illo non ſit profuturus ſiue exaudiendus. Hoc igitur eſt, faciam planctum multa commiſeratione dignũ, nullaq; cõſolatione deliniendũ. Nam & ſi dolent dracones cũ vincuntur, nõ piũ habent gemitũ qui cõpaſſionẽ prouocet, ſed iræ ardentis tumultũ, & quẽ caueri oportet. Similiter & ſi mœrẽt ſtrutiones, crudelitas imata permanet, nec ad naturalem curam poſteritatis, inanis ſtulcitia flecti poteſt.

Iob 39. b.

d *Quia deſperata.* Idcirco ſic loquor, quia ſpes miſericordiæ à Domino, ſiue ſoluẽdæ captiuitatis decẽ tribuũ nulla eſt, dicẽte ipſo per aliũ prophetã, *Quia nõ addã vltra miſereri domui Iſrael.*

Oſee 1.

e *In Geth.* Hunc planctũ & dolorẽ meũ ne nũcietis in Geth, quæ eſt vna de quinque vrbibus Paleſtinæ, ne inimici audita deſtructio

deſtructione Iudæorum lætentur. *Geth,* torcular. Putant autem hæretici ſe de vinea domini vinũ vitale exprimere, vnde extollũtur in ſuperbiam. Ait ergo: Vos qui eſtis in torculari, & nõ domini ſed Sodomorum vinum bibitis, nolite extolli, ſed relicto hoc torculari humiliamini ſub Deo. Quòd ſi etiã per Catholicos vinũ veſtrũ exiccatum fuerit, ne doleatis, ſed dũ eſtis in domo pulueris. i. hæreticorum, quæ ſuper arenã ædificatur, conſpergite vos pulueре pœnitẽtię, & intelligẽtes vos captos à vitiis, tranſite ad virtutes qui videbamini vobis pulchri in prima habitatione: quæ iam eſt confuſa per ignominiã quã eccleſiæ inferebatis. Quæ eccleſia iam habitans in exitu veſtrorũ dogmatũ & vitiorũ iã nõ eſt egreſſa de terminis diuinarũ ſcripturarum: Et ipſa accipiet planctũm, quia dol et vos remanere in hæreſi in qua videmini ſimiles & vicini veræ eccleſiæ quæ ſtat firma in fide. Quæ etiã dum vos plangit, infirmata eſt in bonum ſibi, & repletur amaritudine pro veſtro caſu, quia contigit per dominũ ordinantẽ malũ infidelitatis: nõ intra portas Ieruſalẽ quas cuſtodiunt apoſtoli: ſed in hæreticis, qui verſantur ante portas Ieruſalẽ, vt egrediẽtes occidant, qui etiam faciunt tumultũ & cõfuſum ſonũ vt occidant vagantes, & habitent Lachis quæ interpretatur ambulatio: quia omni vento doctrinę mouentur: per quos quaſi per portam impietas intrat ad eccleſiã: Et quia populũ ſeparant à Deo iuſto iudicio, dat Deus vel diabolus emiſſarios. i. dæmones, vt eis dominentur, qui ſunt domus mendacij & deceptionis. Sed ego educã hęredẽ. i. fideles qui poſſideant domus veſtras, ô hæretici, & hæreditas veniet vſque ad Odollam, quæ interpretatur teſtimonium hauritionis eorum, vt & tu de eccleſia Dei ſis cum hauſeris quæ meruiſti.

f *In domo pulueris.* ✠ RVPERT. Nolite foras exire, ſed in domo pulueris puluere vos aſpergite. In domo ruente, cinere ruinarum voſmet aſperſos tantum vobiſipſi conſpicite.

g *Et tranſite.* Vel, Tranſit à vobis habitatio Saphir: quæ interpretatur pulchra: quia Samaria in pulchro & vberrimo loco ſita: cui dicitur ſic: Trãſi in captiuitatẽ vt non oſtendas dolorem.

✠ REMIGIVS. O Samaria, pulchra & fertilis, quia confuſa es ignominia, ſic tranſi, & ſic perge ad captiuitatem, vt ſi poteſt fieri, vicinus quidem inimicus Allophilus ſentiat.

h *Non eſt egreſſa.* ✠ RVPERT. Si de Samaria hoc dicitur,

☞ ſenſus

✠ 1 Comburentur igni. *Cum domibus in quibus ſunt.*
2 Quia de mercedibus. *id eſt, idololatriæ gentis, quia idololatria vigebat in regno decem tribuum.*
3 Et vſque ad. *id eſt, Gentis Aſſyriorum idololatræ.*
4 Reuertentur. *Reportauerunt enim pretioſa illius regni quaſi pro mercede executionis diuinæ iuſtitiæ ſicut Ezech. xxxix. dicitur, quòd ſpolia Aegypti data fuerunt Chaldæis pro debellatione Tyri.*
5 Super hoc. *Hic conſequenter ponitur compaſsio prophetæ ſuper populum ſuũ, cũ dicitur:* Super hoc plangam & vlulabo. *Eſt autem vlulatus vox confuſa procedens ex magno dolore.*
6 Vadam ſpolia. *i. laceratus veſtibus. Iudæi enim in dolore poſiti veſtes ſuas lacerabant, vt patet in multis locis veteris & noui teſtamẽti.*
7 Faciam planctum. *id eſt, valde horribilem.*
8 Quia deſpera. &c. *id eſt, non eſt remediabilis malitia eius, nec per conſequens pœna debita ad hoc ſequens. Et ſubditur etiam alia cauſa cum*

✠ 1 *Cõburentur.* ſ. infernali. 2 *Quia de.* i. ſicut turpiter ſunt acquiſita. ita punietur pœna turpi. 3 *Super hoc.* Per magnũ planctũ prophetæ ſignificatur q; bonus Chriſtianus flere debet peccata eccleſiæ: & maximè propter hoc quod ſubditur.
8 *Quia deſperata eſt pla. &c.* id eſt, vſque ad populum ciuilem.
10 *Nolite nuntiare in Geth.* quæ interpretatur torcular, ideo ſignificat religionem, in qua paſſio Chriſti debet in meditatione haberi, per quam Chriſti ſanguis expreſſus fuit in torculari crucis.

Eſt

cum dicitur.

9 Quia ve. *malitia regni Iſrael, & ſimiliter ſequetur pœna.*
10 In Geth. *ne Philiſthæi lętentur de miſeriis huius populi. Per talem modum Dauid loquebatur in planctu ſuper Saul & Ionathan filium eius. ij. Reg. j. d.* Nolite annun. in Geth, &c.
11 Lachry. ne. *id eſt, ſigna triſtitiæ in aperto non oſtendatis, ne nũcietur Philiſthæis.*
12 In do. pulue. &c *i. in ſecreto faciatis triſtitiæ veſtræ ſignum.*
13 Et tranſite vo. &c. *i. vos habitantes in regno x. tribuum quod eſt pulchræ habitationis.* Tranſite *i. citò tranſibitis ducti in captiuitatem.*
14 Confu. igno. *id eſt, habitatio veſtra quæ prius erat pulchra, citò confundetur præ ignominia ſibi illata. & quia aliqui comminationes prophetarum deridebant tanquam friuolas, dicentes: Adhuc non ſumus euecti de terra noſtra, ideò dicit propheta.*
15 Non eſt egre. *id eſt, quamuis Gens iſta non ſit expulſa, tamen eſt in ianuis exeundi.*

✠ 1 Planct

F

† propter domos ipſi⁹ Ephra.
† tranſi habitatrix Saanan ad planctũ Bethaeſel: vnicuique veſtrum auferet hoſtis manſionem ſuam.

E

A sensus est. Non est egressa quæ habitat in exitu. i. ipsis Assyriæ captiuantis foribus sita est. Et statim vt mota fuerit, hostilem terram ingreditur. Sin autem de Hierusalem, sensus iste est. Vos transite iam habitatores habitationis pulchræ Samarię: Hierusalem autem hac vice non egreditur, quæ tamen habitat in exitu. i. cuius transmigratio iam pridem paratur, sed paululũ differtur, videlicet Ezechia simulq; Esaia suis precibus eã retinentibus.

† Quia doluit propter bonum habitatrix Maroth.

a *Planctum.* Et te prius captiuata, domus Iuda (quę tibi vicina est) posteà consimili plãctu captiuabitur. Quæ ad tẽpus sub defensione Dei tuta fuit, sed posteà infirmata est deserta à bono suo. i. Deo: quia contra eum amaricata est. & ideò post vastatam B Samariam Assyrius descendit vsque ad captiuandã Ierusalẽ.

† Liga quadrigas ad equos velocissimos o habitatrix. Hiero.

† dabit dona ipsi Moreseth Geth

b *Quia desce.* Legitur rex Assyrius misisse Rabsacẽ de Lachis in Ierusalẽ, & capta Lachis transiuit ad oppugnandum Lobnam. vnde ait: Homini habitanti Lachis veniet tumultus & quadrigæ & equites Assyriorum. quia O Lachis quæ es ciuitas dedita idolis, per te quasi per portam venit principium idololatriæ x. tribuum in Ierusalem: Nec tantum Lachis destruetur, sed etiã metropolis Geth Palestinę: quia mittet Assyrius emissarios, id est, latrunculos, & possidebit Geth vrbem idololatriæ & mendacij quæ fuit in supplantationem regibus Israël. (4. Re. 18.d. Isa. 36. a.& 37.b.)

c *Tumultus quadrigæ.* ✠ Theodo. Ego inquit Dominus, eis omnibus bonis redundantibus, dolorem attuli, cùm hostiũ multitudinem in eos concitaui. Quia verò ante Hierusalẽ vrbs Lachis vastata fuit, ad hanc sermonẽ conuertit. Tu Lachis prior dabis pœnas, & quòd imitata sis decem tribuum impietatem, & quòd impietate contaminaueris Hierusalem. Quamobrem & abste captiuorum multitudinẽ hostes arripient. Hos enim emissarios vocauit, & vsque Geth, terra tua vastabitur, quòd insanorum regum Israel secuta sis impietatem. (Iudic. 18 g.)

d *Adhuc hære.* Nec solum Lachis & Geth propter idololatriã vastabuntur sed etiam Maresa & Odolla, quæ Odolla gloriosa C erat in vrbibus Israël. Maresa interpretatur hęreditas. Alludens ergo ad nomen, ait: O Gens quę habitas in Maresa adducam tibi alios hæredes, id est, hostes qui te possideant, & vsque ad D Odollã adducã illos hæredes. *Vsque ad Odollam veniet gloria Isra.* vel: Vsque ad Odollam veniet gloriæ Israel, id est, illa captiuitas comprehendet etiam Odollam ciuitatem gloriæ Israël.

e *Decaluare, & ton.* Allego. Possunt hæc accipi de euersione Iudæorum per Romanos. O Iudæa, quæ quondam apud Deum floruisti, sed modo clamasti, crucifige crucifige, depone comam gloriæ tuæ, quia non habes prophetas, nec præsidia angelorum, nec legis doctores. Potest referri & ad totum humanum genus, O anima humana, quæ prius in paradiso fruens delitiis habebas speciosam comam, & nunc deiecta in Babylonicã E captiuitatem radere & assume habitum pœnitẽtis: & quæ sicut aquila in excelsis volabas, plãge filios tuos qui captiuãtur, quia cogitatio tua & cubilia tua plena sunt malis, nec leuas sanctas operationes ad Deum: sed oblita paradisi, cogitas agros agris iũgere, quasi paruo hominis corpusculo rura vrbium non sufficiant, propter quod dominus grauissimum malum contra te cogitat. Et quia gloria tua abrasa est, ô anima cadens de paradiso per Adam, vel de ecclesia per tuum peccatũ, mittuntur sancti qui plorant te peccantem & non pœnitentem: quia vident alios fornicatione, auaritia, vel homicidio possessos, & agros quondam sanctos Assyriis & regi Babylonio traditos, in quibus Deus funiculum suum non extendit. (Hieron. Remig.)

Decaluare: His qui Deum crucifixerunt hæc omnia euenerũt, quia in captiuitate per Romanos decaluati sunt, & omnia consilia quæ dormiente anima cogitauerunt, subuersa sunt statim, vt lux Christi & vltio apparuit, quia non leuauerunt manus ad Deum sicut Moyses, sed cõtra dominum, & domos & substantias pauperum rapiendo, propter quod Deus depressit eos ca- F ptiuitate per Romanos: de qua non poterũt euadere, quia tempus malum est, quia sicut contra dominum Iesum mala operati sunt, sic perpetua captiuitate prementur, in qua obliti priorum canticorum, de sola miseria sua cantabunt: quia terra quæ per Moysen & Iosue funiculo distributionis fuit illis dispartita, modo Gentibus per Romanos est diuisa. (Exod. 17.c.)

a Plãctum domus vicina accipiet ex vobis quæ stetit sibimet: 1 2
¶ In Maroth.
† quia infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudini- 3 4
¶ Captiuitatis. ¶ Vsque.
b bus. Quia descendit malum à domino in portam Ierusalem.
a ¶ Et descendet. ¶ Quando vastata Samaria Rabsaces venit vt insultaret Ezechiæ & populo Dei. ¶ Ideo quia.
c † Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis. Principiũ 5 6
a ¶ Ipsa Lachis. b ¶ Ab Israel venit idololatria ad Lachim, & à Lachis ad Iudam.
peccati ẽst filiæ Sion, quia in tẽ inuenta sunt scelera Israel.
a ¶ Assyriis. b ¶ Latrunculos. c ¶ Terram possessam ab illa vrbe. d ¶ Scilicet quæ fuerunt in decep.
Propterea † dabit emissarios super hereditatẽ Geth, domus 7
d mẽdacij in deceptionẽ regibus Israel. Adhuc heredẽ adducã 8 9
a ¶ Per contrarium, gloria. i. ignominiosa captiuitas Israelis.
tibi, quæ habitas in Maresa vsque ad Odollam veniet gloria 10 11
a ¶ O Samaria & Israel, quia populus tuus ita captiuandus est ab Assyriis, depone comam pristinæ gloriæ tuæ: & plange filios hostibus subditos, qui quondam deliciosi erant. Et dilata cal. tu. sicut regina auium aquila certo tempore amissis pullis remanet implumis, sic tu spoliaris à gloria priorum filiorum pro peccatis punitorum. 12 13
e Israel. Decãluare, & tõdere super filios deliciarũ tuarũ, dila- 14 15
ta caluiciũ tuũ sicut aquila, quoniã captiui ducti sunt ex te. 16 17

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Planctum domus, &c. *Domus vicina dicitur hic regnum duarum tribuum, quod immediatè erat iunctum regno decem tribuum, & accepit malitiam idololatriæ ab eo, vt dictum est: & per consequens occasionem pœnæ sequentis ac planctus.*

2 Quæ stetit. *captiuato enim regno decem tribuum, regnum Iuda adhuc stetit propter bonitatem Ezechiæ regis, qui tunc regnabat iiij. Reg. xviij. Cui successit Manasses, qui fuit pessimùs, ideo dicitur:*

3 Quia infir. *Posuit enim Manasses idola in tẽplo Dei iiij. Reg. xxj. Et quia ex hoc sequuta est destructio Ierusalẽ iiij. Reg. vlt. ideo subditur:*

4 Quæ habitat. *propter destructionem ciuitatis & tẽpli imminẽtẽ.*

5 Tumultus quadrigæ, &c. *id est, quadrigarum.*

6 Habitanti Lachis. *Nomen est ciuitatis, quæ alio nomine dicitur Dan, Iudic. xviij. & est in termino aquilonari respectu terræ promissionis. Ex illa verò parte venit exercitus Chaldæorum contra Ierusalem Iere. j. c. Cum tumultu magno quadrigarum & armatorum timorem habitantibus incutientium: Et iustè ab illa parte incœpit pœna sicut & incœperat culpa: quia in Lachis fuit positum idolum Michæ à principio temporis Iudicum, vt habetur Iudic. xviij. & inde idololatria processit ad terram x. tribuum: & de illa ad terram duarum. & sic dicitur:* Principium peccati est fi. &c.

7 Propterea. *Istud refertur ad sequẽtia. Dicit Ra. Sa. quòd Gethæi confœderati fuerunt cum Phacee rege Israel ad veniendum contra regnum Iuda cum rege Syriæ. de quo habetur Isa. vij. & tamen posteà fuerunt in conspiratione occisionis Phacee cum Hozee filio Hela. iiij. Reg. xv. & fuerunt mendaces & deceptores: propter quod meruerunt quòd terra eorum vastaretur ab Assyrijs. Hoc est quod dicitur:* Propterea. *id est, propter mendacium & deceptionem dictam.*

8 Dabit emissarios. *s. rex Assyriorum: emissarios, id est, bellatores ab eo missos.*

9 Super hæred. *ita quòd per domos idem intelligitur quod per hæreditatem Geth, & quia non solum Geth fuit destructa, sed Maresa & Odolla: ideò subditur:*

10 Adhuc hære. *inimicum terram tuã accipientẽ & possidentem.*

11 Adducam tibi. *id est, Genti ibidem habitanti.*

12 Vsque ad Odol. *id est, confusio quæ sic nominatur ironicè, sicut Michol dixit Dauid ij. Reg. vj. d.* Quàm gloriosus fuit rex Israël hodie. *i. quàm vilis. Posset etiam aliter dici, quia dictio Hebraica hic posita prout variè punctuatur signat gloriam & grauitatem. & in hoc secũdo sensu est litera plana.* Vsq; ad Odol. *quæ est de terminis Israël.*

13 Veniet. *grauitas, id est, destructio per aduersarios, ideò concludit propheta.*

14 Decaluare & ton. *id est, in signum tristitiæ.*

15 Super filios deli. *id est, nutritos in delitijs.*

16 Dilata caluiciũ. *cuius plumæ cadũt quãdo sunt nimis antiquæ.*

17 Quoniam captiui. *id est, citò ducentur in terram Assyriorum.*

CAP.

ADDITIO.

In ca. 1. Michææ vbi dicitur in Postilla; Quia ecce dominus egredietur de loco suo.

Ista expositio de egressu domini quam Postillator attribuit Ra. Salo. potius esset attribuenda glo. nostræ, quæ super illud verbum: Egredietur de loco suo. *id est, de misericordia ad iudicium.*

CAPVT II.

A *Væ qui cogi.* ✠ Rab. Ionathan. Væ qui cogitant vt vim inferant, & faciant quod malum est in stratis suis, præoccupantes auroram, &c.

✠ Theodo. Nam ne noctes quidem Israëlitæ sine iniquitate traduxerũt, quin nocte malitiã præmeditãtes, & hanc cogitatione depingentes, interdiu opera exequuti sunt.

† iniquitatẽ

✠ Remigius. Operãtur malum in cubilibus, id est, disponunt malè facere. Definitio autẽ voluntatis, pro effectu accipitur operis. Prosequitur propheta, exponens quæ sint illa quæ cogitãt & agunt, & dicit,

† est facultas in manibus.

† opprimebant.

B b ✠ *Cõcupierũt agr.* Hæc quæ tum fiebant, etiam modo (quod est dolendũ) à multis aguntur.

✠ Rupertus. Hos scriptura manifestè redarguit, dum dicit: *Dixit Hieroboã in corde suo, Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, &c. Et excogitato consilio fecit duos vitulos, &c.* quod nimis infœliciter ei & cęteris regibus Israel successit. *Et concupierunt agros, &cæt.* Quòd talibus sit væ, vnus pro exemplo satis est, Achab rex Israel, qui concupiuit vineam Naboth, & quia noluit eam dare, calumniatus est eum cum vxore sua, &c. (3. Reg. 11. 12. &c. — 3 Reg. 21.)

† remouit à nobis? quos sperabamus nobis restitui, diuisit sibi agros nostros.

b *Ecce*

c *Ecce ego cogito, &c.* ✠ Rupertus. Videmus ita factum D quia decem tribus iugum Assyriæ potestatis subierunt, de quo auferre colla sua nec potuerunt, nec possunt. Tribus autem Iuda in Babylonem ducta, de captiuitate quidem collum abstulit, sed rursum captiuantibus Romanis, collum suum iam erigere, vel superbi ambulare non possunt.

d *In die illa sumetur, &c.* ✠ Ruper. Sicut mala operati sunt contra Dominum, sic mala captiuitatis perpetua sustinebunt, & in tantam venient angustiam, vt omnia eorum cantica, & psalmi vertantur in luctum, nihilque aliud nouerit loqui populus, nisi hoc, *Depopulatione vastati sumus, &c.* Terram quippe E repromissionis quæ duabus & semis tribubus sorte diuisa fuerat trans Iordanem, nunc Romano mẽsore gentibus diuisa est, &c.

✠ Theodor. His illatis cladibus, nõ modo vos lamẽtabuntur qui vestras calamitates audient: sed etiam exempli causa de vobis aliis narrabunt. Ac verò inter vos dicetis: *Pars populi dimensa est in funiculo, &c.* Ego illinc eiectus sum, & datam hæreditatem non habeo: agros ad me pertinentes alij possident.

† lamentabitur lamentum. in lamento dicetur.

e *Quomodo recedet à me, &c.* Cuius virtute poterit repelli, ne vastet

CAPVT II.

¶ O coetus Iudæorum, væ erit vobis. a ¶ Opere impletis.
a V Æ qui cogitatis † inutile, & operamini 1 2
a ¶ Et cubilia ad quiescendum data stupris polluitis.
b ¶ Malum quod nocte tractatis, summo mane implere festinatis.
malum in cubilibus vestris. In luce ma- 3
a ¶ Ideo væ, quia vestra operatio contraria Deo est.
tutina faciunt illud, quoniam † contra
a ¶ Ecce exponit per partes quod nocte cogitant, & die complent.
dominum est manus eorum. Et concu- 4
a ¶ Obliti paradisi. b ¶ Obliti domus non manufactæ in cælis. c ¶ Concupierunt
b pierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, 5 6
a ¶ Prouectæ ætatis. ¶ Et non solum prouectiores sed & paruulos: qui propter ætatem erant digni misericordia, vastant. 7
& † calumniabantur virum & domum eius, virum & hære- 8
a ¶ Quia hæc cogitatis. 9
c ditatem eius. Idcircò hæc dicit dominus: Ecce ego cogito 10
a ¶ Tribum malorum Iudæorum. b ¶ Poenam grauem patientibus, qui ita premet ne possitis colla leuare. 11 12
super familiam istam malum, vnde nõ auferetis colla vestra, 13
¶ Quos captiuitas presserit. †
& non ambulabitis superbi: quoniam tempus pessimũ est. 14
¶ Dicetur. a ¶ Miseriæ vestræ vertentur in canticum. 15
d In die illa sumetur super vos parabola, & † cantabitur canti- 16
cum cum suauitate dicentiũ: Depopulatione vastati sumus. 17 †
a ¶ Templum meum, quod in vobis & in aliis Gentibus habebam, mutabitur in ruinam. b ¶ Assyrius vel Romanus. †
e Pars populi mei cõmutata est. Quomodo † recedet à me, cũ 18
a ¶ Sibi forte distribuit. b ¶ O Familia Israel super quam cogito malum non habebis partem in hæreditate sanctorum. 19 20
reuertatur qui regiones vestras diuidat? Propter hoc non 21

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT II.

VAE qui cogitatis. *Hic consequenter cõminatur populo propter culpam auaritiæ. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur pœnæ comminatio. secundò, prophetæ compassio, ibi,* Vtinam. *tertiò, populi consolatio. ibi:* Congregatione. *Prima in duas: quia primò propheta ponit populi culpam. secundò, comminatur pœnam, ibi:* Idcirco. *Circa primum dicit.*

C 1 Væ qui cogitatis. *i. bona aliena rapere, quod est magis nociuum quàm vtile: secundum illud Aug. Lucrum in arca, damnum in conscientia, tulit vestem, & perdidit fidem.*

2 Et operamini. *id est, operari disponitis: ideò subditur:*

3 In luce matutina. *exequendo in opere quod disposuerant de nocte: Et quid sit illud subditur:*

4 Et concupierunt agros. *scilicet alienos.*

5 Et violenter tulerunt. *fraudibus & violentijs.*

6 Et calumniabantur. *persequendo pauperes in personis & in bonis suis.*

7 Idcirco hæc dicit. *Hic consequenter prædicit pœnam, & secundò remouet falsam æstimationem, ibi:* Ne loquamini. *Circa primum dicitur:* Idcirco. *id est, propter dictam malitiam.*

8 Ecce ego cogito. *id est, super regnum x. tribuum.*

9 Malum. *scilicet pœnæ.*

10 Vnde non, &c. *quia erit graue quod non poteritis euadere.*

11 Et non ambulabitis. *scilicet, magis depressi & humiliati, vt captiui.* F

12 Quoniam tempus. *scilicet, contra vos.*

13 In die illa, &c. *id est, communis derisio.*

14 Et cantabitur canticum. *ab aduersarijs vestris.*

15 Dicentium. *in persona vestra.*

16 Depopulatione vastati. *Theglathphalasar enim rex Assyriorum in parte deuastauit populum iiij. Reg. ideò subditur:*

17 Pars populi mei, &c. *quia captiuauit partem populi, quo facto recessit ad terram suam. eius verò filius Salmanasar captiuauit residuũ, & adduxit Gentes extraneas ad possidendum illius regni terram iiij. Reg. quod præuidens propheta dicit in persona populi sui.*

18 Quomodo recedit à me, &c. *quasi dicat quid valet mihi iste recessus?*

19 Cum reuertatur. *id est, cum citò sit reuersurus filius eius.*

20 Qui regiones vestras diuidat? *Gentibus alienis. ideò concludit propheta?*

21 Propter hoc non erit. *O Israël.*

1 Mittens

MORALITER.

1 *Væ qui cogitatis.* Michæas prophetauit contra personas magnas, cap præced. hic prophetat contra communitatem populi dic. *Væ qui.* Isti sunt qui de nocte malitias contra proximos meditãtur, & mane sequẽti exequuntur. Et quæ sunt illa, subdit di.

4 *Et concupierunt.* Propter quod subditur pœna, cum dicitur:

7 *Idcirco hæc, &c. Ecce ego.* scilicet pœnæ.

10 *Vnde non.* id est, non poteritis euadere.

† *Sumetur su.* id est, cantilena de vestra miseria.

† *Cum suauitate.* s. aduersariorum vestrorum de vestris miseriis gaudentium.

16 *Depopulatione, &c.* Hoc dicent in personis vestris. Et per istã deuastationẽ populi Israël tẽporalẽ, significatur deuastatio spiritualis populi Christiani, de qua gaudent spiritus maligni.

17 *Pars populi.* scilicet Christiani.

† *Commutata est.* s. à ciuitate Dei in ciuitatem diaboli: & hæc est pars peccatrix.

18 *Quomodo recedit.* Diabolus enim aliquando cessat à tentatione, vt sic homo confidat de sua securitate, & tunc diabolus rediens proiicit eum in hypocrisim, quæ est grauior culpa: quia sicut dicit Hieron. Simulata sanctitas, duplex est iniquitas.

21 *Propter hoc.* id est, non habebis partem cum electis.

Ne

A vastet meum populum, cum nec ego velim repellere propter peccata populi, nec alius possit?

a *Ne loquamini.* Et cum sitis ita captiuandi ô domus Iacob, nolite vos decipere, & ad consolationem mutuam dicere: Quia bonus est Deus, non immittet captiuitatem quam timemus, nunquid spiritus domini qui omnibus largus est, in nobis erit breuiatus & seuerus: aut taliter cogitare, vt homo qui furore percutit?

✠ REMIGIVS. O domus Iacob, nolite nimium præsumere de misericordia Dei, & nolite dicere, quod adhuc multi dicunt: Deus bonus est & misericors, non veniet super nos malum captiuitatis quod timemus. Bonus sum vt dicitis, & verba mea clementiam sonant, sed ad eos qui B recta via gradiuntur. Sed vos non solùm non agitis rectè, sed contra me consurgitis, & tyrannico spiritu aduersamini.

b *Nonne verba, &c.* Bonus bonis, sed vobis non: quia quantum in vobis est, contra me insurrexistis colendo idola & infœlicem populum spoliastis auxilio Dei quasi protegente pallio: & simplices maiorum autoritati credentes vertistis in bellum contra me. ideo stillabo super vos confusionem.

c *Desuper tunicam.* ✠ RVPERT. Causas reddit, ex quibus conuincitur populus, quòd in aduersarium consurrexerit. Igitur ô popule meus, si quæritis cur hęc dixerim, ecce dico vobis, quia *desuper tunicam pallium sustulistis*, id est, vosmetipsos semini Dauid ademistis, ab ipso recessistis, vt à me quoque recederitis, sicut & fecistis. Nam relicto altari & templo meo, spretis promissionibus seminis quod est Christus, quæ dictæ sunt ad Dauid, vitulos aureos coluistis, & colere non destitistis. Hoc acturi, *qui transibant simpliciter*, id est, viros fortes, & quantum fortes, tantum simplices, bona fide & simplici corde cum Deo & ho- C minibus ambulantes, *conuertistis ad bellum*, constituentes super vos regem Absalon aduersus patrem suum: & eo mortuo, rursus sequentes Seba filium Bochri, &c.

† Ipsi stillabunt: ne stilletis, propterea non stillabunt istis.
† O dicta.
† talia sunt opera.
† benefaciunt ei.
† ornamentum meum.
† corruptione forti valde.
† Si fuerit quispiã qui ambulet per viã venti, & mendacium mentitus fuerit, dicendo, Stillabo tibi de vino & ebrietate, talis erit conueniẽs stillãs (i. propheta) populo isti.

a erit tibi mittens funiculum fortis in cœtu domini. † Ne lo- 1 2
a ¶ Maledictus qui peccat in spe. b ¶ Istud. c ¶ Non de improuiso veniet captiuitas. d ¶ Per apertam violentiam.
quàmini loquentes: Non stillàbit super istos, non compre- 3
a ¶ Captiuitatis. b ¶ Qui aliis largus in bonitate, vobis erit breuis.
hendet cònfusio, † dicit domus Iacob. Nunquid abbreuia- 4
a ¶ Quales hominum qui antiquam retinent iram.
tus est spiritus domini, aut † tàles sunt cogitationes eius?
a ¶ Responsio domini contra pręsumptionem eorum, bonus quidem sum, sed non malis, sed illis qui rectè gradiuntur.
b Nònnè verba mea † bona sunt cum eo qui rectè graditur? Et 5
econtrariò, populus meus in aduersarium cõsurrexit. † De- 6 7
c super tunicam pallium sustulistis, & eos qui transibant sim- 8
d pliciter conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis 9 10
a ¶ In populo meo cunctis, vel interfectis, vel captis, nullus erat qui caneret mea cantica.
de domo delitiarum suarum, à pàruulis earum tulistis † lau- 11
¶ Ergo. ¶ In captiuitatem.
e dem meam in perpetuum. Surgite & ite, quia non habetis 12
a ¶ In hac terra, quæ propter scelera vestra polluta est, & ideo corrumpetur putredine pessima Babylonica vel Romana captiuitate in vltionem sanguinis Christi.
hic requiem. Pròpter immunditiam eius corrumpetur † pu- 13 14
a ¶ Optarem & ipse anathema esse pro fratribus, vt inter pseudo prophetas solus peream non pereunte populo.
tredine pessima. † Vtinàm non essem vir habens spiritum, 15 16 17
g & mẽdaciũ potius loquerer. Stillabo tibi in vinũ & in ebrie- 18
a ¶ Ex me stillante sermonem captiuitatis: iste populus velit nolit, sustinebit quæ dico.
h tatẽ: & èrit super quem stillatur populus iste, Congregatione 19 20

D d *Mulieres populi.* Nec solum hęc fecistis, sed etiam matronas olim delicatas captiuas ire fecistis. Vel per matronas vrbes Iudæ metaphoricè captiuatæ intelliguntur.

Hieron. ✠ RVPERTVS. Vel mulieres, homines infirmiores & pauperes intellige, quod eiecerunt de domo orationis in qua inuocabatur nomen domini, nimirum templo Hierosolymitano, tenere cogendo illud edictum Hieroboam, *Nolite vltra ascendere in Hierusalem, sed ite ad adorandum vitulum in Dan.* (3. Reg. 12.) Ita eiiciendo mulieres, *à paruulis tulistis laudem meam in perpetuum*, id est, ignorantem & errantem multitudinem fecistis in malo perseuerare, vt nunquam recederent à peccatis Hieroboam.

E e *Surgite.* MYSTICE iubemur nõ putare requiem in rebus mũdi, & ire post dominum in paradisum: Quod si noluerimus, non inueniemus hic verã requiẽ, quia vbi Christus non lucet, non requies sed tribulatio est: & qui se hic voluptati applicant, graui contritione conterentur.

† Econtrà eos qui confidenter trãsibant exuistis tunica & pallio, ac si effugissent ex prelio.

Hieron. Remig. f *Vtinam.* Et quamuis dixi vobis imminentibus Babyloniis vel Romanis: Surgite & ite in captiuitatem, ne putetis quòd gaudeam in annuntiatione horum malorum, vtinam de spiritu meo qui falli posset, & non de spiritu Dei qui non mentitur, hoc prolatum esset, vt multitudo credens in filium Dei non traderetur æternæ captiuitati. Sed quia à spiritu Dei missus sum, prædico veritatem, stillo tibi sermonem, qui in modum vini te inebriat & corruere facit.

F g *Habens spiri.* Vbicumque in veteri vel nouo testamento spiritus sine additamento ponitur, in bonam partem accipitur.

Hieron. Remig. h *Congregatio.* Et ne putetis me esse vatem solummodò captiuitatis, quam per spiritum Dei prædico, sciatis me esse etiã vatem illorum bonorum quæ per Christum in primo vel in secundo aduentu euentura sunt: Qui in me vobis loquitur natus de virgine. Congregabo Iacob in vnam ecclesiam, in vnam fidem: & cum populo Gentium reliquias Israël in vno ouili co- ☞ pulabo,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Mittens funiculum. *id est, habens hæreditatem in promissionis terra: quia Gentes illuc adductæ manserũt ibi vsque post tempora Christi, vt frequenter suprà dictum est.*
2 Ne loquamini. *Hic consequenter excludit falsam æstimationem populi credentis se non expelli de terra, quæ erat sibi data à domino, dicens:* Ne loquamini loquen. *inter vos.*
3 Non stillabit. *i. pœna cõminata à prophetis nõ cadet super nos.*
4 Nunquid abbreuiatus. *Sic enim dicebant: Spiritus domini, idest, eius voluntas non est diminuta ad benefaciendum nobis, nec cogitat nobis facere quod dicunt prophetæ: Et subditur responsio in persona Dei:*
5 Nónne verba mea bona sunt? *i. verba mea promissiua sunt & factiua boni illis qui incedunt via recta, & non malis hominibus: De quibus subditur:*
6 Et ecõtrar. *i. cõtra me persequẽdo me in mẽbris meis. ideò subditur.*
7 Desuper tunic. *Violenter & malè ab impotentibus se defendere.*
8 Et eos qui transibant. *sine culpa.*
9 Conuertistis in bellum. *inuadentes eos sine causa.*
10 Mulieres populi mei. *Interficiendo viros earum cum quibus delectabiliter viuebant.*
11 A paruulis earum. *Quia orphani facti per vos: coguntur præ dolore clamare magis quàm laudare.*
12 Surgite & ite. *id est, de terra vestra citò ibitis in captiuitatem.*
13 Propter immunditiam. *ex peccatis supradictis.*
14 Corrumpetur putredine. *scilicet gens ista.*
15 Vtinam. *Hic consequenter ponitur prophetæ compassio propter malum populo suo superuenturum, dicentis:* Vtinam non essem, &c. *scilicet prophetiæ in malis quæ prædixi.*
16 Et mendacium. *i. quòd illa quæ dixi nõ euenirẽt. nõ tamẽ est sic.*
17 Stillabo tibi. *id est, pœnam venturam denuntiabo.*
18 In vinum. *id est, pœnæ abundantiam, quæ per potum frequenter designatur in scriptura, & potissimè Ierem. xxv. Accipere calicem, &c.*
19 Et erit. *i. super populũ istũ Israel descendet pœna à me prædicta.*
20 Congregatione. *Hic consequenter ponitur populi consolatio,* ✠ *vt post*

MORALITER.

✠ 2 *Ne loquamini.* Ad literam: Filij Israël mali, non credebant verbis prophetarum de sua punitione futura. & per istos significãtur mali Christiani, qui prædicationes de pœnis inferni reputant fictiones. contra quos subditur: 4 *Nunquid.* Loquẽs in sanctis suis. q. d. non, sed tempore suo habebit effectũ. Cætera patent vsque ibi: 8 *Et eos.* i. pacificè. 9 *Conuertistis.* eos iugulando. 10 *Mulieres pop.* id est, interfecistis viros earũ. 11 *A paruulis.* quia me laudabant de bonis acquisitis iustè per patres eorum, ideo sequitur pœna cum dicitur: 12 *Surgite.* s. cum diabolo & angelis eius. Sed quoniam bonus vir de peccatis dolet quibus merentur sic damnari. ideo sequitur in persona viri boni: 15 *Vtinam.* id est, vtinam vt malum quod video vel prædico super vos venturum, non veniret. 17 *Stillabo.* i. nũtiabo tibi vẽtura mala. 20 *Cõgregatio.* Istud ✠ vsque

A pulabo, & tanta erit multitudo, quòd tumulabuntur communi voce bonum pastorem laudãtes, qui quasi dux itineris præcedet eos, plantans eis quę quę ardua. Quo præcedente & iter diuidente, trãsibit credulũ pecus

congregabo Iacob totum te, in vnum conducam reliquias Israel, pa- 1
a ¶ Sopiam muro firmissimo, vt ex duobus parietibus fiat vnum ouile. b ¶ In loco pascuæ ibi me collocauit.
riter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pècus in medio caula-
a ¶ Tumultus clamor est nimiæ multitudinis pari aspiratione emissus.
rum. Tumultuàbuntur à multitudine hominum. Ascendet enim † pã- 2 3
a ¶ Ad paradisum. b ¶ Vt dux. c ¶ Proficiendo. d ¶ Idem pastor & porta. e ¶ Iam perfecti.
dens itèr antè eos. Diuidet & trànsibunt portàm, & egredientur per 4 5
a ¶ Sicut olim in columna ignis & nubis. b ¶ Reges eos in virga ferrea. c ¶ Aperiens eis. d ¶ Tamquam princeps.
eam. Et trànsibit rèx eorum coràm eis, & dominus in capite eorum. 6 7

D cus per eum qui est porta, & egredietur de mortalitate ad immortalitatem, & ipse qui est Pastor, vt rex & dominus trãsibit ante eos, & erit in capite eorum: Hæc omnia, vel de primo vel de secũdo aduetu possunt intelligi.

† destructor

NICOLAVS DE LYRA.

vt post vinum mordificatiuum infundatur oleum lenitiuum. Et exponũt aliqui partem istam de reditu captiuitatis Babylonicæ: Sed non videtur conuenienter dictum quia dicitur hîc. Congregabo. *De captiuitate verò Babylonica redierunt tantum duæ tribus, & pauci de x. tribubus, qui euaserant manus regis Assyriorum, & postea habitauerunt in regno Iudæ: & cum duabus tribubus captiuati fuerunt & redierunt, non tamen omnes, sed plures de istis & de illis remanserunt in Babylonia, detenti amo-* B *re vxorum quas ibi acceperant & prolis quã genuerant, & bonorum tẽporalium quæ acquisierant. Præterea quia in fine dicitur:* Et transibit rex coram eis, *Redeuntes enim de captiuitate non habuerunt regem ducem propter quod istud est referẽdum ad Christi tempus, Etiam exponunt aliqui do conuersione generali Iudæorum ad fidem circa finem mundi. Et potest ad hoc litera satis applicari. Videtur tamen mihi conuenientius exponi de congregatione patrum in limbo, & eorum eductione per Christũ sic:* Congregatione congregabo Iacob totum. *Hoc dicitur eo modo loquendi quo maiores ciuitatis dicuntur tota ciuitas, propter quod factum eorum dicitur factũ totius ciuitatis. Et quia secundũ veritatem soli electi dicuntur de domo Iacob numero & merito. & omnes isti fuerunt ibi congregati à principio mundi vsq; ad resurrectionem Christi.*
1 Pariter ponam illum quasi gregem in. *Quia erant ibi à Deo custoditi vsq; ad tempus Christi, quo inde translati sunt ad gloriam.*
2 Tumultuab. à multi. homi. &c. *Per hanc tumultuationem non intelligitur aliqua commotio quieti contraria, sed per eam scilicet, designatur multitudo magna.* E
3 Ascendat enim. *scilicet, ipse Christus. vnde dicit* Ra. Sal. *Ascendet enim, scilicet, Saluator eorum.*
4 Pandens iter. *Quia sua morte aperuit cælum.*
5 Diuidet. *scilicet, existentes in inferno, quia electis inde eductis reprobi remanserunt. ideò subditur:*
6 Et transi. portam. *scilicet, inferni, inde egrediendo.*
7 Et transi. rex. *idest, dominus Iesus verus homo & verus Deus, qui viuit & regnat in secula seculorum: Amen.*

MORALITER.

vsque ad finem capitu. exponunt aliqui de prosperitate in reditu captiuitatis Babylonicæ: Ego autem exposui literaliter de bonis spiritualibus in aduentu primo Christi propter quod expositio mea non solum literalis sed etiam spiritualis est respectu aliarum, nec occurrit conuenientior mihi hic ponenda. F

ADDITIO I.

In ca. ij. vbi dicitur in postil. Ne loquamini. *Hic consequenter, &c.*

Vbi nos habemus: Ne loquamini loquentes, &c. *in Hebræo habetur sic:* Ne loquamini loquuntur: *non stillabit super istos, nec comprehendet confusio: & ibi est finis versus: & sequitur alius versus sic:* Nunquid dicit domui Iacob: Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, &c. *Et est sensus, quòd illi de populo prohibebant prophetas veros ne prophetarent, vt patet suprà Amos. vij. c. de quo dicit propheta:* Ne loqua- C mini, loquuntur, *idest, isti rebelles loquuntur prophetis:* Ne loquami ni. *Quam prohibitionem fundabant in duobus, Primo in comminatione, dicendo quòd qui prophetaret super istos apprehenderet confusionem: & de hoc dicit:* Non stillabit super istos. *idest, non prophetabit: & sic nõ apprehendet, scilicet, prophetantem confusio: Et à sensu contrario, qui stillaret super illos, confunderetur. Secundò fundabant prohibitionem suam præsumendo de bonitate diuina. de quo dicit:* Nunquid dicit domui Iacob: Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, &c. *quasi dicerent vt in glo. Qui alijs largus est in bonitate, nunquid nobis erit breuis? Ad quod respondet propheta in persona Dei, Nonne verba mea bona sunt? & sic non sunt dimittenda propter comminationes. Nec est dicendus spiritus domini abbreuiatus esse, quia largitas bonitatis diuinæ est cum bonis: & ideo cum dixisset:* Verba mea sunt bona, *subdit:* cum eo qui rectè gradietur.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in Pos. Vtinam. *Hic consequenter ponitur prophetæ compassio.*

Vbi nos habemus: Vtinam: *In Hebr. habetur quædam dictio, vno modo significat idem quod vtinam, & alio modo significat idem quod si. Vnde in psal. vbi dicitur* si populus meus audisset me. *loco in illius si, ponitur eadem dictio sicut hic. Et secundum hanc significationem, sic licet, vtinam sensus talis videtur esse. Dicebat enim propheta illis qui eum nitebantur prohibere ab actu prophetandi, vt eis ostenderent, quòd erat propheta verus & non falsus: q. si ipse esset vir non habens spiritum scilicet, Dei: sed mendacium potius loqueretur, tunc prophetaret pro aliquo lucro seu delectatione. de quo dicit,* Stillabo tibi, *idest, prophetabo tibi,* In vinum & ebrietatem. *idest, propter aliquod lucrum delectabile. quia pseudo prophetæ propter ista consueuerant prophetare. ideo subdit:* Et erit super quem stillabitur populus iste. *vbi in Hebræo sic habetur:* Et er. stilla. po. ist. *q. d. talis stillator, scilicet, in vinum & ebrietatem erit pertinens stillator populo isto, scilicet, qui mendacia potius volunt audire quàm vera. Consequenter propheta ostendit se non solum esse prænunciatorem malorum, sed etiam bonorum vbi oportebat. ideò subdit,* Congregatione, &c. *Exponatur vt in Postilla.*

CAP. III.

Hieronym. E*T dixit. Audite principes,* Qui Deum præuium nõ vultis sequi, nec vocẽ meã audire: audite comminationẽ hãc, scilicet, quòd non estis digni scire iudicium Dei, quod est abyssus multa, nec praua mens vestra penetrat profundam eius iustitiam.

Sub metaphora leonis vel latronis crudelitas principum Israel describitur.

a ¶ Qui annunciaui Deum quasi regem & dominum ante suos præcessurum, annuncio etiam malos propter crudelitatem suam non exauditurum.
a ET dixit: Auditè principes Iacob & duces domus 1
Israël: Nunquid non vestrum est scire iudicium, 2 3

Sæuitia iudicum in subiectos describitur & crudelitas.

✠ RVPER. Primum hoc animaduertendũ q a lebes & olla in hoc differunt, quod lebes os latum habet superius, olla vẽtris angustias habens, ventre dilatatur, & de lebete quidem bulliente difficile quid manu educitur, de olla vero difficilius: vtramque ergo angustiam infœlicium hic intelligimus, quarum causa, illi, idest, principes & duces extiterunt, scilicet, & eam quam à Romanis feruentissima ☞ obsidi

Sæu

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT III.

✠ Diuisio 1 ET dixit, Audite. *Hic consequenter propheta comminatur pœnam propter peccata maiorum, & primò specialiter, secũdò magis generaliter, ibi:* Veruntamen. *Prima in duas. quia primò ponitur comminatio propter culpam principium. secundò propter culpam pseudo prophetarum, ibi.* Hæc dicit. *Circa primum dicitur:*
2 Audite. *idest, totius populi Israel.*
2 Nunquid non ve. est scire iudi. *quasi dicat ad hoc tenemini qui habetis officium iudicandi.* ✠ Qui

MORALITER.

1 *Et di. Audite.* Postquàm propheta arguit vulgarium peccata, hic consequenter arguit peccata maiorum populi Israel per quos significantur maiores Christianorum. Et primò arguuntur principes, cum dicitur: *Audite.* Sequitur:
3 *Nunquid non.* q. d. scire debetis non solùm speculatiuè, sed etiam practicè. & tamen contrarium est verum ideò sequitur.

A obsidione, & eam quam à malignis spiritibus perpessuri erant gehennali igne. Duplici namque (iuxta prophetam) contritione conterendi erant, quod & Psalmista clarius distinguens, *Tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.* Et de Romana quidem obsidione quasi de lebete nonnulli, quamuis difficile superfuerunt; de gehennę autem angustiis, quasi de ollæ interioribus, vt euadāt difficilius, imò omninò impossibile est, multum dissimilia, quinimo & valde contraria sunt.

B *Nunquid non est vestrum.* ✠ HIERONY. Id est, non meremini Dei scire iudicium, quod est abyssus multa, & profundum iustitiæ eius mens praua non inuenit. Aut quomodo potestis scire iudicium Dei, qui † odistis bonū & quæritis malum? qui detestamini sanctos pauperes, & honoratis † diuites peccatores? Simúlque consideremus verborum significantiam: bona non amare peccati est, † quanti sceleris etiam odisse, & è contrario mala non fugere vitij † est, quantæ impietatis est etiam diligentes inquirere?

† operibus. † præparāt. † erubescēt. † verbum.

C a *Qui.* Nota verborum significantiā: bona non amare, & mala nō fugere vitiū est, quantò magis odisse bonū & amare malū.

b *Qui violenter.* Qui spoliatis pauperes & interficitis, & carnes eorum & ossa conteritis.

Sicut non sufficit illis spoliare subiectos, sed & corpora duro imperio affligunt, & ossa conterunt, vt quidquid in eis forte & decorum erat, in feruenti olla contereretur, quam rex Assyrius succendit, tradentes diabolo & angelis eius gregem sibi commissum. sic cùm venerit dies vltionis, non audientur à domino, qui rogantes noluerunt audire, & qui auertunt faciem à paupere, faciem Dei auersam sentient: qui non fuerunt reges, sed tyrāni: nec præpositi, sed leones: nec magistri, sed lupi ouiū.

c *Hæc dicit.* Hucusque contra malos principes. sequens sermo est contra pseudoprophetas & doctores, qui pollicendo scientiam, & adulando seducunt populum.

Fuerunt pseudoprophetæ in Israel, qui propter dona pacem nunciabant: & nihil dantibus, iram Dei venturam.

Hieronym. Prę icantiū modernorū vulgi subdo lota illusio

Hæretici sunt pseudoprophetæ non missi à Deo: qui populum quondā Dei seducunt & comedunt, vel munera accipiendo, vel occidendo animas, & promittunt pacem cælestis beatitudinis, dicentes: Non oportet vt contineas, habe fidem, & promissa Dei consequeris. Et si quis non dederit in ore eorum, illis

D illis qui vel nolunt credere, vel munera dare, minantur vindictam prælij diuini. Ideò, ô hæretici, qui mentimini vos habere prophetiam, & imitamini ecclesiam vbi æstimatis esse visionem, ibi erit nox: & vbi tractatis vaticinium prophetale, ibi eloquetur spiritus immundus: quia occidet supra huiusmodi prophetas sol iustitiæ: & videbunt tenebras suas & confundentur. Cúmque magis diuini quàm prophetæ probati fuerint, ridebūt eos populi decepti.

E d *Propterea nox.* Vbi putatis visionem esse: & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi loquitur spiritus immundus: nec habet lumen, sed tenebras & errorem.

Iam dæmones nō habebunt potestatē, vt eos sua fraude decipiant, muta erūt oracula, tacebit spiritus immundus, & illudere non audebit.

F e *Veruntamen e.* Hucusque contra pseudo prophetas, nunc de seipso propheta supponit. Illi loquētes falsa confusi silebunt: ego verò qui per spiritum sanctū loquor iudicium, & virtutem Dei annuncio: & cum alij mordeant & prædicent pacem, ego absque timore annuncio Iacob scelus, & Israel peccatum suum.

f *Audite.* Prius distinctè malis iudicibus, & post pseudoprophetis comminatus est, nunc generaliter arguit & iudices, & pseudoprophetas, & sacerdotes, & eos qui Dei notitiam se habere pollicebantur, propter quorum scelera Sion vt ager aranda est, Ierusalem vt aceruus lapidum ruitura, mons templi in excelsa syluarum futurus.

Allego. ALL. Nisi doctores ecclesiæ seruauerint cor suum, vt in causis non iudicent secundum personas, abominantur iudicium & recta peruertunt. Possunt hæc etiam intelligi de his qui scripturas prauis interpretationibus deprauant. Hi ædificant Sion in sanguinibus: quia non idoneos ordinant ad regimen ecclesiarum, quorum doctrina & vita scandalizatur ecclesia subditorum: & cùm debeant esse os domini ad populum, voces domini venditant, & de columbis in templo mercantur, qui videntur sibi prophetæ esse: sed quia pecuniam accipiunt, prophetia eorum facta est diuinatio, quæ in diuinis scripturis semper in malam partem accipitur. Isti tamen in domino seminare præsumunt, nec visuros mala, sed tamen causa eorum, locus quondam pacis impletur ruinis, & templum Dei in habitaculum bestiarum conuertatur.

☞ Non

¶ Non.
a qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter 1
b ¶ Exteriora. a ¶ Interiora. 2
tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper os- 3
a ¶ Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. b ¶ Quæ cito corrumpitur. c ¶ Opera, vel cum animæ.
sibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem 4
a ¶ Quod forte & durabile virtutes.
eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, &
a ¶ Et sic miserabiliter plebem in medio Ierusalem affligunt. ¶ Diabolo.
conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ol-
a ¶ In die captiuitatis per Nabuchodonosor vel per Romanos clamabunt: sera pœnitentia. b ¶ Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam
læ. Tunc clamabunt ad dominum, & non exaudiet eos, & 5
abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter 6 7
c egerunt in † adinuentionibus suis. Hæc dicit dominus, su- †
¶ Promittendo pacem. ¶ Nunciando iram.
per prophetas qui seducunt populum meū: qui mordent den- 8
tibus suis, & prædicant pacem. Et si quis non dederit in ore eo 9
a ¶ Affirmant prophetali autoritate.
d rum quidpiam. † sanctificant super eum prælium. Propterea 10
nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. 11
a ¶ Veritas. b ¶ Huiusmodi.
Et occumbet sol super prophetas & obtenebrabitur super 12
a ¶ Cum res contraria promissioni eorum euenerit, quia tunc apparebit, quòd non fuit responsum Dei in eis.
eos dies. Et confundentur qui vident visiones, & † confun- †
¶ Rubore.
dentur diuini. Et operient vultus suos omnes, quia non 13
e & † responsum Dei. Verumtamen ego repletus sum for- 14
a ¶ Nemo ambigit Ierusalem pro sceleribus hic descriptis fuisse subuersam. †
titudine spiritus domini iudicio & virtute, vt annunciem Iā- †
a ¶ Quod pro Deo ideo coluerunt, vel Dei filium crucifixerunt. 15
f cob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hæc prin-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qui odio habe. bon. *& sic potestate data vobis à Deo abutimini.*
2 Qui violenter tol pel. *bona populi rapiendo.*
3 Et car. *in personis affligendo.* 4 Qui comede. *Per comestionē, excoriationem, & ossium confractionem & conscissionem in lebete, dantur intelligi & varij modi & exquisiti populum affligendi.*
5 Tunc clama. ad do. *cum ab aduersarijs affligentur.*
6 Et non ex. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non miseretur. 7 Hæc di. *Hic consequenter ponitur comminatio propter culpam pseudo prophetarum, cum dicitur:*
8 Qui mor. *detrahendo viris prophetis.* 9 Et præ. *idest, denunciant prospera illis, qui dant eis munera, alijs autem aduersa.*
10 Propt. *idest, obscuritas ignorantiæ.* 11 Vob. *s. tribulationis & angustiæ.* 12 Et oc. *i. omnis cognitio veritatis, & claritas prophetalis deficiet eis.* 13 Qui. *s. verbū eorū. sed magis ab eis confictū.* 14 Ve. *Hic comminatur propter peccata omniū maiorum generaliter dicens,*
15 Ego reple. *idest, spiritus Dei, qui dedit mihi constantiam ad arguendum vitia maiorum patenter. ideo subditur:*

MORALITER.

1 *Qui odio hab. tis.* Et patet sententia: Et sequitur cum dicitur: 5 *Tunc clama.* in afflictione sua. 6 *Et non ex.* secundum illud Prouer. xxj. b. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit, & non exaudietur. 7 *Hæc di.* Hic loquitur contra prophetas falsos veteris testamenti. per quos significantur falsi prædicatores noui, qui seducunt populum peccata diuitum excusantes propter quæstū, qui mordent dentibus suis diffamantes eos qui non tribuunt eis, & prædicāt pacē malis propter suam beneficentiam. ideò subditur pœna, cùm dicitur: 10 *Propt.* idest, inferni pœnæ tenebrosæ. † *Et conf.* extrema cōfusione. Et mutatur hic modus loquendi de secunda persona ad tertiam. 14 *Verumta.* Hic arguit propheta communiter omnes maiores, per quem significatur prædicator constans. ideo dicitur: *Ver.* ad arguendū cōstanter peccata maiorum ideo subditur: † *Vti.* poteti supbo qui calcat. Iacob enim supplātator interpretatū † *Et Is.* i. clero supbo qm̄ isti frequēter constituūtur iudices in foro seculari & ecclesiastico. ideo subditur: *Audite.* Sequitur.

A ☞ Non debent ministri ecclesiæ propter pecuniam sua officia administrare: Nec tamen prohibetur quod ex officio suo debetur, accipere, ad necessitatem. non ad luxuriam, alioqui culpa eorum in fine quando refrigescet charitas, & fides rara erit, vbi quondam erant amplæ domus, & absque numero aceruì frugum ibi parua vix erit casula, seruans speciem ciborū refectionem animæ non habentium.

Math. 24. b.

a *Et super.* Non intelligentes mala sua, quasi sceleribus redimerent ciuitatem, Dei, se esse Dei ministros iactabant dicentes: Deus est in medio nostri, & non venient super nos mala.

† Eze. 22. f. Sopho. 3. a. 1. q. 1. c. iudico. 35. dist. cap. ecclesię princi. † domino innitebantur.

B b *Propter hoc.* Verba huius prophetiæ videmus completa & aspectus verum esse probat. Pro sceleribus prædictis, templo destructo, & domo Iudæorū deserta angelis etiam à sua sede recedentibus, pro monte destructo, mons Dei eleuatus est.

† Iere. 26. f. † supr. 1. b.

D ✠ HIERONYMVS. Audiamus sententiam domini quæ sequatur. Sion & Hierusalem ac mons templi speculatorium, & visio pacis, & templum Christi in consummatione & in fine (quando refrixerit charitas & rara fides fuerit) quasi ager arabitur, & redigetur in tumulos, ac erit in excelsa syluarum, siue in custodiam pomorum, vt vbi amplæ quondam domus erant, & absque numero aceruì frugum, ibi vix parua sit casula seruans speciem ciborum refectionem animi non habentium. E

c ¶ Episcopi, presbiteri, diaconi. b ¶ Ecclesiæ. c ¶ Duarum tribuum. d ¶ Decem tribus.
Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: 1
a ¶ Non solum hoc facitis, sed etiam falsa iudicatis: scripturas deprauatis. 2
b ¶ Nec saltem parua iustitia remanet in ciuitate.
qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui 3
a ¶ Cæde innocentum morte Christi, & apostolorum. ¶ Rapinis pauperum.
ædificatis Sion in sanguinibus & Ierusalem in iniquitate
a ¶ Si quis de principibus iudicare videbatur quod rectum erat. magis vendebant sententiam. b ¶ Quia non nisi accepto precio docebant populum.
† Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius 4
a ¶ Nec responsa Dei nisi pro mercede proferebant. b ¶ Qui prophetare debebant. 5
in mercede docebant Et prophetę eius in pecunia diuinabāt, 6
a & † super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non 7 8
dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala.
a ¶ Quia non egistis pœnitentiam, & populus vicia vestra secutus est, sed maxime pro effusione sanguinis domini. b ¶ A Romanis hostili aratro diuidetur. 9
b † Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur & Ierusa- 10
a ¶ In tumulos saxorum vertetur. b ¶ Templum quondam nobile in cineres comminutum erit habitatio ferarum.
lem † quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa 11
syluarum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Audi. *qui habetis superiorem potestatem in temporalibus,*
2 Et iudi. *iustitiam in omnibus peruertentes.*
3 Qui ædifica. Sion. *id est, de sub. aurea & sanguine innocentum, condemnantes eos ad mortem, vt habeatis bona eorum.*
4 Principes eius in mu. *i. pro muneribus iniustam sententiam proferebant.*
5 Et sacerdotes eius in mer. &c. *Qui tamen ex officio tenebantur docere legem liberaliter.*
6 Et prophetæ eius. &c. *i. pro pecunia mendacia confingebant.*
7 Et super do. *i. à domino requiem promittebant.*
8 Dicentes

8 Dicētes: Nūquid non do. *q. d. Veraciter Deus est in vobis, & ideo non habetis timere ab aduersarijs.*
9 Propter hoc cau. *qui falsa promittitis.*
10 Sion quasi ager. *i. sic erit destructa. quod poterit arari propter defectum habitantium, quia propter promissa falsorum prophetarum Sedechias rebellauit regi Babylonis: & ex hoc sequuta est destructio tēpli & ciuitatis. iiij. Re. vl.*
11 Et mons. *quia in locis destructis & derelictis longo tempore solent fruteta crescere, tempus verò captiuitatis durauit. lij. annis secundum minorem computationem: in tanto tempore potuerunt bene crescere.*

MORALITER.

† *Qui abomi.* idest, executionem iustitiæ.
3 *Qui ædifica.* Per Sion ecclesia, per Ierusalem metropolim regalis curia significatur.
C 5 *Et super.* promittentes diuinam protectionem falso tamen.
9 *Propter.* Ad literam: Propter peccata maiorum populi Iudaici Ierusalem fuit destructa: & similiter propter peccata maiorum populi Christiani, ecclesia spiritualiter pro magna parte destructa est, & etiam corporaliter multum diminuta. nam in Aphrica & in Iudæa pauci valde remanserunt Christiani: vt dicitur, in Armenia sunt.

CAP. IIII.

† Isai. 2. a. † altior erit collibus

a ET erit in no. RVPERT. Manifesta hæc de plenitudine gentium prophetia, quæ nec intrat dū cœcitas contigit in Israel dum sicut in isto supra scriptum est. *Nox illis pro visione est, & tenebræ pro diminutione.* Et occūbet sol super prophetas, & obtenebrantibus

CAP. IIII.
¶ Vndecima hora, quando ad conducendum operarios Saluator venit. ¶ In fine seculorum, idest, tempore gratiæ.
a ET erit in nouissimo dierum mons domus do- 1
a ¶ Alias manifestus, qui ante occultus. b ¶ Non solum in montibus, sed super vertices montium Moyses & prophetæ qui de Deo vaticinati sunt.
mini præparatus in vertice montium, & † subli- 2

☞ bus

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT IIII.

ET erit in nouissimo, &c. *Hæc est pars secunda principalis, in qua propheta principaliter denunciat consolatoria, maximè verò consolatorium erat Christi mysterium, & ideo propheta primò describit huius beneficij magnitudinem, secundò, iuxta hoc arguit malorum ingratitudinem, cap. vi. prima in duas. quia primò describit propheta conditionem corporis. secundò, capitis. cap. seq. Corpus autem mysticum Christi est ecclesia: cuius primò describit conditionem, secundò tyrannorum persecutionem, ibi:* Nunc quare. *Circa primum sciendum, quod pars ista ab* Hebræis *& Latinis exponitur de tempore Christi, varie tamen. Quia Iudæi dicunt adhuc Christum venturum, nos autem dicimus tempus sui aduentus præteritum. Et ad confirmationem sui erroris accipiunt Iudæi aliqua argumenta ex hoc loco. Primo quia dicitur hic.*

Diuisio

1 Et erit, &c. *Tempus vero Iesu Nazareni non fuit nouissimum, vt patet. quia post eius mortem fluxerunt multi anni: ergo Iesus Nazarenus non fuit Christus, sed adhuc expectatur venturus.* Item quia *subditur:* Et erit mons domus domi. *Quod non est adhuc factum, quia mons Sion non est in aliquo eleuatus, & sunt multi montes illo altiores. Item quia sequitur:* Et occident gla. *Et sequitur:* Et discent. *Post verò tempus Iesu Nazareni fuerunt bella grauia, & potissime in* Iudæa *quando per* Romano *fuit destructa ergo &c. Ista vero argumenta & aliqua alia solui, Isa. ij. vbi consimilis litera ponitur: potest tamen aliquid repeti. Ad primum dicendum quod tempus nouæ legis dicitur nouissimum, quia non succedet ei alia lex sicut successit legi Mosaicæ: & secundum hoc dicitur.* Ioan. ij. c. Nouissima hora est. *Item Genesis. xlix. a.* Congregamini, vt annunciem vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. *Et tamen secundum* Hebræos *sunt impleta diu. s. ab ingressu terræ promissionis sub* Iosue *pro maiori parte. vt ibidem fuit dictum. Secundum soluitur etiam per dictum* Ra. Sa. *qui dicit, quod illa eleuatio non est intelligenda corporaliter, sed quia debeant ibi fieri mirabilia. Quod fuit adimpletum quando* Christus *Deus & homo fuit ibi præsentatus in templo, Ibi etiam postea prædicauit, & multa fecit mirabilia suæ diuinitatis ostensiua. Ibi etiam super apostolos spiritum sanctum misit in signo visibili, quod fuit mirabile maximum. Ad tertium patebit infrà. Igitur exponatur hæc litera de promotione ecclesiæ, sicut & fuit exposita.* Isa. ij. a. Et erit in nouissimo dierum. *id est tempore gratiæ, quod est nouissimum, vt dictum est.*
2 Mons do. domi. præpa. in verti. mon. *per mirabilia ibi facta maiora quàm alibi, vt dictum est.*

✠ Et

MORALITER.

1 *Et erit in nouissimo.* Capitulum istud & quintum literaliter exposui de profectu ecclesiæ sub eius capite domino nostro Iesu Christo, propter quod hæc expositio non solùm literalis est, sed etiam spiritualis: & ideò ad alia pertranseo. Et quia non occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.

A tus est super eos dies, & propterea Hierusalem redacta in aceruum lapidum qui ex ijs gladio superfuerant captiui ducti sunt in omnes gentes & ipsæ quidem gentes quarum salus prænūciatur manifestis nominibus exprimuntur dicendo, *& fluent ad eum populi, &c.*

Omnia scripta prophetarum ad comparationem propheticæ de aduentu Saluatoris humilia sunt, nec vsque ad verticem montium pertingentia. Ad conuersationem enim Christi vniuersa vita hominū comparata campi dicuntur & valles.

THEO. Lex euāgelica, cùm ab Hierusalem veluti à fonte quopiam incepisset, per omnem terrarum orbem peruagata est, cùm fide B accedentibus irrigationem adferens. Tum etiam videas in mediis vrbibus, & pagis, & agris, locisque desertis ędes sacras exædificatas, magnitudine & pulchritudine præcellentes, vt ipsis montibus editissimis insigniores sint & magis conspicuæ. Templa dæmonum in eis olim ædificata funditus deleta sunt. Dei verò templa & multitudine & pulchritudine ad similitudinem propius syderibus cœli accedunt.

† vnusquisque

† Soph. 3 d.

a ¶ Qui apparuit in forma serui super omne nomen exaltabitur. b ¶ In morem fluuiorum multæ turbæ congregabuntur Iudæorum. c ¶ Credere in eum.

mis super colles. Et fluent ad eum populi, & properabunt 1

a ¶ De omni natione quæ sub cælo est. b ¶ Ad vexillum patibuli mutuo se prouocantes. c ¶ Ascensione opus est, vt quis ad Christum valeat peruenire.

a Gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem

a ¶ Ecclesiam Saluatoris. b ¶ Ego sum via.

domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de vijs 2

a ¶ Credimus in Christum per apostolos. b ¶ Ad Gentes. c ¶ Spiritualis.

suis, & ibimus in semitis eius. Quia de Sion egredietur lex, 3

a ¶ Sermo prædicationis. b ¶ Pater omne iudicium dedit filio. c ¶ Iudæos qui salute digni vel indigni. 4

& verbum domini de Ierusalem. Et iudicabit inter populos 5

a ¶ Non iudicabit, sed comprehendet sapientes in astutia eorum, & cognoscet cogitationes sapientium, quia vanæ sunt.

multos, & corripiet Gentes fortes vsque in longin-

a ¶ In eius aduentu omne studium bellandi conseruatur ad pacem.

b quum. Et concident gladios suos in vomeres, & ha- 6
stas suas in ligones. Non sumet Gens aduersus Gentem

a ¶ Nemo pugnandi necessitate pugnare discet. b ¶ Tanta erit requies, vt non solùm in vrbibus sed etiam in viculis & agris quisque securus fiat.

gladium, & non discent vltrà belligerare. Et sedebit † vir 7
subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non e- 8

a ¶ Et hoc fiet. b ¶ Cuius verba sunt vera, cuius dicere est facere.

rit qui deterreat: quia os domini exercituum locutum est. 9

a ¶ Omnibus nationibus euntibus in suum errorem nos ad montem qui est Deus, ascendamus.

quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine 10
Dei sui, nos autem ambulauimus in nomine domini Dei no- 11

¶ Qua lucebit sol iustitiæ.

c stri in ęternum & vltrà. † In die illa dicit dominus, congre- 12 13

C ditus deleta sunt. Dei verò templa & multitudine & pulchritudine ad similitudinem propius syderibus cœli accedunt.

a *Venite ascendamus ad montem.* Ideò ascendamus vt doceat, vel per angelos præsidentes ecclesiæ vel per per scripturas.

REMIGIVS. Opus est ascensione, si velimus ad Christū peruenire. Domus Iacob est ecclesia columna & firmamentum veritatis. (1. Tim 3.) Quare autem veniant, addunt, *docebit nos*, per Doctores, & pastores qui præsident ecclesiæ, quos Ioānes angelos vocat (Apoc. 1.2.3): siue per scripturas quæ ostendūt viam Domini, idest, Christum qui dicit, *Ego sum via. &c.* (Io. 14.) *Et ambulabimus in semitis eius*, idest, sequemur & imitabimur Apostolos, qui sunt semitæ eius per quos credimus in Christum, *Quia de Sion*, hoc est, de primitiua ecclesia, *exibit lex.* spiritualis, hoc est, prædicatio Euangelica ad Gentes. *Et Verbum Domini*, hoc est filius patris, *de Hierusalem*, de Iudæa, ex qua carnem assumpsit *Et iudicabit populos multos*, quia pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. (Io. 5.) *Et corripiet gentes, &c.* hoc est, populum & sapientes seculi. Iudicat autem populos, discernendo qui sint saluatione digni, & qui indigni.

b *Et concident.* RVPERT. Nonne istud chorusante Euangelio Christi, passim per populos & gentes factū esse legimus, dū viri prius inquieti & bellicosi, depositis armis, & ipso habitu immutato, insignia ferunt euangelicæ pacis, alij ad cœnobialem, alij ad hæremiticam vitam conuersi? Nonne & sacerdotalis ordo sic & gladios & lanceas concidit, vt ne saltem manibus attrectare licitum sit? Non sic erant antequam innotuisset iste mons domus Domini. D (Exod. 32. Num. 25.)

IVSTINVS martyr. (Dialogo cū Tryphone.) Nos Christiani ex gentibus per prædicationem Apostolorum Iesu, profectorum à Hierosolymis, pietate cognita ad Deū Israel confugimus, & omissis bellis ac mutuis cædibus, pro se quisque arma bellica vertimus in ferramenta rustica, recusis gladijs in vomeres, & lanceis in falces, vt colamus religionem, iustitiam, charitatem, fidē, spémque in patrē crucifixi, &c. E

ALLEGO. (Allegori. Luc 9.8. Hieron.) per fidem Christi ira effrenata & conuicia deponuntur vt ponat quisque manum suam ad aratrū nec respiciat post tergum: vt confractis iaculis contumeliarum mittat spiritualem fructū. Nemo pugnet contra alium: quia legitur *Beati pacifici.* (Matth. 5. a.) Nemo pugnet subaertere auditores: quia tēpus plantandi est. Sedet vir sub vinea, vt premat vinū *quod lætificat cor hominis:* (Psal. 103. b.) & sub ficu, vt inde dulcia poma spiritussancti decerpat. Ante natiuitatem Christi totus orbis plenus erat sanguine. Roma etiā ciuilibus bellis dilacerabatur. Postquàm verò ad imperiū Christi singulare imperium Roma sortita est, Apostolorum itineri peruius factus est orbis, apertæ sunt eis portæ vrbium, & ad prędicationem vnius Dei singulare imperium constitutum est.

c *In die illa* Hæc vera sunt de primitiua ecclesia Iudæorum de qua Apostoli per quos vna die quinque milia, & alia die tria milia, & postea multa milia crediderunt. (Act. 2. g. Ibi. 4. b.) F

THEOD. Si Iudæorum regnum in Sion permansisset, & assiduè æterna Dei procuratione curarentur, iure hanc sibi prophetiam arriperent. Sin autem extinctum est longissiméque habitantes ab Hierusalem seruiunt in extremis terris, Dei procuratione denudati, ne amplius nugas suas nobis proferant, veritatísque doctores veritati patrocinentur. Contritam autem & eiectam animas pietati seruientes vocat, propter quas vnigenitum Dei, Verbum carnis assumptione in terris visum, cum hominibus versatum est. Horum testis ad Iudæos verba faciens. *Non est opus medico valentibus, &c. Non veni vocare iustos, sed peccatores, &c.* (Matth. 9. Mar. 2.) Idcirco publicanum, & meretricem, & latronem congregans, & eorum mores in melius mutans, Ecclesiam constituit, cui imperat ex hoc nunc & vsque in seculum. Possunt hæc de anima humana intelligi, quæ ante aduentū Christi quasi erronea ouis va-

riis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fluent ad eum po. &c. *Quod videmus impletum per orbem in conuersione gentium.*
2 Et docebit nos de viis suis. *quantum ad præcepta.*
3 Et ibimus in se. *quantum ad consilia Euangelica.*
4 Quia de Sion egre. lex &c. *De Ierusalem enim processerunt apostoli aliique discipuli ad prædicandum per orbem fidem Christi, Act. i.*
5 Et iudicabit inter po. mul. *iudicio discretionis, aliquos vocando ad fidem & gratiam, alijs omißis suo iusto iudicio, licet nobis occulto.*
6 Et concident gladios suos in vomeres, &c. *Christus enim fuit natus tempore maximæ pacis: propter quod tunc fuit descriptus vniuersus orbis, Lu. ij. Et durauit illa pax per longum tempus, propter quod in multis partibus plura arma bellica quæ pro tunc non erant necessaria, conuersa fuerunt in instrumenta agriculturæ apta.*
7 Et non discent vltrà belligerare. *Istud vltra, non importat semper perpetuitatem à parte post: sed aliquando tempus determinatum, & aliquando non multum longum, sicut .iiij Reg. vi. e.* Et non venerunt vltrà latrones Syriæ in terram Israel. *s. tempore illius regis & Elisei: tamen postea multoties venerunt.*
8 Et sedebit vir subtus vi. su. &c. *id est habebit pacem & securitatem. Et hoc impletum est in ecclesia à tempore Constantini & beati Siluestri.*
9 Quia omnes po. *à fide Christi alieni.*
10 Ambulabunt vnus. in no. Dei sui. *quia per longum tempus post mortem Christi diuersæ Gentes diuersa idola coluerunt.*
11 Nos autem ambulabimus in nomine domini, &c. *scilicet Iesu Christi.*
12 In æt. & vl. *idest, vltra omnem mensuram quantumcumq; longam.*
13 In die illa. *idest, tempore gratiæ, quod dicitur dies, ad Ro. xiij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.

Con-

A riis erroribus & viciis seruierat, sed diu attrita, tandem humeris pij pastoris ad montem pristinum est relata.

a *Et tu turris gregis.* Dicto quòd per aduentum Christi credentes tam de Iudæis quàm de Gentibus in ecclesia congregandi & saluandi sunt, supponit, quòd propter excæcationem infidelium, Iudæorum templum, & tota Ierusalem erat destruenda, Et sub figura captiuitatis quę per Babylonios ventura erat, loquitur de destructione facta per | Romanos.

- consolabor.

Vinea domini domus Israel est, in qua ædificata est turris & torcular, i. auxilia angelorum. Ad hanc turrim venit Christus, qui prima potestas eius fuit, tempore Patriarcharum, sub quo veniente in carne, fuerunt Apostoli secūda potestas vineæ: Venit autem hæc potestas, vt in ea credentes faceret in regnum.

† eiecta fuerat.

B

† arx.

† Dominiū primum.

† vociferabis vociferationem.

Quidam per turrim tenebrosam, & filiam Ierusalem, intelligunt cælestem Ierusalem, quæ tamdiu squalet, quamdiu filij eius non reducuntur ad eam, nec habet consiliarium, sed dolores parturientis, dum tot filios suos videt interfici.

a ¶ Ad vnum Deum, ad vnam fidem. b ¶ Quæ malè ambulauerat, cuius pes scandalizatus fuerat abscisus. c Cui dederam libellum repudij.

gabo claudicantem & eam quam eiiceram colligam: & quam 1 2

a ¶ Variis captiuitatibus. ¶ Vel tradideram diabolo & angelis eius. b ¶ Non dixit, ponam claudicantem totam saluam, sed in reliquias, vt reliquiæ & electio saluæ fiant. 3 4

afflixeram consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias, 5

a ¶ Sub iugo legis vel peccati. b ¶ Quam nec gladius nec tormenta separant à charitate Christi. 6

& eam quæ † laborauerat in gentem robustam. Et regnabit 7 8

a ¶ Multas Gentes & reliquias claudicantes. ¶ b In ecclesia, in specula virtutum. 9

dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc, & vsque in

a ¶ A præsenti seculo vsque in futurum. b ¶ Quondam munimentum gregis nunc es tenebrosa, ex quo coloni interfecerunt filium patrisfamilias. c ¶ Quæ turris es filiæ Sion. Vel, vt Symmachus refert, ipsa est filia Sion, & vsque ad hanc veniet Deus, vel potestas prima, quæ potestas est regnum filiæ Sion.

a æternum. Et tu turris gregis † nebulosa filiæ Sion vsque ad te 10 11

¶ Scilicet.

veniet, & veniet † potestas prima regnum filiæ Ierusalem. 12 13

a ¶ Et cùm ad te veniat dominus, & prima potestas & regnum. b ¶ Cùm hæc omnia habeas tuo vitio, nec regis nec consiliarij mereris auxilium. 14

b Nunc quare mœrore † contraheris? Nunquid rex non est 15

a ¶ Rex & magni consilij angelus Saluator qui periit pro populo non credente. 16

tibi? aut consiliarius tuus periit? quia comprehēdet te dolor 17

C THEODOR. Ita etiam mirificus Esaias Hierusalem nominat cùm dicit, *Plantaui vineam Sorech, & turrim plantaui in medio eius.* (Isa. 5.) templum sic appellans, per quod custodire vineam arbitrabatur. Hanc Michæas turrim caliginosam & squalidam vocat, propter habitantium impietatem. Nam cum legibus Dei reipublicæ temperatæ nitorem inquinarunt, iniquitatem veluti squalentem & sordidam domum quandam introduxerunt: hisque præterea minatur Babyloniorum exercitum, quorum gubernacula statim vt Nabuchodonosor suscepit, bellum mouit, tertio anno Ioacim. Quare illud regnum appellauit primū regnum: quia simul atque rex factus est Nabuchodonosor bellum intulit. Deinde per simulationem interrogat. D

b *Et nunc quare? &c.* Quare in discrimen fortunarum venisti, præsertim cùm in cōsilio haberes, qui quod opus esset inuenire possent, & regē huius rei causa à me expetisses, vt pro te belli pericula susciperet, quem statim vt petiuisti dedi tibi? Condisce igitur consiliariorum tuorum prudentiam, & regnum regum nihil tibi auxiliaturum. Ergo vt mulier vicina ad pariēdum dolores suscipe, & perinde vt illa impendentia mala conspiciens, te dolorum aculeis vexa. Hac vrbe te expelli oportet, atque cùm abduceris hinc, inter faciendum iter, vt casus feret, diuersari oportet in agris, item diutissimè habitare in regione Babylonia, longóque post tempore libertatem assequi, & in patriam redire. E F

a *Dole*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregabo claudi. *idest, Gentilitatem, quæ distortè incesserat per idololatriam.*
2 Et eam quam eieceram. *quia legem non dederat Gentilibus nec prophetas, & sic quodammodo eos eiecerat.*
3 Colligam. *in ouili ecclesiæ per apostolorum prædicationem. Videtur tamen quod melius exponatur hæc litera de gente Iudaica quantum ad illam partem quæ adhæsit Christo, cùm dicitur:* Cōgregabo claudican. *id est gentem Iudaicam, quæ dicitur claudicans ab antiquo. 3. Regum. 28. d* Vsquequo claudicatis in duas partes? *Et similiter in aduētu Christi claudicauit, quia aliqui adhærebant sibi sicut vero redemptori: alij autem reputabant eum deceptorem, vt patet ex decursu Euangelij: Et eam quam eieceram dimittendo errare per diuersa vicia.* Colligam. *intra Christi ecclesiam.*
4 Et quam afflixeram. *scilicet per Chaldæos & Græcos & Romanos, & subintelligitur: Consolabor.*
5 Et ponam claudicātem in reliquias. *quia pauci de Iudæis adhæserunt Christo respecta adhærentium aliorum.*
6 Et eam quæ laborauerat. *Hoc dicitur de primis credentibus, qui cum Christo fuerunt in labore & afflictione, & post mortem eius, vt patet in Actibus apostolorum in pluribus locis.*
7 In gentem robustam. *quia tolerabant afflictiones & tormenta, nō solum patienter, sed etiam gaudenter, Act. v. g.* Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.
8 Et regnabit dominus super eos in mon. Sion. *idest, in ecclesia, quæ dicitur mons Sion, eo quod ibi Christus fidem catholicam prædicauit, & spiritum sanctum super apostolos misit.*
9 Ex hoc nunc & vsque in æter. *quia statui ecclesiæ militantis succedet status ecclesiæ triumphantis, cuius non erit finis.*
10 Et tu turris gregis. *idest, templum quod erat factum ad modum turris. Et dicitur gregis, quia in atrio iuxta templum immolabantur greges in altari holocaustorum.*
11 Nebulosa filia Sion. *Ex nebula fumi consurgente de holocaustis quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum.*
12 Vsque ad te. *idest, redemptor. Quod impletum fuit, quando ibi oblatus fuit & prædicauit. Et subditur conditio venientis, cum dicitur:*
13 Et veniet pote. *ratione suæ deitatis.*
14 Nunc qua. *Hic consequenter ponitur ecclesiæ persequutio. Sciēdum tamen, quod aliqui residuum huius capituli vsque ibi:* Nunc vastaberis, *exponunt de deductione Iudæorum in Babylonem & reductione. Et litera satis potest applicari vsque ibi:* Surge & tritura. *Sed vltrà non potest bene applicari. quia redeuntes de captiuitate Babylonica nunquàm habuerunt talem potestatem qualis hîc describitur, sed semper fuerunt sub seruitute. primò Persarum & Mœdorum, secundò Græcorum, tertiò Romanorum, propter quod Ra. Sa. exponit hanc literam de tempore Christi, dicens quòd in aduentu Meßiæ Iudæi erunt in maxima potestate, & subijcientur eis omnes reges terræ. Literam verò præcedentem exponit de captiuitate Babylonica & eius reductione, sicut & præcedentes. Quod autem sequitur:* Nunc vastaberis, &c. *exponit de destructione Babylonis per Cyrum & Darium. Alij autem exponunt de vastatione Iudææ per Sennacherib tempore Ezechiæ. Istas autem expositiones non prosequor, quia videntur mihi distortæ: propter quod saluo meliori iudicio, videtur mihi, quod hîc primò ponitur persequutio ecclesiæ, & secundo synagogæ, ibi:* Nunc vastaberis. *Et licet istæ duæ persequutiones fuerint eodē tēpore, saltem pro parte fines tamen contrarios habuerunt, quia ex persecutione, ecclesia mirabiliter creuit Ex persecutione enim eius quæ facta est sub Stephano primo martyre, dispersi fuerunt fideles de Ierusalem per varias regiones, prædicando fidem Catholicam, Actuum. 8. Synagoga verò ex persequutione sua defecit: quia captiuatis Iudæis per Romanos, cessauerunt legis sacrificia & oblationes, & similia quæ non possunt ab eis offerri extra terram promißionis. Primò igitur agitur de persequutione ecclesiæ, cùm dicitur:* Nunc quare mœrore con. *Hoc dicitur quantum ad debiliores fideles, qui in persequutione facta sub Stephano, fuerunt in afflictione & mœrore, Actuum. 8.*
15 Nunquid rex non est tibi. *q. d. immo Christus assistens tibi in pressuris, secundum quòd dixit Math. vlt. d.* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.
16 Aut consi. tuus, &c. *q. d. Non quia spiritussanctus docebit te de omnibus.*
17 Quia comprehendet te dolor. *Primò in Iudæa, de persequutione Iudæorum, & posteà in alijs partibus ex persequutione tyrannorum.*

A a *Dole & sa.* Occiso Christo putauit Israel se obtinere imperium, sed vastatus est repente, nec imminentem potuit fugere captiuitatem.

Hieron.

MORALITER. Animæ pro peccato de ecclesia pulsę in interitum carnis dicitur à medico: Exi de ciuitate in monte sita, & habita in campo vbi Assyrij vagantur, & erubesce pro vicijs donec recorderis abundantiæ quæ est in domo patris, & ab eo suscipiaris qui te redimet de manu durissimi domini.

† ingemisce

b *Et nunc congregatæ.* ✠ REMIGIVS. O Hierusalē, cui prædico captiuitatē imminentem, interim donec illa veniant iā cōgregati sunt super te, qui quasi de adultera muliere loquuntur & dicunt: *Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster,* hoc est, contra Sion, vt consultemus & gaudeamus in malis eius. Et hoc dicunt, *quia non cognouerūt cogitationes Domini,* qui ideo fecit illos congregari, vt tu ab illis conteraris, quasi fœnum & stipula areæ.

B † peccauit

† manipulū ad aream.

C

✠ THEODOR. Congregat Dominus impios non cogens, neque violenter vrgens, sed appetitibus concedēs, & libero arbitrio cedens.

D

ALLEG. Contra filiam Sion, id est ecclesiam, multæ nationes dæmonum congregantur, & insultant in morte filiorum eius, in quo ignorant Dei consilium. Si enim cognouissent dominum maiestatis, nec immēbris nec in se crucifixissent. Cōgregabit autem eos Deus quasi fęnum areę, vt omnia spinosa & aspera vngulis conterat, & cornibus ventilet, & frumentum purū remanens Deo offerat donaria.

Hieron. I, Cor.2.b.

c *Ipsi autem non.* Dicunt Iudæi tempore Christi sui omnes nationes Iudæis seruituras, & ipsum Romanum imperiū vngulis suis & cornib' conterendum.

† aspicies

† Apo.1.b.

d *Tritura.* Ventila & contere populos cornibus ferreis, quę tibi me darespōdeo, & vngulis ęreis quas à me accipies.

† desideriū.

e *Et comminues,* Legimus in libro Numeri & Iesu Naue, & primo libro Regum quòd deuictis Gentibus, & ipsas & pecora & spolia eorum victores consecrauerunt.

F

a ¶ Dolores patienter feras & vt puniantur peccata in te: vade captiua & nuda vsque ad Babylonem donec per manum Zorobabel redimat te Deus de manu Chaldæorum.

a sicut parturientem? Dole & † satage filia Sion quasi parturiēs:
quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & ve- 1
nies vsq; ad Babylonem. Ibi liberaberis, ibi redimet te domi- 2 3

a ¶ O Filia Sion, vsque in Babylonem venies & inde redimeris, sed nunc interim dum teneris captiua, congregabuntur Gentes super te.

b nus de manu inimicorum tuorum. Et nūnc congregatæ sunt 4

a ¶ Loquuntur de te quasi de adultera delectetur videns pœnam illius.

super te Gentes multæ, quæ dīcunt, † lapidetur: & † aspiciat in 5
c Sion oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitatio- 6

a ¶ Quod ideo aduersum te congregauit Deus nationes vt tu conteras eas sicut fœnum areæ.

tiones domini, & nōn intellexerunt consilium eius: † quia 7

¶ Alias manipulos. ¶ Ergo.

d congregauit eos quasi † fœnum areæ. Surge & tritura filia 8
Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas 9
e ponam æreas. Et comminues populos multos, & inter- 10 11

a ¶ Ipsos & omnem prædam quam rapuerunt, occidet domino, quia tali sacrificio delectatur.

ficies domino † rāpinas eorum, & fortitudinem eorum domi- 12
no vniuersæ terræ.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia nunc egredieris de ciuitate. *id est, de Ierusalem. Quia sicut dictum est in persequutione sancti Stephani, fideles pro maiori parte exierunt de Ierusalem, & dispersi sunt per regiones prædicando.*

2 Et venies vsque ad Babylo. *Et non loquitur ibi de Babylone, quæ est in terra Chaldæorum, quæ iam erat subuersa & inhabitabilis: sed de Babylone quæ est in Aegypto, in qua fuit fides Christi publicata per Matthæum apostolum, in cuius sorte venit Aegyptus, vt dicit Hiero. in libro illustrium virorum. Vel per Babylonem hic intelligitur Roma, sicut.j.Petr. v.d.* Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone collecta, *idest, Roma secundum quòd dicit Hiero. & omnes expositores, in qua publicatum fuit Euangelium per apostolos Petrum & Paulum.*

3 Ibi liberaberis, &c. *A persecutoribus tuis. Quod fuit impletum tēpore Constantini.*

4 Et nunc congregatæ sunt super te Gentes multæ. *persequentes ecclesiam primò in Iudæa, vt patet Actuum.8. & pluribus alijs locis, posteà per totum orbem per tyrannos, nitentes extinguere fidem Catholicam. ideò subditur.*

5 Quæ dicunt lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster, &c. *Sed quia (sicut dictum est) in persequutione maximè creuit fides Catholica, quod fuit figuratum Exo.j. in filijs Israel, qui quantò magis opprimebantur, tantò magis multiplicabantur & crescebant, ideò subditur.*

6 Ipsi autem non cognouerunt cogitationes domini. *Qui tyrānorum persequutionem conuertit in ecclesiæ agmentationem per contrarium, sicut venditionem Ioseph in eius dominium. Genes.xxxvij. ideò subditur.*

7 Quia congrega. &c. *tibi subijciendo. Quia principes qui persequebantur fidem Catholicam, submiserunt colla sua iugo Christi, vt patet de Constantino, & de alijs principibus per orbem. ideo subditur:*

8 Surge. & tri. &c. *idest ecclesia, subijce tibi colla Gentium.*

9 Quia cor. &c. *idest, dabo tibi virtutem prædicandi constanter fidem & confirmandi per miracula, ita q multitudo Gentium subijcietur tibi contrita potestate diaboli.*

10 Commin. *inducendo eos ad veram contritionem suorū peccatorum.*

11 Et int. *In Heb. habetur, Et sanctificabis: quia bona temporalia conuersorum ad fidem, sunt diuino cultui applicata in pluribus locis per orbem. Et quia talia bona dicuntur amortizata, ideò translatio nostra habet, interficies.*

12 Et for. e. do. v. t. *idest, Christo, cui subiecta est Gentium fortitudo.*

CAP. V.

Hieron. Remig. Ro.11.d.

a *Nvnc vastaberis.* Cum plenitudo Gentium intrauerit, & omnis Israel saluus fiet, tunc habebis cornu ferreum & vngulas æreas, & comminuta dæmonum multitudine, offeres Deo quidquid ante possederant: sed nūc interim pro tuis meritis vastaberis.

✠ REMIG. Promiseram tibi, inquit propheta, quòd comminueres omnes gentes, quæ aduersum te congregatę erāt, sed hoc non modò fiet pro demeritis tuis. Quod autem sequitur: *Obsidionem posuerunt super nos,* vox est Dei patris ad filium, & ad spiritum sanctum, qua manifestè ostenditur Trinitas personarum. Obsidionem posuerunt Iudæi super filiū Dei, quando ei insidiabantur dicentes, *Magister, scimus quia verax es, &c.* ☞ Quasi

† exercitu cingeris filia exercitus.

CAP. V.

a ¶ Non mea, quia contra me repugnasti, sed diaboli ad prædandum semper accincti.
¶ Ideo vastaberis, quia filij tui.

a NVnc † vastaberis filia lātronis. Obsidionem po- 1 2

a ¶ Alienigenæ non de genere Israel.

suerunt super nos, in virgā percutient maxillam iu- 3 4 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. V.

NVnc vastab. *Hîc consequenter describitur persequutio synagogæ per Romanos in vltionem mortis Christi: Lu.xix. In qua quidem persequutione defecit: quia destructo templo & Iudæa, Iudæi partim trucidati & captiuati sunt: & sic cessauerunt legalia. Et quia hoc fuit satis cito post persequutionem ecclesiæ in Iudæa: de qua dictum est in parte præcedenti. ideo dicitur:*

1 Nunc va. *i. Gens Iudaica, vnde & dominus Mat.xxj.b. dixit de templo quod erat in Ierusalem:* Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.

2 Obsi. po. *idest, ponent: quia loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

3 Su. *i. Iudæos. in quorū persona loquitur propheta quia erat de Gente illa.*

4 In vir. *scilicet* Romani.

5 Maxillam iu. *i. ita vtiliter tractabunt & affligent personas in statu dignitatis existentes sicut garciones. Vnde & Titus sacerdotes qui erant* ✠ in

A ☞ Quasi enim obsidebant, qui capere cogitabant: sed quia iniuria filij iniuria est patris & spiritus sancti, idcirco dicitur in plurali *super nos.*

Hieronym. Mat.26.g.

Contumelia fuit trinitatis, quando facientibus Iudæis, Romani percusserunt caput iudicis Israel, dicēdo, *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Vel quando vnus de ministris percussit maxillam, dicens: *Sic respondes pōtifici?*

Ioan.18. † Mat.2 a.

B a *Et tu Bet.* Nominato iudice Israel determinat locum natiuitatis eius: & quòd homo Deus sit futurus Matthæus hoc testimonium ponit, secundum hoc quòd scribæ in lectione scripturarum negligenter responderunt Herodi. Bethleem Ephrata in tribu Iuda est, est & alia Bethlem in Galgala sita. *Bethleem.* idest, domus panis, quę vocaris Ephrata, idest, videns furorem Herodianæ cædis: si comparaaris vrbibus Iuda in quo sunt tot milia, paruus viculus es, sed tamen ex te egredietur dominator Israel, qui & si secundum carnem de Dauid est, de me tamen natus est ante secula: & temporum conditor tempore non tenetur, sed egres. eius est ab ini. à. die. æterni. quia in principio erat verbum apud Deum.

✠ REMIGIVS. Hîc loquitur propheta ex persona Dei patris promittentis incarnationem filij sui & designantis locum natiuitatis eius. *Et tu Bethlehem* quæ ante vocabaris Ephrata, intantū minima, vt cōparata milibus Iuda, vix paruus nidus habearis: ex hoc paruulo egredietur Christus qui sit dominator in Israel.

C Dialogo cū Trypho. Iudæo.

✠ IVSTINVS martyr. Herodes rex didicit è senioribus populi vestri Iudaici, in Bethlehem nasciturum polliceri prophetiam his verbis, *Et tu Bethlehem.*

L. adu Iudæ. cap.12.

✠ TERTVLLIAN. Quamuis ex temporibus Danielis prædicantis probauerimus, iā venisse Christum qui nunciabatur. Nasci enim eum oportuit in Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptū est in propheta. *Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iudæ, &c.*

Ser. 1. vigil. nat. Dom.

✠ BERNAR. O Bethlehem parua, sed iam magnificata à Domino: magnificauit te qui factus est in te paruus ex magno. Lætare Bethlehem, & per omnes vicos tuos festiuum hodie Halleluia cantetur. Quæ tibi ciuitas si audeat non inuideat, preciosissimum illud stabulum, & illius præsepij gloriam? In vniuersa siquidem terra iam celebre est nomen tuum, & beatam te dicunt omnes generationes, Vbique gloriosa dicūtur de te ciuitas Dei, vbique psallitur quia homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus.

D

✠ THEOD. Iudæi nostri temporis hoc ad Zorobabel accōmodare attentarūt, sed egressus eius nō est à diebus seculi, cùm post captiuitatē in Babylone natus sit, atq; à loco nomē duxerit. Veteres autē Iudæi multis annis post Zorobabel ab Herode interrogati, vbi nasceretur Christus, hoc ei testimonium attulerunt. Hinc patet quàm peruersè Iudæi nostrę memoriæ sensum propheticum interpretentur.

† manebunt

a ¶ Vbi natus est panis vitæ.

a dicis Israël. † Et tu Bēthlehem Ephrata paruulus es in milibus 1 2 3
Iuda. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & 4 5 6
b egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit 7 8
eos vsque ad tempus in quo parturiens pariet. Et reliquiæ fra- 9 10
c trum eius conuertentur ad filios Israël. Et stabit, & pascet in 11 12
fortitudine domini, in sublimitate nominis domini Dei sui. 13 14

a ¶ Vel habitabunt, subaudi in ecclesia.

d Et † conuertētur, quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos 15 16 17 18

Ser de cruce & passione Domini. Isa.7.

✠ ATHAN. Ecce iam olim de Domino pronunciata, & multis retro temporibus dicta, nunc in Euangeliis videmus adimpleta. Esaias enim prophetauit, ex innuba muliere nasciturum Emmanuel, qui nunc ex Maria virgine natus, & Deū se probans prophetica verba adimpleuit. Michæas quoque locum vbi nasciturus esset, iam antea præfiniuit: & ipse Dominus Bethleem in præsepe repositus, prophetæ verbum verum esse declarauit.

Hieronym. Reimig.

b *Propt. hoc.* quia de Bethleem secundum carnē natus est Christus, cuius egressus secundum diuinitatē est ab initio seculi, semper per prophetas loquendo. ideo dabit, idest, permittet regnare Iudæos vsque ad tempus quo Gentilitas diu sterilis excæcatis Iudæis parere cœperit, *& cum plenitudo Gentium intrauerit,* tūc ad prædicationem Eliæ reliquiæ Israel conuertentur ad prophetarum fidem & patriarcharum.

Rom.11.d.

Aliter. Dabit dominus templum Ierosolymam & Iudæos vsque ad tempus quo virgo pariet, in cuius natiuitate excęcatis Iudæis, reliquiæ, idest, apostoli: conuertentur ad fidem prophetarum & Patriarcharum,

E

c *Et sta.* Egresso Christo à summitate cælorum, reliquijs fratrum conuersis ad filios Israel, tūc dominus qui prius ambulabat, non habens fixum gradum in hominibus firmiter stabit, & pascet suos in fortitudine sua sicut Deus. & in sublimitate nominis patris sui. vnde: *Ego seruabam eos in nomine tuo.*

Ioan. 17.b. Psal.18.a.

d *Et conuertentur, quia nunc magni.* ad ecclesiam Dei, quia magnificabitur Christus vsque ad extremum terræ. vnde, *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* ☞ Et

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *in populo principales, capta ciuitate iussit occidi: vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello.*

1 Et tu Beth. *Hîc incipit capitulum in Hebræo: in quo postquàm propheta denunciauerat ecclesiæ promotionem: hîc consequenter denunciat capitis conditionē. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur conditio Christi. secundò adhærentium sibi, ibi:* Propter hoc. *Cōditio enim Christi est: q in vna persona est Deus verus ab æterno & homo in tempore: hoc enim est sibi singulare. Primo igitur exprimitur eius humanitas ex loco natiuitatis, cùm dicitur:* Et tu Bethleem. *id est, alio nomine sic nominata, vt habetur Gene.xxxv.*

2 Paruulus es. *scilicet, locus.*

3 In mili. *idest. respectu populi tui in dignitate & multitudine: quia inde fuit tribus regia: inde enim fuit natus Dauid.j. Regum.xvj. Et quia nobilitas ciuitatis magis consistit in populo quàm in spacio. ideo Matthæus ij,a. allegauit auctoritatem istam sic:* Et tu Bethleē terra Iuda: nequaquam minima es in principibus Iuda.

Diuisio.

4 Ex te mihi egre. qui sit domi. in Israel. *Gloss. Ra. Sa. id est, Messias filius Dauid. Et hoc idem dixerunt sacerdotes & legisperiti ab Herode requisiti,* vbi Christus nasceretur: *Matthæi, ij.a. dicentes:* In Bethleem Iudę: Sic enim scriptum est per prophetā: Et tu Bethleem. *Ex quo patet quòd aliqui catholici exponentes hanc scripturam de Ezechia rege, magis Iudaizant quàm Hebræi, & cum hoc diuertunt ab intētione Euangelij. Consequenter exprimitur Christi diuinitas, cū dicitur:*

5 Et egressus eius. *id est, emanatio.*

6 Ab initio. *idest, à patre: qui est principium filij.*

7 A diebus æter. *quia hæc emanatio æterna: semper enim nascitur filius à patre, & semper natus est.*

8 Prop. hoc. *Hîc consequenter agitur de adhærentibus Christo, quorū primò ponitur profectus. secundò, proficiendi modus, ibi:* Et erūt reliquię. *Prima in duas, quia primò ostenditur propositum. secundò remouetur dubium ibi:* Et erit iste. *Circa primum ponitur continuatio ad prædicta. Dictum est enim, quòd Christus secundum humanam naturam fuit de Bethleem, & sic Iudæus, & legem seruauit, & propter hoc voluit deserre populo & legi: quia quamuis in morte eius lex cessauerit quantum ad efficaciam, tamen ad tempus potuit seruari, vt synagoga cum honore duceretur ad sepulcrum: vt dicit Aug. Similiter quamuis populus Iudaicus quantum ad incredulos esset morte dignus propter mortem Christi: tamen ista punitio fuit dilata vsq; ad annum xlij. in quo destructa fuit ciuitas & templum: & populus captiuatus per exercitum Romanorum. & hoc est quod dicitur:* Propter, *idest, propter assumptionem humanæ naturæ de Iudæis & honorabili terminatione legis.*

9 Dabit eos. *idest, permittet Iudæos habitare in Ierusalem & Iudæa.*

10 Vsque ad tempus. *idest, vsq; ad tempus publicationis Euangelij: in quo per orbem nati sunt ecclesiæ filij. Et hoc fuit impletum etiam tempore apostolorum: sicut declaratum fuit suprà. Amos ix. & diffusius super illud Psal.xviij.a.* In omnem terram exiuit sonus eorum. *Illud fuit tēpus.xlij. annorum prædictorum: in quo publicatum fuit Euangelium & synagoga ducta ad sepulchrum. Et quia pauci comparatiuè de Iudæis fidem receperunt: ideò sequitur:*

11 Et reli. *idest. pauci comparatiuè.* 12 Fratrum eius: *idest, Iudæorū qui dicuntur fratres, Christi: quia fuit ex eis secundum carnem.*

13 Conuer. ad, &c. *i. ad fidem. xij. Patriarcharum: qui fuerunt filij Iacob alio nomine dicti Israel: Vel ad xij. apostolos: qui dicuntur filij Israel, idest, Christi videntis Deum in humanitate ab instanti cōceptionis. quia vocati ab eo fuerunt præ cæteris tempore & dignitate: & quia ad literam fuerunt de populo Israel.*

14 Et stabit. *Christi ecclesia quantumcumq; persecutionibus fuerit concussa.* 15 Et pascet. *filios suos fidei doctrina.*

16 In fortitudine domini. *idest, miraculis confirmata: Mar. vlt.* Prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem cōfirmante sequentibus signis *: quæ non possunt fieri nisi virtute diuina.*

17 In summitate nominis domini Dei sui, &c. *id est Iesu Christi in cuius nomine in primitiua ecclesia communiter fiebant miracula suæ deitatis ostensiua. Et quia de Gentilibus plures fuerunt conuersi per orbem vniuersum. ideò subditur:*

18 Et conuertentur quia nunc magnifi. *scilicet nomen Christi.* Vsque ad terminos terræ.

A
a *Et erit iſte.* ✠ THEODO. Cùm verò longis temporibus hæc futura eſſent, a rebus quæ paulò poſt ea tempora acciderunt, prę dictionis futurorum fidem facit. Vt ergo inquit noſcatis, quam veraciſſima vaticinia mea ſint eorum pignus habete præſentia, quæ deinceps narro.

✠ *Et erit hæc pax, Aſſyrius, &c.* Id eſt, Hæc itaque habete à me pignora rerum, quas futuras prædico, quod bellum vobis inferētem Aſſyrium perdā & pacem vobis altiſſimam faciam. Cùm aſcenderit ſuper regionem veſtram, dabo vobis pacem, prę ter omnem humanam ſpem.

† confringent.

B

Hieron. Et iſte Chriſtus erit pax nobis, cum Aſſyrius, id eſt, diabolus arguens, ſuperuenerit in terram noſtram. i. in carnem, & quādo ſicut ſuperbus calcauerit in domibus, id eſt, corporibus, quæ ſunt domus animarū.

Remig. Venit diabolus ſuper terram Pauli, & calcauit eum varijs tribulationibus, plagis & carceribus, & cæteris quæ ipſe enumerat: ſed non rupit pacem Dei in illo: Charitas enim omnia vincebat. 2.Cor.11.c.

C
b *Et ſuſcita.* Inducit propheta ipſum dominum loquentem. Q. verè erit pax cum conuerſæ fuerint reliquiæ: & facile contereretur Aſſyrius: quia nos ſuſcitabimus, ego, & filius, & ſpiritusſanctus: ſuper, id eſt, contra Aſſyrium.

✠ THEDOR. paſtores reges vocat quos in eum concitauit: & octo plagis Aſſyriū circumplicabo Belli verò impetus dicit in eum factos ac pariter ſignificat Babylonis expugnationē. Nunc quidem inquit, hunc in eiuſmodi mala coniiciā: nec multo poſt eum qui ei ſucceſſerit, & Babylonē ſibi vrbem regiam cōſtituerit, funditus perdam: nec ei erunt auxilio muri fortiſſimi, neque extra hos cingentes foſſæ eum vindicabunt. Tu verò his liberaberis, non tum modò cùm magnis copiis vrbem tuam impetentibus, angelica opera occultam perniciem eis inferam.

Hieron. Remig. Rupert. Nemroth interpretatur tentatio deſcēdēs: ſignificat illum qui vt fulgur de cælo cecidit: & quaſi venator inter beſtias ſemper verſatur: & infructuoſa ligna luſtrat & ſaltus. Sancti autem veteris teſti. & noui paſtores à Deo immiſſi vaſtant terram diaboli arguentis & tentantis: & ita liberat nos dominus de manu Aſſur qui cupiens calcare terminos Iſrael: vulneratur & ligatur in domo ſua.

Liberatis

Iudæi in aduentu ſui Chriſti hæc omnia iuxta literam futura eſſe contendunt.

a terræ. Et erit iſte pax, Aſſyrius cùm venerit in terrā noſtram, 1
b & quando calcauerit in domibus noſtris: Et † ſuſcitabimus 2
a ¶ Omnes patriarchas, & ſanctos veteris teſt. in quo ſabbatum celebratur. 3
b ¶ Sanctos noui teſtamenti. 4
ſuper eum ſeptē paſtores, & octo primates homines. Et 5
a ¶ Lacerabunt & vaſtabunt. b ¶ Sermonis diuini qui miſſus eſt in terram, vt diuidat duos in tres. 6
¶ Qui & liberabit. 7
† paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemroth in 8
a ¶ Prædicationi eius qui eſt pax. b ¶ Non in animam, ſed in corpus. vnde, Et terra data eſt in manus impij. 9
† lanceis eius. Et liberabit ab Aſſur cùm venerit in ter- 10
a ¶ Aliàs finibus. ¶ Alij habent in monte noſtro.
c ram noſtram: & cùm calcauerit in terminis noſtris. Et erunt 11
a ¶ Quod in tribus pueris hiſtorialiter factum fuiſſe legimus, hoc vniuerſaliter omnibus Gentibus doctrina apoſtolorum fecit.
reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, & quaſi 12
a ¶ Herba. 13
ros à domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat
a ¶ Auxilium hominis, ſed ſolius Dei. ¶ Sed Dei. ¶ Per hoc. ¶ Apoſtoli.
virum, & non præſtolatur filios hominum. Et erunt reli- 14
quiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum,
a ¶ Fortes, inuincibiles.
d quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in 15
a ¶ Vade Petro, Macta & manduca. b ¶ Leo, vel catulus. c ¶ Sollicitè. d Superbos.
gregibus pecorum. Qui cùm tranſierit, & conculcauerit,
a ¶ Reribus Petri. b ¶ Quia dominus cum eis contra quem nemo poteſt.
e rit, & ceperit, non eſt qui eruat. Et exaltabitur manus 16

D
Liberatis nobis De Aſſur: per Deum, quia contra eum ſuſcitat ſeptem, & octo paſtores, tunc reliquiæ, id eſt, apoſtoli & primitiua eccleſia Iudæorum erunt in populo quaſi ros ad extinguenda ignea iacula diaboli in cordibus hominum.

c *Et erunt reliquiæ.* ✠ THE. Cùm ſic tūc facta eorū dedit pignora quæ poſtea futura eſſent, ad illa rurſus ſermonē vertit, docétque quemadmodū ſacri Apoſtoli & diſcipuli qui Bethlehem nato Domino crediderunt, gētibus doctrinam euangelicam afferent. *Et erunt reliquiæ, &c.* ſaluatos reliquias vocat, tum alibi, *Reliquiæ Iſraelis ſaluæ fient.* Perinde inquit, vt ros eſt cælo delapſus, qui crediderunt, & doctrināeuangelicam gentibus attulerunt, orbem terrarum irrigabunt: & quemadmodū agni gramen conſumunt, ſic hi graminis inſtar impietatem inſitam in terrenis animis facilè deſtruent, vt non amplius eiuſmodi hominum collegia inueniantur.

† mittemus. † gladiis ſuis. Ro.9.& 12.

F

d *Quaſi leo.* Chriſtus leo & leonis catulus: hoc dedit apoſtolis: vt ſicut leoni non poteſt reſiſti in raptu multorum iumentorum vel ouium: ſic apoſtoli liberati de manu Aſſyrij & diaboli rapiunt & ſeparant ab infidelibus iumenta, id eſt, ſimplices vt ſaluentur. Hieron, Remig.

✠ RVPERT. Eiſdem reliquiis Iacob: & ſuauitas roris & feritas leonis per ſimilitudinem adſcribitur: quia Apoſtoli & magiſtri populorum, & lenes & ſæueri ſunt, lenes in dicendo, ſeueri in corripiendo. Exempli gratia. Paulus docens ſic loquitur: *Poſuit Deus in nobis verbum reconciliationis. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo, &c.* Quid iſto rore ſuauius? quid hac ſtilla verè & germanæ pietatis lenius? At poſt plurima dicit. *Si venero iterum non parcam. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* Ecce ſæueritas magiſtri tanquam leonis rugitus ſuper iumenta ſyluarum, id eſt, illos quos redarguebat ſuper immunditia & fornicatione, & impudicitia, quam geſſerunt. Nonne ſuper huiuſmodi tanquam leo fuit? Nonne Petrus quoque quaſi catulus leonis rugiit in greges pecorum quando Ananiam & Saphyram increpauit? His dictis de reliquiis Iacob protinus conuertitur ſermo propheticus ad illum iudicem Iſrael, de quo dixerat, *In virga percutient maxillam iudicis Iſrael.* 2.Cor.5. 2.Cor.6.& 13. Act.5.

e *Et exal.* Leone ita in pecoribus liberè peruagāte manus tua ò Deus exaltabitur ſuper inimicos: qui peribunt ceſſantes à malitia

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erit. *Hic conſequenter remouetur dubium. Poſſent enim Iudæi Michææ contemporanei credere: quòd eius prophetia de aduentu Chriſti & profectu adhærentium ſibi: deberet citò impleri, ideò hoc remouet dicēs* Et erit iſte. *ſcilicet, Chriſtus.*

2 Pax. *Et dicitur in abſtracto: per excellentiam. Et hoc modo dicit apoſtolus Eph. ij.c.* Ipſe eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum.

3 Aſſyrius cùm venerit in terram noſtrā, &c. *q.d. non erit citò iſta pax: ſed oportet prius terram noſtrā conculcari & deuaſtari per Aſſyrios & Chaldæos: de quibus ſubditur infrà. Aſſyrij enim primò vaſteuerūt Iudæam captiuando decem tribus. 4.Re.xvij. & poſteà Chaldæi alias reliquas duas. 4.Regum vltim.*

4 Et ſuſcitabim *i. ſuſcitandos denunciabimus ego & alij prophetæ.*

5 Septem paſto. *id eſt, ſeptem duces Perſarum & Mædorum de quorum conſilio reges cuncta faciebant: Eſter. j. Et iſti dederūt conſilium Cyro & Dario de inuaſione vtriuſque regni, ſcilicet, Aſſyriorum & Chaldæorum: & quia ceperunt regnum Babyloniæ vt patet Dan.v. per conſequens & regnum Aſſyriorum: quod erat iam ſub poteſtate Babylonis redactum.*

6 Et octo prima. *ſcilicet, in exercitu Perſarum & Mædorum: qui dicebantur comeſtabularij vel marceſcalli bellatorum directores.*

Et

7 Et paſcent. *id eſt, deuorabunt.*

8 Terram Aſſur. *In Hebræo habetur:* Et confringēt. *Et ratio huius diuerſitatis eſt: quia verbum Hebraicum hic poſitum eſt æquiuocum ad paſcere & confringere.*

9 Et terram Nem. *Hæc eſt terra Babyloniæ: in qua primò regnauit Nemroth. Geneſ.x.*

10 Et li. *Ita .q. non poterit venire in terrā noſtrā ſicut venerat antea.*

11 Et erunt. *Remoto dubio propheta reuertitur ad oſtendendum circa adhærentes Chriſto proficiendi modum: oſtendens primò quòd hoc erit virtute diuina. ſecundò quòd non humana. ibi:* Et erit. *Circa primū dicitur,* Et e. *i. apoſtoli & alij primi credentes: qui ſuprà dicuntur reliquiæ.*

12 In med. po. *Facientes populos fructificare. Quod videmus impletū per orbem vniuerſum.*

13 A domi. *Fructificatio enim quæ fit virtute roris non fit humana prouidentia ſed diuina. ideò ſubditur:* Quæ non expectat virum.

14 Et erunt reliquiæ. *id eſt, prædicti apoſtoli & diſcipuli.*

15 Quaſi leo, &c. *Quia ſicut non impeditur leo à perſequutione prædæ ſic nec apoſtoli à Gentium conuerſione. ideo ſubditur:* Qui cum, &c.

16 Et exalta. manus tua *id eſt, poteſtas apoſtolorum Et mutatur hîc modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam.*

Super

† Iſrael. † interibūt.
litia vitę in qua erant vt amici fiant.

A
✠ RVPERTVS. Hoſtes ac inimici iudicantur non ſolū peccatores, verumetiam impij de quibus in Euangelio: *Viderunt, & oderūt, & me, & patrem meum.* Nam vbi exaltabitur manus tua Domine, quando ſedebis in ſede maieſtatis tuæ, tunc omnes inimici tui interibunt, diabolus, angeli eius, ſequaces homines: te dicente, *Ite maledicti, &c.* Hæc & ad eccleſiam vniuerſam referri poſſunt, cuius caput eſt ille iudex Chriſtus, quia qui capitis hoſtes ſunt, & corporis inimici. Ioan.15. Matt.25.

B

a ¶ Qui te & tuos tribulauerunt.
tua † ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui † peribunt. Et 1
a ¶ Cum eleuata manu perierunt inimici tui. b ¶ Laſciuos impetus. 2
c ¶ De principali cordis. 3
a erit in diē illa, dicit dominus, † auferā equos tuos de medio 4
a ¶ Aedificationes terrenis operibus inſtructas.
tui, & diſperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ 5
a ¶ Diuitias & pompas ſeculi, & eloquentias philoſophorum.
b ¶ Quibus ab aliis decipiebaris vel alios decipiebas.
tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas. Et auferam maleſi- 6
a ¶ Cum docuerit Deus hominem ſcientiam, ceſſabit præſumptio peruerſæ doctrinæ.
b cia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire fa-
a ¶ Quæ vel à loquentibus facta ſunt, vel quæ ipſi finximus nobis.
ciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui. Et non ado-
a ¶ Addit ad promiſsionem, quæ fit ad reliquias. b ¶ Quos in templo prohibitum eſt plantari.
rabis vltrà opera manuum tuarum, & euellam lucos tuos de
a ¶ Male extructas, quas non lætificat fluminis impetus.
medio tui. Et conteram ciuitates tuas, & faciam in furore & 7
a ¶ Poſtquam hoc fecero reliquiis Iacob, in illos qui noluerunt recipere ſermonem apoſtolorum grauiter vlciſcar.
in indignatione vltionem in omnibus Gentibus quæ non 8
audierunt.

D Hieron.
a *Auferam.* Quibus tibi in vitiis placebas: & peccata peccatis ſocians: quaſi triumphator quadrigis ferebaris. † ſuccidere faciam.

b *Perire faciam.* In lege præcipitur ne nobis ſculptile faciamus: & ne vitulos in terra noſtra ponamus. Exod.20.

Stultus homo ſcit dogmata eſſe cōpoſita de ſuo ſenſu quaſi idolum: & pro Deo adorat opus manuū.

✠ RVPERTVS. Magnificè in his verbis conſolatur ſe eccleſia Dei, conſiderando vitæ æternæ ſtatum, qualis futurus ſit ex illa die, qua omnes ſui interibunt inimici.

a *Auferam.*

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Super hoſtes tuos. *id eſt, dæmones quos fugabant ab idolis & corporibus obſeſſis.*

2 Et omnes ini. tui peri. *Quod poteſt intelligi de ſacerdotibus idolorum vel de Iudæis contra Chriſtum obſtinatis: qui deſtructi fuerunt & captiuati per Romanos in vltionem mortis Chriſti & diſcipulorum eius: quorum aliquos occiderunt: vt Stephanum, Iacobum fratrem Ioannis: vt habetur in Actibus apoſtolorum: & Iacobum fratrem domini: ſecundum quod dicit Ioſephus 20. lib. antiquitatum.*

3 Et erit in die illa. *Hic conſequenter oſtenditur: quòd profectus diſcipulorum Chriſti non fuit virtute humana: vtpote virtute armorum & munitionum: per quem modum creuit lex Mahumeti. ideò ſubditur.*

4 Auferam equos. *id eſt, virtute armorum & conſimilium non proficies in conuerſione Gentium.*

5 Et perdam ciuitates terræ. *id eſt, in fortaliciis non erit confidentia tua ſed in poteſtate diuina: per talem modū loquitur Zacharias propheta .2.b.* Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum. *Et loquitur de Ieruſalem poſt eius reædificationem per Neemiam: vt videbitur ibi domino concedente: & ſic cum dicitur:* Abſque muro, &c. *non intelligitur quòd careat muris: ſed quòd non eſſent neceſſarij pro defenſione ciuitatis.*

6 Et auferam male. *Quia idololatria & diuinationes & conſimilia ad idololatriam pertinentia: per prædicationem apoſtolorum & aliorum credentium, ſunt à Gentilibus credentibus amota.*

7 Et faciam in furore. *pœnæ in præſenti illatæ ſunt medicinæ, & ideò non dicūtur propriè vltio furoris ſeu indignationis, ſed pœnæ gehennæ: & ideò de ipſis hîc loquitur.*

8 In omnibus Gentibus quæ non au. *ſcilicet, prædicationem apoſtolorum & doctorum fidelium: qui non ſolum comminantur pœnas temporales, ſed etiam futuras & æternas.*

CAPVT VI.

a *Audite quæ Dominus.* Dat Deus populo licentiam diſputandi contra ſe. Qui ſedes & iaces: vel dormis vel mortuus es ſurge à terra, vt ambules in nouitate vitæ. Hieronym.

C
Quidam Abraham & patriarchas montes vocant, quibus vocatis ad iudiciū negotium populi ſit ventilandum.

b *Audiant montes.* Montes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, quibus cōmiſſa eſt procuratio humanarum rerum. Aduerſus hos iubetur contendere iudicio, vt ſi illi montes vel colles inuēti fuerint, non bene procuraſſe populum, videatur, ſi vel culpa Dei ſit qui nō idoneos præpoſuit, vel ipſorum angelorum, ſi non egerint quæ ad officium eorum pertinebant, vel populi qui bonis obedire prælatis contempſerint: Et cum nec in Deo nec in angelis culpa poſſit inueniri, reſtat quòd in populo inueniatur, & iuſtè puniatur. Tamen non ſtatim Deus vult peccantibus inferri ſupplicia ex poteſtate, ſed vt iuſtus videatur, prouocat peccatores ad iudicium, vt teſtimonio angelorum & totius creaturæ reſpondeant, ſi quid contra Deum poſſint cauſari. * quæſo. Hieron. Remig. Rom.6 a. Heb.1.d.

Audite

CAP. VI.

a ¶ Vox prophetæ. b ¶ Mihi dicens. ¶ O propheta.
a AVdite * quæ Dñs loquitur. Surge, cōtende iudicio ad- 1
a ¶ Rurſus propheta loquitur montibus, ſicut ei imperatum fuerat. 2
b ¶ Ideo compello vos audire, quia dominus non ex poteſtate, ſed ex iudicio contra vos vult agere. 3
b uerſū mōtes, & audiāt colles vocē tuā. Audiāt mōtes iudiciū do- †

Audite quæ Dominus loquitur. ✠ RVPERTVS. Hoc in perſona ſua propheta clamat, tanquam præco iudici ſedenti obſequens, vt paret ſilentium, & ad audiendum attentam faciat multitudinē. Sequitur ea quæ Dominus loquitur, *Surge, contēde iudicio, &c.* De montibus iſtis diuerſi expoſitores diuerſa ſenſerunt. Nam alij angelos intelligunt, alij Abraham Iſaac & Iacob interpretantur, quaſi auditoribus cōuocatis ad iudiciū populi Iſrael ventilandū. Sed melius per montes totus Iſrael ſignificatur & corripitur, quia pars vtraque in montibus regnabat & ſuperbiebat: decē tribus in monte Samariæ, & duæ reliquæ Iuda & Beniamin in mōte Sion. Vnde per alium prophetam dicit Dominus: *Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ.* Igitur aduerſus montes. i. aduerſus Samariā & Ieruſalē in montibus habitantes & confidētes, *ſurge*, inquit, *& contende iudicio, & colles.* i. vrbes minores, audiant vocem tuam. Porrò *fortia fundamenta terræ.* non incongruè partis vtriuſque reges intelligimus. Regia nāque poteſtas quodāmodo terræ. i. populi fundamentū eſt. Protinus autē nō ipſe propheta, ſed ipſe Dñs in ſua perſona, hoc modo iudicio contendere incipit. F Amos 6.

a *Popule*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

AVdite. *Poſtquam propheta denunciauit Chriſti aduentū: hic conſequenter increpat populum incredulum. Et primò ponitur hæc increpatio. ſecundò conſolatio: vt poſt vinum mordicatiuum infundatur oleum lenitiuum. ſequenti capitulo ibi:* Ne læteris. *Prima in duas: quia primò increpatur populus vt ingratus de beneficiis. ſecundò vt irretitus vitiis, ibi:* Audite tribus. *Prima in tres: quia primò multiplex Dei beneficium recolitur. ſecundò falſitas gratitudinis excluditur, ibi:* Quid dignum. *tertiò veritas concluditur, ibi:* Indicabo. *Circa primum dicitur.*

1 Audite quæ Dominus. *q.d. ſunt diligenter attendenda.*

2 Surge. *tu Michæa.*

3 Contende iudicio, &c. *id eſt, aduerſum ſuperbos populi mei.*

1 Fortia

MORALITER.

1 *Audite quæ Dominus.* Propheta hîc arguit incredulos Iudæorum: per quos ſignificantur increduli Chriſtianorum: qui ſunt in duplici gradu. Nam hæretici ſunt increduli verbo & facto, mali Chriſtiani facto. Ad Titum. j. d. *Confitentur autem ſe noſſe Deum, factis autem negant.* Et ſic propheta, per quem prædicator Euangelij ſignificatur, dicit: *Audite quæ loquitur Dominus.* ſcilicet, mihi.

2 *Surge & contende iudicio.* conſtanter prædicando.

† *Aduerſum montes.* id eſt, contra maiores.

Quia

a *Populemeus quid feci tibi?* ✠ THEODORET. Inimicitiarum causam affer: redargue, si qua molestia à me affectus fuisti. Et cùm nihil dicere valentem, tacere necesse fuisset, iustis de causis intulit.

✠ ATHANASIVS. Ille ipse Christus est, qui Iudæis dicit: *Quis ex vobis conuincet me de peccato*, filius eius qui per prophetam Michæam loquitur, Populemi, quam iniuriam feci tibi, &c. qui per Euangelium dicit, *Si malè locutus sum, &c.* O qualè humanitatè, in qua bonitas naturam, imò b potius non tam naturâ, quàm nostras cogitationes alloquitur!

Forsitan desiderans carnes Ægyptiorum, doles te de seruitute liberatum, vbi seruiebas Pharaoni & diabolo in luto & latere.

Populemeus quid feci tibi. Qui aliquàdo seruiuit Pharaoni & Ægyptiis in luto & latere, si aliquando redemptor suus disputat cum illo, non negligat vocem arguentis, sed sciat quòd ante eum mittit Deus Moysen, id est, spiritualè legem, & Aaron id est, summum sacerdotem Christum, & Mariam, id est, vaticinium prophetarum, & etiam liberat de manu Balach (qui elingens dicitur) id est, diaboli delere cupientis, qui est rex lege abutentium: Balaam vanus populus, Beor ex pelle. Cum verò diabolus per vanum populum Gentium, qui ortus est ex pelle, id est, carnis operibus deditus, maledicere cupit hominè, Deus econtrario benedicere compellit. Videt enim populus (quamuis vanus) diabolum nunquàm stabilem, sed semper vacillantem, donec veniat & alios inducat in Galgala, quod interpretatur volutabrum.

b *Populemeus memento.* Si hæc parua videntur, recordare illius temporis, quo Balach conduxit cótra te Balaam ariolum, quem coegi vt contra voluntatem suam tibi benediceret. Si viderimus aliquos qui fiant nostrum sanguinem insurgentes contra nos, dicamus: Balaam venit de Sethim vsque ad Galgalam, vt cognoscamus iustitiam Dei liberantis.

c *De Sethim vsque ad Galgalam, vt cognoscéres iustitias.* Iudæi sic exponũt: Ex quo fornicatus es cũ Madian vsquequo Saul in Galgala vnctus est, memẽto quæ mala operatus es, & quæ bona fecerim tibi, & misericordiam meam in te cognosces.

Sethim locus est omonymos arboribus, quæ in mõte Sinai vsque hodie gignuntur similes albæ spinæ. In Sethim Balach cõtra Israel exercitum congregauit.

d *Quid dignum.* Cũ Deus ad iudiciũ prouocasset populũ, ille conscius peccati non audet contendere, sed rogare, non tamen in precibus cõfidit: Nihil enim est quod dignè Deo possit pro peccato offerri, & nulla humilitas, vel sanguis animalium sufficit delere maculas criminum.

✠ RVPERTVS. Persona quæ audito iudicio dicit, *Quid dignum offeram Domino, &c.* Ierusalem est. Illa namque taliter confitendo peccata sua emeruit, vt captiuitas sua post annos septuaginta solueretur, detẽtis in perpetua captiuitate decem aliis tribubus. Ad singula verò horum præter illud quod ait, *curuabo genu Deo excelso*, subaudiendum est, non: quia Deus holocaustomatibus, vitulis, anniculis, arietibus, & hircis pinguibus, non delectatur: & si talibus delectaretur, non esset condignum pretium vel æqua redemptio, vt pro peccato rationalis animę pecus tanto iudici offerretur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fortia fundamenta. *id est, reges & principes, quorum officium est terram conseruare.*

2 Quia iudicium domini. *ostendendo suam benignitatem per beneficia & populi ingratitudinem. ideò subditur.*

3 Populemeus, &c. *patet litera vsque ibi.*

4 Et misi ante faciem tuam. *quia Moyses erat dux populi, Aaron sacerdos, Maria prophetissa. Exod. 15.*

5 Memento quæso quid cogitauerit. *quia cogitauit debellare populum Israel per adiutoriũ maledictionis Balaam super ipsum Num. 22.*

6 Et quid respon. *Quomodo maledicam cui non maledixerit dominus? Num. 23. Et iterum ibidem: Ad maledicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.*

7 De Sethim vsque ad Galga. *id est, de exercitu Israel, qui tunc erat in Sethim, Num. 25. & protendebatur vsque prope Iordanem iuxta quem est Galgala, ex opposito tamen in terra promissionis, Ra. Sa. exponit sic:* De Sethim. *id est, quamuis populus Israel in Sethim peccauerit peccato Phegor, Num. 25. tamẽ dominus non dimisit eum, sed introduxit eum in Galgalam. quæ est in terra promissionis.*

8 Vt cognoscéres iust. domi. *id est, fidelitatem eius ad Abraham, Isaac & Iacob, implendo quod eis promiserat.*

9 Quid dignum. *Hîc consequenter excluditur falsitas gratitudinis, cùm dicitur:* Quid dignum offeram domino? *ad reddendum gratias debitas de tantis beneficiis.*

10 Curuabo genu Deo. *habendo deuotionis signa cum mala vita, q.d. non est hæc vera gratitudo. Isa. 1. d.* Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.

11 Nunquid offeram ei ho. & c. *q.d. talibus sacrificiis non placatur Deus, quia talia secundum se non sunt accepta, sed ex fide & deuotione offerentis.*

12 Nunquid dabo primo. meum. *q.d. hoc non valet, quia mors innocentis Deo non placet: vnde & Abraham non præcepit Deus immolare filium suum, Geneseos 22. vt sic impleretur, sed vt obedientia Abrahæ manifestaretur.*

MORALITER.

✠ 3 *Quia iudicium domini cum po.* scilicet, peccatori, ad ostendendam rationabilem & iustam eius punitionem, id: ò subditur.

3 *Populemeus, &c.* id est, quam occasionem dedi à me recedendi? q.d. non potes ostendere.

† *Quia eduxi te de terra, &c.* id est, de tenebris peccatorum per mortem meam.

4 *Et misi ante, &c.* id est, Christum dantem Euãgelicam legem.

† *Et Aaron.* i. ecclesiæ sacramenta per sacerdotes administrata.

† *Et Mariam* domini matrem, cuius vita fidelibus est exemplar pergendi ad patriam.

† *Populemeus, memẽto quæso.* scilicet, nocere filiis Israel, ideò per ipsum significatur diabolus, qui vt dicit Iob. xlj. d. *Rex est super omnes filios superbiæ.* & semper quærit iustis nocere.

6 *Et quid responderit ei, &c.* Id est, dominus per Balaam, qui respondit ei prospera per Israel, quod erat contrarium intentioni suæ. Sic Deus mala quæ quærit diabolus contra iustos, vertit ad diaboli confusionem, & iustorum gloriam: Sicut procurauit Christi mortem, quæ fuit ad eius exaltationem, Phil. 2. a. *Propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Et ad diaboli deiectionem. Et similiter procurauit martyrum occisionem, quam Deus vertit ad eorum gloriam & diaboli confusionem.

9 *Quid dignum.* Hîc inquit propheta quomodo Deo pro suis beneficiis debeat fieri recompensatio digna. Circa quod excludit primò falsam recompensationem, dicens.

10 *Curuabo genu.* q.d. signa exteriora deuotionis, vt oblationes & sacrificia, non placent Deo sine deuotione mentis & vita virtutis: Et subditur modus dignæ recompensationis, cum dicitur.

Hieron. Kenig. *Quid dignum.* Nos pro peccato pœnitentes, non in nobis, nec in aliquibus terrenis aliquid dignum inuenimus, quod pro reconciliatione Deo offeramus: non potest comprehendi in holocaustis, si toti incendamur in sacrificium, nec in vitulis annalibus, vt lac deferentes, digni simus solido cibo in acceptabili anno domini, si omnes Leuiticas hostias spiritualiter intelligens in me exhibuero, si etiam primogenita, id est, quod primum est in me obtulero, nihil tamen dignũ magnitudine eius offeram: sed solus sanguis Christi ad delẽda omnia mala sufficit.

a *Indicabo tibi.* O humanũ genus tu quæris & non inuenis in te quid dignè possit offeri Deo pro abolitione peccatorum, ego inueniam sufficientem hostiam, & docebo te quid boni postea debeas agere.

✠ REMIGIVS. Hoc non tantum ad vnius gentis populũ, sed generaliter ad omnes homines dicitur, quia dubitãtes quomodo pro peccatis suis possint placare Dominum, Dicam tibi, inquit, quid quærat Deus. *Facere iudicium*, vt nihil absque consilio & ratione faciamus: *Diligere misericordiam*, vt non quasi ex necessitate aliqua compulsi, sed volenti animo faciamus misericordiam, quia *hilarem datorem diligit Deus. Et solicitum ambulare cum Deo nostro*, vt nunquam securi simus, sed expectemus patremfamiliãs: vel certè, ne declinemus à mandatis eius. Tale quid & Moses in Deuteronomio dixit: *Et nunc Israel quid quærit Dominus Deus tuus à te, nisi vt timeas eum, & ambules in viis eius, & diligas eum?*

b *Vtique facere.* Habe iudicium & misericordiã, solliciè etiam ambula in præceptis Domini.

c *Vox domini.* Quidam dicunt esse exordium sequentis capituli in quo corripit dominus Samariam, quæ pro iniquitate captiuanda erat: ait ergo: Vox domini quæ cõminatur Samariæ peccanti plagam, dirigitur ad vtilitatem ciuitatis Ierusalem, vt timore supplicij aliorum correpta saluetur.

✠ RVPERTVS. Manifestè diuisus est clamor Domini, verba consolatoria denuncians ciuitati Ierusalem pœnitentiam agenti, quòd sit salus timentibus nomen Domini, filiis eius de captiuitate reuersuris. Decem verò tribus qualia merentur? Inquit: *Audite*, subaudi, opus vestrum, quod nunc in iudicio Domini agitur. *Et quis approbabit illud?* Videlicet nemo probus, nemo nisi improbus, cuius & si cupiditas approbat, ratio tamen improbat.

d *Audite tribus.* Vultis audire per singula quibus malis vrbs vestra sit plena? discite per singula: mensura minor pronocat iram Dei.

e *Adhuc ignis.* ✠ THEODOR. Quemadmodum non ornatum vrbi ignis adfert, sed incendium & perniciem molitur: sic prociuitas ad iniustitiã, cum audacia, & contumelia facta, damnum & cladem vtentibus adhebit.

✠ RVPERT. Quasi vnum crimen decem tribuum in iudicium adducit, sed per illud vnum, cætera quoque simul omnia cõprehendit. Et rectè, nam radix omnium malorum est auaritia. Hãc conuenienter nomine ignis denotat. Ignis nunquam dicit, Sufficit: & auarus non implebitur pecunia. Igi tur *adhuc ignis in domo impij*, i. adhuc auaritia, quæ est simulacrorũ seruitus, adeò regnat in Samaria, vt aurum colat tanquam Deũ, nẽpe viculos aureos. Quod nomine ignis auaritia debeat intelligi satis innuit, statim subiiciendo, *thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Mensura minor*, quam lex Domini interdicit, *& dolosa*, id est, non æqua pondera, dum in alio pondere venditur, in alio emuntur. *Non hæc*, inquit, *iustificabo*: sed condemnabo. Si pauperes hoc facerẽt, porerat inopia icelus necessitate defendere: nunc verò diuites (ait) in eis repleti sunt iniquitate, id est, diuitiis iniquis, &c.

ALLEGOR Audite vos qui significamini per decem tribus quæ se diuiserunt à regno Dauid & cultu templi: Et quis approbabit quòd vos separatis ab ecclesia Dei? Adhuc est in vobis ignis iræ & libidinis, qui estis domus impij diaboli, & sunt in vobis diaboli thesauri, id est, quia diuitias scripturarum fraudulenter congregatis, & in vobis est mensura iudicij minor quàm deberet: & ideò iræ Dei plena, quia non iustificabo stateram, id est, qui pro personatu aliquorum peruertunt indicia vel pro pecunia, quod per pondera faccelli intelligitur, in quibus diuites replentur, id est, dum turpis lucri gratia non secundum negotium sed secundum facultatum diuersitatem iudicant. Insuper & habitatores illius ciuitatis quã prauis dogmatibus extruũt mendaces sunt. Ideò ô ciuitas quam extruunt hæretici, percutiam te vt pereas à malitia tua, quæ comedis legẽdo scripturas nec saturaris, quia vacua es à veritate, & humiliatio tua in medio tui, quia in conscientia tua sentis te deficere à spirituali cibo. Apprehendes quidem multa praua dogmata, sed intelligens errorem, videbis te in illis non posse saluari. Et quicumque de

NICOLAVS DE LYRA.

1 Indicabo. *Hic consequenter veritas gratitudinis concluditur, cum dicitur:* Indicabo. *quid sit bonum Deo per se acceptum.*

2 Et quid dominus. *pro gratitudine de beneficiis tibi datis.*

3 Vtique. *id est, habere iustitiam non tantum in habitu, sed etiam in effectu, & hoc ad omnes.*

4 Diligere. *ad pauperes: Et dicit diligere, quia opera pietatis nõ sunt meritoria, nisi fiant ex charitate.*

5 Et sollicitum amb. *mandata eius diligenter adimplendo.*

6 Vox domini ad ciuitatem clamat. *per me & alios prophetas ista prædicta.*

7 Et salus erit. *timore filiali, qui est annexus charitati in via.*

8 Audite. *Hic consequenter arguitur populus de vitiis, & primò de vitio fraudulentiæ, secundò de vitio fraternæ inimicitiæ in principio cap. seq. Prima in duas, quia primò arguitur culpa, secundò subditur pœna ibi:* Et ego. *Circa primum dicit propheta:* Audite. *s. Israel generaliter vocem domini prædictam.* Diuisio

9 Et quis appr. *corde assentiendo. Et opere adimplendo. q.d. pauci aut nulli, & subditur causa huius impedimenti.*

10 Adhuc *scilicet, concupiscentiæ ardentis.*

11 In domo. *id est, in ipsa vxore & familia tota.*

12 Thesauri ini. *id est, iniquitate acquisiti.*

13 Et mensura. *ad decipiendum ementes.*

14 Iræ plena. *id est, vindictæ Dei prouocatiua.*

15 Nunquid iusti. *q. d. non, cum sim iustitiæ regula. Loquitur enim propheta in persona domini. Cætera patent.*

MORALITER.

✠ 1 *Indicabo tibi.* id est, Deo acceptum.

3 *Vtique facere.* id est, iustè viuere cum omnibus.

4 *Diligere.* cum indigentibus.

5 *Et sollici.* eius mandata diligenter custodiendo, ideò sequitur.

6 *Vox.* id est, in sacra scriptura.

7 *Et salus.* id est, custodientibus mandata eius.

8 *Audite.* q.d. pauci faciunt Deo dictam recompensationem: ideo subditur.

10 *Adhuc.* id est, ardor fraudis & auaritiæ.

12 *Thesauri.* In domibus enim malorum Christianorum frequenter inueniuntur talia. Et subditur pœna cùm dicitur.

A tuis ciuibus putauerint se in illis posse saluari, dabo gladio, id est, pœnis erudiam. Ergo ô ciuitas pessima iniquitate, & statera dolosa ab hæreticis extructa, seminabis peccando, & non metes in auditoribus proficiendo, calcabis oliuam, nec vnges caput tuũ adulatione peccatorum, nec vino Sodomorũ bibentes inebriabis: & hoc ideo quia custodisti præ. Am. & omne op. scilicet, dæmonũ, vel eorum qui Hæresiarchæ fuerunt, & ambulasti in vo. eo. praua. s. doctrina, nõ Dei volũtate sed ipsorum conficta: & ideò peribis ab hæresi tua, & habitatores tui congregabuntur ad me sibilantem, & tunc portabitis, id est, recognoscetis vos portasse opprobria & peccata multorum populorum.

† ægrotare feci te percutiendo, te desolando.

† Etiam si insequeris, neminẽ poteris eripere.

a eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo † cœpi percu- 1
a ¶ Misi in vos famem. 2
tere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes & non sa- 3
a ¶ Misi hostem in circuitu vastantem & morbos. b ¶ Afflictos his plagis niteris saluare sed non valebis.
turaberis, & humiliatio tua in medio tui. † Et apprehendes 4
a ¶ Si qui putauerint se saluari. b ¶ Hostium. ¶ Si. c ¶ Vt pœnis erudiantur. 5
& non saluabis, & quos saluaueris, in gladium dabo. † Tu se- 6
a ¶ Seges frumenta non attulit. b ¶ Oleum pressa oliua non fecit. 7 8
minabis, & non metes, tu calcabis oliuã, & non vngeris oleo, 9
a ¶ Calcabis. b ¶ Steriles vindemiæ vinum negabunt. c ¶ Et hoc ideo quia. d ¶ Mea abiecisti. 10
b & mustum & non bibes vinum, & custodisti præcepta Amri, 11
a ¶ Alias voluntatibus. b ¶ Non meis. ¶ Amri & Achab. 12
& omne opus domus Achab, & in voluptatibus eorum am- 13
a ¶ In domo Achab.
bulasti, vt darem te in perditionem & habitantes in eã in si- 14
a ¶ In Hebræo pro populi mei, scriptum est Amri, quod idem sonat.
bilum, & opprobrium populi mei portabis.

D uertere, sed paulatim cœpi percutere, vt variis plagis admonerem ad pœnitentiam. Circa iniquitates & mensuras dolosas, & pondera fraudulenta, hæc intuli supplicia.
REMIGIVS. Misi in vos sitim, famem, morbos, vastitatem hostilem, segetum & vinearũ sterilitatem. Vos autẽ semper seruiuistis idololatriæ, & custodistis ceremonias quas constituit Amri rex impius.
b *Et custodisti, &c.* Quia custodisti ceremonias idololatriæ, quas Amri impius rex constituit, & omne opus domus Achab & Iezabel pro mea lege seruasti, tuo scelere impulsus sum vt te perderem: & tui habitantes dantur in sibilum, quia propter eos nomen meũ blasphematur in Gentibus, & opprobriũ po. E

Hieron. Remig.
† Deu. 28. d Aggæ. 1. b.

B a *Et ego.* Cùm ita peccarent principes vestri nolui statim subuertere mei. por. dum capti ab Assyriis, quasi populus Dei vincimini.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ego. *Hic consequenter subditur pœna, cum dicitur:* Et ego. *id est, propter prædictam fraudulentiam.*
2 Cœpi percu. *i. captiuatione de terra tua. Regnum enim x. tribuũ. & regnũ duarum. primò fuerunt afflicta multipliciter propter peccata sua, & tandem captiuata, vnum per Assyrios, aliud per Chaldæos.*
3 Tu comedes & non saturab. *cibo tibi deficiente:*
4 Et humilia. tua in me. *id est, in medio terræ tuæ confunderis ab aduersarijs tuis.*
5 Et apprehẽdes. *In Hebræo habetur: Et attinges. s. aduersarios tuos ducentes filios tuos secum captos.*
6 Et non sal. *de manibus eorum, quia eis non poteris præualere.*
7 Et quos. *id est, si contingat te aliquos ex eis saluare, interficientur aliunde.*
8 Tu semi. & non. *quia aduersarij tui colligẽt messem, vel destruẽt.*
9 Tu calcabis oliuam. *oleum exprimendo.*
10 Et non vnge. *Pulmenta tua inde condiendo.*
11 Et mustum. *q. labores tuos alij comedent & bibent & tu famelicus & sitibundus remanebis.*
12 Et custod. præcep. *qui fuerunt idololatræ pessimi, vt habetur quarto Regum.*
13 Et in voluptati. *Quia non solum fuerunt idololatræ sed etiam carnalibus vitiis subditi.*
14 Vt darem. *Istud vt, non tenetur hic causatiuè, sed consecutiuè. quia captiuitas regni Israel ad hoc consequuta est, & derisio & opprobrium totius populi.* F

MORALITER.

3 *Tu comedes.* id est, eucharistiam assumes, & non proficiet tibi, sed nocebit.
C 4 *Et humilia.* id est, licet eleueris exterius, tamen deiectus es coram Deo interius.
5 *Et apprehendes.* i. si facias bonum de genere, non erunt tibi ad salutem propter defectum gratiæ.
7 *Et quos.* id est, bona quæ fecisti dum adhuc esses in gratia, per peccatum sequens sunt mortificata.
8 *Tu semi.* Per semen intelligitur bonum verbum, per calcationem oliuæ opera pietatis, per mustum spirituale gaudium quæ non prosunt si mortificata fuerint per mortale peccatum ideò sequitur:
12 *Et custod. præcep.* id est, diaboli.

CAPVT VII.

Hieronym. a VÆ mihi. Dicta captiuitate. x. tribuum & duarum, dolet propheta quòd nullus de populo inuenitur iustus, qui possit iræ Dei resistere. Q. Frustra loquutus sum, frustra iam volui vindemiare, & perditę ciuitatis saltem extremos racemos requirere, sed iam non est botrus.
RVPERT. Dicta hæc de fonte pietatis manãt: quia profectò zelus bonus quo Sãcti sæuire videntur, nunquam sine pietate est. Irascuntur peccatis, sed peccatoribus compatiuntur. Sic Moses contra peccata sæuiens, & forti zelo accinctus, occidit quasi viginti tria milia: & peccatoribus compatiens ait: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo.* Sic & Micheas in presenti loco, cùm vitia fortiter coarguisset, & velut aduersarius vindicem sententiã ex iudicio Domini protulisset, cõtinuò vulneratus vera compassione, *Væ mihi,* inquit, *quia factus sum, &c.*
THEODOR. Similis factus sum spicas excidentes colligentibus, aut exquirentibus racemulos à vindemiãtibus prætermissos. Nullum inuenio obedientiæ botrum, cùm tamen nõ parum inuenire exoptassem quoddam præstabile & primitiis dignum.

Exod. 32.

CAPVT VII.

¶ In admonendo. ¶ Post vindemias.
a VÆ mihi, quia factus sum sicut † qui colligit in au- 1
¶ Et quia.
b tũno racemos vindemiæ. Nõ est botrus ad come- †

b *Non est botrus, &c.* RVPERT. Id est, nullus est qui faciat pœnitentiæ fructum. Oẽs enim impœnitẽtes Deũ offendunt, sicut vuæ acerbæ, quæ comedi non possunt. Pœnitẽtes verò quasi vuę vel ficus maturę, dulces & suaues sunt, *quas desiderauit anima mea,* inquit, *sed nõ inueni.* Nam hoc est quod sequitur: *Periit sanctus de terra.* Quis enim fuit de cũctis regibus Samarię, de quo scriptũ nõ sit, fecitq; malũ in cõspectu Domini.

† 16. q. 7. c. & hoc dicimus. §. item ipse per Michæam.
† fructus æstatis, sicut racemi.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VII.

VÆ mihi. *Hic consequenter arguitur populus de peccato fraternæ inimicitiæ: & primò plangit propheta pro gentis suæ malitia, dicens.*
1 Væ mihi quia factus, &c. race. &c. *dimissos, eò quòd non potuerunt maturari, ideò subditur.* est botrus ad come. *scilicet aptus. In Hebræo sic habetur: Factus sum sicut qui colligit ficus, & subintelligitur malas, ita quòd comedi non possunt: ideò subditur.*

MORALITER.

1 *Væ mihi.* Verbum potest esse boni prælati plangentis in populo suo defectum boni & abundantiam mali, ideo sequitur.
† *Quia factus.* remanentes post vindemiam, qui sunt valde pauci, & minimi respectu prius collectorum. Et sic frequenter diabolus colligit primò plures & maiores. vnde dicitur Matt. vij. b. *Lata est porta & spaciosa via quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.*
† *Non est botrus.* Quia pauci respectiuè incorporantur Christo per fidem charitate formatam.

A a *Omnes in sanguine &c.* Dira & longa tragœdia regũ Israel breuibus verbis insinuatur. Nã ferè omnes post illũ Hieroboã, in sanguine insidiati, & alterutros ad mortẽ venati sunt.
THEOD. Peccata enumerat. Iudices inquit, contra innocẽtes iniquam sententiam ferunt, & cædes iniquas facere aggrediuntur: ex reliquis verò hominibus quisque plus expetens, rem proximi ad se cõuertit. Iudex non expectat vt illi munus deferatur, sed ipse petit, munerum corruptelis, animo vitiato præditus, &c.
ALLEG. Plangit sermo propheticus vel Apostolicus generaliter humanum genus, quòd dum in eo sicut in vinea vel ficu laborauerit, nec paruos quidam racemos inuenire potuit, & ita reliqua vsque ad finẽ capituli. Sunt qui hæc omnia legũt in persona Saluatoris cõquerentis, quòd in toto orbe vix inueniat opera digna suo sanguine. Et hoc quòd dicitur, sicut qui colligit racemos in autumno, referunt ad cõsummationem seculi, quando abundante iniquitate, refrigescente charitate filius hominis raram fidem inueniet super terram. Tunc enim quasi post vindemiam racemi, vix in aliquibus poterunt reperiri, qui fidem in tanta vastitate seruauerint.

† primitiuum fructũ
Allego. Hieron.
B
† Visitatio tua veniet tibi in die qua speculabaris.

a ¶ Saltem immaturas ficus. i. grossos ficuum volui sumere in cibo. 1
dendum: † præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt 2
a † sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. Om- 3
a ¶ Vbique insidiæ, vbique fraudelentia, præ auaricia & libidine germanitas ignoratur. 4
nes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum venatur † ad
a ¶ Non solum faciunt sed commutatis nominibus, bonum dicunt esse quod malum est.
b mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps 5
a ¶ Mutuo fauore se defendunt, sicut ab aliis iudicari volunt, sic alios iudicant. 6
b ¶ Quicunque peritus in lege. 7
postulat, & iudex † in reddendo est. Et magnus loquutus est 8
a ¶ Non Dei sed suam loquitur voluntatem. b ¶ Ita. c ¶ Vrbem vel ciuitatem vel terram. d ¶ Enim. 9
c desiderium animæ suæ, et conturbauerunt eam. Qui opti- 10
a ¶ id est inter eos. b ¶ Pungens appropinquantem. c ¶ Fuerit inuentus. d ¶ Adunco de te retinens comprehensum.
d mus in eis est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de se- 11
a ¶ Et propter hæc mala ô Samaria & Ierusalem, veniet tibi tempus captiuitatis, quam diu expectaueras & timueras. b ¶ Exponit quæ visitatio. 12 13
e pe. † Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit. Nunc erit va- 14
¶ Sine dilatione. a ¶ Habitatorum. ¶ Ergo. b ¶ Vocibus pseudo prophetarum, vel diuinorum qui se fingunt amicos. c ¶ Qui de amicitia sequitur lucrum. †
f stitas eorum. Nolite credere amico, & nolite confidere in du- 15
a ¶ Morituro, sed in solo Deo. b ¶ Multi viri ab vxoribus decepti sunt, & vita eorum prodita. c ¶ Ne patiaris quòd Samson à Dalila quæ archanum Samson septem dierum lachrymis extorsit, & simulato amore quod latebat inuenit. 16
cẽ: Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui, 17
a ¶ Absolon regnum patris inuasit, & concubinas polluit.
g quia filius contumeliã facit patri, & filia consurgit aduersus †
a ¶ Vxor Esau contra Rebeccam surrexit matrem suam. ¶ Et. ¶ Sunt.
h matrẽ suã, nurus contra socrũ suã, inimici hominis domestici

b *Princeps.* Principes non expectant, vt munera offerantur, sed cogunt subiectos dare.
c *Qui optimus in eis est, &c.* RVPERTVS. Optimus in regibus Israel fuit Iehu, quippe qui solus ex omnibus illis vnctus fuisse legitur, & deleuit domum Achab, & Baal de Israel. At idem à peccatis Ieroboã non recessit, nec dereliquit vitulos aureos. Igitur optimus iste reuera quasi paliurus, videlicet herba spinis armata, pungens ac retinens & vulneratis appropinquantem, & adunco dente comprehendens, &c.
d *Et qui rect. &c.* Rectus in eis Ozee rex vltimus intelligitur de quo scribitur: *Fecit malum coram Domino, sed non sicut reges qui ante fuerant.* Dicitur enim licentiam dedisse volentibus ascendere, vt facerent sacrificia in domo domini in Hierusalem, quod alij non fecerant, &c.

4. Reg. 16.
C

D e *Dies speculationis, &c.* REMIG. Vastationẽ dicit Samariæ vel Hierusalem quam prædicabat futuram, & ipsam vastationem vocat visionem. Ergo nullius prophetæ vocibus credatis, nec accommodetis aurem blanditiis decipientium. Si enim amicis & consanguineis rara est fides, quantomagis in his qui adulantes mentiuntur, vt aliquid accipiant? Achitophel mentitus est amico suo Dauid: & Iudas tradidit Christum.
f *Nolite cre.* Diuersis prælatis in ecclesia debemus esse subiecti, & honorem deferre, sed in eis non est sperandum, *quia vana salus hominis,* sed certa in Deo est. Achitophel cõtra Dauid, Iudas contra Christum surrexit. In amico potest haberi fiducia, qui pio & fidei amore coniungitur. E
O simplices populi nolite credere iudicibus, qui se amicos & principes esse hæresis promittunt, qui non salutem vestrã, sed sua lucra quærũt, & ne credas ei quæ tecum dormit. i. carni blandienti, quæ mollit constantiam animi.
Nolite credere amicis ducibus vxoribus, quæ mutari possunt, cum filius, filia obliti educationis, contra autores vitę suæ, corporúmque consurgunt.
Abimelech à viris Sichen factus rex, ipsos oppressit.
g *Quia fi.* In nouissimis diebus *erunt homines se amantes, tunc tradet pater filium, frater fratrem, mater filiam in mortem.*
Si inter charorum nomina & consanguinitatis affectum rara est fides, quantò magis in adulatoribus.
h *Inimici hominis domesti.* Filius qui est natus est ex Deo, contempto creatore suo, blasphemat, & anima despicit cælestem Ierusalem & matrem ecclesiam. *Nurus con. so.* Sermo & prædicatio Dei sponsus est animæ: & oritur de spiritusancto. Heretici ergo qui sermonem Dei contẽnunt, & ad varias doctrinas se transferunt, socrui suæ. i. spiritui sancto iniuriam faciunt. *Inimici hom. dom.* Caput ecclesiæ Christus. Huic viro sæpe inimicantur q in domo eius. i. ecclesia esse putãtur, q à capite nõ recedũt, sed tamẽ ei cõtradicunt, dũ scripturas eius proprio sensu cõuertũt.

† pius
† cum reti.
Hieron. Psal. 59. c.
† iudicat propter retributionẽ. Iudicũ. 9. a.
Simplicium cautela
2. Tim. 3. a. Marc. 13. b.
Mat. 10. d.

NICOLVS DE LYRA.

1 Præcoquas fic. *Quæ primo maturantur.*
2 Desiderauit anima. *Sed supple non inuenit, per hoc propheta metaphoricè exprimit in populo abundantiam mali & defectum boni: ideo subditur.*
3 Periit sanctus de ter. *interfectus à malis, ideo subditur.*
4 Omnes in san. *Quærẽtes interficere iustos machinationibus diuersis*
5 Malũ ma. sua. *Quia qualis vnusquisque est, talis sibi finis videtur.*
6 Princeps. *Leuari extorsionem à subditis.*
7 Et iu. *i. iudices sub rege constituti student per iniustitias ad satisfaciendum regi: ideo subditur.*
8 Et magnus. *i. rex suis ministris exprimit suam voluntatem.*
9 Et con. *i. ministri durè tractauerunt Gentem subditam per iniustitiam.*
10 Qui optimus. *i. minus malus.*
11 Quasi paliu. *i. herba pungitiua.*
12 Et qui. *In comparatione ad nequiores.*
13 Quasi spina. *Pungens & anxians populum iniustè.*
14 Dies spe. *i. captiuitatis tuæ à prophetis præuisæ & prænunciatæ.*
15 Nolite cre. *i. pseudo prophetæ promittenti vobis securitatem, quasi sit verè amicus.*
16 Et no. con. *i. in rege credentes, quod possit vos ab aduersariis liberare.*
17 Ab ea, &c. *i. ab vxore propria. quasi dicat tanta imminet vobis miseria, quod nullus poterit confidere de alia persona, quantumcunque sibi sit coniuncta.*

MORALITER.

1 *Præco.* i. habere bonas personas in diocesi mea, sed nõ est ita ideo subditur.
3 *Perijt.* Omnes in sanguine insidiantur ad nocendum proximis in corporalibus, fama, & in rebus possessis.
5 *Malum.* i. opera sua mala dicunt bona, sicut exactor dicit quod facit zelo iustitiæ, vel propter bonum commune.
6 *Princeps po.* s. exactiones.
7 *Et index.* Nam eius balliui & præpositi reddunt quod petit de grauamine populi.
10 *Qui opti.* i. minus malus.
11 *Quasi pa.* quæ est herba pungitiua, quia talis pungit corda populi.
12 *Et qui re.* respectu peiorum.
13 *Quasi* Hic ponitur prædictorum punitio diuina: tunc enim videt & visitat peccata: ideo sequitur.
† *Nunc erit.* Non solum extrinsecè, sed etiam ab intrinsecis ideo subditur.
15 *Nolite credere amico, &c.* quantũcumque intimo: quia nulla pestis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.
† *Quia fi.* s. carnali, & etiam spirituali ideo sequitur in persona boni prælati:

A Hiero. a *Ego autem.* Cùm videt sanctus vir hæc omnia perturbari in consummatione seculi, & alios credere amicis ducibus vxoribus, ipse fidem ponit in domino, & oculum suæ contemplationis contra pressuras huius mundi in suo saluatore figit.

b *Ne læte.* Iuxta literam, verba sunt Ierusalem respondentis contra Babylonem, & cæteras Gentes sibi insultantes.

✠ REMIGIVS. Sensus est. O Babylon inimica mea, ne læteris, nec super me gaudeas, quòd merito meo ceciderim: postquam enim iram domini portauero, consurgam, quia ille est lumen meum in tenebris tribulationum. Noui quòd me educturus sit de angustia Deus meus, & oculi mei videbunt iustitiã eius, id est, vltionem quam facturus est nõ longo post tempore. B

✠ THEOD. Irã Dei nunc sustinebo, quia peccaui contra eum: cognosco enim vltionis æquitatem, cùm peccati magnitudinẽ considero. Sed interim expecto iustum iudiciũ aduersus eos qui bellum intulerunt. Etsi enim ego persolui pœnas de his quæ deliqui, tamen illi iniusta contra me vsi sunt voluntate & sententia.

Com. 1. 2. 3. ✠ RVPERTVS. Vbi filij Iuda subierunt captiuitatis tenebras in Babylone, Dominus lux eorum fuit, illuminans dono prophetiæ Danielem & socios eius, in reuelatione & interpretatione somniorum Nabuchodonosoris, qui eum adorauit, & in sublime extulit constituens eum principem super omnes prouincias Babylonis.

Hiero. Hoc de pœnitentibus dicitur, sed melius est non habere vulnera, nec egere medico: Curatio non beatitudo sanctorum est, sed consolatio sanctorum post dolorem.

Allego. C ALLEG. Per Ierusalem signatur anima, in qua fuit ædificatum templum domini, visio pacis: & noticia scripturarum, Sed post à peccatis superata, ducta est captiua, & pœnis attrita, sed resipiscens loquitur contra confusionem huius mundi: & aduersus malignas potestates illi præsidentes. Noli insultare contra me inimica confusio, quia & si cecidi peccando, Deo erigente consurgam, qui ideò infert tenebras pœnarũ, vt correpto clariorem lucẽ immittat, & ideò patienter tolero flagella domini quibus purgor, donec causam peccati mei sufficienti pœna vindicet, & pro doloribus patienter toleratis dignam sanitatẽ iudicet, & sic tandem in lucem educta, videbo iusti. Christum qui est præpositus nobis forma iustitiæ & sanctificatio. Cùm autem educta de tenebris, videbo iustitiam Dei, tunc inimica Babylon quæ putat Ierusalem non posse sanari, post vulnera videbit sanatã & erubescet, & oculi mei videbunt illam conculcatam, idest, mihi subditam & meo exemplo humiliatam vel in futuro damnatam. D E

¶ Vox prophetæ in persona fidelium.

a eius. Ego autem † ad dominum aspiciam: expectabo Deum † in domino sperabo

a ¶ Ne insultes mihi, quia pro peccatis punior.

b saluatorem meum. Audiet me Deus meus. Ne læteris inimica

a ¶ Deo miserante. b ¶ In captiuitate.

mea super me, quia cecidi. Consurgam. Cùm sedero in tene-

a ¶ Educens me de tenebris. b ¶ Patienter. c ¶ Scio me meruisse quod patior.

bris, dominus lux mea est. Iram domini portabo, quoniam

a ¶ Tamdiu portabo. b ¶ In morte, vel in iudicio. ¶ Quia noui quod edu me in lu. vi iusti.

peccaui ei, donec iudicet causam meam, & faciat iudicium

a ¶ Tandem peracta pœnitentia. b ¶ Gaudij post tristitiam. c ¶ Vel in hoc seculo, vel in futuro ¶ Sciam iusta esse iudicia eius.

meum. Educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et aspi-

a ¶ Gloriam meam. b ¶ Babylon & cæteræ Gentes in circumitu. c ¶ Quæ nunc exultat.

ciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me:

¶ Absque mora.

Vbi est dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam. Nunc

a ¶ O Hierusalem. ¶ Venerunt.

c erit in conculcatione, vt lutum platearum. Dies vt ædificen-

a ¶ A Babyloniis destructæ. b ¶ Babyloniorum imperio non subiacebis. c ¶ Babyloniorum. d ¶ Quando ædificabuntur maceriæ.

d tur † maceriæ tuæ. In die illa longè fiet † lex. In die illa vsque † parietes † tributum

c *Dies.* Post verba resipiscentis animæ, supponitur vox Dei promittentis bonam ædificationem illi reuersæ. *Dies vt ædi.* Hactenus Ierusalem, vel propheta in persona populi, nunc Deus ad Ierusalem respondet dicens: *Dies vt ædifi.*

✠ REMIG. O Hierusalem, venerunt dies, id est, tempus, vt ædificentur maceriæ tuæ, quæ fuerant destructæ à Chaldæis. In illo tempore, longè fiet lex, id est præceptum illorum, qui imperabant tibi vt seruires eis. In eodem tempore Assyrij fugientes venient de ciuitatibus quas deserẽt, vsque ad flumẽ Iordanis, & ad montem Sion, de montanis Persarum, & Medorum, ad quos prius Israel translatus fuerat.

Hieron. d *In die illa.* Dicunt Iudæi in die illa. i. quando à Christo eorum F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ego au. ad do. *ponendo in eo totam meam fiduciam, Verbũ est prophetæ pro se & suis similibus in futuris tribulationibus.*

2 Ne læte. *Post populi increpationem, hic vltimò propheta redit ad eius consolationem primò denunciando captiuitatis terminationem, secundò, post terminum Dei consolationem, ibi,* Pasce populum. *Circa primum dicit:* Ne læteris. *i. tu Babylon ne læteris de captiuitate Iuda.*

3 Quia cæ. *in manibus tuis.*

4 Consurgam. *per Cyrum liberando, hoc enim non potest intelligi de captiuitate x. tribuum quæ non rediit.*

5 Cum sede. *i. postquam fuero in tribulatione captiuitatis.*

6 Dominus lux mea est, &c. *afferens mihi lætitiam.*

7 Iram domini *id est pœnam ab eo inflictam mihi.*

8 Portabo. *patienter.*

9 Donec cau. *contra Babylonem: licet enim regnum Iuda fuit punitum iustè ex parte diuinæ iustitiæ, tamen hoc Chaldæi exequebantur iniqua voluntate.*

10 Educet me in luc. &c. *consolationis.*

11 Videbo iusti. eius. *de Chaldæis fiendam per Cyrum & Darium.*

12 Et aspiciet inimica anima, &c. *id est Babylonia.*

13 Et operietur confusione, &c. *id est vndique erit confusa.*

14 Quæ dicit ad me, &c. *derisoriè.*

15 Vbi est dominus. *quasi dicat non potest te de captiuitate liberare.*

16 Oculi mei. *id est eius miseriam.* 17 Nunc. *i. citò.*

18 Et erit in concul. vt lutum. *per Cyrum & Darium.*

19 Dies *supple veniunt.*

20 Vt ædific. mac. tu. *Verbum est prophetæ alloquentis captiuitatem Iudæ de reditu captiuitatis Babylonicæ. Sed quia propheta loquebatur longè ante captiuitatem & eius reditum, ideo denunciat quòd terra Iuda esset prius affligenda per regem Assyriorum, dicens.*

21 In die illa. *i. tempore Achaz idololatræ.*

22 Longè fiet. *quia fecit deponi altare domini, vbi offerebantur hostiæ secundum legẽ, & iussit eas offerri super altare sacrilegũ iiij. Reg. xvj. c.*

23 In die illa. *i. tempore Ezechiæ filij Achaz.*

24 Vsque ad te. *i. Sennacherib rex Assyriorum, qui venit vsque prope Ierusalem ad capiuandum.*

MORALITER.

1 *Ego autem ad dominum.* quia per ipsum solùm possunt tanta mala † emendari. † remedia-ri

2 *Ne læteris, &c.* Omnis homo debet ex charitate diligi, quia quamdiu viuit potest ad bonum conuerti, sed multitudo dæmonum est in malo confirmata, & sic est humani generis inimica. propter quod de casu bonorum lætãtur, quorum tamen aliqui resurgunt, & sic in eorum persona dæmonibus dicitur: *Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi.* per culpam.

4 *Consurgam.* per Dei gratiam.

7 *Iram domini por.* id est pœnam temporalem, hic vel in purgatorio.

9 *Donec cau. meam iudi.* perfectè me iudicando.

12 *Et aspici. iniqui. mea.* id est dæmonum multitudo maligna.

13 *Et operietur con. &c.* in exultatione mea.

14 *Quæ di.* id est dicebat, dum adhuc essem in culpa.

15 *Vbi est domi. Deus tu.* quasi dicat, non liberauit te de manu mea. Et quia deiectio dæmonum cedit ad gloriam sanctorum, ideò subditur in persona eorum.

16 *Oculi mei vide.* dies. s. venerunt.

20 *Vt ædifi. ma. tu. &c.* i. angelorũ ruinæ quę de electis reparãtur.

21 *In die illa lon. fi. lex, &c.* s. scripta, non omnes electi Deum videbunt immediatè. Iere. xxxj. f. *Et non docebit vltrà vir proximum, & vir fratrem suum. di. Cognoscite dominum: omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, ait dominus.*

23 *In die il.* qui interpretatur sustollens angustiam, ideò dicitur

A rum ædificabuntur maceriæ Ierusalem, lex & prophetæ quæ à nobis modo tenentur, tollentur de manibus nostris & tradentur populo Iudeorum.

Iohã. 10 b. a *Pasce po. me.* Verba patris ad Christum, qui *bonus pastor animam posuit pro ouibus.* Monetur autem vt pascat. Ideo populus &

Hieron. Remig. oues percutiẽtur virga, quia habitauerãt soli in saltu. i. separati ab ecclesia conuiuijs & amicitijs Gentilium se sociabant. Vel quia odio humani generis vitã appetebant solitariã, non dilectione eremiticæ vitæ, sed alios despiciẽtes. Sed quia pastor bonus virga ad emendationẽ percutit, correcti pascentur in medio Carmeli, id est veniẽt ad noticiam circuncisionis veræ, qui prius versabantur in saltu errorum, sed iã facti sunt Basan, id est confusio pro peccatis, & facti Galaad, id est trãsmigrantes ab erroribus ad vnitatem ecclesiæ ad quam testimonia legis & prophetarum transmigrauerunt, & hoc fiet vobis secundum dies eorum vt recordantes æternorum dierum non aspiciatis præsentia, sed cum Christo mente habitetis in cælestibus credentes vos liberatos à diebus præsentis seculi. B

† qui habitas confidẽter in sylua in medio Carmeli, pascentur, &c.

a ¶ Ierusalem. b ¶ Relaxata captiuitas. c ¶ De. d ¶ Et postea ad alias ciuitates inhabitandas. e ¶ Extendetur habitatio redeuntium.

ad te veniet * Assur, & vsque ad ciuitates munitas, & à ciuitati- 1 † *de

a ¶ Iordanem per quem ante transiuit populus. b ¶ Vsque. c ¶ Mortuum. d ¶ Rubro.

bus munitis vsque ad flumẽ, & ad mare † de mari, & ad mon- 2 † occidentale

s ¶ Sion. b ¶ Mœdorum & Persarum, vbi captiui fuerant. c ¶ Et reliqua terra Chaldæorum & eorum qui te vastauerunt. Chaldæorum fuit metropolis Babylon, Niniue Assyriorum. 3 4

tem de monte. Et terra erit in desolationem propter habita- 5 †

a ¶ Mala opera.

a tores suos, & propter fructum cogitationum eorum. Pasce 6

¶ Ratione vtentes. a ¶ Tam populus quàm duces indigent virga pastorali. b ¶ Simplicitate contentos.

populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ † habi- 7

a ¶ Scilicet. ¶ Prius. b ¶ Viciorum, sed postea. c ¶ Scientia circuncisionis. d ¶ Confusi de peccatis. ¶ Facti. 8

b tantes solos in saltu. In medio Carmeli pascentur Basan, & 9

a ¶ Transmigrantes. b ¶ AEternos. c ¶ Remoti mente ab his diebus seculi.

c Galaad iuxta dies antiquos, secundum dies egressionis †

a ¶ O hæreditas. ¶ Tunc. ¶ Hæreditati. ¶ Tunc. †

d tuæ de terra AEgypti. Ostendam ei mirabilia. Vide- 10

a ¶ Quæ prius vastauerant & præualuerant contra populum Dei. b ¶ Intelligentes peccata sua. c ¶ Qua vastauerunt populum Israel.

bunt Gentes & confundentur super omni fortitu-

Moyses non solùm contra Aegyptios quos afflixit tulit virgam, sed etiam contra carnalem Israel in solitudine vsus est virga legali & corripiente. Hæc virga excussa est de manibus apostolorum, qui sapientiam inter perfectos loquuntur, quia perfecta charitas foras mittit timorem.

Ioh. 4. d. Luc. 15 c. Christo pastori qui maior apostolis & melior dicitur: Pasce in virga, Apostolis dicitur ne ferant virgam, sed Christo qui loquitur ad carneum Israel conueniebat correctio, apostoli verò succedentes Christo seueritatem legis temperant clementia Euangelij.

1. Reg. 15. Num. 32. b *In medio carmeli, &c.* ✠ RVPERT. Carmelum, Basan, & Galaad regiones aptas fuisse alendis gregibus scriptura testatur. Significant igitur illas pascuas ouium Christi vberrimas, vbi pascuntur & impinguantur, in sacris nunc epulando scripturis, & postmodum paradisi delitis habentes, &c. D

c *Iuxta dies antiquos.* ✠ RVPERT. Nonne omnis ecclesiasticus ordo legendo & scribendo prædicat quod nos populus domini & grex hæreditatis eius secundum similitudinem dierũ illorum à spirituali Pharaone, id est, à diabolo liberati, de Aegypto huius seculi, id est, de ignorantiæ tenebris exiuimus signatis frontibus signo passionis Christi, & trãsiuimus mare baptismi, & spiritualem escam manducauimus, scilicet corpus eiusdem pastoris & agni: Hæc & cætera mirabilia ostendit dominus omni credenti. quem pascit in virga, id est, iustitia sua, quam tunc significabat virga Moysi. Et sicut in illis diebus viderunt gentes & conturbatæ sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistiim, &c. ita pastore isto Christo, pascente populum pro quo mori dignatus est, & quem acquisiuit sanguine suo dum ostenderet mirabilia per Apostolos & martyres, viderunt gentes, & gentium imperatores, Iudæi atque gẽtiles, & confusi sunt super omni fortitudine sua quum non possent facere similes virtutes iis quas faciebat ille pastor per infirmos & contemptibiles homines. E Exod. 15.

Hieron. d *Videbunt gentes & confundentur.* Ex confusione hic profectus sequetur, quòd ponent manus supes os. Sicut autem impiarum Gentium manus claudunt ora eorum: sic iustorum manus reserant ora eorum, vt ex bono opere accipiant facultatem cum Deo loquendi.

Ideo Deus populum Israel flagellat, & à malis abstractos ad meliora pascua reducit, vt Gentiles hoc intelligant, & timore verborum conuertantur ad Dei timorem, qui est initium sapientiæ. F

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vsque ad ciuita. *quia vastauit in circumitu totam terram.*

2 Vsque ad flumen. *s. Iordanem, qui est terminus terræ promissionis versus orientem,*

3 Et ad mare. *id est de mari mortuo vsque ad mare mediterraneum.*

4 Et ad montem. *id est de monte Sion vsque ad montem Libani, qui est in termino aquilonari Iudææ.*

5 Et terra. *i. propter peccatum Achaz & aliorum regum idololatrarum, qui fecerunt idololatrare populum.*

6 Pasce po. *Hic propheta denunciat populo consolationem post reditum captiuitatis Babylonicæ, dirigens sermonem ad Deum dicens,* Pasce populum tuum. *i. pasces.*

7 In vir. t. *Id est, in directione tua, eum reducendo de captiuitate Babylonica.*

8 Habitantes solos in saltu. *i. ex tua protectione poterunt habitare securi in saltu, vbi habitant feræ. vnde. j. Esdræ. viij. dicitur, quod Esdras non petiuit equites à rege, dicens quòd in via protegerentur diuina protectione,*

9 In medio Carmeli pascentur Bas. & Ga. *id est in loco fertili.*

10 Videbunt Gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. *Samaritani enim videntes illos, qui de captiuitate venerunt prosperari, in reædificatione ciuitatis & templi & in alijs, fuerunt multùm perturbati & confusi, vt habetur. j. Esdræ & Neemiæ.*

MORALITER.

Apoc. xxj. a. *Et absterget Deus omnem lachrymam ab ocu. sanctorum, & mors non erit vltrà, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt.*

1 *Et vsque ad ci. mu.* i. mansiones sanctorum omnibus bonis plenas.

† *Et à ciui. vsque ad flu.* i. spiritussancti abundantiam. Apocal. xxij. a. *Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum sicut Chrystallũ.*

3 *Et ad mare de ma.* id est ad plenitudinem læticiæ.

4 *Et ad mo.* i. ad altitudinem gloriæ. de altitudine gratiæ: & per oppositum dicit de reprobis.

5 *Et ter. erit. n.* id est homines terreni erunt in damnationem.

† *Propterea ha. su. &c.* id est propter dæmones quos in habitaculis suorum cordium receperunt: & hoc etiam cedet ad gloriam electorum.

6 *Pasce. popu. &c.* quoniam perfectio vitæ contemplatiuæ est quædam inchoatio vitæ cælestis, de qua locutus est in parte immediatè præcedenti: ideo loquitur hic de perfectione contemplationis quæ pertinet ad statum religionis. di. *Pasce po.* per votum religionis tibi consecratum pabulo tuæ recreationis. ideò subditur.

7 *In virga tua.* id est in possessione tua. Virga namque frequẽter accipitur in scriptura & etiam in communi modo loquendi pro mensura terræ vel hæreditatis, igitur in virga Dei seu hæreditate pascũtur qui diuinis consolationibus recreantur, quod contemplatiuis confertur.

8 *Habitantes so. in salt.* id est in loco à tumultu negociorum terrestrium separato.

9 *In medi. Car. pascent.* In locis delectabilibus, nam cum Deo & angelis spiritibus est talium conuersatio, secundum illud Phi. li. iij. d. *Nostra autem conuersatio in cælis est.*

† *Iuxta dies antiquos.* i. ecclesiæ primitiuæ. tunc enim fuerunt excellenter contemplatiui.

† *Secundum dies egres. t. de t. Aegyp.* Nam in primitiua ecclesia fuerunt tanta & maiora miracula.

10 *Videbunt Gen. & confunde.* Nam Gentiles videntes miracula nomine Christi facta, confundebantur de idololatria sua totaliter relinquentes eam, ideò subditur.

☞ a *Ponent manus suas super os,&c.* ✠ Rvpertvs. Quoniam in comparatione cælestis sapientiæ,quę per illos Apostolos locuta est,& linguas eorum fecit disertas,muta sunt,& est omnis secularis eloquentia,ponítque manum suam super os,conuictam & confusam se esse suomet testans silentio. A

✠ Rvpertvs. Hoc in laudem & admirationem dicitur, inexhaustæ gratiæ quæ nunquam fatigatur, suscipiendo ad se conuersos,quamlibet multum peccauerint, & in peccato perseuerauerint. Futurum enim est,vt Israel saluus sit, cùm plenitudo gentium introierit. De hoc gratulabundus exclamat, *Quis Deus similis tibi?* Non subiũxit,qui fecit cælum & terrã, vel qui eduxisti Israel de Aegypto,quod iam futurũ fuit, sed, *qui aufers iniquitatem*,quod futurum est,&c. D

Hieron. b *Aures eorum surdæ erunt.* Quas malitia obturauit, ne audirent veritatem, modo obturabuntur,ne audiãt quod sit contra Deum. Sed antè quàm accepto intellectu confundantur de malis,lingent terram, id est, terrena opera facient, sicut serpens comedit terram omnibus diebus vitæ suæ. Sed Deo exterius flagellante,& lumen veritatis imminente turbabuntur ad pœnitentiam exeũtes de domibus suis,id est, prauis conscientiis suis & erroribus, & sic timebunt dominum timore qui est dicendus dominus Deus eorum, sed noster credentium. Quidam de Gentilibus intellecta veritate confundentur & ponent manum super os, Quidã verò permanebunt in carnalibus operibus, & ideo in die vltionis cogentur exire de corporibus suis rapti ad pœnam in qua formidabunt Deum.

† mouebũt sc. † formidabunt. † reseruat. Gen.3.c. B † subiiciet.

a ¶ Mala opera offerent eis omnem loquendi libertatem.
a dine sua. Ponent manus super os, aures eorum surdæ erunt. 1
b Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ † tur-
¶ Non eorum.
babuntur de ædibus suis. Dominum Deum nostrum non 2
a ¶ Vel formidabunt. ¶ Qui modo desiderant diem domini. b ¶ Apostropha ad Christum.
c † desiderabunt, & timebunt te. Quis Deus similis tui, qui 3
a ¶ Per hoc quod punis, indulges hæreditati tuæ. b ¶ Alia litera, & transfers peccatum.
d aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæredi- 4
¶ Ergo. ¶ Super vos. a ¶ Gehennæ.
tatis tuæ? Non † immittet vltra furorem suum, quoniam vo- 5
a ¶ Misericordiam volo & non sa. ¶ Misericordiam suam, non nostram.
b ¶ Ab ira ad clementiam quæ est domus eius, à qua qui per peccatum eiicitur, per pœnitentiam ad eam reducitur. c ¶ Miserorum.
lens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri. 6
a ¶ Quæ opprimebant nos sicut talentum plumbi. b ¶ Faciet nos apparere.
† Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum 7 8
a ¶ Et sic ò pater. ¶ In Christo. ¶ Viam.
e maris omnia peccata nostra. Dabis veritatẽ Iacob, misericor- 9
a ¶ Quod de multitudine hominum alios salues in veritate, alios in misericordia.
diam Abrahã, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

Finit Michæas Propheta.

✠ Athanasivs. Quomodo si creatura esset Verbum, sententiam Dei abrogare potuisset, aut dimittere peccatũ? Cùm sit scriptum apud prophetas, quis Deus sicut tu, auferens peccata, & superans iniquitates, &c. Serm 3. contra Arrianos. E

d *Transis peccatum reliquiarum.* Non imponendo. Sicut exterminator in Aegypto populum Israel transiuit, non vastauit, Hieron. Exod.12.d.

e *Dabis veritatem Iacob.* Nouo populo semper contra diabolũ & peccata luctanti. Et dabis Abrahã in multitudine Gentium (quarum pater interpretatur) misericordiam, sicut iurasti eis, qui extiterunt patres nostri per fidem. Gen.32.f. Gen.17.a.

✠ Remigivs. Per Abraham patrem multarum gentium, multitudo Gentium designatur, quæ credendo in Christum, factæ sunt filiæ Abraham: quibus dabis misericordiam, gratis & sine merito eas iustificando à peccatis. Quæ omnia iurasti, hoc est, immutabiliter promisisti patribus nostris. i. fidei nostræ, q videlicet ex tota hominum multitudine alios veritate alios misericordia saluares. *Vniuersæ enim viæ Domi. mise. & ve. &c.* F Psal.24.

c *Quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem?* Videns propheta Gentilium multitudinem ideo turbatam vt conuertatur, & timeat dominum & Deum, ideo deseruire vt peccata auferat & salutem donet, cum admiratione laudat Deum. Si non imputas Gentibus peccata sua, quæ legem tuam non habentes, quasi superflui & reliqui de populo tuo sunt relicti, quid facies gregi tuo, qui pascitur in medio Carmeli? C

✠ Rvp ☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Aures eorum surdæ erunt. *id est, declinabunt audire prosperitatem eorũ præ inuidia qua torquebuntur, sicut serpẽs in puluere volutatur.*
2 Dominum Deum nostrum non desidera. *Timore seruili, timentes à Deo puniri propter mala quæ conabuntur facere populo tuo reuertenti: & propter ista ad Dei laudem assurgit propheta, dicens:*
3 Quis Deus similis tui? *q.d. nullus, quia tu es solus Deus verus.*
4 Qui aufers iniquitatem. *A seruis tuis per pœnæ medicinam.*
5 Non immittet. *Mutat propheta modum loquendi de secunda persona ad tertiam.*
6 Vltra fu. suum. *Si perseuerent in bono: Talia enim sunt sub conditione intelligenda, sicut dictum fuit diffusè. Ierem.18.*
7 Deponet iniquitates nostras. *Quod erat onus nos grauans.*
8 Et pro. in pro. ma. *id est, faciet eos non apparere ad punitionem, & reuertitur ad loquendum in secunda persona, dicens:*
9 Dabis ve. Ia. *id est, adimplebis promissiones factas patribus nostris, quæ tunc implendæ erant: & modo impletæ sunt in domino Iesu Christo. Cui est honor & gloria in secula seculorum: Amen.*

✠ Cap.

MORALITER.

✠ † *Ponent ma. super os.* Nolentes loqui vel audire aliquid de ea.
† *Lingent puluerem.* id est, accipient magnam humiliationem, sicut legitur de Constantino, qui officium stratoris exhibuit beato Syluestro.
2 *Dominum De.* idest, eius aduentum ad iudicium in opere, donec fecerint opera pœnitentiæ, inde sequitur:
† *Et timebunt te.* id est, rigorem iustitiæ tuæ, & quia taliũ Deus miseretur, subditur:
3 *Quis Deus similis tui, qui,* s. verè pœnitentium.
5 *Non immittet vltra furorem suum,* Si permanserint in bono.
7 *Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum.* id est, non apparebunt ad confusionem & punitionem vltrà.
9 *Dabis veritatem Iacob.* Reddendo promissa in gloria sempiterna.

MORAL

ADDITIO I.

In cap.7. vbi dicitur in postil. Malum manuũ suarum dicunt,&c. *Vbi nos habemus,* Malum manuum suarum, &c. *in Hebræo sic habetur: Super manuum suarum malum vt bene faciant: princeps quærit, & iudex in reddendo est, &c. Et est sensus, quòd tanta erat malitia populi, quòd propter mala opera intendebant reddere bonum remunerationis intantum, quòd princeps quærebat, an debebant remunerari aliqua mala, & iudex diffiniebat quòd sic. Similiter quilibet magis tendebat in desiderium suum etiam contra iustitiam, & sic perturbabant eam, scilicet, iustitiam.*

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in postil. Dabis veritatem Iacob. *Attendendum est, quare petiuit veritatem dari Iacob, & misericordiam Abrahæ: Cuius ratio videtur esse, nam Abrahæ primò fuit facta promissio de Christo venturo cum iuramento, vt habetur Gen.22. & hoc fuit per misericordiam: quoniam nulla merita humana sufficerent ad hoc de condigno: vnde talis promissio ad misericordiam pertinet, ideò dicit:* Dabis misericordiam Abrahæ: *sed facta huiusmodi promissione, iam Deus debebat implere prædicta ex veritate, & ideò dicit: Dabis veritatem Iacob: quia iam facta erat promissio misericorditer ipsi Abrahæ, vt dictum est: quæ quidem promissio vallata fuit iuramento, & ideò subdit.,* Sicut iurasti, &c.

A *Incipit Prologus sancti Hieronymi in Naum prophetã.*

Naum prophetam ante aduentũ regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suas regiones transtulerat fuisse, Hebræorum traditio confirmat. † Siquidem in fine huius lectionis prædicti regis aduentum idem propheta annunciare mõstratur. Sed cùm habitatores Niniue † Iona interitum ciuitatis prædicante, ne diuina ira denunciatum interitũ sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiam egissent, accepta Dei misericordia grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa memoratus propheta spiritusancto plenus, iudicium Dei annuncians, ita est loquutus: † Deus zelans & vlciscens dominus &c. Iam enim decem tribus ab Assyriis ductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda, sub quo etiam nunc in consolatione populi transmigrati aduersus Niniuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio, tam his qui iã Assyriis seruiebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque à Chaldæis esse capiendos, sicut in consequentibus libri huius demonstrabitur. D

†d cpœ.dis 3.c. Naum † Infra.3. † Infra.1.c.

B *Item alius Prologus.* E

Sciendum quoniam Niniue in nostra lingua de Hebræo speciosam sonat. Speciosus autem hic dicitur mundus. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepi .1 E quidquid nũc aduersus Niniue dicitur, de mundo figuraliter prædicari sentiamus. Quam ob causam, & assumptio, quam Septuaginta interpretantur λῆμμα & Aquila ἆρμα interpretatus est, apud Hebræos משא ponitur, id est graue onus, eò quòd eã aduersus quam prophetatur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Simúlque hoc attendendum, quòd hæc ipsa vel assumptio vel onus vel pondus prophetæ sit visio. Nec enim loquitur in extasi Propheta, vt Montanus & Priscilla Maximilláque delirant, sed quod prophetat liber est visionis intelligentis vniuersa quę loquitur, & pondus hostium facientis suo populo visionem. De consummatione itaque mundi secundum anagogen in consolationem sanctorũ prophetia texitur, vt quæcumque in mundo videt, quasi prætereuntia & caduca contemnant; & præparent se ad iudicij diem. Vbi vltor aduersum veros Assyrios futurus est dominus. F

C *Incipit argumentum.*

Naum consolator orbis interpretatur Increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

CAPVT I.

Cap. I.
☞ a *Onus Niniue Li.* ✠ Hebræi. Ioel, Nahum, & Habacuc vaticinabãtur tempestate Manassis. At quoniam improbus erat, subticuerunt eius nomen, neque se appellarunt de eius vocabulo. Itaque etiã scriptura, loquutus est inquit, Dominus ad eum, & ad populum illius & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperúntque Manassem, & vinctum cathenis atque compedibus duxerunt in Babylonem. Sader olam c.20.

a ¶ Hoc est. ¶ Lxx. assumptio, quod interpretatur graue onus. ¶ Pondus calamitatis.
¶ Mundi. b ¶ Et hic est. c ¶ Spiritualis. d ¶ Consolatoris.
a Onus Niniue. Liber visionis Naum Elcesæi. 1 2 3

✠ R. Ionathan. Onus calicis maledictionis ad potandum Niniuitas, contra quos prophetauit prioribus sæculis Ionas de Geth Sepher, & cõuersi sunt à peccatis suis. Et cùm denuò peccare adiecissent, prophetauit cõtra eos Nahum de domo Kosi, quemadmodum scriptum est in hoc libro.

✠ Theodor. Hanc assumptionem Nahum appellauit mentis raptũ, & à rebus humanis traductionẽ. Rapta inquit, mẽs mea à diuino Spiritu, quæ Nineui essent euentura præuidit.

✠ Remig. Non itaque in extasi loquebatur, sicut hæretici dixerunt, tanquam nesciens quid diceret more energumenorũ: sed videbat, id est: intelligebat cuncta quæ loquebatur.

☞ Cùm Ionas

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super Naum prophetam incipit.

Cap. I.

✠ Onus Niniue. *Prophetia Naum in duas partes diuiditur, scilicet prooemium & tractatum, qui incipit ibi: Dominus æmulator. In prologo primò iungitur materia huius prophetiæ in generali cum dicitur.* Diuisio

1 Onus Niniue. *Id est, prophetia de malo pœnæ venturo super Niniue, sicut dictum fuit Ionæ 3. Niniuitis ad prædicationem agentibus pœnitentiam Deus nõ intulit pœnam comminatam: sed quia posteà redierunt ad vomitum, Deus destruxit regnum Niniue per Nabuchodonosor regem Chaldæorum: & hanc destructionem prædixit propheticè sanctus Tobias 12.ca. & de ista loquitur Naum propheta. Secundò, notificatur autor cum dicitur.*
2 Liber visionis Naum Elcesæi. *Ita quòd notificatur ex nomine, cùm dicitur.*
3 Naum. *Qui interpretatur consolator, & conuenit suæ prophetiæ:* ✠ *quia destru-*

MORALITER.

✠ 1 *Onus Niniue, &c.* sequitur. *Deus æmulator & vlciscens dominus, &c.* Per hoc ostenditur rigor diuinæ iustitiæ, quo non dimittitur dedecus culpæ sine decore punitionis iustæ, ideò subditur.

Cùm Ionas & Naum de eadem Ninive quæ nunc Ninus dicitur, prophetarent, à. Lxx. Naum post Ionam ponitur: sed in Hebræo post Ionam Michæas, post Michæam sequitur Naum. Qui consolator interpretatur, quia & 10. tribubus iam captiuatis, & duabus iam ab Assyrio exercitu grauiter afflictis, destructionē ipsorum Assyriorum per Chaldæos futuram pronunciauit. Graue pondus est hostibus, quod delectat vel prophetam videre, vel Israelitas audire.

Hieronym.

Elcesæi. viculus est in Galilæa ex quo Naum fuit, licet quidam Elcesæum patrem Naum, & prophetam fuisse putauerunt.

† innocētē faciēdo nō facietinnocentem scilicet eū qui fecerit nocēs

a *Deus æmulator.* Zelatur dominus in salutem eorum quos zelatur, vt quos non potuit eius seruare clementia, seruet æmulatio. Vnde dicitur ad Ierusalem quæ propter peccata sua non merebatur Dei correptionem: *Zelus meus recessit à te: non irascar vltrà tibi.* Quandiu pœnitentiam aget mundus, non fiet consummatio. Sed postquam multiplicata iniquitate & refrigescente charitate, etiam ipsi electi tentabuntur, tunc zelator dominus veniet in vltionem, non quasi inimicus, sed vt ligno, fœno, stipulaque consumptis, purum aurum recipiat, & quidquid hostile & contrarium sibi inuenerit tollat, & in pristinū statum restituat, & reducat. *Deus æmulator.* Vox prophetæ laudantis Deum, q̄ de Assyriis vltus est iniuriam populi sui. Vel quòd sanctorum gemitum audiat, & in consummatione mundi faciat aduersarios sentire supplicia.

Ezech.16.c.

B

✠ Remigivs. Dominus nullum motum animi, nullumque potest recipere furorem, qui in summa mentis tranquillitate mitis est & serenus. Sed metaphoricè dicitur habere furorem, quum vlciscitur mala, quia sustinentibus vltionem sic videtur.

b *Dominus pati.* Et meritò punit, quia magnanimitatis suę fortitudine iniquitates Assyriorum diu sustinuit: sed quia corrigi noluerunt, non faciet mundos & innocentes, nec patietur inultos abire.

Vel patiens & magnanimis, quia sustentat ruentes, & erigit elisos, & per gratiam mundans nocentem, non patietur abire quasi innocentem, vt suo merito se possit dicere saluatum: sed multis modis arguit peccantem & ignoscit, vt per solam gratiam saluatus appareat.

C

✠ Theodoretvs. Non inquit, statim pœnas sumit, sed diutissimè diutissimè patiens est. Huius rei vos Niniuitæ testes estis, qui cùm vos pœnituisset actæ vitæ, salutem assequuti fuistis: & rursus cùm plurima malitia cōtaminati fuissetis, non pro hac quam mox pœnas dedistis, sed diutissimè iniquitates hominum ferens nouit etiam non pœnitentibus supplicia irrogare. Hoc enim explicauit, cùm dixit. *Non faciet innocentem*, hoc est, eum qui suppliciis digna cōmiserit, nō impunitum relinquet.

D

c *Dom.in tem.* Qui in tēpore præsentis sæculi ita se vlciscitur de inimicis, in fine sęculi cōmouebit & cōmutabit elementa: per quā cōmotionem credent ipsum fuisse viam veniendi ad Deum iuxta quod ipse testatur. *Ego sum via, veritas & vita:* & tunc prophetæ & animæ iustorum prius graues ex carnis coniunctione tenuabuntur in puluerem, vt angelis iunctæ & in scabellum pedum Dei redactæ extremis officiis humanitatis ministrent, & si ad caput diuinitatis non pertigant.

Ioan.14.a.

Si nebula accipitur in malū, eo q̄ lumen soleat obscurare, dicetur, quod animæ prauorū potestati Dei subiectæ in puluerem quasi in nihilū redigētur, & terra q̄ in eis pinguis est, dissoluetur.

E

✠ Remig. Iuxta literā describitur potentia Dei, & ostenditur quia non pro magno sit ei Assyrios delere, qui potest elementa mutare.

✠ Theodoret. Vult autem dicere, q̄ non amplius longa patientia vtetur, sed perniciem inferet, vndique malorum cumulo in vos accersito. Deinde docet, vt facilè quodlibet illi visum fuerit, efficiat.

✠ Theophy. Homo iter faciens puluerē excitat, Deus verò adeò magnificè incedit ac mouetur, vt etiā ipsas excitet nubes & nebulas. Sic & contra Nineuitas motus, nubes malorū vndique adducet. Si volet, vniuersum mare exiccabit, omniaque flumina delebit. Hoc perspicuū est ex his quæ fecit temporibus Mosis dū rubrum mare, ac Iordanē fluuium temporibus Iosue exiccauit. Hinc & Nineui vrbem arefaciet, veluti vastū quoddā pelagus existentem, cùm gloria, tū opibus, ac bellorum motibus æstuans: ac gētes sub ipso, ceu amnes quosdam in eam se exonerantes & influentes quibus intumescat & impleatur, desolabit Dominus ille adeò potēs est, vt Basanitin regionem Palestinæ fertilissimam, tum Carmelum & Libanum montes nemorosissimos & exuberantissimos materia sua spoliet & priuet, quum primùm ille vel nutu decreuerit.

F

Increpans

NICOLAVS DE LYRA.

quia destructionem Assyriorum denunciauit ad consolationem decem tribuum, quæ per Assyrios fuerant captiuatæ: & duarum tribuum, quæ per eos fuerant multum afflictæ tempore Ezechiæ. Item ex loco natiuitatis suæ, cum dicitur. Elcesæi. *Tertiò: ex officio prophetandi non solum verbo sed etiam scripto, cum dicitur.* Liber visionis. *Licet enim 12. prophetæ sint collecti in vno volumine, tamen prophetia cuiuslibet posset dici vnus liber partialis.*

✠

1 Deus æmulator. *Hic incipit tractatus, in quo primò zelus diuinæ iustitiæ declaratur: secundò ad propositum applicatur, ibi.* Bonus dominus. *Prima in duas: quia primò ponitur rigor diuinæ iustitiæ ad puniendum, secundò vigor suæ potentiæ ad exequendum, ibi.* Dominus in tempestate. *Circa primum dicitur:* Deus æmulator. *Id est, irascens seu vindictæ appetitor contra peccatores obstinatos. Æmulatio enim aliquando pro ira ponitur, sicut Ezech. 8. b.* Erat statutum idolum zeli ad prouocandum æmulationem. *Id est, Dei iram, vt ibidem dictum fuit. In Hebræo habetur:* Dominus accensus. *Ira enim dupliciter diffinitur à Philosophis. Vno modo materialiter, sic: Ira est accensio sanguinis circa cor: Et sic dicitur in Hebræo.* Dominus accēsus, *scilicet ira. Alio modo formaliter sic: Ira est appetitus vindictæ, & sic habet translatio nostra:* Deus æmulator *id est vindictæ appetitor, vt dictum est. Sciendū tamen, quòd passio iræ nno est in Deo propriè, sed metaphoricè, quia ad modum irati se habet quando punit, ideò subditur.*

Diuisio.

2 Et vlciscens dominus. *Id est, puniens. Et repetitur prædicta sententia pluries, cùm dicitur.* Vlciscens dominus, *&c. Ad maiorem affirmationem diuinæ vindictæ contra peccatores obstinatos.*

3 Dominus patiēs. *Quia nō statim punit peccatores, sed expectat eorum pœnitentiam, vt sequens punitio iustior ostendatur.* 4 Et magnus, *&c. Q.d. talis expectatio punitionis non est ex defectu virtutis.*

5 Et mundans, *&c. Id est, peccatores obstinatos non dimittet trāsire sine debita punitione, ac si essent innocētes cōtinuādo ad præcedentia. Vel aliter.* Et mundans. *Peccatorem pœnitentem à culpa.*

6 Non fac.inn. *Scilicet liberū à pœna: quia pœne sunt quædā medicinæ peccatorum purgatiuæ.* 7 Dominus in tempest. *&c. Hic consequenter ostenditur vigor diuinæ potentiæ, cùm dicitur:* Dominus in tempestate, *& turbine. Id est, sic consueuit venire ad puniendum peccatores obstinatos. De hoc habetur exemplum Exod. 14. e. vbi dicitur, q̄ punitionem Aegyptiorum præcesit ventus vehemens & vrens tota nocte, & in debellatione exercitus Sisaræ venit in tempestate. Iudicum 5. & similiter in debellatione Philisthinorum orante Samuele. 1. Regum 7. & in pluribus aliis locis habetur simile.*

8 Et nebulæ puluis pedum eius. *Ex vento turbinis eleuatur puluis obscurans aërem, ad modum nebule. Et dicitur procedere ex Dei pedibus, quia procedit ex terra, secundùm illum modum loquendi, quo dicitur Isa. 66. a.* Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum.

Increpans

MORALITER.

✠ 5 *Et mundans, &c.* Id est, mūdās peccatū nō dimittit impunitū.

7 *Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebule puluis pedum eius.* Hic consequenter ostenditur vigor suæ potentiæ cui nullus potest resistere. Primum debet nos mouere ad vitandam eius offensam scientes, quòd eam non dimittet impunitam. Secundum ad sustinendum patienter pœnam, quia durum est contra stimulum calcitrare.

Bonus

a *Increpans mare.* Siccabit Deus amaritudinem mundi in quo regnat draco, & gurgites maliciæ & eloquentiæ mundanæ destruet, in quibus reptant parua animalia. id est, hæretici, Philosophi, Oratores.

Alleg.

Hieronym.

b *Infirmatus est Basan, &c.* Basan, confusio. Cum autem Deus venerit ad nihilum redigentur peccata quæ sunt digna concussione: & etiam illi qui mentiuntur se habere scientiam circumcisionis, qui etiā per hypocrisim videntur florere bonis operibus.

†Desolatus

Hi montes vberes & consiti, per quos significatur populus Assyriorum, quondā potens & florens & pluribus imperans, Deo irascente vastandus; vel in fine sęculi potentes nobiles, diuites repente peribunt.

B

c *Montes commoti sunt ab eo.* Montes & colles sublimes & potentes, qui in adnentu domini depositi, terræ hærebunt, non audentes respicere faciem domini, quod erit eis pro summo cruciatu.

Alleg.

✠ Rvpertvs. Per tam diuersas res mare, flumina, Basan, Carmelum, Libanum, montes & colles, & terram, diuersas habitantium in orbe terrarum causas intelligimus, quia propter diuersas eorum causas, penè similibus vltionibus vltus est in eos æmulator Dominus, &c. Notandum interea, septem verbis quo numero plerúmque significatur vniuersitas, cunctas præsenti loco æmulatoris Dei vltiones esse declamatas. Mare, increpante illo, exsiccatur, flumina ad desertum perducuntur, Basan & Carmelus infirmantur, flos Libani elanguit, montes ab eo sunt cōmoti & colles desolati, terra vel orbis contremuit, &c.

Hieronym. Remig.

d *Ante faciem.* Cum venerit dominus in turbine siccans mare id est imperium Assyriorum & omnia flumina id est potentiam & vbertatem eorum destruens, & montes id est altitudinem imperij, & lætitudinem (quæ orbis terrarum dicitur) concutiens, tunc nulla potentia poterit resistere Deo irascenti, & suum populum vindicanti.

C

e *In ira*

e *In ira furoris eius.* Per iram signatur diabolus, minister iræ qui ad plectendos malos mittetur: nec reperietur in fine mundi aliquis tam purus quam libera fronte contra eum resistat dicens. *Ecce venit princeps mundi, & inuenit in me nihil.*

D

Indignatio Dei quæ diu sustentat peccantes, aliquando non tota quidem prorūpit in pœnam: sed stillat in modū ignis ad dissoluendum duriciam cordium, quæ per terram signatur.

Ioan. 14. d.

f *Bonus Dominus, &c.* ✠ Theophylact. Postquam horrenda commemorauit, ac impetus & iræ Dei meminit, vt ne durum quempiā ac prauum quidam arbitrentur Deū (id quod Simonis & Marcionis sectatores passi sunt,) quæ ad manifestudinem & benignitatem eius pertinent, nunc adducit, & ait. Etiam si ingentem & intolerabilem Domini indignationem dixerim, hostibus tamen huiusmodi indignatio segregata definitaq̄; est. Hi iniquo animo ferentes castigationem, vituperant Deum, qui tamen benignus, mansuetus, & clemens est castigationem ab ipso adductam placida mente sustinentibus.

E

†fortitudo.

g *Et in dilu.* ✠ Theodoretvs. Id est, funditus perdet, & in perpetuas tenebras dabit contra se furentes audacia. Diluuium & consummationem vocauit perditionem funditus factam.

✠ Theophylactvs. Hoc quoque proprium calamitatis est, quod qui in tribulationibus & afflictionibus sint, mente obfuscentur, quadam caligine obducti, vt etiam in die velut in nocte agant.

Iuxta historiam. Cum Deus vastauerit terram promissionis quasi per diluuium, faciet finem captiuitatis, reducens Israel ad pristinas sedes, sed Assyrios persequentur tenebræ, hoc idem potest dici in fine sæculi, quòd sanctorum post iram misetebitur: persequutores vel diabolos in tenebras mittet exteriores.

Hieronym. Remig.

F

Quid co.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Increpans mare & exiccans illud, &c. *Sua virtute, sicut patet Exod. 14. de mari rubro.*

2 Et omnia flumina ad desertum dedu. *Sicut enim siccauit alueum Iordanis, ita posset omnia flumina desiccare.*

3 Infirmatus est Basan & Carme. *Quæ sunt loca vberrima.*

4 Et flos Libani elanguit. *Vbi solet esse viror continuus: & hoc fuit tempore Eliæ ex siccitate inducta virtute diuina tribus annis & mensibus sex, Iacob. 5.*

5 Montes commoti sunt, &c. *Hoc frequēter apparet de terremotibus. Omnia ista sunt inducta ad ostendendum magnitudinem virtutis diuinæ, ideo concluditur.*

6 Ante faciem indignationis eius, &c. *Quasi dicat nullus.*

7 Indignatio eius effusa est vt ignis. *Hoc patuit in subuersione Sodomæ & Gomorræ igne sulphuris.* 8 Et petræ, &c. *Ex vehementi igne resoluuntur lapides, vt patet in calce.* 9 Bonus dominus. *Hic consequenter illud quòd dictum est de rigore diuinæ iustitiæ, & vigore suæ potentiæ ad propositū applicatur in punitione regni Assyriorum, in quo metropolis erat Niniue. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur vnius regis, scilicet Sennacherib punitio, secundò totius regni destructio,*

Diuisio

destructio, capitulo sequenti. Prima in duas, quia primò circa Sennacherib ponitur vltio diuina, secūdò exultatio in terra Iuda ibi. Ecce super montes. *Ad intellectū primi sciendū, quod sicut habetur. 4. Reg. 18. Sennacherib venit in Iudæā, & de Lachis misit Rabsacen in Ierusalē ad terrendū Ezechiā & suū populū, sed rege Aethiopum inuadente terrā Sennacherib compulsus fuit dimittere Iudæā ad defendendum terram suā, sed habita victoria rediit in Iudæam ad destruendum Ierusalem: & tūc angelus domini percussit in exercitu eius. 185. milia bellatorum, ipse cum paucis fugit ad terram suam, vbi interfectus fuit à filiis suis. 4. Reg. 19. & sic confortatus fuit Ezechias cum populo suo, & secundum hoc dicitur.* Bonus dominus & confortans. *Scilicet Ezechiā & populū suū,*

10 Et sciens. *Scientia approbationis.*

11 Sperantes in se. *Id est, Ezechiam & Isaiam & alios iustos contra Sennacherib de diuino confidentes auxilio.*

12 Et in diluuio prætereun. *Id est, in fortitudine exercitus Sennacherib, secundum q̄ dicitur Isaiæ. 8. b.* Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, &c. *Et sequitur ibidem.* Et ibit per Iudam inundans &c.

13 Consummationem faciet. *Id est, destructionem per angelum, vt dictum est.*

Quid cogi-

MORALITER.

✠ 9 *Bonus dominus,* Hic prophetat destructionem regis Niniue, scilicet Sennacherib, qui Deum blasphemauit & cultum Dei de Ierusalem auferre voluit, vt habetur. 3. Regum, propter quod Antichristus significatur per ipsum, qui Deum blasphemabit & eius cultum de ecclesia tollere tentabit. Quia tamen Deus tunc electos confortabit, dicitur *Bonus dominus & con, &c.* Scilicet in Antichristi tribulatione futura.

10 *Et sciens sperantes in se.* Scientia approbationis.

12 *Et in diluuio prætereun.* Id est, in Antichristi persecutione, quæ dicitur diluuium prætereiens, quia grauis erit ad sustinendum, *sed breuiabitur propter electos, Matth. 24.*

13 *Consummationem faciet.* Nam Antichristum & eius exercitum pro magna parte destruet,

a *Quid cogitatis con.* Quando quidem Deus est facturus suis fi-
A delibus finem diluuij; quid accusatis Deum legis qui quasi nimis seuerus & austerus graues cruciatus ex præcepto legis irrogauit peccantibus? Si videtur cruentus, quod genus humanum diluuio, Sodomitas igni, & Ægyptios mari, Israelitas in heremo perdidit: scitote ideò tēporaliter pro peccatis punisse, ne in æternum puniret. *Quia non iudicabit Deus bis in idipsum.* Qui ergo puniti sunt sufficienter, post non punientur, alioqui mentitur scriptura, quod nefas est dicere.

Naū. 1. c. secundum LXX. — † bis

Si fidelis in adulterio deprehensus decollatur: videtur non amplius puniendus, ne bis in idipsum iudicetur. Sed sciendum Deum sicut omnium rerum, ita
B suppliciorum quoque scire mensuram: nec præuenire sententiā iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ de hinc pœnę auferri potestatem: & magnum peccatum diuturnis sui cruciatibus, sed leuem culpam compensati leui supplicio.

† Non erūt in pace, & quātò plures fuerint, tātò magis excindētur. — † iugum

Expositio Hebræorum. O Assyrij cur malè cogitatis contra Deum quòd duodecim tribus ex toto destructurus sit? non consurget duplex tribulatio, non tradet vobis Iudam & Ierusalem, sicut tradidit. 10. tribus & Samariam.

Non capientur ab Assyriis duæ tribus sicut 10. quia dum adhuc in terra Iuda sunt Assyrij, & sicut spinę se inuicem complectuntur, lætantes & gaudentes consumentur ab angelo, quando
4. Reg. 19 g vna nocte 185. milia cæsa sunt. Quæ multitudo ebriorum conuiuio pulchrè comparatur, & spinis se complectentibus quæ igni solent tradi, & stipulæ quæ leui ardore comburitur.

b *Non consurget duplex. &c.* ✠ Remigivs. Hoc septuaginta
Hieronym. apertiùs quasi exponentes dixerunt Non iudicabit Deus bis in
C idipsum, & sic visitatum versatur per ora omniū. Marcion duos deos adinuenit, vnum veteris testamenti malum & crudelem, qui pœnis hominum delectetur: alium noui testamenti bonum quem dicunt facturum mundi consummationem. Contra hos dicit propheta. *Quid cogitatis, &c.* Ipse qui creauit mundum, eius quoque faciet consummationem. Illis quos præsens tribulatio affligit, futuram damnationē consurgere non sinit, & peccatoribus idcirco Deus ad præsens infert supplicia, vt in æternum non pereat.

✠ Theophylactvs. Vel, talis est potentiæ Deus, vt
Li. 18. Mor. c. 13. si aliquem pro meritis punire velit, hoc ipsum simul cumulatè vna plaga perficiat, nec altera vindicta opus habeat, semel quadantenus ipsum conficiens.

✠ Gregorivs. Si dicamus quamlibet culpam bis feriri D
non posse: hoc ex peccato percussis atque in peccato suo morientibus debet æstimari; quia eorum percussio hic cœpta, illic perficitur, vt in correctis vnum flagellum sis quod temporaliter incipit, sed in æternis suppliciis consummatur: quatenus eis qui corrigi renuunt, iam præsentium malorum percussio, sequentium sit initium tormētorum.

† de prædist. 3. c. sunt plures. §. autoritat. & c. quærat hic aliquis.

Hieronym. Fœdera & coniunctiones hæreticorum quasi spinæ se inuicem complectuntur, & conuiuium eorū. Id est, mysteria altaris, quia & ipsi mensā dominicam se habere dicunt, spinarum fœdus est, simul vescentiū paritérq; potantium: cùm enim ebrij de vinea Sodomorum contra Deū blasphemant, nónne conuiuium spinarum est. Quod tamen cum suis autoribus consumetur, quasi stipula ari. ple. ab ipsis contra Deum exit inimica cogitatio.

c *Ex te enim ex.* Hæc de Rabsace dicuntur. Qui egressus de Assyriis blasphemauit Deum persuadens Israelitis, vt desperantes de auxilio Dei traderent se Assyriis, non Deo sed idolis seruiri. Isa. 36. a.

d *Si perfect.* ✠ Remig. De Assyriis iuxta literā dicit, q. si robusti & perfecti fuerint, & augeantur numero cunctarum gentium: sic quoque vastante angelo Domini attondeantur, id est, comminuantur, veluti capilli forfice facillimè præscinduntur.

e *Et pertransibit.* Scilicet Assur, hoc est, esse desinet: vel, vastato exercitu suo, reuertetur ad terram suam.

f *Et non afflig. &c.* Scilicet hoc tempore, & per hos hostes à quibus modo obsideris. Nam sepissimè per alios postmodum afflicti sunt.

g *Et nunc conter. &c.* Id est, omnem potestatē quam habet, & in qua gloriatur: siue vincula quæ præparabat vt captos ligaret.

✠ Theophyl. Virgā qua castigatur Israel, conterā abs te F
ô Nineui, vt eam porrò non teneas, quo per eā Israelē castiges.

Rursus ad Iudā & Ierusalē sermo dirigitur, quibus Deus non perpetuā, sed illius tēporis, & ab illis hostibus à quibus obsidebantur, securitatē pollicetur. *Si perfecti, &c.* Benigna Dei contra hæreticos cōminatio, qui etsi fortes, & multi atterentur, & trāsibit eorū impetus, sequitur & promissio, permisi te affligi potestate diaboli, quo autore tanta confixeras, & vincula ad colligandas animas peccantium contexueras. Sed hæc omnia modo dirumpam: dicens his qui in vinculis tenebantur. Exite. — Hieronym.

☞ *Et percipiet.*

a ¶ Qui elegerunt potius tenebras quam lucem, ipsis tenebris comprehendentur.
a & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis con- †
a ¶ Qui creauit mundum, ipse eius consummationem faciet.
b tra dominum? Consummationem ipse faciet. † Non consur- † 1
get † duplex tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem comple- 2
ctuntur, sic cōuiuium eorum pariter potantium: Consumen- 3 4
¶ Hæreses studiosæ.
c tur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans 5 6
a ¶ Vt figmentis tegat mendacium.
contra dñm maliciam, mentē pertractans prævaricationem.
a ¶ In robore. ¶ Q. Licet Assyrij fortes sint & multi, non prævalebunt tibi. b ¶ Assyrij. c ¶ Adiunctis sibi multis Gentibus.
d Hæc dicit dñs: † Si perfecti fuerint & ita plures, sic quoque at 7 8
a ¶ Id est, Assyrij. ¶ Sicut multi capilli forcipe sic multitudo eorum facile succidetur. ¶ Angelo vastante. b ¶ Assur vel esse desistet, vel vastato exercitu in patriam suam reuertetur, te sospitem relinquens.
e tondentur, & pertransibit. Afflixi te, & nō affligā te vltrà. Et 9 10
f a ¶ Qua percutere te conabatur. ¶ Potestatem. b ¶ Assyrij. c ¶ Quæ captiuis parabat, quamquam possit & obsidio accipi pro vinculis clausæ multitudinis.
g nūc cōterā † virgam eius de dorso tuo, & vincula tua dirūpā. 11 12 E

NICOLAVS DE LYRA

1 Quid cogitatis contra dominum? *Tu Sennacherib & exercitus tuus? q.d. vos cogitatis contra dominum destructionem ciuitatis domini & tēpli, sed non poteritis. Et subditur causa.* 2 Consummat. &c. *Exercitus vestri.* 3 Non consurget, &c. *Id est, Sennacherib non tribulabit regnum Iuda, ipsum captiuando, sicut Salmanasar pater suus regnū Israel tribulauit.* 4 Quia sicut spi. *Et sic inuicem comburuntur.* 5 Sic conui. *In vespere enim noctis, in qua angelus percussit exercitū redigēdo in cineres corpora bellatorū, rex fecerat principibus exercitus conuiuium.* 6 Ex te enim. *Iste fuit Rabsaces missus à rege ad terrendū Ezechiā & populum suum, vt sic se redderent, & ducerentur in terrā idololatriæ subiectā.* 7 Si perfe. &c. *Id est, si bellatores fuerint perfecti in fortitudine & multitudine.* 8 Sic quo. at. *Id est, ab angelo percutientur, quæ percussio vocatur rasio siue attonsio Isa. 7. d.* In die illa radet dominus in nouacula acuta in rege Assyriorū caput & pilos pedū & barbam vniuersam. 9 *Afflixi te. Verbū est domini ad Ezechiā, & populū suū qui fuerunt afflicti per regē Assyriorum.* 10 Et non. af. *Scilicet per Assyrios, tamen postea tempore Sedechiæ populus fuit afflictus per Chaldæos.* 11 Et nunc con. &c. *Id est, potestatem.* 12 Et vin. tua, &c. *Quia cum exercitu poteris ire liberè per Iudæam.*

Et percipiet

MORALITER.

† *Et inimicos eius.* Scilicet Christi & ecclesiæ.
† *Persequentur.* Scilicet inferni in quibus punientur Antichristus & satellites sui.
1 *Quid cog. cō. do. &c.* Scilicet tu Antichriste & ministri tui.
2 *Consummationem ipse.* Id est, destructionem tuæ potestatis & imperij.
3 *Non consurget du. tri.* Quia post persecutionem Antichristi alia non succedet.
4 *Quia sicut spinæ se inuicem, &c.* Id est, simul comburuntur, sic erit de Antichristo & adhærentibus sibi, quia similiter comburentur igne infernali.
6 *Ex te enim exibit cogitans contra dominum ma.* Hoc dicitur de nunciis ab Antichristo præmissis.
† *Hæc dicit dominus. Si per fu.* Si potentiores & plures destruentur.
10 *Et non affligam te vltra.* Quia post mortem Antichristi non affligetur ecclesia.

Et præcipiet

a *Et præcipiet.* O Assur quod passurus es ne putes fortuito, & si-
A ne iudice contingere, quia Deo præcipiente omnia fient.

✠ Theophylactvs. Hoc ciuitati Niniue dicit. Quoniam de te Dominus Cyro imperabit, vt copias suas aduersum te armet. Mandabit porrò non prophetas mittendo, sed animum eius inuisibiliter per sua quæ nouit iudicia contingendo, maximè cùm idololatra esset, & indignus quem per suos prophetas conueniret.

Non seminabitur, &c. ✠ Remigivs. Id est, nullus nascetur ex te, qui tuo nomine vocetur, & hæ-
B res tuus appelletur: vt enim liber Esaiæ declarat, statim vt euersus est, interfectus est à filiis suis, cùm adoraret in templo Nesrach Deum suum, & hoc est quod sequitur. *De domo Dei tui, &c.* Vt inde puniaris, vnde sperabas auxilium.

Hieronym. Remig. O hæretice animæ per te deceptorū non suscipient nomina quæ prius inuocauerant super terras suas: sed cessabunt sectæ hæreticorū, ne ab eis alij nominentur. Morientur ergo tibi errorum dogmata, sed & tu qui tibi viuere videbaris, morieris errori, & bono tuo mortuus, idola quæ colebas habebis sepulchrum: & de pectore tuo auferentur errores, in quo prius erat templū D
Dei tu[illegible] [illegible]mulabas, quem inhonoratus es dum colis vana idola, quæ ra[illegible]alis es.

b *Ecce super mon.* Legitur in Paralipomenon, quòd Sennacherib obsidente Ierusalem primo mense non potuit Pascha fieri, sed cæso exercitu & nunciata morte Sennacherib, secundo mense Pascha celebratū est. Inde ait: O Iuda ne sis sollicitus occiso hoste tuo in tēplo Dei sui, ecce venit tibi nuncius transcurrens montes & colles, & quasi de specula nuncians tibi morte Sennacherib liberatam vrbē. Celebra Iuda. fe. t. & re. vota tua, quę pollicitus es Deo, redde pro nece inimici, quia Belial. Id est, Prævaricator ille non pertransibit te, quia totus interiit, exercitus & rex & imperium Assyriorum penitus conciderunt. — 2. Par. 32. a — E Isa. 37. g.

Si quādo fuerit grauis persecutio, & Dei vltio in eius aduersarios apparuerit, dicamus ad ecclesiam: Celebra Iuda, &c.

Alleg. Destructis hæresibus inducitur vox ecclesiastici prædicatoris qui hortatur ad gaudium animas Deum confitentes, pro diabolo in idolis destructo.

a ¶ Contra te Assur. ¶ Facta promissione liberationis ad Israelitas, conuertit verba ad Assyrios comminans eis pœnam. q ¶ Id est non fiet seminatio.
a Et præcipiet super te Dominus. Non † seminabitur ex nomi- 1 2
a ¶ Quia reuersus Sennacherib Niniuen, statim à filiis occisus est in domo Dei sui adorans. Ibi punitus vnde sperabat auxilium. ¶ Te. b ¶ Inter aras & puluinaria adorantis idola, sanguis nefarius effundetur.
ne tuo amplius de domo Dei tui interficiam. Sculptile & con 3 †
b flatile ponam sepulchrum tuum, quia † inhonoratus es. Ec- 4
ce super montes pedes Euangelizantis, & annunciantis pa- 5
a ¶ Cum angelis domino canens.
cem. Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua, quia nō 6
a ¶ Vnde Apostolus. Quæ conuentio Christi ad Belial? b ¶ Prævaricator. c ¶ Quia. ¶ Subuersa Niniue.
adiiciet vltrà, vt pertrāseat in te † Belial: vniuersus interiit. 7

† vocabitur semen. — † nihil reputatus. — † impius

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et percipiet, &c. *Verbum est prophetæ ad Sennacherib, de quo præcepit dominus angelo, vt percuteret exercitum eius.*
2 Non seminabitur. *Id est, non nascentur vltrà tibi filij, quia fugiens ad terram suam, citò fuit interfectus à filiis suis scilicet post 45.*
C *dies à fuga sua, Tobiæ. 1.*
3 De do. Dei tui inter. *Quia in templo idoli sui fuit interfectus. 4. Regum. 19. ideo subditur.*
4 Sculptile & con. po. se. &c. *Quia inter idola fuit occisus, nec in sepultura factus est ei honor regius, eo quòd factus erat toti populo exosus imputanti destructionem exercitus prædictam superbiæ Sennacherib, Deum Israel blasphemantis. 4. Reg. 19.*
5 Ecce super mon. *Hic consequenter ponitur exultatio populi Iudæ, cum dicitur.* Ecce super montes, &c. *Quia percusso exercitu & Sennacherib fugiente, statim Ezechias misit cursores ad denunciandum Dei auxilium sibi factum, & vt omnes venirent in Ierusalem ad reddendum gratias Deo de tanto beneficio.* F
6 Quia nō adiic. &c. *Id est, absq; iugo, per quod intelligitur Sennacherib, qui nec Deum nec homines reuerebatur.*
7 Vniuersus. *Qui post mortē sui exercitus occisus fuit, vt dictū est.*

MORALITER.

1 *Et præcipiet super te dominus.* Id est, super Antichristum quem Michael Archangelus de pręcepto domini fulminabit.
2 *Non seminabitur ex nomine tuo amp.* Nam Antichristus non relinquet semen ad ecclesiæ persecutionem.
3 *De domo Dei tui.* Id est, idoli tui.
† *Interficiam.* Scilicet idololatras.
4 *Sculptile & conflatile ponam sepulchrum tuum.* Nam Antichristus morietur in idololatria dæmonis sibi priuati.
5 *Ecce super montes, &c.* Sicut Sennacherib debellato per angelum, nuncij Ezechiæ discurrerunt ad congregandum populum in Ierusalem vt de tanto beneficio gratias agerent Deo: sic Antichristo per angelum fulminato congregabuntur fideles ad celebrandum solenniter Eucharistiæ sacramentum: Ideò subditur. *Celebra Iuda festiuitates tuas & redde vota tua, quia non adiiciet, &c.*

ADDITIO.

In cap. 1. *Naum vbi dicitur in postil.* Non consurget duplex tribulatio.

Hoc quod dicitur: Non consurget duplex tribulatio, *videtur continuari cum hoc quod immediatè dixerat:* Consummationem ipse faciet. *Et est sensus, q. Deus decreuerat consummare exercitū Sennacherib, sic totaliter, q. iterū nō possent tribulare regnū Iuda: & sic dicit.* Nō cōsurget. *s. in regna Iuda* duplex tribulatio, *ex parte Assyriorū.*

Cap. II.

CAPVT II.

a *Ascendit qui, &c.* ✠ Theophyl. Ascendit contra Niniue Currus, qui insufflans faciei tuæ eripuit te ex afflictione. Insufflare autem ex Iudaica consuetudine dixit, quorū exorcistæ in languentiū vultus insufflabāt.

† cōterit disspergēdo

✠ Remig. Absq; dubio veniet Nabuchodonosor qui te destruat ô Niniue, & agros tuos deuastet. Quia igitur incurabile tibi imminet bellum, prædico tibi, contemplare viā diligenter, & iter per quod venturus est, &c.

a ¶ Quia. ¶ Nabuchodonosor qui ante os tuum vastet agros, persequatur agricolas, te clausum teneat.
a Ascēdit qui † dispergat corā te, qui cūstodiat obsidionē 1 2 3

Nunciato interitu Niniue, supponit per quem implendus sit, dirigens verba ad ipsam Niniuen.

☞ *Contemplare*

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. II.

1 Ascendit. *Post quā propheta denūciauit percussionē Sennacherib regis Assyriorum, hic consequenter denunciauit destructionem regni, in quo metropolis erat Niniue, quæ destructio facta est per Nabuchodonosor regē Babylonis post Sennacherib. Et primò ponitur hæc destructio, secundò destructionis ratio capitulo sequenti. Prima in tres, quia primò ponitur Niniue obsidio, secundò obsessæ captio, ibi.* Portæ fluuiorum, *tertiò captæ deprædatio, ibi.* Diripite. *Circa primum alloquitur regem Assyriorum, dicens:* Ascendit, *id est, ascendet currus & equos scilicet exercitus Chaldæorum.*
2 Qui dispergat coram te. *Vastando terram tuam in oculis tuis, & non poteris resistere.*
3 Qui custodiat. *Circa Niniuen vsquequo capiat eam.*

Contemplare.

MORALITER

1 *Ascendit qui dispergat coram te, &c.* Hic ad literam describitur destructio Niniue per Babylonios, per quam mysticè potest intelligi destructio Iudææ per Romanos, & nomina consonant.

a *Contemplare.* Videns propheta imminere bellum Niniue iam gaudens insultat ruituræ.

A THEOPHYLACTVS. Ad Iudam hæc dicit, præcipiens ipsi circumspicere per vias, & expectare nuncios, ac bonas ab illis accipere annunciationes. *Conforta lumbos, &c.* Pro eo quod est, priorem depone formidinem, & confortare lumbis tuis eos circumcingens. Sic esto Dominus ait. *Succingere vt vir lumbos tuos.* Et Paulus. *Circumcingite lumbos vestros in veritate.* Proinde & hic eos fortes esse & confidentes iubet.

ALLEG. Tria præcipiuntur Iudæ. Primum, vt aspiciat viam per quam ambulet ad eum qui dicit. *Ego sum via.* Deinde, vt teneat lumbum id est, mortificet carnem, tertiò, vt assumat virtutem ne deficiat in bello contra hostes. In quo bello ne deficiat in bello, supponit in qua re spem possit habere; scilicet quòd Deus reddidit super Iacob iniurias quas solebat superbus aliis inferre: modo Dei gratia humiliatus ab Assyriis patienter sustinet, Iacob supplantator, Israel videns Deum. Sicut ergo videns Deum & semper cogitans de Deo, nescit aliis facere iniuriam, sic in luctamine supplantans inimicos desistit aliis inferre iniuriam per hoc quòd vastatores. *Id est, angeli singulorum qui semper vident faciem patris,* dissipauerũt in Iacob & Israel quidquid pulueris eis inhæserat, & mentem quę ad prius contumeliã prompta erat à vero Iacob & Israel auerterũt, & quidquid mali in cogitationibus eorum propagabatur, extinxerunt.

(margin: † Sicut faces ignis Hieronym. — Ioan. 14 a. — B — Matt. 8. b.)

b *Quia sicut.* LXX. Quoniam auertit dominus captiuitatem Iacob, sicut contumeliam Israel. Vtrumque & Iudam & Israel vastauerunt Assyrij.

REMIGIVS. Id est, sicut vltus est Dominus Iudam de superbia Sennacherib, sic vlciscetur decem tribus, quæ in Niniue captæ tenentur. Hoc est enim quod dicit: Sicut reddidit Dominus superbiam quam exercuerant Assyrij contra Iacob, id est, Iudam: sic reddet superbiam Israel, id est, quam fecerunt ipsi Assyrij contra decem tribus.

c *Quia vastatores.* Iuxta historiam contra Niniuen loquitur & describitur Babyloniorum exercitus contra eam veniens.

d *Clypeus fortium, &c.* REMIGIVS. Narratur pompa præparantium se Chaldæorum contra Niniuen ad bellum. Clypeus C ignitus, id est, vibrans & quasi fulgurans vim in coccineis, id est, vestibus coccinei coloris, vt ipsa vestium similitudo terrorem ignis, & sanguinis præsentaret speciem. Igneæ habenæ ob nimiam præparantium ad bellum festinationem: agitatores, id est, rectores vel Israel vel Assyriorum consopiti sunt. Tanta est D etiam multitudo commixti agminis, vt quadrigæ in plateis dũ viam præ multitudine nequeunt reperire, inter se collidantur. Aspectus eorum, scilicet Babyloniorum, quasi lampades, vt ante solo visu aduersarios terreant, quàm mucrone feriant. Tunc recordabitur populus Assyriorum fortium suorum, & quæret eos qui in itineribus corruerunt. Velociter ascendent muros Niniue ad defendendum, & propter longam obsidioné præparabunt sibi vmbraculum ad æstus pellendos, &c.

(margin: † rubefactus Hieronym.)

ALLEGOR. Clypeus. Id est, arma diaboli & membrorum eius sunt accensa igne inuidiæ, iræ, furoris & vi. exerci. in E cocci. sunt rubri sanguine martyrum. Igneæ. ha. cur. qui ferunt diabolum per mundum succensæ sunt igne gehennę. Agitatores qui venantur diabolo prædam, consopiuntur & delectantur, & quasi dormiunt capta præda, sed isti omnes pro malis suis itineribus conturbabuntur in die iudicij, & quadri. col. sunt in pla. Quamuis spaciosa via sit quæ ducit ad mortem, tamen pressura temporis coartati, rectum iter inuenire non poterunt, sed in se inuicem collidentur. Ibi tamen spirabunt veterem furorem, & sicut fulgura huc illúcque discurrent. Et recordabitur, ad pœnam suam diabolus & membra eius, eorum qui fortiter & violenter egerunt contra ecclesiam: & ruent in itinere non valentes implere conatus suos, & velo. ascendet mu. eius, Terrore venientis iudicis infirmati, fugient ad terminos mundi quibus quasi muris mundus includitur & ambitur, & vltrà non valentes progredi quasi ex necessitate cogentur contra instantem repugnare. Sed illis hæc cogitantibus, cuncta quæ ab eis obtenta fuerant dissipabuntur & aperientur portæ quæ clausæ fuerant, id est conscientiæ singulorum reuelabuntur, & regna impiorum corruent, & miles, diabolus, & ancillæ eius id est, molles, sub illo ducentur in tartara, gementes & indignantes contra se pro malis quæ gesserunt, & tamen murmurantes & indignantes contra Deum pro pœnis quas patientur nollent eum Deum habere punitorem.

e *Igneæ habenæ curris in die præparationis, &c.* In ardentibus loris, velocitas properantium signatur, & præparantium se ad bellum pompa narratur, & commixtim nunc de Israel, quæ olim passus sit, nunc de Assyrio quid fecerit, nunc de Babyloniis quid in Assyrios exerceant scriptura contexitur. F

(margin: Hieronym. Remig.)

In itineribus

a ¶ Irrisio. ¶ O Niniue quæ præcino tibi ventura. b ¶ Accingere. c ¶ Congrega exercitus.
a contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem val- 1 2
a ¶ Sicut vindicauit Deus Iudam de superbia Sennacherib, sic vindicauit x. tribus quæ à Niniue possidebantur. b ¶ Quam in Iudam exercuit.
b de: quia sicut reddidit dominus superbiam Iacob, sic super- 3 4
a ¶ Assyrij. b ¶ Iudam & Israel. ¶ Metaphoricè.
c biam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines 5 6
a ¶ Iudæ & Israel. b ¶ Quia Niniuitæ vastauerunt Israel, ideo clypeus id est fortitudo Babyloniorum ardescet contra Niniuen.
d eorũ corruperũt. Clypeus fortiũ eius † ignit⁹, viri exercitus in 7 8 9
a Parati ad effusionem sanguinis erant. ¶ Alias.
e coccineis. † Igneæ habenæ currus in die præparationis eius: 10 † 11

NICOLAVS DE LYRA.

1 Contemplare. *Id est, dispone te ad occurrendum ei, tuos bellatores confortando: quasi diceret: Hoc erit pro nihilo, vt habetur infrà. Et subditur causa.*
2 Quia si. reddidit dominus superbiam Iacob, &c. *Deiiciendo Sennacherib, eò quòd superbè egerit contra duas tribus.*
3 Sic superbiam Israel. *Supple citò reddet destruendo totum regnum Assyriorum eò quòd superbè egerit contra regnum decem tribuũ, ipsum viriliter captiuando.*
4 Quia vastatores. *Id est, Chaldæi venientes.*
5 Dissipauerunt eos. *Id est, dissipabunt Assyrios.*
6 Et propagines eorum. *Id est, filios & filias.*
7 Clypeus fortium. *Scilicet Nabuchodonosor.*
8 Ignitus. *Erant enim ibi laminæ æreæ ad solis radios refulgentes sicut ignis ad terrorem Assyriorum, & ad offuscandum oculos eorum.*
9 Viri exercitus in. *Habebant enim super arma ornamenta rubea, ne si aliquis eorum vulneraretur ex apparentia sanguinis alij terrerentur.*
10 Igneæ haben. cur. *Id est, curruum. Erant enim ibi habenæ limatæ, & sic in radio solis fulgebant sicut ignis.*
11 In die. *Scilicet ad prælium. Et è conuerso erat de Assyriis, de quibus dicitur.*

Et agitatores.

MORALITER.

consonant. Nam Niniue germen pulchritudinis interpretatur: ideò per ipsam Iudæa significatur, eò quòd in ipsa natus fuit Christus: de quo dicitur Ierem. 23. a. *Ecce dies venit dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, &c.* Similiter per Babylonios significantur Romani, vnde. 1. Petri. 5. d. *Roma Babylon vocatur.* Ibi enim dicitur: *Salutat vos ecclesia in Babylone collecta.* Id est, in Roma. Secundum hoc ergo primò ponitur Iudææ vastatio, cùm dicitur. *Ascendat qui disperdat te, &c.* Quia Romani veniendo versus Ierusalem destruxerunt terram, & post obsederunt Ierusalem.
1 *Contemplare viam, &c.* Iudæi enim considerabant qualiter possent Romanos impedire in via, & seipsos fortificare: sed eis non valuit: Et subditur causa cùm dicitur.
2 *Quia sicut reddidit do. su. ia. &c.* Propter duplicem enim superbiam, scilicet contra Christum, & contra Romanum imperium vastati fuerunt.
7 *Clypeus fortium eius, &c.* Scilicet Romani exercitus.
8 *Ignitus, &c.* Id est. refulgens ad solem, & ad Iudæorum terrorem.
9 *Viri exercitus in coccineis, &c.* Id est, rubeis ex sanguine Iudæorum.
10 *Igneæ habenæ, &c.* Id est, refulgentes.
† *Currus.* Id est, curruum.

Et agitatores

a *In itineribus, &c.* Rursus redit ad ordinem descriptionis. Tan- A ta est multitudo venientium, vt sit mixtum agmen in itinere nec discerni possit. Quadrigæ etiam præ multitudine inter se collidentur in plateis.

b *Portæ fluuiorum apertæ.* Quamuis Niniuitæ claudant portas, domino reserante apertæ sunt Babyloniis, quę ad instar fluminis habebant ciuium multitudinem, & templum, id est, regnum est destructum, sub metaphora mulieris captiuę vastitas Niniue describitur.

(margin: † abietes paue factæ sunt — † operimentum.)

THEOPHYLACTVS. Quasi intueatur propheta Niniue quomodo in captiuitatem abducatur, hæc dicit. B Ascendebat veluti in Persiden abducenda, cumque ipsa municipia, & subiectæ ei ciuitates in cordibus suis gementes, hoc est, clanculum murmur & gemitum columbarum imitantes.

c *Et Niniue.* Filiabus. Id est, minoribus vrbibus destructis, ipse populus Niniue qui pro multitudine comparatur piscinis aquarum ita inutilis erit, vt resistere non valens hostibus, fugiat.

(margin: † percutiẽtes corda sua — † à diebus. Id est, multo tempore — † gloria prę omni vase desiderabili — † Sic euacuabitur & deuastabitur, quòd deficient corda, genua collidẽtur, & erit dolor in cũctis, &c.)

ALLEG. Aquæ Niniuæ. Id est, mundi, sunt illi qui altitudinem cœli relinquentes, in ima lapsi sunt, quia omnia dogmata mundi quæ sunt extra hortum signatum quamuis magna videantur, angusto tamen fine coartantur.

d *State.* Fugientibus populis inertibus clama Niniue quasi mater: State state, claudite portas, saltem in muris resistite hostibus. Sed nullus ex pietate matris reuertitur, sed eam deserunt prædam hostibus. Vnde vox ad Babylonios dirigitur, diripite C argentum.

ALLEG. Primum est, vt habitatores mundi à Deo peccando non fugiant, quòd si fugerit ad vocem Dei vel matris ecclesiæ D reuocantis & dicentis; peccasti, quiesce, debet cessare à fuga. Id est, culpa, sed obstinatus non vult redire. Cui à diabolo dicitur: Defer tecum argentum mundani eloquij, & aurum mundanæ sapientiæ, dogmata tua omnium sensuum verborúmque compone flores. Sed vasa. Id est, corda eorum adeò sunt profunda in cupiditate, vt quantalibet multitudo diuitiarum ea nõ possit satiare.

(margin: Eccle. 21. a. — † insanient ascensores equorũ, festinãter ambulabũt per plateas)

e *Diripite argentum.* THEOPHYLACTVS. Priorem Niniuitarum explicat iniuriam & circumscriptionem, quódq; ex rapinis eas collegerint. Neque potest quisquam eorum dicere, quòd propter penuriam ea diripuerint, tolerabilius enim hoc fuisset malum, sed per iniuriã, & quia voluerint habere diuersos eosque pretiosos ornatus. Nam & fœminarum instar viri propter mollitiem & stultitiam ornabantur. E

(margin: † Hussab regina captiua ducta est, iussa est ascendere)

f *Dissipata.* REMIGIVS. Sub figura mulieris dissipatæ & dilaceratę describitur qualis fuerit Niniue tempore captiuitatis, scilicet tabescens corde & dissolutis genibus, & præ terroris magnitudine facies pallore deformes, ollæ combustæ similitudinem videbantur habere: quæ omnia iuxta literam completa sunt in Niniue, quando à Nabuchodonosor capta est.

Hoc de his qui ad Deum conuertuntur, qui dissipantur calore fidei, prius infidelitate gelati, & scindunt corda confitendo, & dilacerant pœnitendo, & cor prius durum tabescit calore spiritussancti, & genua prius rigida flectuntur Deo, & deficiunt omnes voluptates carnis. Quod autem sequitur. *Et facies omniũ, &c.* ad illos pertinet, qui nolunt reuerti, & quorum facies operientur confusione in similitudinem fuliginosæ ollæ. F

Vbi est.

a ¶ Non mirum si Babylonij tam velociter veniunt ad vastandum, quia Israelitæ vel Niniuitæ prius aurigatores modo inutiles erant. b ¶ Commutati.
a & † agitatores eius consopiti sunt. In itineribus † conturbati 1 2
¶ Id est collisæ ad inuicem.
sunt, quadrigæ conuulsæ sunt in plateis, Aspectus eorum 3 4
a ¶ Tunc.
quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur for 5 6
¶ Assur fugiens. a ¶ Requiret eos qui in fuga corruerunt b ¶ Prius.
c ¶ Non sustinentes vim hostium, intrabunt muros Niniue.
b tiũ suorum, ruent in itineribus suis. Velociter ascendent 7 8
muros eius, & præparabitur † vmbraculum. Portæ fluuiorum 9 10
a ¶ Omnes ducti sunt in Babylonem.
apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et † miles capti- 11 12
a ¶ Captiuæ mulieres. ¶ Minores vrbes & castella. b ¶ A victoribus. c ¶ Tantus erit terror, vt nec singultus erumpat, sed more musitantium columbarum obscuro murmure lachrymas deuorabunt.
uus ductus est, & ancillæ eius minabantur gementes vt co- 13 14
¶ Mundus.
c lumbæ, † murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi pi- 15 16
d scina aquarum † aquæ eius, ipsi verò fugerunt. State state, & 17 18
a ¶ Adclamantem matrem. b ¶ O Babylonij. ¶ Quia Niniuitæ fugerunt. c ¶ Tanto tempore congregata subito rapite.
e non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum: & 19 20
a ¶ Non potestis tantum rapere, quantum ad illa rapiendum præbet.
nõn est finis diuitiarum † ex omnibus vasis desiderabilibus. 21 22
¶ Niniue. ¶ Eius. ¶ In ea est.
f † Dissipata est scissa & dilacerata, & cor tabescens & 23 24
a ¶ Confractio
dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, 25 26

NICOLAVS DE LYRA

1 Et agitatores. *Id est, aurigæ. Propheta enim de vno exercitu loquendo transit ad alium, & è conuerso sicut solet fieri in descriptione bellorum.*
2 Consopiti sunt. *Id est, attoniti præ stupore, ideo subditur.*
3 In itin. cont. *Nescientes currus ducere, ideò subditur.*
4 Quadrigæ collisæ. *Ex defectu ductionis. Et subditur causa huius stuporis, cum dicitur.* 5 Aspectus. *Id est, Chaldæorum.*
6 Quasi lampa. *Propter refulgentiam armorum, vt prædictum est.*
7 Quasi fulgura discur. *Id est, velociter & audacter currentes contra Assyrios.*
8 Recordabi. *Scilicet rex Assyriorum.*
9 Fortium suorum. *Qui solebant esse constantes & animosi, & facti sunt pauidi: ideò subditur.*
10 Ruent in itineribus. *Non potentes resistere in campo Chaldæis, ideò subditur.*
11 Velo asc. mu. *In Hebræo habetur.* Festinabũt ad muros suos, *vt qui non poterant resistere in campo, defenderent se in muro.*
12 Et præparabitur vmbra. *Id est, tentoria Chaldæorum in circũitu ciuitatis ponentur ad eam obsidendum, & sic patet ciuitatis obsidio.*
13 Por. flu. *Hic consequẽter describitur ipsius captio, cùm dicitur.* Por. fluuior. *Id est portæ Niniue, quæ confidebat in munitione fluuiorum.*
14 Apertæ sunt. *Id est, fractæ per impetum Chaldæorum.*
15 Et temp. *Scilicet templum idoli Nesrach, quod colebant reges Assyriorum. 4. Reg. 19. In Hebr. habetur, Et palatium scilicet regis, ad solum dirutum, in regni contemptum.*
16 Et miles. *Id est, milites regni Assyriorum. In scriptura enim frequenter ponitur singulare pro plurali. In Hebræo habetur. Et astans captiua adducta est. Et dicitur hic astans regina, vt dicit Ra. Sa. secundum illud Psal. c.* Astitit regina à dextris tuis, *& litera sequens concordat cum dicitur.*
17 Et an. eius. mi. *Captiuæ à Chaldæis.* 18 Gementes, &c. *Nõ audentes altè clamare præ timore.* 19 Et Niniue quasi pis. &c. *Id est, munitio fluuiorum de qua cõfidebant, non resistit aduersariis, sicut aquæ piscinæ resistere non possunt præ sui paucitate.*
20 Diripite. *Hic consequenter describitur ciuitatis captæ deprædatio cum dicitur.* Diripite. *vos Chaldæi.* 21 Argen. *Id est, quæcumque pretiosa.* 22 Dissipa. *Scilicet Niniue.* 23 Et scissa. *Per fractionem murorum in pluribus locis.* 24 Et cor. *Id est, deficiens factum est bellatoribus viris.* 25 Et disso. *Id est, genuum, quæ tremunt ex timore, & ideò dicuntur genicula diminutiuè.*
26 Et defectio. *Ita quòd non poterant stare.*

Et facies.

MORALITER.

1 *Et agitatores, &c.* Nam currus in quibus portabantur arma Romanorum, & victualia, erant in tanta multitudine, q aliquando adinuicem collidebantur: & ductores ebrij videbantur.
5 *Aspectus eorum quasi lampades.* Id est, terribiles.
12 *Et præparabitur, &c.* Id est, tentoria Romanorum circa Ierusalem, & sic patet obsidio.
13 *Portæ fluuiorum.* Ezechias rex Ierusalem fecit ibi duplicem piscinam aquarum ad fortificationem ciuitatis, quæ dicuntur hic fluuij, sed non obstiterunt Romanis, ideò dicitur. *Portæ fluuiorum.* in quo notatur captio ciuitatis & captiuatio populi, & deprædatio bonorum, cum dicitur *omnia.*
20 *Diripite argen.* Nam Romani rapuerunt.

a *Vbi est.* ✠ REMIGIVS. Niniues aulam dicit, in qua leones, id est, potentissimi & crudelissimi morati fuerant, ad quam iuit leo rex Babylonis, & catulus leonis, id est, subregulus eius, & non fuit qui resisteret. A

ALLEG. Cum transierit Niniue. Id est, mundus, tunc sancti admirantes & gaudentes dicent. Vbi est habitatio leonum ad quam iuit diabolus, & etiam catulus. Id est, Antichristus, & omnis peruersæ doctrinæ sermo? Quem ante aduentum Christi nemo exterruit, sed necauit plurimos suis dæmonibus & speluncas impleuit. Id est, ecclesias suas cadaueribus & sanguine mortuorum.

† fumum

b *Leo cepit suf.* Nabuchodonosor iure victoriæ cuncta possidet, & vrbibus vel vxoribus suis captiuos in seruitutem tradidit, & rapinis & ornatu Niniue impleuit thesauros & ciuitates suas. B

c *Ecce ego ad te dicit dominus exercituum, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quandoquidem ô Niniue, diripuisti omnia regna ideo ecce ego protinus aduersum te exurgo, tametsi hactenus sim cunctatus. Quòd si cuncta exupero, te superior etiam ero. Postquam metaphoricè leonum, catulorum, venationis & pascui meminit, meritò etiam istorum sublationem & interemptionem tropicè prædicit. Quia enim in latibulis abditas feras mouere sese nolentes, venatores prodire cogunt fumo speluncæ ori apposito, egressusque excipiunt hastis & ensibus, letho ita demittentes: ait. Multitudinem populi tui exuram in fumo, populosissimam vrbem flammis tradam, incendam, regésque eius & principes mactationi dedam, vt Hierusalem incendio tradidi. Nequaquam vltra venaberis, neque diripies gentes & regna, &c. D

ALLEG. Comminatur Deus mundo quòd multitudinem quæ lata via ad mortem vadit, succendet & fumo maliciæ suę suffocabit, & per bonitatem suam etiam leones gladius. Id est, sermo Dei comedet, intantum vt nemo exinde per eos ad mortem capiatur, & comprimet omnem strepitum malorum operum, qui mortem hominibus nunciare solebat. E

ALL. Possunt hæc oīa de cōfusione futura dānādorū intelligi.

a ¶ Præ magnitudine metus facies habitatorum, in similitudinem ollarum videbuntur exustæ & deformes. b ¶ Ad Niniuen verba exprobrantis diriguntur. c ¶ Niniue fuisti habitatio regum & refectio nobilium, sed iam non es, quia inuasit te rex Babylonis.

a & facies omnium sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculum 1
2
a ¶ Expugnandam. b ¶ Nabuchodonosor.
leonum, & pascua catulorum leonum? Ad quam iuit leo: † 3 4 † & læena
a ¶ Nullo resistente. b Subreguli eius.
vt ingrederetur illuc, catulus leonis, & non est qui exterreat. 5
b Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis. Et 6
a ¶ Ecce ego ad te mitto Babylonios. ¶ Niniue cuncta quæ sunt dicta me autore patieris.
impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Ecce 7
¶ Cuius dicere est facere. a ¶ Consummationem. 8
c ego ad te, dicit dominus exercituum, & succendam vsque ad 9
a ¶ Currus. ¶ Nobiles & subregulos gladio interficiam. ¶ Non vltra vastabis terram, nec tributa exiges. 10
† summum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gla- 11
a ¶ Nec audientur emissarij tui per prouincias vel non audiam angelos qui præsident tibi pro te deprecantes. 12
dius. Et exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur 13
vltrà vox nunciorum tuorum. 14

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et facies *Ex fame & ex fumo incendij Niniue, ideo subditur derisoriè.*

2 Vbi est ha. *Id est, Niniue, vbi solebant reges & principes habitare, qui erant feroces vt leones.*

3 Et pascua. *Id est, filiorum.*

4 Ad quam. *Id est, rex id est, quam ciuitatem ingressus est, vt ibi habitet securè cum catulis suis, id est filiis & famulis quasi dicat, nulla est quia non habet refugium à facie Chaldæorum.* C

5 Leo. *Id est, abundanter bona multorum regnorum sibi diripiendo, secundum quod dicitur. 4. Reg. 19. d.* Verè domine dissipauerunt reges Assyriorum Gentes & terras omnium.

6 Et neca. *Id est, interfecit reges terræ, vt eorum preciosa afferret vxoribus & concubinis suis.*

7 Et impleuit. *Id est, domos suas, ideò subditur vltio diuina.*

8 Ecce ego ad te. *Cuius virtuti non potest resisti.*

9 Et succendam vsque ad summum *Id est, totaliter.*

10 Quadrigas tuas. *In quibus alia regna deuastasti.*

11 Et leunculos tuos, &c. *Id est, filij tui occidentur.*

12 Et extermina. *Scilicet tua.*

13 Prædam tuam. *Dando eam Chaldæis.*

14 Et non audietur vltrà vox nuncio. *Ad blasphemandum Deum sicut Rabsaces, à te missus blasphemauit. 4. Reg. 18. f.* Stetit itaque Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, &c. *Et sequitur ibidem.* Nolite audire Ezechiam qui vos decipit dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij Gentiū, &c. *quasi dicat nec Deus vester poterit vos liberare.* F

MORALITER.

1 *Et facies omn.* Scilicet Iudæorum.

† *Sicut nigre.* Ex fumo incendij & fame.

4 *Ad quam iuit.* Id est, abundantiam prædæ iuit Titus liber absque impedimento, quia tamen postea dissipatum est imperium Romanorum ex sua superbia, subditur. *Ecce ad te di. &c.*

CAP. III.

a VAE *ciuitas.* Describitur potentia Niniue, & sub lamentatione crudelitatis arguitur. *Væ ciuitas san.*

†Eze. 24. d. Habac. 2. c.

✠ REMIGIVS. Væ inquit, ciuitas sanguinum & homicidiorum, in qua nulla est veritas, sed omne mendacium, plena rapina & laceratione prædarum, à qua rapina nunquam discessit.

✠ THEOPHYL. Amantes bellorum Niniuitæ, & sanguine gaudentes erant. Tota mendax ideo vocatur, quod omnes planè idololatræ erant, vanos Deos colentes tum pauperes cū diuites.

CAPVT III.

¶ Tibi. a ¶ In qua nulla veritas, sed omne mendacium, tu dico plena rapina & prædarum laceratione.

a VÆ ciuitas sanguinū vniuersa † mēdacij dilaceratione 1 2 3 †Mendacio & rapinis plena

ALLEGORICE. Mundus qui *in maligno positus* linguis suis homines interficit. Ciuitas sangui. dicitur qui est mendax peruersitate doctrinarum, quibus multos dilacerat & rapit. In mundo etiam est vox flagellorum, id est, tribulationum, quibus iusti afflicti clamant, quando alius ira, alius libidine, alius odio vel inuidia torquetur, flagellum Assyrij regis in eis sonat. Quandoque in morbis corporeis flagellum diaboli sentitur. Immittitur enim aliquando non ex natura elementorum, sed ex diabolo percutiente vel regius morbus, vel hydropis vel labor calculi & huiusmodi. Est in mundo etiā impetus rotæ, cùm homines ignari vbi salus vbi periculū, huc & illuc discurrūt. Est & equus fremens, id est, diabolus, qui fugientes acriter insequitur, conculcat & illudit. Est & quadriga feruens, quæ cum Pharaone submergitur, quæ quatuor equis trahitur, id est, quatuor animi passionibus, vnde: Hi cupiunt metuúntque, doléntque gaudéntque. Sonat & in Niniue eques ascendens, id est, diabolus, cuius gladius dialectica arte fulgidus, & hasta fulgida dum transfert se in angelum lucis & his armis multi interficiuntur qui nisi statim per gratiam curentur, fit grauis ruina in qua non est finis, quia malicia non habet finem. Hæc mala corruunt, id est, contingūt in corporibus mortuorum, quæ multiplicatione fornicationis prostrata sunt. Est autem in Niniue meretrix speciosa & grata: quæ ad amorem sui penè cunctos diuersis maleficiis trahit. Hæc vendit Gentes in fornicationibus, scilicet dum amore temporalium & tædio bonorum qui fuerant membra Christi, fiunt membra meretricis, & alios secum trahunt.

1. Ioan. 5. d. — † speciosæ — † Isa. 47. a. — Vir. 6. Æne. — 2. Cor. 11. c. — 1. Cor. 6. c.

a *Vox.* Describitur exercitus Niniue præparantis se ad bellum. Quot sunt species peccatorum, tot Gentes Niniue. C

✠ THEOPHYLACTVS. Tāquā audire videbatur & intueri propheta imminentia belli mala sic ea denarrat, perinde quasi iam præsenria essent. Veluti enim vocem vel sonitum exprimit flagellorum, quibus equi ad acriorem cursum excitantur, & motui rotarum assimilari dicit strepitum.

b ✠ *Et equi fremētis.* Repete, *vox.* Videtur enim audire equi insequentis hinnitum, qui animaduersa velut victoria, ceu pro epinicio, hinnitum edat. Superbum enim quiddam equis. Cùm dixisset, *Vox flagrorum,* indicauit iuxta quis esset qui flagris cæderetur, equus videlicet, vt vehementius persequeretur. D

c ✠ *Vox equitis ascenden.* Hoc est turbulenta & alacris vociferatio: quippe quia equites ascensuri equos vel plaustra, tumultuantur & vociferantur alacriter, sese inuicem adhortantes.

d ✠ *Et micantis gla.* Nō amplius hic *Vox* subaudienda est, sed, *visio.* Videtur enim intueri fulgentes gladios, thoraces, præterea & alia coruscātia arma, multitudinem etiam virorum partim vulnera inflicentium, partim cadentium cum pondere armorum. E

† falcantis

e *Et corruent.* Et anima pereunt luxuriosi, & corpore cui seruiunt debilitantur in præsenti.

† populos

f *Propter multitudinem forni. &c.* ✠ REMIGIVS. Meretricem Niniuem dixit vel propter idololatriam, vel quia omnium gentium erat emporium, & negociatores vel mercedes earum suscipiebat, & idcircò cum omnibus gentibus fornicabatur, & omnium gentiū scortum erat, speciosa & grata, & habens maleficia, id est, studebat artibus magicis, & multas gentes sub sua ditione tenebat.

† fimbrias tuas

✠ THEOPHYLACTVS. Corporali etiam fornicatione meretrix erat Niniue, ob delitiarum affluxum impudicè viuēs. Deinde etiam propter idololatriam scortum appellatur. Pulchra & iucunda ideò meretrix, quòd excellentiæ, gloriæ, opum, aliorúmque bonorum causa præclara sit, nec paucis amabilibus & vrbanis rebus exuberet veluti aliarum ciuitatum regina. Magia item, & incantamentis, aliis Assyrij præeminebant.

g *Ecce eg.* Loquitur sub metaphora mulieris adulteræ quæ depræhensa producitur in medium, & ante oculos omnium depompatur. F

Loquitur medicus veniens è cœlo ad sanandum mundum, qui vniuersos potest curare morbos.

h *Reuelabo.* Id est, faciam te intelligere errores tuos, quos ante putabas esse virtutes, & Gentibus, quas vendidisti in fornicatione tua, ostendam nuditatem tuam, vt desinant fornicari tecum videntes turpe corpus tuum, cuius superficie prius ducebantur, & regnis, quæ maiora quàm Gentes ignominiam quam tibi intulisti,

a ¶ Sæuientis imperij. ¶ O Niniue est in te. b ¶ Sonitus. c ¶ Per diuersa discursus.
a plena. Non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus 1 2
a ¶ Vox.
b Rotæ, & equi frementis et quadrigæ † feruentis, & equitis
c ¶ Vox. a ¶ Vox aduersariorum à Niniuitis interfectorum.
d ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multi- 3
¶ Vox. 4
tudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum. 5
a ¶ Vel cadent in sua multitudine, dum ad se inuicem constipantur, vel in cadaueribus interfectorum corruent. b ¶ Ecce causa. ¶ Quia cum multis Gentibus fornicata est, & totius orbis, quem subiecerat sibi: colebat idola. †
e f Et corruent in corporibus suis propter multitudinem forni- 6
¶ Magos significat. 7
cationum meretricis † speciosæ & gratæ & habentis malefi- †
a ¶ Id est, in omnibus Gentibus potestatem habuit. 8
cia, quæ vendidit Gentes in fornicationibus suis, & † fami- 9
a ¶ O Niniue, quia te quasi publicum prostibulum cunctis fornicationibus præparasti. b ¶ Veniam. c ¶ Subuertendam. 10 †
g lias in maleficiis suis. Ecce ego ad te, dicit dominus exerci- 11
a ¶ Non angelis vel cuiquàm alij committam iudicium tuum, sed ipse discooperiam pu. tua. b ¶ Vt quæ prius non videbas ante oculos ponantur.
h tuum, & † reuelabo pudenda † tua in facie tua, & ostendam 12

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

1 VÆ ciuitas. *Post ciuitatis Niniue destructionem, hic propheta declarat destructionis rationem quæ fuit ciuitatis malicia, cum hoc tamen interponitur de pœna. Et diuiditur in duas partes, quia primò propter maliciam nunciatur eius depopulatio, & secundò eius multiplex confusio, ibi.* Ecce ego. *Circa primum dicitur.* Væ ciuitas. *Cuius populus fuit effusor multi sanguinis.*

Diuisio

2 Vniuer. *Id est, tota dedita mendacio, quos enim non poterat superare virtute, nisus est decipere fraude.*

3 Dilace. *Id est, diuisionibus intrinsecis, quod est signum propinquæ subuersionis, Mat. 12. b.* Omne regnum in seipsum diui. desola.

1 Non recedet à te ra. *Id est, Chaldæi te obsidentes non recedent à te donec rapuerint omnia bona tua.*

2 Vox fla. *Id est, sonus flagelli incitantis equos curruum & equitum super te venientium.*

3 Et micantis. *Ad te occidendum.*

4 Et ful. *Id est, velociter vibratæ ad modum fulguris.*

5 Et mul. *De ciuibus tuis.*

6 Et cor. in cor. *Q. d. tanta erit multitudo interfectorum, quod vnus interfectus cadet super alium. Et subditur causa.*

7 Propter. *Spiritualium quæ sunt idololatriæ, & corporalium.*

8 Mere. spe.. *Id est, Niniue attrahentis alias Gentes ad suas idololatrias per multas vias.*

8 Et ha. *Id est, habentis in se maleficos & incantatores magicis artibus vtentes.*

10 Quæ ven. *Quia pulchras puellas aliarum Gētium captas exponebant Niniuitæ prostibulis pro precio, & idem faciebant de pulchris iuuenibus in vicio Sodomitico.*

11 Ecce ego. *Hic consequenter ostenditur ipsius Niniue derisio, & sub nomine Niniue totius regni Assyriorum: Et diuiditur in duas partes quia primò ostenditur propositum sub parabola fornicariæ, secundò sub parabola locustæ, ibi:* Congregare. *Prima in duas, quia primò ponitur parabola: secundò exemplum de ciuitate alia ib:* Nunquid. *Circa primum dicitur in persona Dei:* Ecce. *Ponendam in vituperium & derisionem.*

12 Et re. pu. *Loquitur de ea sicut de muliere fornicaria deprehensa, cuius turpitudo omnibus manifestatur.*

MORALITER

1 *Væ ciuitas.* Sicut dictum est Niniue, de qua loquitur ad literam propheta, significatur Ierusalem, quæ bene dicitur ciuitas sanguinum, eò quòd effudit sanguinem Christi, & discipulorum eius.

2 *Vniuersa mendac.* Nam occidit Christum qui est ipsa veritas.

3 *Dilaceratione plena.* Quia sicut dicit Iosephus lib. de Iu. bel. Ante aduentum Romanorū erat plena intestinis discēsionibus.

1 *Non recederet.* Quia maiores rapiebant minorum bona. Et subditur pœna per Romanos inflicta, cùm dicitur.

2 *Vox.* In quo describitur multitudo & fortitudo exercitus Romani, & multitudo interfectionis populi Iudaici, ideò subditur.

† *Nec est.* Et subditur causa cum dicitur.

7 *Propter.* Id est, Ierusalem, quæ non solum sponsum suum Christum negauit, sed etiam occidit.

† *Specio.* Hoc dicitur, quia Deus illam ciuitatem suis gratiis ante decorauerat, & in ipsa ipsum inhonorauit, ideò subditur.

9 *Et ha.* Contra sponsum suum Christum.

10 *Quæ ven.* Dicitur enim. 2. Mach. 4. quòd optimos Epheborum in lupanaribus posuerunt.

† *Et fami.* Quia sacerdotes docuerunt filios transgredi mandatum Dei de honore parentum ex cupiditate sua.

11 *Ecce ego.* Scilicet puniendum propter dicta flagitia.

12 *Et reue. pu. tua.* Nam post cædem Iudæorum per Romanos remanebant corpora nuda.

tibi intulisti,& proiiciam super te abominationes,id est,ostendam quam abominabilis esse debeas illis qui tecum prius vnum corpus efficiebantur, & ponam te in exemplum, vt similitudo pœnæ deterreat à similitudine culpæ.

✠ REMIGIVS. Adhuc Niniue comminatur Dominus, quòd ostenderet gentibus ignominiam suã illi qui cum ea fornicati sunt, ipsi eam despiciant,contumeliis afficiant, sicque omnibus exemplũ.

✠ THEOPHYLACTVS. Ne putes inquit hominem bellum aduersus te moturum, sed enim ego caurgo aduersum te, Dominus omnipotens: itaque ingentem aduersarium accipe. Retegam ó Niniue postrema tua, hoc est, quantum deformitatis in te antehac occultatũ fuerit nũc in propatulum collocabo,vt videatur ante conspectum tuum: vtque contumelia,pro gloria te comprehendat &c. Hæc & ad futurum iudicium referri queant, quando cuiuslibet peccatorum in faciem reteguntur,quæ ipse clam peregerit &c.

a *Et erit.* Mysticè qui falsa pulchritudine mundi non irretitur & turpitudinem eius intrinsecus videt, resilit ab eo & omnia terrena bona digna planctu iudicans dicet: Miser est mundus, qui tot homines alligat viciis & retinet. Sed quis intelligens hanc miseriam condolet mundo? Quasi pauci sunt,qui etiam in morte sua à complexibus speciosæ meretricis possunt auelli.

b *Vnde quæram.* Quis disputans de conuersatione tua instabili in qua omnia fluctuantia possunt in te aliquid inuenire, vnde consolationem tibi queat adhibere? vnde: Quis tuus poterit esse consolator,quando in tua potestate nullius miserebaris, nec socium tui luctus præparasti, quæ noluisti consortem habere regnandi.

c *Nunquid.* Nunquid melior es Alexandria,aut populosior aut potentior? ipsa quoque capietur à rege Babylonis Nabuchodonosor sicut & tu. Post hoc describitur situs Alexandriæ,quæ super Nilum & mare posita hinc inde aquis ambitur.

Ciuitas quæ nunc Alexandria vocatur,ab Alexandro magno prius No appellabatur metropolis Ægypti,& propheta iste antiquo nomine tiquo nomine vocauit eam No,sed translator vocauit eam Alexandriam: quæ hoc nomine suo tempore vocabatur.

✠ THEOPHYLACTVS. Hæc plurimum malorum à Niniuitis sustinuit siquidem bellum gesserunt aduersus totam Ægyptum,vnde inuentos illic Israelitas transfugas indignis admodum modis acceperunt. Præcipit itaque ipsi, vt aptet chordam parémque citharam, tanquam voluptatem capiens Niniuitarum ex pernicie, ideóque festũ diem instituẽs: quẽadmodum & dum suprà demandabat Iudæ,vt ferias celebraret.

Nunquid me. ALLEGORICE. Incepit amatorem mundi. Vide quot populos continet ecclesia quæ habitat super flumina prophetarũ. & habet in circumitu doctores de quorum ventre manant flumina,quæ ditantur spirituali sensu legis, quæ sine fide Christi amara est,quæ habet muros,multitudinem populorum vel scripturarum quam firmant prius nigri & tenebrosi & aridi. Sed etiam hæc si non attenderit se,& custodierit cor suum,captiua ducetur: & planget filios suos qui allidentur antequam veniant ad medium itineris, & hostes diaboli, quæque præclara eius sorte sibi diuidere festinabunt, & optimates,id est, præpositi in compedibus peccatorum ligabuntur. Quantò magis ergo vos infideles & mundo hærentes, sentietis supplicia & despecti eritis. Et quæres auxilium ab inimicis vt vicia & dæmones desistant te persequi sed omnes,mu.tu.dulcedo secularis potentia,dogmata deuorabuntur à comedente diabolo prima concussione arboris.

d *Aethiopia fortitudo eius &c.* ✠ REMIGIVS. Quòd Æthiopia, Ægyptus,& cæteræ quas describit nationes,in præsidio fuerint Alexandriæ, ipse prouinciarum situs ostendit. Sed & ipsa inquit,in transmigrationem ducetur,paruuli eius eludentur, & cætera quæ latius describit,ostendens quæ & quàm crudelia victores victus faciant mala,nulli ætati,nulli sexui, nulli parcentes conditioni. Cùm ergo hæc passura sit Alexandria potentissima ciuitas, quid miraris ó Niniue,si etiam tibi ipsa euenerint? Et tu ergo bibes de eodẽ calice,& ad tantam venies ignominiã & necessitatem, vt etiam ab hostibus tuis postules auxilium.

☞ *Et tu ergo.*

¶ Vt qui tecum fornicati sunt,ipsi te despiciant, & irrideant & contumeliis afficiant & eris in exemplum omnibus videntibus.

in Gentibus † nuditatem tuam,& regnis ignominiam tuam. †
Et proiiciam super te abominationes, & contumeliis te affi- 1
¶ Qui viderit Niniuen postea in exemplum,pauescet & mirabitur.
a ciam,& ponam te † in exemplum. Et erit, omnis qui viderit 2
a ¶ Quis dolebit super te? 3
te,resiliet à te & dicet: Vastata est Niniue,quis † cõmouebit 4
b super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in flu- 5 6
c minibus? Aquæ in circumitu eius,cuius † diuitiæ mare,aquæ 7 8
a ¶ Quod Aethiopia & Aegyptus & Aphrica sunt in præsidio Alexandriæ,ipse situs prouinciarum & verbis ostendit. ¶ Hi populi fuerunt confœderati. 9 10
d muri eius. Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est 11
¶ Fortitudinis vel subitantiæ eius. a ¶¶ O Alexandria. b ¶ Vrbs quam describo capietur à Rege Babylonio,& idem tuus & illius vastator eris. 12 13
finis. Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tũo, sed & ipsa in 14 15

† turpitudinem.

† tanquam inquinamentum.

† condolebit ei.

† antemurale

B

C

D

E

F

☞ a *Et tu ergo.* Cùm Alexandria hæc sit passura, tu etiam ô Niniue quondam diues & speciosa de eodem calice bibens inebriaberis, & consopita jacens ab omnibus despicieris, & in tantam veniens necessitatem à Babyloniis siue contra Babylonios ab inimicis tuis auxilium rogabis.

Hieronym.

b *Omnes munitiones &c.* ✠ REMIGIVS. Omnia inquit,firmamẽta,muri videlicet & bellatores tui fuerunt sicut ficus primitiuæ quæ concussæ leuiter arbore defluunt, & cadunt in os comedentis; pari modo & tu facillimè capieris, nec multus erit labor militibus in capiendo.

c *Ecce populus tuus,* MORALITER. Niniue quæ speciosa dicitur, animam notat, natura pulchram,quæ voluptatibus hærens effœminatur, & portas sensuum aperit viciis & dæmonibus. Si quis enim est amator voluptatum potius quàm Dei portas terræ suæ aperuit inimicis,& vectes huius Babyloniæ igne cõsumentur,id est,naturale bonum animæ per quod posse claudere hostibus iter corporeorũ sensuum,huic dicitur vt attrahat sibi aquam diuini sermonis quasi murum, & obtineat quasi naturale bonum animæ ne hostis ad interiora prorumpat. Sequitur intra lutum, id est, quæ diuersis malis te implicuisti,patienter tolera iniurias tentationis, alioquin peribis,& omne naturale bonum tuum amittes: Contra hæc multiplicare tanto numero virtutum,quantus est numerus bruchorũ.

Ecce po. ✠ REMIGIVS. Adhuc ad Niniuen sermo dirigitur. Non mirum inquit, si tam facilis est subuersio tua, quum omnis populus effœminatus sit,& nequeat resistere. Pandentur ergo portæ non amicis,sed inimicis, vectes quibus claudebantur ignis consumet. Quia ergo longa erit obsidio.

d *Hauri tibi aquam.* Et cura ne potus desit obsessis.

e *Munitiones tuas extrue,intra in lutum.* Nudis pedibus & calca illud macerans & compingens: & cùm inde conficeris lateres, tene illos & obstrue interrupta murorum,prope est enim obsessio. Sed cùm hæc omnia feceris,gladio peribis, & tam velociter sicut bruchus vel attelabus sole inualescente auolant nec reperiuntur.

Hieronym. ALLEGO. O Niniue populus tuus,id est,omnes seculares ita viciis suis sunt eneruati,vt nihil virile habeant. Vnde inimici,scilicet dæmones, vel vicia per apertos corporeos sensus introgressi sunt, qui etiam sicut ignis deuorant naturalem virtutem cognoscendi Deum quæ portas sensuum affirmare debuisset. Contra hæc mala hauri tibi aquam, asperge te sermone & ratione,exerce te ad cognitionem Dei per virtutes tibi insitas,& de hoc corruisti age pœnitentiã. Hoc est quod dicit: *Intra in lutum:* patienter tolera iniuriam, & necessitatem corporis quo inuoluta es & subigens id est,in seruitutem redigens laterem, id est, corpus, calca & tene: ne tibi dominetur; quia si ibi, id est,in corpore remaseris, viuax flamma vel hic viciorum, vel in futuro gehennæ te consumet, & peribis gladio,id est, violenta diaboli impugnatione. Et similitudine locustarum quidquid in te virẽs videbatur, & naturæ bonum sponte germinans à bruchocomedente cõsumitur. Sed ne hoc fiat multiplicare in virtutibus tam innumerabilibus,vt bruchi sunt. Quæ omnes pœnas idèò perpessa es,quia Plu.fe.ne.t.g̃ st.si.cæ.quia diuitias perituras per nefas & fas tibi congregasti,vel diuersa dogmata clariora stellis putasti, & per latam viam gradiens,leuitate sententiæ huc illúcque discurrens, ad sublimia te erexisti: Et custodes,id est: præpositi tui fuerunt quasi locustæ erigentes se ad volatum hærefissi,sed citò decidentes,& paruuli tui id est,geniti à locustis, fuerunt quasi athelabus parum à terra se subleuantes,vt tandem crescant in locustã. Qui carentes calore veri solis sedent in spinosis sepibus, id est, horridis Philosophorum sententiis. Sed cum venerit ortus solis id est,iudicium veræ cognitionis,relinquunt spinas suas & trãseunt in purum & liberum volatum.

f *Cõgregare.* Et cũ multiplicata fueris,vt bruchus,& vt locusta in vnum congregata, & congregaueris diuitias sicut astra cœli sicut locusta & bruchus & athelabus (qui est fœtus locustæ) calescente sole auolant nec reperiuntur, sic tu dispergeris & fugies. Hieronym.

Natura locustarum est, vt in frigore torpeant,in calore volitent.

Porrò athelabus modicis pennis potius reptens quàm volans, vbicumque oritur vsque ad pulueremem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ,abire non potest.

☞ *Dormitauerunt.*

¶ Qui ingredi non poterant. b ¶ Alexandriæ. c ¶ Ab hostibus.

transmigratione ducta est in captiuitatem. Paruuli eius elisi 1
a ¶ Ante ora patrum. ¶ In compitis. b ¶ Nobiles sorte victorum diuidentur.
sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius misera- 2
a ¶ Nullus de principibus.
runt sortem,& omnes optimates eius † confixi sunt in com- 3 4
a pedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris † despecta, & tu 5
a ¶ Quas putas inexpugnabiles,& viri fortes primicirius ficubus comparantur, quæ leui tactu morãe fine labore cadunt in os deuorantis,ne si in terram caderent laborem inferant colligenti. † 6
b quæres † ab inimico. Omnes munitiõnes tuę sicut ficus cum 7
grossis suis,si concussæ fuerint cadent in os comedentis. Ec-
a ¶ O Niniue,non mirum si ita deuoraberis,& viri fortes primicirius ficubus comparantur, quæ leui tactu morãe fine labore cadunt in os deuorantis,ne si in terram caderent laborem inferant colligenti. † obsessio.
c cè populus tuus, mulieres in medio tui. Inimicis tuis † ad a- 8
¶ Vt. ¶ Vt ita debiles. ¶ Ideò. ¶ Hostibus pandetur ciuitas. a ¶ Quibus claudebantur portæ.
pertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vẽ- 9
¶ Ego, a ¶ Ne desit potus obsessis.
d ctes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi, † extrue 10
¶ Muros,turres.
e munitiones tuas. Intra in lutum & calca,subigens † tene laterem. Ibi comedet te ignis,peribis gladio,deuorabit te vt bru 11 12
¶ Sicut.
f chus. Congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. 13
Plures fecisti negociationes tuas, quàm stellæ sint cœli.
a ¶ Et. ¶ Sunt.

† munitionem fortè propter inimicum.

† fortifica

† robora fornacem.

B

C

D

E

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et proiiciam. *Quia faciam te despici factis & verbis, sicut vilem & abominabilem.*

2 Et po.te in ex. *Scilicet correctionis aliorum tuam punitionem videntium: ideò subditur.*

3 Omnis qui vi.te resi.à te. *Id est,à maleficiis tuis,ne similiter puniatur.*

4 Quis commo. *Tibi compatiendo.q.d.nullus,sed dicent omnes, iustum Dei super te iudicium.*

5 Nunquid. *Hic consequenter ponitur exemplum de alia ciuitate destructa per Nabuchodonosor in Aegypto qui prius vastauit Aegyptum quàm regnum Assyriorum,cùm dicitur:* Nunquid me.es. Alexand.*q.d.non.& ideò stare contra Nabuchodonosor non potes, sicut nec illa. In Hebræo habetur:* Nunquid melior es No nutrice: *Hæc enim ciuitas vocabatur No quando destruxit eam Nabuchodonosor: & dicebatur nutrix, quia ibi nutriebantur pueri regis propter pulchritudinem & honitatem situs, sicut dicit Ra.Sa. postea per magnum tempus Alexander magnus intrauit Aegyptum,& reedificauit hanc ciuitatem, vocans eam nomine suo Alexandriam. Translator autem noster dimisit nomen antiquum, quod iam erat quasi obliuioni datum: & loco huius posuit nomen nouum,quod erat famosum.*

6 Alexandria populo. *Id est,quæ populos habuit sub se.*

7 Quæ habitat in flumini. *Per hoc designatur amœnitas situs & fortitudo.*

8 Cuius di.mare. *Id est,diuitiæ ibi apportantur per mare.*

9 Aquæ muri eius. *Id est,circundant muros eius ad maiorem fortitudinem.*

10 Æthiopia fortitudo. *Id est,confœderata ad eius fortificationem.*

11 Ægyptus. *Cuius tunc erat Metropolis.*

12 Et non est fi. *Diuitiarum suarum & fortitudinis.*

13 Aphrica & Libyes. *Scilicet in auxilio Alexandriæ: Mutatur enim modus loquendi de tertia persona ad secundam.*

14 Sed & ipsa. *Non obstantibus prædictis.*

15 In transmigratione. *Per Nabuchodonosor.*

✠ Paruuli eius

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Paruuli eius. *Quibus consuetum est semper parci in bellis: Et in hoc notatur crudelitas Chaldæorum.*

2 Et super inclytos eius miserunt sortem. *Ad determinandum quis quos haberet captiuos.*

3 Et omnes optimates eius &c. *Qui tamen solent honestius tractari propter reuerentiam status.*

4 Et tu ergo. *Ninive.*

5 Inebriaberis. *Id est,similibus pœnis vel maioribus repleberis,*

6 Et tu quæres auxilium ab inimico. *Id est,illi à quibus speras habere auxilium,sient tibi inimici.*

7 Omnes munitiones tuæ sicut ficus &c. *Citò deiicientur ad terram,quantumcumque sint fortes.*

8 Ecce populus tuus mulieres. *Id est, factus est pauidus & impotens ad resistendum,& sic intrabunt hostes.*

9 Deuorabit ignis ve.tuos. *Id est, tanta erit vehementia incendij, quòd faciet ferrum portarum liquefieri.*

10 Aquam propter obsidionem. *Ironicè loquitur. q.d.nulla munitio valebit tibi victualium vel fortaliciorum: ideò subditur.*

11 Peribis gladio. *Scilicet Chaldæorum.*

12 Deuorabit te. *Idem ita faciliter ducet te ad mortem, sicut bruchus moritur aduenientе frigore.*

13 Congregare &c. *Hic consequenter ostenditur eius derisio & destructio sub Metaphora locustæ cum dicitur:* Congregare &c. *Id est, sicut bruchus & locusta congregantur in maxima multitudine ita quantumcumque magnam multitudinem bellatorum aggregaueris tibi,tamen non poteris te defendere: ideò subditur.*

✠ Bruchus

MORALITER.

✠ † *Et regnis igno.* Quia venditi & ducti fuerunt per diuersa regna.

3 *Et erit omnis qui vi.* Tanquam ab abominatione. Christiani enim & Saraceni abominantur eos sicut viles.

4 *Quis com.super te ea.* Compatiendo tibi.q.d.pauci aut nulli.

5 *Nunquid melior es.* Id est,fortior.

6 *Alexandria populorum &c.* Quasi dicat: non: ideò subditur de fortitudine Alexandriæ.

7 *Quæ habitat &c,* Tamen per Romanos fuit captiuata, ideò subditur.

14 *Sed & ipsa in transa.* q.d.multò minus tu poteris resistere Romanis: ideò dicitur.

✠ *Et tu ergo*

MORALITER.

✠ 4 *Et tu ergo inebrie.* Id est,miseriis repleberis. Quæ describũtur cùm subditur.

† *Et eris despec.* Vsque ad finem capituli per eorum miserias significantur miseriæ.

† Et

✠ MORAL

a *Dormitauerunt &c.* Quia populus tuus vt mulieres, & portæ inimicis apertæ, & omnis multitudo super murum sedens sicut Hieronym. locustæ, quæ quasi illucente sole, adueniente Nabuchodonosor fugit de propugnaculis, & non reuersa est ad locum suum, quæ omnia tibi intulit Deus iratus pro vastatione populi sui: ideò destructa est ciuitas tua.

† grassatus Hieronym. *Dormitauerũt &c.* Cùm hucusque de mundi ruina dictum sit sine fine de vulnere ipsius diaboli dicitur, qui princeps fuit mundi, & in illo se gloriabatur domina ri, ad quem sic fit Apostropha. O lucifer † præfecti contritus es, destructa est Niniue ciuitas tua speciosa & potens, in qua etiam † quiescent fortes B filius Dei aduersabaris: pastores qui nutriebant populum, non in salutem, sed vt eos † curata † id dici de re, cõ[illegible] zũt manus.

¶ Ad volandum natis aliis.

Bruchus † expansus est, & auolauit. † Custodes tui quasi locustæ, & † paruuli tui quasi locustæ locustarũ, quæ confidũt in sepibus in die frigoris. Sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum, vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur, † sepelientur principes tui, † latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non b est † obscura contritio tua † pessima est plaga tua. Omnes qui audiuerunt † auditionem tuam compresserunt manum super te, quia super quem non transiit malicia tua semper?

¶ Ita.

¶ Eo quod auolare nequeunt.

¶ Sed cum.

¶ Ad alias regiones.

a ¶ Calefactæ.

a ¶ Non meminerunt sepis in qua tempore frigoris sederant.

¶ Torpore ignauiæ.

a ¶ Reges qui tibi seruierunt ex aliis Gentibus.

b ¶ Et inter fectis principibus, qui resistere poterant, populus imbellis dispersus est, & nullus de ducibus potuit eos congregare & iterum in bellum reducere.

a ¶ Quia manu medici non potest curari.

a ¶ Nullus tuo vulneri donabit lachrymas, quia nullus est super quem non fuerat tua malicia, quæ non est manens sed transitoria.

vt eos deuorares defecerunt. Turba populi quæ te colebat, te & vrbem tuam deferens ad latibula mortium, id est, Apostolorum confugit & nullus est tuorum ducum qui turbam olim tuam ad se reuocet, Plaga tua toto orbe personuit: Omnes insultant tibi, tua supplantatione prius decepti. Quia vel nullus vel rarus est quem tu aliquando non deceperis. Ille in quo nõ stat, sed transit malicia diaboli, potest ei insultare & bonis operibus quasi directis manibus super eum concrepare.

b *Omnes qui audie.* Gentes à te oppressę audita morte superbi Assyrij, & destructione potentis vrbis, præ admiratione inspirati nuncij, cõprimunt manus, vel ex gaudio insultantes tibi, plaudent manibus.

† Maiores

† dispersus est

† infirmata

NICOLAVS DE LYRA.

1 Bruchus expansus est. *Id est, exercitus tuus fugiet à facie Chaldæorum.*

2 Custodes tui quasi locustæ. *Id est, bellatores tui impotentes te custodire.*

3 Quæ confidunt. *Id est, simul sedent.*

4 In sepibus. *Modus est enim locustarum adueniente frigore se in sepibus congregare, & ibi se occultare, quantum possunt contra frigus sed si supereueniat ortus solis antequam sint mortuæ, statim euolant inde: & per hoc designatur Metaphorice, quod Assyrij timore Nabuchodonosor in fortaliciis congregarentur, & postea extra terram suam in captiuitatem ducerentur.*

5 Dormierunt pastores tui. *Id est, consiliarij tui nescientes consulere tibi.*

6 Sepelientur principes tui. *Sepultura asini: Ieremiæ 22.*

7 Latitauit populus tuus in montibus. *Fugiens ad loca inaccessibilia equitibus.*

8 Non est obscura. *Id est, occulta.*

9 Contritio tua. *Sed omnibus manifesta.*

10 Pessima est plaga tua. *Quia nullus apponet remedium. Ideò subditur.*

11 Omnes qui audiuerũt auditionem tuam. *Malum veniet super te quod audietur vbiq;.*

12 Compresserunt manus super te. *Id est, magis studuerunt aggrauare quàm alleuiare. Cuius causa subditur.*

13 Quia super quem non transi.ma.tua semper? *Quasi dicat, nulli sunt populi, qui non fuerunt à te afflicti & oppressi: propter quod gaudent de tua oppressione, in hoc etiam applaudentes iustitiæ Dei: Qui est benedictus in secula seculorum: Amen.*

ADDITIO.

In cap. 3. *Vbi dicitur in Postilla.* Sepelientur principes tui. *Vbi dicitur:* Sepelientur principes tui. *In Hebræo habetur: Sepulti sunt, seu habitauerunt in sepulchris principes tui, & est sensus quod principes erant non solum dormientes, sed quasi mortui sepulti, qui non possunt se iuuare.*

Incipit Prologus Sancti Hieronymi: In Habacuch Prophetam.

QVatuor prophetæ in duodecim prophetarum volumine sunt, è quibus tres in principio, λήμμα, id est, pondus titulum habent: Naum, Habacuch & Malachias. Porrò Zacharias in medio & circa finem duos huiusce modi ponit titulos, è quibus vnus est, † onus verbi domini in terra Adrach & Damasci requiei eius, † Zach. 9. a. alter in fine, scilicet † onus verbi domini super Israel, De Naum orationibus tuis iam liber vnus æditus est. De Zacharia & Malachia, si vita comes fuerit, differetur. Nunc Habacuch habemus in manibus, qui vel ex eo quòd amabilis domini est, vocatur amplexatio, vel quòd in certamen & luctam (& vt ita dicam) amplexum cum Deo congreditur: amplexantis, id est, luctantis: sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem iusticiæ prouocare & dicere ei. Cur in rebus humanis & mundi istius pompa tanta rerum versatur iniquitas? † Vociferabor ad te vim patiens † infrà 1. a. & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata est lex, & nõ peruenit vsque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum, ideò egredietur iudicium peruersum. Vides quàm temeraria vox sit, & quodammodo blasphemantis, creatorem suum ad iudicium prouocare, & vas fragile aduersus figulum cur tale vel tale fictum sit, disputare? Nec non & hoc animaduertendum, quòd assumptio vel pondus, quæ grauia iam esse diximus, prophetę visio est, & aduersum Montani dogma peruersum intelligit: quod videt: nec vt amens loquitur, nec more insanientium fœminarum

A minarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet, † vt si prophetãtibus aliis alij fuerit † 1. Corin. 14. f. reuelatum, taceant qui prius loquebantur. Et statim: Non est, inquit, dissensionis Deus, sed pacis. Ex quo intelligitur, cùm quis ex voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui; & tacere cùm velit. Qui autem in extasi, id est, inuitus loquitur, nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoque discе, quia semel à me violenter exigis, vt quasi gradus quosdam & scalas ad altiora nitenti historiam tibi interpreter: prophetiam esse contra Babylonem, & Nabuchodonosor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Naum quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios B qui vastauerunt decem tribus quæ vocantur Israel: ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iudas & Ierusalem templúmque subuersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duæ tribus (quæ vocabantur Iuda) ductæ erant in captiuitatem, Daniel te docere po- † Da. 14. f. terit, † ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur: quamquam apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipit scripturam illam; siue non recipiat, vtrumque pro nobis est. Aut enim recipit, & iam post factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quasi propheta scribit quæ ventura cognoscit. Interim secundùm literam causatur aduersum Deum propheta cur Nabuchodonosor templum Dei vastet & Iudam, cur Ierusalem quondam vrbs domini destruatur, quare clamet populus & non audiatur, vociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis & nõ saluetur, quare etiam ipse propheta vel populus ex cuius persona loquitur ad hoc vixerit, & hucusque C hucusque perductus sit, vt iniquitatem hostium & suum viderit laborem, cur iniusticia præualeat aduersum se. Et hæc dicit præ mentis angustia, nescіens aurum in igne conflari, † & tres pueros de camino ignis puriores exisse † Dan. 3. g. quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus, quòd ex persona humanę impatientiæ loquatur, vt in querulam vocem & plenam doloris erumpat, dicens: † Quare re- † infrà 3. a. spicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Hæc autem loquitur nescіens iudicia Dei inuestigabilia, † & profundum diui- † Ro. 11. d. tiarum sapientiæ & scientiæ eius, quòd non ita videat Deus vt videt homo. Homo tantùm præsentia respicit, Deus futura & æterna cognoscit. Et quomodo si ægrotans & æstuans febribus, aquam frigidam postulet, & dicat ad E medicum: Vim patior, crucior, vror, exanimor: vsquequo medice clamabo & non exaudies? & respondeat ei sapientissimus & clementissimus medicus: scio quo tempore debeam quod postulas dare. Non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noster sciens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet & magis eum prouocet ad rogandum, & quasi igne excoctum iustiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apostolus, secundum id quod misericordiam est consecutus à domino, ait: Sed non deficimus. † Et benedicimus dominum in † 2. Corin. 4. a. omni tempore: † Et scit, quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit & gloriatur † Mat. 10. c. F in labore & dolore: Et cùm Ieremia dicit: † Tribulationem & miseriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat Deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendum se & probandum tribulationem & miseriam inuenire desiderat. † Ier. 20. a secundum LXX.

Incipit Argumentum.

Abacuc luctator & fortis rigidus stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contemplans contempletur, & dicat: Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.

A

Cap. I.

a *Onus quod vid. &c.* משא Masa apud Hebręos ponitur, id est, graue onus, eò quòd eos aduersus quos videtur præmat, nec ceruicem eleuare sinat. (Hieronym.)

(In Synopsi.) ✠ Athanasivs. Onus & hic vidit & prophetauit, de captiuitate quidem Hierosolymæ præcatus est, ac interim de aduentu Seruatoris prænunciauit. Inuehitur autem & prophetat contra contemptores, deinde immixta est precatio prophetæ, odam adiunctam habēs, in qua tria sunt diapsalmata, canente propheta de aduentu Seruatoris & victoria mortis.

B

✠ Remigivs. Nullus propheta tam audacter ad disceptationem præsumpsit dominum prouocare, & dicere, *Vsquequo clamabo, & non exaudies? &c.* Plenus dolore causatur contra dominum cur templum sibi consecratum, & ciuitatem Ierusalem, quæ quondam ciuitas Dei specialiter appellabatur, à Chaldæis permiserit destrui: cur etiam populum ad se clamantem non exaudiat & vociferantem prophetam præ vi hostium non saluaret.

(† peruersitatem) († Iere.13.a.)

Incipit Habacuc Propheta.

CAPVT I.

a ¶ Vel assumptio. b ¶ Intellexit.
a Onus quod uidit Haba- 1 2
a ¶ Amplexus vel amplexatio.
cuc propheta: Vsque- 3
quo Domine clamabo,
a ¶ Clamantes. c ¶ Quod plus est.
& non exaudies? Voci- 4
a ¶ Qui liberare potes.
ferabor ad te † vim pa-
a ¶ Nabuchodonosor & impiorum. b ¶ Tamen. c ¶ Cum possis.
d ¶ Ergo. ¶ Quare tamdiu viuo, vt videam innumera mala?
b tiens et non saluabis? Quare ostendisti mihi 5 6
¶ Malorum. a ¶ Bonorum.
iniquitatem & † laborem, † videre prædam 7 8
a ¶ Iniquorum bonos opprimentium. b ¶ Innocentem.
c ¶ Qui respicis omnia splus.
c & iniusticiam contra me? † Quare respicis 9 10
¶ Non vindicas qui iustus est. a ¶ Nec etiam corripis.
¶ Ab increpatione. b ¶ Quasi lutum.
c Nabuchodonosor vel quacumque.
contemptores, & taces conculcante impio 11

saluaret.

D

b *Quare ostendisti mihi &c.*

✠ Theophylactvs. Miserationis affectu permoti & compatientes Sancti, propter vtrosque lugent, cùm iniuria pressos & afflictos, tum lædentes & ad calamitatem perducentes. Et forrasse propter iniurios maiori mœrore conficiuntur, quantomagis ad animam, preciosissimam rem, noxa pertinet. Dixit igitur. Cur mihi ostendisti labores & defatigationes iniustè oppressorum hominum vt intuear in ærumnam ipsorum, & impietatem iniustè agentium cum eis? An quia veluti secedat Deus, propter longanimitatem eius, talia fiunt nec excinduntur &c.

E

c *Quare respicis contempt. &c.*

✠ Remigivs. Hæc dicebat præ angustia mentis turbatus: velut ignorans Sanctos tribulationibus probari & proficere, sicut aurum in igne proficit ad claritatem. Tale quid & Psalmista deplorat dicens, *Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias, &c.* Iob quoque, enumeratis fœlicitatibus, quibus reprobi stipantur in mundo, ita conclusit. *Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.*

(† propter iniquitatē Psal.72.) (Iob.21.) († & pateris me videre vastationē & iniquitatem ex aduerso mihi & est qui litem & contentionem sustenet.)

☞ *Et factum est*

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super Habacuc Prophetam incipit.

Cap. I.

C

✠ (Diuisio) Onus quod vidit. *Hic incipit ipsius Habacuc prophetia, Et diuiditur in duas partes, scilicet in prooemium & tractatum: qui incipit ibi:* Vsquequo. *In prooemio primò tangitur breuiter materia huius prophetiæ, cùm dicitur.*

1 Onus. *Id est, prophetia de malo pœnæ venturo super regnum Babyloniæ. Sicut enim Naum prophetauit contra Assyrios, qui captiuauerunt regnum decem tribuum. 4.Regum 17. sic iste prophetat contra Babylonios, qui captiuauerunt regnum duarum tribuum. 4.Regum vlt. & hoc erat ad consolationem earum, quia destructio per Cyrum & Darium Babyloniorum regno duæ tribus fuerunt de captiuitate liberatæ. 1.Esdra 1. Secundò notificatur autor ex nomine, cùm dicitur:* Habacuc. *Et ex officio, cùm dicitur.*

2 Quod vidit &c. *Scilicet propheticè. De tempore verò huius prophetiæ dicit Hieronym. in Prologo, & expositores nostri communiter, quòd Habacuc prophetauit destructionem Babyloniæ post destructionem templi & ciuitatis Ierusalem per Chaldæos.*

(Diuisio) 3 Vsquequo. *Hic incipit tractatus. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur propheta denunciatio, secundò eiusdem oratio, cap.3. Circa primum propheta admirans prosperitatem Nabuchodonosor temporalem, cùm ipse esset idololatra pessimus, & eius populus. Circa hoc primò mouet domino quæstionem, secundò audit eius responsionem, cap. sequenti. Prima in duas: quia primò ponitur ipsius Nabuchodonosor prosperatio, secundò huius prosperitatis abusio, ibi:* Hæc est fortitudo. *Prima in duas: quia primò quærit propheta de prosperitate Nabuchodonosor contra Iudæos, secundò contra populos alios, ibi:* Aspicite. *Circa primum dicit propheta, non solum in persona sua, sed aliorum iustorum sui populi, dicens:* Vsquequo clamabo domine. *In oratione cōtra Nabuchodonosor, templi & ciuitatis destructorem & populi in captiuitate detentorem.*

F

4 Vociferabor ad te vim patiens. *Id est, angustiam de oppressione populi mei.*

5 Et non saluabis. *Q.d. multum tardas saluare nos.*

6 Quare ostendisti mihi iniqui. *Nabuchodonosor & exercitus sui.*

7 Et laborem. *Id est, angustiam populi mei.*

8 Videre prædam. *Quia Chaldæi secum portauerunt de Iudæa quæcumque preciosa.*

9 Et iniusticiam contra me. *Licet enim Iudæi iustè punirentur ex parte Dei, tamen Nabuchodonosor & eius exercitus hoc exequebantur iniusta voluntate & iniqua.*

10 Quare respicis contemptores. *Id est, Chaldæos, qui sunt tui nominis contemptores, & tamen respicis eos conferendo eis potestatem & gloriam temporalem.*

11 Et taces conculcante impio &c. *Id est, Nabuchonodosor, & eius exercitu.*

✠ Iustiorem

MORALITER.

✠ 1 *Onus quod vidit Habacuc &c.* Secundum sensum literalem propheta denunciat regni Babylonis destructionem, eò quòd abusus fuerat à Deo sibi data potestate, subiiciens sibi regnum Iuda & alia plura nequiter & superbè.

Moraliter autem exponi potest de quolibet potente potestate sua abutente. Et primò propheta quæstionem mouet loquens in persona iusti à superbo tribulati, quare Deus hoc promittit dicens.

3 *Vsquequo &c.* Et patet sententia.

9 *Quare respi. con.* Eos temporaliter exaltando.

✠ *Et facies*

☞ a *Et factum est iudicium.* Adhuc loquitur propheta vel populus,
A quòd contra se non veritate sed potentia iudicatur.

(Hieronym.) Communis sanctorum querela ad Deum: Cur iudices seculares acceptis muneribus damnent insontem, & liberent reum? Sed & principes ecclesiæ, propter munera lacerant legem. Sed non debemus super hoc turbari. Videntes à principio mūdi ab impio Cain occisum Abel iustū, exultante Iacob, regnante in domo patris Esau. Ipse quoq; contra quem hæc querela dirigitur à Iudæis crucifigitur, & Barrabas latro eruitur.

(Gen.4.b. Ibidē.28.b. Matt.27.c. 2.Pa.3.c.d. Dan.3.c. Ibidē.5.a. Iere.12.a. † perfectionem)

(Remigius.) b *Iudicium per.* Peruersum videtur, vt Iosias rex iustus à rege Ægyptio trucidetur: Vt Daniel & tres pueri seruiant, & Babylonius imperet: Et Balthasar inter concubinas potet in phialis Dei.

(† Actu.13.)

B

c *Aspicite in.* Vox domini respondentis contra prædicta. q.d. Ne putetis soli Israeli hanc iniquitatem à Chaldæis inferri: sed etiam omnibus nationibus per circumitum, & ipsos Chaldæos videte tantum valituros & postea ruituros. Vt si quis prædixerit quod futurū est, pro rei magnitudine videatur incredulum.

✠ Theophylactvs. Enarrans quæ de transgredientibus legem in Hierusalem explicuit, succensentis personæ præpositis sermonibus, responsum ceu acceptum à domino edit: medelam ita admouens prouidentiæ diuinæ obmurmurantibus perinde quasi lento admodum gressu procedat. Ad hæc Israelitis subindicat, quod quæ ipsis mala Deus adducet, iure adducet tanquam præuaricatoribus & contemptoribus sui. Iubet vt aduertant animis quæ dicantur, & considerent cum instantia & sobrietate,

¶ Q.quam male conuenit hoc. a ¶ Iudam vel quemlibet. b ¶ Dimittes sine cura, sine prouidentia. ¶ Vnde Boetius, Hominum solos respuis actus.
iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi 1 2
¶ Sic mentiuntur hæretici. ¶ Peruersum.
a reptilia non habentia ducem? Et factum est iudicium & con- 3 4
a ¶ Quam iusticia. b ¶ Acceptis muneribus contra insontes, vt magis peccatum diuitis quam veritas pauperis defendatur. 5
tradictio potentior? Propter hoc † lacerata est lex, & non 6
a ¶ Finis iudicij est iustè iudicare. b ¶ Ecce causa quare hoc audeat loqui. 7
¶ Nabuchodonosor. 8
peruenit vsque ad † finem iudicium: quia impius † præualet 9
¶ Iudam. ¶ Ideo dico quia. 10
b aduersus iustum: propterea egreditur iudicium peruersum. 11
¶ Quæ fiunt. ¶ Illa præ vestris. †
c † Aspicite in Gentibus, & videte & admiramini, & obstupe- 12
a ¶ Præ magnitudine miraculi. b ¶ Tam grande, vt vestram opprimat causationem. 13
¶ Fiet in contritione aliarum Gentium per Chaldæos. c ¶ Vt videre possitis.
d ¶ Tam magnum.
scite, quia opus factum est in diebus vestris quod nemo cre- 14
¶ Futuram. ¶ A quocumque. a ¶ Ecce opus quod facturum se dixerat. 15
b ¶ Angelos malos, vel homines qui meritò cruciant.
det cùm narrabitur. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos gen- 16
a ¶ Quorum rex Nabuch. b ¶ Crudelem. c ¶ Quia non contenta suis finibus. 17
d ¶ Ad implenda præcepta Dei. e ¶ Non tantum super Iudæos. 18
tem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem †

D

brietate, vt obstupescant & formident minas. Admiranda inquit, facturus sum vobiscum. Etenim gentem sanctam primogenitum meum filium, traditurus sum hostibus.

(Hieronym.) Allegorice Minatur Deus contra contemptores suæ prouidentiæ se suscitaturum angelos pessimos, per quos infert cruciatus vel peccātibus hominibus vel animabus pessimorum hominum. Hi sunt amari, & nulli parcentes, & veloces, citò quod imperatur implentes, & ambulabant super latit.ter. Latitudo terræ sunt carnales, qa lata via ad mortem tendunt. Hos calcāt dæmones, vt possideant animas quæ merito rationis Dei sunt, sed per culpam fiunt dæmonis, qui est terribilis propter multa & varia supplicia quæ infert: sed ex seipso, id est, ex propria iniquitate damnabitur. Sed si aliquis per pœnitentiā ab eo ad Deū cōuersus fuerit, onus id est, iugum diaboli effugiet, & præbens tergum Deo cessori, erit velocior lupis, & pardis, id est, hæreticis & raptoribus: Et equites, id est, ipsi dæmones (quos prius ferebat) depositi, allidentur, quia ipsi equites, id est, diaboli de longè venerant, rem non suam vsurpantes, quibus deiectis equi liberati non contenti cursu assument volatum aquilæ, vt carnibus sermonis Dei vescantur, & alios sibi incorporent, facies eorum, q.ven.v. quia nulla malicia ei resistere poterit. Tunc sermo diuinus congregabit ad vnam fidem omnes, qui quasi arena à Chaldæis captiuabantur, & triumphabit de diabolo, vel prauis hominibus à regno suo deiectis, & tyranni ri.e.e. potentia malorum superata vertitur in derisum. Ipse super omnem munitionem ri. Quid-

(† debilitata) († corona cingit:)

E

☞ quid in

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iustiorem se. *Id est, populum Iudaicum colentem te.*

2 Et facies hominis quasi. *Permittendo, quòd maiores deuorent minores, sicut est in piscibus maris.*

C 3 Et quasi reptilia non habentia ducem. *Id est, per hoc videtur quod non habeas curam plus de hominibus quàm de bestiis irrationabilibus, de quibus dicit Apostolus. 1.ad Corinth.9.b.* Nunquid est cura Deo de bobus?

4 Et factum est iudicium. *Scilicet peruersum.*

5 Et contradictio. *Veritatis.*

6 Potentior. *Quia veritas succumbit.*

7 Propter hoc lacerata est. *Quia fit contra dictamen legis naturæ. Potest etiam hoc referri ad legem Mosaicam, quam combusserunt Chaldæi.*

8 Et non peruenit vsque ad finem. *Scilicet debitum.*

9 Iudicium. *Id est, executio iusticiæ, sed magis eius contrarium.*

10 Quia impius. *Id est, Nabuchodonosor.*

11 Præualet aduersus iustum. *Iudæa populum, in quo erant iusti multi, in populo autem Nabuchodonosor nulli, cùm omnes essent idololatræ.*

12 Propterea egredietur iudicium peruersum. *Iudæi enim in Babyloniam ducti frequenter iniustè condemnabantur ad facultatum suarum amissionem, & aliquando ad mortem. Hoc etiam aliter exponitur referendo ad Deum.* Propterea &c. *Id est, propter prædicta videtur quòd à te egrediatur iudicium peruersum: & hoc coram hominibus profunditatem iudiciorum tuorum considerare nescientibus.*

F

13 Aspicite &c. *Hic consequenter admiratur propheta potentiam Nabuchodonosor contra alias Gentes, cùm dicitur:* Aspicite in Gentibus & videte &c. *Id est, videbitis mirabilia.*

14 Quia opus factum est in diebus vestris. *Id est, citò fiet.*

15 Quod nemo credet cum narrabitur. *Nulli enim videbatur credibile, quòd regnum Nabuchodonosor ita dilataretur in tam paruo tempore, ideò subditur.*

16 Quia ecce ego suscitabo Chaldæos. *q.d. istud mirabile nō fiet humana virtute, sed mea.*

17 Gentem amaram *Id est, valde crudelem.*

18 Et velocem. *Ad ambulandum & pugnandum, & sic ad regna multa sibi subiiciendum.*

✠ Horribilis.

MORALITER.

✠ 2 *Et facies.* Fieri permittes.

† *Quasi pisces ma.* Quorum maiores deuorant minores.

3 *Et quasi re.* Ex hoc enim videtur simplicibus & infirmis, quod Deus non habeat de hominibus curam specialem.

7 *Propter hoc.* Per aduocatos dolosos & iudices iniquos.

8 *Et non per. &c.* Id est, ad finem debitum.

10 *Quia impius &c.* Ecce iniquitas exaltata.

† *Aduersus iu.* Ecce bonitas conculcata.

12 *Propterea egre.* Ecce æquitas condemnata, propter quod quæsitum est; quare Deus cum sit iustus talia permittit, potest autem ad hoc responderi ex pluribus sacræ scripturæ locis, quòd Deus permittit, hoc propter exercitium patientiæ bonorum, quod vlterius valet ad augmentum gloriæ ipsorum: & cedit similiter ad honorem diuinum ad quem principaliter omnia ordinantur: Prouerb.16.a. *Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.*

13 *Aspicite Gen. & vi.* q.d. In omnibus Gentibus videbitis superbiam iniquorū temporaliter prosperari ex diuina permissione. Ideò subditur.

16 *Quia ecce ego suscitabo Chaldæos.* Qui interpretantur feroces: quod competit superbis, quia nesciunt pacificè viuere cùm aliis.

17 *Gentem amaram.* In conuersatione.

18 *Et velocem.* Ad malè agendum.

† *Ambulantem super latitudinem terræ: &c.* Quia superbis nihil

✠ sufficit, eò

A quid in sermonibus vel diuitiis seculi altum, & forte laudatur sermo Dei destruet & illudet, & mittet aggerem fragilitatis arguendo. Tunc mutabitur spiritus, ne puniat sicut punierat, sed pertransibit peccatores rogans pro eis & reconcilians Deo. Hęc est fortitudo eius diuini sermonis vel Christi, quam habet à Deo suo deiiciendo omnia mala.

HIERONYMVS. Nemo miretur, si quę super Chaldæis iuxta literam in malum interpretati sumus, iuxta tropologiam videantur sonare clementiam: historia stricta est, & euagandi non habet facultatem. Tropologia est libera & his tantùm legibus circumscripta, vt pietatem sequatur intelligentiæ, sermonisq; contextum: Nec in rebus multum inter se contrariis violenta sic copulandis.

(margin: † acutiores acriores; † rapinam. Tropologiæ diffinitio; B; † ridebit; † delinquet)

a *Tabernacula.* Nō est opus eius arare terram, sed viuere rapto, & possidere vrbes non suas.

¶ Spaciosa est via quæ ducit ad mortem, non enim ambulant Chaldæi per angustam viam quæ ducit ad vitam. a ¶ Pœnas horrendas inferens. b ¶ Antequam inferat bellum, terrorem portat in vultu.

a terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribi- 1

b lis est, ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur. Le- 2

a ¶ Ad persequendum. b ¶ Lupi sæuiores sunt vicina nocte ad rabiem concitati fame diurna. 3

c uiores pardis equi eius, & † velociores lupis vespertinis: & 4

a ¶ Non ad repugnandum, quia nemo resistet, sed ad discurrendum.

diffundentur equites eius. Equites namque eius de longè

a ¶ Cui in volando omnia subiacent.

venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum.

¶ Non ad pugnam. 5

d Omnes ad † prædam venient, facies eorum ventus vrens. Et 6

a ¶ Tantus erit numerus captiuorum & prædæ vt hyperbolicè arenæ possit æquari. 7

b ¶ Quia Nabuch. in vniuerso orbe regnabit, & reges ante currum ductos derisui habebit & inter delicias computabit. 8

congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de re- 9

e gibus † triumphabit: & † tyranni ridiculi eius erunt. Ip- 10 11

a ¶ Vrbes, natura locorum, & viribus hominum munitas. b ¶ Fortis. †

se super omnem munitionem ridebit, & comportabit †

¶ Apud Tyrum iacto aggere in mari, de insula peninsulam fecit. a ¶ Munitionem, vel Tyrum. b ¶ Cum nihil ei obstiterit. c ¶ Post hæc omnia. †

f aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur spiritus, et per- 12

a ¶ In figuram bestiæ. 13

g transibit & † corruet. Hæc est fortitudo eius Dei sui. † 14 15

c *Leuiores pard. &c.* ✠ REMIGIVS. Id est, velociores sūt pardis, quod animal est velocissimum, & pulchra varietate distinctum: lupis quoque vespertinis eorum equos comparat, qui sæuiores esse dicuntur vicina nocte, diurna fame in rabiem concitati. Comparantur quoque aquilæ, quæ velocissimè festinat ad deuorandum.

E d *Ventus vrens.* Ad cuius flatum virentia cuncta marcescunt, sic ad aspectū Chaldæorum omnia vastabuntur. (margin: † principes)

e *Ipse super omnes.* Tantæ erit superbiæ vt naturam locorum & robora exercituū

✠ REMIGIVS. Gentem Chaldæorum fuisse pugnacissimam & velocem, & robustissimam, testes sunt Trogus Pompeius: & cæteri qui barbaras conscripserunt historias: nec vnquam contenta suis finibus, huc illúcque discurrens vagabatur super latitudinem terræ, rapto viuens & gladio.

Hieronym. b *Ex semetipsa.* De sua gēte, non de aliena constituet principes & potestates, & gladius eius non habebit satellites alienarum Gentium. Vel sicut fecit fiet ei: sicut vastabit vastabitur.

✠ THEOPHYLACTVS Celeres sunt Chaldæi: equites enim sunt, vt ne tantillum vobis temporis permittant, quo vestras

superare contendant. Hoc apud Ezechielem latiùs legitur.

f *Tunc mutabitur &c.* ✠ REMIGIVS. Hoc est, in superbiam erigetur, credens se esse Deum: vnde & statuam auream fecit sibi eámque omnes gentes adorare præcepit & cùm hoc fecerit *pertransibit*, id est, sensum humanum amittet, & proiicietur ab hominibus; & post hoc, *corruet*, id est, esse desinet. (Dan. 3. & 4)

g *Hæc est fortitudo eius Dei sui.* Ironicè. Quasi. Hæc est fortitudo eius quam dedit ei Bel Deus suus, ad cuius culturam omnes cogebat. (Hieronym.)

☞ *Nunquid non à*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Horribilis. *Ex aspectu.*

2 Et terribilis est. *Ex actu.*

C 3 Et semetipsa iudicium & onus eius egre. *Id est, ex actibus suis crudelibus merebitur finaliter à domino iudicari & puniri, prout exprimitur diffusè cap. sequenti.*

4 Leuiores pardis equi eius &c. *Locutio est hyperbolica ad designandum velocitatem equorum & equitum.*

5 Omnes ad prædam venient. *Id est, ad capiēdum omnia pretiosa aliorum.*

6 Facies eorum ventus vrens. *Id est, sicut ventus vrens velociter consumit segetes, sic Chaldæi suo impetu subiicient sibi Gentes: ideò subditur.*

7 Et congregabit quasi arenā captiuitatem. *Id est, multitudinem captiuorum innumerabilem.*

8 Et ipse de regibus triumphabit. *Et per consequens de subiectis eorum.*

9 Et tyranni. *Qui aliis formidabiles & duri sunt.*

10 Ridiculi eius erunt. *Id est, materia derisionis, quia faciebat eos duci in catenis ad ostentationem suæ victoriæ.*

11 Ipse super omnem munitionem ridebit. *Reputans se posse eā faciliter capere: ideò subditur:* Et comportabit aggerem &c. F

12 Tunc mutabitur spiritus. *Quia Nabuchodonosor post multas victorias incurrit amentiam, & inter feras habitauit æstimans se bestiam esse, ideò subditur.*

13 Et pertransibit. *Scilicet à dignitate regni, Danielis 4. f.* Tibi dicitur Nabuchodonosor, regnum tuum transibit à te.

14 Hæc est fortitudo eius. *Hîc consequenter describitur sibi datæ potestatis abusus, quia victorias sibi concessas diuina virtute ad puniendum peccata multarum Gentium non attribuebat Deo, sed idolo suo: ideò subditur:* Hæc est forti. &c. *secundum suam reputationem.*

15 Dei sui. *Id est, quod sibi peruenerit à Deo suo falso.*

✠ Nunquid non

MORALITER.

✝ sufficit, eò quòd superbiæ ambitio sit annexa.

1 *Horribilis.* Auditu.

2 *Terribilis.* Aspectu.

3 *Ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur.* Nam ex suis operibus finaliter condemnabitur.

4 *Leuiores pardis equi eius &c.* Per hæc omnia significatur prōptitudo eorum & familiæ suæ ad malè agendum.

6 *Facies eorum ventus vrens.* Id est, simplices pro posse suo annihilans. Et quoniam diabolus *est rex super omnes filios superbiæ*, vt dicitur Iob 41. d. ideò de superbis transit ad eorum regem & caput diabolum, dicens.

7 *Et congregabit quasi arenam captiuitatem.* Scilicet peccatorū quia sicut dicitur Matth. 7. b. *Spaciosa est porta quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.*

8 *Et ipse de regibus triumphabit &c.* Eos ad tyrannidem inducendo.

9 *Et tyranni ridi. eius erunt.* In inferno.

11 *Ipse super omnem munitionem.* Scilicet virtutum.

† *Ridebit.* Sperans, quòd eam destruere possit, ideò subditur.

† *Et comportabit aggerem.* Per quod significatur eius studium ad virtuosos deiiciendum, quorum aliquos deiicit, ideò subditur.

† *Et capiet eam. Tunc mu.* Non de malicia ad bonitatem, quia peccatum eius est irremediabile, sed hoc dicitur, quia in fine temporis cessabit actus suæ tentationis.

13 *Et pertransibit.* Ad locum gehennæ.

† *Et corruet.* In profundum pœnæ.

14 *Hæc est fortitudo eius.* Id est, nihil potuit facere nisi permissus Dei voluntate: propter quod subdit propheta.

✝ *Nunquid.*

☞ a *Nunquid non tu à principio &c.* ✠ THEOPHYLA. Et si enim nos præuaricati sumus, tu multis tamen retro sæculis, & à principio patrum nostrorum dominus eras Deus sanctus, qui nihil immundum recipis, & propterea nos sicut immundos repulisti. Postquam igitur te priscum dominū nostrum habemus ne quæso, penitus excindamur. Vide autē quomodo Deū veteris suæ proprietatis cōmonefaciat, quod & Paulus de Israelitis affirmat: quoniam hostes inquit, propter Euangelium, dilecti autē propter patres. (Rom.)

b *Domine in iu. &c.* Aliter: Suscitatur cōtra incredulos natio dæmonum amara ad puniendum, & vbique præsens ambulat vbicumque est latitudo terræ, vt possideat in quibus Christus debuit habitare, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Non autem frangitur, nisi cum magnitudine iniquitatis & pondere grauata ad consummationem venerit. Equi eius & equites sicut lupi & pardi sanguinem sitiunt, & prædas desiderant, & dum non sperantur de longè citò veniunt, volant vt aquila quæ inter sydera ponere vult nidum & festinat ad prædam. Nullus enim dæmonum parcit, quidquid aspexerint volunt vrere, & congregabit quasi aquila princeps dæmonum deceptos à suis: hincinde suscipiet quasi arenam, & multos qui potenter videbantur contra eum exercere tyrannidē eiiciendo ab obsessis corporibus subiiciet sibi & ridebit: & quidquid munitum & forte videbitur, nitetur euertere. Comportabit ag. in gestis terrenis operibus facile euertet munitionē. Post hanc victoriā commu. spiri. eius, & pertransi. os eius vsque ad cœlum, quia faciet se Deum & post corruet, & ruina eius ostendet quam fortis eius diuinitas fuerit. Audiens ergo hæc propheta, quòd tantus sic sit destruendus, cùm se vel eos ex quorum persona propheta loquebatur conquerens iustos esse memorasset, nūc blandiens dicit: *Ergo ne tu à principio es domine,* quòd non capimur à tanto hoste tuæ est clementiæ. Tu enim domine constituisti eum quasi carnificem & fortem fecisti, vt vel nullus vel rarus ei possit resistere. (margin: † Quare respicis Hieronym.; B; C)

Ex responsione domini intelligens propheta, ideò Nabuchodonosor contra Iudam, vel diabolum contra credentes accipere potestatem, vt corripiat eos, & post correptionem ipse quoque puniatur in fine: respondet domino blandientis & pœnitentis affectu: Domine nesciebam Nabuchodonosor vel diabolum tantam in mundo accepisse potestatem, quorum viribus nemo potest resistere: sed tamen inter eos dat nobis misericordia tua viuere.

ALLEGOR.

a ¶ Ergo ne tu es domine Deus meus autor horum. b ¶ Qui nos creasti. c ¶ Cuius clementia subsistimus.

a Nunquid non tu à principio domine Deus meus, sancte 1

¶ Sub tanto hoste. a ¶ Te protegente. b ¶ Ad iudicandum, vt ipse sit inimicus & vltor, & per illum corripias quicumque peccauerint tibi. 2 3

b meus, & non moriemur? Domine in iudicium posuisti eum 4

a ¶ Nabuch. vel diabolum. ¶ Quasi carnificem. b ¶ Quibus nihil immundum placet, 5

c & fortem vt corriperes fundasti eum. Mundi sunt oculi tui, 6

ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. 7 8

d † Quare non respicis super † iniqua agentes, & taces deuo- 9

rante impio iustiorem se? Et facies hominis quasi pisces ma- 10

a ¶ Genus humanum in Adam. 11

e ris, & quasi reptile nō habens principē. Totum in hamo sub- 12 13

a ¶ Nabucho. ¶ Diabolus. b ¶ A Paradiso. ¶ Varia & multiplici fallacia.

leuauit, & traxit illud in sagena sua, & cōgregauit in rete suū.

a ¶ Nabuchodonosor vel diabolus. b ¶ Idolo quod fecit in campo Duran, & simulachro Belis, cui quasi grandi sagenæ immolauit pingues victimas, id est, omnes Gentes victas ad cultum eius cogens.

Super hoc lętabitur & exultabit, propterea immolabit sage- 14 15

ALLEGOR. Redit ad generalem quærimoniam, cur Deo prouidente diabolus in mundo tantùm dominetur, cum superioribus sic iungitur. Noui domine quia te protegente non morimur, & per aduersarium quasi per carnificem corripis, non occidis, nec placeat tibi aliquid iniusti, sed tamen inuenire non possum causam, cur iniustus Caim iustū Abel occiderit, cur cetus nō solùm minores pisces, sed etiā Ionam prophetam deuorauit. Nec dico aliquem in tuo conspectu iustum, sed tamen iustior est qui affligitur, quàm qui affligit. Debuisset igitur iustiori subiici. Cum autē sis omnium dominus, necesse est vt facias quod sine te fieri nō potest. (D; Gen. 4. b.; Ionæ 2. a.; † inique; E)

c *Mundi.* Scio, quia malum non libenter aspicis, nec potest quisque de tua dubitare iusticia, sed tamen cur pateris ab impio Nabuch. opprimi iustum Israel? qui & si non ex toto iustus, tamen iustior est opprimente. Sicut pisces & irrationabilia animalia, quæ non habent ducem subiacēt viribus fortiorum, sic homo rationalis ad imaginem tuā factus non valet resistere corporeis viribus idololatrarum. Scit propheta, quòd angeli singulorum quotidie vident faciem patris, nec de Deo aliquid mali sentit, sed humanam impatientiam in se exprimit.

d *Quare non respicis &c.* ✠ RVPERTVS. Quid aliud iste dicit & clamat, quàm dicunt & clamant subtus altare animæ interfectorum propter verbum Dei &c. dicentes: *Vsquequo Domine, sanctus & verus, non iudicas & vindicas &c?* Denique quod dictum est illis, *vt requiesceret adhuc tēpus modicum &c.* nónne simile est ei quod responsum est huic, *Apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit &c?* (Apoc. 6.; F)

✠ THEOPHYLACTVS. Iam nunc propter Chaldæos pendet animi propheta. Nec fit quòd dilutionis indigeat, qui vt aliis indicet formatus est. At enim quia animaduertit apud plerósque de his nascituram quæstionem, ideò hæc adducit. Ambigent enim cur Chaldæis longè nequioribus, Israelitas minus impiè agentes Deus tradiderit. Ecquur igitur inquit, contēptores, id est, arrogantes, ostentatores, & legum tuarū despectores Chaldæos intueris? Cur mitiore & mansuetiore in eos affectu imbueris? Cur lætos dies illos transigere sinis? Deuorat impius Babylonius iustū Israelitā, túq; interim siles. Quare hoc fit. Iustū dicit Israelitā respectu Babylonij. Ex lōganimitate, hac nihil discrepare facies mortales à piscibus, quib⁹ neq; leges sunt, neq; iudices, sed cibi loco potētioribus imbecilliores abiiciūtur.

e *Totum &c.* Quia pisces nominauerat, Metaphoram piscium, ☞ seruat vt (Hieronym., Remigius.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nunquid non tu à prin. *Id est, ab æterno solus es Deus tu qui es.*

2 Deus meus. *Verbum est prophetæ confitentis veritatem diuinæ naturæ iuxta falsitatē idoli, vt opposita iuxta se posita magis elucescāt.*

3 Et non *s. per potestatem regis Babylonis, si saluare nos volueris.*

4 Domine. *Id est, executionem tuæ iusticiæ.*

5 Posuisti. *Id est, disposuisti.* 6 Et for. *i. dans ei fortitudinem.*

7 Vt corriperes. *Multos peccatores per eum.* 8 Mundi sunt. *Quia nulla immundicia potest in te esse.* 9 Ne vi. ma *Approbando, ideò subditur.* 10 Et respi. ad iniquit. *eam approbando. Ex quo concluditur.* 11 Quare non resp. super iniqua. *Id est, super Chaldæos iniqua voluntate nos opprimentes, eorum maliciam reprimendo.* 12 Et tac. *Exponatur sicut suprà.*

13 Totum in hamo. *Loquitur hic de rege Babylonis sub metaphora piscatoris, qui cum hamo paucos pisces capit, & patres in sagena & reti, sic rex Babylonis in principio paucos sibi subiecit, postea multos valde.* 14 Super hoc. *Id est, super victorias multas & magnas.*

15 Propterea immol. sa. *Id est, idolo suo, quod vocatur hic sagena sua & rete suum: quia victorias sibi concessas à Deo attribuebat idolo suo, vt prædictum est.*

✠ Quia in

MORALITER.

✝ 1 *Nunquid.* Q. d. non poterit nobis nocere, quando volueris prohibere.

4 *Domine in iudiciū.* Hic ostenditur ad quid & quomodo Deus vtitur dæmonibus. s. ad executionem suæ iusticiæ, Ideò dicitur.

† *In iu. po.* Iudicium enim est executio iusticiæ quam Deus approbat, non tamen malam dæmonum voluntatem qua hæc exequuntur, ideò sequitur.

8 *Multi sunt.* Et quoniam homines mali sunt instrumenta diaboli, ideò subditur de eis.

11 *Quare non respi.* Ad hoc autem responsum est suprà.

13 *Totum*

13 *Totum in hamo.* Scilicet diabolus per se & ministros eius. Et fit hic mentio de tribus modis capiendi pisces, per quos significantur homines. Hamo capiuntur magni, scilicet principes & prælati. Principes capiuntur hamo tyrannidis & superbiæ. Prælati hamo simoniæ. Reti capiuntur mediocres, dolum & fraudem (quæ per rete significantur) in mutuis commutationibus exercentes. Sagena verò indifferenter capiuntur omnes: ideò significat luxuriam, per quam aliqui de quolibet statu capiuntur. Et quia diabolus gaudet de tali captione. Sequitur.

14 *Super hoc lætabitur, & exultabit, propterea immolabit sage. &c.* Diligendo & colendo.

A seruat, vt quomodo piscator mittit hamum, rete & sagenam, vt quod hamus non capit rete capiat: & quod rete euadit sagena latiori circumdetur, ita Babylonij, humanum genus prædam suam fecerunt.

ALLEGORICE. Diabolus qui cuncta vastat, misit hamum cui adhæsit Adam: & ita traxit eum de paradiso reti suo, & cooperuit eum sagenis suis, id est, variis fallaciis. Ideò lætabitur esse aliud quàm præceptum domini & immolabit non hamo qui peruersus sermo intelligitur: & adhuc in principio constitutus, sed reti suo, quia in ipso pingues hostias comprehendit, quia per vnum hominem peccatores constituti sunt plurimi, & cum Adam etiam sancti de Paradiso eiecti sunt.

† pinguis

Rom.5.d. Vnde & cibi eius electi sunt. Et quia primum hominem decepit vniuersum genus humanum interficere non cessat.

lib.32.Moral.cap.10. GREGORIVS. Neque enim se eos gaudet rapere, quos prauis ac sordidis actionibus implicatos in imis secum respicit voluntariè iacere. Fœnum ergo vt bos comedere appetit; quia suggestionis

B

a ¶ Idolis suis. b ¶ Opinione sua, putabit enim se habere diuitias, quando principes & reges suo subiugauit imperio, quos escas electas vocat.

næ suę, & sacrificabit reti suo. Quia in ipsis incrassata est pars 1
a ¶ Quia semel opulenta piscatione saturatus est, & suam sagenam, id est, suum exercitum repleuit non cessat Gentes impugnare & iugulare.
eius, & cibus eius † electus. Propter hoc ergo expandit sage- 2 3
nam suam, & semper interficere Gentes non cessat. 4

D suggestionis suæ dentes conterere mundam vitam spiritalium quærit.

lib.33.moral.cap.6. IDEM. Antiquus hostis, hoc pro magno non habet, quod sub iure suæ tyrannidis terrena quærentes teneat. Propheta nanque attestante cognouimus, quia esca eius electa: Neque enim mirum deputat, si eos absorbeat quos superbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malicia angustat, ira inflammat, discordia separat, inuidia exulcerat, luxuria inquinãs necat. Sed illos magnopere rapere nititur, quos despectis terrenis studiis, iungi iam cœlestibus contemplatur.

† Nunquid propterea euacuabit sagenã suã, & semper interficere Gentes non parcet? Hieronym.

Potest & de hæreticis accipi, qui peruersa multiplicique doctrina quasi hamo & reti & sagenis multos pisces capiunt, & multa reptilia comprehendunt, vnde lętantur, & sermonem suũ quo decipere & suadere potuerunt quasi Deum adorant, colunt & poliunt, per quem sciunt à se tantas victimas interfectas & tot potentes deceptos, quos pinguem partem & electas escas nominat. Ideò sic bestiæ quæ semel gustatum sanguinẽ semper sitiunt, expãdunt rete, id est, totũ studiũ suũ, vt plures interficiãt. E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia in ip. incras. est pars. *Id est, sua potestas magnificata.*
2 Et cibus eius. *Id est, diuitiæ in quibus delectabatur sicut gluto in cibis & potibus.*
3 Propter hoc ergo expan. sa. suam. *Id est, potestatem suam quam æstimabat ab idolo suo sibi concessam.*
4 Et semper interficere. *Vnam Gentem sibi subiiciendo post aliam.*

MORALITER.

1 *Quia in ipsis incrassata est pars eius.* Id est, multiplicatio peccantium.
2 *Et cibus eius electus.* Quia mali incorporantur sibi per mortale peccatum.

CAP. II.

Hieron. a SVPER *custodiam meam stabo: & figam gradum &c.* Primæ causationi respondeat dominus, Aspicite in Gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite. Ad quæ verba propheta quasi agens pœnitentiam temperauit quæstionem suam, dicẽs: Domine Deus meus san. meus, & non mo. sed non minus cum veneratione & laudibus Dei sciscitabatur. Mundi sunt ocu. tui, ne vi. ma. & resp. ad ini. non po. Quare non respi. su. ini. Et quæ esset deuoratio iusti in quibus partibus exequebatur, vt fierent homines quasi pisces maris &c. Nunc ergo quia propheta est, & propterea se dubitare dicit, vt quod sibi respondetur omnibus dicatur: Stabo inquit su. cu. me. in sublimitate meæ prophetiæ, vt videam quid sequatur post euersionem populi & templi.

suprà.1.ca.

C

lib.22.mor.cap.10. GREGORIVS. Stat super custodiam suam, qui per solertiam disciplinæ terrenis desideriis non succumbit, sed supereminet: vt dum semper stantem appetit æternitatem, infrà se sit ei omne quod transit &c.

THEOPHYLACTVS. Consuetudo Sanctorum est, si quid ex Deo discere cupiant, omni custodia seruare cor suum à mundanis sollicitudinibus, & ad solum Deum intentos esse, ascendereque veluti super rupem quandam mentis, hoc est, à terrenis reb9 exaltationem. Ait ergo vates. Vt excubitores excelsum quempiam locum scandentes, ita speculãtur, non dissimiliter & ego speculabor quid loquatur in me Deus de his rebus, ob quas propter Babylonios dubitaui, qui fiat, quòd non pœnam luant ob commissa sua, vt sciam quid respondeam volentibus me super hisce interrogare ac discere diuinæ administrationis consilium.

CAPVT II.

a ¶ Omni diligentia custodiam cor meum. b ¶ Stabilitatem animi.
a SVper custodiam meam stabo, & figã grãdũ 1 †
a ¶ Christum.
b super munitionem: & contemplabor, vt vi- † F
a ¶ Prophetica visio, nõ exterius fit ad prophetas, sed in interiori homine. †
c deã quid dicatur mihi, & quid respondeã ad 2

Hieronym. b *Et contempla.* Et sic videbo quid mihi post secundam quæstionem respondeat Deus, & postquam mihi responderit, & me corripuerit malè fuisse conquestum: quid ego quoque debeam ei respondere videbo.

Impatientia humana c *Vt videam, &c.* Eleganter describitur humana impatientia, quam habemus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuisio 1 SVper custodiam meam stabo, & figam. *Hic consequenter ponitur domini respõsio ad quæstionem sibi propositam per prophetam. Et diuiditur in duas partes: quia primò propheta se disponit ad audiendum. Secundò describit diuinum responsum, ibi: Et respondit. Circa primum dicit:* Super custodiam meam stabo. *Loquitur de seipso sub metaphora custodis fortalicij obsessi, talibus enim custodibus assignantur loca diuersa ad defendendum: & vocantur custodiæ eorum: Et quilibet est valde attentus super locum suum: quia si esset negligens periculum primò veniret super ipsum: & hoc modo dicit propheta se diligenter attendere ad percipiendum diuinum responsum.*
2 Et quid re. ad. ar. me. *Si malè moui quæstionem & indiscretè.*

Et resp.

MORALITER.

1 *Super custodiam meam.* Hoc moraliter dicitur in persona boni prælati, qui stat super custodiam gregis sui, & non super negocia principum, nisi pro quanto hoc ordinatur ad salutem animarum.
† *Gradum super munitionem.* Studendo sacram scripturam, quæ turris Dauidica nominatur.
† *Vt videam quid dicatur mihi.* Scilicet à domino qui per sacram scripturam loquitur studentibus eam.
2 *Et quid respondeam.* Scilicet domino pro me & populo mihi commisso.

Et dixit scribe

A quam habemus in disceptationibus, vt antequam sciamus in quo à respõdente arguamur ad respondendũ paremur: nõ quasi ex ratione, sed ex contentione. Si enim ratio esset, debuerat responsio expectari, & videri vtrum responderi deberet, an consentiri rationabili locutioni.

a *Et respondit.* Adhuc loquente propheta adest Deus respondens, vt scribat propheta apertè in tabulis, id est, latis cordibus audientiũ.
b *Scribe vi.* Illum visum, id est, visionis expletionem. Manifestè de aduẽtu Christi prophetia est: vnde & proposita quęstio soluitur, quòd donec ille veniat, iniquitas dominabitur in mundo, & iudicium non perueniet ad finem. Sed verus Nabuchodonosor capiet reti & sagena homines quasi pisciculos, & rationale animal quasi reptile non habens ducem. Vnde: *Tempore accepto exaudiui te.* Et iterum: *Vbi venit plenitu. tem. misit Deus fi. suum.*

† Isa.12.a.

B

† Depœ.d. 4.ca. in do. Hebr.10.g. Roma.1.b. 2.Cor.6.a. Gal.4.a.

a ¶ Qui locutus es in persona ambigentis populi.
a arguentem me. Et respondit mihi dominus, & dixit, Scribe 1
b a ¶ Visionem. b ¶ Manifesta. c ¶ In latitudine cordium. ¶ Nullis ænigmatum obscuretur ambagibus. d ¶ Sine impedimento intelligens. 2
visũm & explãna eum supẽr tabulas, vt † percurrat qui lege- 3 4
¶ Q. quia propheta es, scio te non ignorare, sed pro aliis dico. ¶ Et hæc præcipit. ¶ Visio. ¶ Tempore constituto. a ¶ Cùm finis rerum venerit, tunc etiam ille veniet, & probabitur visio vera explanatione rei. 5
rit eum. Quia adhuc visus procul, & † apparebit in finem, & 6
a ¶ O lector si ardore videndæ visionis tardè videtur venire quod tibi promittitur, ne desperes, sed patienter expecta quod promitto tibi, quia ve. ve. &c. 7 8
c nõ mẽtietur. Si morã fecerit expẽcta illũ: quia veniẽs veniet, 9
a ¶ Quantum ad se, quamuis tibi videatur tardum. b ¶ Si quis quia hæc promissio tardat: non credit explendam, non habet rectam fidem in corde. 10
ẽt nõ tardabit. † Eccẽ † qui incredulus est, nõ erit recta anima 11 12
a ¶ E contrario. ¶ Quia meæ promissioni credit. b ¶ Fides hoc impetrat. c ¶ In æternum. ¶ Hoc est præmium fidei: 13
d eius in semetipso. † Iustũs autẽ in fidẽ sua viuẽt. Et quomodo 14
a ¶ Dum potatur placet & exhilarat, sed post, illa lætitia vertitur in ruinam. b ¶ Nabuchodonosor magnum se credens, vel diabolus, vel Antichristus. c ¶ Voluntatem suam non deducet ad finem. 15 16
e vinum potantem decipit, sic erit vir sũperbus, & nõn deco- 17 18

Ser.74.in Cant. c *Si moram fecerit &c.* BERNARDVS. Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quod ad meritum satis est, sed nõ satis ad votum? Porrò anima amans votis fertur, trahitur desideriis, dissimulat merita, maiestati oculos claudit, aperit voluptati: ponens in salutari & fiducialiter agens in eo.

Tract.3.in Io. d *Iustus autem &c.* AVGVSTINVS. Si consecutus es gratiam fidei, eris iustus ex fide. Iustus enim ex fide viuit, & promereberis Deum viuendo ex fide, accipies præmium, immortalitatem, & vitam æternam.

lib.4. cont. Iul.cap.3. IDEM. Ex hac enim fide Christi prudenter, fortiter, temperanter, & iustè viuit quis, ac per his omnibus veris virtutibus D rectè sapienterque viuit, qui fideliter viuit.

In cap.4. Cantic. GREGORIVS. Dum sancta anima à peccatis cotidianis se per pœnitentiam mundat, dum cotidie peccata minuta cum lachrymis abluit, quamuis frequenter peccet, per assiduam tamen pœnitentiam munditiam suam assiduè seruat. Hinc præcipitur: *Semper sint vestimenta tua cãdida.* Et illud: *Iustus ex fide viuit.*

Eccles.9.

† statim legi possit.

In cap.3. ad Galat. HIERONYMVS. Non opera contemnenda sunt, & absque eis simplex fides appetenda sed ipsa opera fide Christi adornentur. Scita est enim sapiẽtis viri illa sententia non fidelem viuere ex iusticia, sed iustũ ex fide.

† loquetur

† superbi nõ erit, &c.

E

lib.4.ad. Marc.c.18. TERTVLL. Peccatricis pœnitẽtia secundùm creatorem meruit, veniã præponere solitum sacrificio. Sed & si pœnitentiæ stimulus ex fide acciderat, per pœnitẽtiam ex fide iustificatam, ab eo audiit, fides tua te saluam fecit, qui per Abacuch pronunciarat. Iustus ex fide sua viuet.

Hieronym. Heb.10.g. Apostolus: Ex fide mea viuet. Sed notandum, quòd vbicumque aliter scriptum est in Hebraico, aliter in septuaginta, Apostolus vtitur his testimoniis quæ à Gamaliele doctore legis didicerat. Promisso aduentu Christi & auxilio de his qui crediderint, ostenditur Nabuchodonosor decipiendus superbia sua.

e *Vir superbus.* ALLEGOR. Diabolus superbus credens se aliquid esse, sed nihil ducit ad finem, quia conatus & labor eius habebit interitum, qui ad modum inferni & mortis non satiatur occisis, & omnium

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et respondit mihi &c. *Hîc consequenter describitur diuina responsio. Circa quam dominus primò determinat sui responsi descriptio-*
C *nem. Secundò explicat ipsam responsionem, ibi:* Et quomodo. *Circa primum dicit.*
2 Scribe visum. *Id est, visionem tibi ostendendam ad futuram memoriam.*
3 Et explana. *Id est, lucidè & intelligibiliter describe.*
4 Vt percurrant qui le. eum. *Id est, faciliter possit intelligere.*
5 Quia adhuc vi. procul. *Istud refertur ad hoc quod prædicitur:* Scribe visum. *q.d. Ideò scribenda est visio, ne detur obliuioni, quia non implebitur ita citò.*
6 Et apparebit in finem. *Id est, finaliter implebitur: & sic apparebit per effectum.*
7 Et non mentietur. *Id est, veritas eius ostendetur.*
8 Si moram fecerit. *Tardando vltrà tuum desiderium.*
9 Expecta illum. *Id est, impletionem visionis patienter.*
10 Quia veniens veniet. *Secundùm meam ordinationem.*
11 Et non tardabit. *Vltrà rationem, licet videatur tibi vel potius infirmis (quorum personam assumis) contrarium, propter impletionis desiderium.*
12 Ecce qui incredulus est. *Verbis diuinis.*
13 Non erit recta anima eius in semetipso. *Quia distorta est à rectitudine veritatis primæ.*
14 Iustus autem in fide sua viuet. *Vita gratiæ, & ideò intelligitur de fide formata charitate.*
15 Et quomodo vinum. *Hîc consequenter describitur destructio* F *regni Babyloniæ, & iustè, scilicet propter sex vicia in illo regnantia. Et secundùm hoc diuiditur in sex partes, quæ patebunt persequendo. Ad maiorem intelligentiam dictorum & dicendorum, sciendum quòd regnum Babyloniæ esse cœpit multum potens tempore Nabuchodonosor: & durauit hæc potentia tempore suo & filij sui, & cœpit debilitari tẽpore nepotis sui Balthasar, sub quo destructum fuit regnum, Danielis quinto. Propheta igitur loquens de Rege Babylonis, de tempore vnius istorum, transit ad loquendum de tempore alterius, quia quasi vna persona in hoc reputantur, licet pro maiori parte loquatur de tempore Nabuchodonosor. Vnum igitur vicium propter quod regnum Babylonis fuit destructum, est irreuerentia diuina quam fecit Balthasar: qui vasa consecrata diuino cultui humanis vsibus applicauit,* & bibit in eis: & optimates eius & vxores & concubinæ, & interfectus fuit Balthasar eadem nocte, Danielis quinto. *Ideò dicitur:* Et quomodo vinum. *In vasis sacris potatum.*
16 Potantem decipit. *Quia per hoc iram Dei meruit.*
17 Sic erit vir superbus. *Scilicet Balthasar, qui in contemptum Dei fecit dicta vasa in conuiuio apportari: & in hoc fuit deceptus.*
18 Et non decorabitur. *Minus dicit, & plus significat, id est, inhonorabitur priuatus regno & vita.*

Quia dila.

MORALITER.

2 *Et dixit scribe visum.* Quia studentes sacram scripturam non solùm debent docere verbo, sed etiam scripto secundùm gratiam à domino sibi datam.
3 *Et explana eum.* Quia dicitur Prouerb.14.a. *Doctrina prudentũ facilis.*
5 *Qui adhuc visum procul.* Id est, iudicium finale adhuc est longum, in quo Christus diabolum deiiciet cùm omnibus membris suis.
8 *Si moram fecerit, expecta illum &c.* Meditando iugiter de eius destructione.
12 *Ecce qui incredulus.* Cuiusmodi sunt infideles & mali Christiani.
13 *Non erit recta anima eius.* Sed magis distorta à Deo & angelis.
15 *Et quomodo.* Hic describitur deiectio superbi, quia sicut vinum primò potantem delectat, & posteà rationis vsu ipsum priuat, & ipsum ad terram deiicit, & vomentem deturpat, sic superbia superbum deiicit atque fœdat: Et subditur causa, cùm dicitur.

A & omnium Gentium deceptione lætatur,& ad se populos congregat: Qui cum viderint eum missum in tartara, videntes in illo impletas parabolas propherarum,consono fletu dicent: Væ diabolo qui multiplicat quæ non peperit.

Possunt etiam hæc de Antichristo intelligi, qui superbus sedens in templo Dei quasi Deus,sicut infernus multos occidet,& ad se congregabit in suum errorem ducens.Sed posteà videntes occisum spiritu oris Christi, intelligent vera quæ de eo erant dicta:& dicent omnia quæ sequuntur eadem intelligentia, quam exposuimus super diabolũ. Spoliabũt te omnes qui re.fu.de po.Relictos vocat sanctos: qui Antichristo non seruierũt,à quibus spoliabitur, propter iniquitatem quam exercuit in vniuersam terram,& vastationem ciuitatis ecclesiæ,& persecutionem omnium qui habitauerunt in ea.

Thes.2 b. — Ibidem. inf. eodem. — † dicent — B — † commouentes te.

a ¶ Non satiatur occisis.
rabitur. Quia dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse 1
a ¶ Sed semper auarus eget. b ¶ Vt omnes in vnum confundat errorem. 2
¶ Vt omnes suo deprimat imperio. 3
quasi mors, & non adimpletur. Et congregauit ad se omnes 4
a ¶ Id est,malos. ¶ Quasi inanimata. b ¶ Cùm inebriatus fuerit vastatione populi Dei,& mortifero calice consopitus. 5
Gentes, & coaceruauit ad se omnes populos. Nunquid non 6
a ¶ Per comparationem illius qui totum orbem vastauerat,cui spolia totius mundi non sufficiunt,auaros deridebunt.
omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam æni-
a ¶ Quæ non peperit.
a gmatum eius? Et † dicetur: Væ ei qui multiplicat non sua. 7
a ¶ Onere prædarum quasi graui torque se deprimens. b ¶ Eleganter multiplicatæ diuitiæ luto comparantur. c ¶ Q.hoc ideò,quia Nunquid. 8
b Vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? Nunquid 9
a ¶ Euigilabunt insidiatores tui. 10
c non repente consurgent qui mordeant te? Et suscitabuntur
d † lacerantes te, & eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gen- 11
¶ Par pari referent.
tes multas,spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de po- 12
¶ Iudæ. a ¶ Promissionis.
pulis propter sanguinem hominis, & † iniquitatem terræ 13
b ¶ Ierusalem. b ¶ Qui auarè incendit possidere regna vel diuitias. 14
e ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Væ qui congregat 15

b *Vsquequo & ag.* Scilicet ad diem iudicij: Et est increpatio, quia per lutosa opera pondus pœnarum sibi aggrauat. D Hieronym.

c *Nunquid non repen.consur.qui mord.te?* Vel,angeli quibus diabolus tradetur ad pœnam, vel, hi qui ab eo tentati agent pœnitentiam ad Christum conuersi,& susci.laceran. te illi quos inebriaueras regnũ tuũ vastabunt & spolia diuident speciei domus: quia Iudaicum populum vestibus quas ei dederam spoliasti: ideò reliqui populi qui regno tuo nõ fuerint subiecti, te spoliabunt: quia sanguinẽ multarum Gentium fudisti, & in caput tuũ reuertetur,& impietas Iudaicæ terræ & ciuitatis Ierusalem & habitatorum eius qui dixerunt; Crucifige crucifige eum. Psal.67.c. — E — Lucæ.23 c.

Consurgent. Mœdi & Persæ,qui Babylonicum imperium destruẽtes prius mordebunt, posteà lacerabunt: quibus erit Nabuchodonosor in rapinam, & vastator orbis spoliabitur à populis,qui eius manum effugere potuerunt: & hoc fiet ei propter sanguinem Iudæ & iniquitatem terræ Israel & Ierusalẽ & totius populi Iudæorum. † rapinas quas exercuisti in terra,

Potest etiam nomine superbi hæreticus appellari, consimili expositione,qui impietatem exercent in ecclesia. Sed reliqui populi id est, ecclesiastici viri eorum errore non decepti, subitò quasi è graui somno exurgent, & mordebunt eos & erunt eis in prædam.

a *Væ ei qui multiplicat non sua.* ✠ REMIGIVS. Et specialiter contra Nabuchodonosor, & generaliter contra omnes auaros sermo dirigitur. Omnis auarus non sua multiplicat,quia diuitiæ quas per fas vel nefas coadunauit, cum eo perseuerare non possunt,sed ad alios possessores transeunt. Pulchrè autem C nimias diuitias densum lutum appellat, quia animæ cinceritatem confundunt, & grauissimo iniquitatis pondere mentem præmunt.

✠ THEOPHYLACTVS. Hæc inquit,canent lamentantes Babylonium,*Væ qui multiplicat &c.* Væ qui nihil se decentibus manum iniicit, & colli sui ornamentum,siue onus imperij sui grauius constituit subditis suis,quòd grauia tributa & vectigalia imponat.

Pastoralis parte 3.admonit.21. ✠ GREGORIVS. Quanta damnatione plectendi sunt, qui rapiunt aliena, si graui animaduersione feriuntur qui sua indiscretè tenuerunt? Perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si tali subiicit pœna non tradita? Cùm aliena rapere intendunt: audiat quod scriptum est, *Væ ei qui multiplicat non sua &c.*

d *Quia tu spoliasti &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Multos deprædatus, verumtamen à paucis extra tyrannidem tuam relictis,destrueris.quos neque sperabas tibi reuisuros. Adeò diuinitus tibi plaga infligetur, vt qui abs te contempti fuerint, te excellant,veluti Deo prorsum illos confortante, indentéque robur. Patieris autẽ propter cædem quã edidisti hominũ, & propter flagitia quæ commisisti,omnem terram omnémque ciuitatem suis habitatoribus orbans.

e *Væ qui cong.* Adhuc sermo fit ad illum qui non intelligit congregatas diuitias esse causam ruinæ domus suæ: quem & arguit superbiæ,quòd sicut auis in excelso ponat nidum, nec putat se venire in manus hostium. F Hieronym Iere.49.d.

✠ RVPERTVS. Quid rogo est,quod dicit auaritiam malam? Quis vnquam audiuit auaritiam bonam,vt ex illius oppositio hic opportuerit dari differentiam. Talem auaritiam totus orbis audiuit,quia domus Dei,quæ orationis esse debebat,fecit populus Iudæorũ speluncã latronũ,& ipsum qui disputabat cõtra hanc auaritiã interfecit domus dñm. Nidus autẽ eius fuit in excelso,quia auaritia sine superbia nõ est. Vnde,cũ Sapiẽs dixisset: *Auaro nihil esse scelestius,* statim subiũxit: *Quid superbis terra & cinis?* Ecclesi.10.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia dilatauit quasi infernus. *Qui est insatiabilis.*
2 Animam suam. *Id est,ambitionem suam.* 3 Et ipse quasi mors *Id est,nulli parcens præ crudelitate.* 4 Et non adim. *Id est, non satiatur operibus malis.* 5 Et congregauit. *Hic ponitur secundùm vicium,quod est violentia qua rex Babyloniæ subiecit sibi alia regna & hoc fuit maximè tempore Nabuchodonosor,de quo dicitur:* Et congregauit ad se omnes Gentes *Eas sibi violenter subiiciendo.*
6 Nunquid non &c. *Id est,verbum derisorium.q.d.Sic:quod partim fuit impletum in Nabuchodonosor,quando incurrit amentiam & eiectus fuit ab hominibus,partim in Balthasar, sub quo & de quo defecit regnum.* 7 Et dicetur. *De rege Babylonis derisoriè* 8 Væ ei qui multiplicat &c. *Per violentiam.* 9 Vsquequo & aggrauat contra se.den.lutum. *Lutum quantò est densius, tantò põderosius,& sic est in rapina,quia non est ibi ablatio alieni tantùm sicut est in simplici furto,sed cùm hoc fit iniuria personæ citius bona violenter rapiuntur:& propter talem aggrauationem dẽso luto comparatur.*
10 Nunquid non repen. consurgent qui morde. *q.d. Sic.quia Medi & Persæ regem interfecerunt, & populum captiuauerunt,& bona rapuerunt.* 11 Quia tu spo.Gentes. *Bona eorum violenter auferendo.* 12 Spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de. *A te spoliatis quia coniunxerunt se Medis & Persis contra Balthasar.*
13 Propter sanguinem hominis. *Id est, hominum à te occisorum,*
14 Et iniquitatem ter.ci. *Id est,propter iniquitatem quam commisisti in terra Iudææ,& in ciuitate Ierusalem, quorum habitatores partim occidisti,& partim captiuasti.* 15 Væ qui cong. *Hic ponitur tertium vicium quod est auaricia,cùm dicitur:* Væ qui congreg. *Dicitur autem auarus quasi auidus æris,qui non potest satiari.* Auariciæ vicium

MORALITER.

1 *Quia dilatauit quasi infernus animam suam:* Id est, voluntatem suam ad dominandum contra rationem.
5 *Et congregauit ad se &c.* Quia quærit ab omnibus honorari. Et frequenter accidit contrarium, quia à statu suo deiicitur, & sic ab omnibus contemnitur. Ideò subditur.
6 *Nunquid non omnes.* Id est, verbum derisorium.
8 *Væ ei qui mul.* Quod facit superbus vt crescat dominatio sua.
9 *Vsquequo,* Id est,censum violenter acquisitum, quia per hoc acquirit odium multorum. Ideò subditur.
10 *Nunquid.* Et quia tales quærunt ædificare fortalicia, vt ibi se tueantur. Ideò subditur.
15 *Væ qui congregat,* Id est, refugium eius.

A *Væ qui congre.* ALLEGOR. Ad diabolum, vel Antichristum, vel hæreticum sermo dirigitur: Est bona auaricia doctoris ecclesiastici,qui studioso labore plures sibi semper cupit facere discipulos, Sed væ illi qui auarè congregat domui suæ peruersa conuenticula, qui & pollicetur sectatores suos secum possessuros regna cœlorum, nec sensuros incendia gehennæ: quia consilium eorum erit confusio & ignominia domus eorum, cum finis rerum ostenderit fuisse falsam promissionem. Hic peruersus doctor quantò plures habet in comitatu,tantò plus delinquit contra animam suam, denique lapides ecclesiæ eius, id est,decepti ab eo ostendent auariciam superbi quòd omnes Gentes sua persuasione decepit. Et lignum crucis dominicæ ad quam coniunguntur duo parietes, loquetur doctrinam eorum. Aliter enim persuadere non possunt nisi crucis gloriam suæ peruersitati præferant. Bona auaricia. Hieronym. — † concidendo. — B

a ¶ Quæ est causa ruinæ domui suæ. b ¶ Vbi securè dormiat.
a auariciam malam domui suę, vt sit in excelso nidus eius & li- 1
a ¶ Per auariciam & superbiam. b ¶ De potestate hostium. c ¶ Scilicet superba & arrogans cogitatio finem habet ignominiam. d ¶ Non salutem.
a berari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui 2
a ¶ Et in desiderio aliorum occidendorum sæuiebas,& tanta crudelitate bacchatus es,vt si dici potest lapides ciuitatis,& ligna subuersorum parietum,tuam ferocitatem clament.
tuæ, † concidisti populos multos, & peccauit anima tua. 3
a ¶ Quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur.
b Quia lapis de pariete clamabit, & lignum quod interiun- 4
¶ Babylonem.
c cturas ædificiorum est respondebit. † Vę qui ædificat ciuita- 5
tem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.
a ¶ Vere à domino sunt hæc quæ sequuntur,scilicet,quòd laborabunt frustra populi,cum Babylon succendetur,& deficient populi Chaldaicæ gentis b ¶ Et propter hæc mala talis vindicta. 6
d Nunquid non hæc sunt à domino exercituum? Labora- 7 8
bunt enim populi in multo igni, & Gentes † in vacuum, & 9
a ¶ Cum combustia fuerit Babylon & euersa,manifesta fiet omnibus potentia virtutis Dei. 10
e deficient Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam 11
a ¶ Sicut aquæ alueum & fundum maris contegunt,sic gloria domini vniuersa complebit. 12
f domini, quasi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat 13 14

Væ qui ædificat. ✠ REMIGIVS. Adhuc contra Nabuchodonosor sermo contexitur dicitúrq; ei? Væ qui ædificauerat Babylonem in sanguinibus & mortibus plurimorum,& mœnib.illius ciuitatis in iniquitate construxit. D

✠ THEOPHYLACTVS. Luctibus & lamentis verè dignus est,qui ex iniustis victimis & cædibus regnum suum amplificat: qualis Babylonius fuit, ex præliis extruens Babylonem, autumans sese eam firmam & inexpugnabilẽ redditurum. Hæc autem non sunt à Domino, hoc est,non imperauit ista, neque ipsi placent. †Eze.24.b.

ALLEGOR. Diabolus & Antichristus & hæreticus ædificãt ecclesiã suam interitu deceptorũ & præparant vrbem iniquitatum, id est, ponendo in cœlo os suum: sed nũquid est talis ædificatio à domino? Non, quia quamuis infinitæ Gentes in eorum errorem ducantur,tamen ita deficient vt ecclesiæ multitudini comparari non possint. Sed vel deficient & punientur igne sui principis,vel certè succendentur igne quem Christus venit mittere in terram: & sic pœnitẽtibus replebitur terra gloria Dei,quando in omnem terram exiuit sonus eorum. Hieronym. E — † per multam inanitatem — Nau.3.a. Lucæ.12.f. Psal.18.a.

a *Cogitasti confusionem,&c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Altitudo hæc quam adeptus es ex auaritia, domui tuæ regnóque tuo,ad maiorem ignominiam vertetur tibi. Quo enim præclarior es, hoc in maiorem tibi contumeliam cedit, qui à tanto splendore excidas. Hæc ad omnes auaros dicta sunt: atque vtinam ex eis vtilitatem capiant.

b *Quia lapis de pariete,&c.* ✠ REMIGIVS. In hoc quòd plurimos interfecisti,in tuam ipsius animam deseuisti: & in tantam crudelitatem exarsisti,vt lapides ciuitatum destructarum & li- C gna euersorum & combustorum parietum contra tuam crudelitatem clamarent.

✠ THEOPHYLACTVS. Consueuit scriptura rebus inanimis vocem tribuere,non quòd sonare verba queant, verùm quòd veluti per ipsas res tantum non clament. Vt Esaiæ. 23. *Erubesce Sydon,ait mare.* Et, *Cœli enarrant, &c. Lapides clamabunt.* Proinde ad Babylonium ait, Nedum sermonis participes verùm & inanimi lapides,& irrationalia, vociferabũtur aduersus tuam dementiam & infamiam. Et quomodo hoc fiat,dicemus. Nabuchodonosor Iudææ domos & vrbes vastabat,diruebat & incendebat, Necessariò igitur lapides decidebãt & ligna,quæ succẽsa & suffossa, vociferatura dicit aduersus eius crudelitatem. Isa.23. Psal.18. Luc.19.

Hieronym. Allegor. c *Væ qui ædificat.* Adhuc loquitur contra Nabuchodonosor qui construit mœnia Babylonis ruinis & mortibus multorum, populorum vnde sequitur vindicta à Deo immissa,

d *Laborabunt enim populi,&c.* ✠ THEOPHYLAC. Planum iã facit quomodo ædificarit Babylonius in sanguinibus & iniuriis. Etenim populos multos inquit,incendisti, ciuitates eorum & regiones comburens:& gentes multas pusillanimes reddidisti,vt ob calamitates renunciarent potentiæ suæ. Defecerunt ergo in igne quo accendebant victimas idolis suis,&c.

e *Quia replebitur terra, &c.* ✠ THEOPHYLAC. Prædicit venturam per Christum super vniuersum orbem cognitionem Dei,vt Dominus ad patrem ait: *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Prius enim solis Hebræis cognitus erat,neque illis interim vt pater filij, neque vt productor Spiritus, verùm simpliciter Deus & author vniuersorum,&c. F Io.17.

Sicut a.ope. Id est, vt omnem amaritudinem quam diabolo pluente terra biberat,operiant aquæ Dei,ne amplius valeat apparere.

f *Væ qui potum.* Adhuc inuehitur contra Nabuchodonosor, quòd oblitus se esse hominẽ,alteri homini fel & amaritudinem propinauit. Sedechias(sicut ait Hebræus) à Nabuchodonosor cæcatus in Reblata.i. Antiochia,& ductus in Babylonẽ,quadam die in celebri cõuiuio accepit potionem qua in fluxum ventris solueretur Hieronym. Rupertus Remigius. Iere. 39. b. & 52. b. Sedechias rex, conuiuantium delicias potione laxatiua egerens fœdauit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt sit in excelso nidus eius. *Id est, ciuitas regia sit potentissima & fortissima. Sic fecit Nabuchodonosor,de quo se iactauit, Dan. 4.f.* Nónne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ & gloria decoris mei?
2 Cogitasti confusionem domui tuæ. *Quia quantò fuit maior regni exaltatio,tantò fuit confusibilior eius depressio,tempore nepotis sui Balthasar.* 3 Concidisti populos multos, &c. *Vt de bonis eorum ædificares tuam ciuitatem contra animam tuam.*
4 Quia lapis de pariete clamabit,&c. *Id est,aperta erit Dei vindicta,ac si te accusarent lapides & ligna.*
5 Væ qui ædificat. *Hic ponitur quartum vicium,quod est homicidium;cum dicitur:* Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus. *Id est, effundens sanguinem multum pro tali ædificatione, ideò subditur punitio,cum dicitur.*
6 Nunquid non hæc sunt à domi. exercituum? *Quasi dicat, Sic,& quæ sint illa subdit.*
7 Laborabunt enim popu. *Id est,multitudo Babyloniorum.*
8 In multo igni. *Scilicet ad extinguendum vel impediendum ciuitatis incendium per Medos & Persas futurum.*
9 Et Gentes. *Scilicet,Babyloniæ.*
10 In vacu. *Scilicet,laborabũt,quia incendiũ impedire non poterũt.*
11 Quia reple. *Medis & Persis in tanta multitudine,quòd Babylonij non poterunt resistere.*
12 Vt cognoscant gloriam domini. *Id est, potestatem eius gloriosam per experientiam vindictæ suæ. Quæ quidem potestas erit.*
13 Quasi aquæ operi. *Id est,fundum maris, quasi dicat,Sic vindicta Dei veniet super regnum Babylonis,quòd non apparebit vltrà sicut nec fundus maris.*
14 Væ qui po. *Hic ponitur quintum vicium quod fuit ignominia illata*

MORALITER.

4 *Quia lapis.* Assumptus de sanguine pauperis, sicut dicitur Genes.4.b. Ecce vox sanguinis fratris tui cla.&c. propter quod subditur:
5 *Væ qui edificat ciuitatem in sanguinibus.* Id est innocentum.
6 *Nunquid non.* Quasi dicat, Non: nisi permissiuè: propter quod non stabunt: Ideò sequitur,
7 *Laborabunt.* Id est, in multo zelo ad sustinendum opera superbi ab eodem incitati,sed frustra: Et subditur causa.
11 *Quia replebi.ter.vt cognoscant glo. do.* Venientis ad iudicium, & discernentis opera superborum.
14 *Væ qui potum dat.* Superbus enim qui non potest aliquem suppeditare violentia? amicitiam fingit, vt eũ proditoriè occidere possit, & ideo iustè bibet calicẽ iræ diuinæ, ideo subditur.

A solueretur, & introductus ante, hora epulantium, subito fluxu ventris solutus est. Vnde cōminatur Deus ipsi Nabuchodonosor, quòd ipse bibiturus sit huiusmodi potionem, & omnia passurus quæ passus est Sedechias. *Væ qui potum dat ami.* Hic amicus intelligitur vel Sedechias, vel quilibet homo malis Nabucho. inebriatus, vt Sedechiæ & omniū captiuorum Nabuchodonosor videret nuditatem, id est, cunctos spoliatos & captiuos & quondam gloriosos ad ignominiam seruitutis redactos. *Væ qui potum.* Sciendum hoc capitulum: *Væ qui potum dat amico suo, & ea.* In quibus dicitur: *Væ qui multiplicat non sua,* Et. *Væ qui congregat auariciam, &c.* Et. B *Væ qui ædificat ciuitatē in sanguinibus &c.* Et iuxta historiam & iuxta anagogem contra Nabuchodonosor vel diabolum vel Antichristū vel hæreticum posse æqualiter accipi. *Væ qui potum.* Allegoricè. Væ tibi diabole vel Antichriste vel hæretice, qui turbida doctrina inebrias deceptos, vt aspicias nudos à fide & à bonis operibus & repletos ignominia errorum & malorum operum, qui prius erant gloriosi in imagine Dei. Sed ô diabole vel hæretice, qui putas te habere aureum calicem, bibe & tu de calice qui est in manu Dei, plenus musto, & consopire, id est, cessa à priori sententia: & ne putes stabilia ea in quibus prius stabas, quia circundabit te calix d. di. vindicta à Deo immissa, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam, gloriam quam iniustè hauseras cum ignominia euomes. & hæc patieris quia iniquitas Libani operiet te. Libanus thus dicitur C per quod cultus Dei intelligis, quia non rectè colis Deum, ideò confunderis. Vnde: *Et oratio eius fiat in peccatum.* Et vastitas animalium deterrebit te, cùm videris eos quos vastasti. & ad errorem detraxisti, pati tormenta: tunc terreberis de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ, quia nominaui Libanum & bestias, ne de brutis putes me loqui, manifestè tibi dico, patieris pœnas propter ruinam hominum quos Deo perire fecisti & exercuisti impietatem in terra viuentium & mansuetorum, & in ciuitate ecclesiæ dei: & multos in ea habitantes participes tuæ impietatis fecisti. D

a *Quia iniquitas Libani operiet te.* Quia semel nominauerat Libanum sub eius translatione victimas & sacrificia vel multitudinem populorum quæ in Ierusalem interfecta est, animalibus vel bestiis comparat, dicens: Et vastitas animalium opprimet te.

b *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile & imaginem falsam, &c.* Contra idololatras omnes & specialiter contra Nabuchodonosor loquitur admirans stulticiam regis, qui iussit auream statuā poni in campo Duran, & fictor confidit in simulacro quod fecit. *Quid prodest.* Quid prodest adorare sculptile? hoc ideò dico, quia sculpsit illud artificiosè fictor suus: & quid prodest adorare conflatile & imaginem falsam? & hoc ideò dico, quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulacra muta. E

Allegor. Sculptili & conflatili comparantur dogmata peruersa quæ à fictoribus suis adorantur: & sculptura quæ in lapide fit, in his dogmatibus intelligitur, quæ stulticiam prima fronte demonstrant. Conflatio quæ in metallis, vbi videtur esse aliqua ratio sapientiæ sæcularis, quia veluti quodam auro, ita disciplinis philosophorum & splendore eloquentiæ idolum conflatum est. Non ergo proderit figmentū fictori, quia mutū & surdū simulacrum adoratorem non audit. F

c *Væ qui dicit ligno.* Describitur error humanus qui aurum, argentum gemmas & sericum, quibus oblita vel operta sunt idola, pro fulgore materiæ Deos estimat, quibus formam sed vitam artifex dare non potest, sed econtrario dominus in templo sancto suo, id est, in filio vel in cœlo, vel anima iusti, vel in creatura

[Margin: † furorem — † Satiatus es eorum ignominia potiusquā — † appareat præputium tuum — Anagoge — Iere.51.a. — Psal.108.a. — † rapina — † docens mēdacium — Danie.3.a. — Psal.10.a.]

a ¶ Metaphora ebrij & nuditate turpati. 1

amico suo mittens † fel suum, & inebrians, vt aspiciat nudi- 2

a ¶ Qui tuum ô Nabuchodonosor calicem bibit. b ¶ Qui alios inebriasti. ¶ Calicem Dei. 3

tatem eius. † Repletus est ignominia pro gloria. Bibe tu 4

a ¶ Vindicta potentiæ Dei 5

quoque & † consopire. Circundabit te calix dextræ domini, 6

a ¶ Quæ absorbueras egeres. b ¶ De sublimi gloria ad vltima mala duceris. 7

a & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. Quia † iniqui- 8

a ¶ Superbia tua & euersio templi & rapina sanctuarij vastabit te: & hoc totum patieris, quia vastasti Iudam, subuertisti terram promissionis & ciuitatem Ierusalem & omnes habitatores 9

¶ Cum videris in pœnis. b ¶ Alias te.

tas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos, 10

a ¶ Pro. ¶ Iudæ. ¶ Ecclesiæ vel Ierusalem. 11

de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ & ciuitatis, & 12

¶ Sculptile in lapidibus, conflatile in metallis. 13

c omnium habitātium in ea. Quid prodest sculptile, quia scul 14 15

psit illud fictor suus, cōflatile, & † imaginē falsam, quia spera- 16

uit in figmēto fictor eius, vt faceret simulacra muta? Væ qui 17 18

¶ Lapis.

dicit ligno, expergiscere, surge lapidi tacēti, Nūquid ipse do † 19

¶ Lapis. ¶ Factus est.

cere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argēto, & omnis 20

NICOLAVS DE LYRA.

illata dignitati regiæ. Dicunt enim Hebræi, quòd Nabuchodonosor ad ostentationem suæ victoriæ, fecit adduci in conuiuio solenni Sedechiam incatenatum, & fecit sibi dari potum valde laxatiuum, & sic fœdatus fuit in conspectu omnium: quod sentiens Sedechias se haberi in tanto ludibrio, mortuus fuit præ dolore, & hoc est quod dicitur: Væ qui potum dat ami. suo. *Fuerat enim Sedechias amicus Nabuchod. qui fecerat eum regem. 4. Reg. 24.*

1 Mittens fel suum. *Id est, miscens quid laxatiuum vltrà modum, quod dicitur fel ex effectu, quia duxit Sedechiam ad mortis amaritudinem. Et quia ex corde felleo processit tale factum.*

2 Vt aspiciat nudita. eius. *Id est verecundiam.*

3 Repletus est igno. *Scilicet Sedechias.*

4 Pro gloria. *Quæ deberet sibi fieri pro dignitate regia: propter quod Nabuchodonosor considerans se male egisse, fecit eum sepeliri honorificè, Iere. 34.*

5 Bibe tu quoque. *Id est, tu bibes confusionem à domino tibi præparatam.*

6 Et consopire. *Id est, consopieris versus in amentiam.*

7 Circundabit te ca. *Id est, pœna à Deo infligenda.*

8 Et vomitus ignominiæ su. glo. tuam. *Id est, post gloriam regni ignominia superueniet tibi. Et subditur causa.*

9 Quia iniquitas Liba. *Id est, templi per te destructi, quod hîc in pluribus locis dicitur Libanus, eò quòd fuit factum de lignis Libani. 3. Reg. 5.*

10 Et vastitas anima. *Id est, ablatio sacrificiorum.*

11 Deterrebit eos. *Scilicet, destructores templi & cultus diuini. Propter hoc enim Chaldæi meruerunt destrui: Et non solum hoc meruerunt propter peccatum in Deum, sed etiam in proximum, ideò subditur.*

12 De sanguinibus hominis. *Id est, hominum per Chaldæos effusis.*

13 Et iniquitate terræ. *Id est, exercitu in regno Iudæ.*

14 Et ciuitatis. *Scilicet, Ierusalem à Chaldæis destructæ.*

15 Et omnium habitanti. in ea. *Qui per Chaldæos fuerunt atrociter vulnerati & captiuati.*

16 Quid prodest. *Hic ponitur sextum vicium, propter quod regnum Babyloniæ fuit destructum, scilicet, idololatriæ vicium, cum dicit:* Quid prodest. *Quasi dicat:* Nihil.

17 Quia sculpsit illud fictor. *Et ideò nihil habet numinis aut virtutis.*

18 Vt faceret simulacra. *In quo notatur ipsius Babyloniæ multiplex idololatria. Ex hoc patet, quòd propheta non loquitur hîc de statua aurea in qua Nabucho. faciebat se adorari, Danielis. 3. vt dicunt aliqui, sed de idolis quæ ipse colebat.*

19 Nunquid ipse docere poterit. *Scilicet, lapis sculptus, quasi dicer. non.*

20 Et omnis spiri. non est in visceribus eius. *Id est, nullus spiritus est ibi: quia omnis non, æquipollet nullo.*

Dominus

MORALITER.

5 *Bibe. &c. Quid prodest.* Homines parui aut nullius valoris, simulacra dicuntur, quos tamen superbus potens, promouet ad statum honoris, sequens motum propriæ voluntatis & non rationis, ideò subditur de ipso.

† *Væ qui dicit ligno ex per.* Nam imponit sibi ea quæ non potest exercere.

Dominus

tura totius mundi.

A Allegor. In vniuersis idolis hæreticorum & figmentis diaboli nulla est gratia spiritus sācti: sed cùm imaginē diuinitatis & pulchritudinē dogmatū præferre videantur, nihil est in eis spirans & vitale. Vel spiritus id est, vētus. Ruah enim apud Hebræos vtrumque significat, & animam & ventum, & vtrumque ab idolis remouetur. D

[Margin: † eorum — † Psal.10. — † saltat — † lætetur]

a ¶ Sanctus & bonus quando et iam spiritus absolutè ponitur de spiritu sancto intelligitur. b Nulla spiritualis gratia, nulla virtus in eis. ¶ Potest assidere simulacris spiritus immundus, sed intrinsecus esse non potest.

spiritus non est in visceribus † eius. † Dominus autem in 1

templo sancto suo, † sileat à facie eius omnis terra. 2

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus autem in templo sancto suo. *Id est, in cœlo, vbi magis refulget eius gloria.*

2 Sileat à facie eius omnis terra. *Diuinitatem, eius nulli alij attribuendo.*

MORALITER.

1 *Dominus autem in templo sancto suo.* Vnde talia respicit competenti tempore puniturus, & tunc lætabitur iustus cum viderit vindictam.

a *Oratio Habacuc.* Lxx. Oratio Habacuc prophetæ cum cantico. Quia orat aduentum vnde gaudet, & laudat Deum tam mittentem patrem quam missum filium. [Hieronym.]

Oratio Habacuc pro ignorantiis: quia errans de iudiciis Dei temerè dixerat: Vsquequò clamabo, & non exaudies? Et, Quare non respicis super iniqua agentes & ta. de im. iu. se? Nunc ex responsione Dei intelligens, vel Nabuchodonosor, vel diabolum, vel Antichristū positum ad corripiendas Gentes: agit pœnitentiam, & petit veniam de hoc quòd ignorans fecit. Vel orat vt per aduentum Christi error hominum qui ex ignorantia est auferatur: & ablata vmbra dari veritatem. Nec est oratio quasi de incertis, sed certa enunciatio prophetalis. Alij pro spontaneis, quia propheta nulla necessitate, sed sponte peccauit, malè sentiens de iudicio Dei. Vel Gentes prophetat spontè credituras in eum quem venturum promittit. [supra. 1. a. — Ibidem.] B

Oratio Habacuc pro ignorantiis. Habacuc dicitur amplexus, eò quòd dominum amauerit, illíque se iunxerit. Sine luctans, Hæc est editio Hieronimi secundum Hebræum quæ hic exponitur, Septuaginta verò hic multum discordant ab omnibus, & verbis & sensu, secundum quos hic non multa ponētur. [Strabus.] C

Theophylactus. Transformans & figuris illustrans admirādus Vates sermonis sui caracterem, nempe interrogatione & responsione, ac quærens cur non puniat Deus contemptores: vbi d dicit quòd pœna non sit perpetuò defutura, sed Iudæos per Babylonios, & hoc per Persas castigādos esse: ad laudem Dei cum cantico sermonem transfert, precans simul & celebrans & admirans Dei iustitiam, inenarrabilésque ordinationes. Orationis autem & precationis habitu, interim etiam futura vaticinatur. Poterunt etiam hæc de Christi mysterio dici, qui nos secretiore & generaliore libertate à Satanæ potestate eripuit. E

Cyrillus. Hæc oratio Christi mysterium percurrit in admiratione nos trahens. Cæterùm inquit, ipsius Domini auditionem audiuisse, & timuisse. Et quam auditionem? An cùm in forma & æqualitate Dei patris esset, non arbritatus rapinam se esse æqualem Deo, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens? [Cathena Græc. in Pen. & Cantica.]

a *Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorantiis.*

CAPVT III.

¶ Quod Deus homo. ¶ Quia mirum. 1

b DOmine audiui † auditionem tuam & timui. † [famam]

a ¶ Sed. b ¶ Est. c ¶ In plenitudine temporis. 2 3

Dominē opus tuum in medio annorum, viui- 4

Cap. III.

b DOmine audiui. Lxx. Domine, audiui auditum tuum & timui: Domine consideraui opera tua & obstupui, in medio duorum animalium cognosceris. *Domine audiui.* Historicè audiui pœnas quas diabolo & Nabuchodo. parasti, & sicut territus sum quòd diabolus sic confodietur: sic precor quod promisisti imple, & finito tempore redde Christum quod pollicitus es, non moriatur irritum, sed viuifica, id est, imple: quod & de resurrectione potest accipi, vt mortuus pro nobis, viuificetur. [Hieronym. Histor.]

Secundum. Lxx. Domine audiui in scripturis sermonem tuum aure interiori, & contemplatus sum opera, vt ex creaturis intelligerem creatorem, & per ea obstupui sensu hominis amisso, in sanctam amentiam versus sum, vel admiratione turbatus in laudem tuam erupi dicens. F

In me:

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. III.

DOmine audiui. *Hîc consequenter ponitur oratio prophetæ cui tamen præmittitur talis titulus in Hebræo: & est de integritate textus, sicut sunt tituli in libro Psalmorum, prout ibidem fuit dictū.* Oratio Habacuc prophetæ pro ignorātiis. *Et dicunt hic aliqui, quòd propheta peccauit ex ignorantia murmurando de diuinis iudiciis, quasi minus rectis, dicens suprà cap. 1.* Propterea egredietur iudicium peruersum. *Et ideò audita diuina responsione suum peccatum cognouit, & pro eius remissione orauit. Sed non videtur mihi verisimile, quòd propheta à Deo illuminatus & inspiratus ignorauerit diuina iudicia fore recta, saltem in generali: licet modum rectitudinis forsitan ignorauerit in particulari: & per cōsequens nō est verisimile, quòd de eis murmurauit in persona propria, sed assumens personam infirmorum de diuinis iudiciis murmurantium, sicut ibidem fuit dictum, & hoc apparet ex eo quod dicitur hic,* Pro ignorantiis. *In plurali. Si enim loqueretur in persona propria, conuenientius diceretur in singulari pro ignorantia. Igitur sicut superius accepit persona infirmorum murmurando, ita hic orando, vt peccatum ignorantiæ eis remitteretur à domino.* Domine audiui. *Hic consequēter ponitur oratio in qua propheta sic procedit: quia primo denunciat destructionem Babylonis. Secundò, modum captionis, ibi:* Nūquid in fluminibus. *Tertiò, prorumpit in laudem deuotionis, ibi:* Ego autem. *Sicut suprà dictum est, propheta desiderabat potentiam Chaldæorum destrui propter eorum maliciam, & de eius futura destructione audiuerat diuinam responsionem ca. 2. ideo exclamat.* [Diuisio.]

1 Domine audiui auditionem tu. *Id est, pœnam Chaldæorum futuram quam audire me fecisti.*

2 Et timui. *Præ admiratione rigoris tuæ iusticiæ: Vel aliter:* Timui. *De pœna infirmorum populi mei de tuis iudiciis murmurantium.*

3 Domine opus tu. *Id est, punitionem Chaldæorum, quæ fiet virtute tua magis quam humana.*

4 In medio annorum viuifica illud. *Id est, viuificabis ponendo in effectu. Et istud medium annorum referunt aliqui ad Balthasar, qui interfectus fuit in virili ætate, & sic in medio annorum suorum. Tamen videtur mihi, quod melius potest referri ad annos destructionis templi, à cuius destructione vsque ad primū annū Cyri fluxerūt. 52. anni secundū Hebræos, & inde vsque ad eius reparationem sexto anno Darij. 46. anni: Ioan. 2. d.* Quadraginta & sex annis ædificatū est tēplū hoc

Et certum

MORALITER.

1 *Domine audiui.* Secundum sensum literalem capitulum istud est oratio Habacuc pro gratiarum actione de potestatis Babylonicæ deiectione.

Mysticè verò est oratio pro gratiarum actione de deiectione potestatis diabolicæ per Christum, & sic dicitur. *Domine audiui.* Per prædicationem tuam & discipulorum tuorum.

† *Auditionem tuam.* Id est, obedientiam tuam Deo patri de salute generis humani.

2 *Et timui.* Amore filiali, quia tanta pro me fecisti.

4 *In medio annorum viuifica illud.* Christus enim. 33. anno quod est quasi medium ætatis humanæ passus est, & tunc per mortem suam viuificauit genus humanum.

☞ a *In medio annorum.* id est, per filium & spiritum sanctum pater A intelligitur. Vel duo Cherubim, qui contra se respiciunt, & in medio habent oraculum. Vel duo Seraphim quorum alter ad alterum clamat mysterium Trinitatis, quorum vnus missus Ha.6.b. mundat labia prophetæ, & dicit: *Ignem veni mittere in terram,* M.r.15 c. *& quid volo, nisi vt ardeat?* Sed simpliciter Christus inter duos latrones agnitus est, Vel à Iudæis & Gentibus hinc inde eum cingentibus. Vel inter duo testamenta quæ vitalia spirant.

✠ TERTVLLIANVS. Totum habitum Christi transformati in monte habemus apud Habacuc, vbi Spiritus ex persona apostolorum ait: *Domine audiui auditum tuum & extimui.* Quem magis quàm vocis illius. *Hic est, filius meus dilectus, hunc audite? Consideraui opera tua, & excidi mente.* Quo magis quàm cum visa claritate eius, nesciit quid dicere Petrus? *In medio duorum animalium cognosceris.* Moysi & Heliæ. *Operuit cælos virtus,* vtique nubilo illo: *& splendor eius vt lux erit,* vtique qua etiam vestitus eius refulsit.

L 18.ciuit. c.52. ✠ AVGVSTINVS. Quid est, in medio duorum animalium. nisi aut in medio testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Mosis & Heliæ in monte?

Hieronym. b *Deus, ab.* Agnitio Dei patris venit his qui digni sunt in pleno lumine, & agnitio sancti, id est, filij Dei de monte vmbroso & condenso, id est, patre, qui est plenus virtutibus, & omnia protegit & fouet, vel de sublimitate eloquij vmbrosi & condensi, multis testimoniis contexti, vel Pharan, os videntis dicitur, & de sermone eruditi viri venit noticia filij. Vel veniet, id est, nascetur in Bethleem, quæ sita est, ad austrum. Et quia ipse est, qui dedit legem in Sina, de Pharan veniet qui est locus vicinus monti Sina.

L. 33. mor. c.1. ✠ GREGORIVS. Per montem testamentum Dei exprimitur. sicut Abacuc ait: Deus à libano veniet, & Sanctus de monte vmbroso & condenso. Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit, quasi inde venit, vnde velut sub promissione se tenuit. Quod testamentum bene mons vmbrosus & condensus dicitur: quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur.

L. de Trinit. c.12. apud Tertull. ✠ NOVATIANVS. Per Abacuc dicitur: *Deus ab Africo veniet &c.* Quem volunt isti hæret. ab Africo venire: Si Deum Patrem, ergo de loco venit ex quo cluditur, & intra sedis D alicuius angustias continetur, & iam per istos Sabelliana hæresis sacrilega corporatur. Siquidem Christus non filius, sed pater creditur. At si in Bethleem, cuius metatvræ regio ad meridianam respicit plagam cœli Christus nascitur quia à Bethlehem venturus esse præuidebatur.

✠ HESYCHIVS Cate.græc. Montem vmbrosum & condensum Virginem dicit: condensum tanquam minimè exaratum ab homine: vmbrosum quoniam ipsi Gabriel dixit, *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Luc.1.

✠ THEOPHYLACTVS. Dei para virgo mons est asper vt in quàm ferrum cogitationis sordidum virus habentis non ascenderit, neque humanæ manus vt virginitatem referarent.

✠ ATHANASIVS. Vnde persuadere possumus Iudæis, quòd Christus Deus sit? Audiamus Dauidem dicentem: Dominus Deus & apparuit nobis Habacuc autem inquit: Deus à Themam veniet. B Quæst.36.ad Antioch. Quæst.118 ad eundem.

✠ IDEM. Sed quis est mons iste? Montem propriè vocat sanctissimam Dei param virginem, Quia quemadmodum hi qui campo aberrantes & calore æstuant, si montem subeant vel lutrore conspersi inv mbra subter arbores montis vel aqua sedant æstum flammæ: ad eundem modum hominibus quoque facta est sancta virgo &c.

c *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius.* ✠ HESYCHIVS. Hoc est gloria & dignitas Deo congruens, maior omni dignitate quæ in cœlis est, Christus enim qui propriam hæreditatem habet patris gloriam, sedet in soliis diuinitatis: beati autem angeli astant ei more ministrantium. Et si ergo in serui forma factus sit, veruntamen & sic est, Deus potestatem cœlestium. Impleuit. autem laude sua & gloria totam terram: quandoquidem homines minimè dæmonibus honorem consecrant. Cate.græc. Strab.

In aduentu Christi omnia repleta sunt gloria, vnde: *Gloria in excel. Deo, & in terra pax ho. bo. vo.* Et *pacificans quæ in cœlis & quæ in terra.* Sela hebraicè HIERONYMVS. Super 70. diapsalma semper id est ipse qui natus est in Bethleem, qui dedit legem in Sina, omnibus præteritis & præsentibus & futuris autor est. F Remigius. Luc.2.b.

☞ *Splendor*

☞ a *Splendor eius vt lux &c.* ✠ SEVERVS. Splendorem inquit A diuinam doctrinam, vel Euangelicam legem, quæ nostris mentibus lux fuit. *Cornua in manibus eius*, potentias & miracula vocat. Hic est sensus. Et si factus sit homo, tamè sub eius imperio omnis potentia & fortitudo est.

L. 18. ciuit. cap 32. ✠ AVGVSTINVS. Cornua in manibus eius, quid est nisi tropheū crucis?

✠ REMIGIVS. Cornua brachia dicit crucis, in quibus brachia domini extensa, & manus clauis affixæ sunt.

b *Ibit.* Id est, exeunti de baptismo occurret diabolus, & stabit ante pedes eius qui tentat 40. diebus.

Stans Saluator B & oculo suo omnia metiens, Gentes dissipat, montes & coles sæculi conterit. Vel montes sunt dæmones.

c *Pro iniquitate.* Lxx. Pro laboribus: quia laborant de diuitiis vel honoribus. siunt hospitium dæmonum, qui esse debuerunt templum Dei vnde turbantur: quia alti facti semper mortem & iudicium timent, Madiam, id est, ex iudicio, quia metu iudicij iam cruciantur.

Et ego longè ante vidi quod turbabuntur tentoria Æthiopiæ, & hoc pro iniquitate: & turbabuntur pelles id est, tentoria terræ Madian, & hoc fiet pro mutatis fluminibus. Vetus testamentum erat sit in nouum. Cuius auditoribus Ioris in rubro mari, iam non irascaris, vel in mari, id est, mundo, tu (dico) qui ascendis. D

Aethiopes tetri qui vescuntur carne draconis, dæmones sunt quorum tabernaculum sit, quicunque in hoc sæculo propter honores & diuitias laborat: quas postquam consecutus est tradit se luxuriæ & voluptatibus vt quod auaricia congregauit luxuria consumat: iste pro laboribus sit hospitium dæmonum. Sed postquam fuerit ditatus, & exaltatus tunc conscientia peccatorum semper mortē & iudicium formidabit & crucia tus quos se fecit meruisse quotidiano pauore sustinebit. Allegoricè. Laborantes propter honores & diuitias quid assequentur

d *Nunquid in fluminibus.* Hoc est, breuiter dicere secundùm literam: Sicut Iordanem & mare rubrum siccasti pro nobis dimicans (non enim insensibilibus iratus es) ita nunc quadriga

☞ conscenden s

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Splendor eius. *Id est, armorum exercitus Cyri, & Darij. qui dicitur splendor Dei, eò quòd ille exercitus erat executor diuinæ iusticiæ.*

2 Cornua in manibus eius. *Id est, arcus extenti & balistæ, quia Perse & Mœdi erant optimi sagittarij.*

3 Ibi abscondita est fortitudo. *Quia victoria illi exercitui concessa, magisuit virtute diuina latente quàm humana.*

4 Ante faciem eius ibit mors. *In Hebræo habetur, Pestilentia.* C *Aduentum enim Cyri & Darij contra abyloniam præcessit mortalitas debilitans virtutem Chaldæorum.*

5 Egredie. diab. ante pedes eius. *Quia tales percussiones frequenter fiunt per dæmones. sicut dicitur de Aegyptiis Psalm. 77. d.* Immi o nes per angelos malos.

6 Stetit. *Hic incipit versus alius in Hebræo, & refertur ad exercitum Cyri & Darij qui stetit in obsidione Babyloniæ vsque ad eius captionem, ideò subditur.*

7 Et mensus est. *Quia terra Babyloniæ fuit diuisa principibus exercitus secundùm suam portionem.*

8 Aspexit. *Scilicet, aduersarios considenter.*

9 Et dissoluit Gentes. *Scilicet, Babylonis, & eam adiuuantes.*

10 Et contriti sunt montes. *Id est, maiores principes Babyloniæ, qui ante erant altiores in hoc seculo.*

11 Incuruati sunt col. *Id est, humiliati, & deiecti principes minores.*

12 Ab itineribus. *Id est, à processibus exercituum Cyri & Darij, ab æterno præuisis à Deo.*

13 Pro iniquitate. *Scilicet, destructionis templi à Chaldæis, vt prædictum est cap. praced.*

14 Vidi tentoria Aethiopiæ. *Scilicet, turbata: & similiter Madiam, vnde quod dicitur hic: Pelles. In Hebræo habetur Cortinæ. Isti enim populi fuerunt cum Nabuchodonosor in destructione templi, & cùm nepote eius Balthasar fuerunt debellati.*

15 Nunquid. *Hic consequenter ponitur modus captionis. Et diuiditur in tres partes, quia propheta primò denunciat captionis modum, secundò approbat diuinum iudicium, ibi:* Audiui. *tertiò reuertitur ad propositum, ibi:* Ficus en im. *Prima adhuc in duas, quia primò iste modus exprimitur, secundò historia Iosue alluditur ibi,* Sol & luna. *tertiò, reuertitur ad narrandum captionis modum, ibi:* Viam fecisti. *Circà primùm sciendum, quòd Persæ & Mœdi videntes ciuitatem Babyloniæ inexpugnabilem propter murorum altitudinem & fortitudinem, longè à ciuitate diuiserunt fluuium Euphraten in plures alueos, & sic per alueum principalem diminutum intrauerunt ciuitatem, vbi non erat murus, & hoc est quod dicitur:* Nunquid in fluminibus. *Id est, in Euphrate, qui dicitur flumina in plurali. Tum propter eius magnitudinem. Tum propter diuisionem dictam.*

16 Iratus es domine. *Inferendo Babyloniis effectum tuæ vindictæ, quasi dicat, Sic.*

17 Vel in mari. *Id est, in Euphrate qui nominatur mare more Hebraico, quia omnis congregatio aquarum magna, mare dicitur. secundum illud Ge. 1. a.* Congregationē sq; aquarum appellauit maria.

8 Indignatio. *Contra Babylonios, quasi dicat. Sic: Non enim talis diuisio Euphratis videbatur posse fieri nisi speciali adiutorio Dei.*

✠ Qui

MORALITER.

✠ 1 *Splendor.* Scilicet, in euidētia doctrinæ miraculis cōfirmatæ.

2 *Cornua.* Id est, manus eius in cornibus crucis fuerunt extensæ. Et est ibi figura quæ dicitur Hypallage, sicut cum dicitur: Perflauit fistulabu ccas. i. bucca perflauit fistulas. Et hoc modo exponunt aliqui doctores illud Iere. 11 d. *Mittamus lignum in pa. eius,* id est, *mittamus Christum qui est mensa panis in lignum crucis.*

3 *Ibi abscondita.* vnde Iudæi dicebant Matth. 27. *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.*

4 *Ante faciem eius ibit mors, &c.* Quia per mortem Christi mor & diabolus fuerunt expulsi.

6 *Stetit.* Hic incipit versus in Hebræo, ideò non coniungitur literæ precedenti, sed sequenti sic: *Stetit & mensus est terram.* Christus enim stetit in medio discipulorum post suam resurrectionem, & misit eos prædicare per orbem. Matth. vlt. d. *Euntes docete omnes Gentes, &c.* ideò dicitur.

8 *Aspexit & dissoluit Gentes,* Aspexit, enim eas oculo misericordiæ, & dissoluit à vinculo idolo latriæ.

10 *Et contriti,* Id est, maiores principes mundi.

11 *Incuruati sunt colles.* Id est, minores principes, quia multi de illis & deistis submiserunt humiliter colla sua iugo Christi, & subditur causa.

12 *Ab itineribus æternitatis eius.* Id est, ex miraculis virtute diuina (quæ est æterna) factis.

13 *Pro iniquitate.* Hic ponitur punitio Iudæorum pro morte Christi, cùm dicitur. *Pro iniquitate,* scilicet Iudæorum.

14 *Vidi tentoria.* Id est, potestatis Romanæ quæ dicitur Aethiopia, eò quòd erat idololatriis omnium Gentium denigrata.

† *Turbabuntur,* Id est, Iudææ, quia Madian interpretatur contentio. Iudæa namque pro Christi morte permissa est à Deo rebellare Romanis, ex qua secuta est eius destructio.

15 *Nunquid in fluminibus.* Quasi dicat, contra res insensibiles quæ peccare non possunt, non est ira tua, sed contra Iudæos quibus dedisti legem & prophetas & ipsi occiderunt te.

Sf 5

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Et certum est, quòd hoc dicebatur de templo per Zorobabel readificato: Balthasar verò in quo Chaldæorum regnum defecit, per duos annos fuit occisus ante primum annum Cyri, in quibus regnauit Darius Mœdus, Danielis quinto & sic occisio Balthasar fuit quasi in medio dictorum annorum, quia quinquaginta sunt ex parte vna: & quadraginta octo ex altera. Sciendum tamen quòd. 46. anni à primo anno Cyri vsque ad sextum Darij accipiuntur secundum computationem Græcorum & Latinorum, secundum Hebræos autem sunt pauciores, vt plenius dixi Esther. 1. & Danie. 9. Per hoc tamen non infringitur expositio dicta: quia quod est inter duos terminos dicitur esse in medio, licet plus satis distet ab vno termino quam ab alio, & hoc modo primus annus Cyri potest dici in medio annorum, licet propinquior satis fuerit reparationi templi, quàm eius destructioni. De verificatione illius verbi Ioan. secundo. d. Quadraginta & sex annis &c. *Non est multum curandum, quia non est verbum Christi nec Euangelistæ, nisi tantum referendo: sed est verbum Iudæorum obuiantium Christo, contra quem multa falsa dixerunt, vt patet ex Euangeliis,*

1 Cum iratus fueris. *Populum Iudæ captiuando.*

2 Misericordiæ recordaberis. *Ipsum per Cyrum liberando.*

3 Deus ab Austro veniet. *Hic alludit propheta historiæ eductionis populi de Aegypto, quæ est ad austrum respectu Iudææ. & est sensus.* Deus ab Austro veniet. *Id est, sicut Deus à parte Australi venit cum populo, populum ad terram promissionis deducendo. secundum illud Deute. 2. b.* Nouit dominus iter tuum habitans tecum. 40. annis. *sic veniet cum Mœdis & Persis ad liberandum ipsum de captiuitate Babylonica.*

4 Et sanctus. *Id est, Deus qui est sanctus sanctorum.*

5 De monte Pha. *Id est, sicut perduxit populum per locum illum, Num. 10. ita deducet populum illum reducendo in Iudæam.*

6 Operuit cœlos gloria eius. *Id est, potestas eius gloriosa in destructione Babylonica.*

7 Laudis eius plena est terra. *Quia de illa destructione multæ regiones gauisæ sunt, quæ fuerant à Chaldæis afflictæ, vt dictum est capitu. præceden.*

✠ Splendor

MORALITER.

✠ † *In medio annorum notum faci. &c.* tunc enim liberando patres de limbo notam fecit misericordiam suam contra iram suam de peccato Adæ.

3 *Deus ab Austro veniet.* Hic ponitur modus, quo venit in mundum qui processit ex feruore dilectionis diuinæ, Ioan. 3. b. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, &c.* Et hoc significatur per austrum vnde prouenit feruor caloris.

4 *Et sanctus.* Id est, Christus qui dicitur sanctus sanctorum Dan. 9.

5 *De monte Pharan.* Qui interpretatur frugifer: Christus enim in humana natura processit de virgine fructifera, quæ dicitur mons. *De quo abscisus est lapis sine manibus, Dan. 2.*

6 *Operuit cœlos glo.* Et laudis eius plena est terra, nam in eius natiuitate angeli cantauerunt: *Gloria in altissimis Deo.* Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. b.

✠ *Splendor.*

conscendens arcúmque quæ iurasti patribus tibi? *Numquid in flu.* Ambiguè dictum. Si mala sunt flumina & mare, irascitur Deus & percutit ea. Eloquentia hæreticorum flumen est: *qui aguntur omni vento doctrinæ*, & semper malicia fluctuant. Mare sunt super quos impetus fit domini, vt sentiãt eius aduentum, & sciant quibus terminis concludantur. Si bona sunt, laudantur vel leuatur in illis Iesus, & ecclesiam suam super huiusmodi mare collocat.

a *Super equos tuos. & quadrigæ tuæ, &c.* Animas sanctorum. In his curribus equitans totum lustrat mundum, & intendit arcum & non interim emittit: vt qui modò territus fuerit, non sentiat emissionem, & hoc facit semper. Semper enim in sanctis armatus sedet, & discurrit in salutem orbis, & per hoc diuides & disperges fluuios terræ dimicantes aduersus tuum populum, vel fluuiis scinderetur terra, vt in terræ motu noui fontes emanent, alij obturentur, ita per aduentum Christi orbe concusso, fontes Israel obturati sunt, Apostoli emanauerunt. Sicut venæ corporis sanguinem habent, sic venæ terrarum aquas latentes quæ concussione erumpunt, sic & anima naturaliter habet aquas, sed per se concordiam latentes verbo Dei concussæ erumpunt, hi sunt putei Abraham; quos Philisthæi obstruunt.

b *Fluuios.* Quia suscitauit dominus arcum suum, vt tribubus iuramenta redderet quæ loquutus est: Consequenter dicitur. *Fluuios*, aduersus tuũ populum dimicãtes diuides atq; disperges.

c *Gurges aquarum.* Sunt aquæ sempiternæ, quæ fluũt de fontibus Israel, Sunt breues quæ fluunt in mare, quarum finis perditio est, hæ sunt hæreses, quæ ad tempus florent.

Gurges impetus & persecutio eorum cessauit, & tunc abyssus, id est, inferi laudauerunt te, tunc etiam superbi, id est, angeli quasi plausu manuum eleuatarum victorem demonstrarũt.

d *Sol & luna steterunt.* ✠ CYRILLVS. Sol Christus nominatur apud diuinam scripturam, secundum illud: Exorietur vobis timẽtibus nomen meũ Sol iustitiæ. Cum igitur exaltatus est Sol, honoratam pro nobis ascendens crucem, vel cœlos apud patrem tunc luna, id est, Ecclesia quæ videbatur in tenebricoso loco esse, hoc est, in rerum confusione, stabit in ordine suo. Et quinã est eius ordo nisi illustrare terram quæ sub cœlo est, & hoc est in lucẽ? Hastę autem eius sancti sunt Apostolo, arma ipsius Dei opem ferentes illis qui per se ipsos vocati sunt, quod quidem facere possunt omnes homines qui scutum fidei in ipso sumunt. Nam omnes sagittas ignitas diaboli extinguere possunt. Reimigius.

Sol tuus & luna, quæ pondere malorum & terrore tenebrarum operiebantur, receperunt lumen suum pristinum.

e *In luce.* Sagittæ leuiores, hasta maior. Sagittæ sunt plagæ Dei, hasta eruditio.

f *In fremitu.* Quando populi tui vindicabis iniuriam terrena regna calcabis, & omnes Gentes admirari facies, quia egressus es in salutem populi tui, & veniſti ad eos cum Christo tuo, quo veniente percussisti Antichristum in hoc seculo, quod est in maligno positum, vel ipsum diabolum qui impietatis caput est, quem eiecit de hospitio, vt ibi habitet iusticia.

g *Egressus es in salutem populi tui, &c.* Quia ad te ingredi non poterant.

Percussisti

¶Vel der. ¶Apostolos. a ¶ Quatuor Euangelistæ.

tio tua? † Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ
a ¶ Vel intendens. ¶ Scripturæ reuelantur. b ¶ Et sic reddes iuramenta tribubus & patribus promissa.
†saluatio. Sûscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribu-
a ¶ Semper vel diapsalma, b ¶ Mundanam sapientiam, dissipabis, & hoc videbunt & dolebunt populi superbi, sed tamen Apostolica doctrina transiit in omnem terram, iniqui quidem contra leuantur. c ¶ Fluuiis maranibus. d ¶ O Deus.
bus quæ loquutus es*. Fluuiõs †scindẽs terræ: viderunt tẽ, &
a ¶ Ad pœnitentiam. b ¶ Potentes seculi. c Ecclesiæ. ¶ Impetus & persecutio. d ¶ Vel sapientes sunt abyssus.
dolũerunt mõtes, gurgẽs aquarum transiit. Dedit abyssus
a ¶ Vti per quos illuxit populo. ¶ Sol & luna, Christus & Ecclesia.
vocem suam, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna steterũt
¶ Prædicatorum. ¶ Apostoli.
in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarũ ibunt, in splen-
a ¶ Christi qui dicitur electa sagitta. b ¶ In prædicatione apostolorum, qui à furore visi sunt.
dore fulgurantis hastæ tuæ. In †fremitũ conculcabis terram,
a ¶ De maiestate vel ceremonijs Iudæorum & de templo, vnde Relinquetur vobis domus vestra deserta.
& in furore obstupefacies Gentes. Egressus es in salutẽ popu-

† Quia ascendisti

† ad saluũ

✠ Selah

Hieronym. Remig.

Gene. 16. c.

Genes. 9. b.

† ira calcasti

† Percussisti

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui ascen. *Sic est in libris correctis & in Hebræo.*

2 Super equos tuos. *Id est, super equos Medorum & Persarum, dando eis & equitibus virtutem capiendi Babyloniam.*

3 Et quadrigæ. *In quibus pugnabant antiquitus.*

4 Salua. *Captio enim Babyloniæ fuit saluatio populi Iudæ per Cyrum liberantem eum à captiuitate,*

5 Susctans. *Id est, arcus Medorum & Persarum, qui dicuntur tui, quia ad executionem tuæ iusticiæ extenti.*

6 Iuramenta. *Id est, ad seruandum iuramenta, quæ fecisti Abrãham Isaac, & Iacob de terra à tribubus possidenda, quia per hoc redierunt duæ tribus, & aliqui de decem in Iudæam.*

7 Fluuios scin. *Id est, Euphraten modo supradicto, ita quod est repetitio eiusdem ad maiorem expressionem.* 8 Viderunt te. *In effectu potestatis tuæ.* 9 ✠ Et dolu. mont. *Id est, superbi Babylonij.*

10 Gurges aquarum transi. *Id est, impetus Euphratis à suo alueo, diuertit mo do prædicto.*

11 Dedit abys. vo. suam. *Id est, fundus Euphratis denudatus aquis: ita ostendit Dei virtutem super Babylonios, ac si clamaret sicut dicitur cap. præce.* Lapis de pariete clamabit.

12 Altitudo. *Ipse Deus, qui non solùm dicitur altus in concreto, sed etiam altitudo in abstracto, sicut dicitur veritas & iusticia, & hoc propter excellentiã suæ altitudinis.* 13 Manus. *Ad puniendũ Chaldæos.*

14 Sol & lu. *Hic propheta alludit historiæ Iosue cùm dicitur.* Sol & lu. *Sicut steterunt pugnante Iosue contra Chananæos in signum diuinæ virtutis sibi assistentis, sic assistet virtus Dei Medis & Persis pugnantibus contra Chaldæos, ideò subditur.*

15 In luce sagittarum. *Id est, eorum sagittæ à te dirigentur, ad interficiendum Chaldæos, & similiter eorum hastæ, propter quod dicuntur tuæ quia à te directæ in executionem tuæ iusticiæ.*

16 In fremi. *Exercitus Cyri & Darij.*

17 Conc. *Scilicet, Babylonis.* 18 Et in fu. *Id est, in vindictã tua.*

19 Opstupe. *Ad auxilium Baby. venientes.*

20 Egress. *Id est, egredieris cùm Medis & Persis eos dirigendo.*

21 In salutem. *Quia per illam victoriam Cyrus dedit populo licentiam reuertendi in Iudæam, ideò subditur.*

✠ In salutem

MORALITER.

✠ 1 *Qui ascendes super equos.* Scilicet, ad faciendum vindictam de tanta nequitia, Et respondet dicens.

5 *Suscitans susci. ar.* Id est, exercitum Romanorum in quo sagittarij multi erant.

6 *Iuramenta tribu.* Id est, ad implendum patribus promissa quæ per Christum sunt impleta in eius morte & resurrectione & crucifigentium Iudæorum destructione.

7 *Fluuios scindes.* Hic agitur de discipulorum Christi prædicatione post eius ascensionem, cùm dicitur: *Fluuios scindes ter. &c.* Dicuntur enim prædicatores fluuij, mundum rigantes doctrina salutari, quia tunc fuerunt scissi, id est, diuisi ad prædicandum in diuersis partibus mundi.

8 *Viderunt te & aquæ do. mo.* Id est, principes Romani, qui vidẽtes fidem Christi augmentari doluerunt & eam extinguere voluerunt, sicut patet de Nerone & pluribus aliis sequentibus ideò sequitur.

10 *Gurges aquarum.* Id est, impetus persecutionum transit super Christianos vsque ad tempora Constantini, de quo subditur,

11 *Dedit abyssus, &c.* Per altitudinem intelligitur Constantinus cui totus orbis erat subiectus: ipse verò manum suam leuauit ad protegendum Christianitatem: & tunc abyssus dedit vocem suam, quia Christiani priùs in abysso tribulationis positi eruperunt solenniter in diuinam laudem.

14 *Sol & luna.* Id est, Christus & beata virgo patenter honorati fuerunt in ecclesiis, qui prius colebantur in criptis & locis occultis.

15 *In luce sagittarum tuarum ibunt, &c.* Tunc enim doctores ecclesiæ libere discurrerunt ad prædicationem fidei Christianæ. Sed quoniam perfecta victoria Christi erit in morte Antichristi, ideo subditur de ipso.

16 *In fremi.* Scilicet excercitus Antichristi, qui erit à Deo permissiue. Sed ga Deus illã tribulationẽ breuiabit, ideò subditur.

20 *Egressus es in salutem, &c,* Scilicet, electorum.

✠ Percussisti

a *Percussisti caput de do.* Sicut ecclesiæ & omnis viri Christus caput, ita cunctorum dæmonum, qui in hoc seculo dimicant, est caput Beelzebub princeps dæmoniorum & singulæ eorum turmæ habent capita & principes suos, verbi gratia: Spiritus fornicationum habent propositum suum, spiritus vanę gloriæ, spiritus mendacij, spiritus infidelitatis habent præsides militiæ suæ. Sed clementissimus Deus, vbi fuerat caput pessimum, eo abscisso sæpe ponit caput optimum. Tradunt Hebræi Reseph dæmonis esse nomen: qui principatum tenet inter alios; & propter nimiam velocitatem atque in diuersa discursum auis & volatile nuncupatur, ipsúmque esse qui in paradiso sub figura serpentis mulieri fit locutus, & ex maledictione qua à Deo condemnatus est accepisse nomen. Siquidem Reseph reptans ventre interpretatur.

2. Cor. 11. a.

Hieronym. Remigius. 1. Cor. 11. a. Reseph archidæmonis nomen secundum Hebræos & quare

b *Denuda.* Lxx. Suscitasti vincula vsque ad collum in finem, vt depósito priori iugò, vincula charitatis leue iugum subeamus in curru Christi. Hic compulsi pro Selah posuerunt in finem. *Denudasti*, id est, abscondita eis aperta fecisti, non ad breue tempus, sed in perpetuum *Denudasti sum.* Fundamentum Christi, quod est in anima Allophyli terra obruerant: sed electa terra & optimum fundamentum nudatur, vel ornatur, vt alij pogunt, vt appareat & suã recipiat claritatem, & hoc in sempiternum.

Matt. 11. d.

c *Eius impij.* Impius est vel Nabuchodonosor vel omnis aduersarius populi non Dei solum sceptri sed & capiti quod percusseras bellatorum qui venerunt vt turbo ad dispergendum. i. vt euerterent Israel & captiuarent. Ita autem exultant vorantes pauperem Israel sibi subiectum, quasi hoc in abscondito facerent, id est, te ignorante. Venisti itaque ad prælium pro populo tuo, & quadrigas mittens in aquas, id est, in Gentes multas fecisti eis viam in luto. i. vt conculces & quasi lutum conteras eos.

d *Maledixisti sceptris eius, &c.* ✠ REMIGIVS. Sceptrum gestamen est regum, & ideò per sceptrum regia potestas innuitur. Maledixisti Deus sceptris eius hoc est, regno & potestati eius Impium autem vel iuxta literam Nabuchodonosor vel generaliter omnẽ populi. Dicit aduersarius seu ipsum diabolum posumus accipere, de quo adhuc sequitur, *Capiti bellatorum eius.* Scilicet maledixisti. Non solum, inquit, sceptris eius, sed etiam

C

D

a li tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo
a ¶ Vt præbeant colla equiti Christo. b ¶ Diminuen do.
b impij denudasti fundamentum eius vsque ad collũm. * Mã-
c a ¶ Regnis.
d ledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius venientibus, vt
e turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum, sicut eius qui
a ¶ Sedet in tuditis cum diuitibus in occultis. b ¶ Illis destructis.
c ¶ Huius seculi, vbi est luxum curarum.
f deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mări equis
¶ Prædicta. ¶ Ne simile sustinerem.
g tuis, in †luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus est
¶ Scilicet tua. a ¶ Pauor mẽtis in ore signatur. b ¶ Sed. ¶ Id est, libenter pat ar quod passus est Iob.
h venter meus, à voce contrẽmuerunt labia mea. †Ingrediatur

1 ipsi capiti quod percusseras maledixisti.
¶ De mundo. 2 Caput autem bellatorum diabolus est,
3 perseuuutorum scilicet ecclesiæ, quales
4 fuerunt Nero, Domitianus, cæterísque
5 qui persequutionem
6 publicam indixerũt,
7 qui veniebant, *vt turbo.* i. sicut tẽpestas
8 cum terrore nimio
9 ad dispergẽdum me,
10 hoc est, vnitatem ec-
11 clesiæ sanctæ.
12 e *Sicut eius.* Sed ita vanè, sicut qui occidit pauperem, quem putat diuitem.

✠ REMIGIVS. Quemadmodum raptor exultat, quum pauperem nullo vidente & auxilium ferente, spoliat: ita persequutores sanctorum gaudebant, tanquam Deo non vidente & nesciente, dum eos affligerent. Potest hoc & de omni peruerso dici, qui cum impunè peccat, exultat, putans Deum posse latere, & quæ agit ignorare.

f *Viam fecisti in mari equis tuis.* ✠ THEOPHYLACTVS. Equos Apostolos vocat, quos in huius vitæ mare Dominus perduxit: qui gentes aquas exitientes, propter vdam & dissolutam vitam suam turbant, dum docẽt futurum esse iudicium, operúmque in præsente vita transactorum reddendam persolutionem. Hoc modo Paulus Athenienses turbauit, &c.

Act. 17.

✠ GREGORIVS. Ac si diceret, Aperuisti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi, sordida & terrena sapientes. Nam luti nomine doctrina sordidum sapiens designatur.

L. 34. Moral. c. 13.

g *Audiui.* In persona sua de toto populo. *Audiui & con.* Et ego per spiritum audiui quæ patiuntur equi, & caro tremuit: & ab hac voce contremuerunt labia mea.

h *Ingredia.* Nunc libenter patimur angustias omnes, & à tua comminatione totis visceribus tremimus & non hoc solum, sed vltro appeto, *Ingredia.*

Hieronym.

✠ GREGORIVS

NICOLAVS DE LYRA

Quomodò Cyrus dicatur Christus

✠ 1 In salutem. *Id est, Cyro, de quo dicitur Isa. 45.* Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, &c. *Sciendum tamen, quod Cyrus ibi non dicitur Christus, nisi inquantum fuit figura Iesu Christi, & ideò hæc littera ad Iesum Christum principaliter est referenda, vt sit sensus. Sicut fuisti cùm Cyro ad liberationem populi tui de Babylone, sic eris cum Iesu Christo ad liberationem populi de inferno, quæ salus est figurata per salutem populi à Cyro datam.*

2 Percussisti ca. *Id est, Balthasar regem.*

3 Denudasti fun. eius vsque ad collum *Id est, manifestè ostendisti multiplex eius vicium per vindictæ tuæ effectum.*

4 Maledixisti sceptris eius. *Id est, dominationibus eius.*

5 Capiti bellatorum eius. *Id est, principi suæ militiæ, & subditur causa.*

6 Venientibus vt tur. *Id est, cum impetu & furore.*

7 Ad dispergendum me. *Id est, populum meum in Ierusalem & Iudæa.*

8 Exultatio eorum. *In destructione ciuitatis & templi à captiuatione populi.* Sicut eius.

9 Viam

9 Viam fecisti. *Hic propheta reuertitur ad narrandum captionis Babylonicæ modum sicut in cantilenis idem frequenter repetitur, qui modus fuit per diminuionem Euphratis, qui dicitur hic mare, sicut & suprà cum dicitur* Viam feci. *Id est, in Euphrate.*

10 Equis tuis. *Id est, equis Medorum & Persarum, qui dicuntur tui, eò quòd à te sunt directi in executione tuæ iusticiæ.*

11 In luto: *Quia alueus Euphratis non erat totaliter deficcatus, & sic erat ibi lutum derelictum ab aquis multis, quæ ibi ante fuerant.*

12 Audiui. *Hic consequenter propheta approbat iudicium diuinum de captiuatione populi sui ad purgationem peccatorum, dicens:* Audiui. *Scilicet, populum infirmum murmurantem contra tuum iudicium de eius captiuatione.*

13 Et conturbatus. *Timui enim, nè suo murmure ad iram prouocaret te.*

14 A voce. *Scilicet, murmuris eorum.*

15 Contremuerunt, *Quasi loqui non potentia, sed tantùm cum tremore moueri.*

16 Ingrediatur putredo. *Quasi dicat captiuitas super nos inducta quæ aliquando putrefiunt corpora, est patienter toleranda.*

✠ Vt requiescam

MORALITER.

✠ 2 *Percussisti caput &c.* Scilicet Antichristum.

† 3 *De domo impij.* Id est. diaboli.

3 *Denudasti fundamentum eius.* Id est, denudabis fallaciam eius per Enoch & Eliam.

4 *Maledixisti sceptris.* Id est, regibus sibi adhærentibus.

6 *Venientibus.* Scilicet, impetuosè ad destructionem ecclesiæ.

7 *Exultatio.* secundùm illud Prouerbior. 2. c. *Lætantur cum malefecerint.*

9 *Viam fecisti in ma.* Huius mundi.

10 *Equis tuis.* Id est, Antichristo & sequacibus suis, qui erunt sicut equus & mulus. Dicuntur autem equi Dei, quia discurrent ex eius permissione.

11 *In luto aquarum mul.* Id est, carnalium fœditatum quas Antichristus cùm suis exercebit.

12 *Audiui.* Multi namque Christiani audientes acerbitatem persecutionis Antichristi, & tumentes de propria fragilitate mori prælegerunt ante dictam tribulationem ne deficerent in ea, & sic dicitur in eorum persona, *Audiui.* futurum Antichristũ.

13 *Et conturbatus.* Id est, cor meum præ horrore.

15 *Contremuerunt labia mea.* Non potentia loqui præ timore.

16 *Ingrediatur pu. &c.* Id est, vtinam sim mortuus antequam veniat Antichristus.

✠ Vt requiescam

✠ GREGORIVS. Hoc est, ac si diceret, Non mea virtus est, in qua superiùs raptus imperturbabilis maneo: sed meæ infirmitatis est: in qua inferius turbor. Ipse ergo super se imperturbabilis est, ipse sub se perturbabilis, quia super se ascenderat inquantum rapiebatur ad summa, & sub semetipso erat inquantum adhuc reliquias trahebat in infima.

A — L. 22. Mor. cap. 10.

Allegoricè † expauescam

a *In ossibus.* Non solum in carne, sed etiam in medullis ossium & stratus putredine corporis & vermibus scateat, vt cum pro peccatis sustinuero angustias omnes captiuitatis, requiescā cum Abraham, Isaac & Iacob, & cæteris qui sunt populus accinctus. Hæc allegoricè, vt sit allegoria mixta historiæ, quia aliquando historia ipsa metaphoricè texitur, nec semper eius metaphora allegoriam sonat. Secundùm historiam autem in persona populi dicit se libenter in captiuitate pati quælibet, vt eo tēpore quiescat quo maledicet sceptris impij, & equi conculcabunt lutum, vt post cum sanctis Zorobabel & Iesu reuertatur in terram promissionis, sed hoc non vult litera libri.

B. — Hieronym. Remigius.

Videns hic propheta destructionem inimicorum victoria Dei reuertitur ad seipsum dicens se malle cum iustis tribulari, quam cum malis æternaliter cruciari.

b *Tribulationis.* Quia tunc omnia auferentur homini, secundum illud: *Homo cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* — Psal. 48. d.

c *Ficus.* Ideò hic volo pati, & post ascendere ad po. accin. quia veniet dies tribulationis, & cæteris in angustia constitutis, ego lætabor in tua maiestate, vel cum venerit dies Iudaicæ euersionis: ego pereunte populo electus sum: & sociabo me discipulis Christi ascendens montanam, quia in monte eos docet relictis inferiùs turbis, quia ficus ad quam venit esuriens id est, populus Iudæorum non dat poma, & ideò maledicitur, nec fert fructum non in sæcula sæculorum: sed vsque in sæculum, id est, cùm Gentes intrauerint. Hæc est ficus: pro qua rogat agricola, id est, Gabriel vel Michael, cui commissus est populus Iudæorum, qui in passione precatur, da eis spacium pœnitentiæ: & noli subuertere, & si quidem fecerit fru. suspensiuè subaudiatur, transferes in alteram vineam, id est, ecclesiam. Venit tertiò per legē, per prophetas, per seipsum. Post passionem data pœnitentia 42. annis, quia non fecit fructum subuersa est, qui verò conuersi sunt ad populum Gentium translati sunt, ad quem propheta ascendit. Vinea. i. populus qui non fecit fructum, sed spinas: non iudicium, sed clamorem dicens: *Crucifige, crucifige eum:* Et, *Non habemus regem nisi Cæsarem.* qui occidit post seruos filium, & ideò *exterminauit me aper de silua,* Oliua, id est, populus cuius ramis fractis oleaster inseritur; vel, Ficus, spiritussanctus pro pomorum dulcedine. Vinea, Christus quæ dicit; *Ego sum vitis:* oliua pater à quo omne lumen. In libro Iudicum dicuntur ligna siluarum venisse ad has arbores, vt regnent super se quod nunquā fit. Sed rhamnus imperat eis quæ habet spinas & ignē, vt vulneret & comburat arua. Ierusalem olim in montibus sanctis, nunc campestris dicitur, quæ non solùm non alit rationales, sed nec pecora & boues qui portent iugum Dei, hæc omnia auferentur à populo: quia iniquè egit in Deum. Si autem diem tribulationis de consummatione accipis. omnia ad eos referes qui dicunt se esse de ecclesia non habentes opera, & ficus, vinea, oliua, id est, trinitas non auferet eis fructum suum, & non solùm non habent frumenta hominum, sed nec cibos pecorum & iumentorum & pro montibus in humili versantur.

Ioan. 6. a. Matth. 21. b. — C — Angeli nobis benè præcantur. — D — Hieronym. Remig. Luc. 23. c. Ioan. 19. c. Psal. 79. b. Rom. 11. c. † Ex — Ioan. 15. a. — Iudi. 9. b. — † salute mea — E

¶ Vel thus. — a In consummatione mundi.

a putredo in ossibus meis, & subter me † scateat. † Vt requie- 1
a ¶ Dies illa dies iræ, dies cala. & mi. b ¶ Malorum. c ¶ Semper enim ascenditur à iusto. d ¶ Fortem bellatorem. ¶ Hæc audet dicere tribulatus.
b scam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accin- 2
c ctū nostrū. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vi- 3
a ¶ Aliud promittit, Omnia quæ dixerit Deus faciemus, & aliud facit. 4
neis. Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibū. Absci- 5
detur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus: 6 7
d Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo † Iesu 8
a ¶ Quia. b ¶ Non iusticia legis. ¶ Non aliud. c Vt calcem super aspidem & basilicum.
e meo, Deus dñus fortitudo mea & ponet pedes meos quasi 9 10

d *Ego autem in &c.* Iudæis per orbem dispersis dicit propheta ex persona credentium: Sed si de consummatione accipis sic dicetur, Sicut percussa Aegypto, ficus, vinea, oliua, campi non dabant fructum & deficiebant pecora, quia non habebant cibos & Israel exultabat, sic in fine mundi, quando refrigescet charitas & non dabit fructus operum, tunc iustus lætus dicet; *Ego autem in domino gaude.* & eductus ad summum cantabo tropheum qui in principio dixi; Clamabo & non exaudies: qui de iusticia eius & de iudicio causatus sum, laudabo æquitatem. — supra. 1. a.

F

✠ REMIGIVS. Iesus saluator vel salutaris interpretatur, sed interpres maluit ipsum nomen Hebraicum ponere, quia dulce & plenum gaudij IESV nomen delectat audire.

e *Dominus Deus fortitudo mea.* ✠ REMIGIVS. Omnis mea virtus, omnis iusticia Christus est, qui est Deus Dominus, *& ponet pedes meos quasi ceruorum.* Ceruorum natura est, vt plana & humilia deserant, & montium ardua conscendant, serpentes etiam de cauernis flatu extractos occidant. Sic & sancti terrena & infima deserunt, & ad cœlestia conscendunt: ac in sua prædicatione à cordibus hominum serpentis ☞ antiqui

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt requiescam. *A labore captiuitatis.*
2 In die tribulatio. *Id est, tempore Babylonicæ destructionis.*
3 Vt ascendam. *De Chaldæa in Iudæam per Cyri licentiam.*
4 Ad populum accinctum. *Id est, armis paratum. Sic enim ascenderunt filij Israel de Babylone, propter periculum hostium in via. Vel dicitur populus accinctus, id est, dispositus ad gradiendum. Et loquitur hic propheta in persona populi de Babylone redituri, quia tempore illius captiuitatis ipse erat in Iudæa secundùm historiam Danie. 14. Quamuis enim non sit autentica, tamen probabilis reputatur.*
5 Ficus. *Supra posuit modū captionis Babylonis ex debellatione ciuium, hic idem ostendit ex defectu victualium, dominus enim ante aduentum Cyri & Darij contra Babyloniam induxit terræ sterilitatem, ita quod fortalicia non potuerunt sufficienter muniri, ideò dicitur: Ficus enim non florebit, id est, modicum florebit, ita quod faciet modicum fructum, quasi pro nihilo reputandum, secundùm quod dicitur 2. Physicorum, Quod modicum est, quasi nihil reputatur: & etiam secundùm communem modum loquendi: quo dicitur: nihil est in arboribus quando ibi est modicus fructus, & ita intelligitur illud quod subditur de vineis, oliuis, & aruis.*
6 Abscidetur. *Quia propter defectum pastus animalia poterunt parum fructificare.*
7 Ego autem. *Audita Babylonis destructione, & populi Iudæ liberatione propheta exclamat, dicens:* Ego autem in domino gau. *applaudens diuinæ iusticiæ & liberationi populi Iudæ.*
8 Et exultabo in Deo, &c. *Id est, salutari meo liberante populum meū de captiuitate Babylonica, & secundùm hoc Iesus est nomē appellatiuum, sed quia dictum est quòd liberatio de captiuitate Babylonica figura est liberationis patrum de limbo inferni, sic fienda per Iesum Christum, & vtramque liberationem videbat propheta futuram, ideò Iesus est hic etiam nomen proprium.*
9 Deus Dominus for. *Educendo me sua virtute, primò de Babylone, secūdò de inferno, vt dictum est & sic est verbum prophetæ loquentis in persona populi in Babylone captiuati, & in lymbo detenti.*
10 Et ponet. *Quia redeuntibus de Babylone dedit virtutem & agilitatem gradiendi, & liberatis de limbo virtutem egrediendi, & ad cœlum ascendendi, ideò subditur:* Et super excelsa. *quia populus de Babylone rediens ascēdit in Iudæam, quæ est terra montuosa, & potissimè quia venit in Ierusalem, & ibi templum fundauit in monte Sion. 1. Esd. 3. & detenti in inferno ascenderunt in cœlum cùm victore Christo.* ✠ Ipsi

MORALITER.

✠ 1 *Vt requiesc.* .s. in sepulchro, quādo erit Antichristi tribulatio.
3 *Vt ascendam ad populum accinctum. no.* Id est societatem sanctorum in corpore & anima post iudicium. Et quoniam tunc cessabit generatio, sequitur.
5 *Ficus enim non flo.* Et subditur sanctorum vita, cùm dicitur.
7 *Ego autem in domino.* Et patet sententia.

✠ MORAL.

☞ antiqui malitiam depellunt Dominus ergo inquit, ponet meos, id est, actiones meas faciens me sua gratia caduca contemnere, & æterna desiderare.

A — D — † vt triumphem in musicis instrumentis

a ¶ Inter cæteros qui habent virtutem cerui ponet me. b ¶ Qui primus in agone vicit.
ceruorum, & super excelsa mea deducet me † victor in 1
a ¶ Inter angelos canam triumphum eius, & in terra pacem hominibus.
psalmis canentem.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In psalmis. *Quia populus rediens de Babylone Deum laudabat in via & magis in termino. 1. Esdræ. 3. Et sancti cum Christo ascendentes cum diuinis laudibus ascenderunt in illis sine fine perseuerantes. Psal. 83. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. *Ad quam nos perducat, &c.*

ADDITIO.

In ca. Habacuc. 3. *Vbi dicitur in postil. hîc consequenter ponitur oratio prophetæ.*

Circa materiam huius orationis propheticæ ipsius Habacuc valde variè se habuerunt expositores, quidam enim Hebræorum dicunt, quod hæc oratio fuit facta pro quadam sterilitate tunc futura. Ad quod faciunt aliqua in hoc cantico contenta, vt cum dicitur. Nunquid in fluminibus iratus es domine? *quia in sterilitate cessante pluuia diminuuntur flumina. Similiter cum dicit.* Suscitabis arcum tuum: *intelligunt de iride, de qua Gene. 9.* Arcum meum ponam in nubibus: *qui quidem arcus in tempore pluuiæ solet apparere, vnde Ezech. 1. g.* Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, *vnde propheta orabat secundum eos, vt appareret ille arcus, & sic pluuiæ fluerent more solito. Similiter cum dicit:* Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, &c. Abscindetur de ouili pecus, &c. *Totum attribuunt sterilitati prædictæ, pro qua dicunt prophetam orasse ne populus periret per prædictam plagam, vnde dicit:* In medio annorum viuifica illud. *Id est, in medio annorum sterilitatis prædictæ: & super hoc petit:* Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.

B

Alij verò hoc canticum exponunt de destructione Babyloniæ, & de modo captionis eius sicut in postilla cum aliquibus variationibus, de quibus non est curandum.

Sed saluo semper meliori iudicio, hæc oratio magis videtur pertinere ad mysterium Christi, & ad hoc videtur tendere glossa ordina. pro maiori parte, quod satis apparet ex eius deuota compositione. Est enim composita ad modum psalmorum Dauid qui inter prophetas expressius de mysteriis Christi deuotè cecinit, & ideo in tota sacra scriptura non inuenitur hæc dictio Selach in Hebræo nisi in Psalterio & in hoc cantico, vnde cùm dicitur hîc: Sanctus de monte Pharam, *& in aliis certis locis ponitur in Heb. Selaph, quod est diapsalma secundum Lxx. Secundum quam expositionē hoc quod dicitur in tit. scilicet Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantiis, continuatur ad præcedentia sic. Dixerat enim propheta superius increpando idololatras.* Væ qui dicit ligno expergiscere, &c. *& sequitur:* Ecce iste qui coopertus est auro & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius, *quia idola licet sint subtiliter & sumptuosè fabricata, nullā tamen spiritualem gratiam seu virtutem vel vitam in se continet. Sed de Deo vero subdit è contrario:* Dominus in tēplo sancto suo *scilicet Deus incarnatus, qui cum sit in corpore sibi vnito dicitur esse in templo suo, iuxta illud Ioan. 2. d.* Soluite templum hoc, *qui tanta virtutis est, quòd cum sit in prædicto templo suo, eius dominio tota terra. Id est, totus mundus sibi subiicitur, de quo subdit:* Sileat à facie eius omnis terra. *Et quia propheta in spiritu videbat, quòd circa cognitionem Christi incarnati de quo statim dixerat:* Dominus in templo sancto suo: *multi errores habebant consurgere, ideò orat pro ignorantiis: de quo dicitur in tit.* Oratio Habacuc *pro ignorantiis, ne iusti in huiusmodi caderent ignorantias. Et quia mysterium hoc habuerat non per cognitionem naturalem, sed ex fide quæ est ex auditu, ideò in exordio sui cantici seu orationis dicit:* Domine audiui auditum tuum & timui. *Scilicet timore filiali causato ex deuota reuerentia tanti mysterij.*

C

Consequenter petit auditum prædictum impleri, dicens: Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. *Vbi notandum quòd hoc quod dicitur hîc:* In medio annorum *non debet intelligi de medio rei geometricè loquēdo seu arithmeticè: sed de medio rationis, prout Philosophus accipit medium in 2. Ethicorum dicens, quod virtus moralis in medio consistit scilicet per conformitatem ad rationem rectam, & similiter in proposito medium annorum intelligendum est secundùm conformitatem ad rationem diuinam (quæ summè recta est) præordinantem aduentum Christi in tempore conformi dictamini suæ rationis, in quo quidē tempore est temporis plenitudo, de qua Apostolus ca. 4. a. ad Gal.* Cum venerit plenitudo temporis. *& sic intelligenda est glo. interlinearis quæ super istud verbum: In medio annorum dicit scilicet in plenitudine temporis. Et quia non suffecisset, quod opus Dei, scilicet incarnatio filij fieret, nisi hominibus notificaretur, ideò subdit:* In medio annorum notum facies. *Et quia timebat propheta ne ex humana malicia hoc beneficium impediretur, ideo subdit:* Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Consequenter ostendit quomodo illud opus Dei scilicet incarnatio venit in noticiam seu cognitionē nostrā, dicens:* Deus ab austro veniet. *scilicet in meridie. Sicut enim in meridie sol maximè lucet, sic ad fidē incarnationis maxima lux saltem supernaturalis requiritur. Et quia deuenitur ad huiusmodi fidem per scripturarum testimonia, ideo subdit:* Et sanctus de monte Pharan, *scilicet de monte vmbroso & denso, per quod sacra scriptura quæ hoc mysterium variis locutionibus & vmbrosis figuris tradit, intelligitur.*

Consequēter de eius natiuitate dicit: Ope. cæ. glo. eius. *Nato enim domino, angeli Gloria in excel. cecinerunt. Et quia de eius prædicatione & vita & miraculis totus orbis fuit repletus, ideo subdit:* Et laudis eius plena est terra.

Consequenter quia Christus qui sol iusticiæ dicitur, tanquam lux vera irradiat in mundo, ideo dicit: Splendor eius vt lux erit. *Et quia huiusmodi splendor fuit quodāmodo occultatus in cruce, ideo subdit:* Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius: *& ibi est finis versus apud Hebræos, & est sensus: Cornua in manibus eius. Id est, trophæa crucis secūdùm gl. quia per extensionem manuum Christi in cruce cornua aræ crucis sunt expressa: In qua quidem cruce abscondita est fortitudo eius, quia exinaniuit semetipsum, &c. vsque ad mortem.*

E

Consequenter de effectu passionis eius dicit. Ante faciem eius ibit mors, *quia moriendo mortem nostram destruxit.*

Consequenter de effectu passionis dicit: Egredietur diabolus ante pedes eius. *Quod potest intelligi de expoliatione inferni, qui diabolus potest dici, vel secundum gloss. quia Christo ingrediente in corde fugit diabolus.*

Consequenter dicit: Stetit & mensus est terram. *& hic incipit versus in Hebræo. Ad cuius intellectum in continuatione ad præcedentia & sequentia sciendum quod quia propheta dixerat, quòd fortitudo Christi erat abscondita in cruce: ideò hic declarat quomodo sua potentia prout est Deus, fuerat anteà valde patens & ostensa, & specialiter in operibus quæ fecerat in tempore veteris testamenti: Quorum aliqua præcipua hîc narrat, ex quibus vnum est quòd diuisit terram Amorrhæorum & Chananæorum in hæreditatem filiis Israel. Quæ quidē diuisio facta fuit per mensuram in funiculo distributionis, vt habetur Iosue. 13. de quo dicit:* Stetit & mensus est terram. *Scilicet promissionis modo prædicto. Et sequitur.* Aspexit & dissoluit Gentes, *scilicet habitantes in illa: quia fuerunt ab ea separati per mortem & captiuitatem & huiusmodi. Et quia reges eorum erant magni & fortes ab antiquo, vt dicitur in Psalmo.* Qui occidit reges fortes, &c. *ideo subdit.* Contriti sunt montes seculi. Incuruati sunt colles mundi, &c.

F

Si autem quæratur, quare in huiusmodi narratione incipit propheta ab acquisitione seu diuisione terræ & prætermisit illa quæ fuerunt in deserto & huiusmodi, dicendum, quòd de datione legis quod fuit potissimum & principale, iā aliquid tetigerat propheta, cum dixerat: Deus ab austro veniet, &c. *& hoc significando principaliter aduentum Christi, vt suprà expositū est, & alludendo illi historiæ de datione legis in monte Sinai qui erat vicinus monti Pharan, de quo fit hîc mentio.*

Consequenter narrat fortitudinem Dei ostensam in antiquis post acquisitionem & diuisionem terræ, de quo dicit: Pro iniquitate vidi tētoria Æthiopiæ. *Vbi notandum, quòd vbi nos habemus Aethiopiæ, in Hebr. habetur Chusan, quod est nomen proprium cuiusdam qui afflixit filios Israel, eò quòd offenderant Deum colendo idola: sed quia postea pœnituerunt & exclamauerunt ad dominum: Deus saluauit eos per Otoniel fratrem Caleb, vt habetur Iudi. 3. b. & sic Deus ostendit potentiā suam puniendo idololatras & miserendo pœnitentibus.*

Ratio autem quare translatio nostra habet Aethiopiæ est, quia Chus signat Aethiopes, & ideo pro Chusam trāstulit Aethiopiā, sed ad veritatē Aethiopia non est Chusam sed Chus. Chusam enim est nomē propriū hominis vt dictū est: & sic habetur in Chaldaica trāslatione. Consequēter dicit: Turbabūtur pelles terræ Madiā: *In quo tāgit historiā Gedeon cum Madianitis, qui ab eo fuerunt turbati & victi, vt habetur Iudic. 7.*

Consequēter dicit: Nūquid in fluminibus iratus es domine; &c. *in quo ostēdit potentiā Dei alludēdo historiis de diuisione maris rubri & Iordanis, non seruato tamen ordine temporis, nec exprimendo factum, sed more poëtico tangendo. Et quia Deus se habuit in istis, vt vir pugnator pro salute populi, ideò subdit:* Qui ascendes super equos tuos, quadrigæ tuæ saluatio. *Similiter quod subditur;* Suscitans suscitabis

A suscitabis arcum tuum, intelligitur eodem modo scilicet considerando Deum ac si esset fortis eques, & expertus sagittator. Et quia ista & similia fecit Deus vt seruaret iuramenta quæ fecit patribus, de hoc quòd semen eorum possideret terram promissionis, ideò dicit. Iuramenta tribubus quę locutus es, & sequitur: Fluuios scindes terrę, &c. in quo est replicatio prædictorum ad maiorem confirmationem. Quod autem sequitur: Gurges aquarum transiit, intelligitur de aquis Iordanis, quæ descendentes transierunt & sic remansit abyssus discooperta, vnde de hoc dicitur Iosue. 3. c. Aquæ quæ inferiores sunt decurrent atque deficient, sed aquæ altæ steterunt. quasi immobiles, de quo dicitur ibi: Quæ autem desuper veniunt in vna mole consistunt, & hoc est quod hic dicitur: Altitudo manus suas leuauit per altitudinem intelliguntur aquæ altiores scilicet superiores. Quæ leuauerunt manus suas, id est amouerūt potestates suas ne currerent naturali cursu.

Consequenter alludit historiæ Iosue de statione solis & lunæ. Iosue. 10. de quo dicit: Sol & luna steterunt. Et quia ibi Deus misit lapides grandinis magnos de cœlo, quibus percussi fuerunt aduersarij, ideò subditur. In luce sagittarum tuarum ibunt. Lapides enim illi qui non sine fulgure mittuntur. æstimantur vt sagittæ seu hastæ lucentes. Et quia ex huiusmodi percussionibus miraculosis habitatores terræ Chanaā
B fremuerunt & stupuerunt, ideò dicit: In fremitu conculcabis terram & in furore obstupefacies Gentes.

Consequenter reuertitur propheta ad loquendum de Christo. Ad quod sciendum, quòd superius propheta dixerat quòd potentia Christi fuerat in cruce abscondita, de quo dixit ibi. Abscondita est fortitudo eius, & posteà ostendit quòd eius potentia in antiquis fuerat multiplicata. Et hoc cum dicit: Stetit & mensus est terram, &c. vsque ad istum locum. Nunc autem, ostendit quòd licet potentia Christi in cruce abscondita fuerit, tamen fuit magna & salutifera operans. Vnde dicit. Egressus est in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo, & sequitur. Pecusisti caput de domo impij, quia princeps dæmoniorum qui in ligno vincebat, in ligno victus fuit à Christo, & sequitur. Denudasti fundamētum eius vsque ad collū: quia vt dicitur in glossa: Abscondita eius, aperta sunt non ad breue tempus, sed in perpetuum, & sequitur: Maledixisti sceptris eius, &c. Totū exponitur de potestatibus diabolicis, quæ frequenter veniunt ad dispergendum iustos. Et sequitur, exultatio eorum sicut eius qui deuorat, &c. Isti enim aduersarij humani generis se habent vt exultantes cùm deuorant pauperem in abscondito, eo modo quo dicitur in Psalmo: Insidiatur in abscondito, vt rapiat pauperem, &c. & sequitur: Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Quod à multis exponitur de transitu maris rubri, sed continuando ad prædicta videtur exponendum si-
C cut in glossa de mari huius sæculi: vbi est lutum curarum & sollicitudinum multarum, in quo mari Christus fecit viam equis suis. Id est, iustis quos regit sicut eques equum suum: & hoc dando eis exempla vitæ & consilia saluberrima, per quæ possent vitare fluctuationes & pericula huiusmodi curarum & sollicitudinum. Prohibuit enim Christus sollicitudinem futurorum & temporalium. Matt. 8. c. Et sic faciam viam in huiusmodi mari turbulento.

Consequenter dicit. Audiui & cōturbatus est vēter meus, &c. Ad cuius declarationem sciendum, quòd propheta considerans ex prædictis duo principaliter intendit. Vnum est tribulatio quam Christus passus est in cruce, vbi abscōdita est fortitudo eius, vt dixerat. Secundū est fructus salutiferus suæ passionis, de quo dixit. Egressus es in salutem populi, &c. D Conturbatus est in mente & contremuerunt labia sua, quasi nesciens loqui ex turbatione tantæ contrarietatis, ideò dicit: Audiui. Scilicet prædicta ex fide, quæ est ex auditu. Et conturbatus est venter meus. Scilicet mens mea, quæ est intrinseca, sicut venter inter membra corporea intrinsecus est. Contremuerunt labia mea, quia loquela turbabatur ex vehementia turbationis intrinsecæ. Ingrediatur putredo, &c. Id est, ingreditur quia turbatio mentis redundabat etiam in membra solida quæ sunt ossa. Et reddens rationem tantæ turbationis & tremoris dicit. Vt requiescam in die tribulationis & est sensus, quòd propheta habeat requiescere consolari in salute ab eo desiderata, quæ tamen facta est in die tribulationis, scilicet in tempore passionis Christi: Et nimirum, si propheta de hoc tremebat & conturbabatur de tribulatione passionis: etiam si ex ea sequeretur fructus salutis, cum etiam Christus imminente passione contristabatur, & cœpit tædere & mœstus esse. Matt. 26. d. Consequenter propheta turbabatur ex hoc quòd habebat commisceri cum populo Iudaico qui procuraturus erat mortem Christi. Et de hoc dicit: Ascendam ad populum accinctum nostrum. Id est, Ascendam in Iudæam ad populum illum qui paratus est cum armis ad occidendum Christum. Et notandum, quòd vbi nos habemus in hoc loco accinctum nostrum. In Hebræo dicitur: יגודנו E Iegudenu, & est omnino simile verbum. Gene. 49. c. circa benedictionem Gad, in quo loco translatio nostra habet: Præliabitur ante eum, vnde & in hoc loco sic debuisset dicere: Et ascendam ad populum, qui præliabitur ante eum. Id est, contra eum: & sic sententia erit planior ad propositum. Et sequitur. Ficus enim non florebit, &c. vbi videtur loqui propheta parabolicè de populo Iudaico assimilando eum ficui non florenti, vel vineæ non germinanti, & huiusmodi, sicut Isa. c. 5. assimilat illum populum propheta ad literam vineæ non fructuosæ, & est sensus: Ficus enim id est, ille populus: Non florebit in illo tempore: Nec erit germen in vineis, quia perdidit virorem gratiæ. Mentietur opus oliuę: quia de iusto dicitur: Ego sicut oliua fructifera in domo domini. Similiter & intelligendum est hoc quod dicit: Et arua non afferent cibū. Scilicet de cibo spirituali. Abscindetur de ouili pecus &c. quia iā tempore illo desinet esse grex domini, sicut nec populus, vnde Dan. 9. g. Occidetur Christus, & non erit ei populus qui eū negaturus est.

Consequenter propheta ex illis duobus consideratis scilicet quorum vnum erat valde tristabile, scilicet afflictio passionis, & aliud magni gaudij & exultationis, scilicet fructus salutiferus eius, inclinat se ad gaudium, quia perpetuum & indeficiens, & de hoc dicit: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. quasi diceret, licet illam tristiciam considero quæ magna est, tamen quia transitoria, eam dimitto, & gaudebo in domino quia est æternus. Et exultabo in Deo F Iesu meo. Scilicet in sua saluatione quæ æterna est, & sequitur: Deus dominus fortitudo mea. Scilicet ad tolerandum prolixitatem spei, Et ponet pedes meos quasi ceruorum, ad attingendum terminum desiderandum velociter. Et super excelsa deducet me. Scilicet super alta & superba quæ huic saluti contrariantur. Et sic ero victor in Psalmis canens. Et nota, quòd vbi dicitur hîc: Victor in Psalmis canens. Ponuntur similia verba sicut in titulo quarti Psal. vnde istud canticum propriè est sicut vnus de Psalmis Dauid.

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI IN SOPHONIAM PROPHETAM.

TRadunt Hebræi cuiuscūq; prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnum de duodecim prophetis qui dixit. † Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor caprarum vellicans sycomoros: patris nomen in titulo non habere. Hoc si verum est Sophonias propheta, qui nomine (vt ita dicam) prophetico & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est. Habuit enim patrem Chusi, auū Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam, & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij speculam, alij arcanum domini transtulerunt. Siue igitur specula: siue absconditum domini interpretetur, vtrúmque prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: † Fili hominis, speculatorē domui Israel te posui. Iste ergo propheta, qui erat in specula & in sublimib. cōstitutus & nouerat mysteria domini, filius erat Chusi qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariā, qui & ipse vertitur in sermonem domini: & atauum Ezechiā, qui sonat fortitudo domini, De fortitudine itaque domini natus est sermo domini, & de sermone domini nata est magnitudo domini, & de magnitudine domini nata est humilitas, vt cùm peruenerit aliquis ad perfectum dicat, † quia non sum dignus vocari apostolus: Et illud in Psalmis. † Domine non exaltatum cor meū neque elati sunt oculi mei.

† Amos 7. d. — † Ezec. 3. d. — † 1. Cor. 15. b — Psal. 130. a.

A Iosiam regem Iudæ cuius temporibus Sophonias prophetasse inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudæ placuisse historia quarti libri Regum & secundi Paralipomenon demonstrat. Iosias simulachra, quæ pater suus Amon vel auus Manasses in templo Dei collocauerat, deiecta cōminuisse monstratur. In quibus etiā serpentē æneū à Moyse factum, quē errori inductus populus superstitione idolorū detentus admiserat. D Idē custodisse Pascha: & intermissis temporibus multis solus celebrasse mōstratur. Ideò De, per prophetā tēporibus memorati regis quæ prouētura erant ostendens, Gentibus quidē lectione comprehensis affuturū iudiciū, populo verò Israel salutē & ciuitati Ierusalē restaurationē, tūc tēporis tribuendā textu lectionis denūnciauit.

Incipit argumentum.

SOphonias speculator & arcanorū Dei cognitor, audit clamorem à porta piscium sciū & eiulatū à secūda, & contritionem à collib. Indicit quoque vlulatum habitatoribus pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, & disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

B — E

CAP. I.

Hieronym. Remig.

a VErbum domini. ✠ ATHANASIVS. Hic propheta & Hieremias contēporanei fuerunt: nam vterque sub Iosia rege prophetauit. Factum est autē ad eū verbum domini, & prophetauit in Ierusalem & vniuersa Iudæa, prædixitque diem in quo demolienda essent omnia idola, & nemora, futurúsque esset fletus multus ac planctus, Prophetat quoque & de Saluatore, & de resurrectione eius quam nostri gratia fecit. Deinde & contra Gazam & Ascalon, & Azoton, & Accaron, & contra Moab, & Ammon, & Damascum & Niniuen, & Æthiopas.

† deficiēdo deficere faciam.

In titulo generatio prophetæ & tempus notatur. Inter nomina patrum ponitur C etiam Chusi quod interpretatur Aethiops meus: in quo notatur quòd ille qui quondam fuit Aethiops versus est in pœnitentiam. Iuxta illud: Aethiopia præueniet manus eius Deo. Et rectè Sophonias quasi filius Aethiopis. In consequentibus de pœnitentia scribit Aethiopum, dicens: Trans flumina Aethiopiæ inde ferent hostias mihi in diebus Iosiæ, sicut dicuntur dies Eliæ hi qui ab eo illuminati sunt: ita & dies Iosiæ qui se leuauerunt ad Deum: quia Iosias eleuatio domini dicitur: & fuit vir iustus. (Psal. 97.)

Nota. Simúlque notandum quòd hic non ponuntur reges Israel: sed reges Iuda tantum: quia iam decem tribus sub Ezechia ab Assyriis captiuatæ erant.

Prophetatur de euersione Ierusalem & de captiuitate Iudæ & Beniamin per Nabuchodonosor; quæ captiuitas interfecto Iosia, visa est incœpisse: quia filij eius & nepotes nō tā regnasse credendi sunt quam ludibrio habiti ab Aegyptio rege & Chaldæis & diuersis casibus cruciati. Et cum hæc captiuitas pro sceleribus populi immineret: ne populus dicat se per malos reges ad idololatriam cogi: datus est ei rex iustus: quo zelante zelum domini & populo in cultu idolorum perseuerante iusta iræ causa profertur à domino.

Sophonias specula vel arcanū. In specula enim & in sublimi constitutus erat secundùm illud: Fili hominis speculatorem posui te domui Israel. (Ezec. 3. d.) F Et mysteria Dei nouerat. Vnde, Non faciet dominus quidquam nisi reuelauerit prophetis suis.

b Amon re. Iu. Id est fides. Manasses post multa scelera, & post captiuitatem in Babyloniam egit pœnitentiam: vnde consecutus est Dei misericordiam, & ideò in argumentum fidei suæ qua crediderat Deo filium suum vocauit Amon. (Amos. 3. b.)

c Congregans ho. ✠ REMIGIVS. Diu expectauerat Dominus pœnitentiam Iudæ sub malis regibus, & quasi aliquam poterant habere excusationem & dicere: Volumus seruire Domino, sed prohibemur à regibus nostris. Vnde dedit illis iustissimū regem

Incipit Sophonias propheta.

CAPVT I.

[¶ Hoc est.]
a VErbū domini quod factū est ad Sophoniam 1
[a ¶ Aethiops meus vel humilitas. b ¶ Magnitudo Dei. c ¶ Sermo dñi.]
filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ filij 2
[a ¶ Fortitudo domini. b ¶ Eleuatio domini. c ¶ Fides.]
b Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iu- 3
[a ¶ Non vltra tribuam locum pœnitentiæ, sed à facie terræ consumā omnia.]
da. † Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit do- 4
[a ¶ Homines & pecus congregans.]
c minus: congregans hominem & pecus: congregans volatilia 5

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra super Sophoniam Prophetam incipit.

CAP. I.

1 VErbum domini. Prophetia Sophoniæ in duas partes diuiditur: in prooemium, & tractatum: qui incipit, ibi. Congregās. In prooemio notificatur Sophoniæ status, genus & tempus. Status, cum dicitur: Verbum domini quod factum est, &c. Per hoc enim ostenditur ipsum fuisse prophetam. 2. Petri. 1. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et iste status est quasi medius inter Deum & communem populum: propter quod prophetæ dicuntur dij participatiuè: secundum quod exponit Saluator illud Psalm. Ego dixi dij estis, dicens Ioan. 10. g. Illos dixit Deos ad quos factus est sermo Dei. Secundò: notificatur eius genus, cùm dicitur. (Diuisio — Psal. 81. b.)

2 Filium Chu. &c. Secundū regulam Hebræorum iste fuit propheta: eò ꝙ exprimitur nomen eius in principio prophetiæ filij sui: sicut dictum est Isa. 1. Et idē est intelligendū de aliis tribubus hic nominatis: licet nō habeantur eorū prophetiæ. Et sic patet ꝙ iste Sophonias nō solum fuit propheta: sed de genere prophetali: quia pater eius, auus, & proauus, & atauus fuerunt prophetæ. Tertiò: notificatur tempus, cum dicitur.

3 In diebus Io. Ex quo patet ꝙ iste prophetauit ante tempus Babylonicæ captiuitatis. 4 Congregās. Hic consequenter ponitur tractatus: Qui diuiditur in duas partes, scilicet in partem comminatoriam, & consolatoriam quæ incipit in 3. ca. Prima in duas: quia primò comminatur peccatoribus generaliter. Secundò: magis specialiter, ibi. Et extendam. Circa primum dicit propheta in persona domini: Congregās cōgre. Et ista congregatio non est ad salutem, sed ad pœnam, quod patet ex fine huius partis, vbi dicitur. Et disper. Et hoc modo accipitur congregatio ab Habacuc. 1. d. Totum in hamo subleuauit, & congregauit in rete suum. Et sic comminatur pœnā peccatoribus generaliter, cū dicitur. (Diuisio.)

5 Congregans. Id est, homines peccatores ad pœnam, & quia bruta

✠ propter

MORALITER.

1 Verbum do. quod, &c. Qui primò comminatur peccatoribus generaliter d. Congregans cong. Per hominem ratione abutentē, intelliguntur contentiosi. 1. Cor. 3. a. Cum zelus & contentio sit inter vos: nónne homines estis & secundum hominem ambulatis? Per pecus voluptuosi significantur. Vnde. 1. Eth. Vita voluptuosa vita pecudum appellatur. Per volatilia vanè gloriosi qui petunt alta. Per pisces maris (quorum maiores deuorant minores) significantur homicidæ & raptores: & omnes isti congregabuntur in iudicio, vt comburantur in inferno. Isa. 24. d. Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.

✠ Et extendam.

A regem Ioſiam,qui eos exemplis & monitis voluit reducere ad cultũ Dei:ſed ipſi nihilominus in idololatria permanſerunt. Quapropter iuſtè prophetatur eis, confuſio Ieruſalem, captiuitas populi,& victoria Nabuchodonoſor.Nõ vltra inquit, ad pœnitentiam expectabo,ſed omnia congregans conſumam.Nõ homo,non pecus,nõ volatilia aut piſces remanebunt, iram meam etiam bruta ſentient animalia. († offẽdicula)

Etiam bruta animalia ſentient iram Dei,& ſubuerſis vrbibus & interfectis hominib⁹ ſolitudo erit & raritas beſtiarũ & volucrum. Et hoc ideò,quia impiorum fuit nimia multitudo, ideò vaſtabũtur. (Hieronym.) Poteſt & de conſummatione ſeculi accipi quando homines B & pecora & vniuerſa deficient & tolletur iniquitas à facie terræ.

a *Et extendã.* ✠ RVPERTVS. Hoc vt dictum, ita & factum eſt poſtmodum per regem Nabuchodonoſor & exercitum Chaldæorum. Septem autem ſunt enunciationes quo numero plerúmque vniuerſitas ſignificari ſolet, quarum prima eſt. *Et diſpergam de loco reliquias Baal.* Septima. *Nec inueſtigauerunt Dominũ.* Et ſi reciprocato ordine conſiderentur,hoc modo. Non inueſtigauerunt Dominum, & non quæſierunt eum:& auerterunt de poſt tergum Domini;& iurant in Domino & in Melchon, & adorant ſuper tecta militiam cœli: & nomina habent æditũorum, & colunt Baal. Semper malo præcedenti id quod ſequitur deterius eſt. Septem igitur enunciationibus malorum omnium, maiorum atque minorum declamata eſt vniuerſitas atque diuerſitas,propterq; tunc irã Iuda & Ieruſalem commeruit, vt ſuper habitatores eius manũ ſuam extenderet Dominus,qui hæc dicit.

C Poſt ruinas impiorum & iniquorum ablationes cõtra Iudam & Ieruſalem dominus loquitur. (Hieronym. Remig.) Iudas enim & Beniamin in templo domini ſtatuam Baal poſuerunt, & in eodem ſanctuario, idola ſimiliter & Deũ venerati ſunt,vnde idolorum ſacerdotes, non ſacerdotes ſed æditũos & phanaticos appellat. Per Iudam & Ieruſalem ſecundum interpretationem poteſt accipi anima cuiúſque à qua aufert dominus omnia prædicta,vel in conſummatione ſeculi,vel in fine cuiúſque cùm videretur Deum confiteri,

fiteri,& ſenſum pacis habuiſſe.De tali Ieruſalẽ diſperdet Deus omnem ſuperbiam,& falſos cultus in Deum & variorum errores dogmatum & mũdo & Deo pariter ſeruientem:& per quotidiana peccata auerſionem,à domino, & neglectum in Deum. D

ALLEG. Quando refrigeſcet charitas multorum, & ita abundabit iniquitas, vt filius hominis veniens vix inueniet fidem in terra: (Matt.24.b. Lucæ.18.b.) tunc Deus percutiet eos qui videntur ſibi nomen domini confiteri, & eccleſiam quæ à pace nomen habet, & auferet Baalim qui interpretatur in ſublimioribus.Id eſt, tollet vanam gloriã quæ verſatur in eccleſia, & nomina eorum qui ſolo nomine dici epiſcopi & preſbyteri gloriantur, & qui adorant ſuper tecta micæ.qui eleuãtur contra ſcientiam Dei, quidquid in mundo geritur ad ortus & ad occaſus ſtellarum referentes, & eos qui adorant dominum & Melchon qui duobus dominis ſimul volunt placere Deo & mũdo:qui perdito rege Deo,habent regem mundum & hominem,& eos qui per mala opera declinant à domino, & non requirunt eum per pœnitentiam. E

(† Cheãmarim, peculiare genus ſacerdotum Baal, monachi ab Hebræis dicti. qui nigris induebãtur veſtibus.) († præparauit inuitatos)

cœli & piſces maris. Et † ruinæ impiorum erunt, & diſperdã
a ¶ Extenſio manus geſtum percutientis oſtendit.
a homines à facie terræ, dicit dominus. Et extendam manum 1
meã ſuper Iudã,& ſuper omnes habitantes Ieruſalem: & di- 2 3
a ¶ Auferam. b ¶ Cuſtodes Baal qui pauci de cede hoſtium remanſerunt. c ¶ Idolum Sidoniorum. d ¶ Qui fuerunt autores idololatriæ.
ſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina † æditũorum 4
a ¶ Id eſt illos deſtruam qui quondam ſacerdotes domini, modo ſimul Deum & idola colunt. b ¶ Solem & lunam & alia aſtra.
cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam 5
cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Mel- 6
¶ Simul. a ¶ Idolo Ammonitarum,& illos etiam deſtruam.
b chõm, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui 7
non quæſierunt dominum, nec inueſtigauerunt eum.
¶ Timore. a ¶ Ab imminente captiuitate. b ¶ Prope eſt captiuitas prophetata ſub Ioſia. c ¶ Captiuitatis & vltionis.
c Silete à faciẽ domini Dei, quia iuxta eſt diẽs do- 8
a ¶ Subuerſionem Ieruſalem. b ¶ Vt ſibi immolentur quos dedicauit ad mortem quaſi hæc hoſtia placet mihi. 9
mini. Quia præparauit dominus hoſtiam, † ſancti- 10 11

b *Auertuntur de poſt.*Qui relinquentes cultum eius, iurant in Melchom,& adorant militiam cœli.

c *Silete à facie.*Iam prophetata captiuitate, cunctis imperat ſilentiũ incutiẽs maiorẽ timorẽ ex vicinitate ipſius captiuitatis

✠ REMIGIVS.Omnis terra ſileat,reuereatur,contremiſcat diẽ Domini.Iuxta literã intelligimus tempus captiuitatis & vltionis in populũ Iudæorũ.Præparatum autem populum *hoſtiam* dicit qui in tempore vindictæ velut hoſtia mactandus erat. Vocatos autem Nabuchodonoſor & Chaldæos debemus accipere, (Ierem.25.) quos vocabat ad puniendos peccatores. Nam & per Ieremiam eum ſeruum ſuum dicit.

TROPOL.Omne tẽpus ad cõparationẽ æternitatis breue eſt, F vel exitus ſingulorum citò venit, ait ergo. Timeant omnes ne irata Dei facies puniat eos vel in exitu cuiúſque vel in communi iudicio: & ſi iuſti volueritis eſſe, non eſt vobis timendum, quia imperauit dominus & in veteri teſtamento figurales hoſtias ad remediũ & in nouo ſanguinẽ Chriſti mundatorẽ omniũ ☞ per quem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *propter hominem facta ſunt, ideò comminatur quòd hæc pœna extendi debeat ad ipſa,cùm dicitur.* Et pecus.&c.

1 Et extendam.*Hic conſequenter comminatur peccatoribus ſpecialiter.Et primò Iudæis.Secundò populis extraneis:capitulo ſequenti.Prima diuiditur in quinque partes:quia primò fit comminatio ſacerdotibus. Secundò principibus. Tertiò,vulgaribus. Quartò ſe occultantibus. Quintò concluditur tribulationis pondus.Partes patebunt proſequendo Iſta tamen diuiſio non eſt ita præciſa quin de ſententia vnius partis ponatur aliquid in alia:ſicut fit communiter in diuiſionibus aliis prophetarum.Circa primum dicitur in perſona Dei:* Et extendam manum meam ſuper Iudam *Ad puniendum eius populum peccatorem.* (Diuiſio)

2 Et ſuper omnes habitant. Ieru. *Quæ erat metropolis Iudæ,& ibi vigebat vicium idololatriæ, in quo magis erant culpabiles ſacerdotes, qui tenebantur illud extirpare & diuino cultui intẽdere.Ideò ſubditur.*

3 Et diſperdam de. *Id eſt,idololatriæ cultum.*

4 Et

4 Et nomina æditũorum. *Æditui dicuntur cuſtodes loci idololatriæ quaſi ædem tuentes.*

5 Et eos qui adorant. *Id eſt, ſolem & lunam alióſque planetas. Tecta enim domorum illius terræ erant plana,ideò ibi aſcendebant idololatræ ad videndum & colendum plenius ſydera.*

6 Et iurant in.*Quia ſimul cum domino colebant idola,& in eorum reuerentiam iurabant per ipſa.*

7 Et qui auertuntur.*Eius legem & cultum dimittentes.*

8 Silete à facie,&c.*Id eſt,ſilebitis ſicut deiecti & confuſi.*

9 Quia iuxta eſt dies domini.*Id eſt,tempus ſuæ vindictæ.*

10 Quia præparauit dominus hoſtiam. *Id eſt, populum Iudæ ad occiſionem.*

11 Sanctificauit voca.*In Hebræo habetur.Præparauit, verbum enim Hebraicum hic poſitum æquiuocum eſt ad præparare, & ſanctificare: Hebræi ſequuntur vnam ſignificationem, & tranſlatio noſtra aliam, Poſſunt etiam dici iſti vocati à Deo ſanctificati,id eſt,applicati ad executionem diuinæ iuſtitiæ,& iſti fuerunt Chaldæi.*

✠ Et erit.

MORALITER.

✠ 1 *Et extendam.*Hic propheta comminatur peccatoribus ſpecialiter.Et primò ſacerdotibus,cùm dicitur.*Et extendam manum meam.*Ad puniendum.

3 *Et diſperdam,&c.*Per Baal qui deuorator interpretatur, gula ſignificatur. Per reliquias eius luxuria:quia ſemẽ coitus eſt de ſuperfluo alimẽti:ideò dicit Hiero.Vẽter & genitalia ſunt mẽbra propinqua,& ex vicinitate mẽbrorũ deſignatur vicinitas viciorũ.

4 Et

4 *Et nomina,&c.*Æditui dicuntur quaſi tuentes ædẽ. Et ideò ſignificant caupones & lenones qui præbent ædem guloſis & luxurioſis.Per ſacerdotes intelliguntur mediatores & mediatrices fornicariæ communionis.

5 *Et eos qui ador,&c.* Iſti ſunt vanè glorioſi ſemper tendentes ad ſuperiora.

6 *Et iurãt,&c.*Iſti ſunt falſi & duplices duab⁹ viis ingrediẽtes,

7 *Et qui auertuntur.*Iſti ſunt apoſtatæ à fide vel religione.

✠ Et erit.

☞ A per quem ſaluantur & ſanctificantur vocati ab æterno, vel per ſanguinem Chriſti ſanctificantur apoſtoli & cæteri qui per eos ſunt vocati.

Poteſt dici quòd ſanctificauit Babylonios in vltionem peccantis populi,vindicantes Dei iniuriam.

a *Et erit in die domini, viſitabo ſuper principes,&c.* ✠ REMIG. Dies hoſtiæ domini tempus eſt Iudaicæ captiuitatis, quando omnis populus immolandus erat ab hoſtibus. Tunc viſitauit dominus ſuper principes, & ſuper filios regis Ioſiæ, quos omnes vel conſtat captos fuiſſe, vel occiſos. *Et ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina*, id eſt, exotica vel pretioſa. B († machthes i. viri mercatorij.)

Myſticè. viſitabit Deus in die hoſtiæ filij ſui ſuper pontifices Iudæorum, & ſuper regiam domum, (Myſticè Hieron.) quia vſque ad illud tempus fuerunt reges de Dauid, ſed poſt hanc hoſtiam defecerunt,quia induti ſunt veſte peregrina qui receſſerunt à protectione & indumento Dei errore ſuo operti. Poſſunt hæc de die iudicij accipi quo puniet dominus principes qui lac comedũt, nec ſalutem gregis curant,& qui iactant ſe eſſe filios regis Chriſti,& qui induti ſunt non Chriſto,ſed indumento veteris hominis.i.vicijs, (Coloſ.3.b.) & per hoc eiecerunt ſe de eccleſia traditi Sathanæ & omnes qui ſceleribus contaminant eccleſiam. Poſſunt hæc etiam de anima cuiuſque intelligi,cuius ſenſus & cogitatio debet eſſe hoſpitium regis Dei qui induit ſe veſtimentis diuerſorum vitiorum,& implet tẽplum corporis ſui iniquitate & dolo.

b *Ingreditur ſuper limen.*Iuxta Hebraicam veritatem,qui tranſiliunt limen quod hiſtoricè ſic dicitur,puniam illos qui iuxta (Hieron.) C librũ regũ non calcant limen idolorũ ſuperſtitionibus ſeruiẽtes.

Et

a ¶ Captiuitatis Iudaicæ quando totus populus immolandus eſt.
a ficauit vocatos ſuos. Et erit in diẽ hoſtiæ domini viſitabo ſuper 1
a ¶ Qui mane bibebant ſiceram. b ¶ Vel omnes de regia ſtirpe,vel propriè filios Ioſiæ. c ¶ Qui pro cultu Dei venerati ſunt Idola. 2
principes & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt 3
a ¶ Superbos qui quodam faſtu & dignitatis ſupercilio gradus templi,& ſanctuarij limen aſcendunt. †
veſte peregrina. Et viſitabo ſuper omnem qui arrogãter in- 4
a ¶ Lxx.qui ſunt in veſtibulis.i.qui egreſſi ſunt de eccleſia propter peccata. b ¶ Non ſolùm idolorum cultu,ſed & etiam omni genere propriæ iniquitatis & dolo ad decipiendos ſubiectos implent domum Dei.
b greditur ſuper limen in die illa,qui complẽt domum † domi- 5
a ¶ Quando extenta manu Dei ſuper Ieruſalem hoſtilis exercitus eam vallauerit.
c ni Dei ſui iniquitate & dolo. Et erit in diẽ illa dicit dominus,
a Propter clamorem dicentium,Sanguis eius ſuper nos & ſuper fil.no.circundata eſt à Romanis Ieruſalem cuius captiuitatis typum præceſſerat captiuitas per Nabuchodonoſor. 6
vox clamoris à porta piſcium,& vlulatus à † ſecunda, & contri 7 8
d tio magna à collibus. Vlulate habitatores † pilæ. Conticuit om- 9
a ¶ Peribunt qui tantas habent diuitias vt eis putent ſe indutos & ſeptos. 10
nis populus Chanaan, diſperierunt omnes inuoluti argento. 11

c *Et erit die illa dicit dominus,vox cla.à por.piſ.& vlu.* Porta piſcium vocatur quæ ducit Dioſpolim & Ioppem & vicinior eſt mari, à ſecunda ſignat portam ſecundi muri in eodem climate à collibus de monte Sion, & de excelſiori parte vrbis, qua ab hoſtibus occupata facilior deſcenſus erit ad prona. Multi ad Babyloniorum tempora hæc referunt. D (1.Reg.5.b. Porta piſciũ) (Hieron. Remig.)

Prima porta oculorum qui aperiuntur ad concupiſcendum. (Porta oculorum & aurium.) In iudicio ergo cùm aperientur libri tota imago antiquorum ſcelerum exhibebitur ante oculos eorũ. († domiroſum ſuorũ) Poſt clamorẽ huius portæ ſequitur vlulatus ſecũdæ. id eſt, auriũ. († ſchola.) In his duob⁹ ſenſib⁹ maximè peccat homo & punietur vidẽs & audiens totũ ordinẽ ſuorũ malorum hoc terrore conteretur quidquid in homine fuerit excelſum. E

Vel in fine mundi. A prima porta piſcium lugebunt, qui ſuũ non ſeruauerunt baptiſma,à ſecunda qui non egerunt pœnitentiam de peccatis,& tunc conterentur,quia noluerunt humiliari,Per has duas portas introitur vel reditur ad eccleſiam.

d *Vlulate habitatores.* ✠ REMIG. Pilam vocat Ieruſalem, quia ſicut in pilo vi & impetu frumenta feriente deſuper vecte tunduntur,ita de porta piſcium,& de ſecũda,atque de collibus promens deterrebit Romanorũ aut Chaldæorum exercitus,& cõminuet omnia. Venientibus itaque hoſtibus,conticeſcent magno metu,& ſuorum ſcelerum conſcientia exagitati, nec ſaltem dominum quem offenderunt,inuocare audebunt.

Deſcripto clamore qui erit in ſuperiori porta vrbis,ſupponit (Hieron.) & de valle Siloe,quam comparat pilæ,i.vaſi in quo tunduntur ☞ frumen-

NICOLAV DE LYRA.

✠ 1 Et erit.*Hæc eſt ſecunda pars.in qua comminatur principibus, cùm dicitur,*Et erit in die hoſtiæ do.*id eſt occiſionis peccatorum ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ.*

2 Viſitabo ſuper principes & ſuper filios. *Principes enim Sedechiæ & filios eius fecit Nabuchonoſor occidi,& oculos eius erui.4.Regum vltimo.*

3 Et ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. *Id eſt,veſtibus cultui alienorum deorum deputatis,talibus enim vtebantur ſacerdotes Iudæorum aliquando,quia cùm domino etiam idola colebant,vt prædictum eſt;*

4 Et viſitabo ſuper omnes qui ar.ingre.ſup. *Ingrediens domum domini magis ad ſuam pompam quàm ad Dei reuerentiam.In Hebræo tamen habetur,Super omnem tranſilientem limen,quia aliqui volentes ſacerdotes Dagon & eius cultores imitari,qui non calcant ſuper limen templi Dagon.j.Reg.v.Sic ingredientes templum domini limen tranſiliebant abſque eius calcatione.ſecundum quod dicit hic Ra.Sa.*

5 Qui complent domum domini.*Ibi tractantes negociationes, & conſimilia,vt patet Ioh.ij.quæ habent iniquitatem & dolum annexa.*

6 Et erit.*Hæc eſt tertia pars in qua comminatur vulgaribus, dicens.*

Vox

7 Vox cla.à por.pi.*ſic nominata,quia reſpiciebat mare & per illam piſces inferebantur in Ieruſalem & erat in muro exteriori.*

8 Et vlulatus à ſecunda.*id eſt, à porta ſibi correſpondente in muro ſecundo.*

9 Et contritio magna à collibus.*id eſt, à monte Sion, in quo erat templum & domus regia, quæ claudebantur tertio muro. Triplicem enim clauſuram fecit Salomon in Ieruſalem, & per iſta oſtenditur quòd totus populus ciuitatis eſſet affligendus in omni parte.* F

10 Vlulate habitatores.*id eſt Ieruſalem,vt dicunt expoſitores noſtri communiter,quæ dicitur pila,eò quòd eſt in medio Iudææ,ſicut pes pontis qui pila dicitur in medio eius.Vnde verſus,* Eſt pila pes pontis, pila ludus,pila taberna.*In Hebræo habetur, Habitatores hamachthes & ſonat profundum in Latino.Et dicit Ra.Sa.quòd illa eſt ciuitas quæ vocatur Tyberias,nominata profunda,eò quòd eſt in demiſſiori loco Iudææ.*

11 Conticuit omnis populus Chanaan. *id eſt, Iudæorum ſiue Iudææ,quia ibi habitauerunt Chananæi ante filios Iſrael,& quia filij Iſrael ſecuti ſunt mores Chananæorum.*

12 Diſperierũt omnes inuoluti. *id eſt,pleni diuitijs malè acquiſitis, quæ inuoluunt homines peccatis.ſecundum illud.j.Timo.vj.b.* Qui volunt diuites fieri,incidunt in laqueum & tentationem diaboli & deſideria multa.&c.

✠ Et

MORALITER.

✠ 1 *Et erit in.* Hîc comminatur principibus mundi, per quos ſignificantur ſpiritus maligni qui dicuntur principes & poteſtates: Epheſ.6. *Et erit in die hoſtiæ domini.* Hæc dies Paraſceue poteſt dici, in qua Chriſtus fuit immolatus,qui bene fuit hoſtia domini.

2 *Viſitabo ſuper principes.*ſcilicet,tenebrarum, qui tunc fuerunt debellati.

† *Et ſuper filios regis.*ſcilicet, æterni, qui tunc de limbo fuerunt liberati.

3 *Et ſuper omnes, &c. veſt.pere.* id eſt, alienati à fide Chriſtiana.

4 *Et vi ſuper om.*ſcilicet, eccleſiæ intruſus per potentiam ſecularem,de quibus ſubditur:

Qui

5 *Qui complent domum.* Quia malè intrant, & peſſimè gubernant,Et quoniam dolent boni de malis,ſubditur:

7 *Et e.vox cla.*ſic nominata, eò quòd erat verſus mare & ideò ſignificat amaritudinem doloris.

8 *Et vlulatus à ſecunda.* Quia quanto magis reiterantur & multiplicantur,tantò magis dolor augetur.

10 *Vlulate habitatores Pilæ.*id eſt,tabernæ,vnde verſus:

Eſt pila pes pontis,pila ludus, pila taberna. (Verſus de pila)

Per iſtos ſignificantur ebrioſi,quibus niſi pœniteant, reſeruatur pœna inferni.

11 *Conticuit omnis populus Chanaan,&c.* Quæ interpretatur mercatio.Ideò per hoc ſignificantur ſimoniaci qui non habent frontem coram Deo loquendi.

12 *Diſperierunt omnes inuoluti argento.*.ſcilicet,malè acquiſito.

A frumẽta quia de porta piscium & de secunda & de collibus pro ruens exercitus contundet inferiora loca, Chanaan vocat populum Iudæorum, vnde, *Semen Chanaan, & non Iuda. Vlulate.* Vocantur ad planctum qui in ima scelerum suorum sunt demersi. Quòd dicitur, *Conticuit omnis popu.* signat in die iudicij cessaturam blasphemiã eorum qui in cælum posuerunt os suum, Chanaan commotio. hoc nomine vocantur Iudæi, quorum pedes nunquàm fixi sunt super petram.

Dan 13.f. Psa. 72.b.

a *Et erit. &c.* Captiuitatis per Babylonios vel Romanos, quando nullum peccatum eorum qui legem Dei dimiserunt impunitum remanebit, quia nullus remanebit abscõditus, nec in cloacis, nec in speluncis, in quibus reges & sacerdotes se timore mortis abscõderunt.

† substantia. † Amos. 5. c. † Iere. 30. a. Iohel. 1. a. Amos. 5. a

B b *Scrutabor Ierusalem.* Tempore iudicij scrutabitur Deus cũ lucerna ecclesiã suã, & puniet contemptores mandatorum suorum, (qui quasi cum ratione se peccare dicentes) blasphemant Deum, dicentes, quòd nec præmia, nec pœnas possit reddere, & illis in cæcitate depressis apponet lucernam verbi sui & rationis, quia omnia in medium vitia proferet.

a b Et erit in tempore illo, scrutabor Ierusalem in lucernis, & vi-
(a ¶ Confidentes in viribus suis quæ fecibus comparantur vel peccatis. b ¶ Calumniant Dei prouidentiam dicentes quòd nec bonis bona, nec malis mala possit reddere sed omnia casu regantur.)
c d sitabo super viros defixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis, Non faciet bene dominus, & non faciet malè. Et e-
(a ¶ Si quis latronis vel furis vel piratæ fortitudinem diripit, dum infirmos reddit, prodest illis sua infirmitas.)
rit † fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in de-
(a ¶ Immundas, & ideo non habitabunt.)
sertum. † Et ædificabunt domos, & non habitabunt & planta-
(¶ Sodomorum.)
e bunt vineas, & non bibent vinum earum. Iuxtà est dies do-
(a ¶ Cui nullus potest resistere.)
mini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei domini amara, † tribulabitur ibi fortis. † Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarũ
(¶ Erit.)
& caliginis, dies nebulæ & turbinis, & dies tubæ & clangoris,
(a ¶ Vbi vix sunt parua vestigia ruinarum.)
f super ciuitates munitas, & super † angulos excelsos. Et tribu-
(a ¶ Præ magnitudine pressuræ ignorabunt quid agent. b ¶ Et hoc ideo. c ¶ Propter crucem domini sustinuit Ierusalem hæc mala.)
labo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino pec-

† clamat, vociferabitur. † turres excelsas.

ne peccatorum, & super angulos, idest, peruersa opera & erecta erit ira Dei. vnde & arguuntur Pharisæi qui adorant in angulis platearum, à via Dei quæ arcta & directa est declinantes & tortuosos angulos sectantes. *Iuxta est dies domini.* Dies vtriusque captiuitatis amara, quia ad amaritudinem Deum prouocauerunt, & ideò non solùm imbecilles, sed fortissimi viri deprimentur & qui lumen Deo respuerunt tenebris obuoluentur, & qui noluerunt solennium dierum audire tubas, audient tubas bellantiũ. De excidio munitarum ciuitatum & excelsorum angulorum Iudææ, plus oculis quàm scriptis potest cognosci.

❧ Remigivs. Quum Chaldæi vel Romani venerint, ceperíntque Ierusalem, tunc scrutabuntur lucerna omnia loca ciuitatis in quibus abscondi potuerunt, etiam cloacas & obscuras speluncas, vt nullus possit effugere. Hoc qui subuersionem factam à Romanis legerint, ita factum inuenient.

❧ Bernardvs. Dabo operam, nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas & studia mea, quo is qui scrutaturus est Hierusalem in lucernis, nihil inscrutatum in me siue indiscussum inueniat. Neque enim iudicaturus est bis in idipsum.

Ser. 55. in Cantic.

Hiero. c *Qui di.* In die iudicij vel morte cuiusque, quod malè erigebatur contra Deum vastabitur, vt cessent à malo opere membra quibus prius non bene vtebantur: & domos quas ædificabant in sanguine destruentur, & non in leprosa domo, sed in bene ædificata habitabitur, Et quia plantabant vineam Sodomorum & non Dei, ideò non bibent vinum earum, vt inebrientur cum Ioseph in meridie, his prope est dies domini ad comparationem æternitatis, vel quia mors vniuscuiusque consummationẽ mundi facit. In vtraque captiuitate exercitus Iudęorũ cæsus est,
C domus dirutæ sunt, agri vineæque vastatæ. Et cum dicerent ad prophetas, Quod vos comminamini post longum tempus eueniet, dominus veloci plaga citò eos percussit.

D d *Et erit fortitudo eorum, &c.* ❧ Remigivs. Manifestè de Iudæis dicitur, quorum fortitudo & omnis exercitus captiuitatis tempore in direptionem data sunt, & domus destructæ, & agri & vineæ vastatæ.
1 Nec prolongata est
2 vltio, aut semper ex-
3 pectauit patiẽtia Dei,
4 sed velociter resti-
5 tuit eis quod mere-
6 bantur.
7 e *Iuxta est dies do.* In
8 consummatione se-
9 culi vel in exitu cu-
iusque, dies domini
10 erit amara his qui ma-
11 lè fortes fuerũt (cùm
12 etiam iusti per ignẽ
13 saluentur) dies mise-
14 riæ cùm dicent, Væ
15 nobis, quia miseri su-
16 mus. dies tenebrarũ,
17 quia eos qui lucẽ o-
18 derunt tenebræ se-
19 quentur, dies nebulę
20 & tur. veniet super
21 eos tempestas Dei.
vnde & nouissima tu-
22 ba Dei terrebit eos.
23 Super ciuitates quas
munierunt multitudi-

Hieron. E

❧ Rvpertvs. O quantus clamor & exclamatio, quàm vehemens omni homini, nisi ei qui surdus est, qui non habet aures audiendi. Qualis erat visio mentis, cuius tanta est acrimonia vocis? Beatus papa Gregorius rectè ad vim clamoris huius attonitus. Pensate inquit, fratres Charissimi, ad conspectum tanti iudicis, quis in illo die terror erit, quando iam pœna remediũ nõ erit! Quę illa confusio, cui reatu suo exigente contigit, in conuentu omnium hominum angelorúmque erubescere! Qui pauor, cum quem tranquillum mens humana capere non valet, & iratum videre! Quem diem intuens propheta, ait, *Dies iræ dies illa, &c.* Pensate ergo fratres extremi iudicij diem, super corda reproborum, qua asperitate propheta vidit amarescere, quem tot appellationibus non valet explicare, &c.

Domini dies terribilis & nunc & in futuro. I. 17. mora. c. 21.

F f *Et tribula. homines.* In fine seculi vel cuiusque. Tribulabuntur, qui vt homines vixerunt, & vt homines mortui sunt: & qui perdi-

Hiero.

NICOLAV DE LYRA.

1 Et erit. *Hæc est quarta pars in qua comminatur propheta latentibus, dicens.*
2 Scrutabor Ierusa. *quia capta ciuitate Chaldæi cum luminaribus quærebant absconditos in locis subterraneis & obstructis.*
3 Et visitabo. *inferendo pœnam.*
4 Super viros defi. in fe. suis. *id est obstinatos in peccatis suis.*
5 Qui dicunt in cordibus suis. *malè de Deo sentiendo.*
6 Non faciet bene dominus. *suis cultoribus.*
7 Et non faciet malè. *suis contemporibus. Ceciderant enim in errorem illorum qui dicunt prouidentiam diuinam non extendi ad hæc inferiora, ex quorum persona dicitur Iob. xxij. b.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.
8 Erit fortitudo eorum. *id est, diuitiæ eorum. Vnde in Hebræo habetur, Substantia eorum.* In direptionem. *Chaldæis.*
9 Et domus eorum in desertum. *Habitatoribus eorum occisis vel captiuatis. Ideò subditur,* Et ædificabunt do. &c.
10 Iuxtà est. *Hæc est pars quinta, in qua concluditur pondus tribulationis imminentis, cum dicitur,* Iuxta est dies domini mag. *magnitudine suæ vindictæ.*
11 Vox diei. *quia omnes clamabunt præ amaritudine angustiæ.*
12 Tribulabitur. *Et multò magis alij.* 13 Dies iræ. *idest, dies vindictæ.* 14 Dies. *Exterius.* 15 Et angu. *interius.*
16 Dies. *idest, luctus.* 17 Et mise. *idest, cuiuslibet boni defectus.*
18 Dies tene. *q. d. tanta erit tribulatio, quòd nullus poterit videre locum fugiendi seu abscondendi se.* 19 Et turbi. *idest, impetus Chaldæorum omnia rapientis.* 20 Dies. *Chaldæos ad bellum incitantis.*
21 Et su. *Id est, turres excelsas, quæ solent fieri in murorum angulis.*
22 Et am. *idest, incidentes in periculis vndique, sicut cæcus ambulans cadit in foueam, & impingit ad lapidem. Et subdit causam.*
23 Quia d. *Multipliciter, vt patet per supradicta.*

MORALITER.

2 *Scrutabor Ierusalem in lucernis.* quia nuda & aperta sunt omnia Dei oculis, propter quod nullum bonum remanebit irremuneratum, nec malum aliquod impunitum.
3 *Et visitabo super viros defi. &c.* id est obstinatos in malis.
5 *Qui dicunt in cordibus su. &c.* Credunt enim, quòd Dei prouidentia se non extendat ad hæc inferiora. Ideò subditur eorum pœna, & primò temporalis, cùm dicitur.
8 *Et erit fortitudo eorum in di.* Et secundò, æterna, cùm dicitur.
10 *Iuxtà est dies domini.* Id est condemnationis æternæ, quę fit particulariter in morte cuiuslibet, & fiet generaliter in iudicio generali. Et acerbitas pœnę cùm subditur.
† *Dies illa.* vsque ad finẽ cap. Et applicari potest litera de facili.

A diderunt lumen virtutum, ibunt vt cæci, non inueniẽtes lumen pœnitentiæ. Qui peccauerunt domino dum relinquentes iustitiam & alias virtutes quæ Dei sunt, & iniustitiam & alia vitia secuti sunt.

Hieron. Remig. a *Et ef.* Per sanguinẽ accipitur vitalis anima, qua vegetatur & sustẽtatur & viuit homo, quam qui effundit vel per scandalum vel per peruersam doctrinam, in iudicio effundetur ab eo & cogetur amittere quod sibi videbatur habere vitale. Ridiculum autẽ videretur si in resurrectione sanguis cuiusquàm effundendus diceretur. In consummatione ergo vel generali vel speciali sanguis qui effusus est clamabit ad Deum, & apparebit in medio: & opera sanguinis,

(a ¶ Prius fundendo sanguinem prophetarum, postea Christi, & ideo sanguis eorum effundetur in tota regione. b ¶ Ita viliter quasi puluis. c ¶ Insepulta super faciem terræ.)
a cauerunt, Et effundetur sanguis eorum sicut humus, & cor- 1
pora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum & aurum 2
non poterit liberare eos in die iræ domini. In igne zeli eius 3
deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festi- 4
(a ¶ Qui se totos terrenitati dederunt, nec sunt aduenæ & peregrini in mundo.)
natione faciet cunctis habitantibus terram.

Diuitiæ Iudæã captiuitate preseruare non valebant.

D nis, & terrena sicut puluis iacebunt & stercora, in illo die quo diuites cogũtur ex necessitate diuitias amittere per eas liberari non poterunt, quia omnia terrena zelo Dei deuorabuntur.

Diuites qui magna iniquitate congregauerunt diuitias per eas non poterunt liberari, quia ignis zeli Dei succensus contra eos totam terram deuorabit, ne longum tẽpus in medio, quia post. xlij. annos facta est consummatio nõ solum in Ierusalẽ, sed cunctis Iudæę terram inhabitantibus.

E Dum ex zelo punit Deus, ostendit se amare humanam animam, nisi enim amaret non eam zelaret, sed nec in similitudine mariti peccatum vxoris vlcisceretur.

NICOLAVS DE LYRA.

B 1 Et effun. *id est, quòd tota erit operta sanguine.*
2 Et cor. *id est, dimittentur insepulta.*
3 In igne. *id est, vindictæ Dei.*
4 Deuo. *scilicet, Iudæa, de qua loquitur propheta.*

Hierony. a

CAP. II.

Conuenite, cong. Post descriptionem malorum futurorum in vtraque captiuitate prouocatur populus ad pœnitentiam.

Vide clemẽtiã Dei. post cõminationẽ prouocat ad pœnitẽtiã, ne faciat quod cõminatus est.

❧ Rvpert. Hoc officium & hic mos est speculatoris fidei, legati fidelis, vt non contentus sit clamasse quod viderit, vel nunciasse cui rei legationem susceperit, verum etiam superintendat spontaneum quippiam sermonis hortatorij, per quod auditorem faciendo beneuolum, ad cautelam necessariam properet excitare, quæ magna pars est boni adiutorij. Sic Paulus, *Adiuuantes*, (inquit) *exhortamur, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis, &c.* Sic iste, vbi speculatoribus more prophetico orę clamauit quę vidisset mala ventura, primum in partibus, deinde in vniuersitate mundi, quasi demissi paululum declamationis vehementia, suauius incipit, & hortatur his verbis: *Conuenite, & congregamini,* subauditur, conuentu & congregatione qua Deo creatori coniungi possumus & debemus, &c.

† Cor qui rentes conquiete. † exeat decretum, in quo vos eritis vt gluma quæ caro die abit. † iustitiam C

2. Cor. 5.

Allegorice. Multitudini credentium dicitur: Conuenite in ecclesiam, sociamini charitate & pace ô Gentes, quæ non placetis Deo cũ disciplina, & mandata eius vobis non placeant, sed agite pœnitentiam antequam ex præceptione Dei veniat dies iudicij, in quo erant mali sicut puluis pertransiens,

Allego.

CAP. II.

(a ¶ In vnum locum. b ¶ In vnam voluntatem eadem charitate copulati. ¶ Non digna Dei amore.)
† Onuenite, congregamini gens non † a- 1 2
(a Antequam impleatur quod prophetatum est, antequam præceptum Dei præparet sibi diem in quo effectus præcepti sequatur, qui tam facile veniet sicut puluis pertransiens.)
mabilis, priusquàm † pariat † iussio qua- 3
si puluerem transeuntẽ diem, antequàm 4
veniat super vos ira furoris domini, an- 5 9
(a ¶ Ideo hoc vt aliquo modo possitis vitare vos mansueti & iusti captiuitatem quæ per Nabuch. vel Romanos inferenda est Iudæis quæ tanta erit vt potentissimas vrbes Philistinorum vobiscum opprimat.)
b tequam veniat super vos ira indignationis domini. Quærite 7
dominum omnes † mansueti terræ, qui iudicium eius estis o-
perati, quærite † iustum, quærite † mansuetum, si quomodo 8

quo tempore non erit locus pœnitendi sed recipiendi quod Deus intulerit iratus. Potest etiam hæc aptari vnicuique de secundò transeunti.

† desiderata

b *Quæri.* O custodes meorum præceptorum, qui ad mei imitationem in mundo humiliati estis, qui iudicium Dei in mansuetudine operati estis, quærite iustũ, *cui pater dedit omne iudicium,* quærite mansuetum, vt quidquid in vestra mãsuetudine minus est ab eo qui fons mansuetudinis est, impleatur.

Remig. † visio. Ioh. 5. d. † humiles. † humilitatem.

Quæri. Alleg. Quærant mansueti ecclesiæ dominum, vt in consummatione mundi vel exitu vniuscuiusque protegantur contra iram Dei, quia diuersi mali diuersis malis punientur. Hoc dicit Gaza, quod dicitur fortitudo eius. idest, omnes qui de fortitudine corporis gloriantur, in die iræ Dei ad nihilum redigentur. Ascalon, idest, ponderata vel ignis homicida, in ira Dei men-

Allego. Gaza F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

Conuenite. *Postquam comminatus est Iudæis, hîc consequenter comminatur extraneis. Et diuiditur in duas, quia primò continuat se ad dicta, Secundò exequitur dicenda ibi,* Quia Gaza. *Circa primum post comminationem capituli præcedentis positam, inducit populum suum ad pœnitentiam, vt euadat pœnam comminatam, dicens:*
1 Conuenite. *Per mutuam dilectionem.*
2 Congrega. *In locum diuini cultus ad impetrandum peccatorum vestrorum remissionem.*
3 Gens non amabilis. *id est, Deo odibilis propter peccatorum multiplicationem.*
4 Priusquam pariat visio. *id est, antequam pœna mihi ostensa reuelatione diuina super vos veniat in effectu.* Quasi puluerem transeuntem diem. *Ista litera apud Hebræos dicitur decurtata, quia ad eius intellectum, oportet supplere aliqua. Et continuatur sic præcedenti literæ.* Priusquam pariat iussio. *id est, pœna prauisa tollat vos de terra vestra, ita velociter sicut ventus tollit puluerem, & sicut sol suo transitu veloci facit diem.*
5 Antequam veniat super vos ira furoris, &c. *id est, pœna suæ vindictæ.*
6 Antequam veniat super vos ira indig. domini. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem: & sic est in Hebræo: propter quod aliqui malè corrigunt detrahentes, quasi istud non sit de textu.*
7 Quærite dominum omnes mansueti terræ. *Vt per vestram iustitiam & orationem alijs parcatur à pœna comminata, sicut Genes. 18. dixit dominus se velle parcere toti ciuitati Sodomorum pro decem iustis si ibi inuenirentur.*
8 Quærite iustum, &c. *id est, ipsum Deum, considerando eius iustitiam & mansuetudinem, quasi dicat: Sicut comminatus est pœnam peccatoribus ex sua iustitia, sic paratus est parcere pœnitentibus ex sua misericordia.*

MORALITER.

1 *Conuenite, congregamini.* Quoniam Deus nõ vult mortem peccatoris, sed vt magis cõuertatur & viuat. Ideò dicitur. *Conuenite & congregamini.* Ad Dei misericordiam implorandam.
3 *Gens non amabili.* idest, peccatrix.
4 *Prius quàm pariat.* idest, antequàm pœna vobis debita ponatur in effectu. Sed quia cum Dei misericordia semper currit eius iusticia. Ideo sequitur.
8 *Quærite iustum, quærite, &c.* id est, confidentes de Dei misericordia simul timeatis eius iustitiam contra illos qui semper cogitant de Dei misericordia tantùm, & sic licentius declinant ad peccatum.

A mensuram sui sceleris sentient. Et quia exarsit ad effundendum sanguinem, non diripietur vt Gaza, sed in solitudinem redacta ignibus gehennæ vsque ad puluerem cremabitur. Et Azotus.i. ignis generationis. scilicet, qui ardent libidine & incendio generationis, non occulto iudicio, sed in meridie quo sancti plenam recipient claritatē in tenebras projicientur. Et Acharon. idest, sterilitas vel eradicatio. scilicet, qui fructum non ferunt, sed praua doctrina plurimos eradicant, ipsi quoque eradicabuntur. † confiniū.

a *Quia Gaza destructa erit, &c.* ✠ REMIGIVS. Tanta inquit, erit fortitudo Chaldæorum exercitus, vt potentissimas vrbes Philisthinorum, quæ vobis æquo certamine restiterunt, eadem captiuitas apprehendat. † habitatio B

b *Væ qui habitatis fu.* Prædicta vastitate quatuor magnarum vrbium Palæstinæ, ad ipsam prouinciam generaliter sermo dirigitur, & prædicit eis Væ in aduentu Babyloniorū, quia etiā illi qui iuxta mare habitant, tollētur per eos. Hieron.

Væ qui. TROPOL. Vel in consummatione mundi, vel quotidie fit per ecclesiasticos viros comminatio Dei ad illos corrigendos, qui cùm deberent habitare in Iudæa, id est, terra promissionis vel confessionis, malunt habitare in mari & fluctibus seculi contundi. Et dicuntur etiam terra Chanaan semper in motu suo, & Philisthæi cadentes potione. Hos disperdit Deus de priori habitatione, vt regio quæ prius continebat gregem perditum, incipiat esse ouile pecorum Christi, & Iudas, id est, vera confessio habitet in funiculo maris, & cùm mundi vespera aduenerit, de multis vocatis pauci electi, qui nunc reliqui vocantur de domo Iuda, pascent eos qui prius in mari pascebantur, & qui prius erant in Ascalone, id est, in quibus prius manabat cruor interfectorum. Ascalon enim ignis homicida dicitur. Et hoc ideò, quia Deus visitauit populum suum, & eos qui facile sophismatibus hæreticorum decipiebantur, ad veritatis cognitionem reductos facit inimicorum victores. Tropo. Matt.22.b. C D

c *Requies pastorum.* In tantam venies vastitatem quæ lætabaris in euersione Iudææ, vt omnes vrbes tuæ munitissimæ etiam ouilia pastorum sint.

a ¶ Non furto, sed manifesta luce. b ¶ In captiuitatem trahent.
a abscondamini in die furoris domini, quia Gaza destructa erit, 1
a ¶ Hoc sustinebit, quod vocabulum sonat, interpretatur enim eradicatio.
& Ascalon in desertū, Azotum in meridie eiicient, & Acha- † † †
b ¶ Quorum possessio iuxta mare extenditur. c ¶ Perditioni dedita.
b ron eradicabitur. Væ qui habitatis † funiculū maris, gens † per- 2
¶ Comminatio. a ¶ O. b ¶ Quod terra Philisthinorum terra Chanaan sit, nulli dubium est.
ditorum. Verbum domini super vos Chanaan, terra Philisthi- 3
norum, & disperdam te, ita vt non sit inhabitator. Et erit funi- 4
a ¶ Maritima regio possessio eorum qui de captiuitate Babylonis reuertentur. 5
c culus maris † requies pastorum, & caulæ pecorum. Et erit † fu 6
a ¶ Post captiuitatem. b ¶ De duabus tribubus. c ¶ Greges pecorum.
niculus eius qui remanserit de domo Iuda. Ibi pascentur in
a ¶ Quondam nobilis & superbæ. b ¶ Post meridiem pastores facient greges suos accubare. ¶ Et hoc ideo.
domibus Ascalonis ad vesperam requiescent, quia visitabit 7
¶ Iudæos. a ¶ Sub Zorobabel, sub quo etiam templum & ciuitas restituta est. 8
d eos dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorū. Au- 9
a ¶ Quæ vrbs Arabiæ secunda post Philadelphiam dicitur.
diui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon,

d *Audiui.* Post comminationem quæ facta est contra Philisthijm, nūc aduersus Moab & filios Ammon prophetia texitur, eò quòd iuncti Babylonijs vastauerunt sanctuariū Dei, & subiugato populo Israel, Deum blasphemauerunt. Nabuchodonosor enim subruta Iudæa, circumiacētes vrbes Gentésque oppressit, & qui putabant Iudam se habere subiectum, habuēre conseruum. Sub Iosia ergo dum adhuc staret templum dirigitur prophetia cōtra insultatores, vt mala quondā populi Dei cæterarū Gentiū malo alleuiarētur. † Cerethæorum. † regio, confinium. E

Audiui. ✠ REMIG Prædicta clade Palestinorū, & excisione ciuitatū eius, nunc contra Moab & filios Ammon cōuertitur propheta: & eorum pronunciat mala ventura, eo quòd Babylonijs auxilium præbuerint cōtra populum Dei, & cum eis ciuitatem templúmque subruerint, & insultantes captis Iudæis, Deū blasphemarint. *Audiui opprobrium Moab.* Hæc est ciuitas Arabiæ, & nunc Areopolis id est, Martis ciuitas dicitur. &c.

ALLEG. Per filios Ammon & Moab Iudæi & hæretici notantur, & ipsi enim videntur esse de genere Abrahæ, & effugisse incendium Sodomę & Gomorræ, & habitare in Segor parua. Sed quia generatio eorum in tenebris est, & filij Loth.i. à Deo declinantes, & de incestis nuptijs, ideò filijs Iudæ. idest, veris confessoribus insultantes super possessionem illorum, suos terminos cupiunt magnificare. Confidentes enim in sophisma tum subtilitate ecclesiasticam rusticitatem contemnunt, quasi indignam suis mysterijs, quæ quasi idola sibi cōfinxerunt, ideò ipsi Allego. Hieron. Remig. Rupert. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia Gaza. *Hic consequenter propheta exequitur dicenda extraneis comminando. Et primò, Philisthæis. Secundò, Moabitis & Ammonitis, ibi,* Audiui. *Tertio Aethiopibus & Assyrijs, ibi,* Sed & vos. *Circa primum dicit,* Quia Gaza destructa erit. *q.d. propter hoc monui vos ad pœnitētiam, quia terra Philisthinorum quæ est vestra fortior, destruetur propter sui obstinationem in peccato. Et exprimit hic nomina quatuor ciuitatum principalium. Consequenter toti populo comminatur, dicens.*

2 Væ qui habitatis funiculum maris. *idest, partem terræ sitam supra mare. Terra enim Philisthinorum sita est supra mare mediterraneū.*

3 Verbum domini super vos Chanaan. *Terra enim Philisthinorum dicitur Chanaan, quia erat vna portio regnorum Chanaan, vt patet in libro Iosue.*

4 Et erit funiculus maris. *idest, terra Philisthinorum.*

5 Requies pastorum. *Quia destructis ciuitatibus & eiectis habitatoribus terra manebit inculta, & sic solis pascuis animalium apta.*

6 Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda. Ibi pascentur in domibus, &c. *idest, reuertentes de Babylone ibi pascent animalia sua.*

7 Ad vesperam requiescent. *cum animalibus suis in caulis.*

8 Quia visitabit eos dominus. *Liberando eos de captiuitate Babylonica per eorum pœnitentiam.*

9. Audiui. *Hic consequenter comminatur Moabitis & Ammonitis, dicens in persona Dei,* Audiui opprobrium Moab &c. *Dicit hic Ra. Sa. quòd Iudæi cùm ducerentur in Babylonem captiui gementes & flentes, Moabitæ & Ammonitæ per quorum terram ducebantur, derisoriè eis dicebant, Quare lugetis & tristamini, quia ad terram vestram ducimini? Inde enim natus fuit Abraham pater vester, Gen. xj.*

MORALITER

1 *Quia Gaza.* Hic prædicitur secundum literalem sensum destructio terrę Philisthinorum, MORAL. autem per Philisthęam quę potione cadens interpretatur, ebrietas bene significatur ad quam sequitur destructio fortitudinis corporalis, Prouerbio. xxiij.c. *Cui væ, cuius patri væ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorum, nonne his qui commorantur in vino & student calicibus epotandis?* Et hoc significatur per destructionem Gazæ, quę fortitudo interpretatur. Item ad ebrietatem sequitur hebetatio discretionis quæ significatur, cùm subditur.

† *Et Ascalon in deser.* nam Ascalon interpretatur ponderatio. actus autem humani debent discretionis iudicio ponderari. Item per ebrietatem destruitur amicitia charitatis. ij. Esdræ. iij. a. *Et non meminerunt cum biberint amicitiam nec fraternitatem, sed post non modicum sumunt gladios.* Et hoc significatur per destructionem Azoti, cùm dicitur.

† *Azotum in meridie.* Nam communiter circa meridiem incurrunt homines ebrietatem. Item per ebrietatem consumitur substantia corporalis, Eccl. xix. a. *Operarius ebriosus non ditabitur.* Et hoc significatur, cùm dicitur.

† *Et Acharon eradicabitur.* Acharon enim pascua gregis interpretatur, & conuenit substantiæ temporali, per quam omnia ad victum pertinentia habentur.

9 *Audiui. oppro.* Hic describitur destructio quatuor Gentium. Primi, sunt Moabitæ, qui interpretantur ex patre, ideò significāt blasphemos, quibus dicitur Ioh. viij. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Secundi sunt Ammonitę, qui interpretantur populi idolorū, ideò significant inuidos qui dolent de bonis aliorum. Tertij sunt Aethiopes, qui tenebrosi interpretantur, & ideò significant hęreticos, qui tenebris errorum obfuscantur. Quarti sunt Assyrij, qui interpretantur facturæ vigilantes, ideò significant latrones, qui de nocte vigilant ad malefaciendum. Isti verò quatuor hominum modi sunt per diuinum iudicium (nisi pœniteant) ęternaliter condemnandi.

A ipsi erunt sicut Sodoma & Gomorra. Videntur quidem in hoc quòd Gentiles non sunt de Sodomis exisse, sed quia blasphemant, in Sodomam relabuntur. & sunt spinæ ariditate vitiorū incendio præparatę. Sunt etiam multiplicatę vitiorum aceruus infatuati salis. Quæ ergo terram ecclesiæ noluerunt possidere, in æternum erūt destitutæ.

a *Quia Moab.* Vastatę quidem sunt vrbes Moabitarum & filiorum Ammō, sed non possunt dicere Iudæi, quòd super eos deciderint pluuiæ sulphuris, vel quòd redactę sint in fauillam & cinerem. Sed Iudęi quando in historia artantur, solent ad tempus sui Messiæ referre vel refugere. Quoties Sodoma & Gomorra & Aegyptus & Damascus nominantur, nō de his dicitur prouincijs quas oculis cernimus, sed de alijs spiritualibus quibus sermo propheticus cōminatur. † probris affecerunt. Mysticè B

a ¶ Eiectis Iudæis in terram eorum dilatauerunt fines suos.
quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super 1
a ¶ Quia me blasphemauerunt. b ¶ Per seipsum iurat qui viuus Deus, cum alij mortui.
c ¶ Qui possum implere quod comminor. ¶ Qui in populo meo patior iniuriam.
terminos eorum. Proptereà viuo ego, dicit dominus exerci- 2
¶ Faciam vt Moab.
a tuum Deus Israël, quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon 3
a ¶ Destructionem regni eorum significat, quia à Chaldæis subuersi, postea ab Antiochis vel Ptolemæis vel tandem Romanis, perpetuo iure seruierunt. 4
quasi Gomorra, † siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum 5
vsque in æternum. Reliquiæ populi mei diripient eos, residui 6 7
gentis meæ possidebunt illos. Hoc illis euenit pro superbia 8
b sua, qua † blasphemauerunt & magnificati sunt super popu- 9
c lum domini exercituum. Horribilis dominus super eos, & at- 10 11
d tenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum viri de loco 12
a ¶ Non solùm superiores Gentes, sed & Aethiopes & Assyrij & Niniue, quæ speciosa dicitur, in tempore venturi Messiæ ponentur in solitudinem, & ibi accubabunt. 13 14
e suo, omnes insulæ Gentium. Sed & vos Æthiopes interfecti 15
¶ Dominus. ¶ Aquilonarem partem. 16
gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem 17
¶ Niniuen. 18
f & perdet Assur. Et ponet speciosam in solitudinem, & in in- 19
uium, & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges, 20 21

f ALLEG. Aethiopes sunt qui in vitia sunt demersi, qui etiam possunt ad meliora cōuerti, vt nullus desperet de salute qui pœnitere voluerit. Vnde & Moyses Aethiopissam duxit vxorē. Cōminatur autē sermo propheticus his qui in vitijs permanētes tenebrarum colorem nolunt abluere, quòd interficiendi sunt illo gladio, qui vertitur ad custodiendam viā ligni vitæ. Hęc comminatio fit vt timentes pœnam pœniteāt, ne quod comminatur sustineant. Vnde in sequentibus dicet, *Vltra flumina Aethiopiæ inde supplices mei deferent munus mihi.* Extendet autem Deus manum inferentem supplicia, vt aquilo.i. frigidi & duri sentiāt pœnas. Percutiet etiam Assur, idest, diabolum arguentem atque conuincentem. Suggerit enim peccata, & posteà arguit peccatores, qui est princeps Assyriorū, & habet metropolim Niniuen. Perdito autem principe mundi, etiam Niniue, id est, mundus cum suo principe in solitudinem redigetur: & nulli miserabilis erit, sed omnes ad ruinam eius sibilabunt & mouebunt manus. D Allego Exo 2.d. † magnificauerunt os suum Hen. 3.d. Sophon. 3. † exitus vt ticæ. E

b *Magnificati sunt.* Magna clementia Dei, contēnitur, blasphematur, termini eius peruaduntur. Ipse econtrà mittit reliquias populi sui & in possessionem suam traducit, disperdens omnia dogmata eorū, quibus destructis omnes Gentes conuertentur ad dominum, & adorabunt quem nesciebant vnusquisque in loco suo.

c *Horribilis dominus sup.* Non terreat hic horror, quia non fundet sanguinem superborum & blasphemantium, sed attenuabit idola, vt qui prius in errore Dei beneficia non senserant, depressi necessitate sciant idola nil prodesse, & sic adorent eum etiam omnes remotissimæ insulę Gentium.

d *Et adorabunt eum viri de loco suo. &c.* ✠ AVGVST. Tanquam diceret, etiam omnes insulæ: hinc ostēdens, quàm nulla pars relinquatur orbis terrarum, vbi non sit Ecclesia, quando nulla relinquitur insularū quarū nōnullę etiam in Oceano sunt constitutæ, & quasdam earum iam Euangelium suscepisse didicimus, atque ita & in insulis singulis quibusque impletur quod dictum est, *Dominabitur à mari vsque ad mare,* quo vnaquęque insula cingitur, sicut in vniuerso orbe terrarum, quę tanquam omnium maxima est insula, quia & ipsam cingit Oceanus, ad cuius litora in occidentalibus partibus Ecclesiam peruenisse iam nouimus, & quocunque littorum nondum peruenit, peruentura est vtique fructificando atque crescendo. Epist. 80. Psal. 71 C

e *Sed & vos.* Duo superiora capitula & hoc tertium referunt Iudæi ad aduentum sui Christi quem putāt futurū, vt extruat Ierusalem, & liberet populum suum de manu Gentium, à quibus modo tenentur. Hieron.

f *Et ponet speciosam in solitudinem, &c.* ✠ REMIGIVS. Niniuen Babylonem volunt intelligi propter similitudinem monstrorū Onocrotali & Heritij, quæ Esaias propheta in Babylonia fuisse describit post eius vastationem. Sciendum verò Onocrotalorū duo esse genera, vnum aquatile, aliud solitudinis, dictus Onocrotalus, quia κρότᾰλον Gręcè crepitaculum vocatur. Et hæc auis quia voce caret, rostrum in modum cymbalorum repercutiens, vocis similitudinem reddit. Et quod dicitur, *Vox cantantis in fenestra,* Dæmones volunt intelligi, vel variarum voces auium quę solent in desertis vrbibus morari, sicut vlulę, bubones, stryges, aliáque plurima, quę omnia indicia sunt solitudinis. Isa. 34.

Si quis per Niniuen ecclesiam accipiat, de vltimis temporibus hęc dici intelligat, quando regnante Antichristo redigenda est in solitudinem & tradenda bestijs. & passura quę propheta describit, quando erunt homines se amantes, &c.

Hodie frustra quidam iactant se esse de speciosa ecclesia, sed factis negant in quibus vitiorum greges habitant, & animalia ventri seruiētia, & bestię quę corda eorū comedant, & Onocrotalus vel cameleōtes, qui habēt varios colores. idest, diuersis diuitijs inhęrentes, & ericius spinosum animal habitat in cordibus eorum. Coruus est immunda auis in fenestra, id est, in corporeis sensibus, vt semper audiāt vel loquantur mala. Hæc omnia ideò patientur, quia cùm sint dediti malis operibus promittunt F 2. Timo 3.a. Titum 1.d. Exo. 14.b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et magnificati sunt super terminos eorum. *quia Iudæis in captiuitatem ductis Moabitæ & Ammonitæ occupauerunt partem terræ eorum. Et subditur pœna.*

2 Proptereà viuo ego dicit dominus. *idest, sicut verum est, quòd ego sum vita per essentiam, sic punientur Moabitæ & Ammonitæ.*

3 Quia Moab vt Sodoma erit, &c. *Ly vt, non dicit hic æqualitatem, quia istæ terræ non fuerunt subuersæ, sed ad tempus fuerunt desertæ, habitatoribus eius & cultoribus partim occisis & partim captiuatis.*

4 Siccitas spina. *id est, non crescent ibi nisi spinæ.*

5 Et acerui sal. *Sal enim reddit terram sterilem. Et ideò per hoc designatur sterilitas terræ propter defectum culturæ, vt dictum est.*

6 Vsque in æternum. *In Hebræo habetur, Vsque in seculum. Et ideò æternū nō importat hic perpetuitatē à parte finis, sed longitudinē tēporis.*

7 Reliquię populi mei. *idest: reuertentes de Babylonia.*

8 Diripient eos. *quod fuit impletum tempore Machabæorum. Et causa huius replicatur. cùm dicitur.*

9 Hoc eis eue. pro. su. &c. *Et exponatur vt suprà.*

10 Horribilis domi. *Eos grauiter puniendo.*

11 Et atte. omnes. *idola Moabitarum & Ammonitarum conterendo.*

12 Et ado. eum. *idest, dominum.*

13 Viri. *idest, Iudæ.*

14 De loco. *idest, de templo in Ierusalem per Zorobabel reædificādo.*

15 Omnes insu. *idest, aliqui de omnibus insulis, quia propter sanctitatem templi multi Gentiles de diuersis partibus veniebant adorare dominum in Ierusalem, vt habetur. iij. Regum. viij. & Iohan. xij. Vel potest istud,* Et attenuabit. *exponi, vt sit de tempore Christi prophetia, in quo deiecta est idololatria, & omnes Gentes adorant vnum Deum, licet diuersimodè exceptis aliquibus barbaris in quibus dicitur ab aliquibus adhuc manere idololatriam.*

16 Sed & vos. *Hic vltimò comminatur Aethiopibus & Assyrijs: dicens,* Sed & vos Aethio. *Qui frequenter populo meo molesti fuistis. ij. Paralip. xiiij.*

17 Interfe. *Gladium suum dicit gladium regis Baby. qui in hoc erat executor diuinæ iustitiæ, & victorias agebat diuina virtute.*

18 Ex extendet. *idest, vindictæ suæ potestatem.*

19 Super aquil. *In illa enim parte est regnum Assyriorum respectu Ierusalem.*

20 Et po. *id est, Niniuen quæ erat metropolis in illo regno. vnde superius Naum. iij. assimilatur meretrici speciosæ.*

21 Et accubabunt. *q.d. ita diu manebit eius destructio quòd in plateis eius crescent herbæ animalium pascuæ aptæ.*

A tant sibi beatitudinem.& alios despiciunt, & ideò cubile fiunt bestiarum,& vbi prius habitabant pater & filius & spiritussanctus.& angeli administratorij,modò habent dæmones locum, & angeli prius manentes in illis, sed modo transeuntes mirabuntur & stupebunt,nec sustentabunt ruentem, sed leuabunt manus remouendo à sustentatione eorum.

Si quis quærat quo modò iuxta historiã ad tẽpora Nabuchodonosor hæc prophetia referatur Aethiopibus etiam nuncupatis, & Assyriis quibus Mœdi & Persæ nihil fecerunt, legat historias, & inueniet Assyrios quoque & Aethiopes Mædis fuisse subiectos, & Cambysis regnum,& Cyri potentiam & omnia quæ deinceps secuta sunt. D

a *Omnis qui transit per eam sibilabit*. De diabolo & angelis eius hæc possunt accipi, quia vastauerunt vineam quæ de Aegypto translata fuerat. Transeunt ergo per animam quæ templum Dei fuerat, & esse desijt, & serpens sibilando venena suæ malitiæ in eam euomit, & manus, id est, opera mouet. Vnde Salomon, *Mors & vita in manibus linguæ*, id est in operibus.

Psal. 79.b. Hieron. † desolatio erit in limine, quonia cedrũ eius nudauit. Proũ. 18.d.

† noctua † quis cantabit Hieron. † quæ exultabat.

omnes bestiæ Gentium,& onocrotalus & † ericius in liminibus eius morabuntur. † Vox cantantis in fenestra, † coruus in 1
¶ Loquax mundus.
superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc est ci- 2
a ¶ Niniue,quamuis quidam Iudæorum ad Babylonem hæc referunt.
uitas † gloriosa habitans in confidentia,quæ dicebat in corde 3
a ¶ Vel vere in deserta vrbe habitabant bestiæ vel per bestias variæ nationes signantur. 4
suo,Ego sum & extra me non est alia amplius, quomodo facta 5
a est in desertum,cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam sibi 6
sibilabit. & mouebit manum suam. 7 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et onocro. *tales enim aues & bestiæ solent in ædificijs destructis habitare.*
2 Hæc est, *idest, superba.*
3 Habitans. *quia propter magnitudinẽ suæ potentiæ nullum timebat.*
4 Quæ dicebat. *præ nimia superbia.*
5 Ego sum. *scilicet sola potens. Aliæ autem ciuitates nullius reputationis sunt respectu mei. Et per ciuitatem metropolim intelligitur regnum.*
6 Quomo. *q. non est factum sola virtute humana, sed magis diuina.*
7 Omnis. *Designans quòd eius potestas sicut sibilus transijt.*
8 Et mo. *notando mala quæ regnis alijs fecit.*

CAP.

CAP. III.

a Væ prouocatix. ❈ REMIGIVS. *Prouocatrix.* dicitur, id est, ad amaritudinem suis sceleribus perducens dominum, siue *prouocatrix*, quia post acceptam pietatis notitiam ad impietatem cõuersa est. Prouocare enim Deum, est sciendo peccare. B

Sermo contra Ierusalẽ dirigitur, quæ quondam columba postea, semper peccans, & captiuitatibus tradita, rursum que à domino redempta.

ALLEG. Ecclesia ciuitas est redempta sanguine Christi, & columba propter simplicitatem, & multitudinẽ credentium, cui fit comminatio, quia procaciter egit in Deum, nec voluit audire legem Dei, nec suscipere disciplinam, nec confisa est in domino, quia noluit appropinquare ad eum bene operando, dum Deo & seculo se posse seruire credit. Cuius princeps, dum deseuiunt in subiectos, magis leones quã pastores vocandi sunt. Iudices etiam sicut lupi occidentes, semper in vespera tenebrarum manentes, nec respicientes ad ortũ solis quasi in nocte nemine vidente populantur possessiones ecclesiæ, vt non habeant pauperes quid comedant in mane veræ lucis: quia nec parui cibi relinquebantur egentibus. Prophetæ etiam id est magistri, qui debent alios docere de scripturis, vesani sunt in fide, & quasi infideles dum fidem quam astruunt, C factis destruunt. Sacerdotes etiam qui sanguinem domini populis diuidunt, impiè agunt in legem Christi, putantes in administratione eucharistiæ non esse inquirendam vitam sacerdotum, sed tantum solennem orationem, de quibus dicitur, *Sacerdos in quacumque fuerit macula, non accedat oblationem offerre Deo.* Et cum hæc mala sint in ecclesia, dominus clemens in hoc quòd nõ recedit ab ecclesia & iustus in hoc quòd reddit vnicuique iuxta merita sua, cùm post mortem huius seculi mane aduenerit, dabit in luce iudicium, & non abscondetur vel ipse vel iudicium eius. Et cum exiget à singulis commissam pecuniam, non iniqua eget: sed superbos principes destruet, & de cathedris detrahet, & dissipabuntur anguli. i. tortuosæ cogitationes in quibus Pharisæi orant contento angulari lapide. Desertæ etiam fient viæ. Iuxta illud, Iter impiorum peribit, ne ambulent in superbia & prauitate, & vrbes eorum malè ædificatæ destruentur, ne habeant malos habitatores. Hæc omnia comminatus sum ô ecclesia, vt suscipiens disciplinam ex toto non pereas. E

Leui. 21.c. Psal. 1.b.

† fœdatæ & inquinatæ ciuitati quæ spoliat. † attende.

† Exe. 22.f. Mich. 3.d.

b *Principes eius & c.* ❈ REMIGIVS. Describit propheta quales principes, iudices, siue sacerdotes habuerit. *Nam Principes quasi leones,* versabantur in prædis, & proni erant ad effundendum sanguinem subiectorum. Iudices verò adeò rapaces, vt nõ dimitterent aliis quod rapere possent. *Prophetæ vesani.* id est, insani. F

CAP. III.

a ¶ Quæ Deum dulcem & misereri volentem in amaritudinem tibi conuertis. & punire cogis. b ¶ A domino. ¶ Olim simplex.
a Væ † prouocatrix & redempta ciuitas, co- 1
a ¶ Præceptum Dei.
lumba. Non † audiuit vocem & non sus- 2 3
a ¶ Cum corrigeretur.
cepit disciplinam. In domino non est 4
a ¶ Etiam prementibus malis. b ¶ Cum dicat, Ego sum Deus appropinquans. c ¶ Post tergum eius non fuit.
confisa, ad Deum suum non appropin- 5 6
a ¶ Post generalem increpationem describit etiam vitia prælatorum. b ¶ Semper versantur in prædam sanguinem subiectorum.
b quauit. † Principes eius in medio eius, quasi leones regiẽtes. 7

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

1 VÆ prouo. *Hæc est secunda pars principalis, quæ est populi Israel consolatoria. Et exponunt aliqui consolationem istam pro reditu de captiuitate Baby. sed aliqua ponuntur hic quæ non videtur huic intellectui consona, vt videbitur prosequendo, propter quod mihi videtur sine præiudicio, quòd istud sit referendum ad consolationem factam & fiendam per Christum. Sciendum tamen, quòd licet aduentus Christi fuerit omnibus consolabilis quantum est de se, factus est tamen tristabilis pluribus Iudæorum pro sua incredulitate. Et ideò præsens capitulum in duas partes diuiditur, quia primò ponitur incredulorum increpatio. Secundò credentium consolatio, ibi,* In die illa. *Prima in duas, quia primò increpatur incredulitas Iudæorum. Secundò ponitur conuersio finalis eorum, ibi,* Dixi. *Prima adhuc in duas, quia primò increpatur culpa. Secundò subditur pœna. ibi,* Dominus iustus. *Circa primum dicitur,* Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba, &c. *ista ciuitas intelligitur Ierusalem secundum omnes expositores Hebraicos & Latinos, quæ dicitur prouocatrix iræ diuinæ, propter malitiam sacerdotum & Scribarũ contra Christum insurgentium. Et redempta quantùm ad bonos per Christi aduentum. Et columba propter simplices qui impetendo mortem Christi fuerunt decepti per sacerdotes, Mat. xxvij.*
2 Non audiuit vocem. *scilicet. Christi prædicantis.*
3 Et non suscepit disciplinam, &c. *Recedendo à peccatis.*
4 In domino non est confisa. *sed magis in hominibus. Vnde Iohan. xj. f. consenserunt consilio Caiphæ de morte Christi, ne venirent Romani, & tollerent locum & gentem.*
5 Ad Deum suum. *scilicet, Christum.*
6 Non appropinquauit. *Per imitationem. sed se magis elongauit.*
7 Principes eius in medio eius, &c. *Populus enim Iudaicus tunc per sacerdotes regebatur, & secundum hoc erant principes & iudices populi*

MORALITER.

1 *Væ prouocatrix.* Superius Sophonias prophetauit Iudæis aduersa, hic prophetat eis prospera. Et ponitur cõmuniter de prosperitate eorum in reditu de Babylonica captiuitate. Ego autẽ ostendi in expositione mea literali, quòd non potest sic conuenienter exponi, sed de prosperitate spirituali futura tempore Christi, & sic literaliter exposui, quæ quidem expositio non solum literalis est, sed etiam spiritualis respectu aliarum, propter quod de alia pertransco ad præsens.

A sanientes. Viri infideles, qui loquuntur quasi ex ore Domini, sed omnia ficta & falsa proferebant. *Sacerdotes polluerunt sanctũ,* committentes sacrilegium in loco sanctuarij, dicentes secundum legem facere, quum agerent omnia contra legem. Quia ergo illi egerunt iniustè, *Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem*, sed restituet illi quod meretur. *Mane*, id est, manifestè iudicium suum dabit.

† vespertini

a *Mane mane, &c.* ❈ RVPERT. Vos iudicium vestrum dedistis nocte super Sanctum, clamãdo quòd esset reus mortis, pro eo quòd non negauit se esse Sanctum Dei, quòd vobis interrogantibus cõfessus est se esse Christum filiũ Dei benedicti, Dominus autem manè dabit, manè manifestũ faciet iudicium suũ, de illo Sancto quale sit. Dicet enim illi, *Exurge gloria mea, exurge psalterium & cythara*, atque ille respondebit, *Exurgam diluculo*, & ita fiet. B

† singulo mane, quo tidie. † nõ cessat, prauus tamen nescit erubescere. † non sit quisquam.

Psal 107. † nec omne malũ quod statui erit super eam.

b *Nesciuit autem iniquus, &c.* ❈ RVPER. Et hoc admiratiuè dictum est, & reuera miranda est impudentia non erubescere vel confundi, in tam manifesto iudicio Dei de causa illius Sancti, iuxta quod cecinit Psalmista, *Iudica me Deus, de gẽte nõ sancta, &c.* Et apud Hieremiam. *frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisti.*

Psal. 42. Ierem. 3.

c *Disperdidi.* Aliter disperdidi ô Iuda omnes ciuitates tuas & omnes pagos tibi subiectos & tribus, & diuersa confinia, & tanta fuit hominũ vastitas, vt nõ esset qui habitaret in tuis vrbibus.

d *Verumtamen diluculo.* Sed econtrà habitantes Ierusalẽ quasi ex industria, & ex contentione, diluculò surrexerunt, vt in festinatione qua ad me redire debuerant, opere demonstrarent quod mente malè conceperant. C

e *Qua propter.* Iudei dicunt in aduentu Christi quem expectant vniuersis Gentibus congre. & effuso super eas furore Dei igne zeli eius terram deuorandam: & sicut ante ædificationẽ turris omnes vna lingua loquebantur, ita omnibus conuersis ad cultum Dei veri omnes locuturos Hebraicè & totum orbem domino seruiturum. D

ALLEG. Expecta me, vt paratus dicas, *Paratum cor meũ Deus, &c.* Possunt autẽ hæc de primo aduentu legi, quando dæmone calcato & omni errore sublato, terrenis etiam operibus destructis, omnibus linguis apostoli locuti sunt, quando post vitia & peccata, Deus in nobis resurgere visus est, quando etiam omnes Gentes congregantur ad fidem, & timore iræ Dei accenduntur igne Dei, quo igne deuorantur in illis omnia terrena opera, & restituitur omnibus vna lingua, vt vnusquisque deposito suo errore ad antiquum eloquium confessionis Dei reuertatur, vno ore inuocent Deum confitendo *quòd dominus Iesus est in gloria Dei patris, in cuius nomine omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum.* Possunt etiam & hæc de secundo aduentu dici quando post vitia præsentis seculi ecclesia expectante aduentum sponsi, Gentes congregabuntur ad iudicium, & reges colligentur in locum suppliciorum, & tũc effundetur furor Dei puniens omnia mala, vbi *potentes potenter tormenta sustinebunt*, & qui minus peccauit citò veniã meretur. E

† 81. dis[c]o poliet, ibi, sacerdotes contaminãt &c.

† omnia opera sua. † ad diem quo exurgã ad prædam.

f *Et effundam super eos, &c.* ❈ RVPER. Postquã super impios & peccatores sæueritatem diuini iudicij declamauit, nunc tandem F

¶ Rapaces. a ¶ Aliis quod possent rapere.
¶ Loquebantur quasi ex ore Dei, & contraria ei prædicabant.
Iudices eius lupi † vespere, non relinquebant in mane. Pro-
phetæ eius vesani, viri infideles. † Sacerdotes eius pol- 1
a ¶ In loco sanctuarij commiserunt sacrilegium, & cum facerent contra legem, extra legem victimas offerebant. 2
luerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem. Dominus 3
a ¶ Quia illi iniustè egerunt, dominus non erit iniustus retribuendo pessimæ vrbi quæ meruit.
b ¶ Cito & manifeste faciet iudicium de ea, nec erit quod ab eo possit abscondi. 4
a iustus in medio eius, non faciet iniquitatem. † Manè mane iu- 5
a ¶ Hoc faciet Deus, vt impia ciuitas conuertatur ad melius, sed iniquus Israel non cognouit confusionem suam nec intellexit ideo illatas plagas vt ageret penitentiam. 6 7
b dicium suum dabit in luce, † & non abscondetur. Nesciuit au- 8
a ¶ Postea vindicaui te de Gentibus, & destruxi imperium eorum, vt quæ me per plagas non sentiras, saltem per beneficia scires. 9
c tem iniquus confusionem. Disperdidi Gentes, & dissipati 10 11
sunt anguli eorum. Desertas feci vias eorum, † dum non est 12
qui transeat. Desolatæ sunt ciuitates eorũ, non remanente vi- 13
¶ Et postquam hæc feci, misi prophetas meos, ad pænitentiam prouocans, & dixi, O Ierusalem feci quidem hæc tibi, sed feci vt timeres me & susciperes disciplinam ne periret pro scelere tuo habitaculum, id est templum. 14 15 16
ro, neque vllo habitatore. Dixi, attamẽ timebis me, suscipies di- 17
sciplinam. Et non peribit habitaculum eius, † propter omnia 18 19
d in quibus visitaui eam. Verumtamen diluculò surgentes cor- 20
e ruperunt † omnes cogitationes suas. Qua propter expecta 21
me, dicit dominus † in die resurrectionis meæ in futurũ, quia 22 23
¶ Ad fidem. a ¶ Principes peruersorum dogmatum, qui diuino ardore consumentur. 24
f iudicium meum, vt congregem Gentes, & colligam rẽgna. Et 25
effundam super eos indignationem meam, omnem iram furo- 26

NICOLAVS DE LYRA.

puli. *Qui dicuntur hic leones rugientes, propter crudelitatem cõtra Christum. Et lupi erga populum, cuius bona partim violentia, partim fraudulentia rapiebant, quia valde auari & cupidi erant. vt patet ex Euangelio. Et Iosephus hoc declarat multipliciter libro de Iudaico bello.*

Iosephus in lib. de Iudaico bello

1 Prophe. eius vesani. *sicut patet de Caipha, qui prophetauit de morte Christi. Ioh. xj. & tamen fuit pessimus & infidelis, Licet enim prophetia sua vera fuerit, hanc tamen non intellexit, vt ibi declarabitur.*
2 Sacerdotes eius, &c. *id est legem & templum, quia legem Dei irritauerunt propter suas traditiones, Matt. xv. & templum polluerunt permittendo & faciendo ibi seculares negociationes, Ioh. ij. quæ tamen habent annexa mendacia & dolositates.*
3 Dominus iust. *Hic consequenter ponitur debita pœna, circa quam primò ponitur Christi iustitia ex qua processit punitio ista, cùm dicitur,* Dominus iustus in me. *Id est dominus Iesus Christus, qui fuit in medio populi non solum deitate, sed & assumpta humanitate.*
4 Non faci. ini. *in persona propria, nec dimittet impunitatem in alia.*
5 Mane mane. *Id est celeriter.*
6 Iudicium suum da. *idest, punitionem suam contra ciuitatem & populum incredulum. Quadragesimo secundo enim anno à passione Christi per Romanos fuit Ierusalem destructa, & populus incredulus partim occisus, & partim captiuatus.*
7 In luce. *quia punitio ista toti orbi fuit manifesta.*
8 Nesciuit. *idest, populus incredulus.*
9 Confusio. *sibi venturam pro morte Christi, quia si præsciuisset, non eam petijsset.*
10 Disperdidi. *de Iudæa.*
11 Et dissipati. *idest, principes quibus adhærebant sicut parietes angulo. Vel quia tota terra Iudææ fuit dissipata per Romanos vsque ad extremos eius angulos.*
12 Desertas. *populo Iudæ captiuato. Ideò subditur.*
13 Desolatæ sunt ciuitates, &c. *Et patet litera.*
14 Dixi. *Hic consequenter ponitur primò Iudæorum finalis conuersio. Secundò circa hoc remouetur dubitatio, ibi,* Veruntamen *Circa primum dicitur.*
15 Attamen time. me. *timore filiali pro tempore isto.*
16 Suscipies disciplinam. *scilicet Christi, detecta per Enoch & Eliam falsitate Antichristi.*
17 Et non peribit ha. eius. *id est, habitaculum bonorum non tolletur à conuersis.*
18 Propter omnia in quibus visitaui eam. *id est propter longam captiuitatem, quam induxi super gentem Iudaicam, ex qua videbatur à Deo totaliter reprobata.*
19 Veruntamen, *Hic remouetur dubium. Posset enim aliquis credere, quòd Iudæi essent generaliter ad Deum conuertendi tempore suæ prædicationis, ideò hoc remouet ostendens, quòd erit hoc circa finem mundi. Ad cuius intellectum sciendum, quòd secundum glossam super illud Marci. xij. a.* Hic est hæres. *principes sacerdotum cognouerunt Iesum Nazarenum esse Christum, sed quia posteà manifestè prædicauit contra eorum vitia, inuidiam & odium conceperunt contra ipsum, propter quod præcedens cognitio fuit subuersa & excæcatio secuta, & excæcatio sacerdotum causa fuit excæcationis aliorum, & ex hoc conuersio generalis Iudæorum est dilata, & Gentilitas ad fidem vocata, secundum quod dicit apostolus ad Ro. xj. c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel donec plenitudo Gentium intraret, &c. *Et hoc est quod dicitur hic,* Veruntamen dilu. *idest, tempore prædicationis Christi, quod dicitur diluculum suprà Hosee. vj. a.* Quasi diluculum præparatus est egressus eius, &c.

Quòd principes Iudæorum cognouerunt Christum.

20 Surgentes. *scilicet, Iudæi contra Christum.*
21 Corruperunt om. *id est cogitationes quas habebant de Christo.*
22 Qua propter expecta. *Id est expectabis manens in tua cæcitate.*
23 In die resur. meæ. *idest, vsque prope finem mundi, in quo resurgẽt mortui quæ dicitur hic resurrectio domini: quia fiet virtute diuina.*
24 Quia iudicium. *scilicet finale.*
25 Vt congregem Gentes. *generaliter.*
26 Et effundam super eos indignationem meam. *quod intelligi-*

dem ad eam conuertitur quæ habet aurem fidei, & ea quæ sunt
A gratiæ, quæ sunt misericordiæ, familiariter in sinuat. *Lauda* in-
quiēs, *filia Sion, jubila Israel, &c.* Cùm hæc omnia quæ dicta sunt,
faciam super eos qui me non expectant, nec in me credunt. *tu*
expectame, tu crede & spera in me, *in die resurrectionis meæ*; id est,
ex qua die resurgam
a ris mei. † In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia 1
b tunc † reddam populis labium electum, vt inuocent omnes 2
a ¶ Vnde Lxx. sub vno iugo. b ¶ Vnito, & non differenti labore. 3
c Vnde, Regina Saba venit audire sapientiam Salomonis. 4
nomen domini, & seruiant ei † humero vno. Vltrà flumina Æ- 5
d thiopiæ, inde supplices mei, filij dispersorum meorū deferent 6 † consecut.
a ¶ Aethiopia præueniet munus dare domino. 7
a ¶ Cum multitudo gentium crediderit. b ¶ Omnino o Iudæa. 8
munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adin- 9
a ¶ Quia. ¶ Barrabam eligendo Dei filium crucifigendo. 10 Io. 11.
uentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. Quia tunc au- 10
¶ Exæcando. ¶ Quidem. a ¶ Scribas, Phariseos, Sacerdotes. 11
feram de medio tui † magniloquos superbiæ tuæ, & non adii-
¶ Superbire. ¶ Sed tamen.
cies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in 12
a ¶ Homines illiteratos & piscatores. 13 Hieronym.
medio tui populum pauperem & egenum, & sperabunt in no 14 Remig.
a ¶ Non multitudo, quæ clamauit crucifige, non optimates, non pontifices. b ¶ Etisti. 15 E
mine domini. Rēliquiæ Israel nō facient iniquitatem, nec lo
a ¶ In Christi veritate credentes. b ¶ Quia scient omne mendacium ex diabolo esse.
quēntur mendacium, & non inuenietur in orē eorum lingua
a ¶ Dicentes, Dominus regit me, & nihil mihi, &c. 19
c dolosa. Quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & non 17
a ¶ Fide credentium vincente superbiam hæreticorum etiam persecutorum. b ¶ Dimissa iniquitate. 18
f ērit qui exterreat. Lauda filia Sion, jubila Israel. Lætare & e- 19
a ¶ Redempta domino. b ¶ Non tam voce. c ¶ Cui dictum est, Pacem relin quo vobis, pacem 20
meam do vobis. d In fine auferet.
xulta in omni corde filiā Ierusalem. Abstulit dominus iudi- 21 22
a ¶ Damnationem. ¶ Non iam iudicans sed saluans. b ¶ A te. c ¶ Dæmones. 23
d ¶ Ad eum veniemus & mansi. apud eum faciemus.
cium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Israel dominus in mē- 24
sa, & tunc etiam tu non confunderis penitus super errori-
bus tuis.

e *Quoniam ipsi.* Hæc de primo aduentu intelliguntur: sed Iudei fingunt se in fine habituros Ierusalem, & more pecorum herbis virentibus pascendos, & cunctis Gentibus deletis, & sibi subiectis, non posse esse qui eos exterreat.

f *Lauda.* Iudæi cum Christo suo venturo hæc omnia sibi repromittunt, quæ nos cum Christo iam sumus consecuti.

Postquam dixit, iudicium meum vt congregem Gentes, & supponit etiam de Aethiopia vēturos ad fidem, reliquias etiam Israēl credituras & saluandas, nunc agit de generali consummatione mundi.

Ecclesia, vel quælibet anima in specula cōstituta, lætatur iniquitates à se sublatas, & se redemptam ab eo qui omnia redemit. Possunt hæc omnia de secundo aduentu accipi: sed cùm in Aggæo & Zacharia & Sophonia similis prophetia sit, & Mat- F
thæus propheriam Zachariæ in primo aduentu completam testetur, qua dicitur: *Exulta satis filia Sion, jubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & Saluator.* ordine veritatis ducimur non futurum sperare, sed factum.

hic

tur quantùm ad malos in maiori numero, totum autem à maiore parte determinatur.

1 In igne enim. *ideſt, zelo meo accenſo.*
2 Deuora.o.ter. *ſiſte erit ignis conflagrationis præcedens iudicium.*
3 Quia tunc. *tempore præcedenti iudicium Antichriſto interfecto.*
4 Reddam po. *quia omnes confitebuntur Chriſtum.*
5 Vt inuo. omnes no.do. *ſcilicet Ieſu Chriſti.*
6 Et ſer.ei.hu.vno. *id eſt vno cultu Chriſtiano, & quòd hoc intelligatur de Chriſto ſecundum doctores antiquos Hebræorum, patet per glo. ſuper Gen. xlj. vbi allegatur hæc ſcriptura, ſicut ſcriptum eſt,* Tunc conuertam ad populos labium electum ad inuocandum nomē domini, & ad colendum eum humero vno. *Et ſequitur exponendo, non eſt autem dictum hic nom. n domini, niſi rex Meſſias, & a. colendum eum humero vno, quia* erit principatus ſuper humerum eius. Iſa 9.
7 Vltra flu. *ideſt, omnes Gentes quantuncunque longinquæ deuotè credent Chriſto & ſeruient.*
8 In die illa. *Poſt increpationem incredulorum Iudæorum, hic conſequenter ponitur conſolatio credentium, qui in aduentu Chriſti fuerūt pauci comparatiuè, vt prædictum eſt, cum dicitur,* In die illa. *hoc non refertur ad literam immediatè præcedentem, ſed ad illud quod ſuprà dictum eſt de tempore prædicationis Chriſti in quo principes Iudæorum fuerunt prædicto modo excæcati, & conſequenter multitudo populi. Apoſtoli verò & alij credentes illuminati, de quibus dicitur hic.*
9 Nō cō. *id eſt peccatis præteritis per paſſionē Chriſti totaliter deletis.*
10 Quia tunc. *id eſt, principes ſacerdotum & Scribas ſuperbos, qui in vltionem mortis Chriſti ſimiliter cum populo eis adhærente fuerunt deſtructi per Romanos.*
11 Et non adij. *id eſt ſuperbè eleuari.*
12 In monte ſancto meo. *id eſt, in monte Sion, vbi erat templum quod fuit per Romanos deſtructum, & ante eius deſtructionem multum gloriabantur Iudæi de ipſo.*
13 Et derel.in me.tu. *ſ. apoſtolos & alios fideles cōtēptores terrenorū.*
14 Et ſpera.in no.do. *non potentia mundi, vt patet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis.*
15 Non fa.iniq. &c. *quia valde mundè & iuſtè viuebant in primitiua eccleſia.* 16 Quoniam ipſi paſce. *apoſtolorum doctrina.*
17 Et accu. *in vnitate eccleſiaſtica.*
18 Et non. *terrore deijciente à fide vera, Et quia multi eorum non timebant tormenta. Ideò ſubditur.*
19 Lauda filia Sion. *ideſt, eccleſia militans.*
20 Iubila. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.*
21 Abſtulit. *ideſt. pœnam pro peccato Adæ inflictam quātùm ad deſcenſum in infernum.*
22 Auertit ini. *Reprimendo potentiam dæmonum.*
23 Rex Iſrael. *ſcilicet, Ieſus Chriſtus.*
24 In me.t. *ſecundum quod dicit Matth. vlti. d.* Ecce ego vob. ſum omni. di. vſque ad com. ſeculi.

Indie

a *Nugas.* Sciamus in Hebræo eandem esse vocem: & ideo sicut
A est in Hebræo, hic ponitur, vt appareat Hebræam linguam ma-
trem esse omnium linguarum.

Hebræa lingua mater aliarum

✠ REMIGIVS. Nugas, id est, homines inutiles & leues, qui legem præuaricando à sinu tuo recesserunt, *congregabo*, quia ex te erant. Nam secundum Apostolum: *Non repulit Deus plebem suā, quam præscivit.* Hos cōgregabo & reducam ad te, liberans eos de potestate dæmonum, vt non amplius de eorum perditione sustineas opprobrium.

Rom. 9.

b *Ecce ego.* Hoc promittunt sibi Iudæi in aduētu Christi sui, & putant omnes Gentes interfeiendas à domino quæ afflixerunt Israel, & synagogam saluādam: & quę libellum repudij acceperat, colligēdam: & ponendo eos in laudem & in nomen in omni terra in qua fuerant ante captiui & confusi: & hoc forē cum Ierusalem reædificata fuerit, & tēplum & omnis ordo ceremoniarum restitutus: & ideo non agunt pœnitentiā: Nec mirum, quia hppiscit Lia, nec amarur à Iacob, sed Rachel succedente negligitur.

† propter amorē suū sub. in te.

Hieron. † Afflictos de cœtu auferam † debilitentur

B

Videtur nos Deꝰ repellere, & eiicere, quādo relinquit tētationi.

✠ RVPERTVS. Non eos tantū qui ex te erant, & ex te exierunt congregabo: sed & omnes qui te afflixerunt, siue in lege, siue sine peccantes, interficiam in tempore illo, eos qui sine lege peccauerunt, sine lege perditioni dando, & eos qui in lege peccauerunt, per legem iudicando.

Rom. 2.

Et

¶ In re non spe. a ¶ Quia priora transierunt. b ¶ Liberæ quæ est mater sanctorum.

dio tui, nō timebis mālum vltrà. In die illa dicetur Ierusalem: 1
a ¶ Amplius. b ¶ Non facias vltra quoꝰ post dissoluas penitendo. c ¶ Opera. ¶ Quia
Noli timēre, Sion non † dissoluantur mānus tuæ. Dñs Deus 2
a ¶ Cui resistere nemo potest. b ¶ Gaudium domini fortitudo nostra est. 3
tuus in medio tui fōrtis, ipse saluabit. Gaudebit super te in læ 4
a ¶ Reddet tibi lætitiam quam perdidisti. b ¶ Non inferens pœnam pro peccato. 5
c ¶ Non tuo merito. d ¶ Habita de te. 6
e ¶ Accipiet laudem à te quasi pinguissimam hostiam, vel gaudebit te esse laudabilem. 7
tītia, silēbit † in dilēctione tua & exultabit super te in laude. 8
a ¶ Ipse dico dicens. ¶ Vanos. b ¶ Peccando. c ¶ Ad te pertinebant secundum prædestinationē. 9
a † Nūgas qui à lege recēsserant congregabo: quia ex te erāt, 10
¶ De eis perditis. b ¶ Et eos qui prius tibi imprecabantur, damnando. 11
b vt non vltrà habeas super eis opprobrium. Ecce ego inter- 12
a ¶ Homines, vel dæmones. ¶ In fine. b ¶ Olim à via Dei. 13
c ficiam ōmnes qui afflixerūt te in tēpore illo, & saluabo clau- 14
a ¶ Ecclesiam. b ¶ In tentationibus. ¶ Opinione. c ¶ Suscipiam in fine. 15
dicantem, & eām quæ eiecta fuerat congrēgabo. Et ponam 16
a ¶ Vt laudetur, & nomen eorum magnificetur. 17
b ¶ Vnde, Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum. 18
eos in lāudem, & in nomen in omni tērra cōfusionis eorum, 19
a ¶ Quando suscipient eiectā. 20
in tempore illō quo adducam vos, & in tempore quo con- 21
¶ Gloriatur Deus in Athletis suis cùm eos videris coronari.
d gregabo vos. Dabo enim vos in nomen & laudem omnibus
a ¶ In patriam. b ¶ Qui mundi miseriis vinculis carnis tenebatur, vnde. Cum
conuerterit dominus cap. ple. suæ, exultabit Iacob, & læ. Israel.
e populis terræ, cum conuērtero captiuitatem vestram coram 22
a ¶ Spiritualibus & carnalibus. ¶ Non dubiè, non spe, sed in re.
oculis vestris, dicit dominus.

c *Et saluā. claudi. &c.* ✠ Magna dignatio, quā omnes nouimus, excelsi Domini, qui humilia respicit. Quæ stulta sunt mundi elegit, vt confundat sapientes. Nam per claudicantem & eiectam, cuncta infirma, impotentia, stulta, ignobilia, & contemptibilia sermo propheticus designat. Id est, hos faciam laudabiles atque nominatos illic, vbi erant sine nomine, videlicet confundendo per ipsos, porentes illos atque fortes, quorum in oculis habebātur ignobiles. Sed Mosen constituit Deum Pharaonis.

1. Cor. 1.

Exod. 7.

d *Dabo enim vos, &c.*

✠ RVPER. Omnes populos terræ hīc intelligimus electos de omnibus populis terræ, qui dicūt in Apoc.

E

Apoc. 7.

Redemisti nos ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Hos inquam, quorum labore & industria, cooperante eis Dei gratia, factum est hoc ipsum quod cōuertitur, & conuertetur captiuitas populorū multo rum ad Deum verum & viuum, &c.

✠ REMIGIVS. Dati in nomen & in laudem sunt Petrus, Paulus, & reliqui sancti, quorum nomina cum gloria magnificantur

F

Hieron. Remig.

toto orbe terrarū diffusa. Hoc autem fiet cùm adducet filios afflictæ, & cùm de eorum gloria & triumphis Dominus fuerit glorificatus. Tunc videbunt esse fœlices, qui in præsenti putabant miseros, &c.

e *Cum conuer.* Cernent captiuitatem eorum per quam in hoc seculo duro fuerant imperio subiugati, reduci in cœlestem Ierusalem, séque resurgere in confusionem æternam.

✠ 1 In die illa, &c. *i. eccleſia militanti, quæ nomine Ieruſalem deſignatur, Iſa. ij. Et hoc per Apoſtolos & alios prædicatores confortando fideles infirmiores.*
2 Nolite ti. *A perſecutionibus Iudæorum & tyrannorum.*
3 Non diſſo. manus tu. *Retrahendo te à bono opere.*
4 Dominus Deus. *Scilicet Ieſus Chriſtus.*
5 In medio. *Sicut iam expoſitum eſt.*
6 Ipſe ſaluabit. *Te in preſſuris.*
7 Gaudebit ſuper te. *propter perſeuerantiam in fide.*
8 Silebit in di. *ſcilicet peccata tua præterita.*
9 Nugas *id eſt, homines vanos.*
10 Qui à lege re. *i. à fide Chriſti & deuotione, decepti per ſacerdotes & ſcribas, vt prædictum eſt.*
11 Congregabo. *ad fidem Chriſti reducendo: vnde prædicante Petro ſic reducti ſunt ex illis tria milia die vna, Act. ij. & alia die quinque milia, Act. iiij.*
12 Quia ex te erant. *id eſt, de numero prædeſtinatorum ad fidem.*
13 Vt non vl.ha. ſuper eis op. *ſcilicet ſua infidelitatis.*
14 Ecce ego, &c. *Primitiua enim eccleſia valde afflicta fuit à Iudæis in perſecutione quæ facta eſt ſub Stephano Act. viij. & ibi fuerunt omnes interfecti per Romanos, vel in ſeruitutem redacti per captiuitatem, quæ ſeruitus eſt mors ciuilis.*
15 Et ſaluabo clau. *In perſecutione enim ſub Stephano credentes pro maiori parte diſperſi fuerunt per regiones, apoſtolis in Ieruſalem remanentibus, qui erant fortiores: & ſic eccleſia videbatur quodammodo claudicare in debiliori parte.*
16 Et eam quæ eiecta fu. *per diſperſionem prædictam.*
17 Congregabo vni. &c. *Vel quia poſt deſtructionem Ieruſalem per Titum, Ælius Adrianus eā reædificauit, & ſolis Chriſtianis habitare cōceſſit: & ſic multi de Chriſtianis qui erant diſperſi per regiones, ibi fuerunt iterum congregati.*
18 Et ponam eos in lau. *quod maximè fuit impletum à tempore Cōſtantini, & citra.*
19 In omni terra, &c. *id eſt, vbi prius fuerant confuſi, quia ante reputabantur malefici & ſacrilegi, vt patet ex geſtis apoſtolorū & martyrū.*
20 In tempore, &c. *de locis occultis ad publicum, ſicut patet de ſancto Silueſtro, & multis aliis latentibus propter rabiem perſecutionis, qui per Cōſtantinū & alios principes fideles fuerūt aſſecurati, & valde exaltati.*
21 Cum conuertero, &c. *Prius enim illi qui deprehendebantur tanquam Chriſtiani, occidebantur vel damnabantur ſicut captiui, ad fodiendum arenam & alia opera ſeruilia & dura, vt patet ex geſtis multorum martyrum.*
22 Dicit domi. *qui eſt ipſa veritas, & regnat in ſecula ſeculorū Amen.*

In ca. iij. Sophoniæ. vbi dicitur in Poſtil. Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba.

Vbi in tranſlatione noſtra dicitur redempta: in Hebræo ponitur quæ dā dictio æquiuoca, quæ vno modo ſignat redēptam, & alio modo ſignat pollutam. Similiter enim dictio ponitur hic & Malach. j. vbi dicitur: Offertis ſuper altare meum pollutum panem. *vnde & in ſecūda ſignificatione accipiūt hic Hebræi iſtā dictionē, quod videtur magis cōſonū literæ.*

In eodem ca. vbi dicitur in poſtil. Diſperdidi Gentes, &c.

Hoc quod dicitur hic, Diſperdidi Gentes, *&c. aliter poſſet exponi, & forte melius. Ad quod ſciendum, q. prout prouerbialiter dicitur: Fœlix quē faciunt aliena pericula cautum: Sic Deus intendens correctionem populi*

Poeta

✠ *ſpondens*

A *ſpondens præcipuè ad finale iudicium reſeruatur, ideò ſubdit*: Quapropter expecta me in die reſurrectionis meæ in futurum. *ſ. in die reſurrectionis generalis, quæ dicitur reſurrectio Dei inquantum à Deo mirificè efficitur. Et exponantur cætera prout in Poſtil.*

ADDITIO. III.

In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Vltra flumina Aethiopiæ.

Hoc quod dicitur hic: Vltra flumina Aethiopiæ propriè dicitur de terra illa vbi decem tribus fuerunt transmigratæ per Salmanaſar regem Aſſyriorum, qui poſuit eos iuxta fluuium Gozam, vt habetur. iiij. Reg. xvij. qui tempore Alexandri magni recluſi fuerunt miraculosè, creditur tamē ipſos egreſſuros circa finem mundi, prout habetur in hiſtoria Scholaſtica, & tunc reducendi ſunt ad verum cultum diuinum, ſicut & aliæ Gentes remanentes. ſicut dicitur ſuprà. Tunc reddam omnibus labium electum, vt inuocent omnes in nomine domini. Qui quidem ſic tranſmigrati dicuntur hic ſupplices mei. *ſ. Dei, inquantum per pœnitentiam de præteritis humiliabuntur. Dicuntur etiam* filij diſperſorum meorum, *eò quòd de-* D *ſcenderunt ab illis qui diſperſi fuerant per diuinam ſententiam. De iſtis ergo concludit, hic propheta,* quòd deferent Deo munera, *ſicut ſuprà Iſa. xviij. dicitur de eiſdem.* In tempore illo deferetur munus domino exercituum à populo diuulſo, &c. *Quod intelligitur de prædictis, vt ibidem fuit largius in additione declaratum.*

REPLICA. In tertio cap. Sophoniæ vbi dicitur: diſperdidi Gentes, &c. Poſtilla. exponit de Iudæa, ſicut totũ capitulum de ea loquitur. Burg. autem per viam digreſsionis exponit pro cautela Iudæorum de punitione Gentiliũ, iuxta illud: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautũ. *Sed modicum colorem habet illa digreſsio, quia per oppoſitum Iudæi ex punitione Gentium raro vel nunquam facti ſunt cautiores, ſed ſecuriores, per conſequens ad vitia procaces. iuxta illud Deut. xxxij. b.* Incraſſatus populus recalcitrauit. *Et ſequitur:* Dereliquit Deum factorem ſuũ, &c. *tempore enim proſperitatis quæ ortum habuit ex Gentium deſtitutione, ad vitia defluentes, in tribulationibus ad Deum recurrerunt, prout videri poterit ex ſerie veteris teſtamenti.* E

B

Incipit prologus ſancti Hieronymi in Aggæum Prophetam.

IEremias propheta ob cauſam periurij Sedechiæ regis: vt hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon indicat, qui fidem promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldæorum non ſeruauerat, populum Iſraël refert cũ memorato rege Ieruſalem, expugnata Ieruſalem captiuum in Babylonem fuiſſe C perductum. Sed cum memoratus populus multis temporibus idolis ſeruiendo, etiam effuſione ſanguinis innocentum, ſe grauiter impiaſſet, volens Deus generationem vniuerſam eiuſdem populi ob cauſas memoratas penitus deperire, ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno Chaldæorum ſtatuit ſuſtinere: hac ratione, vt completo numero annorum, nouus populus, à memoratis peccatis immunis, ad renouationem Ieruſalem perueniret. Sexageſimo itaque ſecundo anno regni Chaldæorũ ſubuerſo, cui adhuc octo anni ad regnandum reſtabant, quod etiã ſexta viſio Danielis oſtẽdit, cùm propter cauſam ſacrilegij quæ in eadem viſione continetur, fuiſſe extinctum, Darius qui Mœdis imperabat (vt ſeptima viſio Danielis oſtẽdit) memoratus in regno ſucceſsit. Cuius primo anno regni (vt decima viſio Danielis manifeſtat) Daniel ſupputatis annis, videns appropinquare tẽpus reuerſionis quæ per Ieremiam fuerat promiſſa, orans tam pro ſe quàm pro populo, eamdem promiſsionem à Deo poſtulabat impleri, cui per archangelum Gabrielem in eadem viſione iuxta preces eiuſdem, vniuerſa eſſe completa Deus dixit. Nam moriente ſupradicto Dario, rege Mœdorum, & ſuccedente in regno Cyro, rege Perſarum, promiſsione Dei completa per eũdem regem populúmque Iſraël in Ieruſalem reductum, hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon & initium Eſdræ prophetæ confirmant. Cumque à populo Iſraël & à ſenioribus templum Dei ædificari cœpiſſet, mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Perſarũ, qui memorato Cyro ſucceſſerat, vicinæ Gentes ciuitatis Ieruſalem (vt idem Eſdras refert) reſtaurationem templi & ciuitatis reſiſtendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Iſraël, reparationem ſupradicti templi domini, necdum iuxta promiſſionem conceſſam eſſe credebat. Propter quod in ſecũdo anno regni memorati Darij regis Perſarum, Aggeus propheta à Deo miſſus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui poteſtatem regni ſuſcepturus erat, & Ieſum filium Ioſedech ſummum ſacerdotem, admonet, vt credãt completo numero annorum, tempus reſtaurationis Ieruſalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo Deus dixit per eum: Populus hic dicit: nondum venit tempus vt ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ in textu huius prophetiæ continentur, reuerſionem populi, ædificationẽ templi, renouationem ciuitatis, obſeruantiã ſacerdotalẽ, & interitum regnorum Gentium exterarũ ſignificãt. F

Incipit argumentum.

AGgæus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in lachrymis vt in gaudio meteret, deſtructũ templum reædificat, Deumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes Gentes, & deſideratus veniet cunctis Gentibus.

CAP. I.

A a IN *anno ſecun.* Cũ Cyrus rex Perſarum, occiſo Balthaſar occupaſſet regnum Babyloniorum cum Dario patruo ſuo rege Mœdorum, primo anno regni ſui remiſit in Ieruſalem circiter 50. milia Iudæorum quibus præfecit Zorobabel & Ieſum filium Ioſedech, & præcepit vt reædificarent templum domini. Illi autem extructo altari, fundamẽta templi iecerunt. Sed interea mortuo Cyro, Artaxerxes illi ſuccedens, mandauit Gentibus quæ erant circa Ieruſalem ne tẽplum reædificari permitterent. Remãſit itaque opus imperfectum vſque ad annum ſecundum Darij filij Hyſtaſpis. Hoc anno Aggæus & Zacharias prophetæ, non timentes edictũ regis, nec inimicitias circumiacentium populorum, hortati ſunt Zorobabel & populum qui cum eo erat, vt templum reædificarent, quia iam erat tempus quo Ieremias prophetauerat, templum eſſe reædificandum. Zorobabel autem & populus magis obedierũt prophetis hortantibus quàm regi vel populis prohibentibus.

Hieron. Remig. Hiſto. ſch. 1. Eſd. 3. a

Incipit Aggæus Propheta.

CAP. I.

a IN anno ſecundo Darij regis in menſe 1
a ¶ Quærens ad quem veniret, & quem doceret.
ſexto in die vna menſis, factum eſt ver- 2
¶ Inſpirat Deus prophetam bona opera habentem 3
vt per eum doceatur populi princeps.
bum domini in manu Aggæi prophetæ
a ¶ Qui natus eſt in Babylone, & Chriſtus in mundi confuſione.
b ¶ Quia de ſtirpe erat Dauid.
ad Zorobabel filium Salathiel dũcem 4
a ¶ Qui de tribu ſacerdotali. 5
¶ In his duobus vnus Chriſtus ſignatur rex & pontifex.
Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum di- 6
a ¶ Non Zorobabel, non Ieſus, ſed populus dicit, qui ſub Dario iugum ſeruitutis nondum recuſat.
b cens: Hæc ait dominus exercituum dicens: Populus iſte di- 7
c cit: Nõdum venit tempus domus dñi ædificandæ. Et factũ eſt 8
d verbũ dñi in manu Aggæi prophetæ: dicens: Nũquid tẽpus 9
a ¶ Lxx. concauis.
vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis: & domus iſta 10

Allegoricè. Darius interpretatur generationes, & ſignat amatorem coitus & carnalis generationis. Congruè ergo tempore Darij hæc viſio cernitur populo, qui reuerſus de captiuitate, nondum extruxerat templum, nec habebat gloriam priſtinæ Ieruſalem: ſed habitabat in domibus concauis & depreſsis. Meritò etiam cernitur in anno ſecundo: quia binarius immundus numerus eſt, qui primus à virginitate vnitatis diſcedens, princeps eſt totius alternitatis. Vnde in Geneſi non dicitur poſt conſummationem operum ſecundæ diei, quod additur poſt conſummationẽ operum aliorum dierum. *Et vidit Deus quòd eſſet bonum.* Menſis etiam ſextus congruit, quia hic menſis nõ habet aliquas ſolennitates Dei ſicut ſeptimus: ſimilis eſt ſex dierum quibus factus eſt mundus, in quo laboratur, & panis ſub ſudore comeditur. Sed quia altare iam erat extructum, in vna die fit verbum, vt populus deſerens phanũ Darij & ſextũ menſem, reuertatur ad vnitatẽ fidei.

Gen. 1. d

C

Aggæus ſolemnis, in manu cuius fit ſermo Dei in azymis ſinceritatis, poteſt recipere ſermonem Dei. Non fit ad eos ſermo Dei qui occiderunt ſermonem, id eſt, filium Dei: quia manus eorum plenæ ſunt ſanguine. D

Zorobabel typus eſt Saluatoris: qui deſtructum patri ædificat tabernaculum, tam de reliquiis Iudæorum, quàm de multitudine Gẽtium, Zo, iſte: ro, magiſter: Babel. i. Babyloniæ, id eſt, iſte magiſter Babyloniæ qui natus eſt in Babylone. De Babylone reducit populum in terram promiſſionis, de qua fuerãt abducti captiui. Vel Zorobabel, fluxus expoſitus. Hic eſt fluxus Ieſu, qui nobis de largiſſimo fonte expoſitus eſt ad bibendum. Vnde ipſe ait: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.* Hunc fontem concipimus piis petitionib⁹. Vnde Zorobabel filius eſt Salathiel, qui interpretatur petitio Dei. Ioan. 7. f E

Ioſedech, iuſtus dominus, id eſt, Deus pater, cuius filius eius Ieſus, id eſt, Saluator, ad cuius comparationem omnes ſacerdotes minimi inueniuntur.

✣ REMIGIVS. Zorobabel & Ieſus duo fuerunt homines, vnus de tribu Iuda & regia, alter de ſtirpe ſacerdotali. Myſticè verò vnum & eundem deſignant Chriſtum, qui eſt verus rex, & magnus ſacerdos. *Nondum venit tempus, &c.* Non hoc Zorobabel aut Ieſus ſacerdos dicebant, ſed populus, qui de captiuitate reuerſus, adhuc ſub Dario erat.

b *Populus iſte dicit.* Qui captiui tenentur extra Ieruſalem, differunt ædificare templum domini, & dicunt: *Nondum venit tempus domus domini ædi.*

Cum aliquis per vitium egreſſus de eccleſia diſponit reædificare templum Dei in ſe, & tamen de die in diem protrahit, de eo poteſt dici: Iſte dicit, Nondum tempus eſt ædificandæ domus Dei. Sed omne tempus ædificationi eſt congruum: Nec poſſunt hoſtes impedire eum qui conuerſus ad Deum clamauerit. F

c *Et fac. eſt ver.* In eadem die qua ſuprà rurſus videtur hæc viſio: & proficientibus prophetæ operibus, prophetiæ quoq; dona ſuccreſcunt, & habito paulisper ſilentio quaſi cogitata domini fit reſponſio.

d *Nũquid.* Ergo ne tẽpus eſt, vt vos habitetis in domibus in valle po

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Aggæum prophetam incipit.

CAP. I.

✣ IN anno ſecundo. *Incipit prophetia Aggæi, quæ diuiditur in duas partes. ſ. in proœmium & tractatum: quæ incipit ibi:* Hæc dicit. *In proœmio verò ponitur primò huius prophetiæ tempus cum dicitur.* In anno ſecundo Darij regis. *Secũdum Ioſephum xj. li. antiquitatis Iudaicæ: iſte Darius fuit filius Hyſtaſpis, & fuit amicus Zorobabel & fauorabilis Iudæis, vt patet. j. Eſdr. vj. Et hoc maximè fuit vt dicit Ioſephus, quia antequam promoueretur ad regnum Perſarum, fecit votum, quòd ſi contingeret eum ſic promoueri, faceret templum in Ieruſalem ædificari, & ibi vaſa deferri. Secundum verò Rab. Sa. iſte Darius fuit filius Aſſueri regis, & Eſther reginæ: & ſic fuit fauorabilis Iudæis ratione matris ſuæ quæ fuit Iudæa. Et iſtud ſecundò dictum videtur mihi probabilius: ſicut declaraui diffuſius ſuper primum capitulum libri Eſther: tamen ſecundum vtrũque dictum Aggæus prophetauit poſt reditum captiuitatis Babylonicæ: quoniã Vterque (ſi tamen duo fuerunt) regnauit poſt Cyrum.*

Ioſephũ 11. li. antiq. 4. c

2 In die vna men. *id eſt, prima die illius menſis, eo modo loquẽdi, quo dicitur Gen. j. a.* Et factum eſt veſpere & mane dies vnus. *id eſt, primus. Secundò ponitur nomen prophetæ, cum dicitur.*

3 Factum eſt verbum, &c. *id eſt, per ipſum Aggæum tanquam per Dei miniſtrum. Iſte enim eſt modus loquendi Hebraicus. Poteſt etiam dici ꝙ in hoc exprimitur donum prophetiæ datum Aggæo per ſimilitudinem doni corporalis, quod ponitur in manu recipientis. Tertiò ponitur quibus prophetauit, cum dicitur.* 4 Ad Zorobabel, &c. *Et ſic iſte Zorobabel fuit nepos Ioachin, Mat. j. quem Euilmerodach leuauit de carcere, & poſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erãt cum eo in Babylone. iiij. Reg. vlt.* 5 Ducem Iuda. *eò quod erat de tribu Iuda.*

6 Et Ieſum, &c. *Iſti enim duo erant principaliores in populo, & ideò prophetia Aggæi dicitur eis facta principaliter, & reliquo populo conſequenter.* 7 Hæc ait. *Hic conſequenter incipit tractatus. Circa quod ſciendum, ꝙ populus rediens de Babylone, ſtatim fundauit templum in Ieruſalẽ. j. Eſd. iij. ſed ſtatim fuit impeditus à vicinis Gẽtibus: propter quod dicebat nõdum aduenisse tempus reædificandi tẽplum. Si enim placeret domino protunc illa ædificatio tolleret impedimẽta, vt dicebat: propter quod fuit negligens de illa ædificatione vſq; ad tempus Darij regis, in quo Aggeus ſpiritusancto illuſtratus, reprehendit eorum negligentiam, exhortans ad templi ædificationem: quod completũ fuit ſexto Darij anno. j. Eſdr. vj. Secundum Ioſephum verò anno eius. viij. quia fuerunt diligentes in operãdo. Sic igitur iſte tractatus in duas partes diuiditur, quia primò arguitur præcedens negligentia. ſecundò, confortatur ſequens diligẽtia, ca. ſeq. Prima in duas, quia primò ponitur argutionis actus, ſecundò, eius effectus, ibi:* Et audiuit. *Circa primũ dicitur.* 8 Populus iſte dicit, &c. *Hoc dicebant propter impedimenta ſuperuenientia à Deo permiſſa, vt dictum eſt: ſed hoc non valebat. Deus enim aliquando permittit in opere ſibi placito impedimenta occurrere, vt maius meritum habeatur in maiori labore. ideò ſubditur.* 9 Nunquid tẽp &c. *i. vt faciatis ædificia curioſa.* 10 Et domus, &c. *Quaſi diceret: Non: quod probat per effectum.*

Templi reſtauratio

Ioſephus

✣ Ponite

MORALITER.

✣ 8 *Populus iſte dicit, &c.* Prophetat ad literam contra eos qui negligebant opus domus domini, & de propriis negociis erant valde ſolliciti: per quos myſticè ſignificantur illi prælati qui de ſpirituali ædificio eccleſiæ, quod fit per ſanam doctrinam & bonam vitam, parum curant: & de leuandis pecuniis magnam ſollicitudinem habent. Sed quoniam aliqui doctrinæ & prædicationi intendunt ſollicitè, principaliter propter quæſtum vel famam hominum, ideò ipſis dicitur.

✣ Semi

le positis,& mea dómus quæ in mõte est deserta erit? Vel,*vt habitetis in domibus laquea*.id est, ornatis & deliciosis, & sanctasanctorum pluuiis & iniuriis omnibus patebunt.

✠ REMIG. Contra hoc quod populus dicebat,profertur responsio,dicendum ergo quod nec tempus est, vt vos habitetis in compositis & ornatis domibus, quæ non solùm ad vsum sunt, sed etiam ad delitias:& dicitis nondũ esse tẽpus vt mea domus reædificetur, in qua fuerant & sancta sanctorum,& Cherubin, quæ nunc squalet solitudine, torretur æstu, perfunditur pluuiis.

Hieron. Remig.

Omne tempus quo in valle. i. in vitiis & luxu seculi habitare eligimus,quasi nihilũ reputatur,& nõ inuenit in nobis Deus vbi caput suum reclinet.

Ecclę. 31.d

a *Ponite corda.* Nihil sine consilio & præcogitatione faciatis, sed lux diuinæ legis luceat ante pedes vestros.

✠ REMIGIVS. Quia dicitis: *Nondum venit tempus, &c.* considerate quæ fecistis,& quæ passi estis. Omnis enim labor vester nullum potuit habere prouentum. Multominus quàm seminastis collegistis. *Comedistis,& non estis saturati.* Non tantum potestis dicere voluntarium fuisse ieiunium: sed quia paruos fructus congregaueratis in horrea. Vinum bibistis,sed nõ tantum quod sufficerit ad exhilaranda corda potantium. Ipse quoque vestitus non potuit pellere frigus,aut calefacere. Si quis etiam mercedes congregasse, siue negociatione, siue mercenaria manu, frustra laborauerat,quia omnes pecuniæ defluxerunt, veluti in sacculum pertusum missæ.

Pastoralis 3 parte admonitione 22.

✠ GREG. Plerunque quanta tribuunt quidam pensant,quãta autem rapiunt considerare dissimulant. Quasi mercedem numerant,& perpendere culpas recusant. Audiant quod scriptum est: *Qui mercedes congregauit,&c.* In sacculo quippe pertuso videtur quando pecunia mittitur, sed quando amittitur nõ videtur. Qui ergo quanta largiuntur aspiciunt, sed quanta rapiunt non perpendunt,in pertuso sacculo mercedes mittunt: quia profectò has in spem suæ fiduciæ intuentes congerunt, sed non intuentes perdunt.

Hieron. Remig.

b *Seminastis multum.* Non ideò venit fames, quòd agricola cessauerit ab agricultura.

Mysticè. Qui de Babylone reuersi sunt, & ædificationem domus Dei differunt, dicentes: Nondum est tempus ædificandæ domus domini,nec captiui sunt, nec plenè liberi, sed velut in medio positi. Seminant & parum metunt, quia si inter multa pe ccata aliqua iusta opera faciunt,non est Deus iniustus,vt propter multa mala paucorum bonorum obliuiscatur,sed faciet eũ metere,& in horrea congregare, quæ in bona terra seminauit. Qui penitus nihil operatur,nil comedit,sed fame perit. Qui verò seminat multa & infert pauca, parum comedet non in satietate vel suauitate. Sanctus verò vsque ad satietatem comedet.

D

c *Operuistis vos,&c.* Qui habet pallium,id est, occultam scientiam mysteriorum Dei,sensibus verbisque contextum, non sinit feruẽtes spiritu amittere dilectionis calorem, & pati frigus. Qui verò adeo feruet,habet quidem pallium sensuum & operũ suorum, sed non calefit, nec totus cooperitur. Qui verò propter animæ pauperatem non habet pallioũ: quia ex multiplicata iniquitate charitas in eo refrixit, ideò frigore perit.

d *Et qui mercedes congregauit, &c.* Qui operatur bona quæ remuneratione digna sunt, & bona bonis adiungere non desistit, mittit mercedes in saccũ non pertusum. Qui verò priora bona viciis sequentibus sordidat, in saccum congregat pertusum.

E

Saccus pertusus

† qui se locauit mercede.

c *Ponite corda vestra,&c.* Mentiuntur Hebræi sola tantùm ligna ad congregandum fuisse necessaria, ẽtibus muris templi post incendium.

Hieron. Remig.

Mysticè. Postquàm posita sunt corda super vias, præcipimur ascendere in montem,id est,in altitudinem diuini sermonis,vt ex eò præcidamus nobis ligna,id est,testimonia, & varia virtutum genera,ad ædificandam in nobis domum sapientiæ,vt Deo placear,& glorificetur in nobis.

F

Considerate cuncta quæ geritis,& relinquentes studium domorum vestrarum humilium, ascendite in montem,vbi sunt ligna quæ non comburantur,sed ad opera domus meæ proficiãt, & vt hoc libentius agatis,scitote quòd in his mihi placebitis.

✠ REMIGIVS. Ascendite in montem Libanum, præscidite ligna,& ædificate domum meam: & erit mihi acceptabilis. Dicam & aliud quod vobis accidit. Quum iam metendi tempus extaret, & frumenta vos in manibus tenere putaretis, messuistis vacuos culmos, & inanes stipulas sine granis congregastis. Sed & hoc quod de magnis aceruis modicum fuerat electum, quum intulissetis in domos vestras, *exsufflaui*, id est, mea virtute dispersum & ad nihilum redactum est.

Hieron.

f *Respexistis ad amplius,& ecce factum, &c.* Sæpe multa bona de multis sperantur, quorum doctrina & conuersatio bona videtur. Sed vbi tempus messium venerit,id est,cùm tempus docendi habent,& exemplo viræ alios instruendi oportunitatem consequuntur,vel parum vel nihil est in eis inuentum,& surrepente paulatim negligentia,hoc parum quod videbantur habere, perdunt. Quod ideò eis euenit, quia in pristinis domibus suis securi fuerunt & non ascenderunt in mõtem scripturarum, nec se in domum domini extruxerunt.

g *Et intulistis domum,&c.* Ecce aliud incommodum quod contigit differentibus ædificationem, cùm iam tempore messis putarent se tenere frumenta in manibus, vacuos culmos sine

☞ frugibus

frugibus congregabant,& illud tantillum quod supererat,inferebant in domum:sed Dei virtus exsufflabat.i. ad nihilum redigebat,quia folliculi vacui & frumentum vacuum farinam non habebat.

A

a *Forcm.* Mysticè. Ros est cælestis gratiæ benedictio, quæ non de aëre, vbi multæ perturbationes sunt, sed de cælo descendit ad rigandas animas iaculo diaboli vulneratas, vel in persecutione æstuantes.

b *Et vocaui siccitatem super ter.* quidquid sine autoritate scripturæ, quasi apostolica traditione sponte confingunt hæretici, percutit gladius Dei.

B

✠ REMIGIVS. Nõ solum inquit,cæli non dederunt pluuiã suam, sed ne rorem matutinum quidem, vt arentes agri modico saltẽ humore temperarentur. Vocatur autem inde siccitas primò super terram deinde super omnia quæ profert humus, ad vltimũ super homines, & super iumenta. Quia precedente fame profectò super homines, & super iumenta mors venit,sicque idem gladius quæcunque manus hominum laborauerat,consumit.

C

Hieron.

Mysticè. Gladius vel vrens ventus, sermo Dei, acutior omni gladio, qui aridam terram.i. negligentem animam, & in concauis habitantem,ne fructũ ferat,dispergit. Vocatur & super montes,qui contra scientiam Dei se eleuant. Destruit etiam triticũ vinum oleum, quibus quasi cibo & potu hæretici deceptis populis blandiuntur: Panis eorum panis doloris, vinum eorum fel draconum, oleum eorum quod impinguat caput peccatoris. Per homines & cogitationes eorum, vel per homines, docti, per iumenta, indocti, qui cum operibus manuum. i. ieiuniis & variis obseruationibus pereunt. Possunt hæc intelligi de malis doctoribus ecclesiæ, qui carnalia quærentes, nec in se nec in aliis domum Dei dirutam quærunt reædificare, sed multos verbo & exemplo scandalizant.

c *Et audiuit.* Per Zorobabel & Iesum, signatur vnus Christus rex & sacerdos,& ideò illi non timent sed solus populus timet.

Remig.

d *Et dixit Aggæus.* HIERONYMVS. Quidam putant Ioãnem Baptistam,& Malachiam, qui angelus domini interpretatur, & Aggæum fuisse angelos, & ob dispensationem iussii Dei assumpsisse humana corpora,& inter homines conuersatos. vnde dicunt Ioannem Baptistam ad vocem Mariæ in vtero matris exultasse. Nos verò dicimus nuncium Dei,id est, angelum qui Hebraicè Malachi dicitur, prophetam appellari, quia Dei voluntatem nunciat hominibus.

D

Luc. 1.d

†festinastis

c *Ego vobiscum sum dicit dominus.* Ego ero vester adiutor: Ædificate domum meam quę in vobis est destructa, me in medio vestri cõstituite, nemo ædificationem vestram potest prohibere.

E

f *Et suscitauit dominus spiritum,&c.* ✠ REMIGIVS. Suscitatur spiritus Zorobabel, & Iesu spiritus, vt regnũ & sacerdotium ædificaret templum. Suscitatur spiritus populi, id est, deuotio animi & voluntas, vt faceret quod præceperat Dominus. Ingressi sunt, quia foras exierant,id est, suimet obliti erant, sicut prodigus filius, de quo dicitur, quòd in se reuersus est, quando decreuit ad patrẽ redire.

† reliqui

Luc. 15.

Iam verus Zorobabel de genere Dauid, & Iesus sacerdos in æternum, suscitatus est virtute patris, quo adiuuante debemus suscitari ad ædificandam spiritualem domum Dei. In quam ingressi spirituales hostias offerre debemus,& opera digna templo Dei facere debemus,quę tamen facere non possumus,nisi prius dominum timuerimus. Quia verò in seculo sumus & sub Dario generationi coniugisque seruientes ædificamus, ideò sexto numero quo factus est mundus, & secundo anno qui diuiditur ab vnitate, ingredimur domum Dei. Cùm verò in senario factus sit mundus, duplicari oportet senarium, vt reædificetur mundus: & sic in duodenario est sobolis humanæ reparatio, quæ vt de vtroque populo facta ostendatur, duodenarium duplicamus: & sic in vicesimaquarta die ædificata est ecclesia, tam de Gentibus quàm de circuncisione. Vel octonarius ad circuncisionem, ternarius ad fidem trinitatis refertur. Per fidem trinitatis fit vera circuncisio viciorum. Ideò multiplicato octonario

Hieron. Ruperr.

F

☞ per

a ¶ Absque mora præcepta mea in opus vertite. b ¶ Cuius nõ leue est imperium. c ¶ Quæ hucusque per diuersa vicia distrahebantur.

a ¶ In memoriam reducite quæ fecistis & quæ passi estis. b ¶ In horrea.

a ¶ Minus recepistis quàm seminastis. b ¶ Ne quis dicat voluntarium fuisse ieiunium. c ¶ Quia paruos fructus habuistis.

a ¶ Exhilarati. b ¶ Habuistis pallium,sed quod nec repelleret frigus,vel seruaret calorem. c ¶ Si,quis vel negociatione, vel mercenaria manu mercedes congregauit,illæ pecuniæ ita defluunt,ac si mitterentur in saccum pertusum.

a ¶ Idem dominus ad idem quod prius hortatur.

a ¶ Hæc mala contingunt vobis.

a ¶ Et vos habitatis vnusquisque in domo sua.

a ¶ Non solum non dant pluuiam suam, sed nec nocturnum rorem vt siltem modico humore,agri temperentur.

a ¶ Quæ sponte solet gignere, auaro sinu credita retinet.

a ¶ Vrentem ventum.Lxx. gladium, quod melius.

b ¶ Super montes vocatur siccitas, ne proferant triticum, vinum & oleum, vel quæcunque humus sponte generat.

a ¶ Præcedente fame; consequenter super homines & iumenta mors venit.

b ¶ Id est, vrens ventus omnia consumit, quæ manus hominum laborauerunt.

a ¶ Isti qui venerunt in virum perfectum, audiunt, obediunt, nõ timent, quia charitas foras mittit timorẽ.

b ¶ Vnus de nunciis, prophetæ de prophetis.

a ¶ Non loquitur ad Zorobabel, vel Iesum, cum quibus & in quibus semper erat, sed populo timẽti qui accepit mercedem pro timore Dei, vt dominus sit cum eis.

a ¶ Quasi prius dormientem. b ¶ Non corpus, non animam, sed spiritum, qui magis scit ædificare templum domino.

¶ Vt regnum & sacerdotium Deo ædificarent templum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ponite corda vestra super vias vestras. *id est, cogitate de operibus pro vestris necessitatibus, & iumentis defectum notabilem propter operis templi negligentiam, vt habetur infrà. ideò sequitur.*

2 Seminastis multum. *scilicet respectu fructus inde sequẽtis, ita quòd non habuistis cibum ad sufficientiam, nec potum, nec operimentum.*

3 Et qui mercedes congregauit. *vt inde lucraretur.*

4 Misit eas in sacculum pertusum. *id est, paruum aut nullum habuit inde lucrum propter negligentiam ædificandi domini templum. Ideò consequenter inducit ad hoc ædificandum dicens.*

5 Ascendite in montem, &c. *scilicet Libani, vbi erant ligna huic ædificio apta. Cætera patent in litera vsque ibi.*

✠ Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et vos festinatis vnusquisque in domum suam. *id est, cum magna diligentia intenditis vtilitatibus vestris. Et quia non valet talis diligentia sine Dei prouidentia. ideò subditur.*

2 Propter hoc. *id est, propter nimiam diligentiam in operibus vestris, & negligentiam in diuinis.*

3 Super vos. prohibi. sunt cæli, &c. *sufficientem ad terræ fœcundationem, & per consequens impedita sunt terræ nascentia, & per consequẽs homines & iumenta sufficiens nutrimentum non habentia: quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumentorum, quia semen eorum est de superfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam ministrat generati*

ratiue.ij. ae animæ.

4 Et super omnem labo. &c. *quia homines non possunt bene laborare nisi habeant sufficiens nutrimentum.*

5 Et audiuit Zoro. *Hîc consequenter ponitur argutionis effectus, quia ad vocem prophetæ dux populi & sacerdos magnus, & consequenter totus populus conceperunt voluntatem & constantiam ædificãdi domum domini. Et patet litera paucis exceptis quæ discurrentur.*

6 Et dixit Ag. *id enumero prophetarum à Deo missorum.*

7 Ego vobiscum sum. *paratus vos auxiliari in ædificio templi.*

8 Et suscitauit dominus spiritum. *id est, voluntatem & constantiam ad ædificandum.*

✠ In die

✠ 2 *Seminastis multum,& intulistis parum.* quia cupiditas & vana gloria abstulerunt fructum.

† *Comedistis,& non estis satiati.* in comparando vobis curiosa,auditoribus placita,quæ mentem non reficiunt, sed famelicam relinquunt: eò quòd talis scientia inflat,& non ædificat.

† *Bibistis,& non estis inebriati.* nam aqua sapientiæ terrenæ sitim non sedat,sed magis augmentat.

† *Operuistis vos.* verborum curiositate.

† *Et non estis celefacti.* charitate.

3 *Et qui mercedes congregauit.* id est,opera bona de genere.

4 *Misit eas in sacculum.* propter defectum intentionis rectæ.

† *Hæc dicit do.* Hîc inducit ad spirituale ædificiũ domus Dei di.

† *Ponite corda vestra super vias vestras.* ad Dei opera dirigendo. Et subdit modum di.

5 *Ascendite in montem.* scilicet perfectionis vitæ.

† *Portate ligna.* id est sacra verba & exempla ad ædificationem ecclesiæ.

† *Et acceptabilis mihi erit.* scilicet ædificatio vestra. Et reuertitur ad arguendum negligentiam pristinandi.

† *Respexistis,&c.* Et est eadem sentẽtia cum illa quæ posita est parte præcedenti. Et subditur pœna cùm dicitur.

✠ Pro

MORALITER.

✠ 2 *Propter hoc super vos prohibiti,&c.* id est, angeli, qui sunt ciues cæli,retraxerunt à vobis auxilium suum,sicut Ierem. lj. dicitur in persona angelorum: *Curauimus Babylonem,& non est curata: derelinquamus eam.*

† *Et terra prohibita est,ne daret germen suum.* Per terram significantur laici terrenis intenti, ipsi verò frequenter retrahuntur à bono propter malitiam cleri.

Et

† *Et vocaui siccitatem super terram & super montes,&c.* quasi dicat, propter hoc venit defectus deuotionis in paruis, mediocribus, & magnis.

5 *Et audiuit Zorobabel,&c.* Per hoc autem quòd principes & pontifex primò acquieuerunt monitioni prophetæ, & alij consequenter, vt hîc dicitur: ostenditur, quòd quando principes & prælati incipiunt bonum opus, alij de facili eos consequuntur, ideò sequitur: *Et faciebant opus in domo domini.*

✠ In

a ¶ Fortes enim fuerant. b ¶ Quod dignum erat penetralibus domus Dei.
quorum de omni populo, & ingressi sunt, & faciebant opus
a in domo domini exercituum Dei sui, in die vicesima & quar- 1
ta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. 2

A per ternarium in vicesimaquarta die ædificamus domum.
a *In die vicesima.* Eodem anno Darij & eodem mense qui in principio positus est, sed nõ eodem die. Ibi enim dicitur: In vna D die mensis: hîc dicitur in vicesimaquarta: vt inter primum diẽ quo dominus loquitur per Aggæum, & vicesimũquartum, quo ingressi sunt. xxij. dies medij fuerint quibus timuit populus dominum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 In die vicesima. *Postquam reprehensa est populi negligentia, hîc consequenter confortatur eius sequens diligẽtia. Et diuiditur in duas partes: quia primò confortatur de operis profectu. secundò, de Christi aduentu, ibi:* Nolite timere. *Circa primum ponitur primò continuatio respectu p[ræ]dicti, secundò executio propositi, ibi:* In septimo. *Circa primum dicitur:* In die vicesima & quarta, &c. *Immediatè enim præmiserat propheta:* Et faciebant opus in domo domini exercituum Dei sui. *& non dixerat quo tempore incœperant illud opus, ideò hîc manifestat quantùm ad annum, cum dicitur,* In anno secundo Darij: *& quantum ad mensem, cum dicitur.* 2 In sexto mense. *Et dicunt aliqui, ꝙ iste fuit*
B *mensis Septembris, quia secundum eos primus mensis apud Hebræos est Aprilis. Sed o ensum fuit Gen. vij. & Exo. quod primus mensis apud Hebræos est Martius, tamen aliquando concurrit cum Aprili nostro, quia faciunt menses per lunationes: & secundum hoc iste mensis esset Augustus, qui est sextus à Martio. Sed quia xxiiij. dies Augusti non est tẽpus in quo solẽt ædificia magna inchoari, sed magis circa principium veris: & adhuc minus est apta. xxiiij. dies mensis Septẽbris. ideò aliter dicendum, ꝙ licet Martius sit primus mensis apud Hebræos, secundũ ordinẽ festorũ per anni circulum, tamẽ Septẽber est primus secundũ ordinem negociorũ: quia est primus simpliciter secundũ eos, eò ꝙ in ipso fuit creatus mũdus, sicut de-* E *claratũ fuit diffusius Gen. vij. Et secundum hoc mensis sextus hîc accipitur Februarius, cuius xxiiij. dies est in principio veris, quia est tertia dies eius, & in illo tempore solet materia disponi ædificiorum in vere exequẽdorum.*

CAP. II.

a IN septimo mẽse vicesima & prima mẽ- 1
a ¶ Operando merebatur, vt in eo sermo Dei amplius fieret.
sis, factum est verbum domini in mânu
Aggæi prophetæ, dicens: Loquere ad 2
Zorobabel filium Salathiel ducem Iu-
da, & ad Iesum filiũ Iosedech sacerdo-
a ¶ Qui viderũt antiquã domũ Dei, & nunc intersunt restaurationi.
tem magnum, & ad reliquôs populi di-
b cens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in 3
a ¶ Quasi nihil ad comparationem prioris. 4
gloria sua prima? Et † quid vos vidêtis hanc nunc? Nunquid 5
a ¶ Sed nolite desperare.
nõ est ita, quasi nõ sit in oculis vestris? Et nũc cõfortâre Zoro 6
babel, dicit dñs, & cõfortare Iesu fili Iosedech sacerdos ma-
gne, & cõfortare omnis populus terrę, dicit dñs exercituũ, &
a ¶ Opus in mea domo. b ¶ Pater.
facitê: quoniam egô vobiscũ sum, dicit dominus exercituũ.

Hieron. Remig. Rupert. CAP. II.
a *IN septimo mẽse.* Eodem anno, sed in mense septimo in quo sunt solennitates Dei vicesimaprima die mẽsis. i. tribus hebdomadibus completis, & perfecta requie in mysterio trinitatis, tertiò fit verbum Dei ad Aggæum qui semper ad hoc laborabat, vt ser- († qualem) mo domini in eo fieret. Fit sermo Dei ad eos qui cœperant operari in domo Dei iam in requie, id est, in mẽse septimo, & in pleno Trinitatis sacramẽto. i. xxj. mensis ad Aggæum festa Dei celebrãtem: ad Zorobabel filium Salathiel, qui pro nobis homo fieri dignatus est, & sacerdos, & ad reliquos populi. Ad cõparationem totius mundi, parua pars fuit in principio credentium.
C b *Quis in vobis.* ✠ REMIG. Clementissimè consolatur Deus populum, qui priorem domum in sua gloria viderant, in cuius cõparatione hæc videbatur quasi non esse. Cõfortamini inquit, & nolite manus submittere. *Ego enim vobiscum sum.* Ego omnipotẽs locutus sum, cuius dixisse fecisse est: & illa implebo quæ vobiscũ pepigi, cùm vos de Ægypto eduxi: *& Spiritus meus*, id est, maiestas diuinitatis meæ: siue Spiritus sanctus, cuius est omnis cõsolatio, vnde & paraclitus vocatur, *erit in medio vestrum.* Est autẽ hîc commemorata Trinitas. Filius enim est qui dicit: *Ego sum vobiscum*, Pater: *Ego omnipotens loquutus sum, Spiritus* inquit, *meus erit in medio vestrum.*
L. ad Serapionem. Isa. 45. ✠ ATHANASIVS. En tibi apud Esaiam scriptum est, *Dominus misit me, & Spiritus eius.* Atq; itidem apud Aggæum, Ego vobiscum sum ait Dominus omnipotens, & Spiritus meus in medio vestri. Hîc apud vtrunque prophetam de solo Domino, & Spiritu mentio habita est. Quid mihi iam dicent? &c. Sancta enim & beata Trinitas, indiuisa est, & vnita in se & vbicunq; pater dicitur, vnà est cum eo & ipsius verbum, & in filio Spiritus.
Hieron. Quondam fuit Iudæa domus Dei seruiens vni Deo secundum præcepta legis, & dilecta in patribus Abraham, Dauid & cæteris: sed iam excæcata cœpit esse, nõ dilecta, nec populus F Dei. Hæc domus in conspectu Christi & populi credentis reputatur quasi non sit. Prouocatur ergo Christus, vt regnum suum & sacerdotium corroboret. Vocatur ergo & populus qui in cõcauis terrenorum habitabat, vt faciat opus spirituale in domo Dei, & sciat Deũ esse præsentem sibi, & facientem spiritualiter in ipsis: quod quondam in figura paciscebatur de Ægypto egredientibus. Promittit etiam spiritum suum adiutorem eorum qui operantur in domo sua, implent sermonem pacti sui. Moui cælum, quando de cælo audita est vox mea: & terram, quando priori populo dedi testamentum: & in aduentu meo caligo, turbo, tenebræ, cernebantur. Moui mare, quando præstiti viã populo trãseunti. Moui aridã. i. Ægyptũ per plagas, cùm esset à cultu Dei vacua, vel solitudinẽ quã populus xl. annis circumiuit. Et qui hæc feci in datione veteris legis, adhuc mouebo cælum & terram tẽpore passionis. Cælum, quando sole obscurato, *tenebræ factæ sunt.* Terrã, (Mat. 17. f) *quando petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt.* Mare, interfecto dracone qui in eo erat. Aridam, infructuosam Gentium multitudinẽ: Et illis commotis mouebo ad fidem omnes Gẽtes, quia (Psal. 18. a) *in omnem terram exiuit sonus eorum.* Et hoc erit, quando veniet desideratus cunctis Gentibus. In cuius aduentu implebitur ecclesia gloria maiore quàm fuit in synagoga, sicut maior est Christus filius in ecclesia, quàm Moyses seruus in synagoga. Et hæc (Hebre. 3. a) gloria dabitur per argentum. i. eloquia scripturarum, & aurum, id est, occultum sensum, qui versatur in pectore sanctorum.
Quis in vobis est, &c. Fuit olim in Israel domus Dei, quæ tunc

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

1 IN septimo mense. *Hîc consequenter exequitur propositum, circa quod primò ponitur tempus cum dicitur,* In septimo mense, *secundò subditur confortatio operantium, cum dicitur.*
2 Loquere ad Zoro. *dirigendo primò sermonem ad principales, & secundò ad totum populum.* 3 Quis in vo. &c. *s. in vita. Qui vidit domum istam à Salomone ædificatam, nunc tamen destructam?*
4 In gloria, &c. *s. tempore Sedechiæ. Viuebant enim adhuc aliqui reuersi de captiuitate Babylonica, qui tempore Sedechiæ viderant templũ à Salomone ædificatum, antequam destrueretur per Nabuzardan, vt habetur.* j. *Esd. iij.* 5 Nunquid non ita. *q. d. Sic, quia redeuntes de Babylone, statim incœperunt reædificare templum, sed impediti ab aduersariis modicum fecerunt vsque ad secundum Darij annum, ita quòd illud quasi nihil erat computandum.*
6 Et nũc confor. &c. *quasi diceres proficietis in opere mea assistẽtia.*

MORALITER.

† 1 *In septimo men.* In hoc capitulo secundum sensum literalem describitur profectus ædificationis domus Dei per Zorobabel & socios eius. Mysticè verò significatur profectus ecclesiæ per Christum, qui vocatur Zorobabel in fine huius capituli, & per Christi discipulos. Circa quod sciendum, quòd domus prima ædificata per Salomonem, significauit synagogam, cuius legislator fuit Moyses. Secunda verò domus ædificata per Zorobabel, significat ecclesiam, cuius legislator fuit Christus: propter quod ecclesia dignior est synagoga, quantò Christus dignior est Moyse. Et hoc declarat apostolus Hebræ. iij. a. *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, &c.* Et ideo de aduentu eius subditur.

A ita deserta erat, vt in aspectu videntium reputaretur quasi non fuerit. Quod non solum de ædificiis templi debet accipi, sed de omnibus quæ quondam præclara habuerunt Iudæi.
Hieron. Remig. Rupert. Exo. 1. a Et ego mouebo cælum & ter. Quando dedi primum testamẽtum in Sina, Moui cælum & terram, & mare rubrum & desertum, vt vobiscum ponerem testamentum: nunc autẽ polliceor, ꝙ adhuc semel mouebo cælum & terram, vt illis commotis moueantur omnes Gentes: & tunc veniet desideratus cunctis Gentibus. i. Saluator: &
B tunc implebo domũ istam maiore gloria quàm prius.
✠ REMIGIVS. Ego itaque qui illa feci tunc, adhuc mouebo ipsa elementa, quod factum est in aduentu Domini: nam tempore passionis eius motum est cælum, quando Sol obscuratus est, & tenebræ factæ sunt ab hora sexta vsq; in horam nonam. Terra mota est cũ saxa scinderentur, sepulchra patescerent, ipsa quoque terra tremuit.
b *Et veniet desideratus cunctis gentibus, &c.* ✠ REMIGIVS. Manifestum est aduentum Christi prænunciari, qui desiderabatur & expectabatur vt redimeret gentes in quem vt apostolus Pe- (1. Per. 1.) trus inquit, *angeli desiderant prospicere.*
C c *Et in loco isto.* Quia ad ædificationẽ inclytæ domus nihil tantùm valet quantũ pax. spondeo pacem dãdam in loco isto: vt in pace *quæ exuperat omnem sensum*, sit locus meus. D (Phil. 4. d)
d *Noni mensis.* Hîc numerus nũquàm in bono accipitur: Omnis solennitas finitur octauo die, nec ad nonũ peruenit. Ierusalẽ apud Ieremiam nono mense à Babyloniis expugnatur. Quia ergo de immundicia populi, prophetia erat futura, secundo anno Darij iungitur nonus mensis: sed quia datur locus pœnitentiæ post correctioné immunditiæ, die xxiiij. fit sermo domini ad Aggæum, vt quasi ex persona domini quæstionem à sacerdotibus sciscitetur ex lege venientem. E (Nonus numerus)
Viginti per quaternarium multiplica & erunt octoginta, qui numerus bis habet xl. quadragenarius verò pœnitentiam notat, quæ non solùm debet esse corporis, sed etiã spiritus, quod octogenarius prætendit.
e *Ad Aggæum.* Non in manu Aggæi vt suprà. Ibi enim profectum habebat & tantũ munda opera. Cor verò F eius necdum plenam sapientiam receperat. Vel quia adhuc habitabat inter eos qui dicebant: *Nondum venit tempus do. do. ædi.* In operibus tamen eius factus est sermo dñi. Nunc verò iacta sunt fundamenta templi: & ingressus populus cum principibus, facit opus Dei, & audit mysteria. Mouebo omnes Gentes, & plenus est vaticinio, & ideò ad totum Aggæum fit sermo.

¶ Filius.
Verbum quod pepigi vobiscum cùm egrederemini de terra 1
a ¶ Sanctus. ¶ Ego qui iubeo omnipotens sum cuius dicere est facere. 2
b ¶ Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.
Aegypti & spiritûs meus erit in mêdio vestrum. Nolite time 3
re: quia hæc dicit dñs exercituum: † Adhuc vnum modicum 4 († Heb. 12. g)
a ¶ Tempore passionis sol obscuratus est.
a est, êt ego commouebo cælum & terram & mare & aridã, & 5
a ¶ Contrarias potestates, splendorem domini sustinere non valentes. 6
b mouebo ômnes Gentes, & veniet desideratus cunctis Gen- 7
a ¶ Ne putetis sponsorem infirmum. 8
tibus. Et implebo domum istam gloria, dicit dñs exêrcituũ. 9
a ¶ Id est, omnes opes, quas ego donabo vobis in ornamentum templi, vt, gloria huius domus sit maior quàm prioris.
Mêum est argentum, & meum est aurũ, dicit dñs exercituũ. 10
Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquã primæ di 11
¶ Quæ exuperat omnem sensum. 12
c cit dñs exercituũ. Et in loco isto dabo pacem, dicit dñs exer- 13
¶ Vt supra. ¶ Vt supra.
d cituũ. In vicesima & quarta noni mẽsis in anno secũdo Darij 14
e regis factũ est verbũ dñi ad Aggæum prophetã, dicẽs: Hæc
a ¶ Sacerdotis est, legem domini scire, & ad interrogationem domini de lege respondere, si sacerdos est, legẽ sciat domini, si ignorat legẽ, ipse se arguit nõ esse sacerdotẽ domini.
dicit dñs Deus exercituũ: Interrogâ sacerdotes legẽ, dicens: 15

NICOLAVS DE LYRA.

1 Verbum quod pepigi vobiscum. *id est, cum patribus vestris.*
2 Cum egrederemini de ter. Ægypti. *in ipsis: quia filij præexistunt in parentibus virtualiter seu originaliter. Promisit enim populo assistere, dum tamẽ seruiret ei fideliter, vt patet in* Exo. *& Deut. in pluribus locis.*
3 Nolite ti. *Hîc consequenter ponitur populi consolatio de aduentu Christi. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur consolatio populi* (Diuisio) *de Christi aduentu: secundò, de multiplici terræ fructu, ibi.* In vicesima. *Circa primum dicitur.* 4 Adhuc v. *id est, tempus breue respectu præcedentis durationis mundi.* 5 Et ego, &c. *Istud fuit impletum, quãdo stella noua in natiuitate Christi apparuit: Matth. ij.*
6 Et terrã, &c. *quod fuit impletum per victoriam Romanorum in omni terra, & in insulis maris.* 7 Et mouebo, &c. *& hoc fuit impletũ imminente Christi natiuitate: propter quod tunc exiit ædictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis redactus sub dominio Romani imperatoris, propter quod ibant singuli ad ciuitatem suam, & tũc Christus fuit natus, Luc. ij. ideò subditur.* 8 Et veniet, &c. *id est Christus pro salute omnium Gentium mittendus.* 9 Et implebo, &c. *quia in templo per Zorobabel reædificato Christus fuit à matre oblatus, & ibi pluries prædicauit & multa miracula fecit: ex quibus domus illa fuit summè glorificata. Et huic dicto cõcordat expositio Rabbi Aaquiba, de quo dicitur in libro Canhedrin, qui apud Hebræos autenticus est: qui sic exponebat passum istum. Adhuc vnum modicum est scilicet regni venturi Israel post destructionem primæ domus: & post illud regnum: Commouebo cælum & terram, & mouebo omnes Gentes, & veniet Messias: quia post paucos reges de genere Machabæorum Christus venit tempore Herodis, omnibus terris sub dominio Romani imperatoris redactis. Ioannes enim Hircanus Simonis Machabæi filius imposuit sibi diadema regium: & durauit illud regnum vsque ad Herodem, qui fuit alienigena: prout diffusè declaratur in Scholastica historia.* 10 Meum est, &c. *q. d. vobis prouidebo expensis pro ædificio domus meæ.* 11 Magna erit. *quam incœpistis reædificare.* 12 Plusquàm primæ. *per Salomonem ædificatæ: ista verò gloria maior non potest intelligi de ædificiis, nec de ornamentis seu diuitiis: ista enim modica fuerunt in secunda domo respectu primæ. Arca enim testamenti de qua summæ gloriabãtur Iudæi, fuit in prima & nõ in secunda, secundũ catholicos & Hebræos: & ideò in nullo potuit dici gloria domus secundæ maior gloria domus primæ, nisi ex præsentia Christi, vt prædictum est qui est sanctussanctorum. Dan. ix.* 13 Et in lo. *vnde nato Christo angeli cantauerunt:* Gloria in altissimis Deo, & in terra, &c. *Luc. ij. Respondẽt tamẽ aliqui Hebræi ad hoc, ꝙ ista maior gloria intelligitur de annis, quia ista secũda durauit. ccccxx. annis, prima verò ccccx. Sed hoc non valet: quia si computẽtur anni per tempora regũ ab anno in quo Salomon cõsummauit tẽplũ vsq; ad destructionem eius per Nabuzardan, inueniuntur anni ccccxxij. & sic prima domus plus durauit quã secunda duobus annis. Deductionẽ autem huius omitto propter prolixitatẽ: Et quia potest faciliter videri discurrẽdo per iij. & iiij. Reg. quantum ad annos intermedios regũ Iuda. Præterea dato, ꝙ secũda domus durasset plus quã prima x. an. vt isti dicunt, ista gloria quasi nulla esset reputãda, maximè quia per plures annos ista domus fuit vilificata tempore Antiochi, qui posuit ibi abominãdũ idolũ, vt habetur.* j. *Mach. Et ideo alij exponũt de tẽplo per [...]ẽ Messiã ædificãdo, quẽ Iudæi expectãt venturũ. Sed patet falsum per hoc quod hîc dicitur:* Et implebo domũ istã gloria. *Ex quo patet, ꝙ propheta loquebatur de domo quæ ædificabatur, & quã digito ostẽdebat. Itẽ per hoc quod subditur:* Istius domus nouissimæ: *ex quo patet ꝙ nõ est alia tertia domus materialis expectanda. Ex hoc manifestè ostẽditur primus aduẽtus Christi completus, qui prophetatur hîc venturus domo illa stante & eã sua præsentia glorificaturus. Ipsa autẽ destructa fuit per Romanos iam diu est. s. anno xlij. post passionem Christi.* 14 In vicesima, &c. *Hîc consequenter ponitur populi consolatio de multiplicatione fructuũ terræ: Et diuiditur in duas partes, quia primò ostẽdit multiplicationẽ fructuũ: secundò redit ad denũciandũ Christi aduentũ, ibi:* Et factũ est. *Prima in duas, quia primò quædã parabola ponitur: secũdo ad propositũ applicatur ibi:* Et respõdit. *Circa primũ ponitur primò tẽpus determinatum, cum dicitur:* In vicesima & quar. die mẽ. &c. *secũdò subditur parabola per modũ interrogationis, cum dicitur.* (Diuisio)
15 Interroga, &c. *quia ex officio tenentur scire eam.*

MORALITER.

† 8 *Et veniet, &c.* Quod fuit implêtum, quando Christus fuit oblatus in ea: & sic modò impletur ecclesia gloria quotidie per oblationem Christi in sacramento eucharistiæ.
10 *Meum est, &c.* Per aurum sapientia, per argentum eloquentia designatur: quibus ornata fuit ecclesia in sui principio, quando spiritussanctus descendit in signo visibili super centum viginti credentes, replens eos auro sapientiæ: & argento eloquentiæ, intantùm, quòd intelligebant sacras scripturas lucidè, & loquebantur omni idiomate, vt habetur Act. ij. ideò subditur.
11 *Magna erit, &c.* i. ecclesiæ. 13 *Et in loco, &c.* propter quod Christo nato pacem istam angeli clamauerunt dicentes: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.*
15 *Interro. &c.* Hîc secũdũ sensum literalẽ ponitur interrogatio & duplex respõsio facta ad ostendẽdũ, ꝙ nulla oblatio extra domum ædificatã per Zorobabel esset Deo accepta: ideò sequitur.

A a *Si tulerit.* Carnes oblatas in altari, alias sacerdotes in abditis templi comedebant, alias propinqui eorum domi, alias qui de sacerdotibus videbantur maculati, alias Israelitæ qui nullam habebant immundiciam. Immundus verò dicebatur qui hominem mortuum tetigerat. Quamdiu enim anima est in corpore, corpus humanum nõ est immundum, sed quàm citò anima recedit. Quærit autem propheta, si quilibet homo tulerit carnem sanctificatam, & ligauerit eam in summitate vestimenti, & ipsa summitas tetigerit panẽ vel aliquid quo possit homo vesci, nũ quid ex illo tactu cibus ille sanctificari potest? Respondetur, quod non sanctificatur.

B Anagogice. Vir ecclesiasticus qui immolat agnum immaculatũ & indutus est Christo, ligat sanctam carnem in pallio, quãdo de exterioribus sacramentis auditores informare intendit. Et hoc pallio contingit, exponendo diuinam scripturam. Quæ est panis, cõfirmans cor hominis, & est pulmentum. i. coctio, sicut sunt apostolicæ epulæ, quę cõdiunt & decoquunt carnes veteris legis, & cõditas præbent esui. Est etiã scriptura, *vinum lætificans cor hominis.* Est etiam oleum, *exhilarans faciem:* Est etiam cibus lactis, quo aluntur & paruuli, & alia huiusmodi. Sed dum auditores per scripturam de exterioribus sacramentis erudiuntur, non vt sanctificatum cibum comedunt, quia interiori pinguedine sacramentorum intus non reficiuntur. Econtra autor peruersæ doctrinæ quemcũque doctrina sua inficit, immundum reddit. Habent autem & mali in doctrina sua panem, sed luctus, & vinum, sed insanæ ebrietatis, & oleum adulationis. Habent & pulmentum dum ad confirmationẽ suæ peruersitatis, quasi ad condimentum mystica de scripturis interserunt: Habẽt & alios cibos, id est, diuersos tractatus, quos quia ab immundis sunt scripti, & immundo ore prolati, qui tetigerit immundus fit, & in eorum ducetur errorem.

† cùm accederet quispiam ad aceruum frumenti quẽ putabat redditurum viginti modios, & reddebat tantum decẽ. Psal. 103.b

C b *Si tetigerit, &c.* Aliam quæstionem proponit, quia ad priorẽ bene responderunt: & in hac facile potest capi imperitus: Potest enim videri vt sicut non sanctificatur, ita nec cõtaminetur. (Alia quæstio)

c *Et respondit.* De superiori quæstione tacens, de secunda sui sermonis contexit occasionem: Sic populus iste. (Hieronym. Remig.)

Iuxta literam ô popule qui adhuc diruta domo in iam extructo altari offers hostias, & illis carnibus sanctificari putas, scito te non tam his sanctificari, quàm omnia opera contaminari, ex eo quòd tuam domum magis quàm meam conaris construere. Nec iuuat te sanctum in altari oblatum, dum in conuallibus habitas & mortuis operibus pollueris. D

a Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, 1
a ¶ Aliquem coctum cibum ad comedendum.
& tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum,
aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid sanctifi-
¶ Sanctificabitur, sed ita manet vnumquodque, vt fuerat.
cabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. Et
a ¶ Qui contagione mortui immundus effectus est.
b dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, 2
a ¶ Quorum princeps Iesus per quem legem nouerant.
nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes & di- 3
a ¶ Polluitur tactu polluti. b ¶ Qui scit solennitatum differentias, & ideo festinus appellatur.
c xerunt: Contaminabitur. Et respondit Aggæus & dixit: †Sic 4
a ¶ Qui immundus est in anima, omne quod tangit, & quod offert mihi immundum erit.
b ¶ Gentiles & hæretici. c ¶ Quamuis hominibus sui specie sancta videatur. 5
populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit domi- 6
a ¶ Vota, preces, ieiunium, eleemosynæ, continentia etiam in corpore.
¶ Supradicta.
nus: & sic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtu- 7
¶ Ad cogitandum.
d lerunt ibi, contaminata erunt: Et nunc ponite corda vestra à 8
a ¶ Vicesimaquarta noni mensis.
b ¶ Cogitate etiam quæ retro gesta sunt, quæ & quanta sustinueritis vt cum poste à prospera euenerint, causam ipsorum per oppositum cognoscere possitis. 9
die hac & suprà antequam poneretur lapis super lapidem in
¶ Scilicet hoc cogitate.
a ¶ Vbi putabatis esse xx. modios, vix mediam partem colligere potestis.
templo domini, † cum accederetis ad aceruum viginti mo- 10
a ¶ Visis vineis oculis. i. amphoras pollicebantur sed nec medium habuistis. 11
diorum & fierent decem & intraretis ad torcular, vt ex-
primeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.

† 1. q. c. sic Gen. 32.d

d *Et nunc po.* Quasi dicat. Licet hęc polluta sint quæ obtulistis in altari nondum ædificato templo, tamẽ ô popule hortor te, vt sensu ad præterita reuertaris, quantis malis te afflixi antequam inciperes iacere fundamenta templi, vt cùm recogitaueris mala quæ passus es propter destructionem templi, postea ponas cor ad cogitanda bona quæ cœperis habere à prima die ædificationis, & quæ in futuro plenius sunt tibi danda post plenam ædificationem templi. E

ALLEG. Vos qui credidistis in Iesum, considerate tempus quo in Gentilitate vitiis seruiuistis: nec in vobis templum ædificastis, cuius fundamẽtum est Christus, super quem videat vnusquisque quomodo superædificet. Considerate quæ anteà passi estis, cùm accederetis ad aceruum xx. modiorum, quidquid ante Christum videbamini habere virtutum & bonorum operum, præter vestram spem erat infœcundum, vt vobis posset dici: Quanta passi estis sine causa? Et cùm ex vinea quinquaginta lagenas expectaretis qui numerus completis vij. hebdomadibus vnione diuinitatis perficitur, & putaretis vos habere vinum quod lætificat cor hominis, subtractus est sacer numerus xxx. in quo baptizatus est Christus: & in quo sacerdotes accedunt ad mysterium Dei, & relinquitur xx. Quem numerum videns Iacob diligi ab Esau, mittit ei animalia numero xx. & xx. Cùm apud incredulos nullus in æternum sit fructus bonorum operum, tamen mediam partem laboris percipere dicuntur, dum sperantes viginti decem inueniunt, id est: fructum & gloriam in præsenti tempore pro expenso labore & hoc ideò ne penitus desperent, sed aliquando conuersi ponant lapidem super lapidem, alioqui etiam medium perdant. Vnde sequitur: *Percussi vos vento vrente:* Quidquid vrente vento & vredine & grandine percutitur, in puluerẽ & fauillam redigitur, nihilq; in eo vtile inuenitur: & hoc ideò quia ad Deũ nõ reuertuntur. Reuersi verò, à dño benedicentur. Vnde sequitur: *A die ista benedicã.* F

Per

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si tulerit, &c. *& patet litera: Et subditur responsio, Dixerunt Non: Et subditur secunda quæstio de opposito, cùm dicitur.*
2 Si tetigerit pollutus in anima. *id est, qui incurrit pollutionem ex tactu mortui, vel aliud huiusmodi. Et subditur responsio.*
3 Contaminabitur. *Ratio verò quare pannus ex tactu carnis sanctificatæ sanctificatus, per tactum suum nõ sanctificat aliud ad cibũ vel potum pertinens: & tamen homo pollutus ex tactu rei immundæ polluit illud: potest causa duplex assignari: Vna quia sicut facilius est destruere quàm construere, ita facilius est polluere quàm sanctificare. Alia, quia homo est magis susceptiuus sanctificationis & pollutionis, quàm res inanimata, quæ non est susceptiua vicij & virtutis sicut homo: propter quod homo pollutus modo prædicto magis polluit aliud tactu suo quàm pannus sanctificatus aliud sanctificet.*
4 Et respondit. *Hic applicatur ad propositum, cùm dicitur.*
5 Sic populus iste. *qui est virtutis & vicij susceptiuus.*
6 Ante faciem meam. *pollutus reputatur, vsquequò templum ædificetur.*
7 Et omnia quæ obtulerunt ibi. *extra locum templi.*
8 Contaminata erunt. *quod statim declarat per effectum, cùm dicit.*
9 Et nunc ponite corda vestra. *id est, diligenter considerate tempus præcedens inchoationem ædificationis templi.*
10 Cum accederetis ad aceruum. *scilicet segetum.*
11 Viginti modiorum. *id est, quæ secundum humanam æstimationem deberent facere xx. modios, & faciebant tantùm decem, & ita de vuis in torculari.*

Per

MORALITER.

7 *Et omnia quæ obtulerunt, &c.* Per hoc autẽ significatur, quòd omnis oblatio extra ecclesiam Christi facta coram Deo est immunda, cuiusmodi est oblatio infidelium & hæreticorum. Sed oblatio intra Christi ecclesiam facta per fidem charitate formatam est Deo accepta: ideò concluditur postea.

Ex die

A a *Percussi vos.* Frustra putat se aliquis posse Deum eleemosynis & oblationibus placare, cùm ipse non instruxerit in se templum spiritusancto. (Eleemosynæ & oblationes frustrantur: nisi, &c.)

b *Ponite corda.* Exposui quæ passi estis antè quàm ædificare cœperitis, nunc exponam quæ bona vobis danda sunt, postquã ædificare cœpistis.

Nonus mensis ab Aprili (qui primus est apud Hebræos) December est apud nos. Hoc mense semina latitant in terra, nec futura fœcũditas coniectari potest.

† vredine. † iacta. Hieron. Remig.

Nonum mensem non accipi in bonã partem, & liber Regum, & Ieremię narrat historia, in quo Ierusalẽ obsessa fuit: quia tamen in fine noni mensis fundamenta templi iacta sunt, intelligimus, quod in nobis domus Dei non ædificetur, nisi prius mala opera finiantur. Quicumq; verò se cultui Dei dedicauerit studiosè iste nesciat mensuram frugũ & mercedis suæ: quia in spiritusancto seminans, de spiritusancto metet vitam æternam. B

a ¶ Et hoc feci percutientes vos ven. vren. & auru. vt malorum pondere ad notitiam mei vos prouocarẽ: sed nec sic voluistis reuerti.
a Percussi vos vento † vrente & † aurugine & grandine om- 1
nia opera manuum vestrarum, & nõ fuit in vobis qui reuer-
a ¶ Considerate quæ abundantia futura sit.
b teretur ad me, dicit dominus. Ponite corda vestra ex die ista, 2
& in futurum à die vicesima & quarta noni mẽsis: à die qua 3
fundamenta † iactata sunt templi domini, ponite super cor 4
a ¶ Hoc mense de grano emittitur germen. b ¶ Q. Non. c ¶ Hoc mense.
c vestrum. Nunquid iã semen in † germine est? Et adhuc vi- 5
a ¶ Vt ex flore intelligatur fructus.
nea, & ficus & malogranatum & lignum oliuæ non floruit?
Ex die ista benedicam. Et factum est verbum domini secũdò 6
d ad Aggæum in vicesima & quarta mensis, dicens: Loquere 7 8
e f ad Zorobabel ducẽ Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pari- 9
a ¶ Sedes regum. 10
ter & terrã, & subuertam solium regnorũ & conteram forti- 11
a ¶ Contrariam vt ipsis quoque qui ante regnauerant prosit regni eorum destructio. 12
b ¶ Omni præliandi studio dissipato sequetur pax. c ¶ Principatum, potestatem, virtutem.
tudinem regni Gentiũ. Et subuertam quadrigam & ascenso-
a ¶ Vt hoc sit. b ¶ Finito studio bellandi fiet vnum ouile & vnus pastor: vtrumque agmen tam de Gentibus quàm de Iudæis sub pacifico pastore tenebitur. c ¶ Id est, sermone Dei acutissimo consurget aduersus fratrem suum amputans omne contrarium.
rem eius: et descendent equi & ascensores eorum, vir in gla-
a ¶ Ecce finis omnium optimus.
dio fratris sui. In die illo, dicit dominus exercituum, assu- 13 14

c *Nunquid iam.* Ne dicatis me prudenti ratione hoc coniicere, & futuram fœcunditatem de floribus arborum herbisque segetum suspicari: quia in hoc mense nulla signa sunt & tamen prædico vobis, quia cœpistis templum meum ædificare, ad benedictionem meam omnium frugum fœcunditatem.

Vinea, sermo domini, cuius pater agricola est. Ficus, spiritussancti dona dulcissima. (Ioan. 15.a.) Malogranatum, ecclesiastica dogmata & scripturarum scientia, quæ omnia in Canticis sponsę genis comparantur. (Cant. 4.a.) Lignum oliuæ dat refectionem & illuminationẽ his qui cœperunt ædificare templum Dei in vinea Saluatoris: in ficu spiritussancti, in oliua persona patris intelligitur. C Sicut in libro Iudicum legitur, vbi infructuosa ligna rogant vitem & ficum & oliuã, vt regnẽt super se: sed recusant imperium super infructuosa. D (Iudi 9.b.) Vnde illa veniunt ad rhamnũ fruticem spinosum. Qui quidquid attigerit quasi vncis affligit & vulnerat, & suo igne subditos consumit, id est, diabolus qui in sterilibus regnat. Pater & filius & spiritussanctus, ibi regnant, vbi malogranatũ fuerit. († erugine.) Quę arbor propter nimiam multitudinem granorum & intertextis mẽbranis diuersas cellas, sed omnes vno cortice comprehensas, semper in scripturis sanctis in persona ecclesię ponitur. († horreo.)

d *Ad Aggæum, &c.* Non in manu sicut prius, neque ad Aggæum prophetam, sicut in visione quarta, sed tãtùm ad Aggæum. i. domini festa celebrantem, qui nõ venturum sed venientem nunciat & cernit: E Quomodo Abraham vidit diẽ Christi, & lætatus est, (Ioann. 8.g.) & Ioannes agnũ Dei digito demonstrauit: (Ioann. 1.d.) Sic & Aggæus videns regnũ filij Dei, habet in se vniuersas solennitates.

e *Vicesima quarta.* Notandũ quòd in eadem die, hoc est vicesima & quarta noni mẽsis, tacito mensis numero, quia de Christi prophetatur aduentu, & de regno eius. (Not.)

f *Loquere ad, &c.* De vtroque aduentu hæc possunt dici, quia regnauit Christus cùm venit, & regnabit cùm venerit. Si de fine mundi voluerimus accipere, dicemus destruendum omnẽ principatum & omnem potestatem & virtutem, vt sit Deus omnia in omnibus: Quia mysticum est quod dicitur, & ad finem rerũ pertinet: (1. Cor. 15.d.) ideò iubetur propheta ad solũ Zorobabel loqui (qui signat Christum qui est de semine Dauid), quomodo transeat figura huius mundi, & faciat cælum nouum & terram nouam.

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Percussi vos. *i. immisi pestilentias pro magna parte vastãtes vel impedientes terrænascentia: & ista sunt diuinæ iræ contra populũ signa.*
2 Ponite corda vestra ex die ista, &c. *& subditur:*
3 A die qua fundamenta. *Circa quòd sciendum, quòd redeuntes de Babylone statim fundauerunt templum, vt suprà dictum est, sed propter impedientes opus fuit intermissum vsque ad secundum Darij annũ: & ideò cum dicitur hic:* A die qua fundamenta iactata sunt templi domini, &c. *non est intelligendum de fundamentis inferioribus & primis, quæ iam antè facta fuerant. Sed dicuntur hic fundamenta illa quæ suprà prius ædificata primò posita fuerunt: quia respectu superiorum artium habebant rationem fundamenti.*
4 Ponite super. *i. attendite diligenter mutationẽ terrænascentium.*
5 Nunquid iam. *ita quòd non potest videri sequens fertilitas vel sterilitas: & idem de fructu arborum.*
6 Ex die ista. *i. à die resumptionis ædificij templi operando in templi muro, quod fuit mense ix. tamen antea xxiiij. die mensis vj. operari cœperant materiam præparando, vt dictũ est in principio huius capituli.*
7 Benedicam. *id est, multiplicabo fructus terræ. q. d. hoc erit vobis signum manifestum acceptationis meæ.*
8 Et factum est. *Hic vltimò redit propheta ad denuntiandum Christi aduentum, quod erat principale propositum: quia sicut dicit Ra. Sa. Vniuersi prophetæ non sunt locuti nisi ad dies Messiæ, quod est intelligendum de principali intentione, sicut plenius fuit dictum in principio Isaiæ & Iere. Primò igitur ponitur tẽpus huius reuelationis, cũ dicitur:*
9 In vicesima & quar. *Secundò explicatur reuelatio, cũ dicitur:*
10 Loquere ad. *quia de ipso erat Christus nasciturus secundũ carnẽ.*
11 Ego mouebo, &c. *exponatur sicut suprà.*
12 Subuertam solium. *subijciendo regno Romanorum: & quia tũc venit Christus, vt suprà dictum est, ideò subditur:* F
13 In die illo. *id est, tempore gratiæ quod dicitur dies, ad Rom. xiij. d.* Nox præcessit: dies autem appropinquauit. *Assumam te Zorobabel Ra. Sa. exponit hoc ad literam de ipso Zorobabel, Et cùm subditur: Et ponam te quasi signaculum, hoc dicitur secundum ipsum contra illud quod de Iechonia auo ipsius dicitur, Iere. xxij. f.* Viuo ego dicit dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. *Hic autem accipitur signaculũ pro annulo, quia antiquitus signabãtur literæ principum annulis suis, vt habetur Esther viij. Est igitur sensus secundum Ra. Sa. quòd sicut Iechonias fuit à Deo repulsus propter eius malitiam, sic Zorobabel nepos eius à Deo acceptus propter suam iustitiam. Quia te elegi, scilicet ad opus reædificationis templi. Sed hæc expositio non videtur conueniẽs, quia illud quod præmittitur:* Ecce ego mouebo cælum pariter & terram, &c. *ab omnibus doctoribus Latinis & Hebraicis exponitur de mutatione regnorum longè post tẽpus Zorobabel, vnde & ipse Ra. Sa. exponit hoc de terminatione regni Græcorum, quod per longum tẽpus fuit post tẽpus Zorobabel: & ideò quod immediatè subditur:* In die illo dicit dominus exercituum: Assu. te. Zor. *non videtur conuenienter exponi de ipso in persona propria: sed de Christo vt dictum est, qui designatur hic nomine Zorobabel, eò quòd descendit ab eo secundum carnẽ: & in eo fuit figuratus, sicut Iere. xxx. nominatur Dauid, vbi dicitur:* Seruient domino Deo suo, & Dauid regi suo, *& similiter Hoseę iij. b.* Reuertentur filij Israël, & quærent dominum Deum suum, & Dauid regem suum, *sicut ibidem fuit plenius declaratũ.* Dicit ergo:
14 Assumam te Zorobabel. *quia humana natura Christi assumpta fuit à verbo diuino in vnitate personæ.*

1 Fili

MORALITER.

6 *Ex die ista benedicam.* Residuum huius capituli intelligitur ad literam de Christo propter quod pertranseo.

A a *Et ponam.* Et cũ hoc fuerit impletũ, ponam te ô Christe fili in manu mea, quasi signaculũ, Hunc signauit Deus pater,

a ¶ Seruus patris Christus secundum carnem.

mã te Zorobabel fili Salathiel serũe meus dicit dominus, & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit dominus exercituum.

1 ter, & hic est imago Dei inuisi D
2 bilis, & forma substantiæ eius
3 vt quicũq; crediderit in Deũ,
4 hoc quasi annulo cõsignetur.
5

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fili Salathiel. *Christus enim secundum carnem dicitur filius Salathiel sicut & Dauid & aliorum in genealogia Christi positorum.*
2 Serue. *secundum humanam naturam, in qua minor est patre.*
3 Et ponam te. *id est signum fœderis inter Deum & genus humanum: propter quod sanctus Symeon dixit de eo Luc. ij. e.* Ecce pôsitus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur. *scilicet à Sacerdotibus & Scribis.*
4 Quia te elegi. *ad opus redemptionis humanæ.*
5 Dicit. *qui est ipsa veritas, & viuit & regnat in secula seculo. Amẽ.*

ADDITIO I.

In c. ij. Aggæi, vbi dicitur in Postil. Ideò aliter dicendum, quòd licet Martius sit primus mensis.

Apud Hebræos non est solùm vnum principium anni, sed plura. Primus enim mensis secundum ordinem festorum est mensis nouarum frugũ, qui semper est circa æquinoctium vernale in quo tempore exiuerunt de Aegypto. Alius mensis primus est secundum computationem iubilæi, & est mensis septimus à prædicto primo mense: & iste mensis communiter est circa æquinoctium autumnale. Ratio autem diuersitatis horum principiorum declaratur suprà in additione super Exod. xij.

ADDITIO II.

In eod. cap. vbi dicitur in Postilla. Et ego mouebo cælum.

Quod dicitur hic: Mouebo cęlum & terram, &c. *Potest intelligi de terræmotu magno qui secundum Iosephum tempore Herodis sub quo* B *natus est dominus, contigit. Et quia cum terra mouetur totum mundum æstimant homines moueri, ideo dicit.* Mouebo cælum & ter. &c.

ADDITIO III.

In eod. cap. vbi dicitur in Postil. Meũ est argentũ, & meũ est aurũ.

Per hoc quòd dicitur. Meum est argentum, &c. *intelligitur, quòd maioritas gloriæ secundi templi non est accipienda secundùm diuitias temporales, sed quia prædixerat immediatè:* Implebo domum istã gloria, *ne fortè aliquis intelligeret esse dictum de gloria diuitiarum: ideò subdit:* Meum est argentum, & meum est aurum, &c. *eo modo quo Psalmista dixit:* Non in sacrificiis tuis arguam te, &c. Meæ enim sunt omnes bestiæ siluarum, &c. *quasi diceret, non est intelligenda hæc gloria de multitudine diuitiarum, quia talem gloriam non reputo nec requiro, quia meum est argentum.*

ADDITIO IIII.

In eodem cap. vbi dicitur in Postil. Alia: quia homo est magis susceptiuus sanctificationis & pollutionis.

Sicut pannus sanctificatus non sanctificat ex tactu suo id quod tangit, ita nec homo sanctificatus solo tactu sanctificat illud quod tangit. Vnde hæc ratio secunda Postillatoris non videtur valere, nec etiam ad intentũ prophetæ pertinere videtur. Intendit enim propheta ex responsionibus sacerdotũ ostendere populo, quòd licet facerent aliqua bona ex genere, tamen ex quo ipsi non erant boni, quòd sua opera non debebant censeri bona: sicut per primam responsionem sacerdotes dixerũt, quòd caro sanctificata tangens aliquem cibum, non sanctificabat eum: & nõ solum debebant censeri bona, sed potius debebant censeri mala, inquantum ipsi erant mali, quod patet per secundam responsionẽ sacerdotũ, vbi dixerũt: Si tetigerit pollutus, &c. *Et ideò propheta applicans responsiones sacerdotũ ad suum propositum dicit:* Sic populus iste, &c. *vsque ibi:* & omnia quæ obtulerint mihi contaminata erunt. *q. d. Sicut homo pollutus tangens rem mũdam contaminat eam: sic quia populus iste pollutus est: ideò omne opus manuum eorum & omnia quæ obtulerint contaminata erunt, cuius contrarium ipsi putabant, scilicet, quòd ex tactu bonarum seu sanctarum rerum sanctificabantur, quod excludit per primam responsionem sacerdotum.* E

REPLICA.

In cap. ij. Aggæi Postil. reddit rationes, quare sanctificatum ex tactu sacra rei non sanctificat vlterius: sed pollutum ex tactu rei pollutæ polluit vlterius: Prima quia facilius est destruere quàm cõstruere. Secunda quia homo plus est susceptiuus sanctificationis & pollutionis quàm res inanimata. Cõtra quã rationẽ obiicit Burg. quasi nõ voluisset intelligere Postil. putãs, quòd voluit dicere hominẽ sanctificatum solo tactu sanctificare, sicut pollutus solo tactu polluit. Sed hoc nõ dicit vt patet: sed solũ cõparat pollutionẽ animatæ rei ad sanctificationẽ inanimatæ. Ideò in litera in quæstione de sanctificatione fit mẽtio de reb. inanimatis: In quæstione autẽ de pollutione fit mẽtio de rebus animatis quia dicitur: Si quis pollutus in anima, talis enim pollutio est formaliter in anima, ideò magis cõtagiosa. In reb⁹ autẽ inanimatis nõ est formaliter illa pollutio vel sactificatio sed solũ ex legis dictamine: in rebus autẽ rationalib⁹ animatis ex legis obseruãtia. F

Incipit Prologus sancti Hieronymi in Zachariam Prophetam.

C IN anno secundo Darij regis Mœdorum, Aggæum & Zachariã prophetasse, lectiones eorundem declarant. Sed hac de causa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus esse videtur, quòd eum duobus mensibus (vt prædictorum lectiones ostendunt) in prophetia præcessisse inuenitur: & ad reparationem templi præcepto Dei populum animasse, vt Esdras refert, dicens: In secundo anno Darij regis Persarum prophetauerũt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ super Iudæos qui erant in Iudæa & Ierusalẽ, super Israel in nomine Dei super eos. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, & principes eius, inchoauerũtq; ædificare domũ Dei quæ est in Ierusalẽ. Quibus cũ † adessent prophetę, exhortatione sua adiuuerũt eos. (margin: † audissent.) Nã & populũ Israel ab imitatione paternorũ delictorũ, per suã admonitionem idẽ propheta cupiẽs reuocare, verbis lectione comprehensis vsus est. † Vidi nocte, & ecce vir ascẽderat super equũ rubeũ, &c. (margin: † infrà 1. b.) Vidit propheta virũ equo rubeo sedẽtẽ, & stãtẽ in medio myrteti vmbrosi: Cuius visionis hæc solutio est secũdũ Hebræorũ traditionẽ. (margin: - secundum Hebræorum traditionem) Vir ascendens super equũ rubeũ, licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conscendere visus est, vindictã sanguinis in eam Gentem significat afferendã, quæ populum Israel in captiuitatem redegerat: Nã & Isaias propheta per ruborem vestimentorum inter Gentes vindictam cum sanguine à Deo proferendam demonstrans, his verbis vsus est dicens: † Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? &c. (margin: † Isa. 63. a) Stantem verò in medio myrteti vmbrantis quòd dixit lætitiam populo affuturam, per myrteti significationem voluit designari: Eius ligni Moyses in † Leuitico cum faceret mẽtionem, ait: (margin: † Leu. 23 g) Accipietis die prima fructus ligni speciosi, vt lætitiam populi per bene olẽtis ligni & speciosi vmbraculũ demõstraret. Sed hãc visionẽ, quæ liberationẽ populi & vindictã de aduersariis affuturã demõstrat, ob hoc noctu propheta se vidisse memorauit: quia populũ Israel in prima liberatione de terra Aegypti, noctu discessisse cõstabat. Cuius exempli, quia pręsens populus aliquã partẽ in se retinere videbatur, liberatio eiusdẽ ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctẽ prophetę est reuelata.

A *Incipit Argumentum.*

ZAcharias memor domini sui, multiplex in prophetia, Iesum cum vestibus sordidis vestitum, & lapidem oculorum septem, candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris: & post equos rufos, varios, & albos, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem pauperem regem vaticinatur, & prædicit regem sedentem super pullum asinæ filium subiugalis. D

CAPVT I.

(margin: Hieron. Remig. Cyrus vasa reddidit.) IN *mense octauo.* Cyrus rex Persarum qui Chaldæorum imperiũ destruxit, primo anno regni sui. 50. circiter milia hominum captiuorum de Babylone remisit in Iudæã & vasa quæ Nabuchodonosor abstulerat reddidit, & templum reædificare pręcepit, principesq; reuertentium constituit Zorobabel & Iesum magnum sacerdotem. Cyro (qui triginta annis regnauit Persis) apud Massagetas interfecto à Tamyride regina Massagetarum: Cambyses filius Cyri successit in regnum, qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit successores, quibus occisis à populo, Darius filius Hystaspis rex Persarum constitutus est. Cuius regni anno secundo factus est sermo domini ad Zachariam Barachiæ, filij Addo. Ergo à primo anno Cyri vsque ad secundum annũ Darij supputantur anni quadraginta in quibus tantum altare fuerat extructum, & iacta fundamenta templi, vicinis in circumitu nationibus & Cambise rege Persarum opus prohibentibus, sicut Esdras scribit. Secundo ergo anno Darij Aggæus & Zacharias cœperunt exhortari populum ad restaurationẽ templi tãto tẽpore intermissam. (margin: † filius.) B

a *In mense octauo.* Nouembri: qui consumpto calore æstatis, initium est hyemis, quo tempore ex lege nulla solemnitas celebratur. C Erãt siquidem tres celebres solemnitates: prima quæ dicitur Pascha: secunda Pentecostes, tertia mense Septembri, solemnitas Tabernaculorum. Mense ergo Nouembri hyemali mittitur propheta ad populum adhuc frigore tribulationum depressum. (margin: Tres celebres festiuitates.)

Incipit Zacharias Propheta.

CAPVT I.

a IN mense octauo in anno secundo Da- 1
¶ In Zacharia. a ¶ Quod erat in principio apud Deum. 2
b rij regis factum est verbum domini ad
a ¶ Memoria domini interpretatur. b ¶ Benedictio domini interpretatur.
c ¶ Mysticè qui Addo testimonium eius interpretatur.
Zachariam filiũ Barachiæ † filij Addò
c a ¶ Puniuit illos qui per prophetas admoniti nolebant corrigi.
prophetam, dicens: Iratus est domi- 3
a ¶ Qui non corripiuntur. ¶ Tamen. b ¶ O Zacharia. c ¶ Quamuis iratus.
d nus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos: Hęc dicit
a ¶ Non homo, non Zacharias. b ¶ Qui timendus est. ¶ In Hebræo Sabaoth.
c ¶ Vnde: Accedite ad dominum, & accedet ad vos: & econtra recessistis à me, & ego recessi à vobis.
¶ Reuersi de Babylone.
e dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait dominus 4
exercituum: Et conuertar ad vos, dicit dominus exercituũ. 5
a ¶ Similes in poena si in culpa. Q. facite vobis periculum in aliis. b ¶ Corrigendos.
c ¶ Apertè. d ¶ Quia tunc temporis, Isaias, Hosee, Ioel, & alij.
Nẽ sitis sicut patres vestri ad quos clamabant prophetæ 6
a ¶ Hoc. f. b ¶ Cui resistere insanire est. c ¶ Ad dominum. 7
priores, dicentes: Hęc dicit dominus exercituum: Conuer-

Zacharias memoria domini, Barachia benedictio domini, Addo testimonium eius. Quoniam ergo populus ab ędificatione templi præpeditus, memoriam tamen Dei habebat, & propter memoriam benedictionem, & propter benedictionem testimonium, ideo Zacharias filius Barachiæ filius Addo ad consolationẽ populi mittitur.

b *Addo, &c.* Ipse est Ananias qui missus est ad Ieroboam filiũ Nabaioth, sub quo altare dirutum est: & manus eius aruit, rursumque ei restituta est ad preces eius. (margin: 3. Reg. 13. b) E

c *Iratus.* Ira Dei non perturbationem eius, sed merita & peccata puniendorũ signat, qui ideò puniũtur à Deo, vt emendentur: *Iratus est do.* Ira Dei non perturbationem eius significat qui non irascitur, sed eorum peccata in quos desæuit, nec iratus vlciscitur, sed corripit vt emendet, vnde: *Domine ne in furore tuo arguas me, &c.* Et alibi: *Corripe nos domine, verumtamen non in furore tuo, sed in misericordia.* (margin: Ira Dei. Hieron. Remig. Psalm. 6. a Ierem. 10. d) F

d *Hæc dicit do.* Notandum quòd in paucis versiculis & breuibus sententiis in Aggæo & Zacharia superadditur: *Hæc dicit dominus exercituum*, vt sciant Deum esse qui præcipit, & aduersus regis imperium & hostes circumfrementes ad ædificationẽ templi hac fiducia concitentur. (margin: Hiero. Rem. i.)

e *Conuertimi.* Præcipit vt reuersi de Babylonia conuertantur ad Deum: & Deus conuertatur ad eos ne sustineant filij quod patres pro peccatis eorum sustinuerunt.

✻ GREGOR. Deus qui abiicit delinquentem, cõuertitur ad pœnitentem, vocat etiam auersos, donat peccata conuersis, ☞ hortatur (margin: In Psalm. 7. pœnitential. De libero arbitrio.)

Zachar

Postil. Nicolai de Lyra super Zachariam Prophetam incipit.

CAPVT I.

✻ IN mense. *Hic incipit prophetia Zachariæ: Et diuiditur in duas partes. s. in prooemiũ & tractatũ: qui incipit ibi:* Iratus est. *Circa primum primò ponitur huius prophetiæ tempus, cum dicitur:* In mense. *& sic patet quòd hoc fuit postquam resumpserat opus tẽpli domini, quia resumpserũt illud ann. ij. Darij vj. mẽse 24. die mẽsis, vt habetur Aggæi j.* 2 In anno. *secundũ Iosephũ iste fuit Darius filius Hystaspis, & fuit fauorabilis Iudæis, eò quòd antequã promoueretur ad regnũ fuit familiaris Zorobabel, & fecit votũ de reædificatione templi in Ierusalem si eũ promoueri contingeret ad regnũ: Secundũ verò Ra. Sa. iste Darius fuit filius Assueri & Esther reginæ, & ideo fuit fauorabilis Iudæis ratione matris suæ. Quæ autem istarum opinionũ sit verisimilior, tractaui diffusius in principio libri Esther, tenendo quòd secunda. Secundò hic in prologo notificatur autor instrumentalis huius prophetiæ: & primò ex prophetiæ dono, cum dicitur:* Factũ est verbũ domini. *Secundò ex nomine proprio, cũ dicitur:* Ad Zachariã, *qui interpretatur memor Dei. Tertiò, ex patre & auo cũ dicitur:* Filiũ Barachiæ, &c. *& secundũ regulã Hebræorũ isti duo fuerunt prophetæ sicut & Zacharias, licet non habeatur eorũ prophetia. Dicunt autẽ hic aliqui, quòd iste Addo fuit ille propheta qui missus fuit ad Ieroboã ij. Re. xiij. & secundũ hoc non fuit auus Zachariæ, sed magis remotus: quia inter illum & Zachariã fluxit valde longũ tempus. Dicitur tamen filius eius, quia fuit de genere ipsius, sicut Christus in Euãgelio dicitur filius Dauid: quia de eius genere descendit secundũ carnem. Sed hoc dictũ de scriptura nõ habet autoritatem: quia iij Re. xiij. nõ exprimitur quòd ille fuerit vocatus Addo. nec ij. Paral. xij. nisi coniecturaliter, sed non certitudinaliter: Et dato quòd sic exprimeretur, adhuc non valeret, quia plures prophetæ nominati sunt eodẽ nomine, sicut Zacharias filius Ioiadæ, & Zacharias filius Barachiæ: & sic iste Addo videtur esse alius ab illo etiã si vocatus fuerit Addo: nõ enim cõsuetũ est quòd prophetæ sic genealogizẽtur, videlicet per patrẽ, & per aliũ sic remotũ à patre intermediis omissis.* 3 Iratus. *Hic consequenter ponitur tractatus, in quo primò agitur de templi & ciuitatis reædificatione. Secundò de reædificatæ habitatione ca. v. Prima in duas, quia primò agitur de dicta reædificatione, secundò de ædificantium cõsolatione capit. iij. Prima adhuc in duas, quia primò agitur de templi reædificatione, secũdò, de ciuitatis operatione ca. ij. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur populi monitio, secũdò eiusdem consolatio ibi:* In die vicesima. *Monitio autem in hoc consistit, quòd non sint increduli verbo domini, & in peccatis obstinati sicut fuerunt patres eorum: propter quod dominus permisit destrui ciuitatem & templum. & hoc est quod dicitur:* Iratus est dominus super patres vestros, *permittendo eos captiuari & ciuitatem & templum vastari propter eorum peccata: ideo subditur in persona Dei:*
4 Conuertimini ad me. *Per veram pœnitentiam.*
5 Et conuertar ad vos. *Per clementiam.*
6 Ne sitis. *in peccatis obstinati.*
7 Ad quos clama. *tempore Sedechiæ & antè.* ✻ 1 Et

MORALITER.

1 *In mense octauo.* In hoc cap. ponuntur duæ visiones. Prima præmissis quibusdam præambulis incipit ibi;

hortatur pigros, consolatur afflictos, docet studiosos, adiuuat
A dimicantes, confirmat laborantes, exaudit corde clamantes. Ipse
De libero arbitrio. per prophetam dicit: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*
Sed quia conuerti ad eum sine ipso non possumus, quotidie cũ
propheta clamemus: *Ne auertas faciem tuam à me, &c.* Auertente
Domino faciem, peccator in lacum dẽscẽdit: quia nisi illum
† operibus. Deus misericorditer respexerit, post multa perpetrata scelera in desperationis foueam cadit.

L.3. Dialog. cont. Pelag. cap. 1. ✠ HIERONYMVS. Iustitia, labore, industria, ac diligentia nostra, super omnia Dei clemencia custoditur: vt nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur: nostrum incipere, illius perficere: nostrum offerre quod possumus, illius implere quod nõ possumus. *Nisi enim Dominus adificauerit domum in vanum, &c.* Et Apostolus præcipit: *Sic currite, vt comprehendatis.*

Com in 55. cap. Isa. Matth. 7. ✠ IDEM. Scribitur, *Aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos.* Ex quo perspicuum est, vnumquemque propria voluntate facere animæ suæ bonam & malam arborem, cuius fructus varij sunt.

Com. in 1. 6. ad Ephes. 1. Tim. 2. ✠ IDEM. Vult quidem Deus saluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absque propria voluntate saluatur (liberi enim arbitrij sumus) vult nos bonum velle: & cùm voluerimus, velit in nobis & ipse suum implere consilium.

L. 2. de peccat. merit & remiss. ca. 5. Psalm. 26. ✠ AVGVST. Adiuror noster Deus dicitur. Nec adiuuari potest nisi qui aliquid iponte conatur: quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis in quorum natura rationem voluntatémq; nõ cõdidit, salutem nostrã Deus operatur in nobis.

Serm. 15. de verb. Apost ✠ IDEM. Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei. Esse quidem potest iustitia Dei sine volũtate tua: sed in te esse non potest, nisi per voluntatem tuam, &c. Qui fecit te, sine te, non te iustificabit sine te. Ergo fecit nescientẽ, iustificat volentẽ.

L. de grat. & lib. arb. c. 15. ✠ IDEM. Ne putetur in iustificatione nihil facere ipsos homines per liberum arbitrium, ideò in Psalmo dicitur: *Nolite obdurare corda vestra.* Et per Ezechielem: *Proiicite à vobis omnes impietates vestras, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum, & facite mandata mea, &c.*

Hieron. Remig. a *Verumtamen.* Et his qui conuerti noluerunt, & his qui falsis
C pollicitationibus deceperunt, morte subtractis: verba quæ per
prophetas meos locutus sum, permanent in æternum, quę comprehenderunt patres vestros & ostenderunt vera esse quę dixi
& vestri patres exitu rerũ vaticinia mea vera in se comprobãtes
pœnitentes, dixerunt: *Secundum opera nostra, & peccata nostra reddidit*

didit nobis Deus, & iuste acciderunt quæ patimur. D

b *Vndecimo mense.* Vndenarius immundus est, & ad carnis coniunctionem pertinet. Meritò autem hoc mense videntur conuenire Iudaico populo, quæ sequuntur: quia sicut Februarius est acerrimus in frigore hyemis, & sicut vicesima quarta dies mensis luna deficiẽte in tenebras, obscuriorem habet noctem, sic populus cui hæc annunciabantur ex maiore parte fuit, in Mœdis & in Chaldæis & Assyrijs exulabat, quasi cæco & perpetuo noctis & frigoris horrore depressus. Sabbat interpretatur virga, & signat austeram correptionẽ qua populus adhuc deprimebatur.

Vndena rius numerus.

c *Vidi per.* Antequam populus Dei ducerẽtur in captiuitatem, & Ierusalem destrueretur, Moyses facie ad faciem: Isaias super thronum excelsum & eleuatum dominum videbant: sed populo sub graui seruitute constituto, hæc visio nocte facta refertur.

Exod. 33. b. E

Isa. 6. a.

ALLEG. Per noctem in equum cernitur visio, significatur mysticorum obscuritas. Vir super equum rufum Saluator est, cuius vestimenta. i. caro rubea est sanguine passionis, qui captiuo populo in equo rufo ostenditur. In Apocalypsi Ioannis iam liberato populo in albis monstratur. Hic stat inter myrteta, id est, angelicos potestates, quæ ei etiam in profundo. i. in carne posito ministrabant, & post eum equi rufi & varij & albi. f. apostoli & apostolici viri qui totum mundũ peragrant, quorum & alij martyrio rufi, alij operibus & doctrina & diuersitate signorum varij, alij virginitate & doctrinæ integritate & cordis puritate albi. Cùm verò propheta interrogaret Saluatorẽ de reuelatione secretorum prophetalis sensus, promittit se ostensurum quod cernit: illud promittente nõ ipse sed stans inter myrtera respõdet: Isti sunt apostoli qui à domino mittuntur, vt suã doctrina totum orbẽ repleant, qui expleto officio redeunt ad magni cõsilij angelum cum gratiarum actione, dicentes: Impleuimus opus iniunctum & terra ante deserta habitatur à Deo & quiescit à bellis vitiorum. Quod autem plena misericordia postulatur, ad hoc refertur, quòd nec Ierusalem, id est, ecclesia, nec vrbes Iudæ. i. animæ Deum confitentes recipient veram libertatẽ donec trãsactis lxx. annis huius seculi, vera pax veniat & sabbatismus impleatur. Denique dominus respondet verba bona & consolatoria. q. f. ex parte cognoscimus, & ex parte propheta-
mus. *Cum autem venerit quod perfe. est e. q. ex parte est*, & liberati de Babylone huius seculi clamabimus: *In conuertendo dominus cap. Sion.*

Apo. 6. a.

1. Cor. 13. c. Psal. 125. a.

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non audie. *sed magis contemperunt, propter quod iustè punisti fuerunt, ideò subditur:*
2 Patres vestri. *q. d. partim fuerunt occisi à Chaldæis, partim in captiuitate mortui.*
3 Et prophe. *f. falsi promittentes eis pacem & victoriam. q. d. incurrerunt eandem sententiam, Ra. Sa. aliter exponit de prophetis domini. vt sit quædam obiectio contra dicta: quia possent dicere illi quibus loquebatur propheta: sicut patres nostri sunt mortui, ita & prophetæ domini: & sic non habuerunt aliquam prærogatiuam ante patres suos propter suam iustitiam. Et subditur responsio domini.*
4 Nunquid in sempiternum. *q. d. Natura mortalis non permittit quòd semper viuant.*
5 Veruntamen verba mea. *quantùm ad mores.*
6 Et legitima mea. *quantùm ad legem.*
7 Quæ man. *vt dicerent patribus vestris, quòd captiuaventur & interficerẽtur, nisi se corrigerẽt à moribus malis, & transgressionibus legis.*
8 Nunquid non comprehen. *q. d. Sic: quia sic accidit eis vt prædixerunt, & per consequens fuerunt veri prophetæ: & ideo viuunt in anima, licet mortui sint corpore.*
9 Et conuersi sunt. *scilicet aliqui de patribus vestris in captiuitatem ducti, afflictione data eis intellectum.*
10 Et dixerunt. *confitentes Dei iustitiam in sua punitione.*
11 Sicut cogitauit domi. exerc. *secundum ordinem sapientiæ suæ.*
12 Facere nobis. *secundùm ordinem suæ iustitiæ, ideo subditur:*
13 Secundum vias nostras. *Et dicuntur hic viæ, peccata confuetæ: Adinuẽtiones autẽ, enormia & insolita, quæ adinuenit humana malitia.*
14 In die. *Hic consequenter ponitur populi consolatio: Et diuiditur in duas partes, secundum duplicem visionem consolatoriam, secunda ibi:* Et leuaui. *Prima in duas: quia primò ponitur visio: secundò, eius expositio, ibi:* Et dixi. *Circa primum ponitur tempus huius visionis, cùm dicitur:* In die xx. & iiij. mensis xj. *sic ista visio facta est post præcedentem quæ facta fuit mense viij. anno ij. Darij regis.*
15 Sabat. *In Hebræo habetur Sebeth, & respondet Ianuario. expositores tamen dicunt communiter, quòd Februario: & hoc est: quia aliquando concurrit cum eo in parte vel in toto: Iudæi enim faciunt menses per lunationes: & ideo in tertio anno mẽsis duodecimus qui dicitur Adar duplicatur. Martius enim secundùm cursum festorum est primus apud Hebræos, vt diffusius declarati Gene. vij. & Exod. xij. Primus enim mensis secundùm ordinem festorum semper incipit apud Hebræos à prima lunatione quæ est propinquior æquinoctio vernali, siue sit antè, siue post, siue in ipso æquinoctio: Quod quidem æquinoctium modo est xij. die Martij. Consequenter ponitur ipsa visio, cùm dicitur:*
16 Vidi per noctem. *Quæ ratione quietis est magis apta reuelatio-*

vibus

MORALITER.

✠ 16 *Vidi per noctem & ecce vir.* id est, angelus in specie viri, per quem mystice figuratur Christus, qui dicitur magni con-

✠ filij

Hieron. Remig. a *Et ecce vir.* Hunc virum putant Hebræi Michaelem angelum, qui vicor sit peccatorum in Israël: & stabat inter myrteta quæ erant in profundo. f. inter prophetas & sanctos qui erant in profundo captiuitatis populi. Hunc virum sequebãtur equi rufi, varij & albi. Quidam ordine mutato per albos significant Persas & Mœdos sub quibus captiuitas dimissa, & templum instauratum est. Per varios, Macedones quorum quidam amici, alij persecutores fuerũt. Per rufos, Romanos sanguineos & cruentos qui populũ occiderunt, & templum subuerterunt. Alij sequentes ordinem literæ, virum qui ascendit super equũ Rufum, & cæteros qui sequuntur, quatuor regna interpretantur. Primum & secundum sanguinariũ, Assyrios & Chaldæos quorum primi decẽ tribus sub Salmanasar duxêre captiuas. secundi Iudam & Beniamin incẽsa Ierusalem & templo subuerso. Tertios & quartos varios & albos, Mœdos & Persas, quorum alij clementes vt Cyrus & Darius filius Histaspis & Assuerus quem Græci Artaxerxem vocant. Alij crudeles, vt Cambyses & cæteri.

L. de fide resurrect. ✠ AMBROS. Quod in Zacharia dicitur: Quia sequebantur eum equi variorum colorum, &c. id est, qui vel in martyrio rubri, vel sturmini in violatu, vel varij in virtutibus, vel candidi in virginitate mõstrantur. Quod autem equus iste rufus, id est, Christus, ob corpus sanctum passione purpuratum, albus denuò à sancto Ioanne describitur, diuinitatis immortalitas, & incorruptio

ruptio eius ostenditur.

b *Angelus qui loquebatur in me.* ✠ TERTVL. Christus quà spiritus Dei, & virtus altissimi, non potest infra angelos haberi, Deus scilicet & Dei filius. Nunquam enim ab eo dictum est, quemadmodum à Zacharia, *Ait mihi angelus qui in me loquebatur.*

L. de carne Christi c. 14

Sed nec quotidianũ illud Prophetarum: *Hæc dicit dominus.* Ipse enim erat Dominus coram, & sua auctoritate pronuntians: *Ego autem dico vobis.*

li 28. moral. cap 2. ✠ GREGORIVS. Nõnunquam humanis cordibus etiam per angelos, Deus, secreta eorum præsentia virtutem suæ aspirationis infundit. Vnde de Zacharias: *Dixit ad me angelus qui loquebatur in me.* Dum ad se quidẽ, sed in se tamen loqui angelũ dicit, liquidò ostendit quòd is qui ad ipsum verba faceret,

per corpoream speciem extra non esset. Vnde subdidit, *Angelus qui loquebatur in me egrediebatur.* Sæpe enim non exterius apparent, sed sicut sunt angelici spiritus, qui voluntatem Dei prophetarum sensibus innotescũt, atque eos ita ad sublimia subleuant, & quæque in rebus futura sunt, in causis originalibus præsentia demonstrant.

Hiero. Remi. Angeli præcantur pro nobis. c *Et ecce omnis terr.* Omnia sub nobis regna tuta sunt & pacata, nec aliqua præmuntur angustia. Ex responsione illorum, angelus qui interpellat pro Israel, accipit occasionem precandi pro populo, & dicit: cũ totus orbis quietus sit & pacatus quare domine non misereris Ierusalem, maximè cum secundum pro-

missa

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *nibus propheticis quàm dies.*
1 Et ecce vir, &c. *id est, angelus in specie viri.*
2 Ascendens super equum. *In Heb. habetur: Rubeum, & perhoc designabatur vindicta diuina de aduersarijs Iudæorum per colorem sanguineum.*
3 Et ipse stabit. *Est autem Myrtetum locus in quo crescunt myrti. Est autem myrtus arbor faciens pulcherrima & odorifera poma. vnde & Leui. xxiij. g. vbi translatio nostra habet:* Fructus arboris pulcherrimæ, *loco, arboris pulcherrimæ, in Hebræo ponitur eadem dictio quæ & hic habetur, & idem significat. Hiero in prologo huius prophetiæ dicit, quod per pulchritudinem ligni & odorem fructus designatur gaudiũ assuturum de reædificatione templi & ciuitatis, & de represione aduersariorum suorum.*
4 Quæ erant in prof. *i. in valle. In vallibus enim magis crescunt*
C *myrti & pulchriores & fecundiores quàm alibi:*
5 Et post eum. *Per hoc intelliguntur Persæ Græci & Romani, qui afflixerunt populum Iudæorum secundum successionem regnorum, ita quod per equos intelliguntur isti populi, per ascensores eorum angeli eis prælati, vt dicunt expositores communiter. Ra. Sa. verò dicit quod per hoc intelliguntur angeli diuersorum ordinum parati ad exequendum voluntatem domini. Et huic dicto videtur literæ sequens concordare, vt videbitur.*
6 Et dixit ad me. *Hic ponitur dicta visionis quantum ad aliquam partem expositio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc expositio.*

expositio. secundò ex hoc subditur angeli deprecatio, ibi: Domine exercituum. *Circa primum dicitur:* Et dixi. *Ego Zacharias.*
7 Qui sunt isti. *id est, quid significant isti equi rufi & varij & albi?*
8 Et dixit ad me. *id est, mihi deputatus ad custodiam.*
9 Ego ostendam tibi. *id est, faciam ostendi per angelum superiorem, qui præest toti populo Iudæorum: & ille dicitur esse Michael, Dan. x. ideo subditur.*
10 Et respondit vir. *id est, angelus toti populo prælatus.*
11 Isti sunt quos. *ad exequendum suam voluntatem.*
12 Et responderunt. *Tanquam superiori.*
13 Perambulauimus terram. *Considerando statum regnorum.*
14 Et ecce omnis. *Illo enim tempore non erant bella notabilia in regnis prædictis.*
15 Et respondit. *Hic consequenter ponitur angeli Iudæis prælati deprecatio, cùm dicitur:*
16 Domine exercituum. *q. d. ex quo aliæ terræ sunt in pace, in*
F *quibus sunt Gentes & idololatræ: quare tardas restituere Ierusalem; & templum, & alia loca Iudææ in statũ suum? Et ad hoc inducit rationem ex promissione Dei, quæ habetur Ierem. xxix. c.* Cum cœperint impleri in Babylone lxx. anni, visitabo vos & suscitabo super vos verbum bonum, *quod tẽpus erat iam transactum à tempore Cyri regis Persarum, qui dedit populo licentiam redeundi. Ideo dicit:*
17 Iste iam. *sepple diu transactus: & tamen Ierusalem & templũ adhuc non sunt reædificata.*
18 Et respondit. *vt mihi denũciaret bonũ nuntium. Ideo sequitur:*

✠ 1 Hęc

MORALITER.

✠ filij angelus *ista. q.* secundũ translationem Lxx. & vl. Luc. dicitur: *Vir potens in opere & sermone.*
2 *Ascendens super equum rufum.* In Hebræo habetur Rubeum. igitur per equum rubeum significatur corpus Christi in suo sanguine rubricatum,
3 *Et ipse stabat inter myrteta quæ erant in profun.* i. inter sanctos patres ad quos descendit in limbo & transtulit ad cælestia.
5 *Et post eum equi rufi.* Hebræus habet, rubei.
† *Varij & albi.* De quibus dicitur postea.
11 *Isti sunt quos misit Dominus.* Ideo per istos significantur apostoli aliiq; discipuli quos misit Dominus ad prædicandum per orbem

orbem vniuersum, vt habetur Mat. vl. d. *Euntes ergo docete omnes Gentes, &c.* & Act. j. a. *Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Istorum autem sic missorum aliqui fuerunt per martyriũ suo sanguine rubricati: propter quod significantur per equos rubeos. Alij verò variis spiritus sancti donis decorati & significantur per equos varios. Alij verò candore virginitatis dealbati: Et significantur per equos albos. In istorum autem personis subditur.
13 *Perambulauimus terram.* exequentes prædicationem.
14 *Et ecce omnis.* sub cultu vnius Dei, diuersimodè tamen: Nam idololatria cessauit per orbem exceptis paucis barbaris in aquilone habitantibus. Secunda visio ponitur hîc.

☞ missa tua tempus captiuitatis expletum sit?

A ✠ BERNARD. Dicitur vulgari prouerbio, Qui me amat, amat & canem meum. Nos verò, ô beati angeli, catelli sumus Domini illius quem tanto affectu diligitis, cupientes saturari de micis, quæ cadũt de mensa dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc dixerim fratres, vt ampliorem erga angelos fidem habeatis, ac perinde familiarius in omni necessitate vestra, eorum inuocetis auxilia: sed & dignius in eorum præsentia cõuersari, & magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clemẽtiam studeatis.

✠ AMBROSIVS. Obsecrandi à nobis sunt angeli, præsertim qui ad præsidiũ nobis dati sunt, &c.

✠ CHRYSOST. Tempore illo (quo sacra mysteria celebrantur) non solum homines clamorem illum horribilẽ reddunt: sed etiam angeli Domino genu flectunt, & archangeli rogant pro genere humano. Quasi dicant: Pro his Domine, rogamus, quos tu adeo dilexisti, vt pro eorum salute mortem obires, animam in cruce efflares. Pro his supplicamus, pro quibus tuum largitus es sanguinem. Pro his oramus, pro quibus hoc corpus immolasti. (B)

✠ ORIGENES. Veni angele, suscipe sermone conuersum ab errore pristino, à doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: & suscipiens eum, quasi medicus bonus confoue atque institue, &c.

(† infrà 8. a.) († quietas.) († dispergentur.) († pre multitudine bonorum.) († infrà 2. a. & 5. a. & 6. a)

a ¶ De futurorum promissione. ¶ De præsentium necessitate.
verba bona verba, consolatoria. Et dixit ad me angelus qui
a loquebatur in me: Clama, dicens: Hæc dicit dominus exer- 1
b cituum: † Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno, & ira 2
c magna ego irascor super Gentes † opulentas, quia ego ira- 3
tus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. Propterea 4
a ¶ Quia aduersarij plus quàm volueram depresserunt quam zelabam, ideo Reuertar. 5
b ¶ Non in vna misericordia, sed in multis.
hæc dicit dominus: Reuertar ad Ierusalem in misericordiis: 6
a ¶ id est, templum. b ¶ Sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech. ¶ Cementariorum.
& domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituum, 7
a ¶ Non vocis intentione, sed mentis.
d & perpendiculum extendetur super Ierusalem. Adhuc cla- 8
ma dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Adhuc † affluẽt 9
a ¶ Quas vides Babylonio igne vastatas: sed rursum omnibus bonis abundabunt, & præsentibus bonis præteritam miseriam consolabitur Deus. 10
e ciuitates meæ † bonis, & consolabitur adhuc dominus Siõ, 11
¶ Quam paulo ante proiecerat. 12
& eliget adhuc Ierusalem. † Et leuaui oculos meos, & vidi, 13
f & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur 14
in me: Quid sunt hęc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua quæ 15 16

(Hiero.) a *Clama dicens.* Ecce verba bona & cõsolatoria quibus præcipitur propheta clamare.

b *Zelatus sum.* Cum Ierusalem ab amore meo deficeret, ego sicut spõsus amator castitatis per moderata flagella eam ad castitatem meæ dilectionis reuocare volebam, si non amassem nõ zelassem. Vnde ex opposito super Ezechielem dicitur ex toto despicienti virum. *Iam non irascar tibi & zelus meus recessit à te.* (Ezech. 16. e.)

Zela sum ter. Ierusalem, visio pacis, Sion, speculatio siue specula. Hæc est quæ non bella seculi, nec humana & terrena: sed pacem & concordiam sanctorũ: cælorumq; excelsa desiderat. Cui propter vitia & refrigescentem charitatem quotidie irascẽs dominus (C) tradit eam persecutoribus. Aduersarij verò adimplentes suam crudelitatem, non Dei voluntatem, à porta vsque ad portã implent eam cruore occisorum. Sed dominus ex misericordia se eam reædificaturum promittit: & per pendiculum vel funiculum secundum mensuram & ordines singulorum in ea esse tendendum. (D) Templũ autem est corpus domini, quod in passione destruxerunt impij, sed in resurrectione suscitatũ est, quod fuit seminarium, & exordium omnium domorum, de quibus apostolus loquitur: *Vos estis templum Dei, & spiritussanctus habitat in vobis.* (Hieron. Remig.) (2. Cor. 6. d.)

c *Super Gentes, &c.* Isti sunt equi quos suprà nominauit equos rufos, albos & varios, quibus tradidit Iudæos ad corripiẽdum, sicut pedagogo filium. Ille verò Gẽtes Dei cõsiliũ ignorantes, punierunt vt hostes, sæuieruntque in traditos. (E)

d *Adhuc cla.* Angelus qui dixerat prophetæ: *Clama.* adhuc impellit ad clamandũ. (Hieronym. Remi.)

e *Ciuitates.* ALLEGO. Ciuitates, ecclesiæ, vel animæ sanctorum, quibus vera bona. vnde: *Credo videre bona domini in terra viuentium.* (Psal. 26. d.) His bonis post incendia persecutionis quæ à Gentilibus vel hæreticis ecclesiæ pertulerunt pace reddita affluunt in multitudine virtutum, & quę abiectæ erant pro culpa, nunc ædificatæ in virtutibus consolationem habent spe æternorum.

f *Et ecce quatuor.* ✠ REMIGIVS. Daniel quoque sub figura leenę, & pardi, & vrsi, & alterius bestiæ quam nominatim non exprimit, manifestè quatuor regna describit, id est Babyloniorum, Medorum ac Persarum, Macedonum, & Romanorũ. Cornua autem potentiam regni significare vsitatissimum est in sacra scriptura, vt illud. *Sublimabit cornu Christi sui.* Item: *Erexit cornu salutis nobis.* (1. Reg. 2. Luc. 1.)

Consuetudo scripturarum est, per cornua regna significare. Hæc quatuor cornua intelliguntur quatuor Gentium regna. Vnum, Babyloniorum, quod iam præterierat, quando hæc visio cernebatur. Secundum, Mœdorum & Persarum, quod tunc instabat. Tertium, Græcorum & Macedonum. Quartum, Romanorum, Ista cornua ventilauerunt & disperserunt Iudam. Quatuor fabri intelliguntur angeli. qui obedientes Deo reædificãt ☞ quod (Hieron. Per cornua quid signetur.) (F)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hæc dicit dominus. *Cuius verbum non potest esse falsum.*
2 Zelatus sum. *id est, in montem, in quo erat templum.*
3 Zelo magno. *Est autem propriè zelus amor singularis, quo vir diligit vxorem, nolens in ea habere participem, & ideo quando in hoc delinquit, asperè eam castigat: Et per hoc insinuatur quod dominus castigauerat populum Iudaicum, non ex odio, sed ex amore, vt reduceretur ad cultum latriæ: & sic factum fuit: quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iudaicus ad idololatriam declinasse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi illustris.*
4 Et ira magna. *id est, regna vos affligentia. Et dicit:* Ira magna. *quia fuerunt puniti à Deo, non tantùm tẽporaliter, sed etiã æternaliter.*
5 Quia ego iratus sum. *scilicet vobis Iudæis, puniendo vos pœna temporali.*
6 Ipsi verò, &c. *id est, Assyrij & Chaldæi.*
7 Adiuuerunt in malum. *s. pœnæ vestræ. quia fuerunt in hoc executores diuinæ iustitiæ.*
8 Propterea hæc. *scilicet quia fuistis puniti secundum ordinem meæ iustitiæ.*
6 Reuertar ad Ierusalem. *per viam misericordiæ.*
7 Et domus mea. *quod fuit impletum sub Zorobabel duce & Dario regnante.*
8 Et perpendiculum. *id est, instrumentum ligneum, in cuius medio pendet chorda habens plumbum in extremitate sua, cum quo perpenditur si murus directè ædificatur.*
9 Adhuc clama. *non solum de ædificatione templi, sed etiam de prosperitate populi.*
10 Adhuc affluent ciuitates. *id est, Iudææ.*
11 Bonis, & consolabitur. *quod in parte fuit impletum tempore Zorobabel & Neemiæ & Machabæi: sed perfectius tempore Christi ibi prædicãtis & miracula facientis, & plenitudinẽ spiritussancti cõcedẽtis.*
12 Et leuaui. *Hic ponitur secũda visio de deiectione aduersariorũ populi Iudaici, cũ dicitur:* Et leuaui oculos, &c. *imaginaria visione.*
13 Et ecce quatuor. *Sic enim videbatur ei imaginaria visione.*
14 Et dixi ad angelum. *meæ custodiæ deputatum.*
15 Quid sunt hæc? *id est, quid significant hæc quatuor cornua.*
16 Hæc sunt cor. *id est, quatuor regna quæ afflixerũt Iudæos successiuè. s. Chaldæorũ Persarũ, Græcorum, & Romanorum, vt communiter exponitur. Ra. Sa. per quatuor cornua intelligit aduersarios Iudæorum secundum quatuor partes mundi: quia ab Oriente fuerunt afflicti & ab Occidente, à Meridie & ab Aquilone, & hoc per diuersas Gentes circa Iudæam habitantes, vt patet ex iiij. Regum & ij. Paralipom.*
✠ 1 Et

MORALITER.

✠ † *Et leuaui oculos, &c.* per quæ mysticè significantur quatuor impugnantia moralem Ierusalem quæ est rationalis anima. Primum autem est delectatio praua mulcens animum. Secundum, est consensus in peccatum. Tertium, operis executio. Quartũ, consuetudo. Hęc autem quatuor impugnant animam & ducũt eam captiuam.
✠ MORAL.

☞ quod Gentes disperserant.

A ALLEGO. Per quatuor cornua quæ regnant contra populum Dei, quatuor passiones & perturbationes animi signantur. vnde: *Hinc metuunt, cupiuntque, dolẽt, gaudentq;.* (Vergilius 6. Aeneid.) Cõtra has, quatuor fabri & quasi boni medici non cernuntur à propheta. Per se enim vidẽre non poterat, sed ostenduntur à Deo, quatuor scilicet virtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. (Hieron. Remig.) († ita quòd nemo auderet leuare.) Hæ virtutes ædificant quidquid vitia destruunt. (D) Sancti quoque qui hæc remedia possidentes ecclesiam instaurant, fabri appellantur. vnde Apostolus: *Vt sapiens architector fundamẽtum posui.* (1. Cor. 3. b) Vel, quatuor fabri, Euangelistæ, qui oppressum Israël, id est, sensum videntem Deum, & Iudam, id est, Deum confitentem, & Ierusalem. i. pacis visionem, in pristinam sedem restituunt: & quos Gentes vitiorũ disperserant, retrahũt ad salutem.

a ¶ Non omnes simul, sed sibi inuicem succedendo. b ¶ Ego non conspexi.
ventilauerunt Iudam & Israël & Ierusalem. Et ostendit mi- 1
a ¶ Destructores malorum, ædificatores bonorum.
hi dominus quatuor fabros, & dixi: Quid isti veniunt face-
¶ Quidem.
re? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iu-
a ¶ Intantum quòd nemo. ¶ Tanto malorum pondere depressus.
dam † per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suũ. 2
¶ Scilicet Fabri. ¶ Regna. ¶ Subiiciant Deo. 3
Et venerunt isti deterrere ea, vt deiiciant cornua Gentium, 4
¶ Super populum Dei. 5
quæ leuauerũt cornua super terrã Iuda, vt dispergerẽt eam. 6

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ostendit mihi, &c. *i. quatuor angelos paratos frangere dicta cornua, quia sunt executores diuinæ iustitiæ.*
2 Et nemo eorum. *id est, Iudæorum.*
3 Leuauit ca. &c. *i. potuit resistere aduersariis prædictis.*
4 Et ve. isti. *id est, dicti fabri.*
5 Deterrere ea. *i. prædicta regna: vel aduersarios secundum quatuor partes mundi, vt dictum est.*
6 Vt deiiciant, &c. *i. potestates earum, quod in Christo videmus impletum, cuius imperio submiserunt colla principes Gentium.*

MORALITER.

1 *Et ostendit mihi.* De quibus subditur.
6 *Vt deiiciant.* per istos fabros cornua deiicientes, significantur prædicationes, ad quas oportet quatuor concurrere, sicut in corporali fabricatione. Ad quam requiruntur, artifex, materia dura, ignis, & malleus. Artifex est prędicator, materia dura, peccator, malleus autem verbum diuinum, quod *est malleus conterens petras,* vt dicitur Iere. xxiij. Ignis autem est spiritussanctus qui mollificat corda dura. Istis autem in prædicatione concurrentibus deiiciuntur cornua prædicta. (E)

ADDITIO I.

B *In cap. j. Zachariæ vbi dicitur in postil. Et secundum regulam Hebræorum isti duo fuerunt prophetæ.*

Sicut dictum fuit in additione Ierem. j. cap. & Hosee j. cap. hoc dictũ quod dicit Postillator esse regulam apud Hebræos, non est regula sed dictum vnius singularis qui non habet autoritatem, & inquirere circa hoc videtur magis curiosum quàm vtile: cùm prophetiæ de huiusmodi patribus prophetarũ non inueniantur, vt dictum fuit in prædictis additionibus,

ADDITIO II.

In eodem capitulo vbi dicitur in postilla: Est autem myrtus arbor faciẽ pulcherrima poma

Licet myrtus sit arbor pulchra & faciat folia & grana odorifera, nõ tamen facit fructum pulchrum, sed quædam grana minuta nigra. vnde Leui. xxiij. g. vbi dicitur: Fructus arboris pulcherrimę, *non ponitur in Hebraico dictio significans myrtum, sed alia quæ significat citrũ, quod est pomum pulcherrimum. Et in eodem loco, vbi ponitur eadem dictio, quæ hic habetur in translatione nostra, dicitur:* Lignum densarum frondium, *quod pertinet propriè ad myrtum. vnde in dicto Hieronymi, in prologo allegato à Postilla. non dicitur de myrto, quòd habet fructum pulchrum sed odoriferum, quia (vt dictum est) grana myrti, quæ sunt eius fructus, non sunt pulchra sed odorifera: ligno verò attribuit pulchritudinem, quia sic est in re.*

CAPVT II.

Et *leuaui oculos.* ✠ REMIGIVS. Semper scriptura prophetica tristibus læta subiungit. Nã qui prius leuauit oculos, vt videret tristia in cornibus, nunc item leuat oculos vt videat virum metientem Ierusalem. Hic est ille vir de quo scriptũ est: *Ecce vir Oriẽs nomen eius.* Et in Ezechielis libro cernitur, habens funiculũ & calamum in manu eius, vt metiretur ciuitatem Dei Ierusalem, *cuius artifex & conditor est Deus.* (Infrà 6. Ezech. 40. Heb. 11.) (C)

(Hieron.) Quidam putant hoc ex parte completum sub Zorobabel & aliis ducibus, qui vsq; ad aduentum Saluatoris populum Israël rexerunt. Iudæi in mille annorum fabulam interpretantur, corporales corporalia requirentes. Hæretici suspicantur cælestem Ierusalem quæ passa erat ruinam peccatricum animarum, de eis esse restituendam. Sed melius intelligitur per Ierusalem ecclesia quæ in passione & resurrectione Christi & quotidie ædificatur ab eo qui nouit mensuras & merita singulorum, qui prius eleuatis oculis in quatuor cornibus tristia vidit, nunc rursum leuat oculos vt videat virum cui oriẽs nomen est, de quo suprà. *Ecce vir as. &c.* (suprà 1. b.)

Hoc moraliter de animabus credentium potest accipi, quæ quotidie ædificãtur à domino, & cernũt eius pacem.

ALLEG. Ierusalẽ est ecclesia, *de qua dicta sunt gloriosa, in qua magnus dominus & laudabilis nimis.* (Psal. 86. a. Ibidem 95. a.) (F) Hæc habitatur ab hominibus. i. populo legis ad fidẽ conuerso, & à iumentis. i. à Gentibus ab idololatria ad fidem conuersis. Vel per homines rationales & eruditi in scripturis, per iumenta simplices intelliguntur: Istis Christus est murus, ignis in circũitu, vt habitantes in medio calefiant, qui prius tepidi, & per illum comburantur aduersarij.

b *Et ecce ange.* Hunc Hebræi putant Michaelem, alium qui occurrit, ☞

CAPVT II.

a Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce 1
a ¶ Christus. b ¶ Operatione & potestate. 2
c ¶ Mensura diuidens singulis prout vult. 3
uir & in manu eius funiculus mensorũ, 4
& dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me:
a ¶ Apparere faciam.
Vt metiar Ierusalem, & † videam quã- 5
¶ Charitas quæ vsque ad inimicorum dilectionem extenditur. 6
a ¶ Perseuerantia eius vsque in finem. 7
ta sit latitudo eius, & quanta longitudo 8
b eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, 9
a ¶ Qui loquebatur ad Michaelem, vt loquitur prophetæ.
& alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad

(† Iudæam.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. II.

✠ 1 Et leuaui, &c. *Hic consequenter denunciatur reædificatio ciuitatis Ierusalem. Circa quod sciendum quòd illa ædificatio quæ facta est per Zorobabel fuit figura ædificationis ecclesiæ per Christum quæ dicitur spiritualis Ierusalem, vt frequenter suprà dictum est: & ideo de vno ædificio fit transitus ad aliud: igitur primò nuntiatur materiale. secũdò spirituale, ibi:* Et ecce. *Circa primũ dicitur.* (Diuisio) 2 Vidi. *visione imaginaria & intellectuali.* 3 Et ecce vir *i. angelus in specie viri.* 4 Et in ma. &c. *i. aptus ad mensurandum loca in quibus debent fieri ædificia. Ideo subditur.* 5 Vt metiar Ierusalem. *quantũ ad ciuitatem Metropolim.* 6 Et Iudæam. *quantũ ad alia loca in Iudæa.* 7 Quanta sit, &c. *Antequàm enim ædificentur ciuitates & loca accipiuntur mensuræ ædificiorum secundum longitudinem & latitudinem, vt exponunt aliqui & malè: quia in Hebræo habetur, & videã, quia angelus solum loquitur de Ierusalem.* 8 Et ecce, &c. *Hic consequenter intendit vt metiatur ædificium spiritualis Ierusalem, illa quæ sequuntur nunquam fuerunt in Ierusalem per Neemiam reædificata: sed semper fuit in timore aduersariorum & subiectione extraneorum vsque ad eius destructionem per exercitum Romanorum, dicit ergo:* Et ecce angelus. *mihi pro custodia deputatus.* 9 Egrediebatur. *Ad habendum reuelationem nouam de futuris ab* ✠ *angelo*

MORALITER.

✠ 1 *Et le.* Capitulum istud exponunt Hebræi & catholici cõmuniter ad literam de ædificatione domus Dei, per Zorobabel & eius socios ædificatæ in reditu captiuitatis Babylonicæ. Ego autem exposui ad literam de spirituali ædificatione ecclesiæ per Christum: propter quod de alia spirituali expositione pertranseo, & quia mihi non occurrit alia melior hîc ponenda.

A currit, Gabrielem, qui loquitur ad Michaelem, vt loquatur prophetæ, quantam abundantiam omnium rerum & multitudinẽ hominum & iumentorum & firmitatem murorum sit habitura Ierusalem, quę in pręsenti vsq; ad fauillas & cinerẽ destructa sit.

l. 28. Moral. cap. 2. ✠ GREGOR. Non est Deus angelus qui mittitur, cui verba ab angelo quæ dicere debeat iubẽtur. Sed quia in conspectu conditoris angelica ministeria ordinata graduum positione distincta sunt, vt & pro communi fœlicitate beatitudinis opificem suum simul vidẽtes gaudeãt, († erue te.) & tamen pro dispositione dignitatis aliis alij subministrẽt, ad prophetam angelus angelum mittit, († 2. q. 7. c. accusatio 1.) & quem secum de Deo gaudere cõmuniter conspicit, & docet, & dirigit: quia eum & per superiorem scientiam virtute cognitionis, & per præstãtiorem gratiam culmine potestatis excedit.

B (Homil. 34. in Euangelia, & lib. 4. Moral. c. 27.) ✠ IDEM. Hoc certissimè scimus, quia ad explendum de supernis ministerium alij spiritus alios mittunt, Zacharia testãte. *Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, &c.* Dum enim angelus ad angelum dicit: *Curre & loquere*, dubium non est quia alius alium mittit. Minora verò sunt quæ mittuntur, maiora quę mittunt. Sed hoc quoque de ipsis agminibus, quæ mittuntur, certũ tenemus: quia & cùm ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen nunquam desint interius per contẽplationem. Et mittuntur igitur & assistunt, quia & si circũscriptus est angelicus spiritus: summus tamen Spiritus ipse qui Deus est, circũscriptus non est. Angeli itaque & missi, & ante ipsum sunt: quia quolibet missi veniant, intro ipsum currunt.

(Hieron.) Hæc omnia Iudæi ad literam futura fabulantur, vt præ multitudine hominum & iumentorum Ierusalem non possit habere murum, sed murus illius Domini sit defensio, & illius in medio habitantis perfruatur gloria.

a *O o o fugite.* Iuxta situm Ierusalem, Assyrij & Babylonij qui Dei populum visitauerunt, in terra aquilonis habitabant, Angelus qui loquebatur ad angelum prophetantem in Zacharia, nunc loquitur ad illos qui habitabant in Babylone vt à quatuor ventis in quos fuerant toto orbe dispersi, reuertantur in Sion: & ô Sion quæ nũc habitas in Babylone, reuertere ad pristinã sedẽ. D

✠ RVPERTVS. Hoc quod dicitur, *ô ô ô fugite, &c.* sic intelligitur. Ecce quomodo pœnitet Dominum mali quod fecit nobis, quomodo dolet super ciuitate inclita & templo nobili, in qua sola ciuitate glorificabatur, in quo templo vnico nomen eius inuocabatur. Nec mirum, magnum enim illic erat nomen eius, magnus honor impẽdebatur nomini eius. Cyrus illuc nos redire non compulit, sed tantummodo redeundi licentiã dedit. Quantopere verò nos inuitat Dominus, vt properanter velimus exire de († eius.) terra ista immunda?

a ¶ Ad comparationem angelorum omnis humana natura vel scientia pueritia dicitur, quia non angeli in nos, sed nos in angelis proficimus.

eum: Curre, loquere ad puerum istum dicens: Absque mu- 1
ro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iu- 2 3
mentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus 4 5

a ¶ Tertia vocatio, crebra admonitio est ad fugam.

a ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. O ô o fu- 6
gite de terra aquilonis dicit dominus: quoniam in quatuor 7 8
ventos cæli dispersi vos, dicit dominus. O Sion † fuge quæ 9
habitas apud filiã Babylonis, quia hæc dicit dominus exer- 10 11
b cituum: Post gloriam misit me ad Gentes, quæ spoliauerũt 12
c vos. † Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi † mei. 13 14

E (Hieron.) Aquilo vẽtus frigidissimus, qui corda quæ afflat dura reddit. Præcipitur his qui ierant ad frigus aquilonis, & in toto orbe dispersi erant, & in nocte huius seculi versabantur, vt fugiant ad ecclesiam, & humilia relinquentes, in sublimitate dogmatum consistant.

b *Post gloriam misit me ad Gen.* Vox Saluatoris missi à patre inducitur, qui assumpta carne post gloriã diuinæ maiestatis mittitur ad Gentes, quæ spoliauerunt populum Dei, vt qui ante eos fuerant prædati, prædæ sint seruientibus sibi: & cognoscet turba seruientium, quod Deus omnipotens miserit eum.

c *Tetigerit vos.* Tactus pro vexatione accipitur: Qui ergo sanctos Dei tangit, sic est quasi vexare cupiat pupillam eius oculi, vt illum priuet clara luce: vnde in Euangelio: *Vos estis lux mundi.* (Matth. 5.)

✠ RVPERT. Deus quomodo cogitauit, ita & fecit, leuauit manum suam super Romanos, qui spoliauerunt Iudæos ornatu ciuitatis & templi: & ecce ipsi sunt prædæ Iudæis, scilicet Apostolis, qui sunt ex Iudæis eo modo quo sunt piscatoribus pisciculi. Sic enim quibusdam dixit: *Venite post me faciam vos piscatores hominũ.* (Matth. 4.) Isti & similes illis, sunt, quos *qui tetigerit, tanget pupillam oculi mei*: non vt ego cæcus fiam, sed vt cæci sint ipsi qui tetigerunt, *& ego abscondam faciem meam ab eis.*

✠ DIDYM

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *angelo superiori: quia secundũ ordinem hierarchicum superiores angeli illuminant medios, & medij inferiores. & ex hoc patet quod hæc reuelatio est de alia re quã præcedẽs: quia est de Ierusalẽ spirituali. Ideo sequitur.*

1 Absque muro, &c. *Quia ecclesia non confidit in murorum fortitudine, sed in diuina protectione.*

2 Præ multitudine. *Quod impletum videtur in fidelium multiplicatione per orbem vniuersum.*

C 3 Hominum & iumentorum. *Quia credentium aliqui sunt sapientes & literati qui homines dicuntur, alij verò simplices & illiterati, qui iumenta nominantur, Psal. lxxij. d.* Vt iumentũ factus sum apud te, & ego semper tecum.

4 Et ego ero ei. *id est, protector & defensor.*

5 Et in gloria. *Quia Deus in ecclesia honoratur, & ideo ad eam homines inuitantur, cum subditur.*

6 O o o fugite de terra. *id est, de potestate diaboli.*

7 Quoniam in quatuor. *i. spargi permisi per varios errores ante aduentum Christi.*

8 O Sion. *i. populus præuisus ad fidem: Nomine enim Ierusalem & nomine Sion intelligitur ecclesia, vt declaratum fuit Isa. ij. quæ est idem quod fidelis populus, quia ecclesia non est ipsi parietes, sed fideles.*

9 Fuge. *De potestate diaboli.*

10 Quæ habitas. *i. cultũ idololatriæ: non enim potest hic intelligi conuenienter per filiam Babylonis ciuitas vel terra Babyloniæ, quia longè ante tempus huius prophetiæ ciuitas Babylonis fuerat destructa per Cyrum & Dariũ: & Iudæi remissi in Iudæã, vt habetur* j. Esdræ. *Et licet aliqui remanserunt in terra Babylonis detenti amore vxorum quas ibi acceperant & prolis quã ibi fecerant, vt dictũ fuit ibidem, tamen illi videtur probabiliter fuisse pauci cõparatiuè, quia omnes naturaliter inclinantur ad reuertendũ in terrã originis suæ, & maximè de terra in qua detinentur in captiuitate & seruitute. Nec rationabiliter potest dici, quod illi qui remanserunt moneantur hic fugere propter vastationem imminentem illi terræ: quia à tempore Cyri legitur regnũ eius & successorũ suorũ satis quietũ fuisse vsque ad tempus Alexãdri magni, qui regnũ illud vi armorũ subiecit sibi. Itẽ quia terra quæ hic dicitur filia Babylonis, immediatè suprà dicitur terra aquilonis. Babylonia verò non est ad aquilonem respectu Iudeæ sed magis ad orientem: Et ideo per Babylonem quæ confusio interpretatur: & per aquilonem de quo dicitur Ierem. j. c.* Ab aquilone pandetur omne malũ: *potestas dæmonis metaphoricè seu figuraliter designatur. sicut & beatus Petrus in fine primæ canonicæ suæ dicit:* Salutat vos ecclesia in Babylone collecta. *id est, in Roma: quia tunc tempore Neronis ibi vigebat potestas dæmonis.*

11 Quia hæc. *id est, angelorum. vnde in Hebræo ponitur hic nomen domini tetragrammaton soli Deo appropriatum: vbi translatio nostra habet dominus.* F

12 Post gloriam misit me, &c. *Secundum seriem textus non est verbũ Zachariæ, sed Dei dicentis se mitti: quod verificatur in Christo, qui est verus Deus à patre missus pro salute generis humani, & huic consonat quædã glo. Hebraica hic à Ra. Sa. inducta, quæ talis est.* Post gloriam misit me. *Glo. post honorẽ redditũ Esau veniet Messias. In antiquis etiã glossis Hebraicis princeps Romanus frequenter Esau, & Roma mons Seir nominãtur: & sic impletũ est in domino Iesu Christo, quia post gloriam monarchiæ adeptã à Romano principe Cæsare Augusto. propter quod fecit describi orbem vniuersum tanquam sibi subiectum, natus fuit Christus, vt patet Lucæ secundo.*

13 Ad Gentes quæ. *i. ad Iudæos qui fideles primitiuæ ecclesiæ grauiter tractauerũt. Act. octauo quibus prædicauit dominus in persona propria. Et dicuntur hic Gentes, quia tunc non viuebant secundũ legem vt Iudæi, sed transgredientes propter mandata hominũ, vt patet in Euangelio.* Vel, ad Gentes. *i. Romanos principes qui in primitiua ecclesia fideles persequebantur in corporibus suis & bonis: quibus prædicauit Christus per apostolos Petrum & Paulum & alios doctores sequentes.*

14 Qui enim. *i. solicitè vos custodiant: sicut custoditur oculi pupilla: licet enim tunc Christus permiserit fideles corporaliter perturbari, tamen custodiuit eos sollicitè in spiritualibus bonis, in quibus tunc creuit ecclesia, merito & numero fidelium magis quàm tempore pacis. Quod fuit figuratum in filijs Israël,* qui quantò magis affligebãtur ab Aegyptiis, tãtò magis multiplicabãtur & crescebãt, Ex. j. *ideo subditur:*

✠ 1 Quia

A ✠ DIDYMVS Alex. Si quis semetipsum seruat, orat diuinitus custodiri, vt intactus permaneat à maligno. Custodiæ autem diuinæ exemplum est, quo ait: *Domine, seruabis nos, & custodies nos.* Et illud: *Sub vmbra alarum tuarum protege nos.* Et illud: *Pater sancte, custodi eos.* (Com. in c. 5. primę epist. Ioan. Psal. 16. Ioan. 17. Psal. 90.) Tangit autem aliquem malignus lædens & affligens eũ, quod manifestum est ex eo quod ait: *Nõ continget te malum*: & ex eo quod dictũ est à Deo benefacientibus: Qui tetigit vos, tangit pupillam oculi mei. Lege Eusebiũ Cæs. lib. 6. de demonstratione euangelica, cap. 16.

(Hieronym.) a *Quia ecce ego leuo manum.* Leuat Deus manum, vt percutiat Gentes aduersarias, B († 50. di. c. Iesus. De pœni. di. 2. c. si enim, vers. Iesus quoque.) & populum suum ad Ierusalem reducat vel in ecclesiam: & nunc intelligũtur per Gentes contrariæ fortitudines, quæ peccatores quotidie suæ subiiciuntur potestati.

b *Lauda & lætare filia Sion.* Rectè post captiuitatem filia Sion (Vide Euseb. li. 6. demõstrat. euan. cap. 17.) prouocatur ad gaudium. vnde dicitur: *Cum conuerterit dominus cap. &c.* D (Psal. 52. d.)

Adhuc verba domini hortantis populum, vt post captiuitatem in sede pristina restitutus gaudeat, & laudet Deum habitantem in medio eius, in quem Gentes sunt crediturae.

a Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ 1 2
¶ Sic. ¶ Qui me misit mecum est.
his, qui seruiebant sibi, & cognoscetis, quia dominus exerci- 3 5 6
¶ Ergo. ¶ Ecclesia. a ¶ Exiui à patre, & veni in mundum.
b tuum misit me. Lauda & lætare filia Sion quia ecce ego vẽnio 7
a ¶ Cum hominibus conuersatus est. b ¶ Postula à me & dabo tibi Gen. hære. t.
& habitãbo in medio tui, ait dominus. Et ãpplicabuntur Gen- 8 9
¶ Patrem. ¶ Tunc. ¶ Sicut patri. ¶ Peculiarem.
tes multæ ad dominum in die illa, & erũt mihi in populum & 10
a ¶ Hoc iam quia. ¶ Ego vobiscum sum vsque ad consummatio. seculi. b ¶ Ex hoc. ¶ Pater. ¶ In mũdum.
hãbitabo in medio tui: & sciẽs quia dominus exercituum misit
a ¶ Filium. b ¶ O ecclesia. c ¶ Confitentes & credentes in se. d ¶ Ecclesiam.
mẽ ad tẽ. Et possidebit dominus Iudãm partem suam in † ter- 11 12
a ¶ Non alibi. b ¶ A malis. c ¶ Pacem amantes. d ¶ Cum dominus sit possessurus Iudæã & electurus
c ram sanctificãtã, & eligẽt adhuc Ierũsalem. Sileat omnis cãro, 13 14 15
¶ Ierusalem, omne genus hominum timeat aduentum domini.
d à facie domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo. 16

c *Ierusalem.* Quam tentationi dereliquerat in persecutionibus Iudęorũ: Alij putant sub Zorobabel & Iesu hæc esse completa, quãdo duæ tribus (quę dicuntur Iuda) reuersæ sunt de captiuitate Babylonis, decem retẽtis in perpetuo exilio.

d *Quia consurrexit de habitaculo sancto suo.* E Surgere dicitur Deus, quando quasi de somno euigilat ad vindictam populi sui, & hoc de habitaculo, id est, patriarchis, prophetis, & apostolis, in quibus & cum quibus dominus ad iudicium ad vindictam se venturum testatur. (Surgere quã do Deus dicatur.)

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quia ecce ego leuo, &c. id est, virtutem.

2 Super eos. *id est, principes Romanos & eorum ministros.*

3 Et erunt prædæ. *quia principes Romani & alij ei subiecti, qui in primitiua ecclesia affligebant fideles seruitute dura, & eis abstulerunt bona sua, modo supposuerunt colla sua iugo Christi & eius ministris, dotantes ecclesias temporalibus bonis.*

C 4 Et cognoscetis. *per experientiam bonorum & miraculorum.*

5 Quia dominus, &c. *id est, Deus pater dominus angelorum.*

6 Misit me. *pro generis humani salute: & ideo pro tãto beneficio inuitatur ecclesia ad laudem diuinam, cùm dicitur*: Lauda & læ. &c.

7 Quia ecce ego ve. *per carnis assumptionem.*

8 Et habita. in medio tui. *conuersando & prædicando. Ioan. 1. a.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.

9 Et appli. Gen. mul. ad dominum. *quod patet impletum per conuersionem Gentium ad fidem Christi per orbem vniuersum.*

10 Et erunt mihi in po. *Quia inter credentes,* non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium. ad Rom. 10. c.

11 Et posside. do. Iudam. *id est, confitentes Deum: quia* corde creditur ad iustitiam: & ore confessio fit ad salutem. *Et quòd per donum Iuda tales intelligantur, etiam secundum doctores Hebræorum, fuit ostensum Iere. 23. & 34.* F

12 Partem suam. *id est, præmium suum.*

13 In terram sanct. *id est, in cælo. quod vocatur terra viuentium.*

14 Et eliget adhuc Ierusalem. *cælestem.*

15 Sileat om. ca. *à blasphemijs domini nostri Iesu Christi.*

16 Quia consur. de ha. san. &c. *id est, consurget in finali iudicio ad mala puniendum, & bona præmiandum.*

ADDITIO.

In cap. 2. vbi dicitur in po. Et ego ero, &c. *Super hoc quod dicitur: Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis. Glossa interlinearis. Murus, id est, defensio suis, ignis hostibus.*

CAPVT III.

(Hieron. Remig.) a ET *ostendit mihi.* Prophetata restauratione Ierusalẽ cuius minister erat Iesus sacerdos, & pro qua etiã ipse Deum exorabat, inducitur diabolus aduersarius, volens populum retinere in captiuitate, sed non potuit præualere.

(Psal. 109. a.) Dominus Iesus Christus *sacerdos est in æternum secundum ordinẽ Melchisedech.* Qui quoniam per se videri non potest, à domino prophetę ostenditur per carnis assumptionem, stans coram angelo, per quẽ angelus magni consilij intelligitur, non quòd duas personas in filio percipiamus, sed quòd vnus & idem quasi homo sordidatus ostendatur, & quasi angelus mediator Dei & hominum apparere dicatur. Stat autem, qui stabili consistit gradu. *Et Satan stabat à dex. &c.* quia dominus tentatus est per omnia absque peccato, & tentator à dextris stat: quia virtutibus Christi contraire conatur. Increpet in te dominus pater: non quòd ipse, qui loquitur increpare non possit, sed quia ex vnitate naturæ, cùm alter increpauerit, increpet & ipse, qui loquitur: quia pater & filius vnus est dominus. vnde: *Qui videt me, vid. & pa.* (Ioan. 14. b.) Iste eligit ecclesiam, quæ Dei pacem contemplatur. Hic est torris erutus ab igne, quia in seculo fuit, nec eius incẽdio est attactus. (Exod. 3.) *Ardet enim rubus, & non comburitur.* Hic est etiam indutus sordidis vestibus: quia, *Qui peccatum non fecit, pro nobis peccatum factus est.* (2. Cor. 5. d.) Sed hæc sordida vestis est ei ablata, cum nostra deleuit peccata, vt quia ille sordidis indutus est vestibus, nos resurgentes in eo semper candida habeamus vestimenta. Mutatoria, sunt caro iam immortalis & impassibilis. Cidaris super caput, splẽdor est diuinæ maiestatis, vt idem homo & Deus intelligatur.

CAPVT III.

a ¶ Orantem pro reditu populi.
a ET ostendit mihi sacẽrdotem ma- 1
a ¶ Filium Iosedech, qui cum Zorobabel præfuit populo. b ¶ Qui & ipse de reditu populi laborabat.
gnum Iẽsum stantem coram angẽlo domini,

✠ CLEMENS Rom. Diabolus inuidens sanctæ Dei ecclesiæ, excitauit in nos (apostolos & apostolicos viros) ærumnas, persecutiones, perturbationes, blasphemias, schismata, hæreses. Nã populum illum propter Christum interfectum sibi subegit: nos qui ab eius vanitate recessimus, variis modis tentat, vt olim beatum Iob: nam & summo pontifici Iesu filio Iosedec restitit, & nos sæpe cribrare voluit, vt deficeret fides nostra: sed magister noster illum in iudicium adducens dicebat, Increpet in te dominus, qui eligit Israëlem. Nõnne hic est auulsus tanquã titio? (Lib. 6. cõst. Apost. c. 5.)

✠ TERTVL.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT III.

ET ostendit. *Post ciuitatis & templi reædificationem, hìc propheta consequenter denunciat ædificantium consolationem, & primò Iesu summi sacerdotis, secundò Zorobabel ducis. cap. sequen. Circa quod sciendum, quòd sicut dicit Ra. Sa. Prophetæ principaliter locuti sunt de diebus Messiæ: Ideo propheta primò denuntiat consolationem summi sacerdotis de eius emendatione, secundò de Christi incarnatione, ibi:* Audi Iesu. *Circa primum sciendũ, quòd Iudæi redeuntes de Babylone peccauerunt grauiter accipiendo alienigenas vxores, vt habetur 1. Esdr. 10. Et sacerdotes sicut alij in hoc peccauerunt, & cum eis Iesus filius Iosedech sacerdos summus, sed ad exhortationẽ Esdræ eiecerunt eas, & hoc est quod dicitur.*

1 Et ostendit mihi, &c. co. an. *scilicet, Michaele prælato toti Iudæorum populo, vt prædictum est.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Et ostendit mihi sacerdotem magnum.* Ad literã iste fuit Iesus filius Iosedech, qui fuit bonæ vitæ: sed negligens in regimine, quia filij sui ipso sciente acceperũt vxores alienigenas: propter quod imputatum fuit sibi in peccatum, nam hoc erat contra diuinæ legis præceptũ, Exod. 34. Igitur per istum significatur prelatus bonæ vitæ, sed negligens in subditorum correptione: propter quod peccata, quæ per suam negligentiam committuntur sibi imputãtur. vnde Hiero. dicit de Eli, qui similiter fuit negligens in correctione filiorum: Eli pro iniquitate filiorum suorum damnatus est. Corripuit quidem eos, sed lenitate patris nõ autem autoritate pontificis. Et hoc notatur de isto cùm dicitur.

✠ MORAL.

a ¶Aduersarius diabolus. b ¶Non à sinistris, quia vera erat eius accusatio. c ¶Vt quasi indignum dicens, qui exaudiatur.
a & Satân stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit domi- 1 2
a ¶Accusatorem. b ¶Increpatio Dei tuæ malæ voluntati effectum auferat. ¶Deus de se per tertiam personam loquitur.
b nus ad Satan: Increpet dominus in te Satan, & increpet domi-
nus in te, qui elegit Ierusalem. Nũquid non iste torris est eru- 3
a ¶Vel ob coniugium illicitum, vel pro peccatis populi, vel pro squalore captiuitatis. 4
tus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat 5
a ¶Præcipiens ex persona domini ¶Aliis angelis.
ante faciem angeli. Qui respõdit, & ait ad eos, qui stabant co- 6 7
¶De quibus suprà dixerat. a ¶Cum illi præceptum opere complessent, idem angelus di. ad eum.
ram, se dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad 8
a ¶Hæc sunt sordida vestimenta. b ¶Israelitem coniugem tibi copulaui.
eum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuã, & indui te mutatoriis. 9
a ¶Id est, mitram per quam sacerdotij dignitas intelligitur, quia ablatis sordibus peccatorum, iam mundum habet sacerdotium.
Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posue- 10
¶Filium Iosedec.
runt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus. Et angelus domini stabat & contestabatur angelus 11 12
a ¶Filium Iosedech. ¶Christum. ¶In me.
domini Iesum, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: 13
a ¶Ecce sanus factus es: iam no. pec. ne de. ti. ali. con. b ¶Ambulauerint membra tua. ¶Præcepta mea custodienda.
c Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custo- 14 15
a ¶In perfectis hoc est præmium tuum. ¶Tanquam pontifex.
dieris, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies 16

☞ ✿ TERTVLLIANVS. Apud Zachariam in persona Christi, (A) imò & in ipsius nominis sacramento, verus summus sacerdos patris Iesus duplici habitu in duos aduentus deliniatur. Primò sordidis indutus est, id est, carnis passibilis & mortalis indignitate, cùm & diabolus aduersabatur ei, autor, scilicet, Iudæ traditoris, qui eum etiam post baptismũ tentauerat. Dehinc spoliatus pristinas sordes, exornatus podere & mitra, & cidari munda, id est, secundi aduentus; quoniam gloriam & honorem adeptus demonstratur, &c. [Lib. aduers. Iudæos, cap. 14. & lib. 3. aduc. Marc. cap. 7.]

✿ IVSTINVS Martyr. [Dialog. cũ Tryph.] Sicut per Iesum filium Naue actiones prænunciantes olim gerenda per nostrum (B) dominum editæ sunt, ita reuelationem factã in Babylonia sub Iesu sacerdote vestri populi, me posse referre ad Christũ nostrum contendo, &c. Quẽadmodũ enim ille dicitur sordidatus, eo q vxorẽ meretricem duxisse narratur, sic nos omnes Christiani sordidis vestibus, id est, peccatis exuti, ignisq; per verbum vocationis eius, verè pontifices Dei reddimur, &c.

✿ GREGORIVS. [Li. 20. Moral. c. 18.] Satan à dextris Iesu stetit, quia illum ei populum rapuit, qui dudum dilectus fuit. Sed quia in fine Iudaicus (C) populus est crediturus (*reliquiæ*, ait, *saluæ fient*) Satã à dextris dominus remouit, dicens: *Increpet dominus in te Satan*, & eiusdem populi liberationem indicans subdit, *quia elegit Hierusalem*. Qui nimirum populus quia ad gehennæ incendia perfidia duce defluebat, sed dum ad fidem reducitur, ab eadem æterno ignis incendio liberatur, statim de eo illic subditur: *Nunquid non est iste torris erutus de igne?* Vide Eusebium Cæsar. lib. 5. Demonstrationis euang. cap. 27.

[Hieron.] a *Satan stabat à dex. eius.* ALLEGORICE. Quia illum populum ei rapuit, qui dudum ei dilectus fuit. Gentilitas, quæ pro sinistro habita fuerat, credidit: & Iudaicus populus, qui pro dextro, ad perfidiã declinauit. [Rom. 9. f.] Sed quia reliquiæ in fine saluæ fient, dominus remouet Satan à dextris suis dicens.

b *Increpet do. &c. el. Ie.* Eiusdem populi liberationem indicat, qui elegit Ierusalem. *Iste est tor. eru.* Id est, ab æterni ignis incendio liberatus, in quem duce perfidia defluebat.

[2. Esdr. 14. c.] Legitur in Esd. & in Malach. quòd Iesus cùm cæteris alienigenam duxit vxorem, vnde verè accusatur. Cum ergo de cunctis (D) Iudææ vrbibus nunc Ierusalem sit electa, Deo non imputante ei peccata, quæ fecit: cur Iesum conaris obruere, qui quasi ticio semiustus de Babylonia euasit.

c *Si in vijs meis.* Post ablutionem sordidæ vestis & restitutam dignitatem mũdi sacerdotij, præcipitur Iesu filio Iosedech, vt custodiat vias Dei, & præponitur præmiũ, quòd ideo sit perseueraturus iudex & põtifex in templo Dei, & habiturus de numero angelorum, qui eo tempore ibi astabant quorum auxilia contra hostes circumuallaretur.

✿ RVPERTVS. Isti duo Zorobabel, & Iesus filius Iosedech, (E) multum in hac parte mũdo profuerũt, quia in reuersione de Babylonia principes extiterunt, templumq; fundauerunt & perfecerunt, loco vel genti recuperandæ studentes, vnde salus veniret, *quia salus ex Iudæis est*. [Ioan. 4.] Honorauit igitur eos Spiritus sanctus, vt in nominibus vel figuris eorum, venturi Christi mysteria significarentur, pro eo quòd eius aduentu, vel regno labor & opus eorum famulabatur. (F)

[Hieron.] ALLEGORICE. Dirigitur sermo ad Christum pro nobis in carne pauperẽ factum, ad quem refertur sicut ad caput, quidquid de membris eius dicitur, & noster profectus, eius est victoria. *Cum ergo peruenerimus in virum perfectum in men. æta. ple. Christi:* [Ephe. 4. c.] ille iudicabit domum Dei, id est, nos, qui sumus ecclesia, pro meritis singulorum constituens in ecclesiis prophetas, apostolos, doctores, & huiusmodi. Vnde: *Deus stetit in synagoga Deorum, in me. autem de. di. diuidens singulis prout vult.* [Psal. 81. a.] Et tunc dabũtur ei angeli ad ministrandum, id est, homines, qui in carne constituti angelicam vitam ducent: qui non fluctuabunt, sed assistent ei in ecclesia cum Iesu stant e stabiles.

Si in vijs meis ambulaueris, &c. ✿ RVPERTVS. Hæc ad illum hominem Iesum esse dicta, rectè intelligimus absque significationis vel mysterij clausura, quod ex eo vel maximè constat, quòd præmisso, *si in vijs meis ambulaueris*, ita personam vel causam illius hominis determinat, *tu quoque iudicabis domũ meam, &c.* Cùm enim dicit, *Tu quoque*, satis innuit ea, quæ præmissa sunt, & quæ sequentur, de alio dicta, & propter alium esse facta vel ostensa, &c.

a Audi

NICOLAVS DE LYRA.

✿ 1 Et Sa. sta. &c. vt ad. *accusando eum de transgressione filiorum suorum: sicut Eli fuit reprehensus à domino & punitus de transgressione filiorum suorum 1. Reg. 3. non enim legitur, quòd iste Iesus in persona propria vxorem alienigenam acceperit.*

2 Et dixit domi. &c. *Hic in Hebræo habetur nomen domini Tetragrammaton soli Deo appropriatum, vbi translatio nostra habet:* dominus. *Et quia ponitur hic ter, & loquendo quasi de persona alia, satis apertè ostenditur in Deo Trinitas personarum.*

3 Nunquid non iste, *scilicet, Iesus.*

4 Torris est erutus de igne. *id est, quasi ticio semicombustus in tribulatione captiuitatis Babylonicæ, quasi diceret, Sic: & adhuc vis eum totaliter totum comburere?*

5 Et Iesus erat indutus vestibus sordidis. *quia culpam incurrerat ex negligentia arguendi filios suos, & etiam alios ad quod tenebatur ex officio, cum esset pontifex summus.*

6 Et ait. *scilicet, Michael.*

7 Ad eos, &c. *id est, alijs angelis superioribus.*

8 Auferte vestimenta sordida ab eo. *Per hoc designabatur remissio culpæ de qua pœnituit: & filios suos & populum ad abijciendum vxores alienigenas induxit.*

9 Et indui te mutatoriis. *id est, gratia & virtutum indumentis.*

10 Ponite cidarim. *i. mitram, qua vtebatur summus pontifex: & per hoc designatur, quòd dignè exerceret officium, culpa per gratiam deleta.*

11 Et angelus domini. *scilicet, Michael.*

12 Contestabatur Iesum. *in bono ipsum confirmando.*

13 Hæc dicit dominus. *qui est ipsa veritas.*

14 Si in viis meis ambu. *legem meam custodiendo.*

15 Et custodiã, &c. *reuerenter & debitè officiũ pontificis exercẽdo.*

16 Tu quoq; iudicabis, &c. *id est, in officio pontificis perseuerabis.*

✿ 1 Et

MORALITER.

✝ 5 *Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* Sed quia Iesus iste correctionem adhibuit ad monitionem Esdræ: Ideo sequitur.

8 *Auferte vestimenta, &c.* Et per hoc significatur, quòd prælatus bonæ vitæ si fuerit benè correctus de defectibus negligentiæ, vestimenta recuperat virtutis & gratiæ: cùm hoc promittitur sibi directio diuina, & angelorum custodia, cum dicitur.

11 *Et angelus domini stabat, & contestabatur.* & patet sententia.

✝ MORAL.

a ¶Vnde: Adorate dominum in atrio sancto eius. b ¶Tecum qui te custodiunt, quorum auxilio securus non timeas hostes. c ¶Angelis vel sanctis.
atria mea, & dabo tibi † ambulantes de his, qui nunc hic as- 1
¶In conspectu tuo.
a sistunt. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui ha- 2 3
bitant coram te, quia viri † portendentes sunt. Ecce enim ego 4 5
¶Adducitur. 6
b adducam seruum meum † Oriẽtem: quia ecce lapis quem dedi 7
¶Iustum.
coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. Et ecce 8 9
ego † cælabo sculpturam eius, ait dominus exercituum: & au- 10 11
feram iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa, dicit do- 12
minus exercituum: vocabit vir amicum suum subter vineam 13 14
& subter ficum.

[† via inter hos qui. † portenti. † germen. † aperio apertura, cælo cælaturã eius.]

☞ a *Audi Iesu sacerdos magne.* Promiserat Iesu filio Iosedech, quòd (A) iudicaret & domum eius, & custodiret atria, & haberet angelos ministros angelicæ dignitatis. Nũc dicit ei & amicis eius, id est, discipulis eius & prophetis, qui sunt viri portendentes, id est, positi in signum futurorum, quòd plenam fœlicitatem & perfectam beatitudinẽ sint habituri, quando ille venerit cui nomẽ est Oriens. [Infrà 6. c. Ephe. 2. d.] Qui etiã lapis angularis dicitur, cõiungẽs duos parietes in vnum: Super quem septem oculi, de quibus Isa. [Isa. 11. a.] *Et requiescet super eum spiritum sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus tuus domine.*

(B) b *Adducam seruum meum Orientem, &c.* ✿ R. IONATHAN. Ecce addduco seruum meum Messiam, & reuelabitur.

✿ RVPERTVS. Inde Oriens dicitur, quia lux vera est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & inde seruus, quia *semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* [Philip. 2.]

[Hieron. Remig.] ALLEGORICE. Iesus magnus sacerdos, dominus Saluator: Amici eius, apostoli, qui sunt portendentes viri, id est, facta eius mysticè accipientes vel aspicientes, & de præsentibus futura cognoscentes, qui cæcum natum sub populo Gentilium interpretatur. [Ioan. 9. a.] Qui etiam secundum aliam figuram Oriens dicitur pro lumine, & lapis, qui secundum Danielem de monte abscisus est pro robore, quo omnia regna conterit. [Dan. 2. e.] Dicitur ergo Christo: Tu & apostoli tui, audite promissiones quas feci implẽdas in vobis: & statim vertitur sermo ad auditores loquens de ipso Christo: *Ecce enim ego addu. ser. meum*, dominũ, scilicet, Christum: Qui etiam lapis est conterens inimicos. Quem ego de. co. (C) Iesu filio Iosedech, quia post illum venit, & in facie eius datus est, quia per se intelligebat illum præfigurari: In quo vno septem oculi, quia in illo fuit plenitudo totius gratiæ spiritualis. (D)

✿ GREGORIVS. [Li. 2°. Moral. c. 16.] Nullus hominum operatione sancti Spiritus operationes septiformes simul omnes habuit, nisi solus mediator Dei & hominum, cuius est idem Spiritus, qui de patre ante secula procedit. Bene ergo dicitur, *Super lapidem vnum septem oculi sunt.* Huic enim lapidi septẽ oculos habere, est simul omnem virtutẽ Spiritus septiformis gratiæ in operatione retinere. Alius namque prophetiã, alius scientiam, alius virtutes, alius genera linguarum, &c. accipit: ad (E) habenda verò cuncta eiusdem Spiritus munera nemo pertingit. At verò conditor noster infirma nostra suscipiens, quia per diuinitatis suæ potentiam simul se habere omnes sancti Spiritus virtutes edocuit, micantes proculdubio pleiades iunxit, &c.

[Hieron. Remig. Rupert.] Seruat metaphoram lapidis: q. d. Hunc lapidem clauis crucis, & lancea militis faciam vulnerari: Et in eius passione delebitur iniquitas terræ, in vna die, de qua dicitur: *Hæc est dies quã fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.* [Psal. 117. d.] Et in illa die passionis vocabit vir, id est, perfectus vir in Christo, amicum suum, id est, credentes ex Iudæis vel Gentibus, vt sint sub vinea, cuius fructus *lætificat cor hominis.* [Ibid. 103. b.] & qui ait: *Ego sum vitis.* [Ioan. 15. a.] & subter ficum, id est, dulcissimam refectionem spiritussancti.

LXX. Ecce ego foueam fodiam. Hoc Iudæi ad finem mundi referunt, quando veniet iudicaturus Christus, qui fodiet, id est, in medium proferet opera singulorum, & in illa die vocabit vnusquisq; sanctorum amicos, id est, alios sanctos ad requiem, vt operum suorum virtute gaudeant. (F)

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✿ 1 Et dabo tibi am. de his, qui nunc hic assi. *id est, de angelis hic assistentibus dabo tibi adiutores & directores in officio tuo.*

2 Audi Iesu. *Hic consequenter ponitur consolatio Iesu sacerdotis de Christi incarnatione, quam summè desiderabant patres veteris testa. Ideo subditur:* Audi Iesu. *q. d. rem valde grandem ego sum tibi dicturus.*

3 Tu & amici tui. *id est, illi, qui sunt parati ad abijciendum alienigenas vxores & legem seruare.*

4 Quia viri por. sunt. *Id est, in futurum expectantes scilicet, Christi mysterium. Dicitur enim portendens à portendo, dis: quod est aliquid in longinquum designare vel expectare. Ra. Sa. dicit, quòd isti fuerunt Ananias, Misael, & Azarias, qui de Babylone redierunt cum Zorobabel & Iesu sacerdote, & erant ei familiares & amici. Et dicuntur hic viri portendentes, quia in eis fuit factum porten um, id est, mirabile signum, quando de camino ignis exierant illæsi, vt habetur Dan. 3.*

5 Ecce enim ego addu. ser. me. Orien *In Hebræo habetur, germinantem, & exponit hoc Ra. Sa. de Zorobabel, qui dicitur hic germinãs, eo quòd genuit Neemiam, vt ipse dicit, qui ædificauit ciuitatem Ierusalem, sicut pater suus templum antè cõstruxerat. Sed hoc non videtur verum, quia 2. Macha. dicitur quod iste Neemias erat sacerdos, & sic de tribu Leuitica. Zorobabel autem fuit de tribu Iuda, vt patet Mat. 1. Et ideo aliqui expositores catholici dicentes cum Ra. Sa. quòd hæc scriptura intelligitur ad literam de Zorobabel, dicunt, quòd hic vocatur Oriens, quia fuit ortus de tribu regia, & quia prosperatus fuit in ædificio templi: sed isti cum Ra. Sa. videtur Iudaizare, & magis quàm antiqui Hebræi, vnde vbi translatio nostra habet:* Ecce enim ego adducam seruum meum Orien. &c. *translatio Chaldaica apud Iudæos autẽtica sic habet:* Ecce ego adducam seruum meum Messiam, & reuelabitur. *Ex quo patet, quod de Christo ad literam intelligitur.*

6 Quia ecce lapis. *id est, Christus, qui dicitur* lapis abscisus de monte sine manibus, Daniel. 2. e.

7 Quem dedi coram Iesu. *Quia vidit eum per fidem futurum sicut Saluator dicit Ioan. 8. g.* Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.

8 Super lapidem vnum. *id est, Christum, qui est vnus in persona, licet in eo sit duplex natura.*

9 Septem oculi sunt. *id est, septem dona spiritussancti, quæ in plenitudine quieuerunt in Christo homine, secundum quòd dicitur. Esa. 11. a.* Requiescet super eum spiritus domini, &c. *Quod ad literam intelligitur de Christo etiam secundum dicta Hebræorum, vt ibidem fuit diffusius declaratum.*

10 Ecce ego cælabo sculp. eius. *quia corpus Christi fuit formatum & figuratum in vtero virginis virtute diuina.*

11 Et auferam iniqui. terræ illius. *id est, mundi totius. Vel per septem oculos vniuersitas angelorum designatur. vnde Dan. 4. angeli dicuntur vigiles. & Mat. 18. b.* Angeli eorum semper vidẽt faciem patris. *Et isti septem ocul. sunt super Christum, quia semper sunt attenti ad exequendum eius mandatum quia ipse est rex angelorum, & hæc expositio magis concordat literæ sequenti.*

12 In die vna. *i. in die passionis suæ. secundum quod dicitur Ioan. 1. d.* Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. *Considerandũ autẽ, quod hic dicit Ra. Sa. q ipse nescit, quæ sit ista dies, quia nõ potest assignare aliquam diẽ, super perfidiã Iudaicã (quæ negat Christũ venisse) in qua terra Iudææ fuerit absq; iniquitate, & ideo ex hoc quòd confitetur hanc ignorantiam, præter eius intentionẽ confirmat catholicam veritatẽ.*

13 In die illa. *id est, tempore Christi.*

14 Vocabit vir ami. suum. *Per talem modum loquendi significatur tempus magnæ pacis in pluribus locis sacræ scripturæ: & sic fuit in natiuitate Christi propter quod tunc descriptus fuit orbis, vt dictum est suprà omnibus terris sub imperio Romanorum pacatis.*

✿ CAP

MORALITER.

✝ 2 *Audi Iesu sacerdos magne.* Per hoc ostenditur, quòd bonus prælatus per Iesum significatus habere debet amicos & familiares, qui sunt viri portẽdentes, id est, aliquid in longum expectantes: & tales sunt illi, qui non ponunt finem suum in bonis præsentibus & transitoriis, sed in futuris & æternis.

5 *Ecce enim ego adducam, &c.* Hic ad literam ponitur reuelatio de aduentu Christi primo: propter quod de alia expositione pertranseo.

✝ MORAL.

CAPVT IIII.

a ET reuersus est. Nunquam videtur abisse qui loquebatur in propheta: sed sciendum quoties humana fragilitas suæ relinquitur imbecillitati, Deum à nobis, & angelorum eius auxilium abire. Ergo & propheta stupore magnæ visionis attonitus tota mente torpebat, & clarum lumē veritatis videre nō poterat. Vnde ad aliam visionē cernendā quasi de somno excitatur. Qui dormit illo somno, de quo dicitur: *Si dormit, saluus erit*: potest cantare cū sponsa: *Ego dormio, & cor meum vigilat.*

Ideo angelus interrogat excitatū, vt illo respondente se nescire, nos ab angelo discamus.

b *Et ecce candelabrū.* Hebræus dicit, per candelabrū aureum, legem significari. Per lampadem (quę est in capite) Christum, qui est caput legis, & illuminat mundum. Per septem lucernas, quæ in Christo plenę, quę super candelabrum, quia dictante spiritu sancto lex scripta est. Per septem infusoria (quibus mittitur oleum in lucernas, vt luceant in candelabro) intelligitur, quod per legem septem gratiæ de cælo descendunt ad homines. Per duas oliuas, quæ à dextris & à sinistris: inter quas media lampas lucet, legem & prophetas interpretatur: Angelum quem propheta interrogat, sensum intelligit à Deo illuminatum, qui nobis voluntatem Dei indicat, qui non respondet, sed interrogat: non ex ignorantia, sed vt ad intelligendum excitet. Non in exercitu, nec in robore verbum domini ad Zorobabel: ipsa est interpretatio visionis de reductione populi, quæ non fiet multitudine bellatorum, sed spiritu Dei reductus est populus, & aduersarij denudati. Per montem magnum, qui stat coram Zorobabel, diabolus interpretatur, qui aduersatur Iesu, & eleuatur contra Zorobabel & populum Iudæorum: sed videtur in plano, quia prostratus & humiliatus sub pedibus Israel, quo inuito educit Deus lapidem primarium, id est, Christum filium suum, qui semper auxilium fuit populo Israel: & gratia eius lapidis, in eos quos eduxit de captiuitate, exæquauit

CAPVT IIII.

ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit me quasi virum, qui suscitatur de somnō suo. Et dixit ad me: †Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & †lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eiūs super illūd, & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius: & duæ oliuæ super illud: vna à dextris †lampadis, & vna à sinistris eius. Et respōdi, & aio ad angelū, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc domine mi? Et respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et respondit & ait

a ¶Quietis vel ignorantiæ. b ¶Candelabri. a ¶Lampadis. a ¶Candelabrum. b Erant. ¶Quibus oleum infunditur in lucernis. ¶Erant. ¶Euangelium. ¶Lex. ¶Lampadis.

bono exemplo ædificati glorificent Deum.

c *Et respondit angelus, qui loquebatur, &c.* ✠GREGORIVS. Ne quis prædictis Zachariæ verbis Angeli designatum nomine vel Patrem, vel Filium, vel Spiritū sanctum putet, si textū scripturæ sacræ considerat, quod sentit velociter emendat, quæ nunquam Patrem, nunquā Spiritum sanctum, & nō nisi per incarnationis suæ prædicationem Filium vocat angelum. Vnde in Zachariæ verbis ostēditur, quod verè angelus, id est, creatura loquereturꝰ. ✠ATHANASIVS. Quæ est ista tam impotens (hæreticorum) vecordia? Vbi scripturarum inuenerunt, angelum esse Spiritum sanctum? Iam cùm scripturæ nusquam Spiritum sanctum nuncupent angelum, quid habent, quo se in tam bruta temeritate excusent? Ecce inquiunt, in Zacharia scriptum est: *Hæc dicit angelus, qui loquitur in me*: & certum est hīc angelum Spiritum significare in eo loquentem. Hoc nunquam dicerent, si quod legunt attenderent. Ipse enim Zacharias cùm visionem de candelabro vidisset, ita ait. *Ecce respondit angelus, qui loquebatur in me, Non cognoscis ista, quæ sint?* Ex quibus verbis angelū illū loquentē prophetæ non esse Spiritum sanctū, sed angelū duntaxat: Spiritū autem

Li. 28. Moral. c.2.

Epist. ad Serap. Spiritū S. non esse creaturam.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

ET reuer. est. *Hic consequēter ponitur consolatio Zorobabel ducis de consummatione templi futura quod ipse fundauerat: sed postea opus impeditū fuerat vsq; ad secundum annum Darij regis Persarum, in quo Zorobabel & ei adhærentes resumpserunt opus, vt dictum est suprà Aggei. 1. igitur præsens capitulū in duas partes diuiditur: quia primò huius consummationis ponitur prophetica visio. secundò, huius visionis expositio, ibi:* Et respondi. *Circa primum dicitur.*

1 Et reuertit se angelus. *mihi pro custodia deputatus, qui ad horam disparuerat.*

2 Et suscitauit me. *Ad visionem enim propheticam oportet excitari & eleuari mentem, & sequitur visio, cum dicitur.*

3 Vidi & ecce candelabrum aureum. *Videbat enim visione imaginaria candelabrum aureum simile illi, quod fuerat in tabernaculo Moysi, de cuius materia & forma dictum fuit plenarie. Exod. 25.*

4 Et lampas eius. *id est, sedes lucernæ, quæ erat de auro mundissimo.*

5 Super caput ipsius. *id est, in humanitate candelabri: Et accipitur hic lāpas in singulari pro plurali, sicut Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum, quia septem erant sedes lucernarum, sicut & septem lucernæ. Vel potest dici, quòd hic fit specialis mentio de vna illarum, quæ erat in medio stipitis candelabri: & tres hinc & tres inde super sex calamos eius.*

6 Et septem infusoria. *id est, vasa aurea cum quibus infundebatur oleum in lucernis.*

7 Et duæ oliuæ. *id est, rami oliuarum in superiori parte quasi formam spicarum habentes.*

8 Et respon. *Hic ponitur prædictæ visionis expositio: Et primò de significatione candelabri, secundò: de spicis oliuarum, ibi:* Et respondi. *Circa primum sciendum, quòd candelabrum erat vnum de principalibus ornamentis templi: & ideo non ponebatur ibi nisi post completionem ipsius, & ideo per visionem candelabri designatur futura consummatio templi sub Zorobabel, à quo fuerat inchoatum: & hoc est quod dicitur.*

✠ 1 Hoc

MORALITER.

† 1 *Et reuersus est angelus, &c.* Sequitur.

3 *Vidi & ecce. &c.* Per quod significatur vniuersalis ecclesia & etiam quælibet cathedralis, Apoc. 1. d. *Septem candelabra aurea, septem ecclesiæ sunt.*

4 *Et lampas eius.* id est, lampades: quia ponitur singulare pro plurali, sicut Exod. 8. f. *Venit musca grauissima*, id est, multitudo muscarū. Et ponitur hīc lampas pro sede lucernæ: & ideo sicut erant septē lucernæ, ita septem lampades: per quas significatur vniuersitas doctorum & prædicatorum ecclesię, qui non docent vel prædicant propter quæstum vel laudis humanæ applausum, sed propter honorem Dei & salutem animarum. Et de istis sedibus lucernarum dicitur: *Anima iusti sedes est sapientiæ.*

† *Et septem lucernæ.* per quas significantur 7. virtutes, tres theologicæ, & quatuor cardinales.

6 *Et septem infu. in lu.* per quæ significantur septem dona spiritussancti: Et ista sunt in doctoribus & prædicatoribus bonis.

7 *Et duæ oliuæ super il.* per quas significantur dilectio Dei, & proximi: quæ debet esse in prædicatoribus, quod dominus designauit Luc. 10. quando misit discipulos binos ad prædicandum: Quod exponens Gregor. dicit: Binos ergo discipulos mittit in prædicationem, vt per hoc tacitus innuat, quod qui erga alterum charitatem non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet.

8 *Et respondi, &c.* Ab hoc loco vsq; ad finē capituli ponitur expositio literalis dictæ visionis. Ego autem in hoc opere non ago de expositione literali, sed tantum de mystica vel morali: & ego iam ipsam posui, vt patet: & ideo pertranseo.

✠MORAL.

autem fuisse spiritum omnipotētis Dei, cuius ministerium obibat, famulabatúrque hic angelus: Spiritúmque esse indiuisum à deitate, &c.

ALLEGORICE. Candelabrum, ecclesia aurea, propter spiritalem intelligentiam scripturarum. Lampas Christus, qui in ecclesia fulget. Septē lucernæ & infusoria earū, gratiæ spiritussancti, per quas oleū misericordiæ Dei suscipit ecclesia. Duæ oliuæ, Moyses & Elias, id est, lex & prophetiæ, quæ de Christi passione prædicabant. Vel, oliuæ Euāgelium, quod à dextris, & lex, quæ à sinistris. Mons, diabolus, & Antichristus, qui audet se erigere contra Christum, ad Zorobabel dicens: *Hæc omnia tibi dabo: si procidens adoraueris me:* quē dominus calcauit. dicēs: *Vade retro Satana: Scriptum est enim: Dominum Deū tuum adorabis, & illi soli seruies.* Lapis primarius verbum quod est in principio apud patrem, quod educitur de sinu patris in carne, qui æquat gratiam legis gratiæ Euangelij, vt æquale munus accipiāt, & credētes ex Israel & populus Gētium.

a *Manus Zorobabel.* Principes reuertentium fundamentum templi iecerunt & consummauerunt: & cū videritis in templo quod nunc ædificatis culmen impositum, vos qui tunc dubitatis, nunc scietis, quòd ego Zacharias quidquid dixi, Deo inspirante annunciaui.

ALLEGORICE. Zorobabel, Christus: qui fundat & perficit ecclesiam, in cuius manu corpus ipsius nō plumbeum, sed stanneum & ab omni peccato purissimum. Septem oculi, qui discurrunt in vniuersam terram, septem sunt spiritus: quia nihil latet dominum: sed præteritorum & futurorum & præsentium conscius est, & *reddet vnicuique secundum opera sua.*

✠RVPERTVS. Sensus est. Domum istam manufactam, quam in metu & retardatione ædificare cœpistis, impedientibus aduersariis in breui completam videbitis, ita vt ex ipsa velocitate operis scire debeatis, quòd dominus exercituum miserit me ad vos. *Quis enim despexit dies paruos?* Quod est dicere. Cui non mirum vilum est, aliquando grande opus fieri intra dies paruos siue paucos? Sunt autem pauci dies ab anno secundo Darij regis, à vicesima quarta vndecimi mensis eiusdem anni, qua videlicet die ego loquor vobis in verbo domini, vsque ad tertium diem mensis Adar huius anni, qui sextus est Darij regis. Nimirum pauci dies ad tantum opus, videlicet tantum quatuor anni computantur, & tam paucis diebus opus illud completum fuisse scriptura Esdræ testatur.

b *Quis enim.* Verè Zorobabel & socij eius confisi de auxilio Dei, pro nihilo habebunt dies regum opus Dei impedire volentium: quia quamuis in purpura videant illos splendere, & exercitu circundatos, tamen intelligent vitam eorum paruam & malam, & nihil contra Deum posse: & ideo lætabuntur in expletione operis, & videbunt auxilium Saluatoris, qui de stirpe Zorobabel promittitur, qui lapis pro fortitudine stāneus, murus fortis & robustus: Sicut enim stannum alia metalla ab igne defendit: Et cū fit æs vel ferrum natura durissimum, si absq; stāno fuerit vritur & crematur: sic omnis angelorū & hominum fortitudo, si nō habet auxiliū Saluatoris imbecilla est, & fragilis.

c *Septē sunt isti oculi domini, qui discurr. &c.* ✠RVPERTVS. Lapis stanneus in manu Zorobabel, est Christus natus ex eius genere. Stanneus autem quia gloria humanitatis eius vsque ad passionem mortis longè minor existit, quàm esse cœpit ex virtute resurrectionis. Erat etiam ante passionem habitans in illo omnis plenitudo diuinitatis, requiescēbatque super eum Spiritus septiformis, hīc designatus per septem oculos domini: sed quanto pretiosius stanno aurum, tanto gloriosior est post resurrectionem, quàm fuit ante passionem humanitas eiusdem mediatoris Dei & hominum.

d *Quid sunt duæ.o.* Quia hoc quod quæsieram, non respondit, quia supra me erat & audire non merui, minora interrogaui, secundum illud: *Pulsate, & aperietur vobis.*

Superius dictum erat de duabus oliuis, quod quia propheta non retinuit, hīc interrogans audire non meretur: vel quod ibi obscurius dictū est, hīc manifestius audire desiderat. Vel certè silentio angeli confutatur eius audacia, quia maiora se scire cōtendat. Hebræi dicunt, quia non totum quæsierat quod scire debuerat: ideo nihil hīc respondetur ei de oliuis, sed ipse plenius querit addēs spicas, vel ramos oliuarū, de quibus suprà tacuerat.

✠RVPERTVS. Alij duas oliuas Mosen & Heliā significare volunt, alij legē & euāgelium. Nos postremi quid dicemus? Nihil posse intelligi conuenientius, quàm duo data Spiritus sancti. Bis namque datus est. Primò in remissionem peccatorum per passionem Christi. Secundò in diuisiones gratiarum, per gloriam eiusdem Christi resurrectione & ascensione glorificati & sedentis ad dexteram maiestatis in excelsis. Vna oliua à sinistris, quia datum primum ab humilitate passionis: & vna à dextris candelabri, quia diuisio gratiarum à gloria paterni consessus, credentibus in ipsum prouenit.

TERTVL.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Hoc est verbum domini ad Zorobabel. *id est, visio prædicta est significatiua consummationis templi, sicut & verbum sensibile est signum rei significatæ.* 2 Non in exerci. *id est, non virtute humana consummabitur templum, sed diuina. ideo subditur.* 3 Sed in spiritu meo. *quia Deus inspirauit Dario consummare templum in Ierusalem inchoatum: & ad hoc præbere necessaria, & remouere impedimenta, vt habetur 1. Esdr. 6.* 4 Quis tu mons magne? *id est, diabole per superbiam eleuate, qui opus templi impedisti, incitando ad hoc Gentiles & Cambysem filiū Cyri.* 5 Coram Zorobabel in planum, *id est, deiecteris ab intento, ita quòd amplius impedire non poteris.* 6 Et educet lapi. primarium: *id est, Zorobabel super lapidem fundamenti iam ante positum, educet ædificium in altum.* 7 Et exæqua. gra. *id est, sicut Cyrus dedit licentiam ædificandi, ita per impetrationem Zorobabel Darius dabit gratiam consummandi. Ideo sequitur.*

8 Manus Zorobabel fun. domum istam. *sub Cyro.* 9 Et manus eius perfi eam. *sub Dario.* 10 Et scietis. *per impletionem verbi mei.* 11 Quia dominus ex. mi. me ad vos. *de ædificatione templi exhortando, per impletionem enim suæ prophetiæ apparuit manifestè, quòd fuerat à Deo missus sicut propheta verus.*

12 Quis enim despe. dies par. *id est, statum redeuntium de Babylone, qui despiciebantur & affligebantur à Gentibus circumstantibus, vt patet. 1. Esdræ 4. quia tamen his non obstantibus templum fuit per Zorobabel consummatum. ideo subditur.* 13 Et lætabun. *scilicet, Iudæi prius despecti & impediti.* 14 Et vide. la. stan. *In Hebræo habetur, plumbatum, per quod designatur ædificium templi rectè sublimatum.*

15 In ma. Zoro. *id est, per sollicitudinem & diligentiam eius. Consequenter exponit quod dictum est suprà de oculis super lapidem vnum. cum dicitur.* 16 Septem sunt isti ocu. *id est, vniuersitas angelorum designata per septenarium, eo modo loquendi quo dixit Raphael angelus, Tobi. 12. c.* Ego sum vnus ex septem, qui stamus ante dominum: *omnes enim angeli assistūt coram Deo in quantum faciem eius clarè vident, & omnes mittuntur in ministerium. secundum quod dicitur Heb. 1. d.* Omnes administratorij spiritus sunt, &c. *in quantū voluntatē eius exequūtur: licet enim superiores angeli nō mittātur ad exteriora exēquenda, propter quod dicitur assistentes, alij administrātes: tamen etiā superiores mittuntur ad inferiora: quia superiores illuminat medios, & medij inferiores de agendis secundum ordinem diuinæ voluntatis. Ideo subditur.* 17 Qui discurrunt, &c. *qua omnes agūt ad ea, quæ sūt circa humanā naturā.* 18 Et respōdi. *Hic cōsequēter ponitur expositio de duabus oliuis & spicis earū, & rostris cādelabri: & quia eadē est eorū significatio: ideo datur vna responsio cū subditur in fine ca. cū dicitur.*

✠ 1 Isti

A ✠ TERTVLL. Mosen & Heliã Zacharias vidit in figura duarum oliuarum,& duorũ ramulorum oleæ. Nam hi sunt de quibus dictũ est: Isti duo filij opimitatis assistunt domino vniuersæ terræ. (Lib 4. adu. Marc c. 22.)

ALLEGORICE. Per duas oliuas, duo testamenta, Euangelium spirituale à dextris, lex corporalis à sinistris: & quia nec totum Euangelium nec totam legẽ explanare possumus, quasi ramuscu-los, ex eis excerpimus, quia *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Alij duos ramos oliuarum, vel spicas & filios olei, id est, pinguedinis vel splendoris, sacerdotium interpretantur, & legem, quæ præbeant gaudium vniuersæ terræ. Alij Enoch & Eliã: quorum alter in præputio, alter in circuncisione placuit Deo, & cum corpore raptus est in cælum. D (1. Cor. 13. c.)

(Hieron. Remig.) † in medio duarũ fistularũ aurearũ, quę à semetipsis effundunt in aurum.

a ¶Lxx. duo rami, qui in manibus sunt duarum narium.

oliuarum: quæ sunt † iuxta dũo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicẽs: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei: 1 qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. 2

NICOLAVS DE LYRA.

1 Isti sunt duo filij, &c. *id est, Zorobabel & Iesus pontifex, qui dicuntur filij olei. quia Zorobabel erat de tribu regia, Iesus autem de sacerdotali, dignitas autem vtriusque officij per inunctionem debebat conferri: tamen ista vnctio non fuit tẽpore secundi tẽpli secundum Hebræos.* 2 Qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. *fideliter insistentes operi eius in templi ædificatione. Rostra aurea secundum visionem imaginariam erant duæ recuruationes in candelabro, in quibus pendebant insusoria. De oliuis autem & spicis earum dictum est suprà.*

CAPVT V.

a ET conuer. Superius viderat ædificationem templi, aduentum Christi, populum de Babylone liberatum nũciauerat: sed ne ex visa fœlicitate extolleretur: videt & tristia, vt humilietur ex tristium comminatione.

B b *Volumen vo.* In quo omnium peccata descripta sunt, vt vnusquisq; recipiat secundum peccata sua, siue bonum siue malum. vnde dicitur. *libri aperti sunt.* (Dan. 7. c.)

c *Ecce ego.* GREGO. Quid est volumen volans, nisi scriptura sacra? quæ dum de cælestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ intentionem leuat. Quia dum illam super nos esse aspicim⁹, † vana attẽdere, id est, cõcupiscere deuitamus. Quæ latitudinem cubitorũ 10. lon- C gitudinẽ verò 20. habere perhibetur. quia latitudo operationis nostræ simpla est, & lõganimitas spei in duplum tenditur: quando pro bono opere, & hic nobis requies mentis, & illic gaudia æterna præparantur: attestante veritate, quæ ait: *Si quis reliquerit domos aut agros, &c. centuplum in hoc seculo & in f. &c.* Centenarius numerus, decemplicato denario fit perfectus: Hic itaque centuplum accipit, qui & si nihil habuerit, ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo nihil habere quę rit. Quia ergo per hãc duplũ pro simplo nobis redditur, rectè hoc volumẽ per 20. cubitos in lõgũ tẽditur quod per 20. dilatatur. Sed quia hęc ipsa sacra eloquia ad æternã damnationẽ sunt eis, qui illa vel scire nolunt, vel certè sciendo contemnunt, rectè de hoc volumine dicitur. (Li. 15. Moral. c. 8.) († ima.) (Matth. 19.)

d *Hæc est ma.* Et cur maledictio dicatur, adiungit: *quia omnis fur sicut ibi scriptum est, iudicabitur.* (Gregor. vbi suprà.)

Dicunt quidam viginti & 10. quæ sunt 30. ad ætatem Christi referri, quia *pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio.* In viginti, qui ex duabus decadi bus efficitur, austera & tristia nunciãtur. In 10. id est, vna decade meliora & prospera. In his ergo omnibus numeris prius tristia & posteà læta dicuntur, quia ad hoc corripit Deus, vt emendet, & per omnia supplicia eruditur Israel. Hæc est maledictio contra eos, qui putant furtũ, & periurium esse parua crimina. Dicitur, quòd maledictio, quę in volumine vel falce descripta est, veniat super domum furis & periuri, ibi commorans, & omnia deuastans: quid ergo de his, quæ maiora reputantur crimina, sicut adulterium, homicidium, sacrilegium? (Hieron. Remig. Ioan. 5 d.) E († suprà 1. d. & 2. a. infrà 6 a.) (Iere. 12.) F

CAPVT V.

a ¶Ad aliam visionem à lætis ad tristia.

ET conuersus sum, & † leuaui oculos meos, 1

a ¶Lxx. Falcem volantem. i. iudiciariam Dei sententiam, quæ cunctorum delicta succidit.

b & vidi: & ecce võlumen volãs. Et dixit ad 2

c me: Quid tu vides? Et dixi: Ecce ego video 3

volumen volans: lõgitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubito- 4 5

d rũ, & dixit ad me: Hæc est maledictio, quę 6

egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi 7 8

¶In volumine. ¶Damnabitur. ¶Quia. 9

scriptum est, † iudicabitur: & omnis iurans ex hoc similiter iu- 10 († succiditur.)

dicabitur. Educam illud, dicit dominus exercituum, & ve- 11

niet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo 12

¶Diu. ¶Interius.

mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & 13

¶Per simile.

e consumet eam & ligna eius, & lapides eius. Et egressus est 14

e *Et egressus est angelus.* Angelus, qui loquebatur in propheta est egressus de eo, & quasi dominus loquens præcipit, vt leuatis oculis videat peccata plurium, mensuram coaceruatam, perfecta & impleta delicta cunctorũ, hæc amphora est oculus, id est, ostensio peccatorum, vt quorum vitia primitus latitabant dispersa, in vnum coaceruata oculis omnium panderentur. Quia dũ egreditur Israel de loco suo per captiuitatẽ cunctis Gẽtibus, qualis in terra sua fuerit mõstratur. Per massam plũbi significatur grauissimũ põdus peccatorũ, & super hãc amphorã omnium delictorũ, media sedebat impietas, id est, idololatria, quæ excedit (Hieronym. Remig.)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

1 ET conuer. *Hæc est secunda pars principalis huius prophetiæ in qua ponuntur prophetiæ spectantes ad tempus habitationis ciuitatis iam reædificatæ. & primò sub regno Persarum, secundò, Græcorum, cap. 9. tertiò Romanorum. cap. 11. Sciendũ tamen, quòd hæc diuisio non est præcisa: sed frequenter de alio tempore inuenitur in vna parte & econuerso: quia sicut frequenter dictũ est suprà, talis diuisio sic præcisa non inuenitur in prophetis, qui secundum tactum varium spiritussancti de vno transeunt ad aliud, aliqua occasione habita. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur expulsio multiplicis vitij. secundò, successio quadruplicis imperij ca. sequen. tertiò, solutio dubij. ca. 7. Prima in duas secũdum duplicem visionẽ. secunda ibi:* Et egressus est. *Circa primum dicitur:* Et conuer. *ad capiendam diuinam reuelationem.* 2 Et vidi. *visione imaginaria.* 3 Et ecce. *id est, exiens de templo & ciuitate, cuius quantitas subditur.* 4 Longi. *secundum latitudinem templi.* 5 Et latitu. eius x. *ante faciem templi, ita quòd volumen illud videbatur de templo egredi.* 6 Et dixit ad me. *exponendo significationẽ voluminis.* 7 Hæc est maledictio. *i. pœna pro peccatis inflicta, sicut Ezech. 2. vidit librũ in quo erant scriptæ lamẽtationes.* 8 Quæ egr. su. fa. &c. *cum Iudæis peccatoribus de Ierusalem & Iudæa captiuatis ad diuersas partes orbis propter peccata furti & periurij, quæ ante destructionem ciuitatis vigebant ibi: vnde & Sedechias rex traditus fuit in manus Nabuchodonosor propter peccatum periurij quod incurrerat erga ipsum, vt habetur 2. Paral. vlt.* 9 Quia omnis fur. &c. *id est, in volumine volante.* 10 Iudicabitur. *id est, punietur.* 11 Educam il. *extra Ierusalem & Iudæam: & per hoc signatur, quod reædificata Ierusalem talia peccata non abundauerunt in Iudæa.* 12 Et veni, &c. *i. vltio diuina veniet super Iudæos captiuatos propter peccata ista.* 13 Et consumet. *i. totã progeniẽ transgressorũ.* 14 Et egressus est angelus, qui loque. *Hic ponitur secunda visio:* (Diuiso.) (Diuisio.)

MORALITER.

✠ 1 *Et conuersus sum, &c.* Sequitur. 3 *Et ecce vol.* Per quod significatur sacra scriptura, quæ modo loquitur de diuinis, modò de humanis, modò de virtutibus, modò de diuitiis, modò de præmiis, modò de suppliciis, quasi volans de vno ad aliud. 4 *Longitu. &c.* Per longitudinem verò vita futura, quæ æterna est significatur. Per latitudinẽ verò vita præsens, quæ temporalis est. Et quia pro opere virtuoso vel vitioso quod temporaliter transit præmium vel pœna protenditur in æternum. Et quoniam in ea benedicuntur adimplentes eam, & transgredientes maledicuntur, qui sunt multò plures, secundum quod dicitur Eccle. 1. d. *Stultorum infinitus est numerus.* & Matt. 7. b. *Lata est via & spaciosa est porta, quæ ducit ad perditionem: & multi intrant per eam.* Ideò subditur. 7 *Hæc est male. &c.* i. omnis viuentis in terrenis cupiditatibus: & ideo subditur. 9 *Quia omnis fur. &c.* Exprimit autẽ punitionẽ furti & periurij, quæ communius accidunt inter homines: & per hoc designatur aliorũ punitio peccatorũ. 14 *Et egressus est ang. &c.* Sequitur.

A dit omnia peccata Israel, & in suo scelere gloriabatur, sed mittitur in medio Babylonis, & malo captiuitatis premitur ab angelo Dei, vt quæ prius lætabatur in scelere, æterno silentio conticescat.

a *Leua ocu.* Volens Deus ostendere prophetę humanũ genus ex qua culpa maximè à Deo dilabatur, per imaginem amphoræ quasi patens os auaritiæ designauit. Auaritia quippe velut amphora est, quę os cordis in ambitu apertum tenet. (Gregor. lib. 14. Moral. c. 26.) († epha. mẽsuræ genus.)

✠ ORIGENES. Iniquitas super talẽtum plumbi sedere monstratur, sicut Zacharias propheta dicit. Idcirco, qui saluus fit, per ignem saluus fit, vt si quid fortè de specie plumbi habuerit admixtũ, id ignis decoquat, & resoluat, vt efficiãtur omnes aurum bonum. (Homil. 6. in Exod.) († ciconiæ.) B (Ignis purgatorius.)

a angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide. Quid est hoc quod egreditur? & dixi: Quidnam

¶Alias mensura. a ¶Per hanc amphoram ostendo tibi peccata populi.

b est? Et ait: Hæc est † amphora egrediens. Et dixit: Hæc ẽst ocu- †

c ¶Lxx. iniquitas.

lus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: †

¶Angelus.

Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & misit †

¶Quo autem & quibus portetur conclusa sequens lectio docet. ¶Amphoræ.

massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi, &

d ecce duę mulieres egredientes, & spiritus in alis earũ. Et habe- †

bant alas quasi alas † milui, & leuauerunt amphorã inter terrã

& cælũ. Et dixi ad angelũ, qui loquebatur in me: Quo istæ de-

ferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in 1 2

a ¶Excussio dentium. a ¶Vt ibi æterna statione quiescat.

terra Sennãar, & stabiliatur & ponatur sibi super bãsem suam. 3 4

✠ HIERONYMVS. Ex Isaia intelligimus altare Dei plenum esse carbunculis, hoc est, ignitis calculis, & prunis peccata purgantibus. Vnde scriptum legimus: *Carbones succensi sunt ab eo.* Et de ipso domino dicitur: quod *ignis consumens sit.* Et Saluator in euangelio: *Ignem veni mittere super terram,* vt baptizaret in Spiritu sancto & igni. *Vniuscuiusque enim opus quale sit ignis probabit.* Et qui saluandus est, sic saluabitur, quasi per ignem transierit. (Com. in 6. c. Isa. Psal 17. Deut. 4. Luc. 12. Matth. 3. 1. Cor. 3.)

b *Hæc est amphora egrediens.* Amphora vel mensura ferebatur in aëre, cui ipse angelus nomen imposuit: hic est oculus, id est, ostensio omnium peccatorum: & ecce mulier sedens in medio amphoræ vel mensuræ, quæ est impietas: & cum hæc ita cerneret, ecce massa plumbi instar lapidis ferebatur, vel suo impetu, vel Dei iussione, vel ab alio cuius nomen tacetur. Angelus autem, qui loquebatur in propheta exiens ab eo vniuersa monstrabat, qui mulierem præcipitem misit in medio amphoræ, C quæ prius ferebatur liberè, & super amphoram sedens omnibus apparebat: & ne fortè rursus eleuaret caput & de sua impietate gauderet, talentũ plumbi in modũ lapidis mittit in os amphoræ opprimens impietatem, & concludens ne possit erumpere.

c *Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra.* Multos obtusi sensus homines cernimus & tamen in hîs, quæ appetunt auaritiæ stimulis excitantur: & qui ad bona videnda cæci sunt, excitantibus præmiis ad peragenda vigilantes fiunt. *Et ecce talentum plumbi portabatur.* Quid est talentum plumbi, nisi eadem auaritia pondus peccati? Impietas in medio amphoræ proiicitur, quia nimirum in auaritia semper impietas tenetur. Massa plumbi in os mulieris mittitur, quia, scilicet, impietas auaritiæ peccati sui pondere grauatur.

d *Et ecce duæ mulieres.* Per duas mulieres, Iudæi interpretantur regnum Mœdorum & Macedonum, quorum vtrunque afflixit populum Babylonium, & ibi impietas eorum sedem posuit: hoc fingunt, ne quod de se dictum est, in se intelligatur. D

Duę mulieres, quæ egrediuntur de terra sua Iuda, sunt decem tribus, quæ ab Assyriis, & duæ quæ à Chaldæis captæ sunt. In alis quarum erat spiritus, id est, potestas diaboli, qui à spiritu malo quasi vento flatuque raptæ celeri volatu ferebantur. Miluus auis rapacissima, per quem diabolus signatur, cuius potestati traditur Iuda & Israel, vt ab eo in captiuitatem ducantur. Et illæ mulieres tulerunt amphoram vel mensuram, in qua clausa tenebatur impietas sub massa plũbi depressa per aërem inter cælum & terram. Suprà autẽ eruditus propheta de amphora, nõ quęrit quid portent, videns amphoram deferri, sed quo portent: Et respondetur ab angelo, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Sennaar campus Chaldæorum, vbi ædificata est Babylon. In Babylonem ergo deferunt hæ mulieres impietatem, vt ibi ædificetur ei certa domus. Verè enim in Babylone certa sedes est impietatis. E (Genes. 11. a.)

GREGORIVS. Quid aliud in his duabus mulieribus accipimus, nisi duo principalia vitia, superbiam, scilicet, & inanem gloriam, quæ impietati absque vlla dubitatione coniuncta sunt? Quæ & in alis suis spiritum habere narrantur, quia in nationibus suis Satanæ voluntati deseruiunt. Spiritum appellant de quo in Euangelio: *Cum immun. s. exi. &c. Et habebãt alas quasi alas milui.* Miluus semper rapturę studet pullorum. Istę mulieres ergo alas habent quasi alas milui, quia actiones eius diabolo proculdubio similes sunt: quia insidiantur semper rapturæ paruulorum. *Et leuauerunt am. i. t. & cæ.* Superbia & vana gloria habent hoc proprium, vt eum quem infecerunt in cogitatione sua, super cęteros extollant: & modo per ambitum rerum, modo per desiderium dignitatum quem semel captum tenuerint, in honoris altitudinem eleuent. Qui autem inter cælum & terram est in ima deserit, & ad superna minimè pertingit. Istæ mulieres, scilicet, superbia & inanis gloria mentem captam ita leuant, vt quoslibet proximos quasi despicientes deserant, & alta gloriantes petant: sic nec æqualitatem fraternitatis in proximis, nec tamen summa pertingere præualent. Sennaar fœtor eorum: sicut bonus odor ex virtute, ita econtrario fœtor ex vitio. *Radix enim omnium malorum est cupiditas:* & quia quodlibet malum per auaritiam generatur, dignum est, vt domus auaritiæ in fœtore construatur. Sennaar vallis est latissima, quæ pro confusione mentium atque linguarum Babylon dicta est: & quia per auaritiam, & impietatem certum est omnia mala exurgere, meritò hæ in confusione perhibentur habitare. (Li. 14. Moral. c. 26.) (Lucæ 11. c.) F (1. Tim. 6. b.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

videbat enim propheta visione imaginaria quandã amphoram de templo & ciuitate egredientẽ: in qua sedebat quædã mulier, ita quod per os amphoræ apparebat desuper. Videbat etiã talentũ plũbi portari ab angelo, qui depressit mulierẽ intra amphorã, oppilans os amphoræ talento vel massa plumbi: ne mulier posset egredi inde & desuper apparere. Videbat vlterius duas mulieres alatas portantes illã amphorã ad Babylonis terrã. Per amphorã autẽ, quæ est genus mẽsuræ designabatur, quod populus regni Iudæ dolosè egerat in mẽsurando ea, quæ vẽdebat: & propter hoc ductus fuit captiuus in Babylonẽ, vt dicit Ra. Sa. sed quia principaliter fuit ibi ductus propter idololatriam, vt patet. 4. Reg. & 2. Paralip. in pluribus locis, ideò alij dicunt, & melius vt videtur quod per amphorã, quæ genus est mensuræ, intelligitur multiplicatio peccatorũ in regno Iuda: & in tanta mẽsura, quod diuina iustitia exigebat, vt vltio inferretur secundũ mensurã peccatorũ, secundũ illud Deut. 25. a. Secundũ mensuram peccati erit: & plagarum modus. *Per mulierẽ in amphora sedentẽ & de super apparente, intelligitur idololatria, quæ est rectè contra Deum: & ideo excepit peccata quæ sunt cõtra proximũ: ideo vocatur impietas: quia sicut cultus Dei vocatur pietas secundũ Tulliũ: ita & idololatria impietas. Talẽtũ verò plũbi signat grauitatẽ peccati. Duæ mulieres amphorã portãtes in terrã Sennaar, quæ est eadẽ cũ terra Babyl. vt patet Gen. 11. significãt duas tribus à quibus regnum Iuda nominatur regnũ duarũ tribuũ, quæ propter peccatum idololatriæ principaliter & alia cõsequenter fuerunt captiuatæ & ductæ in Babylonẽ, & his dictis patet litera vsq; ibi.* 1 Vt ædifi. *id est, idololatriæ & cæteræ malitiæ.* 2 Domus. *i. mansio.* 3 In ter. Sen. *i. Babylonis cum peccatoribus ibi captiuatis.* 4 Et ponatur ibi super basem. *id est, sic situetur, quòd non reuertatur in Iudæã, & sic factum fuit, quia post reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur iste populus ad idololatriã declinasse, nisi aliqui pauci tempore Antiochi, & magis timore tormenti, quàm libidine peccandi.* CAP.

MORALITER.

† *Et ait: hæc est am. &c.* Per amphoram, quæ habet os latum & apertum, significatur gula, ideò subditur.
† *Hæc est ocu. &c.* nã omnes oculũ habent ad cibũ & ad potum.
† *Et ec. mulier, &c.* per quam significatur luxuria: quia venter & genitalia membra sunt vicina, & ex vicinitate membrorum designatur propinquitas vitiorum.
† *Et dixit: hæc est.* nam immunditia luxuriæ & gulæ repugnat diuino cultui, qui pietas nominatur.
† *Et mi. mas.* per quã significatur falsitas, quę luxurię est annexa.
† *Et ec. duæ mu.* per quas significatur copia temporalium & libertas ad libitum, quæ gulam & luxuriam portãt per mundum.

A ADDITIO.

In cap.5. vbi dicitur in Postilla: Ecce volumen volans, &c.

Expositio Postillatoris de duabus visionibus in hoc ca. contentis nō videtur consonare rationi nec literæ. Tū quia populi peccata, quæ iam transierant in præteritum, similiter & pœnæ, quæ pro eisdem peccatis fuerunt populo iam publicè inflictæ, irrationabile videtur, quòd propheta ea denunciaret sub visione imaginaria seu ænigmatica: cum iam essent omnibus quibus loquebatur patenter nota. Tum quia captiuitas Babylonica non legitur fuisse facta in pœnam furti, sed potius idololatriæ & homicidij, vt patet 4. Reg. & 2. Para. Tum quia illa, quæ sequuntur de amphora & de muliere & de alijs in secunda visione contentis impropriè applicantur proposito & inutiliter traderentur obscura, cū iam omnibus erant maximè manifesta. Vnde ad huiusmodi visiones propriè exponēdas quædam videntur esse præmittenda.

Primum est, quòd Iudæi durante templo secundo, & post tempus Machabæorum cum incœpit secta Pharisaica oriri, finxerunt, quòd Deus dederit Moysi in monte Sinai duas leges. Vnam, scilicet, scriptam, quæ continetur in duabus tabulis & in toto Pentateucho: & aliam quam dederat Moysi non in scriptis sed oretenus: Et hæc lex oretenus (vt dicunt) data, vocatur apud eos secunda lex: & in ea continentur traditiones Pharisaicæ, quas dicunt deuterosas tanquam in secunda lege
† prætensa. prædicta contentas: Quæ quidem † peruersa lex fuit redacta in scriptis post destructionem templi secundi per centum annos ferè per quendam,
† Monoa. qui dicitur Rab. Iuda † Naa: per quem fuit collecta seu cōpillata in quodam volumine in multis libris diuiso: Quod quidem volumen vocatur apud eos Mysna, id est, secunda lex. Post verò per trecentos annos ferè prædictum volumen, scilicet, illa Mysna fuit expositum valdè prolixè & dispendiosè per multos libros, qui communiter dicitur Thalmud: Et est duplex. Primum dicitur Ierosolymitanum: quia fuit compositum Ierosolymis: & secundum dicitur Babylonicum: quia fuit compositum in terra Babylonis: & istud secundum est maioris autoritatis quàm primum: & tenetur communiter apud Hebræos tanquam expositio vera & irrefragabilis diuinæ, quæ continetur in Pentateucho & in prædicta Mysna.

B Secundum præmittendum est, quòd in quolibet prædictorum operum
† enormia. præsertim in secundo continentur multa falsa & † erronea & iniqua & etiam absurda: quæ repugnant non solum diuinæ legi, sed etiam naturali: & quantum possunt nituntur doctrinæ Christi (quæ cælestis & immaculata est) repugnare & eam deputare.

De ortu prædictæ falsæ doctrinæ, & quanta sit autoritas eius apud Hebræos diffusè habetur in libris eorum: sed breuiter & determinatè habetur in prologo. 14. librorum Rab. Moy. Aegyptij.

Tertium præmittendum est, quòd prædictum Thalmud cōtinet multas absurdas doctrinas circa credibilia, prout dictum fuit suprà in additione circa Isaiam 34.

Quartum præmittendum est, quòd in dicto Thalmud continentur multa iniqua & enormia & inimica iuri & rationi circa agibilia. de quibus infrà aliquid dicetur.

Consequenter circa expositionem harum visionum dicendum, quòd postquàm propheta ostenderat propheticè regimen secundi templi in suo primordio esse bonum sub Zorobabel duce & Iesu pontifice: de quibus dixerat: Isti sunt duo filij oliuæ, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Scilicet, iustè & fideliter operando in ædificatione templi, & in regimine populi: nunc autem prophetat quomodo circa finem durationis huius templi deteriorandus erat status populi per doctrinam legis nefandam, quæ in illis temporibus debebat oriri, & post destructionem templi in scriptis redigi: & ideo hoc dicit: Et conuersus sum. s. ad videndum nouissima huius templi, Et leuaui oculos meos, tanquā respiciens à longè. Et vidi. imaginaria visione. Et ecce volumen: per quod intelligitur illud volumen de quo suprà dictum est, quod vocatur falsè apud Hebræos lex secunda: Et quia nullam habet autoritatem in scriptura sacra, ideo subdit: Volans. q.d. nullum habet fundamentum Vel quia in scriptura dæmones volucres dicuntur, vt in cap.7. Luc. ideò illud volumē dicitur volare quasi habens motū dæmoniacum. Fuit enim hoc opus nefandum per dæmones semel recuperatum, vt dictum fuit in
C prædicta additione Isa.34. Et quia hoc volumen præter præcepta decalogi vera lege Mosaica contenta addit alia ficta, asserens fuisse à Deo data Moysi oretenus: & à Moyse alijs successoribus, ideò dicit: Longitudo eius xx. cubitorum: & latitudo eius x. cubitorum. per quod intelligitur quòd licet in tota latitudine legis diuinæ decem præcepta continentur principalia: tamen hoc volumen se extendit vsque ad decem alia: quia in quolibet præcepto dicit esse aliquid de lege scripta per Mosen, & aliquid additum de lege oretenus data: & secūdum hoc præcepta dicuntur esse duplicata. Sequitur: Hæc est maledictio quæ egredietur super faciē omnis terræ. Vocatur enim hæc doctrina nefanda maledictio: quia vt dicitur Iere.48.b. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. Constat autem quod huius voluminis seu doctrinæ fabricatores opus domini, scilicet, legem eius fraudulenter faciunt, fingentes præcepta seu expositiones præceptorum legis non sicut Deus præceperat: ideò ipsum opus dicitur maledictio. Quæ egredietur super faciem omnis terræ, quia hæc doctrina vbique terrarum infun-

D ditur: vbi Iudæi sunt dispersi. Qualiter autem maledictio hæc defraudat diuinam legē ostēdit in duobus, dicens: Quia omnis fur (sicut ibi scriptum est) iudicabitur, &c. Ad quod sciendum quòd licet furtum sit generaliter prohibitum inter præcepta decalogi Exod. 22. tamen in hac falsa doctrina continetur, quòd licitum est furari à Paganis seu Gentilibus: & sic exponunt verbum istud Abacuk 3.b. vidit & dissoluit Gentes. Similiter licet periurium sit à Deo prohibitum inter præcepta in decalogo vbi suprà, & iterum Num.30. de hoc amplius dicitur: Vir cùm iurauerit iuramentum ad obligandum obligationem super animam suam, non irritabit verbum suum totum: sed quod egressum fuerit ex ore suo faciet: tamen isti falsi interpretatores dicunt, quòd quicunque vnus sapiens vel tres idiotæ possunt absoluere hominem à voto vel iuramento, quod est manifestè contra diuinam legem. vnde qui faceret secundum falsam interpretationem committendo furtum, esset damnatus: & hoc est quod dicitur: Quia omnis fur sicut ibi scriptum est, scilicet, in volumine nefando prædicto, iudicabitur, id est, damnabitur. Similiter dicendum est de periurio: & de hoc dicit: Et omnis iurans, &c. Et sequitur de damnatione furis & periuri prædictorum: Educam illud dicit dominus, scilicet, illud volumen: Et veniet ad domum furis & ad domum iurantis, &c. id est, istud volumen erit causa destructionis illorum, qui talia fingunt & sequuntur. vnde prout ipsi tradunt super illud verbum furis, & Thren. 2.c. Sedebunt ad terram seniores filiæ Sion, tota ordinatio magna iudicum illius populi, qui dicuntur Canhedica, fuerunt interfecti à Nabuchodonosor, tempore Sedechiæ, eò quòd absoluerunt Sedechiam à iuramento, quod iurauit ipsi Nabuchodonosor de quo iuramento habetur 4. Regum 24. Similiter propter fraudes & vsuras quas committunt contra Christianos, & etiam Paganos, inter quos commorantur, frequenter occiduntur & deuastantur in diuersis regionibus: & de hoc dicit: Et consumet eum & ligna eius & lapides.

Consequenter agit propheta in secunda visione de secundo opere nefando, scilicet, Thalmud, de quo dicit: Et egressus est angelus & dixit: Leua oculos tuos: quia (vt dictum est) per longum tempus post compilationem prædicti voluminis fuit Thalmud compositum. De quo subdit: Hæc est amphora egrediens, & vbi translatio nostra habet, amphora, in Hebræo habetur Ephi. eadem enim dictio ponitur hîc & Exod.17. vbi dicitur: Gomor decima pars est Ephi: & sic hæc amphora seu Ephi est quædam mensura, & est sensus: quia Thalmud istud est expositio voluminis supradicti, vt dictum est, & sic est mensura qua contenta in illo volumine mensurantur, & sequitur: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et notandum, quòd vbi nos habemus in hoc loco Oculus: in Hebræo habetur quædam dictio, quæ vno modo significat idem quod oculus, & alio modo significat idem quod color: & alio modo significat idem quod iniquitas. Et isto tertio modo intelligitur secundum. Lxx. interpretes. & sic est sensus, quòd sicut angelus dixerat, quòd suprà dictum volumen erat maledictio, sic de ista amphora seu mēsura seu ephi, angelus declarat, quòd est quædam iniquitas sicut prima: ideo post pauca dicit: Hæc est impietas, &c. & est quia hæc doctrina Thalmudica continet multas iniquitates inquantum ponit multa iura iniqua inter proximos, & multo magis inter extraneos. Est etiam impia erga Deum & parentes, quod propriè dicitur impietas, vt in secunda secundæ quæst. 111. per totum.

De iniquitate iurium Thalmudicorum, quæ quasi innumerabilia sunt ponam quædam, quæ occurrunt: ex quibus potest legens de alijs aliquid æstimare. Dicunt enim in libro, qui dicitur Canhedrin, vbi agitur de testibus, quòd cum aliqui testes testantur falsum contra proximum, sic, quòd si non constaret de falsitate eorum coram iudice, proximus occideretur per iustitiam, quòd tunc si proximus fuerit occisus per falsa testimonia prædictorum, non sunt occidendi testes: sed si reperta fuerit falsitas eorum per iudices antequam occideretur reus, tunc occidendi sunt testes falsi. Et hæc nituntur probare per literam Deuter. 19.d. vbi dicitur: Si steterit testis mendax contra hominem, &c. & infrà. Cúmque diligentissimè perscrutantes inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit. Hæc in litera: Ex qua arguunt, quòd reddēdum est falso testi sicut facere cogitauit. Non autem reddendum est ei sicut fecit. & ideo si cogitauit, sed etiam fecit sic quòd occisus fuit ille contra quem mendacium testatus: tunc non est occidendus testis falsus. Ex quo potest lector considerare quāta sit insania fabricantium hanc doctrinam qui asserunt maiorem pœnam deberi cogitanti aliquod malum tantum, seu loquenti, quàm cogitanti, & loquenti, & explenti: cùm tamen à fortiori possunt contrarium deducere: quia si cogitanti tantum & loquenti pœna talionis debetur: multo magis cogitanti loquenti & explenti, præsertim cum in eodem loco scriptura de huiusmodi teste falso dicit: Non misereberis eius sed animam pro anima, oculum pro oculo, &c. Ex quo patet manifestè, quòd si per falsum testimonium proximus perdidit oculum, quòd falsus testis debet pati similiter. F

Iura Thalmudica iniusta. I.

II. Item in libro Canhedrin vbi de homicidijs agitur determinant, quòd crimen homicidij debet diffiniri per certum numerum iudicum qui dicuntur Canhedrin, quod si non fuerint concordes in condemnando vel liberando

A liberando reum, sicut contingit in multis causis inter iudices, quòd tunc stabitur iudicio maioris partis, sic quòd si maior pars condemnauerit reum, tunc reus est occidendus, & econtra. Dicunt tamen ibidem, quòd si omnes canhedrin, scilicet, iudices ordinarij concorditer condemnauerint reum ad mortem, quòd in illo casu reus est liberandus. Ad quod arguunt de quodam textu friuolè sicut in præcedenti. Ex quo habetur maxima insania prædictorum hoc Thalmud fabricantium, qui maiorem autoritatem dant parti quàm toti, contra illud principium indemonstrabile, scilicet, quòd totum sua parte est maius.

III. Item determinant in libro qui dicitur Babainecia, quòd si aliquis inuenit rem à proximo suo perditam in loco vbi rationabiliter præsumendum est, quòd dominus illius rei desperat de recuperatione eius: vt puta cum perdit eam in loco in quo concurrit magna multitudo hominum & huiusmodi, quòd, tunc inuentor non tenetur restituere rem inuentam domino suo, cum tamen litera generaliter mandat restitui res perditas diligenter: Deuter. 22. Etiam ex dictamine naturalis rationis: quæ
Matt.7.b. dictat: Quod tibi non vis fieri, alteri facere noli: talis restitutio est facienda.

IIII. Contra alienigenas etiam habent iura iniquissima: Determinant enim, quòd si coram aliquo iudice Hebræo Gentilis seu paganus contendat in iudicio cum aliquo Iudæo, quòd tunc si iudex per aliquam legem Iudaicam posset Iudæum liberare seu ei fauere, quòd faciat dicendo: Ista est lex nostra. Si autem hoc non posset nisi per leges paganorum, tūc iudicet eum
B secundum leges paganorum, dicendo: Hæc est lex vestra. Si autem nec sic nec sic posset Iudæo fauere, dicunt quòd tunc Iudex debet quærere cauillationes seu dilationes, taliter quòd nunquam sententiam ferat contra Iudæum in causis Gentilium.

V. Item quod deterius est, determinant, quòd sicut bonum est, vt homo conterat caput serpentis quantumcumque serpens sit pulcher: sic bonum est occidere Gentilem seu Paganum quantumcumque bonus videatur: hoc ius tamen non exequuntur propter timorem periculi. Quanta sit iniquitas huius iuris, satis notum est de se: & repugnat etiam manifestè iuri diuino. In decalogo enim homicidium prohibetur simpliciter seu indifferenter, non excipiendo Gentiles nec Paganos. Item Genes. 9. a. Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis eius: ad imaginem quippe Dei factus est homo. Constat autem quòd quilibet homo factus est ad imaginem Dei, siue Hebræus siue Gentilis.

VI. De impietate verò huius doctrinæ erga diuinum honorem & reuerentiam, patet ex his quæ dicta fuerunt in additione supradicta, scilicet, Isaiæ 34. vbi inter alia dictum fuit, quòd ipsi asserunt in libro qui dicitur Baraboth, alias Bambot, quòd Deus in certis temporibus dolens de destructione Ierusalem & dispersione populi Israelitici, dicit: Væ mihi, quia destruxi ciuitatem meam & combussi templum meum, & transmigrare feci filios meos inter nationes: Quod maximè insanum est. Væ enim miseriam significat, quæ nullo modo attribuenda est Deo, nec planè nec metaphoricè. Miseria enim nedum Deo sed nec etiam beatis attribuitur.

VII. Erga parentes verò patet impietas eorum per hoc quod dicitur Matt. 15.a. Munus quodcumque ex me est proderit tibi, &c. vbi Chri-
C stus confutat Pharisæos de inhonoratione parentum propter suas traditiones, vt ibidem in additione fuit sufficienter expositum. Ex quibus & alijs quàm plurimis quæ valde difficile esset enarrare in huiusmodi doctrina contentis, de Pharisæis & Scribis, qui mendaciter eam finxerunt propriè verificatur illud Ieremiæ 8.c. Quomodò dicitis sapientes sumus, & lex Domini nobiscum est? Verè mendacium est operatus stylus mendax Scribarum. Et ad insinuandum causam suæ tantæ insaniæ subdit: Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. Nam postquàm verbum Domini, scilicet, filium Dei proiecerunt, intantum caruerunt vera sapientia, quòd ad huiusmodi nefandam doctrinam in scriptis ponendam modo prædicto processerunt.

Si autem obiiciatur contra prædicta de hoc quòd Dominus dicit Matt. vigesimotertio. a. Super cathedram Moysi sederunt Pharisæi & Scribæ, quidquid dixerint vobis facite. Ex quo videtur quòd doctrina eorum sana erat: ex quo erat opere adimplenda. dicendum, quòd illud verbum Domini intelligitur de doctrina Mosaicæ legis inquantùm eam non excedebant nec mutabant per eorum traditiones: non autem de lege

D lege secunda per eos ficta, vt suprà dictum est. vnde notanter dixit. Super cathedram Moysi, vt designaret quòd loquitur de doctrina in lege Mosaica contenta.

Sequitur in litera: Et ecce talentum plumbi portabitur, &c. vsque ibi: In os eius. Ad quod sciendum, quòd hæc doctrina Thalmudica à Pharisæis inuenta seu scripta non solùm in sententia habet magnos defectus, vt dictum est, sed etiam in modo tradendi: Et hoc dupliciter. Vno modo, quia valde obscurè & obfuscatè tradit ea quæ ibi continentur. vnde quidam eorum de ipsa dicebat intelligendum esse illud quod dicitur in Psal. 142. a. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi. Secundò quia rationes & motiua sua vt plurimum sunt inualida & infirma, prout habetur ex supradictis eorum argumentis. Et ideo ad ostendendum primum dicit propheta: Ecce talentum plumbi portabatur. Et infrà: Misit massam plumbeam in os eius. q.d. Sic obscurè & obfuscatè loquitur, ac si haberet magnum pondus plumbi in ore. Secundum autem ostendit dicens, quòd mulier sedebat in medio amphoræ. Et infrà: Et proiecit eam in medio eius: per quod designatur quòd eius rationes & motiua quæ sunt media ex quibus deducuntur conclusiones, sunt infirma & inualida, sicut mulier detenta & proiecta.

Sequitur: Et leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duæ mulieres, &c. Pro quo sciendum, quòd per istas duas mulieres intelliguntur prædictæ duæ expositiones quarum quælibet dicitur Thalmud, quod intelligitur per amphoram modo prædicto: Quæ quidem mulieres dicuntur E
egredientes, scilicet de templo: quia ibi habuit primordium hæc doctrina, vt dictum est. Dicitur autem quòd habebant alas quasi milui. Miluus autem est auis fraudulenta: & rapax impotentium auium, quod pertinet ad hanc doctrinam, quæ homines imbecilles in potentia intellectiua fraudulenter decipit. Dicitur autem quòd leuauerunt amphoram inter terram & cælum. Nam vt dicitur in glo. Qui inter cælum & terram est, ima deserit & ad superna minimè pertingit. & sic doctrina Pharisaica per inanem gloriam mentem eleuat, vt proximos quasi despiciens deserat, nec tamen summa pertingere valet. Et sequitur in litera: Et dixi ad angelum: Quo istę deferunt amphoram? &c. vsque in finem capituli. Per quod ostenditur, quòd hæc Thalmudica & Pharisaica doctrina fuit stabilita in terra Babylonis quæ est terra Sennaar, vbi tanquam super basem suam quiescit. Thalmud enim licet duplex sit, vt dictum est, Babylonicum tamen est principalius & maioris autoritatis tanquam ab omnibus Hebræis vniuersaliter approbatum, vt dictum est.

Et notandum, quòd Iudæi qui sæpe in suis scripturis prophetant nescientes, exponunt istud verbum: Ecce duæ mulieres, de duobus vitiis, quibus Pharisæi erant maximè implicati, quorum vnum dicunt esse hypocrisim, aliud verò elationem seu superbiam mentis. De quibus quidem duobus vitiis confutabat eos Christus in Euāgelio. De hypocrisi enim Matth. 23.b. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, &c. & sic in multis aliis locis. De elatione seu superbia mentis, Lucæ 18.b. vbi dicitur: Duo homines ascenderunt in templum, vnus Pharisæus, &c. vbi Pharisæos increpat tanquam confidentes de sua iustitia, & alios spernentes: & sic notantur de elatione superba mentis: unde ibidem concludit: Qui se exaltat humiliabitur. F

REPLICA. In cap.5. Zachariæ, vbi Postilla. exponit ad literam visiones ibi contentas secundum intētionem glosæ ordinariæ. Burgen. derelicta glos. quam contra Postilla. grandipendere consueuit, mira imaginatur de Thalmudicis literis de quibus hîc facit longum tractatum: quæ quia fidei fauent & traditiones contra legem reprobant, non reiicio: sed solum ad eius obiectiones contra Postilla. verius contra glo. dico. Cum enim primò arguit quòd non videtur congruè tradi sub figuris & ænigmatibus obscuris quæ transierunt in præteritum. Dico quòd in multis sacræ scripturæ passibus præterita traduntur obscurè sicut Moyses in Gen. Nathan propheta præteritum peccatum Dauid sub methaphora diuitis & pauperis & ouiculæ tractauit, vt patet. 2. Reg. 12. & in multis aliis locis. Et cum secundò arguit quòd captiuitas Babylonica non fuit facta in pœnam furti, de quo hîc dicitur in litera. Respondeo quòd Isaias à principio suæ prophetiæ dixit: Principes tui socij furum. & generaliter idololatria furtum dici potest, quia per ipsam subtrahitur Deo sibi debitus cultus, &c.

CAP. VI.

A a ET conuersus sum, &c. Isti sunt, &c. Notandũ, quòd climata mundi in scripturis sanctis secundum situm Ierusalem & templi appellantur. [Hieron. Remig.]

Quidam dicunt quatuor quadrigas, quatuor Euãgelia, equos apostolos, quorũ alij rufi martyrio, alij obscuri & nigri profunditate & cognitione mysterij, alij albi gratia virginali, alij varij & fortes, gratiam curationũ & diuersarum virtutũ habentes. Hæ quadrigæ mittuntur in quatuor mũdi cardines ad explendam Dei voluntatem, quibus dicitur ab angelo: Ite & perambulate terram, in cũctis terræ finibus Euangeliũ seminate. Ecce qui egre. in ter. aqui. requieuisse dicitur spiritus Domini vel angeli, quando in terra aquilonis durissima diaboli regna apostolica prædicatione subuersa sunt.

CAPVT VI.

¶ Transiui ad aliam visionem. a ¶ Altius ad cælum. b ¶ Cordis. 1
a ET conuersus sum, † & leuaui oculos 2
meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ 3
egredientes de medio duorũ montium: † 4
¶ Quod suprà myrteta siue montes vmbrosos, hic æreos vocat.
a ¶ Illi. b ¶ Erant. c ¶ Qui nulla vetustate possunt consumi. 5
& montes, montes ærei. In quadriga pri- † 6
a ¶ Cruenti & sanguinarij erant & Babylonica crudelitate terribiles.
b ¶ Regnum Mœdorum & Persarum quod egrediens per Assueri regis ædictum mortem omnium Iudæorum tristi nuncio præferebat. † 7
ma equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, & in quadriga 8
a ¶ Macedones sub quorum rege Antiocho Machabæorum victoriam legimus. 9
b ¶ Romani reges quorum alij clementes in Iudæos: vt Iulius Cæsar, alij persecutores: vt Vespasianus.
tertia equi albi: & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et 10 11
a ¶ Quid significant. 12
respondi & dixi ad angelũ qui loquebatur in me: Quid sunt 13
hæc Domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me: Isti sunt 14
a ¶ Id est, quatuor plagæ mundi quæ assistunt & parent Domino: nihil enim hæc quatuor regna absque Dei fecerunt voluntate. 15 16
quatuor venti cæli, qui egrediũtur † vt stent corã dominato- 17
b re omnis terræ. In qua erãt equi nigri egrediebãtur in terram 18 19

† suprà 1. b. & 2. a.
† à loco vbi steterunt.

✱ RVPERTVS. Leuemus cum propheta oculos nostros, & prospectum extendamus per mundum vniuersum. Et ecce mundus plenus est, & ex quo Apostoli de candelabro illo sunt illuminati cœpit impleri quadrigis feruentibus, & equis currentibus, de quibus & in Abacuc dicitur: *Ascendes super equos tuos, &c.* [Abac. 3.] Quadriga prima, in qua equi rufi, apostolorum est & martyrum. Secũda, in qua equi nigri, pœnitentium est, qui ab Apostolorum temporibus incipientes, in his qui sanguinem Christi fuderant, vitam nobis cœnobialem sanxerunt, quæ vsque hodie perseuerat. Quadriga tertia, in qua erant equi albi, ordo est virginum vtriusque sexus, totum candore suo perornans equitatum Iesu Christi. Quadriga quarta, in qua equi varij & fortes, pastorum atque doctorum est, & omnium in quibus eminent illæ gratiarum diuisiones quas enumerat Apostolus. [1. Cor. 12.] Num paruũ hoc est, aut indignum inter illa magna quæ ventura erant, & de quibus dicendũ est? Istos Ecclesiæ gentium ordines prophetica visione demonstrari? Imò quis prophetarum de huiusmodi tacuit, & gentes saluãdas? Duo porrò montes quorũ de medio videntur egredi, duo testamenta sunt, lex & Euangelium, dicuntúrque montes propter altitudinem, siue dignitatem cælestium quæ continent sacramentorum. Ærei autem dicuntur, propter sonoritatem atque diuturnitatem vtriusque, quia non potest solui scriptura. De medio horũ quadrigę egressæ sunt, quia vtrũque testamẽtum quatuor iam dicti ordines Ecclesiæ recipiunt. Hæ quatuor quadrigæ, quatuor venti cæli dicuntur esse, quia sicut venti perflando nebulas siue pruinas euertunt, & aërem saniorem efficiunt, sic ordines isti in suis officiis stando, suscitãt homines ad cognoscendum Deum creatorem suum, &c.

b *In qua erant equi nigri.* Prima quadriga in qua equi rufi quid egerint, non dicitur: Quando enim propheta hoc referebat, iam Babyloniorum regnum præterierat, & totam Asiam Mœdi possidebant, sub quorum rege Dario anno eius secundo omnia visa sunt quæ suprà exposuimus. Nigri ergo equi egrediebantur in terram aquilonis ad euertendum, scilicet regnum Chaldæorum. [Hieron. Remig.]

a Et varij

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

1 ET conuersus sum, &c. *Hic ponitur successio quadruplicis regni, cui successiuè seruierunt Iudæi. s. regni Chaldæorum, Persarum, Græcorum & Romanorum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur dicta successio secundò Iudæorum prosperatio, tamen sub seruitute. secunda ibi:* Et factum est. *Prima in duas: quia primò ponitur regnorum conditio, secundò eorum dilatatio, ibi:* In qua. *Circa primum dicitur.* [Diuisio]

2 Vidi. *visione imaginaria.*

3 Et ecce. *id est, quatuor regna prædicta.*

4 Egredientes. *i. succedentes sibi in orbe secundum dicta prophetarum sanctorum, qui de ipsis prophetauerunt, vt patet hic & Dan. 2. & in pluribus aliis locis. Et dicuntur isti prophetæ, montes, propter altitudinem contemplationis, & ærei propter stabilitatem virtutis: & duo quia fuerunt de duobus regnis. Aliqui enim fuerunt de regno Iudæ: & aliqui de regno Israel, vt patet in libris. Reg. & Paralip.*

5 In qua. *id est, in regno Chaldæorum.*

6 Equi rufi. *In Hebræo habetur Rubei: quia Chaldæi multũ sanguinem effuderunt, quia potissimè de Iudæis in obsidione Ierusalem & eius captione.* 7 In qua. *id est, regno Persarum & Mœdorum.*

8 Equi. *propter horrorem: quem incusserunt Persæ & Mœdi Iudæis tempore Assueri, quia suadente Aman præcepit omnes Iudæos per totum regnum suum interfici.*

9 In quadriga tertia. *id est, in regno Græcorum.*

10 Equi albi. *quia primus rex Alexander magnus licet veniret contra Ierusalem ad destruendum eam: tamen versus fuit in mansuetudinem, eo quòd summus sacerdos & alij sacerdotes ex reuelatione diuina exierunt obuiam sibi in pontificalibus & sacerdotalibus indumentis: & descendens de equo Deum cæli in summo pontifice adorauit, dicens: quòd cùm adhuc esset in terra sua Deus apparuit sibi in tali effigie, promittens ei victorias de regibus terræ, vt habetur in Scholastica historia.* [Iosephus li. 11. antiqui. cap. 8.]

11 Et in quadriga quarta. *id est, in regno Romanorum.*

12 Equi varij. *quia aliqui imperatores fuerunt Iudæis mansueti, vt Augustus & Tyberius, & aliqui feroces, vt Caius, Nero, & Vespasianus.*

13 Et fortes. *quia regnum Romanorum in fortitudine excessit præcedentia regna.*

14 Quid sunt hæc Domine mi? &c. *id est, quid significant hæ quadrigæ & equi?*

15 Et ait ad me. *visionem exponendo.*

16 Isti sunt quatuor. ven. cæ. *id est, quatuor regna ad modum ventorum per terras discurrentia, vel quia orta fuerunt in quatuor partibus mundi, vnde oriuntur venti.*

17 Vt stent. *in potestate & dominio temporibus sibi præfixis à Deo, à quo est omnis potestas terrena.*

18 In qua. *Hic consequenter ostenditur vbi incœperunt bellare ad se dilatandum, tamen de quadriga prima in qua erant equi rufi non fit hic mentio, quia regnum Chaldæorum iam erat destructum per Cyrum & Darium. In qua erant equi nigri. id est, Persæ & Mœdi, vt dictum est.*

19 Egrediebantur in terram. *licet enim Chaldæa non esset in aquilonari parte respectu Mœdiæ & Persidis, vt in superioribus dictum est, tamen regnum Chaldæorum extendebatur vsque ad partes aquilonares. vnde & ex illa parte collegit Nabuchodonosor exercitum ad veniendum contra Ierusalem, vt dictum fuit Iere. 1. & in illis partibus quæ sunt propinquæ Mœdiæ & Persidi, incœperunt Persæ & Mœdi impugnare regnum Chaldæorum.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et conuersus sum, &c.* Sequitur.
† *Ecce quatuor quadri.* Per quas mysticè quatuor Euangelia designantur: & per equos Euangelij prædicatores, qui dicuntur egredi de medio duorum montium de. i. studio diligenti duorum testamentorum.
† *Et montes.* per quod significatur stabilitas & sonoritas vtriusque testamenti.
5 *In quadriga prima.* In Heb. habetur rubei, per quos significãtur prædicatores Euangelij temporibus primitiuæ ecclesiæ, qui pro maiore parte fuerunt per martyriũ suo sanguine rubricati.
† *In quad.* per quos significãtur prædicatores Euãgelij tanquã malefici reputati, & sic in fama denigrati & in exiliũ deportati.
9 *In quadriga.* per quos significantur prædicatores tempore pacis puritate mentis & corporis dealbati.
11 *In quadriga quarta.* per quos significantur doctores ecclesiastici variis spiritussancti donis dotati. Et de istis quatuor modis subditur. 16 *Isti sunt quat.* sic nominati non à vanitate, sed ab obediendi velocitate. 18 *In qua erant equi.* i. idololatriæ subd tam. secundum illud Iere. 1. c. *Ab aquilone pandetur omne malum.* Idololatria verò maximũ malum. Et de istis dicitur infra. 19 *Ecce qui egre.* idololatria inde sublata.
† In — † Et

A a *Et varij egressi.* Reges Macedonum sequuntur vestigia Mœdorum: & sicuti Mœdi Chaldæos, ita Macedones Mœdos & Persas, & Chaldæos sibi subiugauerunt.

b *Ecce qui egrediuntur.* Tradunt Hebræi quòd albi equi. i. Alexander & Macedones, qui post Mœdos sunt egressi in terrã aquilonis, requiescere fecerunt spiritum prophetalẽ in terra aquilonis, eò quòd contra Mœdos Dei impleuerunt voluntatem: & in breui imperium Mœdorum & Persarum à Macedonibus sit deletum. Grandis enim illorũ qui premuntur cõsolatio est si scient hostes suos citò esse perituros.

a ¶ Id est, Romani fortes & robusti egressi sunt ad australem plagam, & totam terram celeri impetu vastauerant. 1
a aquilonis, & albi egressi sunt post eos, & varij egressi sunt ad 2
terram austri. Qui autem erant robustissimi exierunt, & quæ- 3
a ¶ Aliàs discedere. ¶ Angelus qui loquebatur in me clamat ad Romanum imperium. 4
rebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite & 5 6
a ¶ Vestris pedibus cuncta substernite.
perambulate terram. Et perambulauerunt terram. Et vocauit 7 8
b me, & locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in ter- 9
ram aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra 10
c aquilonis. Et factum est verbum Domini ad me dicẽs: Sume 11
a ¶ Ab illis qui de transmigratione redierunt. s. ab Oldai & ab aliis. b ¶ Deprecatio Domini.
à transmigratione ab Oldai & à Tobia & ab Idaia: & venies
a ¶ Qui custos & ædituus erat templi domini, & ibi coronæ æterna statione quiescent.
tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui ve-
a ¶ In domo Iosiæ.
nerunt de Babylone, & sumes aurum & argentum, & facies †
a ¶ Non vnam sed duas auri & argenti varietate distinctas. ¶ Vnam ex illis.
coronas & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Hæc dicit Dominus exerci-
a ¶ Id est, Zorobabel qui ideo vocatur oriens, quòd ex humili & captiuo in ducem populi consurget. b ¶ Multitudo fidelium. 12
tuum dicẽs: Ecce vir † oriens nomen eius. Et subter eũ † orie- 13

† germen.
† germinabit.

B c *Sume.* Munera quę offerunt aurum & argentum.

✱ RVPERT. Ipsos sanctæ Ecclesiæ quatuor ordines, quos in quatuor quadrigis intelligendos esse diximus, in gloria resurrecturos, & ex ipsis siue propter ipsorum saluationem coronãdum esse Dominum Iesum, quatuor viri isti portẽdunt Oldai, Tobias, Idaia, & Hen. *Ab istis* (ait) *sumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu, &c.* quia per singulas virtutes electorum suorũ Dominus coronatur, imò in illis omnibus coronatis Saluator coronam accipit: quia ipsius gratia, ipsius est opus omnis sanctorum corona. Locus verò in quo coronæ istæ fiãt, domus est Iosiæ, id est, saluati: filij Sophoniæ, id est, visitationis Domini, quo nomine rectè intelligitur Ecclesia, quam Dominus sua visitatione saluauit, &c.

HIERON. Oldai deprecatio Domini. Tobias bonus Domini. Idaia notus Domini. Pro Oldai postea ponetur Helem, id est, somnium: & in quarto loco addentur Hen, id est, gratia. C Captiuitas autem Iudæorum, id est, populi Deum confitentis: sunt vitia & peccata. Qui verò pœnitent reuertuntur in Ierusalem, id est, ecclesiam, ab his in pœnitentia Deum deprecantibus & beneplacentibus Deo, & notis, id est, approbatis à Deo, offertur aurum & argentum, de quibus fiunt coronæ in domo Iosiæ, qui dicitur saluatus, & est filius Sophoniæ, id est, visitationis Domini, quia visitatur à domino qui prius ægrotauerat & saluatur. Hę coronæ imponuntur Iesu, id est, Christo, qui in membris reuertẽtibus coronatur, qui est filius Iosedech, qui interpretatur Dominus iustitiæ; quia Christus *reddit vnicuique iuxta opera sua.* Ipsi dicitur: *Ecce vir oriens nomen eius.* D [Matt. 16. d.]

✱ RABBI IONATHAN. Ecce vir, cuius nomen est Messias, futurus est vt reueletur, & magnificetur; & ipse ædificabit templum Domini.

✱ IVSTINVS Martyr. Propter nomen Iesu videmus ex quouis hominum genere multos sustinere omnia, potius quàm id abnegent. Feruidior enim est sermo veritatis, & illustrat efficacius, quàm solaris vis, intimos mentis cordísque sinus penetrans, & hoc est quod Zacharias dicit: *Oriẽs nomen eius.* [Dialogo cũ Tryph.]

✱ ATHANASIVS. Sicut ex peccato Adę moriebatur homo, sic Christi viuificatu integritatem suã recuperauit. Ideoq; cũ creaturam intra sex dies conditam renouatione interpellasset, diem illam huic instaurationi consecratam voluit, quam in psalmo Spirit⁹ prænunciat: *Hæc est dies quã fecit Dominus, &c.* Solis enim instar Deus exoritur, illustrans vniuscuiusque animum. Hanc cùm vidisset propheta ita locutus est: *Ecce vir Oriens illi cognomen, &c.* [In illud: Omnia mihi tradita sunt à par.] E [Psal. 117.]

✱ GREGORIVS. Bene ipsa ecclesia dextra Orientis vocatur: de ipso quippe eiusdem capite scriptum est: *Oriens est nomen eius.* Nam quia ab oriente lux surgit, rectè Oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine nostræ iustitiæ nox illustratur. [l. 20. Moral. c. 18.]

✱ RVPERTVS. Nullus virorum præter ipsum iure sic nominatur, quia solus hic semper est in ortu, & nullus vnquam illi est occasus. Cùm occidere putabitur, maximè orietur, id est, cùm fuerit secundum carnem huic mundo moriturus, tunc apud inferos timentibus Deum orietur: móxque super occasum ascendens, cælo & terræ orietur viuus, & nunquam moriturus. Oriens subter eum orietur, id est, per eum in multitudine credentium dilatabitur, & in gloria resurgentium clarificabitur.

HIERON. Non Iesum diuidimus nec duas personas de vna facimus. Sed qui Iesus dicitur, quia seruat, ipse est oriens, quia in diebus eius orta est iustitia. Sub hoc oriente orietur multitudo credẽtium quæ ædificabit ecclesiã Deo, & ipse in singulis membris coronatus portabit gloriam illorum & ipse rex & pontifex [Psal. 71. b.]
sedebit F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et albi. *id est, Græci.*
2 Egressi sunt post eos. *quia Alexander magnus ibi debellauit Darium regem Persarum, & Porum regem Indorum.*
3 Et varij. *id est, Romani.*
4 Egressi sunt ad terram au *ibi se dilatantes respectu situs Romæ.*
5 Qui autem erant robust. *isti sunt etiam Romani, qui suprà dicti sunt varij & fortes.*
6 Exierunt & quære. &c. *quia se non dilatauerunt tãtum ad vnam partem, sed ad omnes partes orbis. ideo sequitur.*
7 Et dixit. *scilicet, dominus à quo est omnis potestas.*
8 Ite perambulate ter. *ex omni parte subiugando eam.*
9 Ecce qui egrediuntur. *impugnando regem Chaldæorum.*
10 Requiescere, &c. *iram meã. Loquitur enim Deus de seipso ad modum hominis irati, cuius ira quiescit quando punit. Deus autem puniuit Chaldæos per Persas & Mœdos qui Balthasar regem interfecerunt, & regnum eius occupauerunt, Dan. 5. b.* 11 Et factum. *Hic consequẽter ponitur Iudæorum consolatio de ædificatione templi & honore ædificati. Circa quod sciendũ, quòd aliqui Iudæi de Babylone venerant apportãtes munera auri & argenti pro templi ædificatione & eius veneratione, & in reuelatione diuina præceptum est Zachariæ, quòd ex illo auro & argento faceret coronas & poneret eas in capite Iesu pontificis, ad denotandum profectum in ædificatione templi: & administratione pontificalis officij, & quòd postea illæ coronæ suspenderentur in templo ædificato, in loco patenti ad templi decorem, & offerentium memoriam. Ex his dictis patet litera paucis exceptis, quæ discutientur.*
12 Ecce vir oriens. *id est, Iesu pontifex in bono proficiens.*
13 Et subter eum orietur. *i. sub eo ædificium templi prosperabitur.*

1 Et

MORALITER.

1 *Et albi, &c.* nam vbi idololatria remota est, pax est ibi reddita: & sic doctores castitate dealbati ibi pacificè habitauerunt.
3 *Et varij.* id est, ad Gentem iam illuminatã luce fidei, vt eam in veritate fidei firmarent, & isti fuerunt quatuor principales doctores. s. Ambrosius, Hiero. Augusti. & Greg. qui dicuntur equi varij: quia fuerunt variis spiritussancti gratiis decorati.
5 *Qui autem erant, &c.* Isti fuerunt apostolici viri, de quibus scribitur Psal. xviij. a. *In omnem terram exi. sonus eorum.*
11 *Et factum. Sume.* Per viros hic nominatos, qui attulerũt aurum & argentum in templo domini offerendum significantur doctores ecclesiæ qui offerunt in ea aurum sapientiæ scribendo, & argentum eloquentiæ docendo in scholis & populis prædicando.
† *Et facies cor. &c.* Ex doctrina enim eorum facti sunt, & fient opera perfectionis, quæ coronæ dicuntur, eò quòd per figuram circularem perfectio significatur: & quia propter opera perfectionis coronæ cælestes redduntur: & totum hoc cedet ad honorem Iesu Christi pontificis summi & ad ædificationem ecclesiæ suæ sanctæ.

sedebit in throno, tam regali quàm pontificali, & consilium pacis erit inter vtrumque: quia vtraque gloria consentiet in Domino Iesu. Post coronatum Christum promittitur corona etiam his qui somniant eum per speculum in ænigmate, & quibus bonus est Dominus, qui noti sunt à Deo & eius gratia repleti visitantur ab eo, & qui prius in Babylone gemebant, longè à Iudæa per singulos profectus ædificabũt domum Dei, & omnes pari mente cognoscent quòd Deus miserit prophetã ad eos.

Hieronym. Rupertus.

a *Et coronæ erũt.* Hebræi dicunt Ananiam Azariam & Misaelem de captiuitate reuertentes aurum & argẽtũ in munera templi, & coronas pontificis & ducis attulisse, & Hen quem suprà nõ dixerat, id est, gratiam: Danielem, scilicet, cum munere venisse, & ideo Helem pro Oldai positũ est, vt ex interpretatione nominis quod somnium dicitur, ostendatur Danielem in captiuitate positum, & tres pueros regalis somnij mysteria cognouisse. Ipse enim Daniel & tres pueri orauerunt Dominum, & ita consecutus est Daniel interpretationem somnij.

Et coronæ erunt. ✠ TERTVLLIANVS. Tolerantia iustorum non periet in finem. Quia & alibi: Honorabilis mors iustorum: ex tolerantia sine dubio, quia & Zacharias: Corona (inquit) erit eis qui tolerauerint.

I. 4. ad Mat. cap. 39.

tur, & ædificabit templum Domino, & ipse extruet tẽplum
a ¶ Post extructum templum. b ¶ Alteram coronam. ¶ Per principis potestatem.
Domino. Et ipse portabit gloriam & sedebit, & dominabitur
a ¶ Sed & Iesus filius Iosedech sedebit super sacerdotali sede. b ¶ Iunctis animis & consiliis populum Dei gubernabit.
super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, & consilium 1
a ¶ Qui de regia & Leuitica tribu descenderunt. b ¶ Pro Oldai Helem ponitur. ¶ Aliàs Heleti.
a pacis erit inter illos duos, & coronæ erunt Helem & Tobiæ
a ¶ Notus Domini. b ¶ Gratia. ¶ Hic quartum additur cum tria tantum posuit. c ¶ Visitatio Domini. d ¶ Et hoc erit. ¶ In sempiternum.
& Idaiæ & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo Domi-
a ¶ A Deo per peccata. b ¶ Vbi habitat Deus.
b ni. Et qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo Do- 2 3
a ¶ Tunc ex euentu rerum & prosperitate cognoscetis, quòd Domino iubente omnia prædixi.
mini, & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos. 4 5
¶ Hæc omnia erunt si præceptis Domini obedieritis.
Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei 6
vestri.

HIERON. Coronæ prius impositę capitibus duorum nominibus illorũ à quibus oblatæ sunt consecrabuntur in templo Dei in sempiternam memoriam, & tũc de toto orbe Gẽtes quæ procul positæ sunt veniẽt & ædificabunt in templo Domini vnusquisque pro viribus suis.

b *Et qui procul sunt.* ✠ RVPERTVS. Videmus quia hoc factum est, & fit, & fiet vsque in finem seculi, & nos maximè qui de gentibus aduenimus contingit, quia procul eramus, quod meminisse nos vult Apostolus, vbi ad Ephesios loquitur, *Memores estote, quòd vos qui eratis sine Christo, & sine Deo in hoc mundo, nunc in Christo Iesu, vos qui eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.*

Eph. 2.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et consilium pacis erit inter illos duos. *id est, inter Iesum pontificem & Zorobabel ducem.*
2 Et qui procul sunt. *non solùm Iudæi sed etiam Gentiles.*
3 Venient. *in Ierusalem ex deuotione.*
4 Et ædificabunt in templo Domini. *offerendo munera pretiosa ad templi ædificationem necessaria, secundum quod habetur. 2. Machabæorum. 5.* Fiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent.
5 Et scietis. *per impletionẽ prophetiæ meæ, & sic est verbũ Zachariæ.*
6 Erit autem hoc si auditu audieritis. *Per hoc patet quòd hæc promissio de bono futuro & aliæ consimiles frequenter intelliguntur in scriptura tali conditione, scilicet, si illi quibus fiunt, in bono perseuerent. Et similiter comminationes de malo pœnæ si permaneant in peccatis. Sciendum autem, quòd vbi translatio nostra hîc habet:* Ecce vir oriens nomen eius. *Translatio Chaldaica apud Hebræos autentica sic habet: Ecce vir Meßias nomen eius: & sic intelligitur ad literam de Iesu Nazareno, qui est verè Meßias in lege & prophetis promissus. Qui dicitur hic oriens: quia secundum Deitatem æternaliter oritur à patre.* Et subter eũ orietur. *quia tunc erat nasciturus secundum humanitatem temporaliter de matre.* Et ipse ædificabit templum Domini. *id est, ecclesiam de fidelibus suis tanquam de lapidibus viuis.* Et ipse ex. tem. *Repetitio est eiusdem ad maiorem assertionem.* Et ipse por. *in sua resurrectione.* Et se. & do. &c. *in sua Ascensione ad dexteram Dei patris, vt dicitur Mar. vlt. d.* Assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei. Et erit sacerdos. *vnde dicitur de eo ad Heb. 7. d.* Hîc autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Et consilium pacis erit inter. &c. *id est, inter Iudæos & Gentiles: ex quibus facta est vna ecclesia sub vno pastore Iesu Christo. Cætera exponantur sicut prius. Nec mirandum, quòd in principio huius partis loquitur scriptura de Iesu filio Iosedech, qui fuit figura re & nomine Iesu Christi filij Dei: quia propter similitudinem figuræ ad figuratum sacra scriptura frequenter transit sub vno contextu de vno ad alterum, sicut dictum fuit Isa. xiiij. quòd scriptura loquendo de rege Babylonis transit ad loquendum de dæmone per eum figurato: & similiter fit in pluribus aliis locis.*

ADDITIO.

In cap. 6. vbi dicitur in postilla: Hîc ponitur successio quadruplicis regni.

Hoc capitulum sextum secundum continuationem ad prædicta videtur sic exponendum. Nam postquam propheta scripserat de bono regimine secundi templi in suo principio, & hoc in. 4. capit. vbi dixit: Isti sunt duo filij oliuæ, &c. *vt suprà expositum est, & consequenter in 5. cap. tractauit de doctrina Pharizaica seu Thalmudica nefanda, sub qua regimen secundi templi fuit post tempus Machab. vsque in finem: in hoc cap. 6. agit de regimine populi Dei per veram Euangelicam legem quæ diuulgata fuit prope destructionem templi & postea. de quo dicit.* Et conuersus sum & leuaui oculos meos, *id est, transiui ad aliam visionem altiorem,* & ecce quatuor quadrigæ, *scilicet, quatuor Euangelia.* Quorum equi alij rufi, *scilicet martyrio.* Alij nigri. *id est, obscuri profunditate mysterij.* Alij albi *gratia virginali.* Alij varij & fortes, *gratiam curationum & diuersarum virtutum habentes. Dicuntur autem istæ quadrigæ* egredi de medio duorum montium. *scilicet, de medio duorum testamentorum. Qui montes ex firmitate & soliditate suæ doctrinæ ærei dicuntur: & quia nulla vetustate consumi possunt. Et hi dicuntur* quatuor venti, egredientes vt stent coram dominatore vniuersæ terræ: *quia ad quatuor partes mundi prædicatio Euangelica discurrit, quia* in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. *Sed robustißimus eorum dixit* quòd perambulauerunt terram & requieuerunt seu requiescere fecerũt spiritum in terra aquilonis, *per quod designatur quòd sedes apostolica in qua residet plenitudo ecclesiastici roboris debebat quiescere, id est, sedere Romæ quæ est in terra aquilonis, scilicet, respectu Ierusalem: vel quia licet in omnem terram exiuit Euangelica prædicatio: tamen in Europa quæ est aquilonaris respectu terræ habitabilis requieuit spiritus Domini, scilicet, ecclesiastica potestas quæ per spiritum Domini exercetur. Et notandum quòd licet hæc expositio videatur esse allegorica, præsupposito tamen secundum continuationem ad præcedentia, quòd in hoc cap. loquitur propheta de regimine ecclesiæ post destructionem templi, vt dictum est, literalis debet censeri secundum regulas suprà in quæstione super prologum Gen. positas.*

Mal. 28. a.

REPLICA. *In cap. sexto, quatuor quadrigas Burgen. exponit de quatuor Euangeliis: quæ & si pro mystica expositione sustineri potest, tamen secũdum literam non possunt reddi singula singulis. Nam non est ratio, quare vnum Euangelium habuerit equos rufos, aliud albos, aliud nigros, aliud varios: quia quamuis Euangelia sunt in stylo diuersa, est tamen vna omnium materia, vt patet per beatum Augustinum de concordia Euangelistarum: & per beatum Gregor. super Ezech. Et specialiter quadriga cum rubeis equis non dicitur processisse aliis procedentibus quasi per martyres equis rubeis significatos Euangelium non sic prosperatum. Aliæ enim quadrigæ cum suis equis ad diuersas mundi partes dicuntur in litera processisse: cùm tamen* Euangelium *& eius sonus in omnem terram per has & illas indifferenter exiuit. Vnde si expositio Burgen. accipitur vt mystica, non oportet figuram & figuratum per omnia concordare, vt dictum est suprà circa capitulum primum* Hosee.

CAPVT VII.

ET *factum est.* ✠ RVPERT. Duo fermè intra hanc & præsentem visionem transierant anni. *Siquidem in anno secundo Darij, decimo mense, vicesima & quarta mensis, vidi (ait) per noctem, &c.* & hic in anno quarto Darij, in quarta mensis noni, verbũ Domini ad se factum dicit, causam protinus inserẽs, propter quam anno siue die illo factũ fuerit.

Hieron. Remig. Rupert.

a Hebræi autumant Sarasar & Rogomelech & cæteros, qui cum eis erant, fuisse Persas & duces regis Darij timentes Deũ, qui audientes templum esse constructũ per legatos querebãt à sacerdotibus & prophetis si secundum priorem consuetudinẽ quinto mense, quo à Nabuchodonosor Ierusalẽ subuersa est, adhuc duraret causa ieiunij & fletus: cùm iam esset restituta Ierusalẽ, an potius causa restitutionis mutassent tristitiã in gaudium. Vt Persæ timẽtes Deum sicut cum flentibus Iudæis fleuerunt, ita cum gaudẽtibus gaudeãt. Postquam autem sciscitãtium expleta est legatio, fit sermo Dei ad Zachariam, imperans, vt loquatur ad vulgus & ad sacerdotes quid respondere debeant legatis.

CAPVT VII.

ET factum est in anno quarto Darij regis, 1
factũ est verbũ Domini ad Zachariam,
in quarta noni mensis, qui est Casleu. Et 2 3
¶ Id est, ad templum quod iam erat instauratum.
miserunt ad domum Dei Sarasar & Ro- 4
gomelech, & viri qui erant cum † eis ad 5
a ¶ Sciscitarentur à sacerdotibus.
precandum faciem Domini, vt dicerent 6
sacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis lo-
a ¶ Modo cum restituta est Ierusalem. ¶ Propter memoriam destructionis. b ¶ Qui appellatur Iulius.
quentes: Nunquid flẽdũ est mihi in mense quinto, vel † san- 7 8
a ¶ Fletus & ieiunium sanctificatio dicitur: quia per abstinentiam curati sanctificantur.
ctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Et factum est 9
a ¶ Tu propheta ex persona mea.
verbũ Domini exercituũ ad me dicens: Loquere ad omnem
a ¶ Qui terreno affectu ieiunat vel comedit. b ¶ Abstineretis à cibis.
b populum terræ, & ad Sacerdotes dicens, Cum ieiunaretis & 10
a ¶ Planctu exteriori amissa temporali lætitia. b ¶ Quando capta Ierusalem. c Quando Godolias occisus est ab Ismaele. d ¶ Desolationis templi & subuersionis Ierusalem.
plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, 11 12
a ¶ Nunquid proderat mihi quòd ieiunabatis. b ¶ Econtrario si quando comedistis vel manducastis.
nunquid ieiuniũ ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibi- 13 14
a ¶ Non mihi: neque enim his rebus placatur Deus, sed bonis operibus, quia esca non commendat nos Deo, sed præcepta faciamus.
stis, nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis? 15
a ¶ Q. Non muto sententiam, quæ dixi adhuc stante Ierusalem, dico post reædificatam. 16
c Nunquid nõ † sunt verba quæ locutus est Dominus in manu 17

† hæc. † eo. † separare. s. à cibis.

Parte 3. pastoral. admonit. 20.

b *Cum ieiunaretis.* ✠ GREGORIVS. Solerter audiendum est quod per prophetam Dominus redarguit. *Cùm ieiunaretis, &c.* Non enim Deo, sed sibi quisque ieiunat, si ea quæ ventri ad tẽpus subtrahit, non egenis tribuit, sed ventri postmodum offerenda custodit.

Hom. 16. in Euang.

✠ IDEM. Illud ieiunium Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur. Hoc ergo quod tibi subtrahis, alteri largire: vt vnde tua caro affligitur, inde egentis proximi caro reparetur. Hinc etenim per prophetam Dominus dicit. *Cùm ieiunaretis, &c.* Sibi enim comedit & bibit, qui alimenta corporis, quæ sunt communia dona conditoris, sine indigentibus percipit.

✠ RVPERT. Qui ieiunat vt per hunc pœnitentiæ laborem omnipotenti Deo de peccatis suis satisfaciat, & vitæ æternæ fructum recipiat, ille ieiuniũ Domino ieiunat, ille Domino non manducat. Qui autẽ idcirco ieiunat, vt vel temporalẽ pœnam euadat, sicut Achab, vel trãsitoriam laudem recipiat, sicut hypocritæ, ille non Domino, sed sibi ieiunat. Dicat igitur. *Nũquid ieiunastis mihi?* Et subauditur, non: quia non ieiunastis propter regnũ Dei, vel vt cælestem Ierusalem quam in Adam perdidistis, in aduentu seminis Abrahæ, Christi, recuperare mereamini.

3. Reg. 21. Matt. 6.

✠ TERTVLLIAN. Iustitia, continentia, & reliquis virtutibus Deus colitur. Deus gaudet fide nostra, innocentia, veritate, solis virtutibus nostris, quę habitãt non in ventre, sed in animo, quasque nobis acquirit diuinus timor & cælestis metus, non terrenus cibus. Nam & Zacharias refert: Si manducetis aut bibatis, nonne vobis manducatis, &c.

Tract. de cibis Iudaicis.

Hieron.

c *Nunquid non sunt.* Q. Cur tanta scrupulositate quæritis, quando debeatis ieiunare & plangere: cùm ego iam per Isaiam & per alios prophetas mandaui omni tempore esse ieiunandum à malis, & studendum in operibus misericordiæ.

Isaiæ 58. a.

✠ RVPERTVS. Priores prophetas illos dicit, qui ante captiuitatem extiterunt, quorum de præcipuis vnus Esaias erat, per quem ita locutus est. *Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Si volueritis, & audieritis, &c.* Illi autem non

Isa. 1.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

1 ET factum est. *Hîc interponitur solutio cuiusdam dubij. & diuiditur in duas, quia primò quæstio proponitur: & secundò soluitur, ibi:* Et factum est. *Circa primum sciendum, quòd post destructionem ciuitatis & templi tempore Sedechiæ, Iudæi postea ieiunauerunt annuatim illa die: & quia populus redierat de captiuitate, & templũ erat prope consummationem, ideo Iudæi qui remanserãt in Babylone miserunt nuncios in Ierusalem ad prophetas & sacerdotes, quærendo si deberent ab illo ieiunio cessare, & hoc est quod dicitur.*

Diuisio

Et factum est. *in cuius anno sexto templum fuit consummatum.*
2 In quarta. *s. die mensis 9. qui est Casleu, cui apud nos correspondet Nouember: Et sic accipitur hic nonus mensis secundum ordinem festorum, in quo ordine Martius est primus: vt declaratum fuit diffusè. Genes. 7. & Exod. 12.*
3 Et miserunt. *de Babylone.*
4 Ad domum Dei Sarasar. *Iste principalis erat inter nuncios.*
5 Ad precandum. *quia omni bono negotio præmittenda est oratio.*
6 Vt dicerent, &c. *qui debent respondere de lege & de aliis dubiis.*
7 Nunquid flendum est mihi. *id est, populo Iudaico.*
8 In quinto mense. *licet enim ciuitas fuerit capta quarto mense, tamen non fuit combusta vsque ad mensem quintum, vt dictum est suprà. Iere. 59. & habetur. 4. Reg. vlt.*
9 Et factum est. *Hîc consequenter quæstio proposita soluitur, in qua solutione sic proceditur: quia primò increpantur de modo ieiunandi præterito. secundò consolantur de bono futuro. cap. seq. tertiò completur quæstionis solutio, versus finem eiusdẽ cap ibi:* Et factum est. *Prima in duas: quia primò propheta arguit modum indebitum ieiunandi. secundò inducit ad rectum modum viuendi ibi:* Et factum est. *Circa primũ sciendum quòd licet Iudæi in diebus ieiuniorum suorum abstinerent ab aliquibus cibis, non tamen abstinebant à vitiis: propter quod erant reprehensibiles, secundum quod diffusè ostenditur Isa. 58. a. ideo ibidem dicitur:* Nolite ieiunare sicut ad hanc diem: *Et hoc modo arguit eos propheta dicens.*
10 Cum ieiunaretis & plange. in quinto. *s. mense pro ciuitatis & templi destructione.*
11 Et septimo. *pro interfectione Godoliæ, ad quam secuta est dispersio reliquiarum populi Iudæ.*
12 Per hos Lxx. annos. *scilicet, captiuitatis.*
13 Nunquid ieiunium. *id est, ad honorem meum? q. d. non: quia non abstinuistis à peccatis.*
14 Et cum come. & bi. *lautè post ieiunium.*
15 Nunquid non vobis comedistis. *id est, ad vestram voluntatem? quasi diceret: Sic, & nihil pauperibus dedistis.*
16 Nunquid non sunt, &c. *de modo ieiunandi indebito.*
17 In manu prophetarum. *sicut allegatum est de Isaia: qui suo tempore arguit ieiunantes malè.*

MORALITER.

1 *Et factum est, &c.* Sequitur.
6 *Vt dicerent.* Per hoc ostenditur, quòd illi qui sunt diuinæ legis ignari recurrere debent ad prælatos & doctores ad quærendum in dubiis veritatem, & illi tenentur respõdere, Malach. 2. d. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam.*
9 *Et factum est verbum, &c.* Sequitur: *Nunquid ieiunium ieiunastis mihi?* q. d. Non. Et per hoc ostenditur quòd abstinentia à cibis non est Deo accepta, nisi cum hoc sit abstinentia à vitiis, & ieiunium comitentur opera pietatis. Ideo subditur.
15 *Nunquid non vobis.* post ieiuniũ vos lautè reficiendo & nihil pauperibus conferendo.
16 *Nunquid non sunt verba, &c.* q. d. Non: immo contrarium. vnde Isaiæ 58. a. *Quare ieiunauimus & non aspexisti?* Et subditur

non solum non audierunt, verumetiam clamantes, prophetas occiderunt, duro corde, &c. Itaque Dominus iustus ad cognoscendum, ipsi autem inexcusabiles: quia quod factum illis non est factum per properantem Domini impatiētiam, sed per ipsorum perseuerantem impœnitentiam.

Hieron. Remig. Leuit. 19. c. a *Iudicium verum iudicate, &c.* Moyses. *Sic magnū iudicabis vt parvum, nec accipies personam, & pauperis nō misereberis in iudicio, quia iudicium Dei est.* Hæc magis volui, hęc quęsiui: hæc faciūt commendabile ieiunium,

† Leu. 19. c. † Exo. 22. c. Iere. 22. a. quæ non faciētes tradiditi estis captiuitati: Non quęro ieiunium desolationis & mortis quinti & septimi mensis.

I. 4. ad Mar. cap. 16. ✠ TERTVLLIAN. Christus adiecit supplementa cōsentanea

B disciplinæ creatoris. Atque adeo hoc statim renuntiandū est, an disciplina patientiæ prædicatur penes Creatorem. Sic per Zachariam præcepit, c ne vnusquisque malitiæ fratris sui meminerit, sed nec proximi. Nam & rursus: *Malitiam*, inquit, *proximi sui vnusquisque nō recogitet.* Multo magis patientiam indixit iniuriæ, qui indixit oblitionem, &c.

Zach. 8.

I. 4. cap. 31. & 70. ✠ IRENÆVS. Zacharias in duodecim prophetis significans Iudæis volūtatē Dei,

C ait: Hæc dicit Dominus, iustum iudicium iudicate, & ex quibus manifestum est, quia non sacrificia & holocaustomata quærebat ab eis Deus, sed fidem, & obedientiam, & iustitiam propter illorum salutem.

b *Et noluerunt attendere.* Possunt hæc referri ad eos qui in ecclesia nolunt audire Deum, sed cōr aggrauāt, & ideo delinquentes in ecclesia proiiciuntur de terra confessionis, & fit indignatio Dei super eos, & dispersi sunt per omnia regna vitiorum: & desolata est terra eorū. Vel anima vel corpus non habens Deum habitatorem, nec in se spiritum reuertentem & terra quondam desiderabilis, quæ erat hospitium Trinitatis, versa est in desertum & habitationem draconum.

D

c *Vt adamantem, &c.* Adamas lapis fortissimus, qui omnia metalla confringit, & à nullo cōfringitur: vnde indomabilis dicitur.

✠ RVPERTVS. De adamāte illud mirandum, quòd cùm tantę † opprime-
sit duritiæ, solo per- re.
fusus sanguine hirci, quod animal libidinosum est, statim dissoluitur. Vnde congrua similitudo est valde, *& cor suum posuerunt adamantē*, quia cùm durissimæ cerui- E
cis & cordis indomabilis essent cōtra Dominum, molissimi erant in omnium libidinū fluxum. Quām verò acerba est infelicium suggillatio dicere: *Et terra desolata est ab eis, &c.* Nam verè infœlicissimū est, & infœlicitatem desolationis pati. & insuper criminis argui, F
quòd ipsi desolationem ipsam fecerint, & quòd ipsa contra illos terra iustè videatur deflere, & cōqueri, & dicere illis. Non Deus qui hoc fieri iu- † post eos, ita quòd
dicauit, non Nabuchodonosor qui iudicio Dei super me ascendit, sed vos coloni pessimi, vos feciſtis, & ex vobis causa est, quòd desolata & in desertum posita sum ego terra desiderabilis.

✠ CAP.

prophetarum priorum cum adhuc Ierusalem habitaretur & a ¶ In montana regione.
esset † opulenta, & ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad austrum & in campestribus habitaretur? Et factum est verbum 1
Domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait Dominus exerci-
a ¶ Ne vobis improperetur: Vsquequo iudicaris iniquitatem. b ¶ Postiudicij veritatem sequatur clementia in cunctos, maxime in fratres, vel eiusdem sanguinis, vel eiusdem fidei.
tuum, dicens: † lūdicium verum iudicate, & misericordiam 2
& miserationes facite, vnusquisque cum fratre suo. Et † vi- 4
a ¶ Quorum cura à Deo vobis committitur. b ¶ Hunc peregrinatio, hunc egestas humilem facit. 5
dūam, & pupillum, & adūenam & pauperem nolite † ca- † opprime-
a ¶ Omnis homo frater, quia omnes ex vno patre. b ¶ Nedum faciat. re.
lumniari: & malum vir frātri suo non cōgitet in corde suo. 6
a ¶ Cum hæc præceperam illi no. attende. b ¶ Ex habitu corporis mea imperia respuentes. 7
Et noluerunt attendere, & verterunt scapulam recedentes: 8
a ¶ Sicut aspis surda, & obturans aures suas. b ¶ Non Dei. c ¶ Onere. d ¶ Deum præcipientem. ¶ Cordis. ¶ Durum lapidem. ¶ Sponte. ¶ Quasi.
& aures suas aggrāuauerunt ne audirent, & cor suum posue-
runt vt adamantem ne audirent legem: & verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum pro-
a Isaiæ, Hosee, qui mundas habuerunt manus. ¶ Ideo. ¶ Pro magnis peccatis.
phetārum priorum. Et facta est indignatio magna à Domi- 9
a ¶ Completa sunt verba Domini par pari referentis, vt sicut illi ambulauerunt ad eum peruersi, & ipse ad eos peruersus incederet. b ¶ Dominus præmiando.
no exercituum. Et factum est sicut locutus sum, & sicut non a ¶ Me. ¶ Ad me. ¶ Eos.
audierunt, sic clamabunt & non audiā, dicit Dominus exer- 10
a ¶ Immo. a ¶ Assyriorum, Mœdorum, Chaldæorum, Persarum & aliorum.
cituum. Et dispersi eos per omnia regnā quę nesciunt, & ter- 11
a ¶ Omnis Iudæa. ¶ Regnis. b ¶ A suis habitationibus.
ra desolata est † ab eis, eò quòd non esset transiens & reuer- † post eos,
a ¶ Quæ ad comparationem aliarum propter abundantiæ mulierum lacte & melle manabat verterunt in solitudinem.
tens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum. 12

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et factum est. *Hic consequenter inducit populum ad debitum viuendi modum, cum subditur.*

2 Iudicium verum. *non deferentes alicui contra iustitiam timore aut fauore.*

3 Et misericordiam. *quantum ad mentis affectum.*

4 Et miserationes. *quantum ad multiplicem effectum.*

5 Facite, &c. *cum personis indigentibus cuiuscumque conditionis aut sexus.*

6 Vir fratri suo. *id est, proximo suo.*

7 Non cogitet in corde suo. *malum. Ex quo patet falsitas Iosephi dicentis lib. antiquitatum. 12. quòd cogitatio non est peccatum, nisi procedat ad effectum.*

8 Et noluerunt attendere. *ad verba prophetarum patres vestri qui erant in Ierusalem & regno Iudæ ante destructionem Ierusalem: sed magis prophetas persecuti sunt ad mortem.*

9 Et facta est indignatio magna. *qui per Chaldæos ciuitatem & templum destruxit, populum partim occidendo & partim captiuando. ideo sequitur.*

10 Et dispersi eos per omnia. *per multa, vt per regna Assyriorum Chaldæorum, Persarum & Mœdorum.*

11 Et terra desolata est ab eis, eò quòd non esset. *id est, propter eorum demerita.*

12 Et posuerunt. *id est, Iudæam, quæ fuit desiderabilis patribus sanctis, non tam propter eius fertilitatem, quia terra Aegypti est fertilior, quàm propter mundi redemptorem, quia in ea operatus est salutem.*

CAP.

MORALITER.

✠ ibidem ratio cum dicitur: *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè:* ideo subditur de operibus iustitiæ & misericordiæ.

2 *Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes, &c.* Et patet litera.

Hieron. A CAPVT VIII.

ET *factum est.* Israeliticus populus in captiuitate cum Assyriis & Chaldæis fornicatus est: sed postquam ab amatoribus suis illusus, & pristino decore nudatus est, me-

Hosee. 2. b. mor pristinæ felicitatis dicit: *Reuertar ad virum meum priorem*, & ille suscipiens in coniugio dicit.

b *Zelatus sum.* Quātò prius indignatus a
sum, quòd à multis amatoribus deturpata maculauerit thorum meum, tantò amplius nunc zelo eam quòd egit pœnitentiam, & ædificauit templū in quo habitabo in medio eius.

b.

In Psal. 118. octon. 48. ✠ AMBROSIVS. Quia Deus magnus, ideo & zelus eius magnus est, & pro vniuscuiusq; potētiæ qualitate, ita & zelus aut mediocris aut magnus est. Zelo vindicatur Ierusalem, zelo Ecclesia cōgregatur, zelo fides acquiritur, zelo pudicitia possidetur. Dominus quoque ait: *zeludomus tuæ comedit me*, increpans Iudæos quòd domū orationis fecerint spe-

Ioan. 2. luncam latronum.

Quæst. 16. in scripturā. ✠ ANASTASIVS Nicenus. Benignus quidem & iustus iudex Deus, nobis peccantibus nos sæpe tradit aduersariis, non ad interitum, sed ad castigationem ac disciplinam, vt per Hieremiam

Baruc. 4. dicit. Et per Zachariam de Assyriis: *Æmulatus sum Sion zelo magno, & ego irascor ira magna aduersus eos qui vos inuadunt, &c.* Hīc

C ergo discimus, quod qui belligerantur & nos iniuria afficiunt, vltimum subibunt supplicium.

Ezech. c. 17. ✠ REMIGIVS. Loquitur de Ierusalem quasi vir de adultera vxore. Dilexit enim plebem Israeliticam, eámque casto amore dote fidei sibi sociauit, sicut Ezechiel plenissimè declarat. Quæ postea relicto Deo fornicata est cum idolis diuersarum gentium, propter quod tradita est in captiuitatem, &c.

Hieron. c *Reuersus sum.* Per Sion & Ierusalem accipiuntur animæ fidelium

CAPVT VIII.

ET factum est verbū Domini exercituum 1
ad me, dicens. Hæc dicit Dominus exer- †
a ¶ Affixi Iudæos qui me dimisso, idola coluerunt. b ¶ Quia magna peccata eorum.
cituum: Zēlatus sum Sion zelo magno, 2
a ¶ Quia cum multis amatoribus prostituta maculauit thorum meum.
& indignatione magna zelatus sum eā. a ¶ Sed quia pœnituit. ¶ Sed.
Hęc dicit Dominus exercituum: Reuer- 3
a ¶ In templo ædificato.
sus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem. Et vocabi- 4
a ¶ Quæ ante erat vrbs mendacij.
tur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum †
a ¶ In quo immolantur victimæ & ceremoniarum ordo seruatur.
mons sanctificatus. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc 5
habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem, & viri bacu- †
lus in manu eius præ multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis †
a ¶ In pace vrbium solet fieri, vt lasciua ætas lusibus & choris gaudia concelebret. b ¶ Gestu corporis mentis lætitiam indicantes.
complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis †
a ¶ Ab his qui vident vrbem penitus destructam.
eius. Hæc dicit Dominus exercituum, Si videbitur difficī- 6
a ¶ Et quasi impossibile est quod spondeo. b ¶ Pusillanimis. c ¶ Quando ædificata est Ierusalem. 7
lē in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: nun- 8
a ¶ Ab eo meo promisso cui nihil impossibile.
quid in ōculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

✠ REMIGIVS. Nominibus Sion & Ierusalem secundū sensum allegoricum significatur ecclesia, vt frequenter dictum est suprà, quę dupliciter potest accipi. Vno modo pro ecclesia vniuersali: & sic Deus non recedet ab ea, Matth. vlt. d. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Alio modo pro aliqua particulari ecclesia: & sic Deus dicitur recedere ab ea, quando propter defectum boni prælati vitia multiplicantur: Et ad eam reuertitur, quādo prouidet ei de bono prælato per cuius sollicitudinem resecantur vitia, & virtutes reformantur. & tunc illa ecclesia dicitur ciuitas veritatis, quia bonus prælatus studet ibi stabilire triplicem veritatem, scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ.

† Et

Iuuenes & virgines senes cum iuuenibus laudent nomen Domini. Psal. 148. b.

c *Si videbitur.* ✠ REMIGIVS. Quia magna & incredibilia promittebantur ipsi Israeli, dubitare fortassis poterāt præ rerum magnitudine. Idcirco nūc loquitur propheta ex persona Domini: Si vobis ō reliquię populi mei difficile videtur esse quod spōdeo, nunquid mihi difficile erit qui omnipotens sum?

Cū tēpore persecutionis cōciliabula Christianorū destruerē- Hieron.
tur, insulę exiliis fidelių implerētur, diuini libri cremabātur: quis Remig.
tunc crederet ecclesias cōstruēdas ab ipsis qui eas destruxerunt? F
Cum reliquiis populi, qui de captiuitate venerant tātam fœlicitatem prophetasset, videbatur incredibile. Cōtra quod propheta: Non sunt mea quæ respondeo, nec mea voce vtor, Dei sunt promissa quæ replico.

a *Ecce*

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

Diuisio 1 ET factum est. *Hic post populi increpationem ponit propheta boni promissionē, vt bonus Samaritanus post vinum mordicationum infundens oleum lenitiuum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur dicta promissio. secundò, promissionis confirmatio, ibi:* Hæc dicit. *Promissio verò ista est de prosperā habitatione ciuitatis Ierusalem reædificatæ. Præmittitur tamen præterita castigatio, cum dicitur in persona Dei.*

2 Zelatus sum Sion. *sicut vir vxorem, qui acriter corripit eam delinquentem. Et accipitur hic Sion pro populo qui ibi conueniebat ad templum, & etiam pro templo, quia populus castigatus fuit per captiuitatem, & templum incensum propter populi malitiam.*

3 Reuersus sum ad Sion. *in dulcedine clementiæ.*

4 Et habitabo in medio Ierusalem. *quia post reædificationē templi ibi viguit cultus Dei, & etiam ibi erat multitudo populi: ideò sequitur.*

5 Adhuc habitabunt senes & anus, &c. *Quia non interficientur in iuuentute sicut antea. Cætera patent in litera.*

6 Hæc dicit. *Hic consequenter sequitur dicta promissionis confirmatio. Et diuiditur in duas partes, quia primò confirmatur ratione, secundò exemplo, ibi:* Hæc dicit. *Ratio autem accipitur ex Dei potentia, cui nihil est difficile: & hoc est quod dicitur.*

7 Si videbitur di. *propter paucitatem enim plebis tempore Zachariæ videbatur hominibus quòd de cætero Ierusalem non posset sufficiēter populari: sed hoc non obstat potentiæ Dei, ideo subditur.*

8 Nunquid in oculis. *Et subditur modus populationis, cùm dicitur.*

✠ Ecce

MORALITER.

✠ 1 *Et factum est verbum domini, &c.* Sequitur.

† *Hæc dicit dominus.* Nominibus Sion & Ierusalem secundū sensum allegoricum significatur ecclesia, vt frequenter dictum est suprà, quę dupliciter potest accipi. Vno modo pro ecclesia vniuersali: & sic Deus non recedet ab ea, Matth. vlt. d. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Alio modo pro aliqua particulari ecclesia: & sic Deus dicitur recedere ab ea, quando propter defectum boni prælati vitia multiplicantur: Et ad eam reuertitur, quādo prouidet ei de bono prælato per cuius sollicitudinem resecantur vitia, & virtutes reformantur. & tunc illa ecclesia dicitur ciuitas veritatis, quia bonus prælatus studet ibi stabilire triplicem veritatem, scilicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ.

† *Et mons.* nam ibi debitè celebratur officium diuinum.

5 *Adhuc ha. &c.* nam viri & mulieres morum maturitatē habentes habitant in dioceſi illa. Et de tali vera senectute dicitur Sapien. iiij. b. *Aetas senectutis vita immaculata.*

† *Et viri ha. &c.* Vir dicitur à virtute, ideo significat in moribus virtuosum: Baculus in manu significat potestatem iudicandi: tales autem iudices statuit bonus prælatus in sua dioceſi.

† *Præ mu.* id est, notitiarum diuinæ legis & humanæ, quæ debent in bonis iudicibus esse.

† *Et plateæ.* i. inuenibus taciturnis & modestis, Eccl. xxxij. b. *Adolescens loquere in causa tua vix.* Ideo tales dicuntur infantes, quasi non fantes.

† *Et puellis ludentibus.* id est, Deum deuotè laudantibus. De tali ludo dixit Dauid ij. Reg. vj. d. *Viuit dominus, quia ludam ante dominum, &c.*

☞ a *Ecce ego sal.* Quidam Iudæorũ dicunt hæc esse completa sub Zorobabel & Neemia ædificato tẽplo, & muris ciuitatis extructis, & statu Iudaici populi restituto à Machabæis & diuersis principibus qui vsque ad Herodem rexere Iudæam. Alij ad consummationem seculi referunt, & sub Christo quem frustra præstolantur explẽda cõmemorant.

Possumus dicere hæc ex parte esse cõpleta tempore Zorobabel, quando reducto populo sub figura futuri, Deus habitauit in Ierusalẽ. Vnde appellatus est populus Dei, & Dñs appellatus est Deus eorũ: non in mẽdacio & iniquitate, sed in veritate & iustitia. Et in ecclesia sub Christo maximè implentur, quando *multi de oriente & occidente veniunt & accumbũt cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cælorum*, & discedente vmbra veteris legis, veritas Euãgelij & iustitia Christi declaratur. (Matt. 8. d.)

b *Confortentur man.* Cùm Aggæus & Zacharias iam exhortati fuissent populum ad ædificandũ, nunc iam secũdũ admonitionẽ eorum extructo templo, hortantur nunc iterũ & duces & populũ, vt experti veritatẽ in his quæ prius audierãt, nunc etiam accommodent fidem his quæ modo promittũtur: nec timeãt impetum Mœdorum, nec insidias nationum per circumitum impedire volentium: sed confortẽtur per os prophetarũ ex die quo iacta sunt fundamenta templi, vsque ad diem quo superædificatũ est templũ, & audiant quæ sequuntur, dicitur ecclesiæ: *Confortentur manus, &c.* per bona opera in quibus fundatur domus Dei, quando iaciuntur fundamenta fidei, & extruitur tẽplum quando multitudo fidelium roboratur, & ita viuit, vt templũ Dei esse mereatur. Sed ante hanc ædificationẽ quidquid boni operis habere videbantur, vel homines. i. rationabiles, vel iumenta. i. simplices, inde nullam mercedẽ apud Deũ consequebantur: sed erant in eis bella & discordiæ & tribulatio: frater fratrem supplantabat, *& inimici hominis domestici eius*: quia carebant pace, quã Christus vadens ad patrem reliquit apostolis. Quidquid boni operis facit, vel Iudæus vel hæreticus, vel Gẽtilis absque fide Christi, sine mercede agit: sed recepta fide Christi, qui pro peccatis captiui tenebãtur in mundo, & Babylonio igne vrebantur, iam habent fructũ vineæ quæ dicit: *Ego sum vitis vera.* His dat terra fructum, vt qui in lachrymis seminauerunt, in gaudio metant, & cæli qui enarrãt gloriã Dei, dabunt rorem diuini eloquij, & hæc omnia. i. pacem & abundantiam terræ, habebunt reliquiæ populi, quas reliquit nobis Dominus Sabaoth. (Mich. 7. b. Ioan. 14. d. Ioan. 15. a. Psal. 125. a.)

a Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego saluabo populum 1
a ¶ Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cęlorum. b ¶ Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat iniquitatem à Iacob.
meum de terra orientis, & de terra occasus solis, & adducam
¶ Ecclesiæ.
eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in po-
a ¶ Obedientes. b ¶ Erit vnus grex & vnus pastor. c ¶ Protectorem.
pulum, & ego ero eis in Deum in veritate & in iustitia. Hæc 2
¶ Ad cætera.
b dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ qui 3 4
a ¶ Quarto anno Darij, quarto die mensis, qui dicitur Casleu. b ¶ De promissione futurorum. c ¶ Qui cœperunt loqui à die quo fundari cœpit domus Domini.
auditis in diebus his sermones istos per os prophetarum: in
¶ Qui prophetauerunt vt tem. ædifi.
die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum
a ¶ Audire debetis quia. ¶ Certe. b ¶ Antequam ædificaretur domus Dei omnis labor vester irritus, & tam homines quàm iumenta in diuersis operibus cassis conatibus frustrabantur, foris aduersarij, domi seditio, frater fratri insidiabatur: per hæc omnia pax rumpebatur.
ædificaretur. Si quidem ante dies illos merces hominũ non 5
erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti & ex- 6
a ¶ Omnes inter se hostili odio dissidebant.
eunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines
a ¶ Quia iam domus Domini fundamenta sunt iacta & templum ædificatum.
c vnumquemque contra proximum suum. Nunc autem non 7 8
a ¶ Reuersis de captiuitate Babylonis.
iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit do-
a ¶ Christus. b ¶ Quæ prius sterilis. ¶ Ariditatẽ & famem pristini tẽporis futura abũdãtia cõpẽsabit. 9
minus exercituum: sed semen pacis erit. Vinea dabit fru- †
a ¶ Salutem humani generis. b ¶ Quæ prius auferebat. c ¶ Contra priorem ariditatem.
ctum suum, & terra dabit germen suum. Et cæli dabunt ro- †
a ¶ Pro ædificatione. ¶ Irrigatione pluuiarum & rore nocturno omnia pullulabunt. †
rem suum, & possidere faciam reliquias populi huius vni-
¶ Quæ dixi.
d uersa hæc. Et erit, sicut eratis maledictio in Gentibus do- 10
¶ O duæ tribus. ¶ Decem tribus.
mus Iuda & domus Israël, sic saluabo vos, & eritis benedi- 11 12
a ¶ Aduersarios rebellantes. b ¶ Promissione Dei. c ¶ Vt impleant opera quæ cęperunt.
ctio. Nolite timere: Confortentur manus vestræ, quia hæc
¶ Qui potest implere quæ promittit. a ¶ Captiuitati traderem.
e dicit Dominus exercituum. Sicut cogitaui, vt affligerem

c *Nunc autem, &c.*

✠ Remig. Quia inquit, iam templũ ædificatũ est, nequaquã faciam sicut prius feci huic populo, affligendo eum, sed dabo illis pacem: & famem pristini temporis futura abundãtia compensabo.

✠ Rupert. Nam qui tunc erat maledictio, ita vt diceretur, vel dici posset quippiam illi quem perire vellet, Sic tibi eueniat quomodo euenit miserabili populo, qui terra sua in desertum redacta, & ciuitate Ierusalem cremata igne, captiuus abductus est, ipse idẽ populus nunc est benedictio per Christũ semen pacis, quia *in ipso benedicentur omnes gentes.* Ad hoc ipsum pertinet hoc quoque quod protinus dicit: *Sicut cogitaui vt affligerem vos, &c.* Nam reuera ad iracundiam prouocauerunt Dominum patres nostri Adam & Eua, nõ solum transgrediendo præceptum, verumetiã defendendo peccatũ, & propter hoc cogitauit vt affligeret nos, & modo quodam non est misertus, quatenus alio modo melius misereretur. (Gen. 22.)

d *Et erit, sicut era.* Promittit quæ ventura erant post ædificationem templi, vt sicut prius inter Gẽtes erant in maledictione & sibilo, sic saluatæ & reuersæ in Iudæam, erũt in benedictione.

Tempore persecutionis, Christiani Gentibus per circumitum sunt in maledictũ & in exẽplum, quia offenderunt in Deũ suum, sed postea reddita pace sunt in benedictione, quia Deus miseretur Ierusalẽ. i. visioni pacis: & Iudæ. i. fidẽ Domini confitentibus, Singuli etiam credentium qui propter vitia traduntur Sathanæ, cum egerint pœnitentiã, reuertentur in pristinum statum, & videbunt pacem Dei & confessionis suæ gloriam possidebunt. (1. Cor. 5. a.)

e *Sicut cogitaui.* Iratus 12. tribubus tradidit captiuitati: conuersus ad misericordiam, relicto Israel in captiuitate, benefacit Ierusalem & domui Iuda.

☞ *Cogitaui*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce ego salua. *quia reædificata ciuitate & statu eius prosperante multi Iudæi de diuersis partibus mundi instinctu Dei venerunt ad habitandum ibi.*

2 Hæc dicit. *Hic consequenter confirmatur exemplo per hoc quod antequam resumeretur reædificatio templi, populus erat in misero statu: & opere resumpto cœpit meliorari, ideo dicitur.*

3 Confortentur. *in templi opere.* 4 Qui auditis, &c. per os prophetarum. *s. Aggæi & Zachariæ ad ædificium templi exhortãtium.*

5 Si quidem ante, &c. *i. homines & iumenta laborabant quasi frustra: quia non cedebat eis ad lucrum.* 6 Neque introeunti, &c. *propter insidias aduersariorum.* 7 Nunc autem. *i. post operis resumptionem.* 8 Non iuxta dies. *in quibus populus erat in miseria magna.* 9 Sed semen pacis erit. *i. populus poterit pacificè seminare & metere, & erit etiam abundantia fructuum, ideo subditur:* Vinea dabit fructum suum, &c. 10 Et erit sicut eratis, &c. *quia quando Gentiles maledicebant alicui, dicebant:* Sic tibi cõtingat, *sicut miseris Iudæis.* 11 Sic saluabo. *de malis.*

12 Et eritis bene. *quia benedicens alicui dicet: Fiat tibi sicut Iudæis. Licet autem istud aliqualiter fuerit impletum tempore templi consummati, & ciuitatis reædificatæ: tamen multò perfectius impletum fuit tempore Christi & Apostolorum. Cætera patent vsque ibi.*

✠ Hæc

MORALITER.

✠ 7 *Nunc autem. &c.* Sequitur.
9 *Sed semen pacis.* s. internæ, & fraternæ: & postea supernæ.
† *Vinea dabit fructum.* id est, ecclesia quantùm ad clerum.
† *Et terra dabit.* quantùm ad communem populum.
† *Et cæli dabunt rorem suum, & p ssidere faciam reliquias, &c.* id est, doctores dabunt salutiferam doctrinam.
10 *Et erit, sicut eratis maledictio.* scilicet, tempore mali prælati.
11 *Sic saluabo vos, & eritis benedictio.* s. tempore boni. Residuum huius capituli exponatur, sicut in expositione literali.

† *Et* ✠ MORAL

☞ *Cogitaui vt benefaciam:* vt igitur permaneat mea sententia: & nõ fiat irrita pollicitatio, facite hæc quæ præcipio.

a *Veritatem & iudicium.* In iudicio prima est veritas & iustitia: deinde sequitur misericordia hoc enim est iudicium pacis, vt iudex propositum habeat pacificare discordes. In præceptis quæ ad vitam pertinent, & sunt perspicua: nõ debemus quærere allegoriam, ne iuxta Comicum quæramus nodum in scirpo.

✠ Remig. Quia inquit, vobis bona promisi, vt mea permaneat promissio, facite quę præcipio. *Loquimini veritatem, &c.* Proximum omnem hominem accipimus, quia ex vno parente omnes geniti sumus. Si enim solis carne proximis veritatem loqui præcipimur, ergo peregrinis & alienigenis licebit mẽtiri. Quia verò cõsuetudinis illorum fuit, vt in portis ciuitatis iudices sederent, & causas singulorum discernerẽt, ne cogerentur agricolæ intrare vrbem, & dispendiũ sustinerent, sequitur, *Iudicium iudicate in portis vestris, &c.*

b *Et factum est ver.* Ad id quod suprà Sarasar & Rogomelech per legatos quæsierant vtrum in mense v. & vij. deberent ieiunare & plangere: an post ædificationem tẽpli finire ieiunium, luctumq; deponere multis in medio positis quæ facere prospera deberent: Tandẽ ex persona domini respõdet propheta. Ieiunium quarti mensis Iudæ arbitrantur, i. Iulij esse die septimo & decima eiusdẽ mensis, quãdo Moyses de mõte descendens tabulas legis fregit: & iuxta Ieremiam muri ciuitatis tunc primùm sunt rupti. In quinto, idest, in Augusto, propter exploratores terræ sanctæ orta est seditio in populo, & iussi sunt montem non ascendere: sed per quadraginta annos longis à terra sancta circumire dispendijs, vt exceptis duobus Iosue & Caleb, omnes in deserto morerentur. In hoc etiã mense, prius Nabuchodonosor, & postea Titus templum Ierosolymis destruxit, & vrbem Bethel cepit: ad quam confugerant multa milia Iudæorum, Aratum etiam templum in ignominiam oppressæ Gentis à Tito Annio Rufo. In septimo, idest, Octobri, occisus est Godolias, & tribus Iudę & Ierusalem reliquiæ dissipatę. Decimo, idest, Ianuario Ezechiel in captiuitate positus, & populus captiuorum audiuit templum esse subuersum. v. mense. Hæ sunt causæ luctus & ieiuniorum, quæ hactenus habuerunt: sed Deus pollicetur hos dies vertendos in gaudium, & solennitates si pacem & virtutem dilexerint. (Hieron. Remig. Ieiunia Iudæi quot & quare obseruabant. Exod. 32. Ierem. 52. Num. 13. 4 Reg. 25. Iere. & 39. Ezech. 33.)

Ieiunium quarti, & quinti, septimi & decimi vertetur in solennitates, in tantum vt ciuitates Iudææ quæ prius desertæ frequenti habitatione celebrẽtur, & vna ciuitas pergat ad alterã & se mutuò cohortentur dicentes: Per septuaginta annos Ierusalẽ est oppressa luctu & amaritudine: sed nũc pace reddita pergamus Ierusalem, & iuxta pręceptum legis victimas immolemus. Et respondet alia ciuitas: *Vadam etiam.* & tunc populi multi cõiuncti, & Gentes innumerabiles & fortes adorabũt dominum.

✠ Clemens Alexand. Christianus vtitur hac vita tanquam aliena, quãtum requirit necessitas. Nouit ipse ieiunij quoque ænigmata horum dierum quarti inquã, & sexti: dicitur autẽ ille quidẽ, Mercurij, hic verò Veneris. Ecce enim ieiunat in vita & ab auaritia, & à libidine, ex quibus omnia oriuntur vitia. Ieiunat ergo etiã ex lege à malis actionibus & ex euangelij perfectione à malis cogitationibus. (L. 7. stromat.)

Mysticè tunc ieiunamus, *quando aufertur à nobis sponsus.* nec meremur eius præsentiam: sed cum reuersus cogitat benefacere, tristitia vertitur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei præsentia doctrinæ eius & cælestis panis saturitate pensabatur. (Hieron. Matth. 9.)

vos, cum ad iracundiam me prouocassent patres vestri di-
¶ Vt vel sic vos erudirem. ¶ In præsenti tempore.
cit dominus, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui
in diebus istis, vt benefaciam Ierusalem & domui Iuda. No-
lite timere. Hæc sunt ergo verba quæ facietis. Loquimini veri 1
a ¶ Proximus omnis homo.
a tatem vnusquisque cum proximo suo. Veritatem & iudiciũ 2 3
a ¶ Vbi sedebant ad iudicandum. b ¶ Qui sanctus est nec affligit amicum, nec contra eum malignitatem machinatur in corde.
pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum con-
tra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramen 4 5
tum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, di-
b cit dominus. Et factũ est verbum domini exercituum ad me
dicẽs: Hęc dicit dominus exercituũ: Ieiuniũ quarti, & ieiuniũ 6
¶ Vertetur. 7
quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui Iu 8
¶ Hoc tantum quærit Deus. 9
dæ in gaudium & in lætitiam & solennitates præclaras. Veri- 10
tatem tantùm & pacem diligite. Hæc dicit dominus exerci- 11 12
¶ Vndique. ¶ Ecclesijs prius desolatis.
c tuum † Vsquequo veniant populi, & habitent in ciuitatibus 13
multis, & vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes: Ea- 14
¶ Qui audit dicat veni. a ¶ Filium qui imago patris: Qui videt me, videt & patrem. ¶ Bene operando. 15
mus & deprecemur faciem domini, & quæramus domi-
¶ Præce, fide, opere. a ¶ Vt martyres.
numexercituum. Vadam etiam ego. Et venient populi mul- 16
a Immolando.
ti & Gentes robustæ ad quærendum dominum exerci-
a ¶ Non est locus veri sacrificij extra ecclesiam.
tuum in Ierusalem, & deprecandam faciem domini. Hæc
¶ Hæc prædicta fient.
d dicit dominus exercituum: In diebus illis, in quibus 17

† Adhuc tẽpus, quo venient populi & habitatores vrbiũ magnarũ & ibunt habitatores.

c *Vsquequo.* Quod secundum literam de Ierusalem & Zorobabel dicitur, ad Christum & ecclesiam refertur: ad quam de toto orbe populi concurrunt, vt offerant in templo sacrificia Deo, & tempore persecutionis magistri ecclesiæ promittunt credentibus quòd rursum ædificandæ sint porchiæ, & pax reddenda & facies domini deprecanda.

d *In diebus illis in quibus.* idest, in aduẽtu Christi decem viri quos requirit dominus in Sodomis, apprehendent Christum in carne cupientes hærere eius vestigiis: quia Deus est cum eo. Vel quicumque de linguis & nationibus crediderint, apprehendent apostolos qui de Iudæis sunt, & dicent: Ibimus vobiscum, quia audiuimus per prophetas, quòd Christus Dei filius vobiscum est. Quòd in Isaia legitur: *Septem mulieres apprehendent* (Isa. 4. a.)

☞ *virum*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hæc sunt ergo verba quæ facietis. *Vbi concludit, quòd promissio dictorum bonorum implebitur in eis, si permaneant in iustitia. ideò subditur.*

2 Loquimini veritatem. *sine dolo & deceptione.*

3 Veritatem & iudicium pacis iudicate. *sine personarum acceptione.*

4 In portis vestris. *In portis enim ciuitatis sedebant antiquitus iudices, vt omnes tam indigenæ quàm aduenæ in prõptu possent eos inuenire. Cætera patent.*

Diuisio. 5 Et factum est. *Hic consequenter ponitur impletio solutionis de quæstione suprà posita. Et diuiditur in duas partes quia primò ponitur solutionis completio. secundò aduentus Christi denuntiatio, ibi:* Hæc di. *quia principalis intentio prophetarum est nunciare dies Messiæ, vt dicit Ra. Salo. infrà seq. a. & alij doctores Hebræi: ideò frequenter loquendo de alijs interserunt de pertinentibus ad aduentum Christi. Circa primum sciendum, quòd quæstio fuit mota de ieiunijs quinto mense & septimo: & occasione huius fit mentio de alijs ieiunijs quæ apud Iudæos fiebant per anni circulum: cùm dicitur:*

6 Ieiunium. *s. mensis in quo capta fuit ciuitas Ierusalem, vt patet 4. Regum, vltimo.*

7 Et ieiu. *in quo templo & ciuitas Ierusalem fuerunt combusta.*

8 Et ieiu. sep. *in die expiationis: & propter mortem Godoliæ, vt prædictum est.*

9 Et ieiu. de. *quia tunc Ezechiel & populus existens in Babylonia, audierunt rumores de subuersione Ierusalem & templi.*

10 Erit domui Iudæ. *i. vertetur ad eorum prosperitatem & solatium, si tamen ieiunent debitè. s. à vitijs abstinendo, & opera iustitiæ faciendo, ideò sequitur:*

11 Veritatem tantùm. *iustè & pacificè cum proximo conuersando.*

12 Hæc di. *Hic consequenter denuntiatur multiplicatio fidelium in aduentu Christi: cùm dicitur in persona Dei.*

13 Vsquequo. *Continuatur sic cum præcedenti litera:* Veritatem tantum & pa. *iustè & pacificè conuersando.* Vsquequo ve. *multi ad fidem Christi in lege & prophetis promissi.*

14 Et habi. in ci. *per orbem diffusis, sicut videmus impletum per orbem vniuersum.*

15 Et vadant ha &c. *se inuicem exhortantes ad bona opera.*

16 Vadam etiam ego. *Quia Deus in humana natura assumpta venit in Ierusalem, vbi oblatus fuit in templo, & frequenter orauit & prædicauit populum exhortando.*

17 In diebus illis in quibus, &c. *Et quia sunt lxx. linguæ, quæ*

A ☞ *virum vnum*: id est, ecclesiæ Christum: in Zacharia per decem viros idem significatur: Per septem intelligitur ecclesia septiformi gratia plena. Per decem ecclesia eadẽ, quia quinq; sensus carnis & spiritus mundat vt cum lampadibus bonorum operũ Christo occurrat. Iota etiam litera, ex qua nomen Saluatoris exordium sumit, non solũ apud Græcos, sed etiã apud Hebræos denariũ numerum significat. Qui ergo Christiano nomine cẽsentur, & Christo adhærent, per denarium numerum signantur. Quidam ex Iudæis hæc sub Zorobabel dicunt esse completa, alij sub Christo suo implenda, quem venturum expectant.

Hieron. Remig. a *Decem homines*, id est, ecclesiæ, quæ comparantur virginibus, quia quinarium numerũ duplicant, & sunt sanctæ corpore & spiritu, qui etiam in præsenti bene regit sensus corporis, duplicato numero accipiet in futuro decem ciuitates. Matt. 25.

✻ Remi

a apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, 1
a ¶ Iesu qui de Iuda, & apostolorum qui de Iudæis. b ¶ Ad patriam cælestem de virtute in virtutem. 2
& apprehendent fimbriam viri Iudæi dicentes: ibimus vobis-
¶ A prophetis. a ¶ Ego vobiscum sum vsque ad consumma. seculi.
cum. Audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

D ✻ Remigi. Possumus quoque per fimbriam viri Iudæi Paulum intelligere, nam fimbriæ pars minima est vestis, & ipse de se dicit, *Ego sum minimus Apostolorum, &c.* Hanc fimbriam apprehenderunt decem homines, quia doctrinam eius sequuntur omnes in Christum credẽtes, iuxta id quod ipse dicit: *Imitatores mei estote.* 1.Cor.15. 1.Cor.4.

✻ Rupertus. Verùm cùm credentes de gentibus multi & nobis innumerabiles sint, cur dixit, *decem viri*, cùm dicere potuisset, multi ex omnibus linguis? Ad hæc breuiter dicendum, quia tantis misericodia Dei contenta fuisset, si iustos in Sodomis inuenisset. Tantos ergo vult intelligi, quantos, ideo vir Iesus Christus secundum carnem Iudæus ex omnibus linguis gentium vocare, iustificare, & magnificare venit quantos ante secula præsciuit & *prædestinauit Deus conformes fieri imaginis filij sui.* Genn.18. Rom.8. E

NICOLAVS DE LYRA.

B ✻ *multiplicatæ per decem faciunt septingentos, & iterum in pallijs Iudæorum erant quatuor fimbriæ per quatuor angulos. Septingenti verò ducti per quaternarium faciunt duo milia octingentos. Et dicit hîc. Rab. Sa. quòd tot Gentiles de omnibus linguis sequentur quemlibet Iudæum conuersi ad Iudaismum: Et quia hoc non fuit impletum à reditu captiuitatis Babylonicæ vsque ad tempus istud secundum ipsum, ideo cogitur hoc reducere ad tempus futurum, in quo dicit Messiam futurum: quod dicit implendũ, iam impletum est à tempore apostolorum qui fuerunt Iudæi natione, quia ad prædicationem eorum in sortibus suis non solum de Gentilibus adhæserunt vni apostolo duo milia octingenti sed etiam multo plures ad fidem Christi conuersi, dicitur tamen hic.*

1 Appre. *Quia denarius est primus limes numerorum, vt habetur iij. Physi. & sequentes numeri sunt replicationes denarij, vt xx. bis decem. xxx. ter decem: & consequenter: & ideo per denarium notatur multitudo adhærentium apostolis ad sequendum Christum.*

2 Ex om. *Propter hoc donum linguarum in die Pentecostes fuit datũ apostolis, vt fidem Christi prædicare possent in omnibus linguis.*

CAP IX.

a Onus verbi domi. ✻ Rab. Iohan. Futurum est vt Ierusalem pertingat vsque ad portas Damasci. Quæ est huius rei probatio? Quod scriptũ est Zachariæ 9. *Onus verbi Dei in terra Hadrach. Et Damascus erit requies eius.* Quid est Hadrach? R. Iudas & R. Nahmias sunt in hoc loco discordes. Nam R. Iudas quidẽ dicit quod est locus Damasci qui Hadrach vocatur. R. verò Nahmias ait, quod hic est rex Messias, qui est *Had*, idest, acutus gentibus seculi: & *Rach*, i. tener Israeli. Alia expositio dicit, quod Hadrach est rex Messias, qui futurus est *Iehadrich*, id est, ad dirigendum vel adducendum vniuersum mundum per pœnitentiam ad faciem Dei sancti & benedicti, &c. Com. in c.7. Cantic.

Hieron. Remig. C Lxx. assumpto. Omnis hæc visio, siue põdus & onus verbi Dei, pertinet ad vocationem Gentium & extractionem ecclesiæ: Et est ordo verborum: Hoc onus verbi domini, est in terra Adrach.

CAP. IX.

a ¶ Est.
a ONVS Verbi domini in terra Adrach & 1 2
a ¶ In terra. b ¶ Scilicet.
b Damasci requiei eius: quia † dominus 3
est oculus hominis, & omnium tribuũ Is- 4 5
¶ Indignatio terræ Adrach vt credant in domino saluatore. ¶ Erit. a ¶ Damasci vel
c raël. Emath quoq; in terminis eius & Ty- 6

drach. Ad acutum. Rach. molle. Notat ergo verbum domini, austerum non credentibus: Molle & Clemens iustis de de Iudæa assumptis. Quidam Adrach, ad Iudæos excæcatos, Damascum ad Gentes assumptas referũt. Super Adrach ergo onus est austeritatis, in Damasco clemens, requies domini. Quia quæ ante conuersionem bibens sanguinem interpretatur, iam conuersa ad pœnitentiam requies domini dicitur. Ideo autem de vtroque populo cõstruetur templũ, quia domini est, quicunque de Gentibus, vel de Iudæis respicit Deum & credit in eum. Nota. † ad dominum respiciet.

b *Quia dominus, &c.* Lxx. Quia dominus respicit homines & omnes tribus Israel: qui dominus, & fidem Gentium, & perfidiã Iudæorum absque personarum acceptione respicit: illi sententiæ pondus imponens in credentium fide quescens.

c *Emath quoque, &c.* Emath ipsa est eadem quæ Antiochia ciui- ☞ tas

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

✻ 1 ONus ver. *Postquàm positæ sunt prophetiæ respicientes tempus Ierusalem reædificatæ sub dominatu Persarum, hic ponuntur prophetiæ ad idem sub tempore regni Græcorum: & diuiditur in duas partes, quia primo nunciatur consolatio Iudæis ex aduersariorum deiectione. secundò, ex Christi missione, ibi:* Exulta satis. *Tertiò, ex bonorum multiplicatione seq. ca. Primo verò partem exponit Ra. Sa. de subiectione terrarum & ciuitatum quæ nominantur hic tempore Messiæ, quẽ expectãt Iudæi venturum: sed quia iam hoc transiit in præteritum, ideo alij exponunt de victorijs Machabæorum. Sed quia victoriæ eorum non videntur aliqualiter tantum se extendisse, vt litera sonat, ideo alij exponunt & melius vt credo de victoriis Alexandri magni, qui fuit primus rex in monarchia Græcorum: & destruxit monarchiam Persarum & Mædorũ: igitur secundum hanc sententiam exponitur sic litera,* Onus ver. *i. prophetia de malo pœnæ superuenturo terris infra nominatis, & deijciente earũ potestatem, sicut onus graue deijcit hominis portantis virtutem.*

2 In terra Adrach. *id est, Syriæ.*

3 Et Damasci re. *Quia Damascus erat caput Syriæ, vt habetur Isa. 6. & ideo in ipsa quiescebat Syria sicut in metropoli & fortiori ciuitate.*

4 Quia domi. *id est, quia dominus prouidet & disponit omnia super homines ventura. & potißimè respicit popopulum Israel inquantum assumpturus erat humanam naturam de eo. Hoc autem hic introducitur ad significãdum, quod tribulationes hic nunciatæ super terras istas venturæ per Alexandrum magnum, venerunt propter mala quæ fecerunt populo Iudæorum, saltem pro parte.*

5 Emath quoque. *Nomen est ciuitatis Syriæ prope terminos Iudææ.*

6 Et Tyrus & Sidon. *Similiter vt patet ex. iij. Reg.*

✻ Assum-

MORALITER.

✝ 1 *Onus verbi domini.* Secundum sensum literalem hic describitur destructio trium ciuitatum in Syria, per Alexandrum magnum, per quem significatur Deus ratione regiæ maiestatis & liberalitatis, quia sicut dicitur Iaco. j. a. *Ipse dat omnibus affluenter & non improperat.* & Apocalip. xix. c. dicitur, quòd *est rex regum & dominus dominantium.* Et sicut Alexander pugnauit contra Syriam, sic Deus contra superbiam. Sic ergo dicitur; *Onus verbi do.* idest, pondus punitionis eius.

2 *In terra Adrach.* idest, in Syria, quæ sublimis interpretatur. ideo superbiã significat, quæ semper tendere facit ad sublimiora quàm debeat.

3 *Et Damasci.* quæ interpretatur bibẽs sanguinem, quod etiam competit superbiæ, quia facit sanguinem inferiorum bibere.

4 *Emath.* Quæ interpretatur indignans quæ proprietas est superbiæ.

6 *Et Tyrus.* Quæ interpretatur, angustia. Superbus enim angustiatur de hoc quod non potest attingere excellentiam maiorum.

2 *In* ✝ *Et*

A ☞ tas Syriæ. Vt impleatur hoc. *Adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus.* Et mulier Chananæa à finibus Tyri & Sidonis egressa est occurrens domino. Iudæi dicunt omnes populos hic nominatos magno regi suo Christo quem expectant, seruituros, ita vt nullus audeat eleuare manum contra, omnibus in circumitu pacatis. Psal.44.d. Matth.15.b.

✻ Rupert. Cuncta hæc cùm significent gratiam, tamen in litera videntur sonare iram, quòd nimirum. Spiritus propheticus per magnã procurauit sapientiam. Iudæos namque constat semper odisse salutem, & idcirco vtile tũc erat verbis obscuris ac dubiis salutis gentium promissiones inuolui, ne Iudæis ipsa scriptura propter gentes fieret odibilis, quos oportebat eam custodiri profuturam venturis seculis, vt nunc videmus, quia custodita ab illis vsque ad nos peruenit. B

† coaceruauit. † expellet. † cõperiit. † de gaza † spurius alienus. † ero castrũ domui meæ contra exercitum transeuntẽ & reuertentem.

a ¶ Angustia. b ¶ Venatio. c ¶ Quia antequàm crederent. ¶ Mundanam. †
a rus & Sidon. Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Et ę- 1 2
dificauit Tyrus munitionem suam, & † coaceruauit argentum 3
quasi humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce dominus 4 5
† possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinẽ eius, & hæc 6
a ¶ Ignis ignobilis vel ponderata. b ¶ Fortis vel imperium. †
b igni deuorabitur. Videbit Ascalon & timebit, & Gaza & dole- †
a ¶ Sterilis vel eradicata. 7
bit nimis & Acharon quoniam † confusa est spes eius, & peri- 8
bit rex de Gaza, & Ascalon non habitabitur. Et sedebit † sepa- 9 10
a Azotum, ignis generans, vel ignis patrui, vel ignis mammillæ. 11
rator in Azoto, & disperdam superbiam Philisthinorũ. Et au- 12
feram sanguinẽ eius de ore eius, & abominationes eius de me- 13
dio dentium eius. Et relinquetur etiam ipsa Deo nostro, & e- 14
¶ Conculcata. 15
rit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. Et 16 17
c † circumdabo domum meam ex his qui militant mihi eun- 18
d tes & reuertentes, & non transibit super eos vltrà exa- 19
a ¶ Quia per meam operationem mala ista sunt in te cessatura Exulta. 20
e f ctor, quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia 21

Iren. L. 3. cap. 24. ✻ Iren. Si Iudæi cognouisset nos futuros, & vsuros his testimoniis quæ sunt ex scripturis, non dubitassent ipsi suas comburere scripturas, quę & reliquas omnes gentes manifestant participare vitæ, & eos qui gloriantur domum se esse Iacob & domum Israel, exhæreditari ostendunt à gratia Dei.

Hieron. a *Assump. quip.* Intantum, vt sophismatibus & dialecticis argumentationibus resisterent verbis veri pacifici Christi: & argentum, id est, nitorem eloquentiæ, & aurum, idest, sensuum calliditatem (quæ comparantur pulueri & luto conculcato) congregauit vt regnũ idololatriæ quod munierat firmiter possidetet. Sed nihil contra veritatem possunt: quia: Ecce dominus possidebat eam, euertens omnem altitudinem erigentem se contra scientiã Dei. & in amarissimo mari huius seculi percutiet, vt nihil pristinæ sapientiæ & tumoris in ea remaneat: sed excoquetur & mundabitur igne quem dominus venit mittere in terram. C

Luc. 12. f. b *Videbit Asca.* Ascalon quæ prius erat ignis ignobilis, & vsque ad mensuram & põdus peccatorum excreuerat, & Gaza quæ fortis & indomabilis, imperium sibi omnium promittebat, & Accaron, quæ sterilis & absque lege videbunt percussas Emath & alias ciuitates prædictas, & dolebunt, & terrebunt agentes pœnitentiam, quia spes eorum destruetur: & non erit rex in Gaza & Ascalon habitatores nõ habebit, & sedebit separator, id est, dominus qui separat grana à paleis in Azoto, vbi ignis quem dominus mittit in terram, generat baptizatos in spiritu sancto, vbi est ignis fratruelis & patruus, quẽ in Cãtico sponsa desiderat: Vbi est etiam ignis mammillę. Vnde apostol9: *Lac vobis po. de. non escam.* His expletis. *Disperdam su.* Philistijm cadentes poculo, qui inebriari erãt calice Babylonis: sed in aduẽtu Christi deposita superbia humilem Iesum sequẽtes, de quorum ore auferetur sanguis, id est, verba blasphemiæ, & abominationes, idest, cultura idolorum, & esus idololaticorum de medio dentium: Et his ablatis ipse populus Philistijm relinquetur domino, vt repudiatis Iudæis, ipse sit dux in Iuda, id est, in populo confitente, & Accaron quondam sterilis, & eradicata erit sicut Iebusæus, id est, Ierusalem. Eadem ciuitas tribus nominibus dicitur. D Luc. 12. f. 1. Cor. 3. a. E

c *Et cir.* inquit, *domum meam*, id est, ecclesiam munitam per hos qui militant mihi varijs ministerijs, & ad meum imperium huc illucq; discurrunt, vel muniam auxilio angelorum. Matt. 21. a.

d *Et non tran. su. eos vl.* idest, qui foras seducit, & victos trahit in captiuitatem.

e *Quia nunc vi.* id est, per prophetas & sanctos vidi Gentium ad uocationem: & ecclesiæ securitatem.

f *Exulta satis.* Hoc impletum est quando exierunt Christo obuiam cũ ramis palmarum clamando. *Benedictus qui venit in no. do. osa. in ex.* Sion & Ierusalẽ eadẽ ciuitas, quia Siõ arx est in Ierusalẽ. F Matt. 21. a.

☞ Remig

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Assumpserunt. *scilicet, terrenam. ideo subditur.*

2 Et ædifica. Ty. *Vt non timeret hominem.*

3 Et coaceruauit. *Id est, magna valde abundãtia: & hoc ex mercibus quæ afferebantur ibi per mare ex terris diuersarum Gentium, vt habetur Eze. 28. Sed quia sapientia terrena nõ valet cõtra dominũ, ideo subditur:*

4 Ecce do. *Per Alexandrum.*

5 Et percutiet. *Tyrus enim erat vndiq; mari circunclusa: sed Alexander magnus, lignis & lapidibus & terra impositis continguauit eam propinquo littori, & sic cœpit eam & combußit.*

6 Videbit Ascalon. *Istæ enim ciuitates Philisthinorum erant sitæ super mare Mediterraneum & propinquæ Tyro & ei confœderatæ: & ideo vidẽtes destructionẽ eius timuerunt destructionẽ propriam, ideo subditur:*

7 Quoniam confus. *Quam habebat in fortitudine & auxilio Tyri.*

8 Et se. se. *Quæ ciuitas Philisthinorum. Et dicitur hîc separator Alexander, qui bona terræ separauit & diuisit suis bellatoribus: In Hebræo habetur: Et sedebit spurius in Azoto: & hoc conuenit Alexandro qui fuit natus de adulterio. Nectanebus enim per illusiones magicas sub specie Ammonis Dei Libiæ cognouit matrem Alexandri, & eum genuit, vt habetur in historia Alexandri.*

9 Et auferam: &c. *scilicet Alexandri, qui indignatus contra Iudeos dixit se velle destruere Ierusalem & Iudæorum effundere sanguinem: sed viso summo sacerdote versus fuit in mansuetudinem: vt dictum est su. c. 6.*

Et abom.

10 Et abomi. *idest blasphemias de Deo Israel, quibus dicebat ipsum impotentem ad defendendum populum Israel contra ipsum.*

11 De medio den. *idest, de lingua eius quæ est in medio dentium.*

12 Et relinquetur. *idest, seruabitur.*

13 Etiam ipse. *quia Alexander Deo sacrificauit in Ierusalem secũdum pontificis ostensionem, prout dicit Iosephus libro antiquitatum xj.*

14 Et erit. *quia libertates populo dedit, vt ibidem habetur.*

15 Et Accaron qua. *quia illam ciuitatem subiecit Iudæis, sicut Iebus fuit subdita per expugnationem Dauid, ij. Reg. v.* 16 Et circum. do. *idest, templum.* 17 Ex his. *id est, ex Iuda Machabæo & fratribus eius, qui templum contra duces Antiochi illustris recuperauerunt & mundauerunt j. Mac. iiij.* 18 Euntes. *id est, ad bella contra aduersarios insurgentes: & hoc fuit post tempus Alexandri. vt patet. j. Machab. j.*

19 Et nõ, &c. *s. tributi. vnde. j. Mach. 13. dicitur Anno 170. ablatum est iugum Gentium ab Israel.*

20 Quia nũc vi. in. *clemẽtia afflictionẽ populi, & dicitur in psona Dei.*

Diuisio. 21 Exulta *Hic consequẽter annunciatur aduentus Christi, quẽ summè desiderabant patres antiqui: Et diuiditur in duas: quia primò denuntiatur aduentus Christi, secundò multiplicatio fidelis populi, ibi:* Conuertimini. *Circa primum dicitur:* Exulta satis filia Sion. *quod patet impletum de domino Iesu Christo. Matth. 21. vbi allegatur hæc autoritas tunc impleta, quando Christus veniens in Ierusalem ad passionem suam fuit receptus in ciuitate & in templo cum lætitia & exultatione populi.*

✻ Ecce

MORALITER.

✝ † *Et Sidon.* Quæ venatio interpretatur. nam excellentiam maiorum attingere in quantum potest conatur.

Versus 6 *Videbit Ascalon.* Quæ interpretatur ignobilis. superbia verò omnem destruit nobilitatem. Vnde versus: *Si tibi copia, si sapientia formaq; detur, Destruit omnia sola superbia si comitetur.*

† *Et Gaza.* Quæ interpretatur fortitudo. Superbus enim fortiorem se æstimat, quàm sit in veritate.

Et Achar

† *Et Acharon, &c.* Quæ interpretatur turbans populum, quod facit superbia. Prouerb. xiij. b. *Inter superbos semper iurgia sunt.*

8 *Et sedebit, &c. in Azo.* Quæ interpretatur incendiũ. & hoc cõpetit superbię quę semper accẽdit animũ superbi, per irã & inuidiã: & ipsum finaliter inducit in gehẽnæ flãmã. Istas superbiæ cõditiones dictas destruit Deus, qui est noster Alexander magnus.

21 *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ieru. &c.* Istud literaliter exposui ab aduẽtu primo Christi. ideo de alia expositione pertrãseo.

✝ MOR.

☞ A ✻ Remigivs. Dicitur, *Exulta filia Sion, iubila filia Ierusalem*, quæ cum ea vna est ciuitas: *ecce rex tuus*. omnium prophetarum vocibus promissus: *venit tibi*, i. pro te vt te liberet: *iustus & saluator*. qui Hebraicè dicitur Iesvs, quoniam ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorū. *Ipse pauper*. qui cùm diues esset, pro nobis pauper fieri dignatus est: *ascendens super asinam, & pullum*. super vtrumque videlicet populum.

✻ Rabbi Salomon. Impossibile est vt īterpreteris de alio quàm de Messia, cùm in nullo alio hoc videamus impletū: *Dominabitur à mari vsque ad mare*.

[Com in ca. 1. Eccle.] ✻ Rab. Berachias. Sicut fuit redemptor meus primus (Moses), ita erit redemptor vltimus Messias. Qualis autē fuit redēptor prim⁹? B Talis vt dictum est Exo.4. Et accepit Moses vxorem suam, & filios suos. & equitare fecit eos super asinū. Sic facturus est redemptor vltimus, sicut dictum est Zacharię.9. Pauper & equitans super pullum filium asinarum.

[In.c.49.Ge.] ✻ R. Moses Hadarsan. Cùm venerit Messias in Ierusalē, ipse erit cingens asinum suum, & equitabit, & super eum veniet in Ierusalem vt ducat seipsum in paupertate vel humilitate, sicut scriptum est Zachariæ.9.

[Dialogo cū Tryph.] ✻ Ivstin. martyr. Christus Hierosolyma petiturus iussit sibi adduci per discipulos asinam & pullum, & sic inuectus est in eam vrbem quemadmodū de illo fuerat prophetatū, quo magis hoc facto Christus esse agnosceretur. Prædixerat id ita fore Zacharias. Quemadmodum autem Gentes significabat pullus indomitus, sic asina clitellata vestrū populum: gestatis enim legē à prophetis impositam.

[L.4.c.56.] ✻ Iren. matyr. Iudæi iudicabuntur non cognoscētes neque intelligere volentes, quoniam duos aduentus Christi omnes annunciauerunt prophetæ: vnum quidem in quo homo in plaga factus est sciens ferre imbecillitatem, & in pullo asini sedens, &c. secundum autem in quo super nubes veniet, &c.

[In illud Ite in pagū qu.] ✻ Athanas. Verissimum est Christū dominum in sensibili asino sedisse cùm ex Bethania Hierosolymam proficisceretur: de ea enim Zacharias in oraculis dixit. Salua igitur historia, perscrutor quæ in ea defossa sunt. Ridebunt quidem ethnici nobis obtrectantes, q Deus Christianorum Christus in asello cōsederit, sed nobis nequaquā in dubio versatur eum in carne venisse. Ideo enim in carne peregrinatus est, vt quod perierat reduceret. Asinus hic filius iunior appellatur, sciamúsque nos hunc pullum esse, quem abigei vinculis indissolubilibus obligauerūt. Verùm, filius Dei amator hominum, imperat discipulis: *Soluite & adducite, &c.* Vide Augustinū lib.28. de ciuitate. cap. 35. ac Eusebium Cæsar. lib. nono demonstrationis euangelicæ, cap.17.

[Hieron.] a *Et disper.* Iuxta literam promittit Deus pater, q non erūt prælia, omnibus in Christi natiuitate pacatis.

C b *Ephraim* fructificatio: & signat multitudinem hæreticorum de-

a ¶ Omnium prophetarum vaticiniis repromissus.
Sion, iubila filia Ierusalem. † Ecce rex tuus veniet tibi iu- 1
a ¶ Dominus iustus, & iustitias dilexit, æquitatem vi. vul eius b ¶ Iesus. c ¶ Cùm diues esset. d ¶ Populum circuncisionis iugo legis pressum.
stus, & saluator, ipse † pauper & ascendens super † asinam, & 2
a ¶ Populum Gentium nulla lege gubernatum, sed in præcipitia idololatriæ elisum, sed modo sessione domini recto, gressus facientem. 3
a super pullum filium asinæ. Et disperdā quadrigā ex Ephraim, 4 5
b ¶ Vt non mittantur ignita iacula ad percutienda corpora voluptuosorum. b ¶ Filius.
& equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli. Et loquetur 6
a ¶ Pacem do vobis, pacem relinquo vobis.
pacem Gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à 7
a ¶ Alias fluminibus. ¶ O Christe fili. 8
b ¶ Passionis tuæ eos qui tenebantur vincti in carceribus inferni, in quo non est vlla refrigerans misericordia, quam diues quærebat, liberasti tua misericordia. 9
flumine vsque ad fines terræ. Tu † verò in sanguine testamēti 10
¶ Huius mundi. 11
tui † emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Conuer- 12
a ¶ Ergo. ¶ Rursus dirigitur sermo ad eos qui vincti erant, & Christi misericordiā liberandi. ¶ Qui nunc tenemini terribili inferno, qui in aduentu Christi speratis solutionem peccatorum. Conuer. ad mu. id est, habitationem paradisi, vt pro breui tribulatione æterna recipiatis præmia. 13 14 15
timini ad munitionem vincti spei. Hodie quoq; annuncians 16
c d duplicia reddam tibi, quoniā † extendā mihi Iudā quasi arcū, 17 18

D de quibus dicitur: *Filij Ephraim intē. & mitten. ar. con. sunt in di.* De his etiam dicitur: *Hi in curribus, & hi in equis, n. a. in n. Dei nostri.* Sed equus eorum fallax. ideo dispergitur de Ierusalem, & vocatur ad pœnitentiam per dicentes: *Nolite fieri sicut equus & mulus.* Hoc nō est extenuādum per allegoriā, sed credendū est verè esse cōpletū, iuxta illud: *Postula à me, & dabo tibi Gen. hæ. t. & p. t. ter. t.* [Psal.77.b. Ibi 19.b. Ibi.32 d. Ibi.31.c. Psal.2.b. † Isa. 26.b.]

✻ Remig. Nunc facit propheta apostrophen, imò Deus ipse loquitur ad filiū suum, & dicit: *Tu quoque, &c.* Denique in resurrectione Domini multi sanctorum qui in inferno vinculis peccati originalis tenebantur, surrexerunt cum eo, &c. [† humilis † asinum]

✻ Hebr. Deus sanctus & benedict⁹ promisit nobis, q eriperet nos de gehēna per meritum circuncisionis. Et vbi hoc dixit? Apud Zachariā. Etiā tu per sanguinem pacti tui, emisisti captiuos de puteo in quo non sunt aquæ. [† quoque. Matth.27. Cō. in Thre.] E

✻ Avgvs. Quid per hunc lacum velit intelligi possunt diuersa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur nō eo significari meli⁹, nisi humanę miserię siccā profunditatē quodammodo & sterilem, vbi non sunt fluēta iustitiæ, sed iniquitatis lutum. De quo etiam in psalmo dicitur: *Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis.* [L.18. de ciu. cap.35. Ps.39.]

Postquàm pater nunciauit Sion Ierusalē de aduentu Christi, quòd mitis & potens esset aduenturus, facit apostropham ad ipsum Christum, de quo est vaticinium. [Hieron.]

Iudæi ita dicunt: O Christe quem expectamus venturum, qui regnaturus es in omni terra in sang. tes. tui, hostiarum scilicet, quæ ex præcepto legis præcipiebantur offerri, in qua lege testabaris bona danda filijs tuis, emisisti Israel populum tuum de lacu captiuitatis Chaldæorum, in quibus nulla misericordia. Propterea ô Israelitæ qui vincti eratis, & sperabatis in domino reuertimini ad munitissimam Ierusalem, quoniam hodie habetis dominū pollicentem vobis, q pro breui iniuria captiuitatis, omnia duplicia recipiatis. *Quoniam extēdam mihi Iudam:* hoc ad Machabæorum tempora referunt, qui vicerunt Macedones, & templum sordidatum idololatria post tres annos & dimidium mundauerūt. *Quasi arcum impleui Ephraim*, eos hic significari putāt, qui de decem tribubus quæ dicuntur Israel, venerunt sub Ezechia, quibus etiam Iosias regnasse memoratur.

In resurrectione Christi, iusti qui pro peccato Adæ vincti in inferno tenebantur, resurrexerunt, & apparuerunt in Ierusalem multis. In signum huius laci Ioseph à fratribus missus est in lacū, vbi non erat aqua, Daniel à Chaldeis, Ieremias à Iudęis, Banaias quoque tempore niuis & frigoris descendit in lacum, vt ibi leones interficeret. [Mat.17.f. Gen.37.c. Daniel.6.a. Iere.30.b. 2.Reg.23.d.]

c *Dupli.* In terra sua duplicia possidebunt. Et Apostolus: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad fu g. quæ r. in n.* [Roman.8.b]

d *Quoniam extendam mihi.* per Iudam Saluator, qui à patre mittitur in mundum: qui est Sagittaris & arcus. Vnde: *Sagittæ* [Psal.44.b Isa.49.a.]

☞ *tuæ*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ecce rex tu. ve. ti. *id est, ad salutem tuam. vnde dicit hic Rab. Sal. quòd scriptura ista non potest intelligi, nisi de rege Messia.*
2 Iustus & sal. *Saluauit enim nos per viam iustitiæ, seipsum morti offerendo.*
3 Ipse pau. *Pauperem enim vitam duxit à principio natiuitatis suæ, vsque ad horam mortis, vt patet ex decursu Euangelij.*
4 Et ascen. super asi. & super pul. *super vtrumque enim ascendit successiuè tunc veniens in Ierusalem, vt patet Matth.21.*
5 Et disper. quadrig. ex. *quia non vi armorum triumphauit, sed euidentia miraculorū, vnde dicit hic Rab. Sal. q Messias non indigebit bellatoribus ad subiugandū sibi multitudinē Gentiū. Sed erroneè dicit futurū, quod iam est præteritum per prædicationem apostolorum: ideò subditur:*
6 Et loque. pa. *quæ cōuersæ sunt, nō violētia de persuasione pacifica.*
7 Et pot. eius. *quia in omnibus partibus orbis sunt aliqui fideles Christū cōfitentes: & Mar. vl. d. dicit:* Data est mihi o. pot. in cæ. & in ter.
8 Tu verò. *ô Christe: Et mutatur modus loquendi de tertia persona ad secundam.*
9 In sanguine. *idest, in virtute sanguinis tui in cruce effusi.*
10 Testamenti tui. *quia sanguis ille est confirmatio noui test. Matt.16.*
11 Emisisti vi. tu. &c. *i. patres in inferni limbo detentos eduxisti.*
12 Conuertimini. *Hic cōsequenter inducuntur populi ad fidē Christi. Aliqui tamen exponunt residuum huius c. de Iudæis qui fugerant tēpore persecutionis regis Antiochi; sed audito, q Iudas Machabæus & fratres eius præualuerunt aduersus duces Antiochi, redierunt de diuersis partibus cum Iuda fortiter contra aduersarios præliantes: & ad hoc satis potest applicari litera. Sed saluo meliori iudicio, mihi videtur melius exponi consequenter ad literam præcedentem de vocatione ad Christi fidem, cùm dicitur:* Conuertimini ad munitionem, *id est, ad Christi fidem quæ est tanquàm fortalicium credentibus. secundum illud Proue. xviij. b.* Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus & saluabitur.
13 Vinct. *idest, vincti ad inuicem charitate spe retributionis æternæ.*
15 Hodie quoq;. *idest noui testa. tempore: quod dicitur dies, ad Rom. xij. d.* Nox præcessit, dies autem appropinquauit.
16 Annuncians dupli. *Tempore enim noui testamenti prædicatur publicè duplex gloria fidelibus reddendi, scilicet, animæ & corporis.*
17 Quoniam. *i. Iesum Christum de tribu Iuda secundum carnem natū.*
18 Quasi arcum. *In cruce quo arcu est percussus dæmon.*

☞ A *tuæ acutæ po.* Ipse est & sagitta. vnde: *Posuit sagittam electam, & in pharetra sua abscondit me*, idest, verbum in carne. Hac impletur Ephraim, vt cum armatus fuerit ad bellum, ipse cum Gentibus domini sagittis vulneretur. Ex cuius tribu primus Ieroboam populum scidit qui hæreticos signat, & ô Sion, idest ecclesia, *suscitabo fi. tu.* ad vigiliam suæ ecclesiā, per quos cōtraria dogmata & Gentilium Philosophorum assertio destruetur: quia ipse dominus gladius fortiū est, quo vulnerati inimici, fiūt amici. *Quoniam extendam.* Extēso Iuda in arcum: & Gentibus & hæreticis occisis à filijs Siō apparet gloria domini, *& egredietur vt ful. ia. e.* Hic fulgur & splēdor, & tuba & clangor dicitur quo excitantur ad audiendum aures prius surdæ. Et B vadet in t. a. terret & comminatur, vt pęnitentia misereatur, & postea protegit quos prius terruerat. [Psal.n.44.b. Isa.4.2. † vt turbo venti australis. † tumultuabuntur. † preciosi]

a ¶ Catholicos qui ecclesiam defendant. b ¶ Philosophos praui dogmatis magistros.
impleui Ephraim. Et suscitabo filios tuos super filios tuos 1
¶ O fili. 2
a Græcia, & ponam te quasi gladium fortiū, & dominus Deus 3
a ¶ Incendens & lucens. 4
b super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius. Et domi- 5
¶ Non Aquilonis. 6
nus Deus in tuba canet, & vadet † in turbine Austri. Dominus 7
a ¶ Hebræi Græcos. ¶ Seruituti. 8
c exercituum proteget eos, & deuorabunt, & subiicient lapidi- 9
a ¶ Victores quasi ebrij cum desperatione pugnabunt. 10
d bus fundæ. Et bibentes † inebriabuntur quasi vino, & reple- 11
a ¶ Sic placebunt domino, vt libatio super altare. Phialis enim super altare liba funduntur. 12
b ¶ Non vt armatus exercitus, & instructus arte bellandi contra Macedones pugnabit, sed veniet quasi grex paratus ad mortem, & domino auxiliante superabit. 13 14
e buntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos do- 15
minus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui quasi la- 16
a ¶ Quilibet sancti, duri, sed tamen conculcati eleuabuntur de humilitate sua, vt sint gloriosi in terra illius. 17 18
pides † sancti eleuabuntur super terram eius. † Quid enim bo 19
¶ Dei. a ¶ id est, Lex quæ cibat eruditos & delectat, vt eius autoritate vtantur ad colendum vnum Deum. 20 21
num eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electo- 22
rum, & vinum germinans virgines? 23 24

D toris sequentur, & per infirmitatem quidem carnis teneri vt ouium grex, sed per patientiæ virtutem duri vt lapides, & per obedientiam volubiles, & ad iussa peragenda currētes, &c. Vide Tertullianum lib.4. aduersus Marcionem capite 39.

b *Et do.* Hæc etiam referunt Iudæi ad tempora Machabæorū, quibus vincentibus Antiochum, domini fuit pugna & victoria, cuius potentia sicut fulgur apparuit, & victis hostibus more turbinis dispersis protexit Iudæos. [Hieron.]

c *Et de.* Protectis filijs Sion & domino terrente aduersarios tanta erit ruina Græcorum, vt non tantū gladijs, sed iactibus lapidum obruantur, & fiāt præda hostiū. E Filij Sion, idest, gratiæ protecti à Deo suo deuorabunt inimicos, & subijciēt la. fun. comminationibus scripturæ rotatu oris emissis, de super bis humiles faciunt. [† Quanta bonitas eius & q̄ta pulchritudo eius frumentū iuuenes & vinū nouum crescere faciēs virgines.]

a *Et ponam te quasi gladiū fortium, &c.* ✻ Ruper. Ex quo Christus emisit vinctos suos de lacu, idest, ex quo mortuus infernum spoliauit, filios suos, id est, Apostolos suscitauit Deus pater super filios Græciæ, eo dicente: *Euntes docete omnes gentes, &c.* Posuit Christum quasi gladium fortium, vt fieret illud quod est fortissimum: *Veni separare hominem aduersus patrem suum, &c.* Hoc per ministerium filiorum Sion, idest, per prædicationem Apostolorum factum est. Vnde prædicationis illorum tanta vis, tantus effectus? *Dominus Deus*, ait, *super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculū eius.* Quod ēst dicere. Illis proficiscentibus & prædicantibus vbique, Dominus cooperabitur, & sermonem confirmabit sequentibus signis. *Nam exire vt fulgur iaculum eius*, hoc est coruscare miraculis euangelium eius. C *Et Dominus in tuba canet, & vadet in turbine austri.* Quid est tuba canere, nisi futurum iudicium audiente mundo vniuerso declamare? *Et deuorabunt eos*, inquit, &c. Bona deuoratio, qua traiiciuntur in corpus Ecclesiæ: & *boni lapides fundæ*, quæ sunt reuelata eis sacramenta sanctæ scripturæ, quibus auditis siue intellectis, Græcia se subiecit, gentilitas quasi lapidata cōticuit, victa acquieuit. *Et bibentes*, inquit, *inebriabūtur, &c.* Nónne Apostoli biberunt, & inebriati sunt? Cùm enim accepissent Spiritum sanctum, & loquerentur variis linguis, stupebant dicentes, *Musto pleni sunt.* Et verè musto pleni, sed non quali musto putabant isti: *Et replebuntur vt phialæ*, id est, plenā habebūt facultatem non solum scientiæ, verum[etiam] eloquentiæ. *Et saluabit eos.* Sensus hic est. Sicut pastor gregem suum, ita saluabit multitudinem credentium, & hoc inde proueniet, quia sicut lapides rotundi facilè volui possunt, & citius mouentur secundum voluntatem eius qui vspiam illos ducere vult, ita illi imperium Saluatoris [Matth.28 Matth.10. Mar.16. Act.2.]

d *Et bibent.* amore æternorum obliuiscentur terrena & seipsos, Ebrietasq; illa placebit Deo, sicut sacrificium altaris.

e *Saluabit eos.* idest, sancti quamuis graues onere carnis, ita alleuiabuntur, vt in alto possint poni in ædificio Christi.

f *Frumentum electorum.* Frumentum, Saluator, quia ipse est *panis qui de cœlo descendit*, & confirmat cor electorum qui bibitur ab his qui sancti sunt corpore & spiritu, qui introducti in cellam vinariam gaudentes sequuntur agnum quocunque ierit. [Iohan.6.d. Can.2.a. Apo.14.a.]

✻ Remigivs. Hoc vinū germinat virgines, quia quos amor Christi inebriat, omnia mundi oblectamenta spernunt, & quasi ebrij & insensibiles mundo fiūt ac solū Christum diligunt. Et dicūt cum Apostolo: *Itaque nos ex hoc neminem nouimus super terram.* F [2.Cor.5.]

✻ Paschas. Magnum bonum & summæ benedictionis arcanum in Eucharistia Christi ecclesiæ præparatur, vbi Christus est conuiua delitiarum & conuiuium. De hoc olim repromisso Zacharias admirans ait: *Et quid bonum est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Vbi notandum quòd non nisi electorum est cibus, ex quo bonum salutis ecclesiæ, & pulchritudo decoris præstatur: quia & si quotidie sordescit, exinde reparatur, vt sponsa Christi sine macula & ruga talibus inueniatur respersa muneribus fœlix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur, nam in hoc nostri germinis vino, castitas corrumpitur, & ab isto virgines procreantur. [L. de corpore & sā. Domi. cap.21.]

Ideo Machabæi auxiliante Deo eijcient Macedones de terra Israel, vt mundetur templum, & legis præcepta seruentur, & eruditio scripturarum rursus germinet virgines, idest, populum credentem in vnum Deum, qui prius cultibus idololatriæ constuprabatur.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Impleui Ephraim. *id est, apostolos, qui omnes vel ferè omnes fuerunt de regno decem tribuum, quod vocatur Ephraim frequenter in scriptura veteris testamenti, eò quòd Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim. Hos autem apostolos impleuit dominus spiritu sancto. Act.2.*
2 Et susci. fi. tu. Sion. *id est, apostolos.*
3 Super fili. tu. *In qua plures apostoli prædicauerunt fidem Christi, ideò sequitur:*
4 Et po. te. &c. *Prædicando Dei verbum*, quod est gladius spiritus, *Ephes. vj. c.*
5 Et do. Deus su. *In miraculis visibilibus diuina virtute fiendis ad inuocationem apostolorum.*
6 Et exhibit vt ful. &c. *id est, effectus suæ potestatis ita manifestabitur, sicut fulgur egrediens de nubibus.*
7 Et domi. Deus in tu. *In tuba. s. prædicationis per apostolos, de qua dicitur Isa. lviij. a.* Quasi tuba exal. vocem tuam.
8 Et vadet in tur. austri. *i. idola auferet, sicut ventus turbinis stipulā.*
9 Dominus exerci. *i. angelorum.*
10 Proteget eos. *Dando eis constantiā cōtra persecutiones tyrānorū.*
11 Et deuorabunt. *i. incorporabūt Christo Gētes per susceptionē fidei.*
12 Et subiicient, &c. *Iugo Christi.*
L pi-
13 Lapidibus fundæ *id est prædicationibus procedentibus ex charitate quæ per fundam designatur, eò quòd de chorda efficitur.*
14 Et biben. *id est, delectabuntur in conuersione Gentium, sicut illi delectantur qui bibunt vinum.*
15 Et repl. vt phia. *Meritis in dicta conuersione.*
16 Et quasi cor. *scilicet holocaustorum, vbi inter cornua ponebantur carnes concremandæ ad honorem diuinum.*
17 Et sal. in die illa. *i. tempore noui testa. vt prædictum est.*
18 Vt gre. &c. *i. sicut bonus pastor diligenter custodit gregem suum.*
19 Quia la. sancti. *id est, electi Dei.*
20 Eleuabuntur super terram. *Primò, per meritum gratiæ, & postea per præmium gloriæ. Ex hoc autem quod dicitur hic:* Lapi. sancti. *apparet manifestè, quòd propheta loquitur metaphoricè: quia lapides materiales non sunt sanctitatis vel vitij capaces. ideò subditur adhuc metaphoricè.*
21 Quid enim ho. *id est, quid est placens coram Deo?*
22 Nisi fru. ele. *id est, corpus Christi consecratum in pane frumenti, quo nutriuntur spiritualiter electi.*
23 Et vinum. *id est, sanguis Christi sub specie vini.*
24 Germinans vir. *id est, multiplicans virgines in Ecclesia Dei, sequentes vestigia Christi passi.*

✻ Cap.

A

CAP. X.

Hieron. Remig.

a Petit.plu. Promittitur magna fœlicitas quæ tẽpore Machabæorum videtur impleta quando lex Israelitica creuit in maius, & dominus cuncta prospera concessit destructis idolis, & sacerdotibus eorum falsitatis. Alij Iudæi dicẽt hęc esse implẽda tẽpore Christi sui.

B

Peti.plu. Extremo tempore iam mundo declinante ad finem, quando iam debent impleri promissa prophetarum: Peti. à Deo patre, plu. idest, Christum cuius doctrina corda nutriuntur: & ipse dominus Christus missus à patre faciet niues ad refrigerandum: & pluuiam, idest, abundantiam Euangelici imbris ad irrigandam siccitatẽ terræ: per quã dabit singulis fidelib⁹ herbam boni operis in agro mundi, & tunc

C

credentes in Christum tam de Gentibus quàm de Iudæis intelligẽt se frustra coluisse simulacra & diuinorum vel somniantiũ frustrà audisse mendacia: & ideo à diabolo ducti sunt in captiuitatem & afflicti, non habentes Deum pastorem.

Petite pluuiam: Potest dici, quòd credentes in Christum adhortatur Deus, vt petant pluuiam in consummatione seculi, quando plenitudo gratiæ danda est, quia tunc destruẽda sunt omnia simulacra. Quod de hæreticis etiam intelligitur & eorũ dogmatibus, qui cùm Christi nomen habeãt, tamen non habẽt Christum pastorem: & ideo affligentur diabolica captiuitate.

b Quia simulacra, &c. ✠ REMIGIVS. Hoc de hæreticis dicitur, qui maximè in mundi termino abundabunt. Hi enim sub nomine Christiano decipient homines, attendentes spiritibus erroris & dæmoniorum, in hypocrisi loquentiũ mendacia: qui vanè cõsolantur, quia falsum sibi suisq; promittunt: & quia hoc faciunt, abducti & captiuati sunt à diabolo, & traditi Satanæ in interitum carnis, & affligentur, quia non habent pastorem Christum, quem se habere falsò promittunt.

D

c Super pastor. Quidam Iudæi hæc in aduentu Christi implenda dicunt. Alij tempore Machabæorum dicunt impleta hoc modo. Vitio sacerdotum populus ille traditus fuerat in manus persecutorum: sed postea suscitauit Deus Iudam Machabæum, & a-
1 lios quos posuit qua
2 si equi gloriæ in prę
3 lio. Ex ipso Iuda, id
4 est, ex stirpe illi⁹ fue-
5 runt duces in populo
6 qui erant angulus,
7 quia regia potestate
8 populũ continebãt:
9 & erant paxillus, id
10 est sacerdotes fixi in
11 domini templo, & ar
12 cus prelij quia primi
13 ad prælium prosilie-
14 bant.
15 ✠ REMIGI. Sæpè
16 contingit vt pro pec
17 catis pastorum, popu
18 lus affligatur, & trada
19 tur aduersariis. Nam
20 Dauid peccante, mul
21 ta millia Iudaici po-
22 puli pestilentia dele
23 ta sunt. Itaque propheta dicit iratũ Dominum super pastores, visitare super hircos, id est, super populum, quia & ipsi magistros in culpa sequuntur, & quum postea in peccantes vltionem fecerit, visitabit in bono gregẽ suum domum Iuda, id est, eos qui voce & moribus Deum confitentur. Et ponet eos quasi arcum gloriæ, quia præsidebit eis & reget illos, & in illis mirabilis apparebit.

E

d Ex ipso egre. omnis exa. Nulla dignitas erit in exercitu, quæ nõ illius arbitrio disponatur: & ipsi fortes conculcabunt Macedones in bello quasi lutum viarum, & hoc potuerunt, quia dominus erit cum eis. Super pasto. Nostri hæc referũt ad tempora persecutionis: quia pro vitiis sacerdotũ sæpe traditur populus aduersarijs: & tamen postea miseretur domui Iuda, id est, ore & corde confitentibus Deũ, quos facit equos qui Deũ ferãt contra hostes in bellũ, & angelos nũcios diuinæ voluntatis, & paxillum columnam & firmamentum in domo Dei: per quos etiam disponetur omnis ecclesiastica dignitas, & ipsi in martyrio conculcant aduersarios dicendo: Non timebo quid faciat mihi homo.

Hiero. Remi.

F

CAP. X.

a Petite pluuiam à domino in tẽpore serotino: & dominus faciet † niues & pluuiã im-
¶ Sic.
bris Et dabit eis singulis herbam in agro.
a ¶ Heretici qui attendunt.
b Quia simulacra locuta sunt inutile, & diui-
¶ Populo. a ¶ Alias seminatores.
ni viderunt mendacium, & seminatores
a ¶ Vana promittebant. b ¶ A diabolo in captiuitatem Babylonis quasi grex diaboli.
locuti sunt frustra, & vanè consolabãtur. Idcirco abducti sunt
a ¶ Sicut oues in inferno positi sunt. b ¶ Qui dicit: Ego sum pastor bonus.
c quasi grex: affligentur quia non est eis pastor. Super pastores
a ¶ Qui applaudebant, peccatis pastorum ¶ Petulcos, luxuriosos. ¶ Puniam. ¶ Postea verè.
iratus est furor meus, & † super hircos visitabo. Quia visitauit
dominus exercituum gregem suum domum Iuda, & † posuit
eos quasi equum gloriæ suæ in † bello. Ex ipso † angulus, ex
d ipso paxillus, ex ipso arcus prælij ex ipso egredietur omnis
exactor simul. Et erunt quasi fortes † conculcantes lutũ † via-

† coruscationes.

† ad agnos

† ipsos tam honorabiles faciet sicut equum in prælio.

† platearũ.

† prelio
† angelus
† conculcatores

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

✠ Diuisio.

Petite pluuiam. Hic consequenter consolatur populum de bonorum multiplicatione: Et diuiditur in duas partes: quia primò propheta denunciat bonorum multiplicationem. secundò dispersorum congregationem, ibi: Sibilabo eis. Prima pars ab Hebræis expositoribus & catholicis communiter exponitur de abundantia terrænascentium, & de victorijs Machabæorum: & satis potest ad hoc applicari litera: sed saluo meliori iudicio videtur mihi exponenda de bonis spiritualibus hic per corporalia metaphoricè designatis, dicendo consequenter ad prǽcedẽtia & subsequentia, vt videbitur. In parte enim immediatè præcedenti locutus fuerat propheta de vocatione ad fidem Christi & nutritione in ea, cibo & potu sacramentali, ad quæ disponit verbum diuinum. Ideo consequenter dicit propheta.

1 Peti. id est, doctrinam Euangelicam, sicut dicitur Deut. xxxij. a. Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiũ meum, &c.

2 In tem. se. idest, tempore noui testa. quod dicitur serotinum respectu temporis vete. testa. vnde dicitur. j. Io. ij. c. Nouissima hora est: per hoc quod dicitur hic. In tempore ser. videtur, ꝙ non loquatur de pluuia materiali pro terrænascentibus, quibus pluuia primitiui temporis est tantum vel plus necessaria.

3 Et dominus faciet ni. & plu. idest, doctrinam Euangelicam, quæ dicitur nix, quia refrigerat concupiscentiæ æstum: & pluuia, quia multiplicat boni operis fructum.

4 Dabit eis sin. her. Sicut enim frumentum primò facit herba postea spicam, & vltimò granum: sic fructificatio spiritualis de minus perfecto procedit ad debitum augmentum.

5 In agro. scilicet dominico, qui est ecclesia. Matth. xiij.

6 Quia simula. locu. sunt inuti. Gentilibus enim ante conuersionem in idolis dabantur responsa, quæ non solũ erãt inutilia, sed etiam nociua.

7 Et. &c. talibus enim erant intenti Gentiles ante conuersionẽ ad fidẽ.

8 Idcirco abducti sunt. à recta via per varios errores.

9 Affligentur. remanentes in erroribus.

10 Quia non. idest, doctor verus, sed falsus. ideo subditur:

11 Super pa idest, sacerdotes idolorum & doctores Gentium.

12 Iratus est furor me. quia non solum sunt mali, sed etiam alios pertrahunt ad malum de quibus subditur.

13 Et super. id est, super reprobos qui dicuntur hœdi vel hirci. Matt. xxv. Et accipitur his visitatio pro malo pœna. Quod autem subditur.

14 Quia visi. do. accipitur visitatio in bonum: Vtroq; modo frequenter accipitur visitatio in scriptura.

15 Domum tu. idest, cœtum apostolorum Christum confitentium, quia per domum Iuda intelliguntur Christum confitentes, etiam secundum Hebræos: vt dictum fuit Ierem. xxiij. & xxiiij.

16 Et posu. eos, &c. quia deduxit eos pro sub voluntate ad declarandum gloriam maiestatis suæ per opera miraculosa.

17 In bello. contra humani generis inimicum.

18 Ex ipso. idest, apostolorum cœtu & successorum suorum.

19 Angulus. coniungens Iudæos & Gentiles in vna ecclesia.

20 Ex ipso. sustentans debiles & infirmos.

21 Ex ipso ar. contra hæreses & errores insurgentes, & maximè tempore Antichristi.

22 Ex ipso egre. idest, abijcietur.

23 Omnis exa. idest, Antichristus cum suis satellibus: qui à domino Iesu Christo interficietur. ij. ad Thessalon. ij. ideo sequitur postea:

MORALITER.

✠ 1 Peti. plu. Capitulũ istud exponunt ad literã Iudæi & aliqui doctores catholici de multiplicatione bonorum temporaliũ in Iudæa post reditum de captiuitate Babylonica. Ego autem literaliter exposui de multiplicatione bonorum spiritualium in aduẽtu Christi, propter quod expositio mea literalis est etiam spiritualis respectu aliarum, ideo de illa pertranseo.

A

Hieron. Remig.

a Et erunt. Hæc quoque Iudæi vel sub Machabæis dicunt transacta, vel sub Christo implenda, cum Iudas ita conculcauerit aduersarios, tunc omnis equitatus Græciæ corruet, & domus Iuda, idest, tribuum duarum, & Ioseph, idest, decem conuertentur de captiuitate in qua fuerant, & erunt sicut ante captiuitatẽ: per hoc quòd exaudiam deprecãtes & Ephraim qui nunc captiui tenentur, postea laxati ad tantam lætitiam venient vt eos vino madidos, arbitreris & filij eorum cernẽtes triumphos pãtrũ lætabuntur in domino per quem victoriam consecuti sunt.

B

Cum Deus visitat domum Iuda, id est, ecclesiam confitentem, submergitur in mari rubro põpa diaboli & superbia hui⁹ seculi, quæ quatuor perturbationibus quasi quatuor rotis ad præcipitia trahuntur nisi per bonum aurigam regantur, tunc dominus confortat domum Iuda, & do. Io. vt qui regnãte Ieroboam, diuisi sunt imperãte Christo sociẽtur in vnũ gregẽ.

b Sibila. Habebunt signum congregationis suæ, vel sub Machabæis, vel in consummatione mundi meum sibilum, quo me præsentem ostendam ad cõgregandum. Sibil. His qui captiui erãt in peccatis signat dominus per clementiam, vt congregentur ad eum, sicut ad redemptorem di. Tollite iugum meũ super v. Hos multiplicat non carnali, sed spirituali benedictione. Hi seminantur in populis quibus dicitur: Euntes docete omnes Gentes. Et per illos seminatos populi longè positi per idololatriam recordabũtur domini in cuius conspectu adorabũt vniuersæ familiæ Gentiũ. Et viuent cum fi. s. & reuer. vt prius mortui in infidelitate viuãt fide. Hi sunt filij quibus Paulus lac ministrabat in potum. Et reducam eos de terra Aegypti, &c. de terra in qua imperabat rex Pharao qui dicebat: Mea sunt flumina. & ego feci ea: & in qua terra dominabatur rex Assyrijs, id est, magnus sensus, scilicet, superbus Diabolus, qui etiam arguens vel conuincẽs interpretatur. Hi tales ducuntur in terram Galaad, id est, de carnalibus ad spiritualia. Galaad enim testimoniũ transmigrationis interpretatur. Et ad Libanum, idest, dealbationem, vt de tenebris mundi educti dealbentur. Et tunc non inuenietur locus in illis, quia non stringentur angustijs terræ sed cæli latitudine perfruentur

Matt. 11. d. Matt. 28. d. Psal. 21. f. 1. Cor. 3. a Eccle. 19. a secũdũ LXX.

C

c Et se. Vt dispersio in populis non videatur esse diuisio, sed sementis operatio, & filiorum segete multiplicata, viuent cum filiis suis, & reuertentur: non tantum de Aegypto, sed etiam de Assyrijs ad Iudæam & Galaad & Libanum: que loca decem tribus prius possederant: & tantus erit numerus reductorum, vt multitudinem terra non capiat.

D

d Et educam eos de ter. &c. ✠ RVPER. Aegyptũ hunc mundum Assur diabolũ, & Assyrios dæmones in scripturis significare notum est. Est igitur sensus. Sicut in istam localem Aegyptum descenderunt filij Iacob, & ibi multiplicati gemuerunt sub seruitio: & deinceps carne⁹ Assur calumniatus est eũ, duxítque captiuum sine causa, quia nihil cõtra Sẽnacherib & Salmanasar fecerat, ita in principio in Adã & Eua è paradiso descẽdit omnis electorum po-
10 pulus in tenebras hu-
11 ius seculi, vbi Deus ve
12 rum lumen non vide-
13 tur, & diabolus sub tri
14 butum mortis redegit
15 eum, inuidens illi, & o
16 dio habens absque vl-
17 la causa, quia homo
18 diabolum de cælo rue
19 re non fecerat. Nomi-
20 nibus autem Galaad
21 & Libani martyres, id
22 est, testes, & omnes cã
23 didę cõfessionis facti
24 significari perspicuũ
25 est. Hi conuertẽtur ad
26 Dominum sicut scriptum est, Reminiscentur & cõuertentur ad Dominũ omnes fines terræ. Ergo de pręsenti seculo nequam ereptos, de potestate malignorum spirituum liberatos, congragabo eos, subauditur, in vnũ, vt dicit Euangeliũ, & tanta erit multitudo eorum, vt æstimatione humana non possit inuenire quis vel quantus sit locus qui sufficere queat illis ad habitãdum.

Isa. 53. Exod. 1. 4. Reg. 19.

E

F

Ps. 21.

e Et transibit in maris freto, &c. Dicunt Hebræi Iudæos non solum in Persas & Mœdos, sed etiam in Bosphorum & septẽtrionalem plagam ab Assyrijs & Chaldæis esse translatos, & inde eos ex parte Dei clementia reductos vel reuocatos. vnde ait: Transibit in maris fre idest, angustias Propontidis, quæ Constantinopolim & Calcedonem diuidit, & percutiet dominus, vadens ante populum suum fluctus maris, & cõfundẽtur omnia pro. flu. vt olim factum est siccato Iordane, vel rubro mari, & sic humiliatis inimicis gloriabuntur in terra Israel in nomine domini.

Hieronym. Remig.

Iosu. 3. c. Exo. 14. e.

ALLEGO. Præcedente domino transimus fretum huius seculi. In hoc mare vbi coartantur sancti, descenderũt apostoli: & primus dominus descendit, vt nos de amaris fluctibus liberaret, & calcato freto confundẽtur o. pro. flu. vt in fluminibus mundi prędicantes pede transeant, & humiliato diabolo imperium eius à sanctis recedant & liberati confortabuntur, & gloriabuntur in domino dicentes: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.

Gal. 6. d.

rum in prælio. Et bellabunt, quia dominus cum eis, & con- 1
fundentur ascensores equorum. Et confortabo domum Iu- 2
a ¶ Christi qui de Iuda. b ¶ Christi qui famem mundi sua satiauit præsentia, sicut Ioseph famem Aegypti. c ¶ De captiuitate. 3
dã, & domum Ioseph saluabo. Et conuertam eos, quia mise- 4
a ¶ Vnum in fide. ¶ Hæc omnia in persecutionibus possunt accipi. Q. desperatis omnibus seruos suos exaudit Deus.
rebor eorum, & erunt sicut fuerunt, quãdo non proieceram 5
a eos. Ego enim dominus Deus eorum & exaudiam eos. Et e- 6
a ¶ Qui prius infirmi & debiles, sicut fortes fructificabunt.. b ¶ Cùm biberint vinum de Sorech.
runt quasi fortes Ephraim & lætabitur cor eorũ quasi à vino.
¶ Imitatores eorum.
Et filij eorum videbũt & lætabuntur, & exultabit cor eorum 7 8
a ¶ Qui præbet omnia bona. b ¶ Quasi pastor. c ¶ De captiuitate. ¶ Ad fidem. ¶ d Dispersos. e ¶ Sanguine agni. ¶ Extento brachio. 9
b in domino. Sibilabo eis, & congregabo illos quia redemi eos.
a ¶ Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli.
c Et multiplicabo eos, sicut ante fuerant multiplicati: & semi-
nabo eis in populis. Et † de longè recordabuntur mei, & viuẽt
d cum filiis suis, & reuertẽtur. Et reducã eos de terra Aegypti,
& de Assyriis cõgregabo eos. Et ad terrã Galaad & Libani ad-
e ducã eos, & nõ inuenietur eis locus. Et trãsibit in maris freto,
a ¶ Minas persecutoris. b ¶ Sic.
& percutiet in mari fluctus, et cõfundentur omnia profunda
¶ Tunc. ¶ Diaboli.
fluminis. Et humiliabitur superbia Assur, & sceptrũ Aegypti
¶ Et sic. a ¶ Fortitudo mea & laus mea do. ¶ Filio b ¶ Christiano. c ¶ Cum domino sicut Enoch. ¶ De virtute in virtutem.
recedet. † Cõnfortabo eos in domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit dominus.

† Roborabo.

† In longinquis locis positi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia do. scilicet dominus Iesus Christus. 2 Et con. ascen. idest, milites Antichristi, 3 Et confor. &c. quia aliqui apostoli fuerunt de vtroq; regno, vel per domum Iuda intelliguntur fideles de Iudæis credentes: & per domum Ioseph qui interpretatur accrescens, fideles de Gentibus qui sunt in magno numero. 4 Et con. reducendo ad veritatem fidei aliquos auersos ab ea tempore Antichristi 5 Et erunt si. idest, ante persecutionẽ Antichristi in qua videbũtur fideles quasi à Deo proiecti. 6 Et e. &c. in fide firmati. 7 Et fi. id est ab eis edocti regenerati per baptismum. 8 Et læta. de deiectione Antichristi. 9 Sibi. eis. hic propheta denunciat dispersorum congregationem. & dicit hic Ra. Sa. ꝙ hæc congregatio referenda est ad tempus futurum, quod vocat tempus Messiæ: & in hoc dicit verum: sed quod dicit futurum iam impletum est per Christum in vocatione fidelium, qui congregati sunt in vna ecclesia: non locali motione, sed fidei & charitatis vnione: & hoc est quod dicitur, Sibila e. inspirando spiritum deuotionis. 10 Et con. fide & charitate. 11 Quia rede. mea passione vnde dicitur Iohan. xj. g. ꝙ Iesus moriturus erãt non tantum pro Gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, per varios errores Gentiliũ, cõgregaret in vnum modo prædicto. 12 Et multiplicabo, &c. tempore Dauid & Salomonis in quo fuerunt multi fideles ecclesiæ, quia vna est ecclesia fidelium à primo Abel iusto vsq; ad vltimum electum, quia in fine mundi nasciturus est, vt dicit Grego. homil. vij. & non solum tot, immo multò plures fideles multiplicati sunt tempore noui testamenti, quàm veteris. 13 Et seminabo, &c. Per prædicatores missos ad diuersas partes orbis. 14 Et de lon. idest, de longinquis partibus. 15 Recordabũtur. idest, beneficiorum meorum. 16 Et viuent. vita gratiæ. 17 Cum filijs, idest, imitatoribus suis. 18 Et reuer. Quia de diuersis partibus orbis ante tempus Antichristi venient fideles & occupabunt Ierusalẽ & terrã promissionis. 19 Et nõ. Hoc dicitur ad designandum magnam multitudinem venientium. 20 Et tran. scilicet, dominus. 21 In maris fre. Dando eis transitum prosperum. ideo sequitur: 22 Et percut. in ma. Faciens eos quiescere. 23 Et confundentur. idest, terra Aegypti, vt dicit hic Ra. Sa. eò quòd inundatur inundatione Nili. 24 Et humiliabitur. In his terris habitant Saraceni, qui à Christianis debellabuntur: quia lex Mahumeti à gladio incepit & per gladium tenetur, & gladio terminabitur. 25 Confortabo eos in domino. scilicet, Christianos. 26 Et in nomine eius ambulabunt. Non præsumentes de sua potentia, sed diuina.

✠ Cap.

CAP XI.

A a **A**Peri Liba. Prædicta captiuitate Israelitici populi per Assyrios & Babylonios, supposuit etiam de restauratione tẽpli, & sequenti populi fœlicitate: nunc transit ad ea quæ per Romanos facta sunt in templo & Ierusalem propter vindictam sanguinis Christi, per Libanum itaque templũ significatur quod apertum est: vt intret Romanus exercitus, Per nomina arborũ quæ supponuntur significantur principes & sacerdotes illius populi. Hieron. Remig.

Quæ. in scr. quæst. 16. ✠ Anastas. Nicenus, ex epistolis Isidori Pelusiotę. Miraris dilecte, quemadmodum Deus non parcit suis templis ac basilicis, quando terræ immittit timorem. B Sed habes in scripturis accuratam huius rei declarationem. Si enim arcæ sanctæ non pepercit, sed eam dedit alienigenis cum eius sacerdotibus qui deliquerant, & multa sanctitudine, & cherubin, & vestes, & prophetiam, & chrisma, dedit cõculcanda & polluenda gentibus: ne sanctis parcit ecclesijs, & intemeratis sacramentis, vt cùm ne sanctis quidem suis parcat, delinquentes incliner ad metum & sanctificationem, sæuiorem propter ea quæ agunt expectantes cruciatum. *Vlulate*, inquit, *omnes, quia cecidit cedrus*, fortibus cadentibus, erudiantur ac castigentur quæ sunt imbecilliora. Cadentibus enim impiis, inquit Solomon, iusti terrentur. Vide Eusebium Cæsariensem lib. 8. Demonstrationis euang. cap. 4.

C b *Vox vlul. pa.* Per aliam metaphorã, quos magnificos vocauerat, nunc pastores, idest, principes & doctores vocat, quos inuitat ad luctum, quia magnificentia eorum vastatur, id est, templũ de quo gloriabantur. Hieron. Metaphora

c *Vox.* Sicut altitudinem templi, iuxta situm Iudææ, terræ altitudini Libani comparauit, quia Libano in terra promissionis nihil est excelsius aut nemorosius, sic Iordani qui maximus in Iudæa est, iuxta quem morãtur leones, fremitum iungit leonũ propter ardorem sitis, vel ob deserti viciniam. vnde dicitur: *Ascendit leo de Iordane*: idest, Nabuchodo. contra Ierusalẽ de sedibus suis, tanquàm leo de cubili. Vox ergo leonum, idest, frementium Romanorum auditur cõtra Ierusalem. D Ierem. 50. g

CAP. XI.

a ¶ Vt intret Romanus exercitus. b ¶ Templum à Zorobabel instauratũ. ¶ Vel ignis cuncta vastabit, & hostilis impetus duces & sacerdotes consumet.

a **A**Peri Libane portas tuas, & comedet i- 1
a ¶ Sacerdotes & principes mutua se deploratione lugeant.
gnis cedros tuas. Vlulã abies, quia cecidit † †
a ¶ Quod obscurè posuerat, manifestius exponit.
Cedrus, quoniam magnifici vastati sunt. 2
a ¶ Confusionis & ignominiæ. b ¶ Quia templum quod inexpugnabili firmitate erat constructum à Romanis est deletum
Vlulate quercus Basan, quoniam succisus 3 4
¶ Auditur.
b est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est 5 6
a ¶ Aliàs superbia. ¶ Quos prius arbores postea pastores, nunc leones vocat. Qui plorant destructo templo, in quo nutriebantur quidam iusti & potentes & bellatores quasi leones.
c magnificentia eorum. Vox rugitus leonũ, quoniã vastata est 7 8
¶ Aquæ decurrentis. ¶ O Zacharia. 9
d superbia Iordanis, Hęc dicit dñs Deus meus, Pasce pecora oc- 10 11

d *Hæc di.* Quia apertus est Libanᵃ, & omnis superbia Iordanis vastata. Idcirco: *Hæc dicit domin. Deus meus: Pasce peco. occi.* id est, nunc interim nutriatur, & crescat: quia postea ab hostibus occidendus est quasi oues & pecora.

✠ Remig. Vox est Domini ad prophetam. Nunc interim nutriatur grex & crescat qui postea ab hostibus capiatur. E Quæ pecora, Romani qui possidebant iure victorum, occidebant, & non dolebant, nec miserebantur: quæ seruabant ad vitam, vendebant, & lætabantur dicentes: *Benedictus Dominus, diuites facti sumus.*

✠ Rupertus. Memoriter tenendum est, quia sicut ea quæ prius dicta sunt, misericordiam sonant Regis Sion, ita hæc iudicium prædicant eiusdem regis & iudicis omnium. *Videns Dominus ciuitatem, fleuit super illam dicens, quia si cognouisses & tu, &c.* Ciuitas illa pecus erat occisionis, id est, populus destinatus sempiternæ morti, æternæ perditioni. Luc. 9.

Quicunque doctores tam in vete. testa. quàm in nouo negligentius agunt, & minimos scandalizant, ipsi pecora occisionis nutriunt nec compatiuntur super illos, sed vendunt sibi creditos: & ex mortibus aliorum diuitias consequuntur, laudantes eos qui prædam agunt, miseris & iniquis benedicentes. Hieron. Remig.

Nec mirum si hostes occidebant & vendebant, cum ipsi eorum pastores non pepercerunt eis, & pro culpa eorum grex lupis traditus est. F

Et

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. X.

Diuisio. ✠ **A**Peri Liban. *Istud capitulum variè exponitur ab Hebræis & Latinis. & omnes expositores mihi videntur in aliquibus à litera dissonare propter quod sine præiudicio intendo de diuersis expositionibus aliqua assumere & aliqua addere ad literam concordandam. Præsens igitur capitulum in tres partes diuiditur: quia primo describitur secundi tẽpli destructio: secundò, destructionis ratio. ibi:* Hæc dicit. *tertiò, Antichristi persecutio, ibi:* Et dixit dominus. *Prima pars nõ solum à Latinis sed etiam ab Hebræis antiquis exponitur de destructione templi facta per Romanos. vnde in libro qui dicitur Ioma apud Hebræos, dicitur quòd ante destructionem templi portæ eius de nocte aperiebantur sine homine. & dixit Ra. Iohannam: templum quare destruis teipsum? Scio enim de te, quòd finis tuus erit destructio: Super te namque prophetauit Zacharias.*

1 Aperi Li. portas tuas. & comedet ignis ce. &c. *Romani enim capta ciuitate incenderunt templum.*

2 Vlula abies, &c *Quæ est te maior. Et subditur expositio:*

3 Quoniam magnifici vasta. *Id est, illi qui erant maiores in populo Iudæorum in Ierusalem existentes: & ideo alij existentes in locis alijs debebant diffidere de seipsis.*

Vlu-

4 Vlulate quercus Basan: *Id est, habitatores vltrà Iordanem, vbi erat terra Basan, in qua tunc habitabant aliqui Iudæi.*

5 Quoniam succi. est saltus muni. *idest, Ierusalem, quæ tanquã metropolis erat magis munita contra Romanos alijs ciuitatibus.*

5 Vox vlulat. pastor. *Id est sacerdotum qui tunc regebant populum.*

6 Quia. &c. *idest templum de quo gloriabantur, & magnifice viuebãt.*

7 Vox rugitus leonum. *id est prædonum, qui ante destructionem templi habitabant in Iudæa, vt dicit Ioseph. lib. de Iudaico bello.*

8 Quoniam va. *idest, diuitiæ quæ sunt materia superbiendi.*

9 Iordanis. *idest Iudæa super Iordanem sita.*

10 Hęc dicit dominus. *Hic consequenter describitur prædictæ destructionis ratio, quæ fuit Iudæorum ingratitudo: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur magnitudo beneficiorum diuinorum. Secundò ingratitudo Iudæorum, ibi:* Et dixi: *Prima in duas. quia primò ponuntur beneficia Dei in exitu de Aegypto, secundò, in Iudææ territorio, ibi:* Et assumpsi. *Circa primum dicitur:* Hæc dicit dominus Deus meus: *recolendo beneficia Iudæis præstita.*

11 Pasce pecora occi. *idest, dic quod paui filios Israel qui dicebantur pecora occisionis in Aegypto, quia masculi nascentes, in flumine proijciebantur: & adulti duris laboribus affligebantur, intantum quòd vita eorum ad* ✠

MORALITER.

1 *Aperi Libane, &c.* Capitulum istud exponunt ad literam Iudæi & doctores catholici communiter de combustione templi domini per exercitum Romanorum. Moraliter autem potest exponi de combustione cleri per cupiditatis incẽdium, qui tamen præ cæteris debent esse Dei templũ. Et sic dicitur: *Aperi Libane portas tuas*, idest, aperuisti omnes vias tuas cupiditati.

† *Comedet ignis.* scilicet cupiditatis & carnalitatis.

† *Cedros tuas.* idest, maiores ecclesiæ. 2 *Vlula abies.* idest, inferiores clerici cupiditatem superiorum imitantes.

4 *Vlulate quercus Basan.* Quæ pinguedo interpretatur. Ideo per istos religiosi pingues reditibus, significantur qui frequenter cupiditatem similem imitantur.

6 *Vox vlulatus pastorum*, qui deberent clamare contra vitia.

Quia

7 *Quia vastata est magni. eo.* scilicet in virtuosis operibus & miraculosis: nam ante annos istos in ecclesijs cathedralibus erant homines tantarum virtutum, quòd Deus per eos faciebat opera miraculorum, sed modo fiunt opera spoliationum. ideo subditur:

8 *Vox rugi. leonum*, idest, crudelium pastorum.

9 *Quoniam vastata.* idest, vitæ clericalis. Iordanis enim interpretatur riuus iudicij. Clerici verò modo sunt in omni iudicio ecclesiastico & seculari, & eorum superbia deijcietur in morte cuiuslibet: tunc enim communiter deficit eis sensus, nec mirum quia vendiderunt ipsum.

11 *Hæc dicit.* quoniam populus communis non pascitur à clero pabulo verbi & exempli, vt deberet: sed magis occiditur verbis malis, & exemplis. ideo dicit dominus prophetæ, per quem significatur prædicator bonæ vitæ & doctrinæ.

12 *Pasce peco. occi. quæ, &c.* curati & prælati mali.

☩ Occid

A a *Et pastores eorum, &c.* ✠ Rupertus. Ergo qui possederant, sacerdotes fuerunt auarissimi, & pontifices rapacissimi, & eiusmodi pastores animas occidebant, & non dolebant, imò gaudebant: quoniam de occisione animarum illorum aliquod emolumentum pecuniæ capiebant, atque hoc modo vendebant infœlicem populum tanquam possessionem suam, pręoptantes de pereuntibus lucellũ aliquod contrahere, quàm de viuentibus, & Christũ sequentibus suorum detrimentum sacculorum incurrere. O quàm inqui, quàm impiè Deum existimabunt similem sibi, dum ita vendentes pecora illa dicebant: B *Benedictus dominus, diuites facti sumus.* Talis eorum benedictio, maledicta sit, quoniam & ipse Dominus in alio propheta dicit: *Maledicam benedictionibus vestris, &c,* Malach. 2.

a ¶ Romani: b ¶ Iure victoriæ. c ¶ Immisericorditer. d ¶ Pro tanta crudelitate. 1
cisionis quæ qui possederant occidebant & † non dole- 2
a ¶ Quosdam reseruabant, non propter clementiam sed propter precium. b ¶ Hoc dicebant Romani Iudæi Deum peccatis suis offenderunt ideo oppressimus eos & precio eorum diuites facti sumus. 3
bant: & † vendebant ea, dicentes: Benedictus dominus, di- 4
a ¶ Quia pastores eorum non parcebant eis, & ideo ego non parcam habitatoribus Iudææ. 5
a uites facti sumus. Et pastores eorum non parcebãt eis, & ego 6 7
b non parcam vltrà super habitantes terram, dicit dominus. 8
c d Ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu pro- 9 †
e ximi sui, & in manu regis sui: & concident terram 10
f & non eruam de manu eorum: & de pascam pecus 11
g ¶ Ad regendum. 12
occisionis, propter hoc ô pauperes gregis. Et assum- 13
¶ Humanum genus. 14
h i psi mihi duas virgas, vnam vocaui † decorem, & al- 15 16
k

† venundabunt

† non delinquebant id est, dicebant se non peccare

† iucunditatem

bis dicens se habuisse duas virgas: & in illis vinctum populum pauisse *Et assum.* Creator vt pastoris habitum demonstraret, assumpsit virgas duas vel baculos. D

h *Duas virgas assumpsi mihi, &c.* ✠ Rupertus. Id est, Bis cum hominibus, vt essem Deus eorum, fœdus pepigi. Primò cũ Noe, & omnibus hominibus, dicens, *Ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos, &c.* Secũdò cum Abraham & semine eius, dicens, *Statuam pactum meum inter me: & te, & semen tuum post te, &c.* Assumpsi ergo duas virgas, id est, primò regimen omnium gentium, quia omnium creator sum deinde regimen seminis Abrahæ quoniam gentes in vias suas abierunt E Gen. 9. Gen. 15. & 17.

✠ Eusebius. Vides vt testamentum quidem suum virgam priorem esse dixerit, alteram verò virgam funiculum & tamen se vtrámque abiecturum minatur: quamuis prius dixerit, *Et capiam mihi ipsi Duas virgas, vnam vocaui pulchritudinem & alteram vocaui funiculum:* Pro quo Aquila quidem sic conuertit: Vnam vocaui decorem, & alteram funiculum Symmachus autem: Hanc quidem vocaui decorem, illam funiculum. Hoc igitur vniuersæ gentis pulchritudinis decorisque nomine, diuinam legem & quod in ea continetur testamentum merito appellat. Funiculus autem ipsa gentis multitudo apud ipsum quoque Moysen vocata est, *Iacob funiculus hæreditatis eius.* Libro. de mont. euãg. c 4. Dan. 32. Hieronym

i *Vnam vocaui decorem.* Id est, omne humanum genus, instaurato mundo sub Noe, antequam peccatis sorderet, sua benedictione protexit. Et ideo vocatio cunctarum Gentium decora dicitur, quia nihil iustius quam vt omnium patrem, omnes innocent æqualiter ab eo geniti. F Psal. 104. a

k *Et alte. vo. fu.* Cùm essent termini Gentium iuxta numerum angelorum Dei, *Iacob fuit populus Dei, & funiculus hereditatis eius. Et paui greg.* Israel, & cum Israele totũ humanũ genus hinc subditur. *Et succidi tres pastor.* Moyses & Aaron & Maria. Quorũ Deut. 32.

Maria Nu. 20. a

b *Ecce ego tradam.* Post euersionem templi quæ ideo accidit, quia per. 42. annos pœnitere noluerunt, traditi sunt vnusquisque in manu proximi sui, quia mutua se nece trucidabant. *Ecce ego tra.* Quando Ierusalem obsidebatur à Romanis tanta inter ipsos Iudæos erant bella, & discordiæ ciuiles, vt in tres partes populus diuideretur, sicut in historiis legitur. Hieronym. Iosephus

c *Et concident.* Id est, destruent Romani omnem terram, & vniuersas vrbes Iudæorum.

d *Et non eruam.* Eos de manu Romanorum, sed sub eis æterna captiuitate deprimentur.

e *Et de pas.* Vt semper Iudæi nutriantur ad mortem, quia domini est sententia.

f *O paupe.* Id est, iusti de Israel, qui suscepistis Dei filium, audite quæ dicuntur, & sequentis capituli sacramenta cognoscite.

g *Et assumpsi.* Quia superius dixerat irreparabilem vastitatem C templi & Ierusalem: quia poterat hoc videri de solo Iudaico populo dictum (qui interfectis prophetis, etiam ipsum Dei filium occidit dicens: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros,* Nunc creator vniuersitatis exponit mysteria sui orbis

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *amaritudinem deducebatur, vt habetur Exo. 1.*

1 Quæ qui possederant, *scilicet Aegyptij.*

2 Occidebant. *Modo prædicto.*

3 Vendebant ea. *Quia principes Aegypti habebant eos seruos, & vnus aliquando vendebat alij.*

4 Dicentes Benedictus dominus. *Qui tradidit istos manibus nostris.*

5 Diuites facti su. *Quia vendens gloriabatur de precio, & emens de mancipio.*

6 Et pastores eo. *Id est, domini eorum.*

7 Non parcebant eis. *A laboribus duris.*

8 Et ego non parcam vltrà super ha. ter. *Id est, Aegyptios quos multis plagis afflixit: & postea in mare submersit, Exo. 14.*

9 Ecce ego tradam ho. &c. *Quia multi eorum sequentes regem submersi sunt cum eo, & remanentes postea contendebant adinuicem quia vnus imponebat alteri quod fuerat in causa detentionis filiorum Israel in Aegypto contra præceptum domini, ex qua secutæ fuerant Aegypti.*

10 Et conci. ter. *Id est, lacerabunt se inuicem.*

11 Et pascam pecus *Id est, filios Israel, quos pauit in deserto manna cœlesti, 40. annis.*

12 Propter hoc. *Id est, propter afflictionem quàm sustinuerunt ab Aegyptiis.*

13 O pauperes gre. *Id est, ô vos Hebræi qui fuistis in Aegypto depauperati.*

14 Et assumpsi. *Hic consequenter recoluntur beneficia in Iudæa præstita, in qua perduxit populum ad honorem regium tempore Dauid & Salomonis: Et quamuis Salomon demeruisset annihilationem regni, tamen Deus hoc non fecit, sed regnum in duo diuisit. 3. Reg. 11. & hoc est quod dicitur:* Et assum. mi. du. vir. *Id est duos reges.*

15 Vnam voca. de. *Scilicet, Ieroboam qui locutus fuit populo pulchrè promittens ei libertatem.*

16 Et alteram voca. *Scilicet, Roboam qui locutus fuit populo durè: di.* Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. *Est autem scorpio genus flagelli, à cuius manubrio dependent chordulæ nodulos habentes ferreos aut plumbeos in extremitate: & ideo vocatur scorpio: Tum quia grauiter percutit. Tum quia in percutiendo, finem chordularũ super corpus percussi reflectit, sicut scorpio reflectendo caudam punget: propter quod Roboã hic vocatur funiculus.* Scorpio
Et paui greg. *Id est, sustentaui populum Iudaicum in vtroque regno absque meritis eorum, cùm declinarent ad idololatriam: propter quam subditur.* Et succidi tres pa. &c. *Qui fuerunt. s. Ioram rex Israel &* ✠ *Ochozias*

MORALITER.

☩ 2 *Occidebant.* Exemplis malis.

3 *Et vendebant.* Quærentes ex eis pecunias leuare.

4 *Dicen. Benedictus Deus di.* Gaudent enim de summa pecuniæ legatæ, & non de eorum salute.

8 *Et ego non par. &c.* Sed puniam tales pastores.

9 *Ecce ego, &c.* Permittendo dissensiones fieri inter eos.

† Et

† *Et in manu regis.* Id est, diaboli. *Qui est rex super omnes filios superbiæ,* Vt dicitur Iob. 41. d.

11 *Et pascam pecus.* Id est, simplices laicos durè tractatos à malis clericis. Et subditur modus pascendi cùm dicitur.

14 *Et assumpsi mi. di. du. vir.* Id est, duos ordines, scilicet, prædicatorum & Minorum de quibus subditur.

15 *Vnam vo. &c. Et succi. &c.* Subtrahẽdo gratiam meam ab eis.

A Maria in primo mense (quia Nisan dicitur) mortua est in deserto Sin: & in eodem loco & eodem mense propter aquam contradictionis, Moyses & Aaron condemnati sunt, ne intrarent in terram promissionis, sic factum est, vt de tribu Iuda, præsenti morte succiderentur duo sententia futuræ mortis.

contra me pugnauit, huc & illuc inter me & idola fluctuans. Ideo indignatus dixit ad Moysen: *Non pas. vos. sed quod mo. m. & quod &c.* Corpora omnium ruant in solitudine & versi in seditionem quasi bestiæ mutuis lacerentur morsibus nullúsque terram promissionis intret. D

Diuisio

✠ Evsebivs. Cùm dicatur, Et auferam tres pastores in mense vno: arbitror sic tres ordines eorũ significari, qui olim populo Dei præerant, Regum, Pontificum & Prophetarum, quoniam ab his tribus quasi pastoribus omnia quæ ad illos veteres pertinebant, gubernabantur. Sed quando tres isti pastores vno tempore conuersionem passi sunt, Saluatore vtique nostro adueniẽte (nã & rex præter legis extraneus præerat, & pontifex à Romanis prouectus honorem obtinebat, nec propheta fuit vsque ad Ioãnem) meritò tria illa dona sublaturum se vno tempore minatur. Et causam ostendit, dicens: *Quia rugierunt super me.*

Lib. 10 de mõst. euã. c. 4. † deuastatorem seu dissipantes † abominabilis fuit mihi. B † reddite † Ma. 27. a

¶ Scilicet Iudæos.

teram vocaui † funiculum, & paui gregem. Et succidi tres †
a pastores in mense vno: & † contracta est anima mea in eis. 1
b Siquidem & anima eorum † variauit in me. Et dixi: Non pa- 2
c scam vos. Quod moritur moriatur: & quod succiditur suc- 3 †
cidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi † †
d sui. Et tuli virgam meam quæ vocabatur † decus, & abscidi 4
a ¶ Exponit quid per virgam decorem intellexerit, scilicet, omnes nationes, quæ à Deo abiiciuntur. 5
eam, vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum 6
a ¶ Quando assumptus est Israel. 7
omnibus populis, & in irritum deductum est in die illa. Et 8
a ¶ Populus Israel. b ¶ Mandata mea ad meum honorem. 9
cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt † mihi, 10
a ¶ Quia voluntas Dei est abiicere Gentes negantes & in Abraham assumere Israel confitentem. 11
b ¶ Si placet libero arbitrio. 12
quia verbum domini est. Et dixi ad eos: Si bonum est 13
a ¶ Quia vos paucos assumpsi, & Gentes abieci: seruate mea præcepta. b ¶ Vultis reddere mercedem, nec meo nomine censeri: aperte renuite. 14
in oculis vestris, † afferte mercedem meam: & si non quie- 15 16
a ¶ Facite quod vultis. b ¶ Qui dixerunt Omnia quæ precepit dus faciemus, postea xxx. argenteos dederunt Iudæ proditori pro meo sanguine.
e scite. † Et appenderũt mercedem meam triginta argenteos. 17 18

c *Quod moritur moriatur, &c.* ✠ Anastasivs. Nicenus ex. Theodoreto. De prouidentia. Inuenimus Deum propter insignem hominum improbitatem sæpe relaxare habenas, & concedere vt genus hominum feratur vt velit. Et hoc ipsum nos docens per Zachariam, dicebat Israeli. *Non pascam vos. Quod moritur, moriatur.*

Quest. in scripturam. † afflicta † incunditas E † me.

d *Et tuli virgam.* Assumpto Israel, equi funiculus est domini, totius orbis nationes à cultu Dei separatæ, idola coluerunt.

Hieronym.

e *Et appenderunt.* Iudæi maliciosi interpretantur: Per triginta argenteos, triginta mandata legis, quæ facere iubebantur, & rursum. 36. alia quæ prohibebantur: & dicitur eis vt argentum mandatorum domini reddant Deo suo plastæ & factori: quod quia facere noluerunt, proiecti sunt.

Hieronym. a *Et cõtracta.* Super tres pastores quos præposuerãt gregi meo.

b *Siquidem & anima eorum variauit in me.* Quia non glorificauerunt me ad aquam contradictionis. Vel populus variis modis contra

☞ Proiice F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Ochozias rex Iuda, & Iezabel: quæ cum Ioram filio suo regnum administrabat, vt habetur ex 3. & 4. Regum. Istos enim tres interfecit dominus per Iehu filium Namsi, eò quòd erant idololatræ pessimi, vt patet 3. Reg. 9. ideo subditur.* 1 Et contra. *Id est, retracta ab eis propter nimiam eorum maliciam ideo subditur.*

C

2 Siquidem, &c. *In multiplici actu idololatriæ.*

3 Et dixi non pa. vos. *Id est, demerita vestra exigunt, quòd non sustentem vos, vnde 4. Reg. 10. g. dicitur:* In diebus illis cœpit dominus tædere, &c. *Ideo subditur:* Quod moritur moriatur, & quod succiditur, &c.

4 Reliqui deuorent vnusquisque. *Quia non solum occidebantur ab extraneis, immo etiam dissensionibus intestinis & propter hæc mala, subditur.*

5 Et tuli virgam meam quæ vo. de. *Id est, regnum Israel quod dominus per Salmanasar tempore Hosee abstulit. 4. Regum 18.*

6 Et abscidi eam. *Quia illud regnum non fuit restitutum, nec captiuitas illa rediit.*

7 Vt irritum. *Li vt, tenetur hîc consecutiuè, quia hæc irritatio secuta est.*

8 Quod per. *Quòd, scilicet, non dominarentur Iudæis, quamdiu Iudæi seruirent fideliter mihi, & per talem modum loquendi dicitur Hosee, 2. d.* Et percutiam eis fœdus meum in die illa cum bestia agri, & cum volucre cœli, &c. *Scilicet, quod non noceant populo meo vt patet ibidem.*

9 Et in irritum. *Quando enim regnum Israel fuit translatum in Assyrios, manifestè patuit, quòd fœdus prædictum erat irritum.*

10 Et cogno. sic pau. gre. *Id est, pauperes populi Israel.*

11 Qui custodiunt. *Scilicet, legem.* 12 Mihi. *Id est, vt obediant mihi: & isti erant iusti in populo illo, qui à maioribus erant depauperati: quia iustos persequebantur.* 13 Quia verbum domi. *Scilicet, talis translatio regis & populi propter peccata. Hoc enim prædixit dominus per Moysen, Deut. 2. d.* Ducétque te dominus & regem tuum quem constitueris super te in Gentem, quàm ignoras tu & patres tui, &c. *Iusti enim de populo Israel qui custodiebant legem Moysi, viderunt tunc hoc domini verbum esse impletum.*

14 Et dixi. *Hic consequenter ponitur Iudæorum ingratitudo, quæ maximè apparuit in procuratione mortis Christi: & quantum ad hoc dicitur:* Et dixi ad. *Id est, ad Iudeos remanentes post captiuitatem prædictam, & etiam post captiuitatem Babylonicam.*

15 Si bonum. *Id est, seruite mihi de cætero fideliter pro beneficiis vobis à me collatis.* 16 Et si non quiescite, *Scilicet, à mea seruitute: hoc non dixit inducendo ad malum, sed per hoc insinuans, quòd dimittit homines in libertate arbitrij bonum vel malum faciendi. Per hoc tamen quod dicitur hîc:* Et si non. *Secundum, modum loquendi datur intelligi, quod non seruirent Deo sicut grati, sed magis agerent cõtra eum vt ingrati ipsum in natura assumpta persequendo. Ideo subditur,* 17 Et appen. mer. *Id est, precium pro corpore meo sibi tradendo, sicut merces equi dicitur precium, quo venditur & emitur.* 18 Triginta arg. *Ipsi Iudæ proditori, secundum quod habetur Matth. 26. & 27. vbi Matthæus spiritu sancto illuminatus dicit hanc prophetiam tunc fuisse impletam.*

✠ Et dixit.

MORALITER.

† *In men.* Id est, pro eodẽ defectu. Mẽsis enim dicitur à mene quod est defectus. Et per istos tres pastores possũt intelligi episcopi, archidiaconi, & curati mali, qui deficiunt in cura regiminis populi, quærẽtes eius pecuniã & nõ salutem, ideo subditur.

2 *Siquidem.* Quia non quærit honorem diuinum principaliter sed quæstum suum.

3 *Et di.* Scilicet eis propter suam maliciam.

† *Non pascam vos.* Pabulo gratiæ meæ.

† *Quod mori.* Id est, qui moritur de vobis morte culpæ, moriatur morte gehennæ.

† *Et quod succiditur, suc.* Id est, succiditur de vita præsenti, succidatur perpetuò de societate Dei.

4 *Et re. de. &c.* Inter clericos enim malos frequenter oriuntur dissensiones.

5 *Et tuli vir.* Nam libertas prædicandi & confessiones audiendi pauperum religiosorum frequenter rescinditur & impeditur in præiudicium communis populi, deo sequitur.

10 *Et cognouerunt.* Id est, populus communis.

13 *Quia verb.* Id est, eius vicarij pontificis summi, qui dedit pauperibus religiosis potestatem prædicandi, & confessiones audiẽdi quàm rescindũt prout possunt pastores inferiores duri.

14 *Et dixi.* Id est, ad populares Christianos quibus Deus loquitur per prædicatores suos.

15 *Si bonum est, &c.* Mihi seruiendo fideliter & deuotè.

16 *Et si.* Triginta seruitutum Deo non placet, nisi fiat liberè.

17 *Et ap.* Triginta consurgunt ex ductu denarij per ternarium: & sic significat impletionem decalogi in fide trinitatis.

✠ Et dixit

A a *Proiice illos.* Statuarium vel statuarius, pondus. Inde statuarius, id est, ponderator.

Statuarium b *Ad statuarium.* Id est, ad fusorem statuarum, quod alij plasten dicunt, id est, fictorem vel figulũ: vbi omnium creatorẽ de precio iudicet: quod decorum ironicè vocat, quasi dicat, Populus quem elegi in filios tam vili precio me vendendum emendúmque iudicauit.

✠ Rvpertvs. Pastor ille qui duas habuerat virgas, & vna contentus, alterã abscidebat, id est, vnum Israelitici populi gregem curans cunctarũ Gentium tam multum gregem à cura sua reiecerat, & istum vnum gregem tanta cura tamque miris modis pauerat: talis inquam, ac tantus omnium Deus & Dominus homo factus, per semetipsum mercedem suam requisiuit: & talem mercedem appenderunt ei, videlicet triginta argenteos in precium sanguinis eius dederunt proditori. Et hoc appellat, *Decorum precium.* Nimirum cum ironia grauissima, quia non fuit decorum. Quis ergo rem huiuscemodi satis appendere vel dignè valeat eloqui, vere nullus nisi solus statuarius, siue omnium plastes Deus. Idcirco, proiecit illos denarios in domum Dei ad statuariũ, vt ipse qui solus nouit dignum proferre super hoc iudicium. Proieci, id est vt proiicerentur effeci, videlicet quod Iudas pœnitentia ductus retulit illos triginta denarios principibus sacerdotum, d. *peccaui &c.*

† fraternitatem. B

¶ Pater ad filium, vel Deus ad prophetam. a ¶ Nondicit depone: sed proiice vt iudicio fictoris: merces domini ponderetur. b ¶ Alij conflatorum.
a Et dixit dominus ad me: proiice † illos ad † statuarium. De- 1
b a ¶ Ait dominus per prophetam. ¶ Sicut mihi fuerat imperatum. 2
corum precium; quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta 3
a ¶ Proiectis argenteis in templo abiens laqueo se suspendit. a ¶ Crucifixo domino & precio eius dato in sepulturam non differtur Deus dare sententiam, contra Ierusalem quæ erat propriæ pars eius & funiculus sed modo proiicitur. 4 5 6
c argẽteos, & proieci illos in domo dñi ad statuariũ. Et præscidi 7
a ¶ Populum peculiarem. b ¶ Non enim veni pacem mittere in terram, sed gladium.
d virgam meã secudã quę appellabatur † funiculus, vt dissoluẽ 8
¶ Fœdus & concordiam quæ inter Iudam & Israel fuerat. ¶ Prophetam.
rẽ † germanitatẽ inter Iudã & Israel. Et dixit dominus ad me: 9

Matth. 27. Exposit. in Symb. ✠ Rvfinvs. Iudas per molle osculi blandimentum, execrabile iaculum proditionis infixit. Triginta vero argenteis Dominum appreciatum esse, cupiditate proditoris, audi propheticam vocem: *Si bonum est in conspectu vestro, &c.* Bene autem mercedem suam dicit, velut imputantis & exprobrantis affectu. Pro innumeris bonis quibus eos affecerat, mercedem restituunt ei, mortem triginta argentorum æstimatione pensatam. D

✠ Evsebivs. Diligenter considerabis quæ matth. 27. citãtur ex Hieremia. *Et acceperũt triginta argenteos, &c.* Cùm non habeantur apud Hieremiã, num arbitrari oporteat ea per quandã malitiam ex illo sublata esse: an vero librarij erratũ fuisse qui negligentius sanctorum euangeliorũ exemplaria confecerit, & ex negligentia in errorem inciderit, & pro Zacharia posuit Hieremiam, &c. Aquila dum conuertit, *Et proiecit argentum in domo domini ad figulum:* plane nos docet quem admodum diuinum verbum instar figuli habitet in domo domini, & eorum qui illuc accedunt animas informet ac renouet. Verumtamen cum precium appretiati in illa domo proiectum eam ipsam profanam reddiderit, merito statim adiungit: *Et abieci. alteram, &c.*

L. 10. demonstrat. euãgel. c. 4. † Illud † figulum. † dissipantes E

c *Et proieci illos in do.* Feci eos à proditore reddi sacerdotibus Pharisæis. *Qui ex eo emerunt agrũ figuli.* i. creatoris omniũ in quo sepeliuntur peregrini & aduenæ legis sanguine Christi redẽpti.

Hieronym. Mat. 27. a.

d *Vt dissoluerem.* Sicut prius Israel & Iudas ab inuicem fuerunt separati, sic post Christum apostoli & illi qui pœnitentiam egerunt rursum dicuntur Iudas, id est, dominum confitentes. Qui verò permanserunt in duricia cordis, dicendo: *Non habemus regem nisi Cæsarem,* Vocantur Israel, Ephraim, Ioseph: Sic de eodem populo credentes diuidit, quibus non facit irritum testamentum Dei: sed vsque hodie manum porrigit, alios in infidelitate relinquit.

Ioan. 19. c.

☞ Adhuc

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et dixit dominus ad me. *Zachariam.*

2 Proiice illos. *Id est, hoc precium proiiciendum*

C

3 Ad sta. *Id est, fusorem statuarum, vt dicunt expositores nostri: per quem intelligitur ipse deus qui est formator omnium, & est sensus:* Proiice illud ad sta. *Id est prædic istud coram deo ponendum vt videat, & iudicet hoc factum.*

4 Decorum precium. *Id est vile. Et hic est modus loquendi ironicè: etiam secundum Hebræos, qui intelligitur oppositum, sicut de nano ironicè dicitur ecce magnus gigas.*

5 Quo appreciatus sum ab eis. *Id est emptus à Iudæis Iuda venditore quasi dicat tã paruo & vili precio nõ debui appreciari Hebræi dicũt quòd hæc est litera:* Proiice illud ad thesaurisariũ vel ad figulũ. *Dictio enim hebraica hic posita est equiuoca ad thesaurariũ & formatorem: Et formator potest dici figulus, qui format vasa de terra & statuarius qui format statuas de alia materia: Translatio nostra accipit hanc vltimam significationem scilicet tertiam Hebræi verò alij accipiunt primam, aliqui secundam: & illorum acceptio magis consonat Euangelio: vbi dicitur quod Iudas retulit. 30. argenteos sacerdotibus qui custodiebant thesauros templi, & quod ex illa pecunia emerunt agrum figuli: Math. 27. a. Sic igitur potest hæc litera exponi:* Proiice illud ad the. *Id est, prædic precium Christi corã sacerdotibus, qui erant thesaurarij proiiciendum sicut dicitur, Matt. 27. a. quòd Iudas proiectis argenteis coram sacerdotibus recessit,* Vel Proiice il. ad. *Id est, prædic. proiiciendum ad emendum inde figuli agrum: tamen li adi non est intelligendũ causaliter sed consecutiuè: quia emptio consecuta agri est ad illam proiectionem lam:* Decorum precium. *Exponatur vt supra.*

6 Et tuli. *Sic videbatur prophetæ visione imaginaria, ac si acciperet 30. denarios, & proiiceret in domo domini per quod designabatur sic fiendum de precio Christi à Iuda proditore, qui proiecit illud in templo.* F

7 Et præscidi. *Scilicet, regnũ Iuda, Vt visum est suprà quod non fuit præcisum in captione Sedechiæ: quia illa captiuitas rediit de Babylone, & habuit populus duces vt Zorobabel & plurales alios: & postea aliquos reges ante aduentum Christi, vt habetur in Scholastica historia: sed proprie fuit præcisum in destructione Ierusalem per Titum & Vespasianum: quoniam tunc Iudæi fuerunt per orbem captiuati non habentes ducem nec principem: & illa captiuitas adhuc manet.*

8 Vt dissoluerent. *Id est, inter Christianos Christo de tribu Iuda secundum carnem adhærentes, quorum plures fuerunt ad literam de tribu Iuda: & Iudæos in infidelitate permanentes: & hoc fuit figuratum. 3. Re. 12. vbi dicitur, quòd Israel separauit se à Iuda, dicens:* Non est pars nobis in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai? &c. *Vnde & Iudæi sunt odiosi Christianis & è conuersò.*

9 Et dixit. *Hic consequenter agitur de persecutione Antichristi: Et continuatur sic literæ præcedenti: quia Iudæi pro maiori parte negauerunt verum Christum ipsum repellentes, ideo iuste permittentur à deo recipere Antichristum qui falso dicet se esse Christũ, & sic ab eo decipi, Et hoc predixit Christus. Ioan. 5. g.* Ego veni in nomine patris mei, & nõ ac cepistis me: si autem alius venerit in nomine suo, illum accipietis. *Sic ergo proceditur, quia primò ponitur persecutio Antichristi breuiter & succinctè. Secundò, magis diffusè sequenti ca. Circa primum dicitur.*

✠ Sume

MORALITER.

✠ 1 *Et dixit dominus.* Id est, pone ante Deum qui est formator omnium, vt remuneret impletionem dictam decem mandatorum.

4 *Decorum.* In quo seruierunt mihi: & istud precium potest dici decorum absolutè, quia Deo placitum: Potest etiam dici iuxta sensum Israelem decorum per oppositum, id est, vile respectu obseruationis decalogi cum consiliis Euangelij.

7 *Et præscidi.* Id est, vidi eam præscindendam quod factum est per recisionem emolumenti quod prædicti religiosi de sepulturis habent.

8 *Vt dissoluerem. ger.* Li, vt, tenetur consecutiuè, Nam ex hoc secuta est diminutio charitatis inter fratres qui significantur nomine Israel, eò quòd sunt intenti studio, & sacerdotes curatos qui significantur nomine Iudæ, eò quòd audire confessiones ad eos pertinet de iure.

A a *Adhuc sume.* Qui prius sumpserat virgas quæ suo vicio diuersis temporibus proiectæ sunt:& tandem soluta germanitate, Gentiles in bonam oliuam sunt inserti:rursus præcipitur assumere vasa stulti pastoris,id est,vaticinium Antichristi.

Ro.11.c. Isa.20.

✠ Remigius. Sicut Isaias vt captiuitatem futuram in suo habitu ostenderet,ambulauit nudus & discalceatus sic & Zacharias habitum stulti pastoris iubetur assumere,vt eum quem venturũ nunciabat, qualis venturus esset ostenderet.

† succisa, perdita.

✠ Rupertus. Quomodo Hieremias fuit ad domum figuli, vt ex dissipatione vasis,quod currebat in rota, interitum Israelis: & Ezechiel vt subuersionem Hierusalem & fugam Sedechiæ,non solum voce, sed & habitu demonstraret, perfodit parietem,& in humeris deportatur: sic & tu habitum pastoris assume,vt stultum annuncies pastorem,&c.

Iere.18. Ezech.12.

D b *Et carnes pin. comedet.* Si quid in charitatis & sapientiæ pinguedine vigebat, deuorabit & vngulas arietum & ouium dissoluet,& peruertet ne recto pede gradiantur.

c *O pastor & idolum.* Tam sceleratus es, vt non cultor idolorum,sed idolũ nominis,dum vis ab hominibus adorari,qui derelinquis gregem à bestiis deuorari quem dominus toto tẽpore custodierat. Iste pastor ideo consurgit in Israel, quia verus pastor dixerat: *Iam non pascam vos:* Hic alio nomine: *Abominatio desolationis.* Vocatur, *sessurus in templo Dei tanquam sit Deus.* Ideo gladius domini super brachiũ & oculũ dextrũ erit, vt robur eius,& omnis iactãtia fortitudinis eius ariditate siccetur:& scientiam quam sibi falso nomine promittebat, æternis tenebris obscuretur. E

Hieronym. † paruum, vel nouellum agnũ. Supra eodem.b. 2.Tessal.2.b.

¶ Id est,insignia & habitum Antichristi,vt qualis venturus est non solum voce,sed & habitu ostendas. ¶ Peram,baculum,fistulam,sibilum.
a Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo 1
a ¶ Pastor bonus ægrotantia pecora visitat,dispersa perquirit, relicta affert, lassa sustentat. Malus pastor econtrario omnia peruersa agit. 2
pastorem in terra, qui † derelicta non visitabit: † dispersum 3 4
non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non 5
b enutriet & carnes pinguium comedet & vngulas eorum 6 7
¶ Descripto pastore ad ipsum sermo prophetalis conuertitur.
c dissoluet. O pastor & idolum, & dereliquens gregem. Gla- 8
a ¶ Quo se acutius omnibus prophetis iactabat cernere sacramenta Dei intantum vt Dei filium se vocaret. 9
dius super brachium eius & super oculum dextrum eius. 10 11
Brachium, eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius te- 12
nebrescens obscurabitur. 13

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sume tibi. *Id est, instrumenta, vt virgam & peram pastoralem, & huiusmodi. Instrumenta enim cuiuslibet artis dicuntur vasa secundum proprietatem indiomatis Hebræi.*
2 Pastoris stulti. *In signum quòd Iudæi recepturi sunt Antichristum qui erit tantæ amentiæ, quòd dicet se esse Deum. 2.Tessal.2.a.* Qui extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur.
3 Quia ecce ego suscita. *Id est, suscitari permittam.*
4 Pastorem in terra. *Id est, Antichristum dominaturum in ea.*
5 Qui derelicta non visitabit. *Id est, nullum opus pietatis exhibebit, sed erit maximæ crudelitatis erga iustos. Ideo subditur.*
6 Et carnes pinguium comedet. *Eorum bona rapiendo.*
C
7 Et vngulas eorum dis. *Corporaliter eos affligendo & occidendo*
8 O pastor & idolum, *Idolum dicitur quod pro Deo colitur & non est. Et sic erit de Antichristo qui sedebit in templo Dei tanquam sit Deus. 2.Tessal.2.b.*
9 Gladius. *Id est, sententia* Dei.
10 Super brachium. *Id est, super virtutem eius corporalem.*
11 Et super ocu. *Id est, super animam in qua est intellectus qui dicitur oculus.*
12 Brachium. *Quia corpus eius per Michaelem de præcepto Christi fulminabitur.*
13 Et oculus dexter eius. *Quia eius anima ad tenebras exteriores in infernum deducetur,*

MORALITER.

1 *Adhuc sume, &c.* Istud vsque ad finem capituli literaliter exposui de Antichristo, potest etiam exponi de Liberio papa, qui dicitur pastor stultus, eò quòd fuit finaliter Arrianus,& illo tempore per ipsum & Lucium episcopum Arrianum facta est grauis persecutio Christianorum: de qua scribit Rufinus sic: Eo quoque tẽpore Lucius Arrianæ partis episcopus post fugas ciuium & exilia post cædes & tormẽta flammásque quibus innumeros condemnauit ad monasteria sui furoris arma cõuertit, vastat eremũ & bella quiescentibus indicit: tria milia simul aut eo amplius viros per totã eremũ secreta & solitaria habitatione dispersos opugnare pariter aggreditur, mittit armatam peditum & equitũ manũ. & illi econtra gladiis obiectabant ceruices,& nihil aliud dicebant: *Amice ad quid venisti?* Et ideo de isto pastore stulto subditur. F
6 *Carnes pinguium come.&c.* Et de pœna eius subditur.
9 *Gladius super.* Id est, domini sententia præscindetur de præsenti vita, & obscurabitur in gehenna.

Rufinus li.11.hist.eccl.c.3.

Cap. XII.

a Onus verbi domini Ab hoc loco vsque ad illum locum vbi dicitur: *Framea suscitare:* triplex expositio fit. Quidam enim Iudæorum putant hæc iam ex parte completa à Zorobabel vsque ad Cnæum Pompeium, qui primus Romanorum Iudæam cepit,& tẽplũ sicut dicit Iosephus. Alij in fine mundi cõplenda quando instaurata erit Ierusalem Christiani verò quotidie hæc in ecclesia compleri dicunt vsque ad finem mundi. Quid aut cui aptandum sit,ex interpositionis varietate prudens lector intelligat.

Hieronym. A Iosephus

CAPVT XII.

¶ In sequentibus verbis ostenditur quanto onere Deus pressurus sit Ierusalem.
a ONus verbi domini super Israel. Dixit dominus ex-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

ONus verbi domini. *Istud capitulum aliquibus doctoribus nostris quantum ad sui principium exponitur de destructione Ierusalem per Romanos: sed huic videtur obuiare quod hic dicitur:* Sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. *Item quod subditur:* In die illa dicit dominus: Percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: *Quia non legitur tribus Iuda fuisse cum Romanis in obsidione Ierusalem contra Iudæos obsessa: nec quòd exercitus Romanorum à Deo tunc fuerit sic percussus: immo valde prosperè triumphauit de Iudæis, secundum quod declarat diffusè Iosephus in libris de Iudaico bello. Propter quod alij expositores nostri exponunt hoc de persecutione ecclesiæ primitiuæ à Iudæis & principibus Romanis. Sed hæc expositio videtur magis mystica quàm literalis. Ponuntur etiam hic in textu aliqua quæ videntur ab hoc esse dissona, vt videbitur. Ra.Sa. verò exponit hoc capitulum & quasi omnia sequentia vsque ad finem huius prophetiæ de bello Gog & Magog contra Iudæos quos dicit per regem Messiam venturum debellandos. Sed hoc fundatur super falsum fundamentum, sicut dixi de Gog & Magog, Ezech.38. Et quia ibidem dixi, quòd per Gog & Magog intelligitur Antichristus & eius exercitus: ideò hic consimiliter, saluo tamen meliori iudicio videtur textus de persecutione Antichristi exponendus vsque ad finem huius prophetæ, licet aliqua alia interserantur: & ideo sicut dixit capitulo præcedenti, hic describitur persecutio Antichristi magis diffusè, Et diuiditur in tres partes primò persecutio Antichristi describitur. Secundò quæstio tacita soluitur capitulo sequenti, ibi:* Framea suscitare. *Tertiò propositum resumitur: ca.14. Prima adhuc in tres, quia primò ponitur Antichristi persecutio, Secundò eius deiectio, ibi:* in die illa. *Tertiò, Iudæorum conuersio, ibi.* Et effundam. *Circa primum dicitur.*

Iosephus Diuisio

1 Onus ver. *Id est, prophetia de afflictione futura ex ordinatione Dei.*
2 Super Israel. *Id est, congregationem fidelium: ad quam nomen Israel in nouo testamento est translatum, sicut declaraui diffusè Isa.44. & habetur ad Ro.2.*
3 Dixit dominus,&c *Hoc dicitur quia cœlum ad modum tentorij super terram extendi videtur.*

✠ Et fundens

MORALITER.

1 *Onus verbi.* Istud literaliter exposui de persecutione Antichristi. Moraliter autem potest exponi de grauamine populi Christiani ex malitia cleri peruersi, cum dicitur. *Onus verbi, &c.* id est graue pondus à deo præuisum super populum Christianum Et quid sit illud subditur, cum dicitur.

Ecce

¶ Sicut pellem. ¶ Alta mole solidauit. ¶ Id est animam·
tendens cœlum & fundans terram, & fingens spiritum ho- 1
a minis in eo. Ecce ego ponam Ierusalem † superliminare 2
a ¶ Captus ab hostibus,& in illorum transiens societatem, cogetur obsidere suam metropolim Ierusalem. 3
crapulæ in omnibus populis in circumitu: sed & Iuda erit in 4 5
¶ Præter supradicta. ¶ Hoc scilicet. 6
obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illa, ponam Ieru- 7
b salem lapidem oneris cunctis populis. Omnes qui leuabunt
a ¶ Lapidem. b ¶ Non impunè ferent. c ¶ Onere lapidis. d ¶ Quia contra Ierusalem.
eum † concisione lacerabuntur, & colligentur aduersus 8
c eam omnia regna terræ. In die illa dicit dominus, percutiam 9 10
omnem equum in stupore, & ascensorem eius in amen- †
tiam. Et super domum Iuda aperiã oculos meos, & omnem 11
d equum populorum percutiã cæcitate. Et dicent duces Iuda 12 13
a ¶ Quia loqui libere non audebunt. b ¶ Ne captiuentur. ¶ Pro meo velle.
c ¶ Obsessi vt qui sua imbecillitate victi sunt, eo superent auxilio.
in corde suo: † confortentur mihi habitatores Ierusalẽ in dño, 14

† incisione incidentur. † roborabunt me. † calicem soporiferũ.

✠ Remigius. Extendit Dominus cœlum velut tabernaculum,& secundũ Psalmistam,sicut pellem, Sicut enim pellis corpus animalis vndique circundat sic cœlum suo ambitu omnia continet. Fũdauit terrã quę media est, & immobilem eam in sua mole constituit, finxit spiritum hominis in eo, id est, animam in corpore hominis posuit,& ex his duabus substantiis animal. compegit, Iste itaq; vniuersitatis creator dicit se positurum Ierusalẽ superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu, vt qui limen eius attigerit, inebrietur & corruat.

B

✠ R. Ionathan. Ponam Ierusalem quasi scyphum plenum mero, aut inebriatiuo potu.

Hieronym. a *Ecce ego ponam.* Vt quicunque limen eius inhabitando attigerit, inebrietur: & crapula pressus corruat. Vel ipsum superliminare corruet,& opprimet eum à quo contingetur.

Allegor. Persecutores qui contra domum Dei dimicant, inebriantur eo calice, quem Ieremias vniuersis Gentibus propinat, *Vt bibãt & inebrientur & cadent, & vomant & insaniant.* Tempore enim persecutionis multi Christiani pugnare contra ecclesiam compulsi sunt: & leuant quidem lapidem & manibus suis sustentant priora dei qua corripit peccatores: sed ipse, qui eleuat non erit impunitus Dei gladio contra se dimicante.

Iere.25.d. C

b *Lapidẽ oneris.* Mos erat in Iudæa. in aliquo celebri loco poni lapides rotũdos grauissimi põderis, quos iuuenes pro varietate virium probandarum, alij vsque ad genua, alij vsque ad vmbilicum vel etiam super ceruicem extollebant, nec prius ad agonem descendebant qui ex eleuatione ponderis sciretur cui comparari deberet. Est ergo quis sensus: Ponam Ierusalem Gentibus quasi grauem lapidem subleuamentum,& leuabunt eam & pro virium varietate vastabunt. Sed grauis lapis dum leuabitur in leuantium corporibus scissionem vel rasuram relinquet. D

Hieronym. Remigius. Rupertus. Lapidum eleuatio, iuuenum exercitium.

c *In die illa.* Id est, quando obsessa erit Ierusalem, ita vt Iudas quoque obsidere eam cogatur, percutiet dominus & carnaliter & spiritualiter equos aduersariorum, ita vt qui viderint percussos stupeant, & ascensores eorum pressi magnitudine periculi vertuntur in amentiam. Et super domum Iuda, qui cogebantur pugnare contra suam metropolim aperiet os suum, quia misertus eorum suo dignos facit aspectu: sed equos populorũ percutiet æterna captiuitate.

✠ Ambrosius. De Ascensore manifestum est iudicium, quòd reprehensibilis habeatur quando Moyses ait in cantico: *Equum & ascensorem proiecit in mare.* Et in Zacharia loquutus est Dominus dicẽs: percutiam omnẽ equum in amentia,& ascensorem eius in insipientia. Non dixit solum equum sed & assensorem, Vbi est enim ascensor, qui non potest equum proprium gubernare? equus fertur in præceps, & indomito furore se in prærupta & periculosa raptatur, Quid igitur vobis in equis confiditis diuites, Mendax est equus ad salutem. Quid in curribus vobis plauditis?

L.de Nabuthe,cap 15. E

Allegor. Ecce laceratio lapidis quam in aduersarios (qui Ierusalem vexare conati sunt) dominus comminatur: quòd & equos malos qui proni sunt ad currendum in malum, & ascensores, id est, dæmones vel falsos magistros vertet in stuporem & in amentiam, vt nihil sapere conuincantur: sed palpabiles premant eos tenebræ, quales fuerunt quando Aegyptiorum primitiua percussa sunt: Sed super populum confitentem qui timore videbatur esse in numero persequentium, aperiet oculos vt electos respiciat & sit eis lumen æternum. F

Hieronym. Exo.10.e.

d *Et dicent duces.* Apertis oculis domini super Iudam, & hostibus percusis cæcitate: duces Iuda qui cogebantur pugnare contra Ierusalem, facient vota in cordibus vt Ierusalem vincat & ipsi victi cum hostibus vincant cum suis ciuibus.

Mystice. Duces & tribuni sunt apostoli & apostolici viri, qui nolunt sibi coniungi, nisi habitantes Ierusalem, id est, in visione pacis,& qui habitant in domino Deo suo.

Misticè. Hieronym. Remigius.

☞ *In die*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et fundans terram. *Quia nihil est sub ea, cum sit infimum elementum.* 2 Et fingens. *Quia anima à Deo creatur & infunditur corpori organizato.*
3 Ecce ego ponam. *Id est, ecclesiam, quæ vocatur Ierusalem: Isa.2. vt ibidem dictum fuit diffusè, & Apocal.21.a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo sicut sponsam,&c.
4 Super. *Ad quod Hebræi impingunt, quia Antichristus & eius exercitus post persecutionem ecclesiæ deiicietur, vt dictum est. In Hebræo habetur. Bacinum amaritudinis, quia ecclesia amaricabitur in persecutione Antichristi: & postea ipse & eius exercitus. Ideo subditur.*
5 Omnibus pop. *Quia de omnibus populis aliqui adhærebunt Antichristo. Ideo subditur.* 6 Sed & Iuda. *Quia tunc aliqui Christiani timore ducti erunt in exercitu Antichristi.* 7 Et erit in illa die. *Lapis enim ponderosus quando mouetur de loco suo affligit motores, sic Antichristus & eius exercitus quærentes tollere stabilitatem ecclesiæ, affligent & turbabunt fideles. Et hoc est quod subditur.* Omnes qui leuabunt,&c. 8 Et colligentur aduersus, &c. *Id est, aliqui de omnibus regnis adhærentes Antichristo.* 9 In die illa. *Hic consequenter ponitur Antichristi & sui exercitus deiectio, cum dicitur.* 10 Percutiam. *Quia ipse fulminabitur, vt dictum est, & magna pars sui exercitus peribit,* 11 Et super domum Iuda. *Id est, super Christianos in eius exercitu existentes ex timore.*
12 Aperiam oculos meos. *Misericordiæ: quia non peribunt cum cæteris, Antichristo adhærentibus voluntariè. Ideo subditur.*
13 Et dicent duces Iuda. *Id est, principales in illis Christianis nisi Antichristo timore adhærentibus.* 14 Confortentur mihi habitato. Ierusalem. *Quia Christiani timore Antichristi in eius exercitu futuri, desiderabunt corde prosperitatem Christianorum obsessorum, licet hoc ostendere non audeant manifestè. Hæc autem litera videtur dissona illi expositioni, quæ exponit passum istum de persecutione primitiuæ ecclesiæ per principes Iudæorum, vt patet in Actibus* ✠ *apostolorum*

MORALITER.

3 *Ecce ego ponam Ierusalem.* Id est ecclesiã pro clero acceptam
4 *Super limi.* Id est, excessiuam in cibis & potibus manifestè.
6 *Sed & Iuda erit in obsidione,&c.* Id est, contra clerum. Potest etiam hoc dicere quilibet confitens veritatem.
7 *Et erit in die illa.* Tantum enim pondus citationum, excommunicationum, interdictorum, & aliorum grauaminum ponitur super populum Christianum, quòd sub onere iacet depressus. Vnde dicit Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Ipsam religionem nostram quam in paucissimis celebrationibus Dominus voluit esse liberam, quidam ad eo seruilibus premunt oneribus, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum qui non humanis præsumptionibus, sed diuinis subiiciuntur institutis.

Christianitatis libertas per suos præsidentes iudaica seruitute intolerabilior redditur

9 *In die illa dicit dominus.* Scilicet, mortis, quæ dicitur dies illa quia debet esse cunctis memorabilis.
10 *Percutiam om.* i. brutaliter viuentem, sicut equus & mulus.
† *Et ascensorem eius.* Id est in ducentem eum ad vilia
11 *Et super domum.* Id est confitentium veritatẽ verbo & facto.
12 *Aperiam oculos meos.* scilicet clementiæ.
13 *Et dicent duces Iuda in corde suo confortentur &c.* Hoc fit quando boni religiosi & alij deuoti orant deuotè pro emendatione cleri.

☞ a *In die illa ponam duces Iuda.* Cùm dominus interfecto aduersario spiritu oris sui, pacem reddiderit ecclesiæ, tunc duces
2.Tess 2.b. Christiani nominis deuorabunt infructuosas arbores, sicut caminus ligna: & sicut fax stipulam quæ caret fructu, & omni vento circunfertur à dexteta & à sinistra. Via dextera parcitas quæ φυλαργυρία Græcè, ii
nistra luxuries, media rectáq; frugalitas Omnes ergo quales in dextra vel in sinistra sunt flamma consumet, quibus sublatis ecclesia ad pristinũ redibit statum: & Tabernacula, id est, conciliabula Christianorum, to to orbe dispersa, sal-
† magnificetur gloria vabit Deus, de quibus quasi tentoriis cupimus ire ad Ierusalem non manufactam.

B b *Vt non magnificè glorietur.* Non potest dicere domus regia, & inclyti, & magnifici de tribu Iuda, & habitatore Ierusalem quòd suo consilio vel virtute gurbernetur tota tribus Iudæ, sed sciant quòd domini sit in vtriusque victoria.

Ideo obsessis principibus ecclesiæ & in fugam versis, saluat Deus omnes qui Christiano censentur nomine, ne putent doctores ecclesiæ sua sapientia, sed Dei auxilio pacem ecclesiis redditam.

Hieronym. c *In die illa, &c.* In illo tempore, quando domino protegente Iudas à dextris & à sinistris percutiet aduersarios, proteget Deus obsessos Ierusalem, & tantam prosperitatem dabit, vt qui vilissimus putabatur, sit quasi domus regia: & qui de domo regia erit, quasi de domo Dei, quasi nuncius Dei & angelicę dignitatis in cõspectu eorum qui eo tempore erunt saluati.

C Proteget Deus habitatores ecclesiæ, pace post persecutionem reddita, & ita glorificabit eos qui pro ecclesia militauerunt, vt etiam minimus qui quasi homo in aliquo suo facto vel verbo offendit, in ordine magistrorum ponatur: & magistri qui suum

a ¶ Quando hæc dicent duces Iuda.

a exercituum Deo eorum. In die illâ ponam duces Iuda sicut 1

a ¶ Vt deuorent aduersarios quibus simulata amicicia iungebantur. ¶ Vel stipula. ¶ Viri Iuda.

caminũm ignis in lignis: & sicut † facem ignis fœno: & † 2

¶ Eos qui declinauerunt ad dexteram.

deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in 3

a ¶ Vltra non timens hostiles impetus.

circũmitu. Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ie- 4

a ¶ Vibes & oppida & villas tribus Iudæ quæ vastatæ fuerant instaurabit, sicut fuerant antequam vastarentur.

rusalem: & saluabit dominus tabẽrnacula Iuda sicut in prin- 5
b cipio: vt nõ † manificè glorietur domus Dauid, & gloria habi 6

¶ Subiectam plebem.

c tantium Ierusalem contra Iudam. In die illa proteget domi- 7
d nus habitatores Ierusalem Et erit qui † offenderit ex eis 8
in die illa quasi Dauid, & domus Dauid quasi † Dei: sicut 9
e angelus domini in conspectu † eius. Et erit: in die illa quæ- † 10
ram conterere omnes Gentes, quæ venient contra Ierusa-
f lem, & effundam super domum Dauid, & super habitatores 11 12

re Gentes aduersarias, vt incipiant esse de ecclesia, quia creator diligit creaturam, & copiosè illuminat sensum eorum per spiritum sanctum quem diffundit in cordibus eorum qui sunt domus Dei: per quem multas gratias & effectum orandi præstat. Vnde. *Qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus.*

✠ Remigivs. Quod dicit, Quæram conterere omnes gentes, in bonam partem accipiendum est: Conterit enim Dominus non ad perditionem, sed ad emendationem, vt desistant persequi Ierusalem, & ex hostibus fiant oues

F *Et effundam super domum Dauid, &c.* ✠ Remigivs. Verbo effusionis largitatem dantis ostendit, qua Deus gratiam Spiritus sancti tribuit. De qua Paulus: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Et per alium prophetã *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Benè autem addidit: *Et precum*, Quia quos Spiritus sanctus repleuerit, eos statim ad orandum accendit.

☞ Didymvs.

D suum seruauerunt gradum sint quasi domus Dei, & quasi angeli Dei: hoc enim in terra positi omni studio quærimus vt angelis in cœlis æquales simus.

d *Et erit qui offenderit, &c.* ✠ Gregorivs. Hæc dies misericordiæ, quæ nobis de aduentu Redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offenderit, erit quasi Dauid: quia peccator ad pœnitentiam redit. Domus autem Dauid quasi dei: quia reuersus quisque ad iusticiam. Habitatio efficitur creatoris sui, vt sit sicut angelus in conspectu eius, quia misericordię viscera quæ in se expertus est, annunciando & aliis propinat.

e *Et erit: in die.* Hæc Iudæi ex parte iam facta & plenius in cõsummatione mundi futura commemorant.

Quando Christus protegit ecclesiam, quærit etiã conterere

Homil 20. in Ezech.

† lampadem ardentem inter manipulos.

Hieronym. E

† infirmus fuerit ex eis. † dij. † eorum

F

✠ Didymvs Alex. Ipse spiritus sanctus dictus est gratia,
A secundum illud: Et Spiritui gratiæ iniuriam faciens, in quo sanctificatus est. In Zacharia quoque repromittit Deus effusurum se, id est, abundantissimè tributurum Hierusalem Spiritum gratiæ & miserationis.

L.4. c. 66. ✠ Irenævs. Quidam prophetæ Christum in gloria videntes, gloriosam eius apud patrem à dextris conuersationem prædicebant alij super nubes vt filium hominis venientem, & dicentes de eo. *Videbunt in quem compunxerant*, aduentum eius significabant.

Ro.8.c. a *Et aspicient ad me.* Cum Iudæi videbunt Christum regnantem in sua & patris claritate; dolebunt à se crucifixum, intelligentes fuisse vnigenitum, & primogenitum totius creaturæ.

L.20. de ciuit. cap. 30. ✠ Avgvstinvs. Ex persona Dei dicitur per prophetam. *Effundam super domum Dauid, &c.* & tamen hunc Deum tam magna & diuina facientem, sese Christus ostendit, adiungendo: *Et aspicient ad me pro eò quod insultauerunt, & plangent super eos planctum, &c.* Pœnitebit quippe in die illa Iudæos, etiam eos qui accepturi sunt. Spiritum gratiæ & misericordiæ, quod in eius passione insultauerunt Christo, cum ad eum aspexerint in sua maiestate venientem, eúmque esse cognouerint, quem priùs humilem in suis parentibus illuserunt, quamuis & ipsi parentes eorum tantæ illius impietatis authores resurgentes videbunt eum, sed puniendi iam non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipsi intelligendi sunt, vbi dictum est: *Et effundam Spiritum gratiæ & misericordiæ, &c.* sed de illorum stirpe venientes, qui per Heliam illo tempore sunt crediturí. Et sicut dicimus

dicimus Iudæis. Vos occidistis Christum, quamuis hoc parentes eorum fecerint, sic & isti se dolebunt fecisse quodammodo quod fecerunt illi ex quorum stirpe descendunt. Non dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu.

Adadremmon Adadremmon 4.Reg.23.f. 2. Par.35.d

b *In die illa.* Adadremmon vrbs est iuxtà Iezrael quæ Maximianopolis hodie vocatur in campo Mageddon. In quo Iosias rex iustus à Pharaone Nechao vulneratus est, super quo lamentationes scribit Ieremias. Sicut ergo eo tempore post reges peccatores, omnis spes populi erat in Iosia, & illo occiso magnus planctus in vrbe commotus est, ita crucifixo Saluatore renouabitur planctus in Ierusalem.

† Io.16.g

E In die iudicij, quando omnia nomina dignitatum deponentur, & impletum fuerit quod scriptum est, Ecce

Matth. 5.c.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *apostolorum. Item illud quod postea dicitur hic:* Et saluabit dominus Tabernaculum Iuda: *Quia Iudæi persequentes ecclesiam primitiuam, non desiderauerunt prosperitatem Christianorum, nec fuerunt saluati aduenientibus Romanis contra Ierusalem: sed magis occisi & destructi.*

1 In die illa ponam duces Iuda, &c. *Quia Christiani existentes in exercitu Antichristi, Antichristo sulminato, & pereunte exercitus eius parte, timore depositio contra reliquos remanentes de parte Antichristi pugnabunt.*

2 Et habitabitur Ierusalem rursus. *A Christianis pacificè mortuo Antichristo, & eius exercitu dissipato. Et accipitur hic Ierusalem non solum pro ecclesia militante, sed etiam pro ipsa ciuitate ad literam, in quantum Antichristus veniet ante ipsam, & ibidem interficietur, obtenta tamen prius ciuitate & templo.*

3 Et saluabit dominus Tabernaculũ Iuda. *Id est, res & corpora Christianorum cum Antichristo timore existentium, vt prædictum est.*

4 Sicut in principio. *Id est, antequàm essent cum Antichristo.*

5 Vt non magnificè glorietur domus Dauid, &c. *Id est, ne fideles impugnati ab Antichristo ex timore sequentes Antichristum despiciant Christianos, dicendo quòd meritò perissent sicut infideles, si fuissent mortui cum alia Gente Antichristi: non enim contra suos veniunt voluntariè: sed coacti timore: quo remoto ad suos reuertentur*

Ideo

Ideo sequitur.

6 In die, &c. *Ab impugnatione Antichristi.*

7 Et erit. *Qui timore ductus modo prædicto, vel deceptus ab Antichristo: quia multi Christiani tunc decipientur, credentes ipsum esse verè Christum.*

8 Quasi. *Id est, citò misericordiam consequentur, sicut Dauid si verè pœniteat sicut ipse Dauid, vt patet. 2. Re. 12. d. vbi dicitur, quòd ipso confitente peccatum perpetratum cum Bethsabee, Natham propheta statim dixit ei:* Dominus transtulit peccatum tuum.

9 Et do. *Id est, sicut illi qui stabunt in fide Christi.*

10 Et erit in die illa quæ. conte. omnes. *Id est, Antichristum, & ei adherentes, ita quòd est repetitio eius, quod suprà dictum est ad maiorem assertionem.*

11 Et effu. *Hic consequenter describitur Iudæorum conuersio. Et secundò eorum regeneratio, in principio capituli sequentis. Circa primum sciendum, quòd sicut dicit sanctus Methodius martyr, detecta falsitate Antichristi per Enoch & Eliam, Iudei qui prius ad hæserunt sibi, conuertentur ad Christum fideliter parati pro eius fide mori, ita quòd 144. milia coronabuntur martyrio ex omni tribu filiorum Israel, dicitur Apocali. 7.a. Et hoc est quod dicitur.* Et effun. super. *Id est, Iudæos reuertentes ad Christum.*

12 Et super habitatores Ierusalem. *Id est, super omnes generaliter credentes in Christum.*

✠ Spiritum.

Diuisio

Methodius

MORALITER.

1 *In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis.* Id est, prædicatores ex feruore Charitatis.

† *Et deuorabunt ad dexteram & ad sinistram.* Id est, indifferenter sine acceptione destruent vicia.

2 *Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo.* Nam per bonam emendationem cleri restituitur ecclesia ad statum debitum.

7 *Et erit.* Id est, remissionem inueniet per suam pœnitẽtiam sicut Dauid qui grauem incurrerat offensam.

9 *Et do.* Id est, penitentium.

† *Sicut.* Nam verè pœnitentes erunt angeli in cœlo quod est domus Dei.

10 *Et erit.* Id est, dæmones. Qui Gentes dicuntur eo quòd in idololatris à Gentibus colebantur: ipsi verò per opera bona pœnitentium affliguntur.

11 *Et ejn.* Quia preces infusionẽ gratiæ sequẽtes sũt efficaces.

✠ Ir

NICOLAVS DE LYRA.

1 Spiritum. *Inquantum illos reducet ad fidem veram.*

✠ 2 Et precum. *Quia alios fideles proteget ab impugnatione Antichristi exaudiens preces eorum.*

3 Et aspicient. *Scilicet, Iudæi qui tunc verè conuertentur.*

4 Quem confi. *Tunc enim confitebuntur, quod Iesus Nazarenus ab eis crucifixus, id est, à patribus eorum fuit & est verus Christus in lege & prophetis promissus.*

5 Et plangent eum. *Id est, dolebunt de hoc, quòd eum offenderunt in opere. Et mutatur hic modus loquendi de prima persona ad tertiam, quod frequenter fit in prophetis, vt suprà visum est.*

6 Quasi super vnige. *Id est, ita dolebunt ex vera contritione, sicut solet homo dolere de primogeniti sui morte, qui dolor apud homines solet esse maximus.*

7 Et dolebunt super. *Repetitio est eiusdẽ ad maiorem expressionem. Et quia tunc in ecclesia non solum erit planctus de Christo modo prædicto, sed etiam de Iudæis martyrizatis ab Antichristo, qui plangentur à contribulibus suis remanentibus, ideò sequitur.*

8 In die illa magnus erit planctus. *Sicut planctus Adadremmon nomen est ciuitatis propinquæ campo Mageddon, in quo fuit Iosias occisus, de cuius morte fuit magnus planctus in tota terra Israel, vt patet 2. Paral. 35.d. & incepit in illa ciuitate Adadremmon, quæ erat propinqua loco occisionis.*

9 Et plangent terræ familiæ, &c. *Id est, quælibet tribus mortuos de sua tribu. Ra. Sa. verò dicit hic, quòd quælibet tribus planget specialiter mortuos suos in bello Gog & Magog, & in hoc conuenit mecum quantum ad aliquid, quia per Gog & Magog intelligo Antichristum & eius exercitum, vt dictum est suprà.*

10 Familiæ domus Dauid. *Quia in loco orationis vbi solet fieri talis planctus, mulieres erant segregatæ à viris apud Hebræos. Et similiter est apud Christianos in ecclesia propter honestatem seruandam: & nominantur hic expressè familiæ principaliores. Primò Regum cum dicitur:* Familiæ domus Dauid seorsum, &c. *Secundò prophetarum, ibi:* Familiæ domus Nathan, &c. *tertiò sacerdotum & Leuitarum, ibi:* Familiæ domus Leui. *Et quartò cuiusdam notabilis viri, ibi:* Familiæ Semei. *Quintò, reliquæ in generali ibi:* Omnes familiæ, &c.

✠ Cap.

MORALITER.

3 *Et aspicient.* Deuotè de prædicando.

4 *Quem confixerunt.* Scilicet, prius peccantis offendendo.

Et plangent. Propter offensas præteritas.

† *Sicut planctus Adadremmon,* Id est, sicut planctus pro mortæ Iosiæ.

9 *Et plangent terræ.* Per hoc notatur quod planctus pro peccatis esse debet in locis occultis & sequestratis.

† *Et mulieres.* Tempore namque planctus ab amplexibus est cauendum.

CAPVT XIII.

a ¶ Post Ascensionem Christi. ¶ Omnibus sitientibus b ¶ Ecclesiæ Christi.

a IN die illa erit † fons patens domui Dauid 1
& habitantibus Ierusalem, in ablutionem 2 3

a ¶ Minorum peccatorum. b ¶ Maiorum: nihil enim immundius menstruata, quæ quidquid attigerit, immundum facit: & huius tamen sordes abluuntur in Christi baptismate. c ¶ Quam crebro commemoraui.

† peccatoris & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit dominus 4

a ¶ Simulacra Idolorum vel figmenta hæreticorum: Sicut enim Idola manu artificis fiunt, ita peruersa doctrina hæreticorum quidquid simulat vertit in idolum & facit pro Christo adorari Antichristum.

b exercituum, † disperdam nomina idolorum de terra, & non 5

a ¶ Pseudo, & ab ethnicis sacerdotes idolorum prophetæ vocantur.

memorabuntur vltra. Et pseudo-prophetas & spiritum im- 6

¶ Pseudo.

c mundum auferam de terra. Et erit cum prophetauerit quis- 7 8

a ¶ Obliti paternæ pietatis & ardore diuinæ seruitutis, non expectantes publicum iudicium. 9

piam vltra, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum: Non viues: quia mendacium locutus es in

a Quasi eo autore. b ¶ Verberibus & compedibus.

nomine domini. Et configent eum pater eius & mater

a ¶ Cum falso prophetans iudicio parentum condemnabitur, confundetur ex mendacio falsæ visionis.

eius, genitores eius cum prophetauerit. Et erit in 10

† ven

†peccati & menstrui.

†Ezech 30. d.

Cap. XIII.

A a IN die illa &c. Vt omnes renascamur in Christo, & in aqua baptismatis nobis peccata condonentur, & in aqua spiritualis doctrinæ scientia scripturarum tribuatur. (Hieronym.)

(Homil 20. in Ezech.) ✠ GREGORIVS. Fons occultus est vnigenitus patris inuisibilis Deus. Fons patens est idē Deus incarnatus. Domus Dauid rectè dicitur, quia ex Dauid genere redemptor noster processit. Hi autem Hierusalem habitāt qui in visione pacis intimè mentem figunt. Peccator vero & mēstruata est vel is qui deliquit in opere, vel mens quæ labitur in praua cogitatione. Dicatur ergo: *In die illa erit fons patens, &c.* B Quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, qui in domo Dauid incarnari dignatus est, vt peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruatam mentē diluat ab immunda cogitatione. Patet fons, curramus cum lachrimis, lauemus hoc fonte pietatis. In hoc fonte Dauid lotus est, cùm rediit ad lamenta pœnitentiæ: lota est Maria Magdalena: lotus Petrus à negatione: lotus latro qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa sua ablutus est confessione veritatis, &c.

(L. 8. de ciui. cap. 23.) b *Disperdā nomina idolorū, &c.* ✠ AVGVSTINVS. Idola vana, deceptoria, perniciosa, sacrilega Hermes trismegistus Aegyptius C quia tempus quo auferrentur venturum sciebat, dolebat: sed D tam impudenter dolebat, quam imprudenter sciebat. Non enim hoc ei reuelauerat Spiritus sanctus, sicut prophetis sanctis qui hæc præuidentes cum exultatione dicebant: *Si faciet homo Deos & ecce ipsi non sunt dij.* (Zach. 2.) Et in alio loco: *Erit in die illo dicit Dominus exterminabo nomina simulachrorū à terra, & nō erit eorum memoria, &c.* Vide eundem Augustinum de re eadem libro de diuinatione dæmonum, cap. 7. 8. & 9. Et libro primo de consensu Euangelistarum, cap. 19. 20. 21. 26. 27. 28. Item Euseb. l. 4. & 5. de præparat. euangelica.

(In c. 14. Isa.) ✠ CYRILLVS Alex. Misertus nobis vniuersitatis opifex, misit E è cœlo redemptorem qui demolitus est idololatriam velut ciuitatem superbam & insolentem, opem suam conferentibus bellatoribus suis, id est, sanctis Apostolis, &c.

(In sententiis regum.) ✠ R. MOSES. Solus Iesus Nazarenus destruxit & abstulit à mundo idololatriam.

(Isa. 20. a.) c *Et erit cum propheta, &c.* Sublatis nominibus idolorum de terra & immundo spiritu qui loquebatur in pseudoprophetis si quis illorum amplius aliquid ex persona domini voluerit prophetare, parentes ipsius proferant in illum sententiam mortis. F

Nec

NICOLAVS DE LYRA

Cap. XIII.

(Diuisio) IN die illa. *Hic consequenter describitur Iudæorum regeneratio per baptismum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur hæc regeneratio. Secundò, idololatriæ & falsitatis remotio, ibi:* Et erit. *Circa primum dicitur.*

1 In die illa. *In qua detegitur falsitas Antichristi.*

2 Erit fons, *Quia omnes Iudæi tunc confluent ad baptismum.*

3 In ablutionem peccato. &c. *Per menstruatam intelligitur peccatum originale, quod contrahitur in matris ventre. Per peccatorem, peccatum veniale, vtrumque enim lauat baptismus in adultis ad baptismum venientibus, quales erunt tunc venientes pro maiori parte, vt patet ex prædictis.*

(Diuisio) 4 Et erit in die illa dicit do. *Hic consequenter ponitur abiectio idololatriæ. Et secundò falsæ prophetiæ, ibi:* Et erit. *Circa primum sciendū, quòd licet per prædicationem apostolorū aliorúmque succedentium doctorum idololatria cessauerit per mundum pro maiori parte, vt frequenter supra dictum est, tamen adhuc aliquid remansit: quia in partibus aquilonaribus sunt aliqui populi, & in magna multitudine, qui dicuntur Viuitarij, & illud viuum quod eis primò occurrit qualibet die venerātur, vt Deum suū pro illa die: sicut relatione fide digna intellexi. Antichristus etiam faciet se adorari sicut Deum, vt habetur. 2. ad Tessal. 2. Et ideo vsquepost mortem eius non cessabit totaliter idololatria, tūc enim omnes viuēt in fide catholica. Et hoc est quod dicitur:* Et erit in die illa. *Scilicet, mortis Antichristi.* (Viuitarij vbi & qualis Gens sit)

5 Disperdam nomina idolorum de ter. *Quia sicut dictum est, tunc omnio cessabit idololatria. Et secundum ista, illud quod ego dixi in aliquibus locis suprà, scilicet, quòd ad prædicationem apostolorum & aliorum doctorum sequentium cessauit idololatria per mundum, intelligendum est simpliciter, non tamen totaliter sicut æthiops dicitur niger simpliciter, quamuis sit albus secundum dentes: quæ albedo est modica respectu nigredinis: & ideo quasi nihil computatur secundum sententiam Phi. 2. Physicorum: vbi dicitur, quod illud quod est modicum, quasi nihil reputatur. Et etiam secundum communem modum loquendi: Illud quod est modicum, nihil dicitur. Et sic est in proposito: quia illa idololatria quæ remansit in aliquibus Gentibus barbaris, vt asseritur: illa est modica & quasi, pro nihilo computanda respectu illius quæ cessauit per alias partes orbis.* (Lyræ dicta de totali abolitione idololatriæ quomodo moderāda.)

6 Et pseudoprophetas. *Hic consequenter ponitur cessatio falsæ prophetiæ, cùm dicitur:* Et pseudoprohetas. *Id est, falsos, qui per suam maliciam fingunt se esse prophetas propter quæstum.*

7 Et spiritum immundum. *Id est, prophetantes per prophetias à dæmone acceptas, & omnibus aliis modis per responsa dæmonum.*

8 Auferam. *Quia nihil remanebit de tali prophetia.*

9 Et erit cum prophetaue. &c. *Id est, si aliquis vellet prædicto modo prophetare, amici sui etiam intimi non permitterent, sed ipsum grauiter punirent, Ideo sequitur.*

10 In die illa confun, pro. *Quia nullus audebit prophetam se dicere, nec etiam ostendere, Ideo subditur.*

Nec

MORALITER.

1 *In die illa erit. fons.* Per fontem istum intelligitur largitas misericordiæ diuinæ, quæ aperitur omnibus ad Deum reuertentibus per opera pœnitentiæ.

4 *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum.* Id est, viciorum quorum nomina à verè penitentibus sunt exclusa. Ephesi. quinto. a. *Fornicatio autem & omnis immundicia, aut auaricia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, &c.*

6 *Et pseudoprophetas & spiritum immundum auferam de ter.* Per istos significantur hæretici, qui cùm deprehenduntur à patre spirituali, & à matre grauiter puniuntur: & si fuerint obstinati traduntur iusticiæ seculari: & si reuertantur ad veritatem ecclesiæ, confitentur se fuisse punitos non ex odio, sed ex charitate.

Framea

die illa, confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua,
a cum Prophetauerint, nec cooperientur pallio † saccino, vt 1

¶ Ipse conuictus.

mentiantur. Sed dicet: non sum propheta. Homo agricola

a ¶ Humani generis princeps. b ¶ Vt comedam panem meum in sudore vultus &c.

ego sum, quoniam Adam † exemplum meum ab adolescen- 2

a ¶ Ab aliis. b ¶ Cum ille ostenderit se natum ad hoc, vt in sudore comedat panem. ¶ Quid commisisti, vt manus tuæ configerentur clauis?

ti mea. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio ma-

a ¶ In tantum fugabitur mendacium, & veritas obtinebit locum, vt etiam ipse qui suo punitus est vicio, se iustè perpessum fateatur. ¶ Hæc vulnera accepi, iudicio parentum condemnatus, qui non oderunt me, sed diligebant etiam dum punirem.

b nuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eo- 3

a ¶ Angustia mortis. ¶ Quæ occidit seruos, occidat & hæredem. b ¶ Qui dicit, Ego sum pastor bonus.

c rum qui diligebant me. † Framea suscitare super pastorem 4 5

¶ Qui idem mecum. Vnde: Ego in patre, & pater in iure.

meum, & super virū † cohærentem mihi, dicit dominus exer- 6

a ¶ Ita suscitare. ¶ Vt percutias pastorem, & occidas. ¶ Sic. b ¶ Discipuli omnes relicto eo fugerunt. c ¶ Relictis superbis Iudæis humilis magister colligam humiles discipulos.

d cituū. † Percute pastorē & dispergentur oues. Et conuertam 7 8

† vt essem pastor docuit me ab

† ô gladius surge

† socium meam.

†Mat. 29. c.

† piloso

a *Nec cooperietur sacco.* Mos erat prophetis indui sacco, quando A populum ad pœnitentiam prouocabant, vnde Isaiæ præcipitur vt auferat saccum de lumbis, & nudus incedat, quia non erat tempus pœnitentiæ, imminente iam captiuitate. Non ergo prophetali habitu simplices decipiet, sed agriculturæ deditus probabit se subiectum Dei sententiæ qua Adæ dicitur: *Maledicta terra in operibus tuis.* (Gen. 3. c.)

b *His plagatus sum* Non mirum si pater oblitus carnalis affectus profert sententiam mortis contra peccātem filium cùm ex voluntate Dei patris vnicus filius, licet immunis B à malo, traditus fuit in mortem pro delictis hominum.

✠ RVPERTVS. Ab eo quod dixerat *Tu autem in sanguine testamenti tui, &c.* Vsque ad plāctum iam dictum, sermo processit quo ordine res erant gerendæ à passione Christi vsque ad finem sæculi: fons autem patens domus Dauid est baptismi sacramentum, in remissione peccatorum credentis ex circuncisione & gentilitate. Eiusmodi autem prophetas, qualis fuit Caiphas pontifex anni illius, & spiritus immundos abstulit Deus de terra sua potestate, & per aduenientem exercitum Romanorum. *Et erit cùm prophetauerit vltra, &c.* Propheta eximius surget, & de seipso prophetabit D. *Soluite templum hoc, &c.* (Ioan. 11. Ioan. 2. Matth. 26.) Pater eius Iudaicus populus, & mater eius synagoga, qui secundum carnem genuerunt eum, falsis testibus submissis accusabunt eum, & clamabunt: *Reus est mortis,* Quod est dicere, *Non viues, quia locutus es in nomine Domini,* Dicendo te Christum filium Dei esse. Vt dictum, ita factum est, quia crucifixerunt eum. Deinde cōfusi sunt illi pro C phetæ, qui D. *Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, &c.* Ex cōsilio suo, quia miro modo cùm non sit factum quod cogitauerunt, factum est quod dixerunt, *Omnes rident in eum, &c.* (Io. 11.) Hinc illis confusio magna, nobis autem credentibus honor. Et quomodo tunc operti fuerunt pallio saccino? Nimirum sicut hypocritę tristes, imò plusquam hypocritę, plusquam tristes, quia homicidæ & crudeles. Pauor ille quem simulauerunt coram populo ad eum exasperandum, *Venient Romani, & tollēt, &c.* Pallium fuit saccinum, quo operti occiderunt illum. *Sed dicet: Non sum propheta, &c.* (Prou. 1.) Ironia grauissima est, aut etiam sarcasmos, id est, hostilis irrisio, iuxta illud: *Ego in interitu vestro ridebo.* Non sum propheta, homo agricola ego sum, &c. subauditur, æstima- D tione vestra, quia sic dixistis, *Quia propheta à Galilæa non surget,* (Io. 7.) Nunc patet, vtrum ego tanquam homo agricola, aut faber, literas scire non debuerim, cùm ècōtra tot prophetas & sapientes fecerim & miserim ad vos: nunc inquam patet, vtrū homo fuerim, secūdum exemplum Adam, cùm vos talem ac tantam propter istum sanguinem meum receperitis vindictam. (Matth. 26.) Hæc inquit dicet, cū fixus & mortuus fuerit, & resurrexerit, & dicetur ei: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quandium, quomodo, à quo, vel à quibus dicetur ei? Nimirum in secula seculorum admiratione E ineffabili, & à Deo patre (cui factus est obediens vsque ad mortem) & à sanctis angelis qui in eum desiderāt prospicere, dicetur ei: & ab omnibus quos sua morte redemit. Non dicet, his plagatus sum ab his qui diligebant me, sed in domo eorum qui diligebant me: nam qui plagas intulerunt, non dilexerunt me, erant autem domus Abraham, Isaac, Iacob, & Dauid, & taliū qui diligentes expectabant me sibi promissum. Rursum, quæritis *Quid sunt plagæ istæ?* Ego dico vobis quia testimonia sunt obedientiæ, signa voluntatis & iussionis paternæ. Pater mihi proprio filio suo non pepercit, sed pro vobis omnibus tradidit me, dicens: *Framea suscitare super pastorem meum, &c.* Quod est dicere: O mors, conualesce super filium meum, pastorem bonum, in vnitate personæ coniunctum Verbo, quod consubstantiale mihi est, &c. (Rom. 8.)

(Hieronym.) c *Framea suscitare, &c.* Prophetata destructione idolorum & F pseudoprophetarum, & totius mendacij, subiungit de passione Christi, quæ patris voluntate adimpleta est, per quam passionem reprobatio falsitatis, & illuminatio facta est credentium.

d *Percute pastorem, & dispergentur oues.* Cum passione domini territi fugerunt apostoli, vt dicit Matthæus: nunc prophetiam istam impletam fuisse inducens Deum patrem loquentem: *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* (Matt. 29. c.) Voluntate enim Dei patris, celebrata est passio Christi, in quo & iste propheta consentit dicens ex voce Dei, O framea percute pastorem, & dispergentur oues gregis.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec cooperientur pallio sac. *Id est, veste aspera, Tali enim veste vtebantur antiquitus prophetæ saltem aliqui, vt patet de Elia 4. Reg. 1. b. Et consimilem habitum accipiebant falsi prophetæ, vt magis crederetur eis.*

2 Adam exemplum meum. *Id est, intentus agriculturæ exemplo ipsius Adæ, de quo dicitur. Genesis tertio.* Emisitque eum dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. *In Hebræo habetur: Homo pecudiauit me, id est, conduxit me ad custodiendum pecora, quasi dicat:* Non sum propheta. Quid sunt in domo eorum qui diligebant me plagæ istæ?.

3 Et dicet: His plagatus sum &c. *Id est, Ista non sunt mihi facta ex odio, sed ex amore pro mea correctione.*

4 Framea. *Hic soluitur tacita quæstio. Et primò quæstio soluitur. Secundò, ex hoc multiplicatio fidelium concluditur, ibi:* Et erunt. *Quæstio verò ortum habet ex præmissis: Quia dictum est quod fideles grauiter affligentur ab Antichristo & satellitibus suis: ex hoc posset aliquis admirari & quærere: quomodo Deus sic permittet iustos affligi ab iniquissimo homine? Et respondetur quòd non est mirandum:* Quia proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, *Morte acerbissima condemnandum. Et hoc est quod dicitur:* Framea *Id est, gladius acerbæ afflictionis.* (Rom. 8.)

5 Suscitare super pastorem meum. *Id est, super Christum qui dicit de seipso Ioanni decimo. c.* Ego sum pastor bonus, &c.

6 Et super virum cohærentem mihi. *Quia humanitas Christi inseparabiliter iuncta est deitati. Rab. Sa. hoc exponit de imperio Romano per Messiam destruendo: propter mala quæ fecit Romanum imperium populo Iudaico: & apparet quòd valde extortè & malè exponit: quia imperatorem Romanum vocat nequam & pessimum, & sic secundum eum non potest dici pastor Dei, nec inhærens sibi: quia talis inhærentia amicitiam significat. Vnde in Hebræo dicitur: Super virum mihi associatum quod de Christo optimè exponitur, vt dictum est.*

7 Percute pasto. *Hoc fuit impletum quando Apostoli in passione reliquerunt Christum, vt dicit Saluator Matt. 26. ex quo patet quod hic passus intelligitur de Christo.*

8 Et conuertam manum mem. *Id est, potestatem meam.*

Ad paruulos.

MORALITER.

4 *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi.* Hoc ad literam exponitur de Christo, Matthæi vigesimosexto, c. Moraliter autem potest exponi de bono prælato, quem Deus aliquando permittit temporaliter affligi ad augmentum sui meriti. Quia tamen ad hoc sequitur frequenter dispersio gregis per diuersa vicia, Sequitur.

A ✠R. SAMVEL. Marrochianus. Timeo, Domine mi, quod illud quod Zacharias dixit, Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis fuit completum, quando nos percuſsimus paſtorem iſtorum puerorum (Chriſtianorum) & ſanctorum Apoſtolorum: extunc enim diſperſi ſumus per vniuerſum orbem, & iſti filij noſtri Apoſtoli, ſurrexerunt loco prophetarum quod apparet ex hoc quod Deus poſt illos non miſit nobis prophetam, nec notificauit aliquid per viſioné. Legatur Euſebius Cæſarienſis libro 6. de Demonſtratione euangelica, cap.18. & libro decimo, cap.7.

L. de aduentu Meſſiæ, ad R.Iſaac, cap.19.

Hieronym. a *Et ducam.* Iudæi hæc ad Chriſtum referunt & in vltimo tempore futura contendunt. B Sed hoc inter nos & illos eſt, quia nos iam expleta dicimus illi explenda commemorant. *Ignem veni mittere in terram.* (Luc. 12. f.) & Apoſtoli baptizati in ſpiritu Dei & igne dicunt, *Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti.* (D Pſal.95.b.)

✠ R. ALFECI. Tria hominum genera ſiſtentur in iudicio, perfectè iuſti, omninò impij, & mediam ſortem tenentes. Primi ad vitam futuri ſeculi ſubitò obſignantur: ſecundi perinde ad gehennam, iuxta Danielis verba: medij deſcendunt in gehennam, ibique expectantes clamát, & aſcendunt ſicut ſcriptum eſt: *Et adduxi tertiam partem ad ignem, ibique expurgaui eos, vt purgatur argentum, &c.* (De purgatorio tract. Ros haſanah.c.1.)

✠ TERTVLLIANVS. Solum autem Deus iugulat ſuos, an & torquet? Audio & alibi eum dicentem; Vram illos ſicuti vritur argentum, & probabo illos ſicuti probatur aurum. Vtique per tormenta ignium, & ſuppliciorū, per martyria fidei examinatoria. (In Scorpiaco cap. 7. E)

manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit 1
a ¶ Iudæorum & Gentilium. b ¶ Quæ pariter pereunt in paſſione Chriſti 2 ¶ Alias diſperdentur. c ¶ Pereuntibus incredulis Iudæis, & Gentibus, tertius populus Chriſtianorum ſuccreſcit, & ſolus vitæ virtutum & habitationi eccleſiæ reſeruatur.
dominus, partes duæ in ea † diſpergentur, & deficient: & ter- 3
a ¶ Et ne iſta tertia pars ſit delicata & ſecura, per ignem tribulationis probatur. 4
a tia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per 5
ignem, & † vram eos, ſicut vritur argentum: & probabo eos, 6
a ¶ Cum ſic probati erunt paruuli ſuper quos Deus manum conuertit, & per eos turba 7 nationum crediderit, tunc credens populus vocabit Chriſtum ſuo nomine & illo dicente: Tu es populus meus, reſpondebit: Tu es Deus meus. 8
ſicut probatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego 9
exaudiam eum. Et dicam, populus meus es: & ipſe dicet do- 10
minus Deus meus.

† ſuccidentur. † conflabo eos, ſicut conflatur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ad paruu. *Id eſt, ad Apoſtolos qui dicuntur hic paruuli, eò quòd timore fugerunt in paſſione Chriſti, qui poſtea virtute diuina ſic fuerunt firmati & ſolidati, quòd gaudebant in tormentis ſecundùm quod dicitur Act.5.g.* Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliá pati.
2 Et erunt. *Hic incipit verſus in Hebræo, vbi agitur de fidelium multiplicatione ad paſſionem Chriſti ſequente, ſecundum quod dicitur Ioan.12.d.* Niſi granum frumenti cadés in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum, manet autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Sciendum igitur, quod poſt paſſionem Chriſti & publicationem Euangelij, populum totius mundi in tres partes diuiſus eſt: quarum vna eſt Iudæorum obſtinatorum, alia eſt Gentilium in infidelitate remanentium: Et de iſtis dicitur.*
3 Partes duæ *Id eſt, in terra.*
4 Diſpergentur. *Et hic defectus poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de defectu gratiæ & virtutis, & ſic à tempore publicationis Euangelij, in quo omnes tenentur ad fidem Catholicam, defecerunt duæ partes iſtæ.* C *Alio modo de ceſſatione vtriuſque ſectæ, & ſic deficient in morte Antichriſti, quando omnes Iudæi & Gentiles conuertentur ad fidem Chriſti: Tertiò verò pars eſt Chriſtianorum, de qua dicitur.*
5 Et tertia. *Id eſt, in terra aliis duabus deficientibus modis prædictis.*
6 Et ducam ter. *Scilicet acerbæ tribulationis quia Chriſtiani primò fuerunt afflicti à Iudæis, vt patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis, & poſtea à Romanis principibus, & aliis tyrannis: & grauiùs affligentur in perſecutione Antichriſti. Veruntamen quia hæc tribulatio eſt ad probationem electorum & augmentum gloriæ ipſorum, ideò ſubditur.*
7 Et vram, &c. *Vt nulla in eis remaneat immundicia: Et quia preces talium ſunt exaudibiles, ideo ſequitur.*
8 Ipſe vocabit nomen meum. *Id eſt, inuocauit me in oratione deuota.*
9 Et ego, &c. *Ad nutum.*
10 Et ipſe dicet. *Quia confitebitur me per fidem, & ego eum per approbationem.*

F

MORALITER.

2 *Et erunt in omni terra.* Scilicet dioceſi dicti prælati,
3 *Partes duæ in ea diſ.& deſi.* Quia maior pars populi dimittit prælatum in perſecutione tyranni.
5 *Et tertia pars, &c.* Id eſt minor pars adhærens ſibi, quæ cum eo vritur igne tribulationis, ſicut contigit de ſancto Thoma Cantuarienſe, cuius cognatio tota poſt ipſum de Anglia fuit crudeliter reiecta.

ADDITIO.

In ca.13. vbi dicitur in poſtil. *Perdam nomina idolorum, &c.*
Quod autem idololatria poſt aduentum Chriſti primùm ceſſauit per mundum, non ſolùm ſimpliciter, ſed etiam totaliter, ſatis habetur in multis locis, ſpecialiter Iſa.2.d. vbi dicitur: Et idola penitus conterentur. *Nec obſtat quod dicitur de aliquibus Barbaris, quia hæc ceſſatio intelligitur ſecundùm conſtitutiones ſeu conſuetudines reipublicæ: quia nulla eſt Gens que cogat colere idola, ſicut fiebat ante aduentum Chriſti, licet in multis partibus remaneant aliqui non ſolùm apud Barbaros ſed etiam apud alias nationes peccantes in idololatria, ſicut etiam inter fideles multi errant ſuperſtitioſa facientes: cum hoc tamen ſtat quod idololatria penitùs ceſſauit, cùm nullus ſit rex nec aliqua poteſtas publica quæ ad cultum idolorum compellat, ſicut ante aduentum Chriſti.*

Quomodo idololatria ceſſauit.

REPL. *In ca.13. vbi dicitur:* Perdam nomina idolorum. *Exponit Poſtillator de tempore Antichriſti, ante cuius mortem non ceſſabit in tota idololatria. Burgen. autem per modum redargutionis dicit, quod poſt aduentum Chriſti primum ceſſauerit omnis idololatria non ſolùm ſimpliciter ſed etiam totaliter. Sed illud non videtur verum ante tempora Sylueſtri & Conſtantini, quando tota Reſpublica Romana fuit idololatriæ dedita, & cogebat ad idololatrandum: cui compulſioni reſtiterunt ſancti martyres vſque ad mortem incluſiuè. Vide huius materiæ correctionem ſuprà Dan.2.& 7. de ſtatua percuſſa.*

CAP. XIIII.

a *Ecce dies domini, &c.*

✠ REMIGIVS. Poſtquam propheta introduxit Deum patrem loquentem de paſsione filij Domini noſtri, conſequenter & de excidio Ieruſalem ex voce eiuſdem Domini loqui incipit, vt oſtendat ſubuerſionem illam propter necem Domini eueniſſe. Dies autem quos venturos comminatur, tempus illud eſt de quo dicit Iſaias: Dies Domini indignatione plenus, &c. (Iſa.22.)

CAPVT XIIII.

a ¶ Ciuitatis.
a Ecce dies domini veniunt, dicit dominus, 1

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

Diuiſio

1 Ecce dies domini veniūt. *Hic conſequenter reſumitur perſecutio Antichriſti ad hoc quòd aliquid explicetur quod nō eſt ſuprà explicatum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur dicta perſecutio. Secundò: ponuntur aliqua ad ipſam ſequentia, ibi:* Et veniet *Circa primum dicitur:* Ecce dies domini veniunt. *Id eſt à Deo diſpoſiti, & prauiſi.*

MORALITER.

1 *Ecce dies domini veniunt.* Iſtud capitulum ad literam expoſui, de Antichriſti perſecutione, cuius figura fuit & eſt omnium fidelium perſecutor propter quod exponi poteſt de perſecutione facta ſub Coſdroe rege Perſarum, & de perſecutione Homar rege Arabum: nam vterque cœpit Ieruſalem ſucceſſiuè tamen, & populum bonis ſpoliauit, & partim occidit & captiuauit, partem tamen in ciuitate dimiſit ſub afflictione graui & ſeruitute, ideò ſequitur.
7 *Et reliquum populi nō auferetur, &c.* Et hæc ſeruitus grauis durauit vſque ac tempus Godefridi de Bullone, & aliorum principum qui ciuitatem & populum liberauerunt à ſeruitute dicta cum auxilio diuino vi armorum, ideò ſubditur.
8 *Et egredietur, &c.* Scilicet, Saracenicas quas debellauit per principes Chriſtianos.
10 *Sicut præ.* Quando in vltionem mortis Chriſti capta fuit Ieruſalem à Romanis.
11 *Et ſta.* Illa namque die qua dicti principes Chriſtiani ceperunt Ieruſalem, & præ labore fatigati vellent ceſſare ab inſultu, viſus fuit vnus in ſpecie militis ſuper montem Olieuti, qui cum clypeo faciebat ſignum ne diſcederent ſed fortius inſultarent. Et illud ſignum fuit à Deo datum, nam eadem die ciuitas fuit capta.
12 *Et ſcindetur.* Iſtud poteſt exponi de ſchiſmate Græcorum Per montem enim Oliuarum poteſt eccleſia militans intelligi. de qua dicitur Iſa.2. a. *In nouiſſimis diebus erit mons domus domini ſuper verticem montium, &c.* Et ſic dicitur. *Et ſcindetur mons, &c.* In qua parte habitant Græci.

✠ RVPERTVS. Aduerſus Ieruſalem illam terrenam congregatæ ſunt in prælium omnes Gentes ſcilicet, Romani omnium Gentium principes, & capta eſt ciuitas & vaſtatæ ſunt domus, &c. Qui ceciderunt in ore gladij, qui fame perierunt intus concluſi multò plures fuerunt, quàm qui abducti ſunt captiui ſed non omnes fuerunt populus ciuitatis. B A totis enim regionibus (vt refert Ioſephus) ad azymorum diem feſtum congregati fuerant, & bello ſubito circumfuſi ſunt. Et captiuorum quidē numerus qui in toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta ſeptem millia: collectus eſt occiſorum verò per omne tempus obſidionis, vndecies centum millia. (L.7. de bello Iud c.25.)

a ¶ O Ieruſalem. b ¶ Quia Iudæi contra Chriſtum aſtiterunt, & in vnum conuenerunt ad eum crucifigendum, & pòſt paſſionem indulto tempore ad pœnitentiam, pœnitere noluerunt, ideò dominus hæc mala ſuper eos induxit.
& diuidentur ſpolia tua in medio tui. Et congregabo omnes 1
a Gentes ad Ieruſalem in prælium, & capietur ciuitas, & va- 2
¶ Magna miſeria Iudæorum. 3
b ſtabuntur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur 4
a ¶ Templum & mons Sion. 5
media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi 6
c non † auferetur ex vrbe. Et egredietur dominus, & præliabi- 7 8
a ¶ Quæ vaſtauerunt Ieruſalem. b ¶ Quando Pharaonem in mari ſubmerſit, & pro populo ſuo dimicauit. 9
tur contra Gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis. 10
a ¶ Non mouebuntur hi quibus dominus miſertus fuit. b ¶ Non in tenebris, non ſole declinante poſt meridiem.
d Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarū, qui 11
a ¶ Vnde oritur ſol iuſticiæ.
e eſt contra Ieruſalem ad orientē. Et ſcindetur mons oliuarum 12

† ſuccidetur.

Hieronym. Solet accidere, vt quæ ſubitò impetu in ciuitate Dei ſunt direpta: extrà ciuitatem Dei ſunt direpta, extrà ciuitatem diuidantur ne fortè hoſtes ſuperueniant. Hic autem tanta depreſsio incumbit, vt rapina raptoribus in medio ciuitatis diuidatur, pro ſecuritate victoriæ.

Iudæi hæc ſub Gog & Magog dicunt eſſe complenda: Alij temporibus Macedonum & Aegyptiorum & aliarum Gentium ex parte eſſe tranſacta.

a *Et vaſtabun.* Non ſolum capietur Ieruſalem, cunctis Gentibus contra eam in prælium ſuſcitatis, ſed etiam domus in dolore dominorum vaſtabuntur, & mulieres in dolore maritorum pollueritur; quia ita timebunt mortem: vt nec ſalutem puerorum, C nec pudicitiam vxorum defendere audeant.

b *Et egredietur media.* In captiuitate quæ per Romanos, & in aliis captiuitatibus ſeptentrionalis inferiórque pars vrbis capta eſt. Mons verò templi & Sion, in quo arx erat regni integra manſit.

Hieronym. c *Et egredietur dominus.* Egredietur dominus de loco quietis, & clementiæ ſuæ, quando exigentibus meritis quietem interrumpere & flagella ad emendationem inferre cogitur

d *Et ſtabunt pe.eius.* Iudæi literam ſequentes dicunt dominum ſtare ſuper montem oliueti, & ipſum montem in duas partes eſſe diuiſum, vt contra Orientem vnius partis ſciſſura habeat principium, & altera pars fidem tendat ad occidentem. Et in media valle præcipiti, alia pars montis ad aquilonem, alia ad auſtrum diuidatur. Rurſus alia ſciſſura fiet ab aquilone in auſtrum, & quatuor plagas oriétis, occidentis, aquilonis & auſtri ſciſſura tendatur, & ita monte Oliueti in quatuor partibus diuiſo, fugietis inquit, ad vallé quæ eſt inter templum & Sion. Hi enim duo montes tépli & Sion appellantur montes Dei, quia illa vallis montis oliueti quæ præruptis hinc & inde montibus cingitur, vſque ad montem templi qui ſanctus eſt, ſciſſuram ſuam tendit.

Mons Oliueti in quatuor diuiſus.

R. SAMVEL Marrochianus. De ſecundo aduentu Meſſiæ loquitur Zacharias, cùm dicit, Imprimient veſtigia pedes eius ſuper montem oliuarum, &c. Et nos domine, non dicimus quod Deus in eſſentia ſua & natura habet pedes, nec carnem, nec iſta quæ corporis ſunt, ſed habere pedes cōuenit naturæ corporeæ. (L. de aduentu Meſſiæ cap.10.)

✠ REMIGIVS. Cum Dominus in ſcripturis ſtare, vel ambulare, vel membra humana habere deſcribitur, pro cauſarum varietate accipi debet. Egredi enim dicitur vel exurgere, quum ſanctos in tribulatione poſitos liberat, vel quum perſequutores eorum iuſta vltione condemnat. Stare autem pugnantis & adiuuantis eſt? Stant itaque pedes domini illis pro quibus pugnat. Ambulat quoque & mouetur illis, quibus iratus eſt. Sicut de Adam legimus, poſt cuius peccatum deambulat dominus ad auram poſt meridiem. (Geneſ.3.)

Et ſtabunt. Cum ſteterit: non ſtabit in valle & locis humentibus, ſed in monte qui non infructuoſas arbores habet: ſed oliueta in quibus lumen æternum alitur, & ſoluitur infirmitas & requies lapſis datur. (Hieronym.)

e *Et ſcinde.mons.* Scindetur media pars montis ad oriétem, in qua ſunt

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et di. *Ab Antichriſto & exercitu eius.*
2 In medio. *Capta, ſcilicet, ciuitate. De quo ſubditur.*
3 Et congregabo omnes Gentes, &c. *Quia de omnibus Gentibus aliqui erunt in exercitu Antichriſti.*
4 Et vaſtabuntur domus. *Quia inde bona rapientur.*
5 Et mulieres. *Antichriſtus enim adhærentibus ſibi laxabit habenas concupiſcentiæ.*
6 Et egredietur pars ciuitatis. *Vendita per ſatellites Antichriſti.*
7 Et reliquum populi non auferetur ex vrbe. *Quia aliqui ibi morientur, & aliqui obedient Antichriſto, partim timore, & partim decepti ab eo, vt dictum eſt ſuprà, Et quoniam vbi deficit humanum remedium, ſolet adeſſe diuinum, ideò ſubditur.*
8 Et egredietur dominus. *Per effectum ſuæ iuſticiæ.*
9 Et præliabitur contra Gentes illas. *Id eſt, contra Antichriſtum & eius exercitum.*
10 Sicut præliatus eſt in die certaminis. *Quando regem Aegypti Pharaonem cum exercitu ſuo filios Iſrael inſequentem ſubmerſit in mari rubro. Exod.14.*
11 Et ſtabunt pedes eius in die illa, &c. *Quia in monte Oliueti fulminabitur Antichriſtus, vt dictum eſt ſuprà. Et quia in talibus Dei vindictis ſolet cum fulgure eſſe terræmotus, ideò probabiliter poteſt dici, quòd in fulminatione Antichriſti erit etiam terræmotus, quo peribit aliqua pars ſui exercitus, ideò ſubditur.*
12 Et ſcindetur mons Oliuarum ex media parte, &c. *Exponunt aliqui hanc ſciſſionem in quatuor partes fieri, ſcilicet, ad Orientem, Occidentem, Aquilonem & Meridiem. Ra. Sa. verò dicit ipſam fieri in duas partes, ita quòd vna pars montis inclinabitur ad Aquilonem, alia ad meridiem: & ſciſſura erit intermedia, ita quòd longitudo eius erit ab Oriente in Occidentem: & hoc conſonat ei quòd poſtea ſubditur.*

✠ Quoniam

✠ Et ad

qua sunt arbores plantatæ de gentibus,de quibus vna loquitur.

A *Ego autem sicut oliua fructificaui in domo domini,*& alia media pars quæ est circuncisionis incredulæ, scindetur ad Occidentem, ipsa dico diuisa valdè grandi præruptione. Psal.51.b.

a *Et separabitur montis.* Postquam mōs oliuarū,ad orientem & occidētem vocatione Gentium & abiectione Iudæorum fuerit separatus, fiet alia scissura aquilonis & austri, vt circuncisio quæ in occidente est, stet ad aquilonem,id est, sinistra parte,& Christianus populus qui in Oriente, stet ad austrum, id est, ad dexteram partem. Asal.

† preciosa & nox coagulata.i.tenebrosa

b *Et fugietis ad vallem, &c.* Cum tanta erit duorum populorū in toto orbe diuisio, vt alij ad dextrā, alij ad sinistram separentur,tunc quicunque sanctus est, fugiet ad vallem montium Dei,id est, duorum testamentorum, quia illa vallis id est quieta sedes & concordia duorum testamentorum tenditur non vsq; adeo vt idem sunt,sed vsque ad proximum. Duo enim testamenta magis vicina & conuenientia quam vnita, multa enim veteris amisimus, & nouæ gratiæ multa suscepimus. B 2.Pa.26.c.

c *Et fugi.si.fu.* Sicut sub Ozia terræmotus mortalium corda perterruit, & territos huc illúcque dispersit,ita duorumpopulorum separatio,& rursum in vnam fidem societas credentium inter duos montes placabili sede requiescet,quia vetus & nouum testamentum sibi coniungentur. D

d *Et veniet dominus.* Post impletionem horum veniet dominus ad iudicium, & sancti (qui alibi nubes vocantur) cum ipso. Cum dies aduentus eius fuerit impletus, non erit lux impiis, sed frigus & gelu, pro refrigerata charitate & malorum multitudine:quibus depressis erit iustis vna & perpetua dies nequaquam luce & tenebris sibi succedentibus: sed dominus erit lux omniū. Matt.24.c.

e *Et erit dies vna.* Quasi vna dies & vnum tempus est à primo aduentu vsque ad secundum. Psal.24.a

✠ Remigivs. Illa dies nota est domino, Non enim potest ignorare, quod ipse creauit. Cùm autem dicit. Nota est domino, ostendit ignotam esse hominibus, ipsísque angelis: dicente Domino: De die illa nemo nouit,&c. E Matth.24.

f *Et erit in die.* Aquæ quæ de Ierusalem.i. ecclesia exeunt, doctrina est Saluatoris: & baptismus quarum vna pars, vadit ad mare Orientale:id est,populum circuncisionis, qui in apostolis & per apostolos electus est,& pars ad mare nouis. *quia ab Oriente & ab Occidente venient qui recumbent cum Abra.& Isa.& Ia.* Hæ aquæ nec æstate prosperitatis nec hyeme persecutionis cessabunt. Cum tales aquæ vtrumque mare fuerit ingressæ, & amaras aquas Hieronym. Matth.8.b.

ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem, † præ- † vallis magna.
a rupto grandi valdè. Et separabitur montis medium ad aqui-
b lonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem
montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vs- 1
a ¶ Proximitate vt parum differant. 2
c que ad † proximum. Et fugietis sicut fugistis à facie terræmo- 3
a ¶ Qui vsurpans sacerdotium lepra percussus est:ad cuius impietatem tota terra mota est. 4
d tus in diebus Oziæ regis Iuda. Et veniet dominus Deus 5
e meus omnésque sancti cum eo. Et erit, in die illa non erit lux, 6
a ¶ Iudici non homini,non enim poterit ignorare quam creauit. 7
f † sed frigus & gelu. Et erit dies vna quæ nota est domino, non 8 9
a ¶ Non vicissitudo diei nec noctis. b ¶ Cum impiis obtenebrescet. c ¶ Vespere. d ¶ Sanctis. e ¶ Quæ soli Deo nota est. 10
dies neq; nox, & in tempore vesperi erit lux. Et erit in die illa: 11
a ¶ Quæ dant vitam. b ¶ Quod mortuum dicitur,eo quod in eis aquis nihil possit viuere. 12
exibunt aquæ viuæ de Ierusalem medium earum ad mare 13
a ¶ Quod ducit ad Aegyptum. b ¶ Nec calore siccabuntur,nec hyeme constringentur. 14
Orientale & medium earum ad mare nouissimum. In æstate 15
a ¶ Tunc cognoscetur, Dominus Deus noster quam admirabile est nomen tuum. 16
& in hyeme erunt, & erit dominus rex super omnem terram. 17 18

C

NICOLAVS DE LYRA

1 Quoniam coniungetur vallis mon. *Id est, vallis Iosaphat quæ est inter montem Sion & montem Olineti, ita quod habent montem Olineti ab Oriente, & monte Sion ab Occidente.*

2 Vsque ad proxi. *Scilicet, locum dictæ scissuræ:quæ scissio montis Olineti iunget valli Iosaphat.*

3 Et fugietis. *Timore ducti.*

4 Sicut fugistis &c. *Qui secundùm quod habetur 2.Paral.26.voluit sibi vsurpare Pontificis officium, & tunc fuit percussus lepra, & factus est terræmotus,vt de tali præsumptione ostenderetur ira diuina.*

Diuisio. 5 Et veniet. *Hic consequenter ponuntur tria sequentia mortem Antichristi,scilicet,finale iudicium, & bonorum præmium,ibi:* Et erit, & *status ecclesiæ post Antichristi exterminium,ibi:* Et reuertetur. *Circa primum dicitur:* Et veniet do.De.me. *Scilicet,ad iudicium,nō tamen immediate post mortem Antichristi,sed erit ibi tempus medium,vt plenius dixi Ezech.39.*

6 Omnésque sancti. *Quia cum ipso iudicabunt reprobos,& maximè apostoli quibus dicitur Matth.19.d.* Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes,&c.

7 In die il. *Scilicet,iudicij.*

8 Non erit lux. *Scilicet,reprobis,quorum erit maior numerus, secundùm quod dicitur Matth.7.b.* Lata est via quæ ducit ad perditionem,& multi intrant per eam.

9 Sed frigus. *Id est,horror & timor,quæ per gelu & frigus designantur,eò quòd ex frigore timor causatur,refugiente sanguine ad cor: & sic membra exteriora redduntur frigida & trementia.*

10 Et erit. *Scilicet,iudicij.*

11 Quæ nota est. *Secundùm quod dicitur Matth.24.c.* De die illa & hora nemo scit, neque angeli in cœlo,sed pater solus: *per hoc tamen non excluduntur filius & spiritussanctus, quorum est vna noticia cum patre.*

12 Non dies neque nox. *Scilicet,propriè. Dies enim propriè est latio solis super terram,& nox latio eius sub terra. In generali vero resurrectione mortuorum corpora erunt incorruptibilia,& sic cessabit generatio & corruptio in elementis:& motus cœli qui est causa generationis & corruptionis, & sic non erit dies & nox propriè, quæ causantur ex motu solis.* F

13 Et in tempore ve.erit lux. *Id est, cessante tempore,quod causantur ex motu cœli,erit lux perfecta beatis in gloria cœlesti, sicut dictum est de reprobis,quod non erit eis lux,sed frigus & gelu.*

14 Et erit. *Hic ponitur secundùm, scilicet retributio præmij, cùm dicitur.*

15 In die illa exibunt aquæ viuæ de Ierusalem. *Scilicet, cœlesti, cùm dicitur Heb.12.f.* Accessistis ad Sion mōtem & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cœlestem. *Et per aquas viuas intelligitur hic vita beata,secundùm quod dicitur Apoc.7.d.* Agnus qui reget eos,deducet eos ad vitæ fontes aquarum: *Quæ dicuntur hic exire de Ierusalem, quia deriuabuntur ad omnes beatos,ideo subditur.*

16 Medium earum, &c. *Quia beata vita deriuabitur æqualiter, supposita æqualitate meritorum ad electos qui in principio mundi nati sunt,& ad alios qui in fine mundi sunt nascituri. Quod autem per mare intelligatur congregatio hominum patet Apocal.17.vbi dicitur,*quòd per aquas multas intelliguntur populi multi. *Mare vero dicitur congregatio aquarum,Gen.1.* Congregationesq; aquarum appellauit maria.

17 In æstate. *Id est,perpetuò. Duratio enim perpetua à parte finis est de ratione beatitudinis, quæ perpetuitas hic designatur per successionem æstatis & hyemis,Non quia tunc sint propriè, cùm sint differentiæ temporis quod tunc cessabit, sed quia perpetuitas non potest significari à nobis nisi per partes temporis.Sic enim dicitur de æternitate diuina,Apoc.1.* Qui est,& qui erat.& qui venturus est.

18 Et erit do. *Quia tunc cessabit prælatio & dominium, non solùm in hominibus,sed etiam in angelis, in quantum respicit officium administrationis,secundùm quod dicitur 1.ad Cor.15.* quòd Christus euacuabit omnem principatum & potestatem, cum tradiderit regnum Deo,& patri,ideò subditur.

✠ In die.

MORALITER.

✠ † *Et ad occi.* Vbi sunt Latini.

3 *Et fugietis ad vallem monti.meorum,&c.* Id est,fugere debetis ad obedientiam ecclesiæ Romanæ,cuius montes magni.s. Petrus & Paulus sunt patroni.

5 *Et veniet dominus Deus meus, & omnes sancti eius cum eo, &c.* Hoc ad literam exponitur de aduentu Christi ad iudicium finale. Nec occurrit mihi alia spiritualis expositio conuenientior hic ponenda.

✠ MORAL

ras aquas dulci flumine mitigauerint, tunc dominus erit A rex su.o.t.

2.Cor.3.b. Vel per duo maria duo testamenta, quæ nisi flumine spiritalis intelligentiæ fuerint dulcorata,amara sunt, litera occidente & spiritu viuificante.

L. cont. Fulgētium donatist. c.5. ✠ Avgvstinvs. Quod legimus, credimus, & quod credimus,prædicamus. Audi ergo quæ sit origo nostra, & vbi eius aqua diffusa, in Zacharia sic habes: Exibunt aquæ viuæ de Hierusalem, medium earum ad mare orientale,&c. Hęc est possessio, hæc hæreditas Christi, quæ à sanctis colitur, & perenni fonte rigatur,de qua ei dictum est: *Postula à me,& dabo tibi gētes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Qui in ipsa est hæres ascriptus est:qui in ipsa non est,iam damnatus,& morti destinatus est,dicente scriptura. Qui egressus fuerit fores domus tuæ:ipse sibi reus erit,&c. B

† in circuitu erit.

† habitabit Ierusalem confidenter

a In die illa erit dominus vnus: & erit nomen eius vnum. Et 1
† reuertetur omnis terra † vsque ad desertum, de colle ad 2
a ¶ Vbi est arbor mali granati. b ¶ Vsque australem plagam. c ¶ Extendetur. 3
d ¶ In loco pristino ædificabitur. 4
b Remmōn ad austrum. Ierusalem exaltabitur, & habitabitur 5
¶ Orientalis 6
in loco suo à porta Beniamin vsque ad locum portæ prioris,
& vsque ad portam angulorum, & à turre Ananehel vsque
¶ Ierusalem. a ¶ Nullus impetus hostilis,nulla formido.
ad torcularia regis. Et habitabunt in ea: & † anathema non 7
c erit ampliùs, sed † sedebit Ierusalem secura: Et hæc erit plaga 8
qua percutiet dominus omnes gentes quę pugnauerunt ad- 9 10

† veluti planicies.

† occiso

Hieronym. a *In die illa erit.* dicunt Iudęi: quando Christus in aurea Ierusalem regnabit non erunt idola, nec diuersa cultura, sed vnus dominus: & reuertetur omnis terra ad hoc quod deseruerat, vt omnes vnum Deum colant: & ponit nomina locorum, à quo loco vsque ad quem locum Ierusalem sit ædificanda. In qua dicunt circumcisionem exercendam,& legales hostias offerendas.

L.3.adu.Varimadum Arrian. ✠ Idacivs. Clarus. Pater filius & spiritus sanctus vnus dicitur,& non diuisus in tribus,vt ipse sacrilega mente adfirmare conaris, sed in tribus personis & nominibus,vna probatur substantia Deitatis,Zacharia propheta dicente, In die illa erit dominus vnus,& nomen eius, vnum diem hanc quam designat futuri esse iudicij nemo est qui nesciat. Requiro à te quis erit rex,qs dominus vnus,aut quis nomē deitatis sortitur ex tribus, si pater, & ipse solus vnus dicitur Deus? Ab ipso ergo deitatis vocabulo filius,& spiritus sanctus alieni, quod absit à C nobis fuisse probantur,quia scriptum est, *erit Dominus vnus, & nomen eius vnum?* Si verò vt res est,vnum nomen est Trinitatis quid me persuades credere,quod Prophetas & Apostolos non video prædicasse.

Hieronym. Remigius. Psal.99.a. Allegorice. Cum dominus Iesus rex fuerit super omnem terram,tunc erit vnus dominus:de quo scribitur: *Scitote quoniā dominus ipse est Deus,* & vnum nomen omnium, praua religione calcata,tunc reuertetur omnis terra in qua habitauerunt Iudæi, vsque ad desertum,id est,vsque ad populum Gentium,qui prius desertus erat:quia sine noticia legis,& de colle ad Remmon,id est,ad excelsum:quia de terra & de deserto ad colles, & de collibus vsque ad montana consurgemus: & idem vsque ad austrum,plenæ lucis,& sic exaltabitur,ascendendo ecclesia,& habitabit in loco, vbi scriptum est: *In loco pascuæ ibi me coll.* & à porta Ben. incipiendo à virtute quam dextra significat,perueniet ad portam priorem, vt per eam ingrediantur ad cæteras. Psal.22.c. Post occurrit porta angu. vbi est lapis angularis, qui coniungit duos parietes in vnum. Post occurrit turris Ananahel, qui dicitur gratissimus Dei. De hac turre dicit sanctus ad dominum: *Factus es spes mea,turris for.à fa.in.* qua turre nihil gratius est homini de laboribus mundi ad Deum suspiranti. Inde venitur ad torcularia regis, vt imitatores passionis Christi bibant vinum quod lætificat cor,introducti in cellam vinariā Dei. Et qui huiusmodi torcularibus inebriabuntur, habitabunt in cœlesti Ierusalem, in qua non erit anathema,id est, maledictio & separatio à Deo, sed secura quies confidentibus in Deo. Psal.117.a D

b *Ierusalem exaltabitur & habitabitur, &c.* ✠ Remigivs. Hæc omnia de extructione Ierusalem terrenæ Iudæi,& iudaizantes Chiliastæ à numero mille annorum,quibus se putant cum Christo suo fœliciter regnaturos in fine seculi, sibi repromittūt. Dicūt enim quod cùm Christus in Ierusalem aurea & gemmata regnauerit iam non sunt futura idola,nec diuersa cultura,sed erit dominus vnus, & ipse solus nominabitur, & omnis terra reuertetur in antiquum statum, Ponítque vocabula locorum, à quo loco, vsq; ad quē locū ædificanda sit ipsa Ierusalem &c. *Et anathema,* inquit, *non erit*, id est, nullus metus, nullus hostium impetus. Ἀνάθεμα Græcum verbum est,Latinè alienatio Dei dici potest. Tractus autem sermo est à rebus, quas homines vota facientes, templo affigebāt,& à se alienas faciebāt,videlicet ab ἀνατιθέναι id est,à sursum ponendo vel suspendendo. Hæc illi futura ad literam suspicantur:nos sensum mysticum perscrutamur, & quæ illi de terrena Ierusalem confingunt,interpretamur de cœlesti. E

c *Et hæc erit pla.* Describit pœnas quas passuri sunt qui contra vrbem Dei pugnabunt stabunt super pedes, & caro eorum tabescet & defluet,& oculi eorum putridi de suis foraminibus excident & lingua,quæ Dei populum blasphemabat,intra dentes computrescet, Arbitrantur Iudæi Gentes quæ Ierusalem impugnabunt tempore Christi sui,talia mala passuras. Hieronym. F

Iuxta literam in historiis legimus hæc mala persecutoribus Ecclesiæ contigisse. Caro Herodis & oculi eius contabuerunt linguæ multorum in fœtorem & saniem dissolutæ sunt: prætera restant eis tormenta in futuro. Act.12.

✠ Remigivs. Hic perspicuè ostendit vana esse omnia quæ Iudæi de terrena Ierusalem opinantur. Nam,Romani nouissimè pugnauerunt contra Ierusalem,eámque funditus deleuerūt, nec quicquam tale passi sunt. Cæterùm, de persequutoribus Ecclesiæ intelliguntur,qui omni instantia aduersus eam pugnauerunt, in quibus etiam corporaliter, hæc sæpiisimè impleta sunt.

✠ Tertvllianvs. Dolemus quòd nulla ciuitas impunè latura sit nostrûm sanguinis nostri effusionem. Sub Hilariano præside cùm de areis sepulturarum nostrarum adclamassent: Areæ non sint:areæ ipsorum non fuerunt. Messes enim suas non egerūt. Imbre anni prçteriti apparuit quid commeruerit genus humanum. L.ad Scapulam.

NICOLAVS DE LYRA

1 In die il. *Hominum & angelorum.*

2 Et erit nomen eius. *In præsenti enim nominatur à nobis pluribus nominibus,quia nominamus eum sicut cognoscimus.In cognitionem autem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum, quæ sunt plures & distinctæ, sed in patria videtur per se ipsum immediatè,& sic nominatur vno simplici nomine ab vna simplici perfectione.*

Diuisio. 3 Et reuer. *Hic consequenter ponitur tertium,scilicet status Ecclesiæ post mortem Antichristi,qui licet præcedat iudicium& beatorum præmium, tamen ponitur hic post,quia sacra scriptura non semper sequitur ordinem temporis, sed frequenter priùs facta vltimo narrantur. Et diuiditur in tres partes: quia primò propheta describit hunc statum Secundò,resumit pœnam Antichristi, & sui exercitus:vt addat aliquid quod suprà non est explicatum,ibi.* Et hæc erit plaga *Tertiò,redit ad propositum,ibi:* Et omnes. *Circa primùm dicit:* Et reuertetur omnis terra. *Id est, omnes habitantes in terra ad dominum Iesum Christum mortuo Antichristo,vt suprà dictum est.*

3 Vsque

4 Vsque ad desertum. *Id est, à quocunque loco quantumcunque parum ab hominibus habitato.*

5 Exaltabitur. *Scilicet, ab Ecclesia,quæ fuerat ab Antichristo & suis depressa,vt supra dictum est. Potest etiam intelligi de Ierusalem ad literam,quæ capietur & deprimetur ab Antichristo, vt prædictum est, & post mortem eius exaltabitur.*

6 Et habitabitur in loco suo.&c. *Quia multi de Ierusalem captiuabuntur Antichristum:& timore eius fugient multi,qui ipso mortuo reuertentur,ita quod ciuitas in omnibus suis partibus habitabitur.*

7 Et anathema. *Id est,maledictio.*

8 Non erit amplius, *Qualis fuit tempore Antichristi.*

9 Sed sedebit Ierusalem secul. *Quia persecutio Antichristi erit vltima.*

10 Et hæc erit pla.&c. *Hic propheta resumit exercitus Antichristi exterminium,cùm dicitur:* Et hæc erit pla.&c. *scilicet,Antichristi & sui exercitus,qui pugnabunt contra Ierusalem, vt dictum est suprà in principio huius capituli.*

✠ Tabe·ler

humanum. Ignes super mœnia Carthaginis proximè dependerunt. Pristina tonitrua sonauerunt: Possumus exitus quorumdam, præsidium tibi proponere, qui in fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos. Vigellius Saturninus qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. Claudius Herminianus in Cappadocia, solus in prætorio suo vastatus peste, cùm viuus vermibus ebulisset: Nemo sciat, aiebat, ne spe gaudeant Christiani. Sed & qui videntur sibi impunè tulisse, venient in diem diuini iudicij, &c.

Hieronym. ALLEGORICE. Deficientibus malis, succrescunt bona. Qui stant cum Deo: illis defluunt carnalia, oriuntur spiritualia. Defluentibus oculis qui terrena concupierant, ponuntur alij, quos propheta leuat ad habitantem in cœlis. Putrescente lingua blasphema nascitur illa quæ tota die meditabitur iustitiã dei & laudem.

† veniunt

uersus Ierusalem, Tabescet caro vniuscuiusque stantis super 1
pedes suos, & oculi eius contabescent in foraminibus suis, & 2 3
a ¶Cum hæc miracula in confusione hostium fuerint expleta. b ¶Alias stuporem.
a lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit † tu- 4
multus domini magnus in eis, & apprehendet vir manum 5
a ¶Præ formidine malorum pondere quæ superuenient.
proximi sui, & conferetur manus eius super manum proximi
a ¶Contra metropolim suam, de quo supra dictum est. b ¶A domino concessa victoria.
sui. Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & congrega- 6
a ¶Quæ militauerunt contra Ierusalem. b ¶Hæc in vitiis preciosiora reputabuntur.
buntur diuitiæ omnium Gentium in circumitu, aurum & ar- 7
¶Et.
b gentum, & vestes multæ satis. Sic erit ruina equi & muli & 8
a ¶Populus Iudæorum est camelus, qui legem Dei ruminat, sed non findit vngulam, vt credat in patrem & Filium, nec diuidit literam à spiritu, & onere legis premitur.
cameli & asini & omnium iumentorum quæ fuerint in ca-
¶Hominum.
stris illis, sicut ruina hęc. Et omnes qui reliqui fuerint de vni- 9
uersis Gentibus, quæ † venerunt contra Ierusalem, ascen- 10
a ¶Per singulos annos.
dent ab anno in annum, vt adorent regem dominum exerci- 11
c tuum, & celebrent festiuitatem Tabernaculorum. Et erit: 12
d qui non ascenderint de familiis terræ ad Ierusalem, vt 13

a *In die illa erit tumultus Domini magnus in eis, &c.* Cuncti qui in Ecclesia fuerint, mirabuntur subiectionem hostium & suam fœlicitatem, & manus mutua fide & necessitudine copulabunt, & Iudas qui prius confessus nomen dei, & postea coactus à persecutoribus Dei populum est persecutus, & ipse postea vertetur ad læticiam, & congregabit diuitias Gentium aurum sensus spiritualis, argentum diuinæ eloquentiæ, & vestes diuersarum virtutum, quibus in duas populum Dei.

C Hæc sibi infœlix Iudæa promittit: sperans accipere aurum, quæ dominum triginta argenteis appreciauit.

b *Sic erit ruina equi.* Hæc Iudæi carnaliter implenda contendunt, quod per domini victoriam admirabilem, sicut homines corruerunt, sic etiam bruta animalia in castris superentur.

Iumenta quæ vno nomine comprehendit, pro singulorum peccantium natura interpretanda sunt.

Corruentibus à priori statu, & in meliorem consurgentibus, qui priùs erat equus hinniens ad vxorem proximi sui, præbebit mollia terga Christo equiti. Qui mulus, id est, sterilis virgo carne, non spiritu: conuersus ad Deum non erit lignum aridum, sed habebit locum in domo Dei & muris eius. Qui camelus, id est, grauibus

D grauibus peccatis depressus, meditans legem Dei. Sed quia vngulam non findit, negligent quæ legit portabit onera Christi. Qui asinus infrenis multos dominos priùs ferebat, stratus vestibus apostolorum Saluatorem portat in Ierusalem.

c *Et celebrent fe. Ta.* Hæc quoque Iudæi mille annorũ regno futura promittũt, quod debeat celebrari festiuitas Tabernaculorum in memoriã beneficiorum Dei, quæ facta patribus eorũ sunt habitantibus in Tabernaculis in deserto. Qui est in profectu & certamine, habitat in Tabernaculo, tanquam aduena & peregrinus: sed submerso Pharaone perueniet in terram promissionis, hic debet celebrare solennitatem Tabernaculorum, vt de Tabernaculo ad atria Dei, & de atriis ad domum, & à domo ad templum festinet. E

† contritio domini magna

✠ REMIGIVS. Festiuitas tabernaculorum agebatur mense septimo; decimoquinto die mensis; in memoriã illius tẽporis quando in deserto, vbi non erant domus, in tabernaculis hospitabantur per septuaginta annos. Et nos mysticè quamdiu sumus in certamine, & nouimus nos esse peregrinos & hospites super terram habitamus in tabernaculis, confitentes quia non habemus hic manentem ciuitatẽ, sed futuram inquirimus, & ad eum toto desiderio suspiramus, dicentes cum Psalmista. *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, &c.* Psal. 38. Heb. 13. Psal. 119.

d *Et erit qui non ascen.* Ierusalem id est, Ecclesia, non est in locis humilibus, sed in monte sita, vt vndecunque possit videri, qui ergo vult adorare dominum, ascendat ad montana. Qui verò de familiis terræ est, id est, aliqua occupatione terrenæ vitæ depressus, & ideò Deum non potest adorare in montibus, terra illius non irrigatur cœli imbribus. Hieronym. Vbi adorandus dominus

✠ REMIGIVS. De Ierusalem cœlesti ait Apostolus, *Illa quæ sursum est Ierusalem mater nostra, libera est.* Ad hanc quicunque vult venire, necesse est ascendere de virtute in virtutem: est enim ciuitas suprà montem posita. Qui non sunt huius ciues quales sunt Iudæi & hæretici isti non ascendunt; & idcircò non venit super eos imber prædicationis apostolicæ, de qua dictum est; *Nubibus mandabo ne pluant super eos imbrem.* Gal. 4. F Isa. 5.

☞ Quod

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tabescet caro vniuscuiusque. *Id est deficiet pestilẽtia & morte.*
2 Et oculi eius contabescent. *Deficiente virtute visiua.*
3 In fora. *Id est, in locis suis, quæ sunt quædam foramina in capite.*
4 In die illa erit. *Id est immissus à domino & quis ille sit, subditur.*
5 Et apprehendet vir ma. proxi. sui. *quia mutuis gladiis se interficient quantum ad aliquam partem illius exercitus, sicut de Philistæis turbatis dicitur 1.Re.14.* 6 Sed & Iudas &c. *Exponatur, vt suprà 12. cap.* 7 Et congrega. &c. *scilicet Ierusalem ibi enim apportabuntur diuitiæ quas alibi rapiet Antichristus & eius exercitus: & ibi erit vitæ suæ terminus, vt dictum est.* 8 Sic erit ruina. *Quia animalia exercitus Antichristi percutiẽtur pestilentia, sicut & hominis & ista duo non fuerunt superius explicata.* 9 Et omnes. *Hic propheta resumit propositum. s. statum Ecclesiæ post Antichristum, quando omnes generaliter conuertentur ad Christũ, vt suprà dictum est; & ideo dicitur: Et omnes quia aliqui venient cũ Antichristo magis coacti quam voluntariè: & isti cõuertẽtur ad Christũ visa aliorũ morte, ideo subditur.* 10 Ascendent ab an. *Id est, in singularis annis diebus solennibus ad hoc statutis ab ecclesia.* 11 Vt adorent regem. *Id est, Christum, qui est rex non solùm hominum, sed etiam angelorum.*

12 Et celebrent festiui. Tabernaculorum. *Non accipitur hic festum Tabernaculorum prout Iudæi celebrabant, quia cultus ille cessauit à tempore publicationis Euangelij, extunc enim ille cultus fuit mortiferus: & est in cultum spirituale mutatus: Illa autem festiuitas Tabernaculorum fiebat in lege in memoriam quod filij Israel in deserto habitauerunt in tabernaculis: & sic procedendo intrauerunt terram promissionis, & figurabatur per hoc futurum tempore nouæ legis, quòd fideles procedendo de virtute in virtutem tempore peregrinationis huius vitæ intrarent terram viuentium aperta ianua per Christum, & hoc modo celebrant boni Christiani per hunc mundum transeuntes tanquam peregrini, vt deueniant ad patriam paradisi, & magis celebrabitur post mortem Antichristi omnibus Gentibus ad fidem Christi conuersis potest etiam dici quod sicut Christiani celebrant festum pascha & pentecostes, alio tamen modo quam Iudæi, sic etiam festum Tabernaculorum celebrando, officium & ieiunia quatuor temporum in septembri: in quo mense à Iudæis celebrabatur festum Tabernaculorum 15. die mensis. Et ista obseruatio Christianorum magis vigebit postmortem Antichristi, sicut & aliæ obseruantiæ nouæ legis, vt dictum est.*

13 Et erit qui non ascen. de familiis ter. *patet quod non loquitur hic de Ierusalem historicè sed metaphoricè, inquantum per Ierusalem significatur militans Ecclesia, sicut dictum fuit diffusè Isa. 2. Non enim poterunt conuenire omnes familiæ terræ in ciuitate Ierusalem historicè quia de omnibus partibus mundi non possent sic singulis annis conuenire, nec etiam ibi capi, propter quod quendam glo. Hebraica super illud capitulum dicit; quod ciuitas in aduentu Messiæ dilatabitur vsque ad fines terræ. Quod non potest intelligi de aliqua ciuitate materiali, sed iam est adimpletum, quia Ecclesia nomine Ierusalem est significata, & vsque ad fines terræ est dilatata: quia in omnibus terræ partibus sunt aliqui Christiani, & magis implebitur mortuo Antichristo, quia tunc omnes veniunt ad fidem Christi.*

✠ Non erit

A Hieronym. a *Quod etsi familia.* Hæc omnia Iudęi carnaliter sperant futura, circũcisionem sibi & coniugia in mille annorum imperio promittẽtes, ne impleatur in illis maledictio sterilibus quæ per legem indicitur. Quãdiu aliquis permanet Aegyptius vel Ethnicus, non potest subrigere gradum ad excelsa, ideò caret imbre Dei: & hoc peccatũ erit maximũ Aegyptio & Assyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ, & cæteris Gentibus, si noluerint exire de terris suis vt desistant esse homines, & effecti Israelitę in quibus dolus nõ est, ascendant in Ierusalem vt per tabernacula veniant ad domũ æternam.

† Hæc erit pœna peccati

b *In die illa, &c.* Iuxta literam tempore perpetuæ solennitatis & regni Ierusalem pacatis omnibus nõ erit opus equitatui, sed omnis ornatus & decor phalerarum ad cultum Dei est conferendus, & multis vndique confluentibus ad sacrificia assiduè erunt lebetes in cultu sacrificiorum: sicut phialæ solent assiduè lucere coram altari, nec erit aliquis lebes ad alium vsum dedicatus.

B † pelues

† Chananæus

a ¶Dominicæ benedictionis
adorent regem dominũ exercituũ, non erit super eos imber. 1
a Quod etsi familia Ægypti non ascenderit, & non venerit, 2
a ¶Imber. b ¶Reputabitur.
nec super eos erit. Sed erit ruina qua percutiet dominus om- 3
nes Gentes quæ non ascẽderint ad celebrandam festiuitatem
¶Reputabitur.
tabernaculorum. †Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc pec- 4
catum omnium Gẽtium quæ non ascenderint ad celebran-
b dam festiuitatem Tabernaculorum, In die illa erit † quod su- 5
a ¶Aurum & argentum quo frenum solet ornari. b ¶Mentes priùs sacrificia legalia carnaliter affectantes, pro virulentia carnium gustabunt flores virtutum, & ita consecrabuntur domino in visione pacis & confessione veritatis.
per frenum equi est sanctum domino, & erunt lebetes in do- 6
mo domini quasi † phialæ coram altari. Et erit omnis lebes 7
in Ierusalem & in Iuda sanctificatus domino exercituum. Et 8
¶Lebetibus.
venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in 9
c eis. Et non erit † mercator vltrà in domo domini exercituum 10
in die illa.

Finit Zacharias Propheta.

✠ REMIGIVS. Quod in libello exaltationis sanctæ crucis legitur, hoc tunc impletum fuisse, quando Helena Augusta mater Constantini imperatoris clauos Dominicæ crucis iussit fieri salutares in freno equi regis, beatus Hieronymus pro quodam affectu sed ridiculo dicit confictum esse.

Cum lebetes fuerint versi in phialis, tunc qui relicti fuerint de vniuersis

D de vniuersis Gentibus, carnes coquent victimarum, ne crudam comedant carnem, sed omnis humor excoquatur, nec erit necessarius mercator qui de loco ad locum merces deferat. Per equos insania libidinis intelligitur: per frenos sermo Dei, auro sapiẽtiæ argento eloquij compositus. Hoc freno retinetur libidinosus, ne in præceps corruat: sed rectò itinere pergens, mollia terga domino ad sedendum præbeat, & cultui illius pronè sit consecratus, & lebetes in quibus coquebãtur carnes sacrificiorum vertuntur in phialas quia illi qui carnaliter intelligebant de sacrificiis legalibus versi in spiritualem intelligentiam, fiunt lampades ardentes & lucentes in domo Dei. E

† frontale equi

Cum mentes credentium erunt versæ in spirituales phialas ad suscipienda diuersa aromata virtutum tunc immolãtes Deo sacrificium laudis, coquẽt illud igne spiritus sancti, nec erit in domo orationis mercator, quia dominus de Ecclesia sua ementes & vendentes eiecit, &c. Apo. 4. b. Matt. 21. b.

c *Et non erit mercator, &c.* ✠ RVPERTVS. Nomine mercatoris grauiter denotandum se esse nouerit à Spiritu sancto, quisquis in domo Domini, id est, in proposito spirituali proprium quid possidere præsumpserit, & delectari huic vitio nequissimo: *Non erit*, id est, esse non debebit vltra talis mercator in domo Domini ne fortè pœnam quam Ananias & Saphira in corpore pertulerunt, ipse in anima patiatur. Act. 5.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA

C 1 Non erit super eos imber. *Scilicet diuinæ gratiæ & Euangelicæ doctrinæ eo modo loquendi quo dicit Deute. 32.a.* Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super terram, &c. 2 Quod etsi fa. *Id est Gentiles, quia per Aegyptios intelliguntur etiam alij.* 3 Sed erit. *Scilicet, imbris prædicti carentia & per Aegyptios intelligantur Gentiles subditur.*

4 Hoc erit peccatum. Ægypti, & hoc pecca. Genti *Quasi dicat, Hoc quod dicta est de Aegypto, extenditur ad alias Gentes.*

5 In die illa, &c. *Quod exponit glossa quia mortuo Antichristo tanta erit pax, quòd non erit necessarius vsus armorum & equorum: & ideò aurum & argentum quod ante ponebatur in frenis, offeretur ad cultum diuinũ, qui valde augmentabitur mortuo Antichristo, vt dictũ est.*

6 Et erunt lebetes in domo do. *Id est, vasa ad diuinum cultum apta, vt calices & huiusmodi, qui hic vocantur lebetes, quia hic propheta metaphoricè loquens exprimit cultum noui testamenti per ea quæ erant in cultu veteris testamenti, vt dictum est de festo Tabernaculorum Ierusalem: E ad hoc designandum subditur.*

7 Quasi phialæ coram. *Phialæ sunt vasa ad vini poculum apta. Amos 5.b.* Bibentes in phialis vinum.

8 Et venient omnes. *immolantes. sacrificium nouæ legis, quod est eucharistia.*

F 9 Et coquent in eis. *Id est, hoc sacrificium offerẽt in ardore charitatis, qui tunc vigebit in Christianis, & est hic metaphorica locutio, sicut & supra.*

10 Et non erit. *Quia vicium simoniæ totaliter cessabit in Ecclesia. Sciendum autem, quòd expositores nostri communiter tres vltimas partes huius ca. exponunt aliter. Ab illo enim loco:* Et reuertetur omnis terra &c. *vsque ibi:* Sed sedebit Ierusalem secura: *inclusiuè exponunt de præmio beatorum post iudicium, coniungendo literæ præcedenti. Et quod subditur:* Et hæc erit plaga, *vsque ad illum locum inclusiuè,* Sicut ruina. *Exponunt de supplicio reproborum. Et quod subditur:* Et omnes qui reliqui fuerint, &c. *vsque ad finem cap. exponunt de profectu Ecclesiæ post mortem Christi, ita quod illud quod dicitur:* In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum domino, *exponunt de tempore Constantini, in quo multum fuit dilatata ecclesia: in cuius freno, mater eius Helena dicitur fecisse vnum de clauis Christi, & alium in eius galea, vt sic esset securus inter præliorum pericula. Istas expositiones non prosequor in particulari, quia in glosis & aliorum postillis possunt à quolibet videri: videtur tamen mihi saluo meliori iudicio, quòd expositio quam posui super istas tres partes, magis literæ istarum partium consonat, & etiam præcedenti.*

ADDITIO I.

In cap. 14. *vbi dicitur in Postilla,* Et scindetur mons Oliuarum. *Prout litera sonat planè: Scissura mõtis Olıueti in quatuor partes est intelligenda. Dicit enim:* Scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientẽ & ad occidẽtẽ. *Et sic in hac prima scissura, media pars mõtis Olıueti erit Oriẽtalis, & media pars Occidẽtalis. Non enim dixit ab Oriente in Occidentẽ, sed ad Orientẽ & ad Occidẽtem, & sequitur:* Separabitur montis medium ad Aquilonem & medium eius ad Meridiem. *Ex quo habetur alia scissura, secundum quam media pars mõtis erit Aquilonaris, & media Meridionalis, & sic patet manifestè, quod hæc diuisio fiet in quatuor partes ad modum crucis Ra. Sa. verò fugit hanc planam expositionem, ne intelligatur mons Olıueti in forma crucis scindi: fugit enim signum crucis: sicut & diabolus pater eius.*

ADDITIO II.

In eodem cap. *vbi dicitur in Postilla: Potest etiam dici, quòd sicut Christiani celebrant festa Pascha.*

Quidam

Quidam expositores Hebræorũ dicunt, quod bellum de quo hic loquitur erit, tẽpore festi Tabernaculorũ: & propter hoc illud festum celebrabitur postea cũ multo maiori solẽnitate quã antea: & hoc potest applicari ad propositũ nostrũ, quia si ista miracula fiẽt tẽpore huius festi, fideles remanẽtes inter tempus huius belli, & diẽ iudicij, rationabiliter debẽt statuere quod fiat illud festum de nouo celeberrimum, sic quòd omnes teneantur ad ecclesiam venire quæ est Ierusalem spiritualis, &c.

REPL. In cap. 14 *vbi dicitur:* Et scindetur mõs Oliuarum, *vbi Postillator allegat quosdam qui exponunt de scissura montis in quatuor partes per modum crucis. Allegat etiam Ra. Sa. qui dicit scissuram solum fieri ab Oriente in Occidentem. Cum videtur litera consonare, vt patet in postil. Sed Bur. motus contra Ra. Sa. dicit eum fugere planam expositionem, quia fugit signum crucis sicut & diabolus pater eius. Sed tamen intentioni Burg. videtur obuiare fuga de qua dicitur in litera, quia crucis mysterium quod ad literam putat Burg. describere, non est materia fugæ sed refugij.*

A *Incipit prologus in Malachiam prophetam.*

† Leu. 21. d. & 22. a.

DEus per Moyſen populo Iſraël præceperat ſacerdotes tabernaculi ſui omni corporali vicio liberos, hoſtias omni vicio vacuas ſibi offerre. Quibus legem ſuam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per ſacrificiorum oblationem internuncij Dei & hominum facti, populum præceptis cœleſtibus facerent obedire. † Vnde ſacerdotes angelos Dei eſſe, hoc in loco ſcriptura teſtatur. (margin: † infrà 2. a.) Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia vicio deturpata: ipſi criminibus atque impietatibus maculati Deo offerre cœperunt. B Ideò per Malachiam prophetam Deus populum ſuum Iſrael increpãs ait. † Dilexi vos dicit dominus. (margin: † infrà 1. a.) Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Eſau autem fratrem Iacob non iniqua aut ſpontanea voluntate odio habitũ à Deo, vel ſine meriti gratia Iacob dilectum manifeſtum eſt: cum ſecundum præſcientiam ſuam Eſau quidem effuſionem fraterni ſanguinis concupiſcere, D Iacob autem ſui cognitione obſeruandam legem deſiderare cognoſceret. Cuius rei gratia, ſupra dicto vſus eſt exemplo, dicens: Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum quorum liber Geneſeos meminit, in quo vnuſquiſque eorum futurus erat propoſito manifeſtè conſtet, vt ſcriptum eſt. (margin: † Gen. 25. d.) † Creuerũt pueri, & erat Eſau homo agreſtis, ſciens venari: Iacob autem homo ſimplex manens in Tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehenſa ſunt præuaricationem populi Iſrael in obſeruandis ſacrificiis Dei increpationémque in eundem (quod Deos alienos coluerit) ſignificant.

Incipit argumentum.

MAlachias apertè & in fine omnium prophetarum dicit de abiectione Iſrael, & vocatione Gentium. E Non eſt mihi, ait, voluntas in vobis, dicit dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

CAP. I.

(margin: Hieronym. proœmio ad Mineriũ & Alexand. Remigius. Rupertus. Strabus. Matt 11. b.)

a ONus verbi. *Malachi interpretatur angelus meus, vnde Origenes eum angelum fuiſſe putat, ſecũdum quod de Ioanne dicitur.* *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam:* quod nos omninò non recipimus, vt angelus de cœlo veniens aſſumpſerit corpus humanum, vt Iſraeli q̃ à domino mãdata ſunt loqueretur. C Dicũt verò Hebræi hũc fuiſſe Eſdrã ſacerdotẽ & poſt Aggæum & Zachariã prophetaſſe: & ideo nõ habere titulũ quia liber Eſdræ dicit ipſum Eſdram & alios ſecum aſcendiſſe de Babylone anno 7. Artaxerxis regis Perſarũ. Et ideo putãt ipſũ Eſdrã (qui & Malachias) ſub Artaxerxe hãc prophetiã contexuiſſe.

(margin: L. 20. de ciuitate. c. 35.) AVGVSTINVS. Prophera Malachiel ſiue Malachias, qui & angelus dictus eſt, qui etiam Eſdras ſacerdos, cuius alia in canonem ſcripta recepta ſunt, ab aliquibus creditur, nam de illo hanc eſſe Hebræorum opinionem dicit Hieronymus. (margin: In ſynopſi.)

DOROTHEVS Martyr. Hic Malachias poſt reditũ populi è Babylone naſcitur in Supha, & cùm adhuc adoleſcens eſſet, vel alimoniam nutricem habuit admirabilem, & vitam honeſtam. Et quoniam vniuerſus eum populus velut ſanctum ac manſuetum venerabatur, vocarunt eum Malachiam, quod idem eſt, atque angelus. Erat enim & ſpecie corporis eleganti, imò quæcunque in prophetia dixit eo ipſe die ſecundo viſus eſt Angelus domini, ſicut factum eſt in diebus quibus nullus erat princeps, vt ſcriptum eſt in libro Iudicum. Mortuus eſt autem cùm adhuc adoleſcens eſſet, & appoſitus patribus in agro ipſius. Eadem habet Epiphanius libello de prophetarum vita & interitu.

Incipit Malachias Propheta.

CAPVT I.

¶ Alij ſic, Onus verbi domini ad Iſrael in manu Malachiæ prophetæ
a ¶ Iudam & Beniamin ad quos ſolebat fieri ſermo & viſio Dei

ONus verbi domini ad Iſraël in manu Malachiæ 1
a ¶ Dum bonis à malis amorem remoui. b ¶ Temeritate qua peccant obliti beneficiorum Dei reſpondent. 2
prophetæ. Dilexi vos dicit dominus. Et dixiſtis: 3 4

R. IONATHAN. Onus verbi Domini ſuper Iſrael, in manu Malachi, cuius nomen vocatur Ezra Scriba. F (margin: Hieronym. Remigius.)

Malachias Latinè interpretatur angelus, id eſt, nuncius. Quidquid enim dicebat, quaſi à domino eſſet mandatum ita credebatur, & ita nomen eius ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt, dicentes: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſrael in manu angeli eius. Prophetauit autem nouiſſimus in Babylone, quando & Aggæus.

Sciendum quod abducto Iſrael, id eſt, decem tribubus in captiuitate, indifferenter priſtino nomine & duæ tribus (id eſt, Iudas & Beniamin) appellantur Iſrael. (margin: Iſrael)

Hic prophetatur graue pondus, quod Iudas pro peccatis portare cõpellitur, vt grauiora peccata deponat, vt ſentiat p tormẽta quæ nõ ſenſerat per beneficia: & ne pœna videatur in ſuos iniuſta, ſubiicit dominus. *Dilexi vos*, & ex dilectione corripio vos.

b *Ad Iſrael in manu.* Quia pondus appellat, graue quidem ſignificat. Sed quia ſubditur, ad Iſrael, id eſt, ad emendationem illius populi, in altero aperta inimicitiarum confeſsio eſt: A in altero cõſolationis pars & amicitiæ. In manu, id eſt, operibus. In quorum enim manibus eſt iniquitas, & quorum manus plenæ ſunt ſanguine, in his non fit ſermo Dei: ſed in his qui lauant manus inter innocentes: vnde dicitur: *Sermo Dei factus eſt in manu Aggæi vel Ieremiæ:* (margin: Aggæi. 1. a.) vt cætera taceam. Et quod de Babylonica captiuitate nuper reduxi, tractabo nunc quæ operatus ſum in vobis ab ipſis cunabulis: Antequam Rebecca Eſau & Iacob peperiſſet. In Iacob vos dilexi, in Eſau Idumæos odio habui. Nec ſolũ dilexi Iacob, & Eſau odio habui antequã naſcerentur; ſed in poſteros eorum amorem & odium reſeruaui. Quia montes B Eſau qui dicuntur Seir, redegi in ſolitudinem, & vrbes deſertas à ſerpentibus & beſtiis obtinere feci. (margin: † Rom. 9. a. † 47. diſt. c. quantumlibet. 1. q. 4. c. Eccleſia † Seir Rom. 9. a.)

In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau * Iacob dicit do- 1
a minus, † & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Et poſui 2
† montes eius in ſolitudinem & hæreditatem eius in draco- 3 4
a Ad iram Dei.
nes deſerti. † Quod ſi dixerit Idumæa, † deſtructi ſumus, 5 6
a ¶ Quidem. b ¶ Rurſum. c ¶ Ciuitates. d ¶ Domino prædicente, ſciatis quòd iram meam æterna eorum vaſtitas approbabit. 7
ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: hæc dicit 8 9
dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam. Et 10 †
a ¶ Odio meo rebus in Eſau oſtenſo, amorem in vos, id eſt, in Iacob factis approbabo, quia illis deſtructis videbunt oculi veſtri, & ex comparatione malorum quæ frater veſter patitur, Dei in vobis beneficia ſentietis.
vocabuntur termini impietatis, & populus † cui iratus eſt 11 12
dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt, & vos 13
b dicetis, Magnificetur dominus ſuper terminum Iſrael. Filius 14 15

(margin: * ipſi; † pauperes facti ſumus; † quæ deteſtatus eſt.)

ALLEGOR. Iſrael, vir, vel ſenſus cernens Deum, vel directus cum Deo. A Deo diligitur, qui vult dilectionis Dei in ſe ſcire rationem. Cui reſpondet Deus Eſau, id eſt, vicia, & Iacob, id eſt, virtutes ex vno cordis fonte procedere: quia ex libertate arbitrij in vtramque partem vt volumus declinamus ſed priora naſcuntur vicia per infantiam & pueritiam & iuuentutem, quæ poſt E ſequens ætas corripit & ſupplantat. Maior frater hiſpidus, ſanguinarius, venatione, ſyluis & beſtiis delectatur. Minor enim ſimplex, innocenter habitat domum. Deus fines Idumææ, id eſt, terrenæ mentis & ſanguineæ redigit in ſolitudinem, & nihil de terra ſinit creſcere & eſſe perpetuum. Quòd ſi impudens malicia quæ ſunt Dei ſermone deſtructa, rurſus ædificare velit Deus inſtaurata à viciis deſtruit, & terminis hoſtium ſubuerſis, tunc videt oculus Iſraelis & ſancti qui dicunt: *Magnificetur dominus in terminis eorum*, qui Deum mente conſpiciunt.

(margin: Enchiridij cap. 98.) a *Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui, &c.* AVGVSTINVS. Ambo gemini, natura filij iræ naſcebantur, nullis quidem operibus propriis, ſed originaliter ex Adã vinculo damnationis obſtricti. Sed qui dixit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero Iacob dilexit per miſericordiam gratuitam, Eſau autem odio habuit per iudiciũ debitum. Quod cùm deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de ſuis diſtantibus meritis ſibi eſſe gloriandum, quod in eadem cauſa idem ſupplicium non incurrit, ſed de diuinæ gratiæ largitate: quia *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* (margin: Rom. 9.) Legatur rurſum idem Auguſt. tom. 4. lib. 1. ad Simplicianum, quæſtione ſecunda.

(margin: Hieronym.) Dilectio & odium Dei vel ex præſcientia naſcitur futurorũ, vel ex operibus, alioqui diligit Deus cuncta quæ creauit, ſed eos propriè diligit, qui viciorum ſunt hoſtes: & illos odit qui vicia amant, & deſtructa à Deo reædificare laborant. D

Iudæi falſo ſibi blandiuntur, per Edom Romanos, per Iſrael ſe prophetari: quòd in conſummatione ſæculi deſtructo Romano imperio, id eſt, Idumæo: regnum orbis veniat ad Iudæos.

b *Filius honorat pa.* Loquitur ad eos qui reuerſi de Babylone, nondum ædificato templo, nec extructa ciuitate permanebant in priſtinis peccatis: Deum nec amore nec timore venerantes. (margin: Mich. 5. b.) Vult autem primum Deus, vt filij eius ſimus, & bonum voluntate faciamus, quod conſequi volumus: Si autem hoc volumus, ſaltem vt ſeruos nos habeat, & à malis per tormentorum formidinem recedamus. (margin: Dei filius ſeruúſque quomodo efficiatur)

Per ſpiritum

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Malachiam prophetam incipit.

CAP. I.

(margin: Diuiſio) ONus ver. *Hic incipit prophetia Malachiæ. Et diuiditur in duas partes, ſcilicet in proœmium & tractatum. Tractatus incipit ibi:* Dilexi vos, &c. *In prima parte deſcribitur impoſitio officij prophetandi ipſi Malachiæ, cùm dicitur.*

1 Onus ver. *Id eſt, officium denunciandi verbum diuinum. Officium enim alicui impoſitum dicitur onus eius ſecundum communem modum loquendi quo frequenter vtuntur prophetæ. Secundò oſtenditur cui verbum homini ſit denunciandum, cùm dicitur.*

2 Ad Iſrael. *Poſt reditum enim captiuitatis Babylonicæ quo tempore prophetauit Malachias, populus rediens nomen Iſrael obtinuit quia captiuitas decem tribuum non rediit. Tertiò notificatur propheta, ex nomine, cùm dicitur.* 3 In manu Ma. *Id eſt, per ipſum Malachiam. Malachias autem interpretatur angelus domini. Ex hoc autem dixerunt, aliqui quòd fuit angelus in corpore aſſumpto, alij verò quòd fuit Eſdras ſcriba: Sed iſti non habent autoritatem ex ſcriptura, ideò eadem facilitate contemnuntur, quia probantur.*

4 Dilexi vos dicit dominus. *Hic incipit tractatus. Circa quem ſciendum, quod principalis intentio prophetarum fuit denunciare Chriſti aduentum, vt diffuſius dictum fuit in principio Ieremiæ: & ideò Malachias primò arguit multiplex peccatũ populi. Secundò denunciat aduentum Chriſti. cap. 3. Et quia pœnitentia de peccatis eſt diſpoſitio ad receptionem redemptoris, ſecundùm quòd dicitur Matth. 3. a.* Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorũ. *Ideò prima diuiditur in duas partes, quia primò propheta arguit ſacerdotes & populum coniunctim. Secundò magis diuiſim, ibi.* Filius. *Igitur primò arguit omnes ſimul de ingratitudine, in perſona Dei di.* Dilexi vos. *Et C hæc ingratitudo patet ex reſponſione populi, cum dicitur.*

1 In quo dilexiſti nos? *Quaſi dicant: Non apparet erga nos tua dilectio ſpecialis præ cæteris. Sed hæc reſponſio tanquam falſa excluditur, cùm ſubditur in perſona Dei.*

2 Nónne frater, &c. *Quaſi dicat, Sic: quia fuerunt filij eiuſdem patris & matris, vt patet Geneſis 25. f.*

3 Et dilexi Ia. *Dando ei benedictionem paternam & hæreditatis promiſſionem, quæ tamen annexæ erant tunc temporis primogenituræ.*

4 Eſau autem. *Denegando iſta ſibi cum tamen eſſet primogenitus, vt patet Gen. 25. & 27. Hæc autem dilectio Iacob & odium Eſau, fuerant ſigna electionis & reprobationis æternæ. Et ſic allegat apoſtolus Rom. 9. Et in hoc apparet dilectio Dei ſpecialis ad populum Iſrael, qui deſcendit à Iacob, & alio nomine dictus eſt Iſrael, Gene. 32. Secundò oſtenditur ſpecialis dilectio ad Iſrael, & odium ad populum deſcendentem ab Eſau per effectum.*

5 Et poſui montes eius. *Id eſt, terram Eſau montuoſam.*

6 In ſolitudinem. *Per Nabuchodonoſor regem.*

7 Et hæreditatem eius, &c. *Talia enim animalia ſolent habitare in terra deſerta & etiam in ruinis ædificiorum.*

8 Quod ſi dix. Idu. *Id eſt, populus Idumeæ.*

9 Deſtructi ſumus, &c. *Terram noſtram melius quàm Iudæi reuerſi ædificauerunt ſuam. Hoc excluditur cùm ſubdit in perſona Dei.* F

10 Iſti ædifica. & ego deſtruam: & vocabũtur termini impietatis. *Id eſt, terra in qua viguit impietas: propter quam iratus eſt dominus contra terram & populum in ea habitantem.*

11 Et oculi veſtri. *O Iudæi.*

12 Videbunt. *Vindictam meam in Idumæis, qui ſemper fuerunt vobis moleſti.*

13 Et vos dicetis magnificetur dominus. *Id eſt, appareat magnitudo eius.*

14 Super terminum Iſrael. *Id eſt, ſuper terram Iſrael, ipſam & habitatores eius ab hoſtibus protegendo, & in bonis multiplicando.*

15 Filius, &c. *Hic conſequenter arguit ſacerdotes & populum diuiſim, & primò de peccatis in Deum, ſecundò in proximũ. cap. ſequenti.* (margin: Diuiſio)

Prima in duas

MORALITER.

1 *Onus verbi domini ad Iſrael*, Sequitur.

2 *Nónne frater erat Eſau Iacob, &c.* Per Eſau qui vanus interpretatur, homo vanè glorioſus & virtutibus vacuus ſignificatur, Iob 11. c. *Vir vanus in ſuperbiam erigitur &c.* Per Iacob qui interpretatur ſupplantator, intelligitur vir virtutis, qui ſenſualitatem ponit ſub planta rationis. Primum Deus odit, & ſecundum diligit, Iaco. 4. b. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Dicuntur tamen fratres quantum ad naturam, nam vtérque eſt ad Dei imaginem. Propter quod natura eſt diligenda, ſed vicia deteſtanda.

5 *Et poſui montes eius in ſolitudinem.* Conatus ſuæ ſuperbiæ fruſtrando.

7 *Et hæreditatem eius in dracones.* Id eſt, in dæmones: cum quibus ſuperbus æternaliter damnabitur.

8 *Quod ſi dixerit Idumæa &c.* Hic ponitur ſi pro quia, quia ſuperbus deiectus nititur reſurgere, & contra ſtimulum calcitrare.

† *Et vocabuntur termini eius impietatis, & populus cui, &c.* Nam finis ſuperbiæ eſt iniquitas.

15 *Filius honorat pa. &c.* Licet omnes Chriſtiani ſint Dei filij per baptiſmum, tamen ſacerdotes dicuntur eius filij ſpeciales: propter quod debent præ cæteris Deum patrem honorare: & frequenter præ cæteris eum inhonorant: ideò ſubditur,

a ¶ Quamuis priuſquam naſceremini, in Iacob ſicut filios vos amare cœpi, tamen eligite quo vocabulo me nomineris, an pater veſter ſim, an dominus. Si pater veſter ſum, offerte honorem & pietatem. Si dominus, ne contemnatis, ſed timete.

hõnorat patrem, & ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego 1
ſum, vbi eſt honor meus: & ſi dominus ego ſum, vbi eſt ti- 2 3
a mor meus, dicit dominus exercituum? † Ad vos ô ſacerdotes 4
¶ Sermo dirigitur. ¶ Qui paſſi ſeruitutem debueratis ad Deum tota mente conuerti, & nunc contemnitis, & eum quem occulta non fallunt, ſciſcitamini quaſi ignarum, vt vulnus conſcientiæ impudenter diſſimuletis, vultis autem ſcire in quo deſpexiſtis: Offertis ſuper al. meum pa. pol. 5 6
qui deſpiciſtis nomen meum: & dixiſtis, in quo deſpeximus
a ¶ Propoſitionis.
nomen tuum? Offertis ſuper altare meum pãnem pollutum 7
¶ Polluitis. ¶ Opere. 8
b Et dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis, menſa dñi 9
¶ O miniſtri altaris. 10
† deſpecta eſt. Si offeratis cæcũ ad immolandũ, nónne malũ †
a ¶ Quacumque debilitate confectum.
eſt? † Et ſi offeratis claudũ & languidum, nónne malum eſt? 11
a ¶ Potius reſpueret, & ſibi factam iniuriam putaret, & offers Deo quod non auderes homini offerre. 12
Offer illud duci tuo, ſi placũerit ei: aut ſi ſuſceperit faciẽ tuã, 13

[Matth.5.b.] ☞ Per hoſpitium adoptionis efficitur homo filius Dei, per ſpiritum A ſeruitutis in timore fit Dei ſeruus. Filius honorat patrem, ſicut ſcriptum eſt: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona & glorificent patrem qui in cœlis eſt.* Seruus etiam honorat dominum non eadem charitate qua filius. Sed Deus ſciens differentiam ſerui & filij, à filio gloriam, à ſeruo timorem qui eſt initiũ ſapientiæ expetit, vt de timore ſerui ad gloriam filij tranſeamus.

[lib.7.conſt. Apoſt.c.25.] ✠ Clemens Rom. Ter in die orate, præparantes voſipſos, vt ſitis adoptione filiorum patris: ne ſi indignè vos illum patrem vocetis, exprobretur vobis id, quod Iſrael filius [† vilis] primogenitus audiuit. Si ſum pater vbi eſt gloria mea? [† 49.diſt.c. ſacerdotes] Et ſi ſum dominus, vbi eſt timor meus? B Gloria enim patrum eſt filiorum ſanctitas, & honor dominorum, timor ſeruorum: quemadmodum quod eſt horum contrarium, ignominia eſt & domini expulſio. *Propter vos,* inquit, nomen meum *meum blaſphematur inter gentes.*

[Iſa. Rom.2. Serm.17.in Cantica.] ✠ Bernardvs. Confundor, confundor audire, *Si ego pater, vbi eſt honor meus?* Sed & ſi pater non eſſet, obrueret me beneficiis. Inſtaurat aduerſum me teſtes huius corporis victum, & vſum temporis huius, & ſuper omnia ſanguinẽ dilecti filij clamantem de terra. Pudet igitur ingratitudinis. Quamquam ad cõfuſionis cumulum: arguat etiam reddidiſſe mala pro bonis, & odium pro dilectione, &c.

[Ser.83.in Cantica.] ✠ Idem. Honorem vult Deus qui ait: Si ego pater, vbi eſt honor meus? Verum, id pater. Sed ſi ſponſum exhibeat, puto quia mutabit vocem, & dicet, Si ego ſponſus, vbi eſt amor meus? Exigit ergo Deus timeri vt dominus: honorari vt pater, vt ſponſus amari.

a *Ad vos ô ſacerdotes.* Corripit ſermo diuinus epiſcopos & miniſtros eccleſiæ negligentes: vel omnes qui in Chriſto baptizati D Chriſti nomine cẽſentur, cur nomen eius deſpiciant, quibus aperit cauſas offenſæ: polluit panem, id eſt corpus Chriſti, qui indignus accedit ad altare & menſam domini, & ſi non ſcelerata voce, ſcelerato opere deſpicit, vel, doctor, eccleſiæ menſam diuinæ ſcripturæ polluit, ſi vel pro humana gloria vel pro lucro tẽporali, vel fauore ſeculi auditoribus illam expendit. Iuxtà traditionem Hebræorum debebant [† 61.diſt.c. oportet] ſacerdotes panem propoſitionis ſerere metere, molere, coquere, & nunc ſumitis quoſcunque de medio, & temerariè dicitis.

b *In quo polluimus.* Sed dum ſacramenta violantur, ipſe cuius eſt ſacramentum violatur.

Vel poteſt dici, E quod reuerſi de Babylone nondum extructo templo habitantes in ruinis Ieruſalem, non habentes altare prioris gloriæ, putabant deeſſe ſanctimoniam religionis, quia deerat ambitio ſanctificationis.

c *Si offeratis cæcum ad immo.* Reuerſi de Babylone illicitas Deo victimas offerebant, cæcas & claudas quæ in Leuitico prohibebantur offerri.

[lib.quæſt. vet.& no. teſt.quæſt. 5.tom.4.] ✠ Avgvstinvs. Iudæi ſæpè reprehenſi ſunt, cùm munera ſua improuidè Dei altari offerent, quæ nec hominibus digna viderentur, dicente domino: Cæcas & luſcas offertis mihi, non hæc ſuſcipiam de manibus veſtris. Offers præpoſito aut duci tuo, ſi acceperit ea. Cùm conſtet apud omnes perſonæ ſublimi maxima offerri debere munera, Ideóque Caim munera refutata ſunt. Incurrit enim peccatum, dum non æſtimans quid Deo dignum eſſet, potiora reſeruauit ſuis vſibus. Itaque non quia obtulit reprehenſus eſt, ſed quia indigna obtulit.

[Leuit.12.d. & 22.c.] Alleg. Cæca eſt animæ victima, quæ nõ illuſtratur Chriſti lumine. Clauda eſt rogantis oratio, quæ duplici mente accedit

☞ ad orandum.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Prima in duas, quia primò arguit ſacerdotes, ſecundò populares, ibi:* Et vos. *Prima adhuc in duas: quia primò ſacrificium ſacerdotum excluditur tanquam malum, ſecundò ſacrificium nouæ legis concluditur tanquam Deo acceptiſſimum, ibi:* Non eſt. *Circa primum ſciendum, quòd licet totus populus Iſrael diceretur Dei filius, Exod.4.f.* Filius meus primogenitus Iſrael, *tamen ſacerdotes ad eius miniſterium deputati dicebantur* Dei *filij & ſerui modo ſpeciali: & ſic loquitur hîc:* Filius C honorat patrem, *id eſt, tenetur honorare, quia habet ab eo eſſe, nutrimentum & documentum.*

1 Et ſeruus dominum ſuum. *Supple timebit, quia non eſt in Hebræo nec in libris correctis, ſed ſubintelligitur.*

2 Si ergo pater ego ſum. *Et accipitur hîc eſt pro quia: quia Deus eſt pater omnium per creationem, & ſpecialiter Iudæorum per legis dationem, quæ non fuit data aliis populis, Pſal.147.* Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis: *& adhuc ſpecialis ſacerdotum quos elegit ad ſuum miniſterium.*

3 Vbi eſt honor meus. *Quaſi diceret, non defertis mihi honorem vt debetis.*

4 Et ſi dominus ego ſum. *Scilicet per gubernationem veſtri ſpecialem.*

5 Vbi eſt timor meus? *Quaſi dicat non apparet in vobis. Et ſciendum quòd vbi dicitur hîc:* Et ſi dominus ego ſum. *In Hebræo habetur: Si domini, pluraliter:* Ego ſum. *In quo deſignatur in Deo pluralitas perſonarum in vnitate eſſentiæ quia nomen plurale coniungitur cum pronomine ſingulari.*

6 Dicit dominus exercituũ ad vos ô ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum. *Ab illo enim loco:* Filius honorat, &c. *vſque ibi incluſiuè.* In quo deſpeximus nomen meum: *totum eſt vno verſu in Hebræo. Ex quo patet, quòd ab illo loco incipit arguere ſacerdotes: Et ſubditur reſponſio domini.*

7 Offertis ſuper altare meum panem pollutũ. *Panes enim propoſitionis debebãt per manus ſacerdotum piſtari, formari, & dequoqui: & ipſi ad euitandum laborem faciebant per alios hoc fieri, vt dicunt aliqui, Alij verò dicunt, quod dicitur hic panis pollutus, eò quòd erat de tritico per rapinam acquiſito formatus.* F

8 Et dicitis. *Vos malè excuſando.* In quo polluimus te? *Et ſubditur domini reſponſio.*

9 In eo quod dicitis. *Id eſt, facto oſtendiſtis.*

10 Menſa domini, &c. *Per hoc enim quod ponitis ibi panẽ prædicto modo formatum, dehonoratis eam. Et ad hoc inducit exẽplum, dicens.*

11 Et ſi offeratis claudum & lan. *Scilicet animal indebitum ſuper altare holocauſtorum.*

12 Nónne malum eſt. *Q.d. Sic: quia hoc eſt prohibitum in lege.*

13 Offer illud du. tuo. &c. *Q.d. ſi offeres illud principi terreno qui eſt cinis & puluis, non placeret ſibi: nec propter hoc exaudiret preces tuas, & multo minus debent talia Deo offerri, ideò ducit eos ad pœnitentiam, dicens:* Et nunc deprecamini vultum Dei, &c.

✠ Quis eſt in

MORALITER.

✠ 6 *Dicit dominus exer. ad vos, &c.* Inquantum pollutus labiis nominant ipſum, & deſpici faciunt ab aliis per ſuũ malum exẽplũ.

7 *Et dixiſtis, &c.* Nam ſacerdotes mali nituntur excuſare peccatum ſuum. Et ſubditur Dei reſponſio, cum dicitur.

8 *Offertis ſuper alt. &c.* Id eſt, Euchariſtiam, quæ licet in ſe ſit mundiſſima, tamen indignè offerenti cedit ad graue peccatum Vel per panem poteſt hic accipi Dei verbum, quod ab eis propoſitum dicitur pollutum, quia ſicut dicit Gregor. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.

† *Si offeratis ſecum, &c.* Cæcũ offerre, eſt facere bonũ opus de genere, tamẽ indiſcretè, Claudũ offerre eſt facere bonum opus praua intẽtione, ſicut eleemoſynã dare pauperi mulieri, vt ſcilicet ad fornicationem pertrahatur. Languidum offerre, eſt bonũ opus de genere facere, tamen cum hoc viuere luxurioſè. Talis autem oblatio non eſt accepta coram Deo, ideò ſequitur.

✠ Et nunc

a dicit dñs exercituum. Et nunc deprecamini vultum * Dei, †
vt miſereatur † veſtri: de manu enim veſtra factum eſt hoc:
¶ Quod improperaui vobis.
† ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit dominus exerci-
a ¶ Ex hoc oſtenditur acceptior Deo eſſe ſeruitus illa quæ in præſenti mercedem non poſtulat.
tuum. † Qũis eſt in vobis qui claudat oſtia, & incendat altare 1
¶ Qui immundi offertis.
b meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit domi- 2
a ¶ Sanguinem hircorum & taurorum, ſed thymiama orationum.
nus exercituũ: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. † Ab 3
a ¶ Non in vna Iudæa vel ſola Ieruſalem, vnde Saluator. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi. 4
ortũ enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ 5

[* quæſo]

☞ adorandum. Languida & omni infirmitate depreſſa, quæ non A habet Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Huiuſmodi preces ſi offerant eccleſiarum principi, aut cuilibet erudito ſapientiq́ue doctori, nónne repudiabuntur?

a *Et nunc, &c.* Quia obtuliſtis debiles hoſtias, & omnia quæ dixi feciſtis, agite pœnitentiam, ſi quomodo miſereatur [† noſtri.] noſtri Deus. Nullus enim ex miniſtris [† nunquid recipiet ex vobis facies] meis eſt, à maiore vſque ad minimum qui non accipiat à [† 1.q.3.c.1.] me mercedem laboris ſui de decimis & de his quæ à populo offeruntur.

[Regula theologica] b *Non eſt, &c.* Regula ſcripturarum eſt, vbi manifeſtiſſima prophetia de futuris texitur, per in- B certa Allegoriæ non extenuare quæ ſcripta ſunt. Increpat ergo ſacerdotes Iudæorum, qui offerunt non idonea ad immolandum, vt ſciant carnalibus victimis ſpirituales ſucceſſuras.

DE ABROGATIONE *ſacrificiorum legalium, & inſtitutione Miſſæ, id eſt, ſacrificij corporis & ſanguinis Chriſti, ſub nouo teſtamento, ex hoc loco Malachiæ.*

Ex teſtimoniis Hebræorum.

1 [lib. de adu. Meſſiæ, ad R.Iſaac.ca.20.] ✠ R. Samvel Marrochianus. Timeo domine mi, quod Deus eiecit nos à ſe, & ſacrificium noſtrum, & acceptauit ſacrificium gentium, ſicut dixit per os Malachiæ. *Non eſt mihi voluntas in vobis, &c.* Ergo apud Deum ſacrificium gentium eſt mundius quàm noſtrum. Et vnde eſt nobis domine mi, quod nos deteſtamur in gentibus ſacrificium panis & vini, [Exod.25. Num.21.& 28.] quod ſtatuit Deus, & in nullo reprobat, ſicut reprobat ſacrificiũ [3.Reg.18.] carnium? Nam in pluribus ſcripturæ locis, Deus præcepit fieri ſacrificium de pane, & farina puriſſima, & acceptabit illud, & tale ſacrificium eſt hodie gentium.

2 [Com.in ca.28.Num. Gen.14.] ✠ R. Pinhas filius Iahir. Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia ceſſabunt, & ſacrificium panis & vini nunquam ceſſabit, ſicut dictum eſt, *Melchiſedech obtulit panem & vinum*, Melchiſedech, id eſt, Meſſias rex totius mundi, iuſtiſſimus, *excepit panem & vinum*, hoc eſt, ſeparabit à ceſſatione ſacrificiorum, ſacrificiũ panis & vini, vt dictum eſt Pſalmo 110. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.*

3 [In c.28.Nu. Gen.49. Iudic.9.] ✠ R. Iochai. Tempore Meſſiæ omnia ſacrificia deficiẽt ſacrificium verò panis & vini nunquam deficiet, ſicut ſcriptum eſt: *Ligans ad vitem ciuitatem ſuam*, Id eſt, corpus ſuum. Corpus enim ciuitas eſt animæ. Item: *Nunquid poſſum deſerere vinum meũ quod lætificat Deum & homines?* Et homines quidẽ lætificat: Deo C autem in quo lætitiam adfert? In ſacrificio quod de ipſo fiet.

4 [In Pſal.74.] ✠ R. Ionathan filius Vzielis. Et erit ſacrificium panis in terra, in capite montium eccleſiæ. Videat qui habet oculos quod (ſicut dictum eſt) ille eſt Meſſias, de quo loquitur totus Pſalmus 72. Cùm ergo Dauid ait: *Et erit placenta frumenti in terra, in capite montium,* vult dicere: quòd placenta panis fiet ſacrificium in capitibus ſacerdotum, qui ſunt in eccleſia.

✠ R. Caha-

D 5 [In cap.49. Gen.f. Gen.49.] ✠ R. Cahana. Hæc verba: *Ligans ad vitem ciuitatem ſuam &c. Lauabit in vino veſtem ſuam.* oſtendunt quod ſacrificium quod fiet ex vino, non ſolum tranſmutabitur in ſubſtantiam ſanguinis Meſſiæ, ſed etiam conuertetur in ſubſtantiam corporis eius, in ſacrificio quod fiet ex pane, non obſtante quod albũ ſit velut lac, conuertetur ſubſtantia in ſubſtantiam corporis Meſſię, eritq́ue in ipſo ſacrificio ſubſtãtia ſanguinis Meſſiæ rubra vt vinum. Erunt item in ſacrificio vini ſanguis & caro Meſſiæ, & eadem erũt in pane. Quoniã corpus Meſſiæ non poteſt diuidi. [† Pſal.49.a. & 112.a.] Præterea, caro ſine ſanguine, & è cõuerſo, ſunt res mortuæ: corpus verò Meſſiæ poſt reſurrectionem, quia glorificatum erit, ſemper viuet. E

6 [In cap.25. Exod & 28. Num.] ✠ Ivdas, Quare Num.28. Dicatur *panis facierum,* ratio eſt quia tranſmutabitur, cùm ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui deſcẽdet de cœlis. Et ipſe idem erit ſacrificium. Et magiſtri dicunt, eam ob rem dictum eſſe *panem facierum,* quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas.

7 [lib. Reuela. ſecretorum.] ✠ Rabbenv Haccados, ex R. Simeone. Hoc eſt ſacrificium, quòd poſtquàm venerit Meſſias facient ſacerdotes coram Deo ſancto & benedicto. Tunc enim ceſſabunt, omnia ſacra quæ prius fiebant. Facient autem ſacrificium illud ex pane & vino. Tunc Deus miſericordia implebitur, & virtute ingenti ſanctorum verborum quæ ab ore ſacerdotum manabũt, illud & omne ſacrificium quod in vna quaque ara celebrabitur in corpus Meſſiæ conuertetur.

Ex teſtimoniis Græcorum patrum.

1 [lib.7.conſt. Apoſt.c.31. tranſl.Oſtũ.] ✠ Clemens Rom. Die reſurrectionis conuenite aſſiduè gratias agentes Deo, & confitentes de beneficiis quæ in nos cõtulit per Chriſtum, liberans nos ab ignorantia, errore, vinculis vt careat reprehenſione ſacrificium noſtrum, & facilè aſcendat in Deum, qui de œcumenica ſua Eccleſia dixit: In omni loco offertur mihi incenſum, & ſacrificium mundum, quoniam rex magnus ego ſum, & dominus omnipotens, & nomen meum admirabile inter gentes.

2 [Dialogum cum Triph.] E ✠ Ivstinvs Martyr. Verè pontifices Dei reddimur, ſicut ipſe Deus teſtatur dicens: quod vbique gentiũ offeruntur ei puræ gratæq́ue victimæ. A nemine autem Deus victimas, niſi per ſacerdotes ſuos accipit. Vnde certò conſtat, quòd huius nominis ſacrificia quæ Ieſus Chriſtus tradidit, hoc eſt, Euchariſtiã panis & poculi, vbique terrarum apud Chriſtianos fiant, Deus accipiat, & grata ſibi eſſe teſtetur. Veſtra verò & à veſtris oblata recuſat dicens; *Victimas veſtras non accipiam de manibus veſtris: quoniam à ſolis ortu vſque ad occaſum, &c.*

☞ ✠ Irenævs

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quis eſt in vo. *Quaſi diceret: Nullus de vobis impendit mihi officia iſta gratis, quia oſtiarij templi & illi qui nutriebant ignem in altari, habebant inde magnum emolumentum.*

2 Non eſt mihi. *Hic conſequenter concluditur ſacrificium Deo gratum, excludendo prædictum offerendi modum, cùm dicitur:* Nõ eſt mihi. *Id eſt, beneplacitum propter malum veſtrum.*

3 Et munus non ſuſcipiam de manu veſtra. *Quia ſacrificia veteris legis non erant accepta, niſi ex bonitate offerentis, ideò dicitur Gen.4.a.* Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius, *id eſt, ad bonitatem Abel principaliter, & ad eius munera conſequenter.*

4 Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, &c. *Id eſt, per orbem vniuerſum.*

5 Magnum eſt nomen meum in Gen. *Quod exponit* Ra.Sa. *dupliciter. Vno modo, quia licet Gentiles adorarent idola vt Deos, tamen dicebant Deum cœli & terræ excellentiorem illis diis: ſed ab hac expoſitione diſcordat quod ſubditur.*

✠ Et in omnibus

MORALITER.

✠ † *Et nunc depre.* Vt miſereatur veſtri, & patet.

1 *Quis eſt in, &c.* Hic arguit ingratitudinem ſacerdotum, di. *Quis eſt in vo.* Id eſt, ſeruiat in eccleſia gratis, quaſi diceret nullus, quia de patrimonio crucifixi lautè viuunt, & pauci officium debitum faciunt, ideò de ipſis ſubditur.

2 *Non eſt mihi voluntas in vobis, &c.* Id eſt, officium veſtrum non eſt mihi gratum.

3 *Et munus.* Id eſt, inquantum eſt à vobis: tamen acceptum eſt inquantum eſt à Deo, ſicut euchariſtia eſt accepta Deo, licet ſit à malo ſacerdote oblata.

4 *Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, &c.* Id eſt, orationes ſimplicium bene viuentium acceptæ mihi ſunt vbique terrarum.

2 Non

☞ A 3 lib.4.adu. hæref.c.32. ✠ Irenævs Martyr. Christus discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eũ qui ex creatura panis est accepit, & gratias egit dicens: Hoc meũ est corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamẽti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento. de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam à solis ortu, &c.*

4 lib.1. Dem. Euang.c.10. ✠ Evsebivs Cæsariensis. Ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia munda, &c. Igitur & sacrificamus & incendimus, alias quidem memoriam magni illius sacrificij, secundum ea, quæ ab ipso tradita sunt mysteria celebrantes, & gratias Deo pro salute nostra agentes, religiosósque hymnos & orationes sanctas illi offerentes &c. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis, & sacrificium Deo plenum odorem afferens. Sacrificamus nouo more, secundum nouum testamentum, hostiam mundam.

5 In Psal.95. ✠ Chrysost. Ecclesia quæ Christũ vbique Christũ circũfert, à nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per prophetã. Nam & B ecclesiã exprimens synceritatẽ, & alterius populi ingratitudinẽ traducens, ad illos loquitur: *Non est voluntas mea in vobis, nec accipiam victimas de manibus vestris: quoniam &c.* Vide quàm luculenter, quámque dilucidè mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. Thymiama verò purum appellat sacras preces, quæ post hostiam offeruntur. Est igitur hostia pura, prima quidem mystica mensa, cœleste summéque venerandum sacrificium.

6 Comm.in hunc locũ. ✠ Theodoretvs. Nam omnium habitatores terrarum, quas sol exoriens & occidens suis radiis illustrat, cùm vbique incensum offerent, tum etiam Sacrum purum; & mihi gratum conficient.

7 lib.4.de fid. orth. c.14. ✠ Damascenvs. Hoc illud (Eucharistia) est purum, & incruentum sacrificium, quod Dominus à solis ortu vsque ad occasum oblatum iri per prophetam prædixit. Corpus ac sanguis Christi est, ad animæ & corporis nostri incolumitatem tẽdens, quòd nec consumitur nec corrumpitur, verùm ad nostram substantiam & conseruationem tendit, atque omne incommodum propulsat: eámque vim habet, vt spurcitiem omnem abstergat.

Ex testimoniis patrum Latinorum.

1 Epist.ad Burdeg.c.3. ✠ Martialis. Discipulus Christi Iesu. Dum altaria dæmonum in puluerem redigerentur, aram ignoti Dei ad consecrationem reseruari iussimus, qua dedicata in nomine Domini Dei Israel, & ipsius testis Stephani, cultum Dei in ea frequẽtari. C Sacrificium enim Deo Creatori offertur in ara, non homini, nec angelo. Nec solum in ara sanctificata; sed vbique offertur Deo oblatio munda, sicut testatus est:* cuius corpus & sanguinem in vitam æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiã immolauerunt, nos causa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio nobis vitam præstandam & mortem effugandam: hoc enim ipse Dominus noster iussit nos agere in sui commemorationem. Luc.22. Matth.26. Mar.14. 1.Cor.11.

* Malac.1.

2 lib.3.adu. Marc.c.22. ✠ Tertvllianvs. Concurrit Malachiæ prophetia: Non est voluntas mea dicit dominus, & sacrificia vestra non accipiam, quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, nomen meum glorificatum est in nationibus, & in omni loco sacrificiũ nomini meo offertur, & sacrificium mundum, gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni. Quæ omnia quum in te quoque deprehendantur, & signaculum frontium, & Ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum, debet iam erumpere vbi dicas Spiritum creatoris tuo Christo prophetasse. *Idem sacrificium Eucharistiæ disertè confirmat, lib.de cultu fœminarum, cap.11. lib.de corona militis: l.de velandis virginibus: lib.de exhortatione ad castitatem: lib.de oratione: lib.ad Scapulam, &c.*

3 li.1.testimoniorũ. adu. Iudæos. ca.16.&17. ✠ Cyprianvs Martyr. Quod sacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebraretur, apud Esaiam, cap.1. Item in Psalmo 49. Item in Psalmo quarto. Item apud Malachiam. *Non est mihi volũtas circa vos, dixit dominus, &c.* Quod sacerdotium vetus cessaret, & nouus sacerdos veniret, qui in æternum futurus esset, in Psalmo 109.

Ser.de cœna Dom. ✠ Idem. Propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbata, abominatur D solẽnia, odoramẽta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris indignatione districta testatur. Sed hierarcha pius quem Spiritus sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium repræsentans, confidenter orat pro sua & populi ignorantia, &c.

Esa.1. Malach.1.

4 lib.18.de ciuit.c.35. ✠ Avgvstinvs. Malachias prophetans ecclesiam, quam per Christum iam cernimus propagatam, Iudæis apertissimè dicit ex persona Dei. *Non est voluntas mea, &c. In omni loco sacrificabitur & offeretur nomini meo oblatio munda, &c.* Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cũ in omni loco à solis ortu vsque ad occasum iam videamus offerri: sacrificium autem Iudæorum cessasse negare non possunt: quid adhuc expectant alium Christum, &c.

lib.19.de ciuit.c.23. ✠ Idem. Cessaturas victimas, quas in vmbra futuri offerebant Iudæi, & vnum sacrificium gentes *à solis ortu vsque ad occasum*, sicut iam fieri cernimus, oblaturas, per prophetas Hebræos oracula increpuêre diuina.

lib.1.contr. adu.legis. cap.20. ✠ Idem. Nouerunt qui legunt, quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraham, & iam sunt participes eius, vident tale sacrificium nunc offerri Deo toto orbe terrarum. Dei autem iuratio (Psal.109.) incredulorum est increpatio. Et quòd Deum non pœnitebit, significatio est, quia hoc sacerdotium non mutabit: Mutauit quippe sacerdotium secundum ordinem Aaron. Vnde propheta: *Non est mihi voluntas in vobis, & hostiam non accipiam de manibus vestris.* E Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hoc non accipiat, addit: *Quia à solis ortu vsque ad occasum, in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia pura.* Ecce quod est secundum ordinem Melchisedech.

Orat. cont. Iudæos.c.9. ✠ Idem. Aperite oculos (ô Iudæi) & videte ab oriente sole vsque ad occidentem: non in vno, sicut vobis fuerat constitutũ sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuilibet Deo, sed ei qui ista prædixit, Deo Israel.

5 In c.52.Isa. ✠ Hieronymvs. In omnem terram exiuit sonus Apostolorum & in terminos orbis terræ verba eorum, & in omni loco offertur Deo sacrificium, incensum, & hostia munda, quando propheticus sermo completus est.

In c.1.Mal. ✠ Idem. Sciant Iudæi nequaquã taurorumq́; hircorum sanguinem, sed thymiama, hoc est, sanctorum orationes Domino offerendas; & non in vna orbis prouincia Iudæa, nec in vna vrbe Hierusalem, sed in omni loco offerri oblationem nequaquã immundam, vt à populo Israel: sed mundam, vt in ceremoniis Christianorum.

6 Comm.in hunc locũ. ✠ Remigivs. *Non est mihi voluntas, &c.* Loquitur ad sacerdotes qui illicitas victimas offerebant, & ideò voluntas Dei quẽ exacerbabant non erat in eis. Simile etiam docet carnalibus eorum victimis, spirituales victimas successuras: nec in vna tantum prouincia Iudæorum, sed in omni loco offerri Deo mundam oblationem. Hoc est sacrificium quod nunc frequentat F Ecclesia.

7 lib.1.contr. Iudæos, paulò pòst medium. ✠ Ivlianvs Pomerius, Archiepis. Tolet. Ecce dies qui prænunciati sunt, iam venerunt, nullúsque sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicumque ex eius genere est homo, cùm videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum substractum fuisse, deficiunt oculi tabe mœroris, & prælo amaritudinis. De hac reprobatione Malachias dicit. *Munus non suscipiam (dicit dominus) de manu vestra, &c. In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, &c.*

lib.1.de officiis eccle. c.de sacrif. ✠ Isidorvs Hispal. Sacrificium, quod à Christianis Deo offertur, primùm Christus instituit, quando commendauit Apostolis corpus & sanguinem suum priusquam traderetur: sicut legitur in Euangelio. Hoc Melchisedech figuraliter in typum corporis & sanguinis Christi primus obtulit, primúsque mysterium tanti sacrificij imaginariè expressit, præferens similitudinem Domini sacerdotis æterni, cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Hoc ergo sacrificium celebrare Christianis præceptum est, relictis ac finitis Iudaicis victimis, &c.

Psal.109. Luc.22. Malach.1.

9 In Psal.33. ✠ Beda Venerabilis. Christus legalia sacrificia secundum ordinem Aaron prius instituta, conuertit in sacrificia panis & vini secundum ordinem Melchisedech qui primus ea obtulit.

10 lib.2.contr. Iudęos, c.4. ✠ Petrvs Venerabilis. Vide Iudæe, quomodo in loco offertur Deo oblatio mũda. Vide extructas per vniuersum orbẽ Christi ecclesias: altaria in omni loco sacrata: agnum Dei quẽ in cruce peremisti, super eadem altaria, in eisdem ecclesiis, omnipotenti patri incessanter pro mundi salute offerri, &c.

☞ *Et vos polluistis,*

☞ A Hieronym. Remigius. a *Et vos polluistis illud.* Propterea ô sacerdotes Iudæorum in omni loco offertur mihi oblatio munda, & est magnum nomen in Gentibus, quia dicitis, Mensa domini conta.est, quia deerat ornatus templi. Putabant reuersi de Babylone minorem esse cultum religionis, quos dominus redarguit. Vel ita potest dici: Polluistis nomen meum in eo quod dicitis: Quid prodest si offeramus optima? qualiacumque offeratur, igne sunt deuoranda.

b *Et dixistis.* Dixistis de captiuitate reuersi sumus, prædæ hostibus fuimus, labore viæ & paupertate attriti sumus, qualiacumque habemus offerimus, & hoc dicẽdo exufflastis, id est, per exufflationẽ indigna fecistis vestra sacrificia: & ideò non suscipiam.

B c *Maledictus.* Quidquid humanus animus in excusatione sui peccati potest inuenire, & falsa satisfactione defendere, hoc prouidens diuinus sermo, corrigit & condemnat. Q. Quia offertis languida, & hæc de rapinis & fletibus miserorum, & insuper dicitis de labore & paupertate offerimus quod habemus, propterea audite quod infero. *Maledictus dolosus, &c.* His verbis ostendit habere eos quæ optima sunt, & offerre quæ mala sunt. D

Allegor. Potest per male dictum & dolosum designari populus Iudæorum, qui de grege suæ gentis habebat masculum agnum scilicet qui tollit peccata mundi de quo fecerat votum, quòd venientem susciperet. Sed quando vidit hærentem cornibus inter virgulta, noluit eum immolare, scilicet suscipere, sed obtulit debile eligẽs Barrabam: per quem signatur diabolus. Sed quia Christus erat rex magnus super omnia, ideò Gentes nomẽ eius cũ formidoloso honore venerãtur. Aliter. Aliquãdo homo bene creatus à Deo habet ingenium aptum sacris disciplinis, sed tradit luxuriæ & inertiæ & habens masculum, offert debile, id est, orationem aliqua animi perturbatione corruptam: hic sentiet in se esse completũ quod scriptum est: *Potentes potenter tormenta patientur.* E

Ioan.1.d. Gen.22.b. Matth.27.e. Sap.6.a.

† incẽsum offertur

* &

† Ecce qualis labor? quantum hostiã flatu poteratis deiicere.

† cibus eius contemptibilis est ad manducandum.

† Amo.5.f.

a ¶ In ceremoniis Christianorum.
in Gentibus, & in omni loco † sacrificatur & offertũr nomi- 1
ni meo * oblatio munda, quia magnum est nomen meum in 2
a ¶ Et cum nomen meum sit ita magnum futurum in Gentibus, vos principes Iudæorum illud polluistis. Sic enim vaticinium futurorum texit, vt præsens tempus non deserat.
a Gentibus, dicit dominus exercituum. Et vôs polluistis illud 3
a ¶ Altare pollutum putatis, & holocausta superposita, & ignem qui deuorat, Nec intelligitis Deum non quærere aurum & gemmas & multitudinem hostiarum, sed offerentis deuotionem.
in eo quod dicitis, mẽnsa domini contaminata est, & † quod 4
superponitur cõtemptibile est cum igne qui illud deuorat: 5 6
¶ Nec sufficit prioris sermonis impietas, sed dixistis etiam.
b & dixistis: † Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit dominus 7
exercituum. Et intulistis de rapinis claudum & languidum, 8 9
¶ Ergo. ¶ Tale.
& intulistis munus. † Nunquid suscipiam illud de manu ve- 10
c stra, dicit dominus exercituum: Maledictus dolosus qui ha- 11 12
a ¶ Si non habes masculum, non nocet tibi maledictio.
bet in grege suô masculum, & votum faciens immolat debi- 13
le domino. Quia rex magnus ego, dicit dominus exercituũ: 14 15
a ¶ Etsi Iudæi contemnant.
& nômen meum horribile in Gentibus. 16

☞ Cap.

Nicolavs de Lyra.

1 Et in omni lo. *Quia si Gentiles cum Deo cœli idola colentes Deo facerent oblationem, illa non esset munda coram Deo, quia ab idololatris esset oblata, & ideò cùm hoc ponit aliam expositionem dicens, quòd iste passus intelligitur de Iudæis inter Gentiles per orbem dispersis, Deũ adorantibus deuotè, quorum oratio dicitur hic munda oblatio, & per* C *eos nomen domini prædicatur magnum in terris Gentilium. Sed istud non videtur verum. Non enim est verisimile, quòd illi qui erant dispersi inter Gentiles idololatras, tempore Malachiæ essent iustiores & mundiores quàm illi sacerdotes, qui redierant de Babylonica captiuitate: quos hic arguit, vt dictum est: sed magis sequebantur mores Gentilium inter quos habitabant. Propter quod dicendum, quòd iste passus loquitur ad literam de sacrificio nouæ legis quod est Eucharistia, quod est mundissimum & Deo acceptissimum. In omnibus etiam terræ nationibus sunt aliqui Christiani hoc sacrificium offerentes, & cùm dicitur hic.*

2 Quia ma.est. *Loquitur propheta de futuro per modum præsentis propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et vos pol. *Hîc consequenter propheta arguit populares, quia illi qui debebant offerre oblationes mundas & electas, offerebant de peioribus, vt videbitur infrà, & ideò hic arguuntur, cùm dicitur:* Et vos polluistis illud. *Scilicet nomen meum, quantum in vobis est.*

4 In eo quod dicitis. *Sicut & sacerdotes.*

5 Mensa domini conta.est. *Id est, potest ibi fieri licitè oblatio de minoribus bonis.*

6 Cum igne qui il.deuo. *Id est, cùm igne qui seruatur semper in altari holocaustarum ad cremandum adipes sacrificiorum, qui poterat fieri ex quibuscumque lignis. Et eodem modo arguebant de sacrificiis ibi offerendis.*

7 Et dixistis. *Vos mendaciter excusando.*

8 Ecce de la. *Id est, cum magno labore potuimus talia sacrificia offerre propter paupertatem nostram.*

9 Et exuf.il. *Id est, bonum quòd debebat offerri, reduxistis quasi ad nihilum.*

10 Et intu.de ra.&c. *Ita quod erat ibi duplex peccatum, vnum contra proximum, scilicet rapina, & aliud contra Deum, scilicet offerendo lege prohibitum, ideò sequitur.* F

11 Nunquid suscipiam. *Acceptando. Et quod ista intelligantur de popularibus offerentibus, ostenditur per hoc quod subditur.*

12 Maledictus dolo.&c.mas. *Id est, animal bonum & aptum ad sacrificandum Deo.*

13 Et vo. fa. *De sacrificio Deo offerendo.*

14 Immolat debile. *Id est, animal languidum, vel alias ineptum ad offerendum.*

15 Quia rex ma.ego. *Scilicet super omnem creaturam.*

16 Et nomen meum hor. *Id est, timendum.*

✠ Nicol

Moraliter.

3 *Et vos polluistis.* Exponatur vt supra.

✝ Moral

Additio I.

In cap.1. Malachiæ, *vbi dicitur in Postilla.* Ego autem dilexi Iacob, &c.

Per dilectionem Iacob, videtur intelligi potius in hoc loco ipsa electio Iacob seu prædestinatio quæ fuit ab æterno. Similiter per odium Esau intelligitur eius reprobatio æterna seu ab æterno, & hoc videtur ex verbis Apostoli ad Rom.9.c.dicentis: Cum enim nondũ nati fuissent, aut aliquid boni aut mali egissent, &c. *Et sic dilectio Iacob & odium Esau in hoc loco non videtur dicenda signa electionis & reprobationis, prout in postill. sed potius per eam intelliguntur ipsa electio & reprobatio.*

Additio II.

In eo.cap. *Vbi dicitur in Postill.* Quid in vobis claudat ostia? &c, *Litera Hebraica sic habet in hoc loco: Quis in vobis qui claudat ostia? & non incendatis altare meum gratis seu frustrà? non enim est mihi voluntas in vobis &c. quod quia ex demeritis eorum munera sua & sacrificia non erant Deo grata, ideò Deus quasi appetebat quòd aliquis clauderet ostia templi: sic quod nullus intraret ad incendendum altare scilicet cum sacrificiis, & hoc est quod dicit litera: Quis in vobis qui claudat ostia? id est, vtinam esset in vobis qui clauderet ostia templi. Et non incendatis altare meum, id est, sic clauso templo, non incendetur super altare meũ aliquid gratis, id est, frustrà. Ratio autẽ quare Deus volebat, quòd clauderentur ostia templi, subditur cùm dicit.* Non est mihi volũtas in vo.& munus non accipiam de manu vestra. *Quasi dicat, non sunt accepti offerentes, nec oblata.*

Repl. *In principio Malachiæ, vbi dicitur: Iacob dilexi &c. Postil. exponit vt assumptam à Deo ad probandum ingratitudinem filiorum Israel. Assumptum autem illud exponit per modum effectus manifesti, scilicet quia Iacob obtinuit benedictionẽ paternã & hæreditatis promis-*

A

ADDITIO.

ſionem, quæ erant annexa primogenituræ Eſau abiecto, quod ſine Dei dilectione ex parte vna, & odio ex parte altera fieri non potuit: qui ſunt effectus dilectionis Dei manifeſti, Burgen. autem vult quòd dilectio & odium debeant hic recipi pro prædeſtinatione & reprobatione, non pro eorum effectibus, vt Poſtill. Ad probandum ſuum propoſitum: Burgen. adducit apoſtolum ad Ro. 9. Ibi dico, quòd apoſtolus adducit hoc dictum non quod ad effectum, ſed admirans de cauſa: oſtendens per proceſſum, D *quòd illius non ſit cauſa quærenda. Sic in propoſito: ſi propheta in perſona Dei volens populo oſtendere, quòd cum diligeret: oſtenderet per talia occulta ſapientiæ Dei, qualia ſunt prædeſtinatio & reprobatio, probaſſet populo dubiũ & ignotum per ignotius: ſicut ſi hodie ingratis & de dilectione Dei dubitantibus: dilectio Dei per viam prædeſtinationis perſuaderi deberet, plus dubitarent de antecedente quam de conſequente.*

CAP. II.

Ezech. 18. g. Hieronym. Remigius 1 *Et nunc &c.* Feciſtis quod impium eſt ad contemptum mei. Sed quia malo pœnitentiam peccatoris quàm mortem, etiam nunc per comminationem vos reuoco. Sed ſi nolueritis, po. ſu. cor. mittam in vos veram penuriã, vt non mentientes, ſed omnium rerum egeſtate coacti, dicatis vos non habere optima quæ offeratis. Vnde propriè ſacerdotibus dicitur, quòd ſi nõ dederint B gloriam nomini domini per ſuam bonã conuerſationem, patientur egeſtatem omnium bonorum. († etiã maledixi eis.) Hi quia non benedicunt ſanctis ex vero corde, ſed per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium, († corrumpam vobis ſemen.) non merentur Dei benedictionem.

✠ RVPERTVS. Senſus eſt. Quoniã noluiſtis audire, aut ponere ſuper cor veſtrum veritatem, miſit Deus in vos egeſtatem, mandando nubibus ſuis ne pluant ſuper vos imbrem, ſicut nunc patet, quia neque prophetiam, neque aliam gratiam cœleſtem habetis. Et maledixit benedictionibus veſtris, & iuxtà prophetam alium duplici contritione vos contriuit, vt non ſolùm Romani tollerent locum veſtrum & gentem, verumetiam maligni ſpiritus animas auferrent.

1. quæſt. 1. c. Maledicam. b *Et maledicam benedictionibus &c.* ✠ HIERONYMVS. Hoc eſt, quicquid à vobis benedicetur, per me erit maledictum. Hoc ergo intelligendum eſt de hæretico: illud autem ad Luciferianũ de eccleſiaſtico peccatore.

1. quæſt. 1. c. Multi. ✠ GREGORIVS. Siue per bonos, ſiue per malos miniſtros diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt, quia Spiritus ſanctus myſticè illud viuificat, qui quondam apoſtolico in tempore C viſibilibus apparebat operibus. Nec bonorum meritis diſpenſatorum ampliatur, nec malorum attenuatur: quia *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus.* Hoc de corpore & ſanguine domini noſtri, hoc etiam de baptiſmate, & chryſmate ſentiendum eſt & tenendum: quia virtus diuina ſecretius operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt virtus ſiue poteſtas, non humanæ efficaciæ, &c. Maledicam autem benedictionibus veſtris, hoc eſt, his quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis: ſeu, quicquid à vobis benedicitur, maledicã: vel, quoniam non benedicunt ſanctis ex vero corde: vel, quia qui iniquè agunt benedicuntur ab eis, adulantúrque peccatoribus, dummodo diuites ſint. († Leui 26. b.) († maledictionem) E

Hieronym. c *Ecce ego pro.* Pro peccatis ô ſacerdotes auferam à vobis quæ ſecundum legẽ ex hiſtoriis accipiebatis; ſcilicet brachium. id eſt, armum animalis dextrum, & diſper. ſu. vul. id eſt, facies veſtras fœtentes reddam putrida commixtione ſtercoris, vt tales ſitis qualia ſunt illa quæ offeruntur, & ipſum ſtercus aſſumet vos: ſic vt non differatis ab ipſo ſtercore, & ex eo quòd vos abiicio, intelligetis me eſſe qui quondam elegi patrem veſtrum Leui: & per Leui Aaron & dedi vobis gloriam ſacerdotis vt firmo pacto mihi in æternum miniſtraretis. Voluit Deus homines & maximè ſacerdotes maculam non habere, & brachium bonis operibus ornare. Sed quia nos omnia contrarium vertimus, proiicit & ſeparat Deus brachium, id eſt, opera noſtra à ſanctorum operibus: & cum præcipiatur nobis *vngere caput, & lauare faciem*, vel lauatis oculis Deum videamus: habemus facies (Matth. 6.) pollutas ſtercore viciorum, & illud ſtercus quo litæ ſunt facies aſſumit nos ſecum: quia omnia noſtra etiam in ſtercus verſa ſunt, cùm debuiſſemus mundi eſſe in ſolennitatibus Dei, & carnes agni comedere calciati. F

Hieronym. d *Pactum.* Deſcribit Deus quale habeat officium, & qualis debeat eſſe ſacerdos.

☞ ✠ REMIGIVS

CAPVT II.

¶ Igitur. ¶ O ſacerdotes. ¶ Eſt. a ¶ Qui maioris dignitatis & cui plus committitur, plus ab eo exigitur.

a Et nunc ad vos mandatum ô ſacerdotes. Si 1
nolueritis audire, † & ſi nolueritis ponere 2
a Bene viuendo. b ¶ Quod magnum in Gentibus.
ſuper cor, vt dẽtis gloriam nomini meo, ait
dominus exercituum, † mittam in vos 3
a ¶ Bonorum operum. b ¶ His quæ meis benedictionibus poſſidetis, vel quicquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum. c ¶ His veſtris benedictionibus.
b † egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & ma- 4
¶ Ideo. a ¶ Id eſt, noluiſtis intelligere quæ dicuntur.
c ledicam illis, quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego 5 6
† proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum ve- 7 8
ſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum, & aſſumet vos 9
ſecum. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt 10
a ¶ Per Leui intelligamus Aaron, & alios qui de ſtirpe Leui deſcenderant. 11
d eſſet pactum meum cum Leui, dicit dominus exercituum: 12

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

✠ 1 Et nunc ad. *Hic conſequenter arguit propheta ſacerdotes & populum de peccatis contra proximum licet cum hoc aliquid ponatur de peccatis contra Deum. Et diuiditur in duas partes, quia primò arguit* (Diuiſio) *ſacerdotes, ſecundò populares, ibi:* Nunquid. *Circa primum ponitur monitio. cùm dicitur:* Et nunc ad vos. *q. d. debetis diligenter attendere.*

2 Et ſi no. *Puniam vos, ideò ſequitur.*

3 Mittam in vos ege. *Quam ſupra modum timebant, quia auari & cupidi erant.*

4 Et ma. &c. *Id eſt, illis quæ conſueuiſtis benedicere, ſcilicet vineis & bladis & huiuſmodi, ita quòd erit penuria, ita exponit Ra. Sa. Et ſubditur cauſa.*

5 Quoniam non potuiſtis &c. *Scilicet exercere officium veſtrum: debito modo colendo Deum, & populum inſtruendo.*

6 Ecce ego proiiciam &c. *Auferendo à vobis virtutem & ſuſtentationem.*

7 Et diſpergam ſuper vultum &c. *Id eſt, ex celebrationibus huiuſmodi non reportabitis honorem: ſed confuſionem.*

8 Et aſſumet vos ſecum. *Scilicet ſtercus, ita quòd eritis contemptibiles, ſicut & ipſum.*

9 Et ſcietis &c. *Per experientiam meæ punitionis.*

10 Quia miſi ad vos. *Sacerdotes & Leuitas.*

11 Mandatum iſtud. *De cultu Dei & doctrina populi.*

12 Vt eſſet pactum &c. *Id eſt, cum tribu Leui, quæ fuit ad hoc electa à Deo Num. 2.*

✠ Pactum

MORALITER.

✝ 1 *Et nunc ad vos.* Secundum ſenſum literalem hic arguit propheta ſacerdotes Iudæorum de negligentia diuini cultus & regiminis ſubditorum, quod nunc contingit in prælatis & curatis pluribus Chriſtianorum: propter quod eis dicitur in pœnam.

3 *Mittam.* Id eſt, carentiam ſcientiæ & gratiæ; propter ingratitudinem enim Deus iuſtè ſubtrahit dona ſua à promotis in eccleſia, quando negligunt officia diuina.

4 *Et ma. &c.* Frequenter enim abſoluunt ab illis de quibus non poſſunt propter ignorantiam, vel quod peius eſt; propter quæſtum vel fauorem.

6 *Ecce* Subtrahendo à vobis protectionem angelicam.

7 *Et diſpergam, &c.* Quia ſolennitates eorum hodie ſunt communiter in conuiuiis & potationibus exceſſiuis & diſſolutionibus ineptis.

9 *Et ſcietis.* Per experientiam pœnæ gehennalis.

10 *Quia.* Quod tamen non ſeruaſtis: & quid ſit iſtud, oſtenditur cùm dicitur.

13 *Vt eſſet.* Id eſt, cùm Gente ſacerdotali.

✝ Pactum

☞ ✠ REMIGIVS. Pactum enim fuit cum Leui patriarcha, ex A Leui peruenit ad Aaron & poſteros eius. Pactum autem vitæ non intelligas vitæ iſtius, quæ nobis & cunctis animantibus (Ioan. 14.) communis eſt, ſed illius qui dicit: *Ego ſum via, veritas, & vita.* Dedi inquit, *ei timorem*, qui eſt initium ſapientiæ: *& à facie nominis mei pauebit*, mentis habitu tremorẽ exagitati corporis oſtendens, treméntſque ſermones meos. *Lex veritas fuit in ore eius,* (Iſa. 66.) hoc eſt doctrina ſimplex, & nulla mendacij macula fuſcata &c.

a *Labia enim ſacerdotis &c.* ✠ REMIGIVS. Hoc & in (Aggæi 2.) Aggæo legimus: *Interroga ſacerdotes legem.* Ad ſacerdotes enim diſciplina pertinet, vt interroganB ti de lege, reſpondeant. Hinc Paulus (Tit. 1.) ad Titum formam deſcribens ſacerdotis, *Vt potens,* inquit, *ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere.*

(lib. de cœle. Hier. ca. 12.) ✠ DIONYSIVS. Areopag. Quæri ſolet ab his qui diuinorum librorum ſtudio & amore flagrant, ſi extrema integrè non communicant ſummis, quam ob cauſam Sacerdos homo inter homines, Domini omnipotentis angelus D à Sacra ſcriptura nominatur? &c. Nihil (vt reor) abſurdum eſt, ſi Sacerdotem quoque hominem Theologia angelum vocat, qui pro viribus angelicæ proprietati docendo participat, atque ad angelorum ſimilitudinem (vt homini poſſibile eſt) per nunciãdi officium nititur.

(Hieronym.) b *Vos autem &c.* Ego volui, vt haberetis doctrinam & veritatem, *Vos autem receſſiſtis.* Quidquid dictum eſt priori populo, nobis dictum putemus: vt qui fuimus cultores Dei, veritati mendaciũ non præferamus.

(Eſdr. 9. a.) c *Nunquid.* Sicut ex lectionibus Eſdræ colligitur, reuerſi de Babylonia tam principes & ſacerdotes E quaſi reliquus populus, vxores ſui generis quæ paupertate & labore viæ infirmitatem contraxerunt, eiecerunt, & filiabus alienigenarũ ætate & diuitiis florentibus ſe copulauerunt. Sicut ergo (1. Eſd. 10. b.) Eſdras corripiebat peccãtes, ſic iſte Malachias eos prouocat, vt eiectis alienigenis antiquas vxores recipiant.

☞ Tranſgreſſus

Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei * timo- 1
a ¶ i. doctrina Apoſtolorum nullo polluta mendacio, ſed tota de fonte veritatis procedens. 2
rem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veri- 3
a ¶ Qui imitatur eum qui peccatum non fecit inuentus dolus in ore eius. 4
tatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labiis e- 5
a ¶ Quia & ipſe in ſe habuit pacem & alios pacificauit. b ¶ Sicut Enoch qui tranſlatus eſt.
ius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos a- 6
a ¶ Si ſacerdos non corripit delinquentes ſacerdotis officium præterit. 7
b ¶ Donec congruo tempore proferunt.
a uertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcien- 8
a Si ſacerdos de lege interrogetur, doceat, reſiſtentes conuincat, alioqui fruſtra dignitatem iactat, cuius non exhibet operationem. b ¶ Subditi. c ¶ Exponit nomen ſuum Eſdras ſacerdos Dei, id eſt, Malachi qui angelus domini appellatur, voluntatem Dei nuncians hominibus. †
tiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus dominus 9
a ¶ Recta quam monſtraui. b ¶ Mala conuerſatione veſtra.
b exercituum eſt. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis 10
a ¶ Vitæ & pacis & cæterorum quæ pertinent ad officium ſacerdotis. 11
plurimos in lege. Irritum feciſtis pactum Leui, dicit dominus 12
a ¶ Qui prius glorioſi & reuerendi. 13
exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles 14
a ¶ Viles. b ¶ Inter omnia peccata ſacerdotum quaſi maximum notatur, quia non cauſas ſed perſonas conſiderent, & deſpecto paupere iuſto, diuites honorent.
& humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, &
a ¶ Perſonarum. b ¶ Abraham, à quo omnes Iudæi originem habent.
c accepiſtis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium 15
a ¶ Qui ex Abraham omnium noſtrum genus eligit. 16
b ¶ Quare fratrum noſtrorum abiicimus filias & relicto pacto patrum accipimus vxores non ex lege?
noſtrum? Nunquid non vnus Deus creauit nos? Quare ergo 17 18

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Pactum meum. *Id eſt, lex.*

2 Fuit cum eo vitæ & pacis &c. *Fuit enim promiſſum à Deo quòd populus in pace viueret ſi legem ſeruaret, & ſic fuit adimpletum quandiu hoc ſeruauit, vt patet ex decurſu veteris teſtamenti.*

3 Et dedi ei timorem. *Scilicet Moyſi & Aaron, & pluribus ab eis* C *deſcendentibus, qui Deum timuerunt.*

4 Lex veritatis fuit &c. *Ad docendum populum.*

5 Et iniquitas non eſt inuenta &c. *Quod enim Aaron fecit vitulum conflatilem, fuit ex timore mortis vt dictum fuit plenius, Exod. 32. nec ipſi nec alij Leuitæ crediderunt, quod in vitulo eſſet aliquid numinis. Quod patet ex hoc quòd tota tribus Leui iunxit ſe Moyſi ad interficiendum illos qui peccauerunt in idololatria vituli, Exod. 32.*

6 In pace, & in æquitate, &c. *Iuſtè, viuendo & me deuotè colendo.*

7 Et mul. &c. *Populum docendo: hoc enim pertinet ad officium Leuiticum, & potiſſime ſacerdotum, ideò ſubditur.*

8 Labia enim ſa. *Et ſubditur cauſa.*

9 Quia an. &c. *Habet enim officium angelicum ſcilicet colere Deũ, & diligere populum, ſicut angeli in miniſterium miſſi propter ſalutem electorum* ſemper vident faciem patris qui eſt in cœlis Matt. 18.

10 Vos autem. *Sacerdotes & Leuitæ huius temporis.*

11 Receſſ. *Quam tenuerunt Moyſes & Aaron & alij iuſti.*

12 Et ſcandalizaſ. *Id eſt, fuiſtis eis occaſio delinquendi. Eſt enim ſcandalum impactio pedis ad aliquid, quod facit incedentem ruere: malicia autem ſacerdotum & doctorum facit errare populum: vnde dicit Saluator:* Cæci ſunt & duces cæcorum: ſi autem cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *Propter quod dicit* (Matth. 15. b.) *Greg. in paſtorali. Cùm paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt* F *grex ad præcipitium ſequatur.*

13 Irritum fe. pa. *De officio ſacerdotij.*

14 Propter quod &c. contempt. &c. *Id eſt abiectos.*

15 Et ac. fa. in le. *Iuſtificantes impium pro munere, ſacerdotes enim iudicabant populum maximè poſt reditum de Babylone.*

16 Nunquid. *Poſtquam reprehendit ſacerdotes & Leuitas de malo regimine populi, hic conſequenter arguit cæteros de contemptu proximi & primò in generali, cùm dicitur.* Nunquid non. *q. d. Sic, ſcilicet Adam, vt dicunt aliqui, vel Abraham ſecundum alios, & eſt verbum prophetæ.*

17 Nunquid non vnus. *q. d. Sic: quia omnes animæ humanæ creantur à Deo immediatè.*

18 Quare ergo deſpi. *Propter paupertatem ſuam. q. d. non habemus cauſam.*

✠ Violans pactum

MORALITER.

✝ 1 *Pactum.* Id eſt, exemplaris vitæ & pacis fraternæ, & hoc fuit obſeruatum à ſacerdotibus primitiuæ Eccleſiæ, & poſtea longo tempore, de quibus adhuc ſubditur.

3 *Et dedi, &c.* Scilicet filialem qui cauet Dei offenſa.

4 *Lex.* Docendo populum publicè & ſecretè.

5 *Et iniquit. &c.* Per viam exemplarem & ſanam doctrinam.

8 *Labia.* Id eſt, ſacerdotum accipiendo ſingulare pro plurali.

† *Cuſtodi.* Id eſt, cuſtodire debent ſcientiam ad ſalutem animæ pertinentem, & ſubditur cauſa, cum dicitur.

9 *Quia an.* Id eſt, medius inter Deum & populum: quia pro populo debet Deum exorare, & Dei mandata populo nunciare & ſic fuit temporibus præteritis. Et conſequentur oſtenditur quid ſit modernis, cum dicitur.

10 *Vos.* Scilicet mandatorum Dei.

12 *Et ſcand.* Ex modo veſtro viuendi. Grego. in paſtorali. Cũ paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt vt ad præcipitium grex ſequatur.

14 *Propter quod.* Idem grauius & abiectius puniendo in gehennam.

16 *Nunquid.* Hic ſecundum ſenſum literalem arguuntur ſacerdotes & populus ſimiliter de contemptu proximi, quod vicium etiam ſatis viget tempore præſenti. Et arguitur primò iſtud vicium, generaliter cùm dicitur: *Nunquid non pat.* q. d. Sic: ſcilicet, ad finem.

17 *Nunquid non vnus Deus creauit nos.* Quaſi diceret. Sic, Et ad imaginem ſuam, ideò concludit.

18 *Quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum.* Quia non habetur cauſa ex parte principij naturalis nec ſupernaturalis.

a *Transgressus est Iuda, &c.* ✠ RVPERTVS. Parum est adistâ A declamationem solum illud respicere, quòd reuersi de Babylone in eo transgressi sunt, quòd quidam sacerdotes ac leuitæ tulerunt de filiabus Chananæorum cæterarúmque gentium, & commiscuerunt se populis terrarum. Decet itaque maiestatem loquentis Spiritus loquũtis de spiritalibus attendere. Quomodo habuit Iudas filiam Dei alieni? Profectò lex cærimoniarũ sine lege fidei, filia est Dei alieni. Vbi Iudas hãc contemplit, & legẽ cærimoniarum in cibis & potibus, & iustitijs carnis retinuit ibi transgressus est: & ex tunc habuit filiã Dei alieni, ex quo B Christum occidit, quia quidquid ex tũc obseruare videtur in cærimoniis huiusmodi, non est religio veri Dei, sed religio alieni, abominatio & contaminatio sanctificationis domini quam dilexit peruersa dilectione, vt malet Christũ occidere, quàm sanctificationem loci vel gẽtis amittere secundum timorem quem finxit dicens: *Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent &c.* Et dispersi sunt tam magister quàm discipulus, & offerens munus Domini, id est, tam seniores quàm populus, tam Pharisæi quam pontifices, tam de terrenis quàm de cœlestibus tabernaculis Iacob.

Hieronym. b *Qui fecerit &c.* Non ait, qui fecit, ne abscidat veniam errori C sed qui deinceps fecerit, vt timore maledictionis peccatores reuocet ad pœnitentiam.

c *Et hoc rursum fecistis.* Operuistis altare meum lachrymis innocentium: dum offerebatis hostias de rapina lugentium pauperum. Similiter nunc estis causa, quare altare meum lachrymis cooperiatur, quia relictæ dum viderent alienigenas in thoris suis collocatas, ad auxilium Dei confugiebant, lachrymis & gemitu Deo inuidiam facientes: q̃ humana non respiceret, & miserias non iuuaret. Quidam putant hæc esse dicta generaliter cõtra eos qui aliena rapiunt & diuitias congregãt, de quibus & offerũt Deo muneta, sed Deus non suscipit prohibitus lachrymis spoliatorum. Possunt & hæc dici cõtra eos qui propter amissionem temporalium rerum non dirigunt spem in Deum nec quærunt æterna, sed indecoris & fœmineis planctibus orationem suam deturpant, ne à Deo suscipiant. Isti habent vxorem adolescentiæ, id est, naturalem legem scriptã in corde, quæ etiam incredulos impellit dicere: Deus iudicet, Deus videat: & ipsi cuncta inter me & te diiudicanda permitto. Hæc vxor residuum spiritus nostri, quia nostro spiritui semper copulatur, quæ si recedet à nobis, statim offendimus Deum, vnde ingeminat. Custodite, non carnem quæ Deo placere non potest, non animalem animam, quæ non percipit quæ sunt Dei: sed rationalem spiritum, qui interpellat gemitibus ineenarrabilibus. E

d *Et quid vnus.* Cũ vnus vtrũq; fecerit, ideò etiã iuxie vt liberi

☞ nascantur

deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum, violans pactũ 1
a ¶ Hoc peccato contaminatur tribus Iudæ quæ cum sacerdotibus & Leuitis reuersa est de Babylone, decem tribubus terentis in captiuitate æterna.
patrum noſtrorum. Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio fa- 2
a ¶ Miscendo semen Israel cum filiabus Gentilium idolis seruientibus,
cta eſt in Iſrael & in Ieruſalem: quia contaminauit Iudas ſan- 3
¶ Dominus.
ctificationem domini quam dilexit, & † habuit filiam Dei a- 4
a ¶ Ad eos qui hoc fecerunt sermo prophetæ dirigitur, vt à peccato maledictionis retrahantur.
b ¶ Siue sit sacerdos siue laicus, vna maledictione ferientur qui vno peccato tenentur. 6
b lieni. Diſperdat dominus virum qui fecerit hoc mãgiſtrum † 7
a ¶ Disperdat dominus. b ¶ Qui pro huiusmodi hominibus voluerit ad altare munus offerre quorum solum remedium est, non facere quod fecerunt.
& diſcipulum de tabernaculo Iacob, & † offerentium munus 8
c domini exercituũ. Et hoc rurſum feciſtis. † Operiebatis la- † 9
a ¶ Obstructus lachrymis & planctu miserorum.
chrymis altare domini fletu & † mugitu, ita vt vltrà nõ reſpi- 10
a ¶ Sacerdotum qui ista commiserunt, vel facientibus consenserunt.
ciam ad ſacrificium, nec accipiam † placabile quid de mãnu
a ¶ Non accipio. b ¶ Ideo non accipio. c ¶ Commentauit tibi matrimonium legitimæ coniugis testimonio scripturæ dicentis: Propter hoc relinquat homo patrẽ & matrẽ & adhæret vxori suæ, & erunt duo in carne vna.
veſtra. Et dixiſtis: Quam ob cauſam? Quia dominus teſti- 11
a ¶ Coniunctam tibi in iuuentute, modo defertam in senectute.
ficatus eſt inter te & vxõrem pubertatis tuæ, quam tu 12
¶ Deberet esse. a ¶ Id est, coniunctionis à Deo institutæ qui de costa viri mulierem fecit, & ideo non licet distungi, quod Deo ex vno placuit institui.
deſpexiſti. Et hæc † particeps tua & vxor fœderis tui. 13
a ¶ Vtrumque, virum & fœminam. ¶ Masti vel Dei.
e Nónne vnus † fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? Et quid 14 15 16
a ¶ Ne vincamini libidine & alienigenarum amore.
vnus † quærit niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum 17 18

Oblationes de lachrymis viduarum atque pupillorum Deus respuit factas.

† cõnubio sibi iunxit

† Operiunt vxores vestræ 1. Cor. 11. d. Rom. 8. c. † hostiam placentem.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Violans pactum pa.no. *Id est, legem datam patribus nostris, quæ præcipit proximum diligere, secundò in speciali arguit contemptum vxoris, quæ debet esse vna caro cum viro dicitur.*

2 Transgressus &c. *Et ista transgressio specificatur, cùm subditur.*

3 Quia contaminauit Iudas sanctif. dom. *Scilicet latriam.*

4 Quam di. *Scilicet* dominus.

5 Et habuit. *Scilicet Iudæa, id est, illi de regno Iudæ.*

6 Fili. Dei alie. *Reuertẽtes enim de Babylone contẽpserunt vxores suas Iudæas, quæ ex frequenti partu & labore itineris erant deturpatæ, & duxerant vxores alienigenas, vt patet primi Esdræ 9. & primas tenebant in domibus suis quasi ancillas, mulieres verò docent pueros suos proprios mores, & sic alienigenæ vxores docebant filios à Iudæis genitas idolatrare, quod erat pessimum, ideò sequitur.* Disperdet dominus virum qui fe. hoc.

7 Magistrum & discipu. *Id est magnum siue paruum.*

8 Et offerentem mũl. *Id est, de tribu sacerdotali, quia in illa tribu inuenti sunt viri qui acceperant vxores alienigenas. 1. Esdræ 10. Et hoc rursum feciſtis.*

9 Operiebatis

9 Operiebatis la. &c. *Credentes expiare hoc peccatum absque emissione alienigenarum, quod tamen est falsum, ideò subditur. Ita vt nõ respiciam &c.*

10 Et dixistis &c. *Quam ob causam non dimittitur istud delictum per solum sacrificium. Ad quod respondetur, cùm dicitur,*

11 Quia dominus te. est inter te & vxo. *De mutua cohabitatione & dilectione, dicens per Adam propheticè Genesis 2. vt ibidem fuit declaratum: quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.*

12 Quam tu desp. *Tenendo eam vt ancillam.*

13 Et hæc particeps tua. *Id est, socia, non ancilla.*

14 Et vxor fœ. &c. *Per cõsensum animorum qui facit matrimoniũ.*

15 Nónne vnus fe. *q.d. Sic quia vnus Deus fecit Adam & Euam.*

16 Et reſiduum. *Ad hoc enim fecit Deus mulierem de costa viri, vt sicut vna caro sunt, ita sunt vnus spiritus & vna anima per veram dilectionem.*

17 Et quid vnus. *q.d. Ad hoc est vnitio seu coniunctio matrimonij vt inde procreetur semen ad cultum Dei, ideò subditur.*

18 Cuſtodite. *Id est, bonam voluntatem ad vxorem.*

✠ Cum odio

MORALITER.

✠ 1 *Violans pactum patrum nostrorum.* Nam in veteri testamento Matth. 19. præceptum est: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: & in nouo replicatur.

3 *Quia contaminauit &c.* Hic secundò arguitur contemptus proximi spiritualiter, scilicet vxoris ideò subditur.

5 *Et habuit filiam Dei alieni.* Hoc ad literam dicitur de reuersis à captiuitate Babylonis qui acceperunt vxores alienigenas, vt dicitur Esdræ 1. & suas Hebræas contemnebant. Et idẽ fit hodie quia multi Christiani sunt adulteri vxores proprias contemnẽtes. Et idem mysticè fit in prælatis & curatis, qui circa negocia principum & magnatum sunt occupati, suas ecclesias & parochias sine sufficienti regimine relinquentes, ideò subditur pœna cùm dicitur.

† *Disperdat do. &c.* Siue paruus fuerit, siue magnus.

† *Et hoc rursum &c.* Hoc dicitur propter aliquos qui ad horam pœnitent, sed de facto non emendant.

15 *Nónne vnus fecit &c.* q.d. Sicut Deus est vnitatis & pacis, fecit virum & vxorem vt sint duo in carne vna, sic ordinauit, quòd vnus episcopus habeat vnam ecclesiam: & sacerdos, vnam parochiam; cui totaliter inhæreat custodiens ipsam, ideò subditur.

17 *Et quid vnus quærit, &c.* Id est vnus episcopus in diœcesi sua,

✠ & sacerdos in

nascantur & filij Dei de stirpe Israelitica. Cũ ergo fœcundas vA xores habeatis, & liberis gaudeatis, cur pulchritudinem vxorum quæritis quæ meretricibus apta est, non vxoribus.

a *Et vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere.* ✠ TERTVLLIANVS. Præter ex causa adulterij, nec creator diſiungit, quod ipſe Lib. 4. adu. Marc. c. 34. coniunxit, Moyſe conſtituente, eum qui ex compreſſione matrimonium fecerat, non poſſe dimittere vxorem in omne tempus. Quod ſi ex violentia coactũ matrimonium ſtabit, quantomagis ex conuenientia voluntarium? Sicut & prophetiæ auctoritate. *Vxorem iuuentutis tuæ non dimittes.*

✠ CLEMENS. Rom. A Domino iungitur viro mulier, Li. 6. Cõſtit. Apoſt. c. 14. quia Dominus dicit: *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Neque verò poſt nuptias licet eam indemnatam eiicere: *Cuſtodiet enim*, inquit, *ſpiritu tuo, & vxorem iuuẽtutis tuæ ne reliqueris.* Mulier enim est vitæ Ibi cap. 29. consors ac socia, in vnum corpus à Deo conflata. Qui verò contra scindit id in duo, quod est in vnum à Deo concretum, rationem rerum à Deo conditarum euertit, & illius prouidentiæ aduersatur.

✠ IDEM. Vir igitur & vxor iuſtis nuptiis coniuncti, mutuò se excitantes, sine obseruationibus orent, & quamuis non lauent, tamen erunt lustrati, &c.

b *Cum odio habueris, &c.* Quasi dicat. Sed dices mihi: Præcipitur in lege, cum odio habuimus vxores, dimittamus eas. Ad quod respondeo tibi, non esse præceptum, sed propter duritiam cordis tui permissum, quia quicunque excepta causa fornicationis iniquæ dimiserit vxorem, vestimentum eius id est, corpus quo anima vestitur operiet iniquiras, id est, pœna peccati, vt in quo peccauit, in ipso moriatur. Hieronym. Deut. 24. a. Matt. 19. a.

☞ CAP.

a ¶ Quæ tibi virginali iuncta est matrimonio, perseuereet vsque ad senectutem.

a veſtrum, & vxõrem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum 1 †
a ¶ Alias. Cum odio habueritis eam, dimittite di. 2 †
ódio habueris eam, dimitte, dicit dominus Deus Iſrael. Ope- 2 †
a ¶ Soluta obiectione, replicat quod dixerat. b ¶ Custodiam spiritus vestri, vel certe vxorem.
riet autem iniquitas veſtimentum eius dicit dominus exer- 2 †
b cituum. Cuſtõdite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. †

NICOLAVS DE LYRA. E

✠ 1 Cum odio habueris eam, dimitte, &c. *Dando ei libellum repudij, vt posset alteri nubere: & non sicut ancilla à te violenter teneri: hoc enim est minus malum, quàm affligere vxorem sine causa, vt ancillam. Libellus enim repudij non fuit concessus, vt per se, esset licitus, sed ad maius malum euitandum, vt diffusè declarauit Deuteronom. 24. a.*

2 Operiet autem iniquitas veſtimentum eius dicit dominus, &c. *Id est, vestimentum viri. Sic enim sonat litera Hebraica, quæ non potest referri nisi ad masculum, & non ad fœminam secundum modum loquendi Hebraicum: & est sensus.* Operiet autem iniquitas, &c. *Quasi dicat per Dei vindictam sic apparebit iniquitas viri despicientis vxorem modo prædicto sicut apparet illud quod ponitur super vestimentum eius.*

✠ CAP.

MORALITER.

✠ & sacerdos in parrochia: non enim debet quærere extraneam occupationem, sed suos subditos facere Dei filios per deuotionem, ideo subditur.

† *Vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere, &c.* Id est, curam ecclesiæ tuæ noli negligere.

1 *Cum odio eam habueris, &c.* In ea nolendo morari.

† *Dimitte eam dicit dominus Deus Israel, &c.* Resignando superiori, vt sic alteri detur, qui fructificet ibi.

† *Custodite spiritum vestrum.* Scilicet à Dei blasphemia, ideo subditur: *Laboraresecistis dominum in sermonibus vestris, &c.*

✠ MORA-

ADDITIO I.

In cap. 2. *vbi dicitur in postil.* Et maledicam benedictionibus vestris.

Hoc quod dicitur hìc: Et maledicam benedictionibus vestris, secundùm magistrum in. 4. dist. 19. quidam referunt ad hæreticos qui C *sunt ab ecclesia præcisi, & ad excommunicatos, quorum benedictiones sunt maledictiones his qui eorum sequuntur errores. Aliam etiam expositionem ponit, quam credo esse Græ. & est talis scilicet quòd quì à malis sacerdotibus benedicitur, à Deo erit maledictus: quia benedicunt iniquè agentibus, & adulantur peccantibus, dum modo diuites sint. Hæc ille.*

ADDITIO II.

In eodem cap. *vbi dicitur in postilla. Nónne vnus fecit.*

Hoc quod dicitur hìc. Nónne vnus fecit, &c. aliter exponitur secundum quosdam Hebræorum expositores & magis consonum literæ, vt videtur. Ad quod sciendum, quòd Abraham habens in vxorem liberam Saram de genere suo, accepit tamen aliam vxorem alienigenam scilicet Agar ancillam Aegyptiacam Gene. 16. ex quo volebant se excusare à peccato illi qui alienigenas vxores acceperant habentes alias proprias: & hoc est quod dicitur. Nónne vnus fecit. *Scilicet Abraham qui erat vnus pater omnium Israelitarum.* Et reſiduum ſpiritus eius: *per hoc quod dicitur: Residuum intelligitur superabundans, eò quòd residuum cuiuscunque rei superabundat super ipsam rem. Quasi dicat non fumus inculpandi propter vxores alienigenas eò quòd Abraham hoc fecit vt dictum est: & tamen spiritus eius scilicet prophetiæ & sanctitatis, superabundans fuit: & sic gesta eius sunt trahenda ad consequentiam. Ad quod respondetur per prophetam.* Et quid vnus quærit niſi ſemen Dei? *Quasi dicat ille vnus hoc fecit non ex libidine carnali, sed quia Sara erat sterilis, ipsamet procurante hoc fecit Abraham causa prolis habendæ, vt in c. Ge. supradicto. Et quia non fecit hoc Abraham solum ad instantiam Saræ, vt dictum est: sed etiam nutu seu inspiratione diuina, ideo dicit.* Et quid vnus quærit niſi ſemen Dei? *hoc est dicere illud quod quærebat Abraham non est intelligendum semen seu prolem simpliciter: sed semen Dei, quia à Deo inspiratus hoc faciebat: & sic ostendit quòd non erant excusati per exemplum Abrahæ: & ideo hortatur eos:* Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere: *quia Abraham non fecit hoc despiciendo vxorem, sed rationibus prædictis. Et sequitur.* Cum odio habueris dimitte per libellum repudij. *qui erat simpliciter licitus tempore veter. test. vt declaratum fuit in additione. Deut. 24.*

REPLIC. In capit. 2. *vbi dicitur.* Nónne vnus fecit, &c. *Bur. assumit contra Postill. & glo. quam aliquando non scit nimis ponderare, quod ille passus debeat exponi de Abraham contra excusationem finiolam populi in litera positam, vt sit verbum populi contra Deum arguentis. Nónne scilicet Abraham habuit alienigenam vxorem sine reprehensione, quasi dicat quare reprehenditur in nobis? Sed in litera & in eius processu est verbum prophetæ in persona Dei arguentis populum, & ita dicit glo. vnde posset hic Bur. multipliciter culpari: sed non est pœnitentis proposito nisi ostendere, eum malè contra Postillatorem moueri. Sed circa illum passum eiusdem ca.* Si odio habueris vxorem, dimitte Burgen. *de materia illa se remittit ad 24. c. Deut. & ibi vide correctorium satis latum dirigi ad ca. 19. Matthæi.*

Cap. III.

a Laborare feci. Populus autem reuersus de Babylone videns Babylonios & cæteras Gentes idololatras valere corporum sanitate, & omnium mundana prosperitate affluere, se autem cultores vnius Dei infirmos esse corpore, nec habere etiam quæ ad cibum necessaria sunt, dicebat nó esse Dei prouidentiam in rebus humanis, sed omnia casu agi, non Dei iudicio, cui placent mali: & displicent boni, aut si Deus cuncta diiudicat, vbi est illius æquum & iustum iudicium.

Hieronym. Remig. Prosperitate malorū Iudæorum populus omnia casu agi non Dei iudicio æstimabat

b Ecce. Iudæi hoc de Elia propheta dictum intelligunt. Et quod sequitur. *Et statim veni ad te.* Scilicet ad suum Christum referunt in vltimo tempore venturum, sed quod templum inueniet? Iam enim destructum est omninò aut si alius ante eum restituet, quid Christus eorum amplius facturus est cum ab alio restituta sunt omnia? Quidam ex persona Christi legunt, quòd mittat angelum, id est, Ioannem prædicare baptismum pœnitentiæ, qui Christus statim de se quasi de alio subdit; Et statim veniet. Alij ex persona patris legunt. *Ecce ego mitto ange. meū qui præ. v.* & quod sequitur: statim veniet ad templum sanctum, scilicet de Saluatore intelligunt, cui Ioannes præparat viam in cordibus credentium, in quibus non poterat prius Deus ambulare propter prauitatem & incredulitatem.

† Alioqui vbi B † nuncium † expurgabit †fœderis Matth. 1. a.

Notandum quòd dominus vel euangelistæ vel Apostoli alij, D cum de hoc propheta vel de aliis testimonia proferant, non sequuntur verba vulgatarum translationum, sed habentes scientiam Hebrææ linguæ, ex Hebræo transferunt, non curantes de syllabis & punctis verborum, dummodo sententiarum veritas transferatur.

Saluatoris apostolorūmque scripta pro phetas allegantia nō literā sed sententiam expressere

CAPVT III.

¶ Præter supradicta.

a Laborare fecistis dominum in sermonibus 1
¶ Sententia horum verborū latius tractatur in Psal. Quam bonus Israel Deus.
vestris, & dixistis: In quo fecimus eum labó- 2
rare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit ma- 3
lum, bonus est in conspectu domini, & tales
a ¶ Vos laborare fecistis dominum, & quæritis vbi est Deus iudicij? sed ego manifestum eum faciam & in primo & in secundo aduentu.
ei placent: † Aut certe vbi est Deus iudicij? † Ecce ego mit- 4 5
a ¶ Hoc interpretatur dominus in Euangelio de Ioanne Baptista, qui etiam de se dicit. Elias iam venit.
tam † angelum meum, et † præparabit viā ante faciem meā.
a ¶ Ad ecclesiam, vel vnumquemque credentium. b ¶ Saluator qui omnium creator.
Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos 6
¶ Desideratis. a ¶ Magni consilij. b ¶ Qui iustè iudicet qui personam non acceptat. 7
c ¶ Ecce inquam veniet, qui iustè iudicabit, cui pater dedit omne iudicium. 8
b quæritis & angelus † testamenti quem vos vultis. Ecce venit 9
a ¶ Nullus humanus sensus poterat cogitare, quando venturus vel qualis futurus erit.
dicit dominus exercituū. Et quis poterit † cogitare diem ad- 10

✠ Tertullianus. Moyses angelum quidem dixit Christum, ob magnitudinem virtutum quas erat æditurus, & officium prophetæ, nunciantis scilicet diuinam voluntatem, sicuti & præcursorem, futurum angelum appellat, per prophetam Spiritus dicens: Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam, id est, Christi.

Li. adu. Iudæos. c. 9. Exod. 23. & 33. Lib. 5. demōst. euāg. c. 28. † Mat. 11. b. Marci 1. a. Luc. 7. d. E

✠ Evsebivs. Cesar. Significat porrò Deum verbum, quem angelum testamenti nominat, quemque etiam ipse Dominus omnipotens docet se mittere ante faciem suam dicens: *Ecce ego mitto angelum, &c.* Atqui eundem hunc quem angelum meum vocauit, rursus deinceps Dominum appellat, vbi adiungit illud. *Et repente veniet Dominus, & angelus testamenti,* Vnum verò & eundem cùm produxit, tum addit. *Ecce venit, & quis sustinebit, &c.* Quibus verbis secundum & gloriosum illius aduentum significat. Sed qui omnia hæc canit, Dominus est omnipotens vniuersi Deus.

Lib. 5. demōst. euāg. c. 28. † ferre

☞ Athana-

C

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. III.

Laborare fecistis dominum in sermonibus, &c. *Hic incipit cap. in Hebræo vbi incipit aduentus Christi denunciatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur occasio huius denunciationis: secundò ipsa denunciatio subditur, ibi.* Ecce ego mittam angelum. *Circa primum sciendum, quòd populus Iudæorum saltem pro magna parte videns alias Gentes in hoc mundo prosperari, vt Chaldæos & Persas & Medos qui erant idololatræ, & se frequenter deprimi, & captiuari dicebat quòd Deus diligebat malos: & de seruitoribus suis non curabat, vel quòd de istis inferioribus prouidentiam non habebat: ex quo seruientes sibi sic negligebantur & alij exaltabantur, & sic Deo imponebat maliciam malos diligendo, vel ignorantiam, merita & demerita hominum non videndo: & vtrum quòd est erroneum & Deo odiosum, ideo dicitur.*

1 Laborare fecistis dominum in sermonibus, &c. *Blasphematoris: Et loquitur scriptura de Deo quasi de homine afflicto de malo quod audit.*

2 In eo quod dicitis. *Erroneè.*

3 Omnis qui facit malum, bonus est, &c. *Ex dictis patet sententia.*

4 Aut certe vbi est Deus iudicij. *Id est, diiudicans inter bonos & malos.*

5 Ecce ego mittam angelum meum. *Hic consequenter denunciatur Christi aduentus, in quo fit bonorum & malorum discretio: quia in primo aduentu Christi factum est iudicium discretionis, vocando aliquos ad gratiam, cæteris dimissis iusto Dei iudicio, licet nobis occulto, sed in secundo aduentu fiet iudicium discussionis, malos puniendo, & bonos præmiando. Sic ergo proceditur: quia primò vterque aduentus denunciatur, & secundò prædictus error euacuatur, ibi;* Inualuerunt. *Prima in duas: quia primò ponitur dicta denunciatio: secundò, populi monitio, ibi.* Ego enim. *Prima adhuc in duas: quia primò nunciatur vterque aduentus, secundò vtriusque effectus, ibi:* Ipse enim. *Circa primum primò denunciatur primus aduentus Christi, cùm dicitur in persona Christi.* Ecce ego mittam angelum meum. *Id est, Ioannem Baptistam, qui magis duxit in terris vitam angelicam, quam humanam. Quia enim hæc scriptura dicatur de ipso ad literam patet Matth. 11. b. vbi dicit Saluator de Ioanne.* Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto ang. &c. Et præparabit *quia prædicatio & baptismus Ioannis fuerunt quædam præparationes ad baptismum & prædicationem Christi.*

F Diuisio

6 Et statim veniet ad templum suum. *Quia ibi Christus obiatus fuit, & ibi pluries prædicauit, & miracula fecit.*

7 Dominator quem vos quæritis. *Id est, Christus cuius aduentum summè desiderabant patres antiqui.*

8 Et angelus testamenti. *Quia Christus fuit nuncius noui testamenti, vt prædixerat Ieremiæ 31. Secundò denunciatur aduentus Christi secundus, cùm dicitur.*

9 Ecce venit. *Id est, veniet certitudinaliter ad iudicium,*

10 Et quis poterit. *Quasi dicat nullus, vnde dicitur Matth. 24. c.* De die illa & hora & cætera.

✠ Et quis

MORALITER.

1 *Laborare fecistis dominum in sermonibus vestris.* Contra ipsum. Et qui sint sermones illi, subditur.

2 *In eo quod dicitis omnis; qui facit malum bonus est.* Multi namque videntes malos homines temporaliter prosperari & bonos affligi, dicunt Deum delirare vel dormire, quod est falsum, nam iudicia eius vera sunt semper & iusta, licet nobis sint occulta.

5 *Ecce.* Istud literaliter exponitur de Ioanne Baptista. Moraliter autem exponi potest de bono prædicatore qui dicitur Dei angelus id est, eius nuncius, qui præparat mentes audientium ad hoc, quòd vbi veniat Christus tanquam ad templum suum. 1. Cor. 3. d. Templum Dei sanctum est, quod estis vos.

✠ *Et quis*

A ✠ Athanasivs. Aduersus eos qui dicunt filium non esse substantiæ Patris, quódque vna eadémque sit authoritas, potentia, regnum, & diuinitas Patris & Filij, dicit Propheta: De repente veniet Dominus ad templum sanctum suum Dominus quem vos quæritis. Dei igitur templum est, quod & suum Filium esse dicit, ne existimaretur diuersa esse Patris dominatio, & diuersum Filij regnū. Templū quod Salomon dedicauit Deo, hoc ipsum Filij templum nuncupauit propheta, cùm ait: Subito ad templum suum veniet Dominus: ideoque Seruator loquitur: *Domus mea domus orationis vocabitur, &c.*

Lib. de communi essentia patris, & Filij, & Spi.

a *Ipse enim.* Dominus est ignis consumens, lignum, fœnum, stipulam, grauia peccata grauiter puniens: & his qui parua & leuia committunt, est herba fullonum, vt lotis munditiam restituat & lauet sordes filiorum Sion. Per filios Leui sacerdotalis intelligitur dignitas, & si sacerdotes colandi sunt & purgandi, quid de cæteris dicendum est, cùm iudicium incipiat à domo Dei.

†cum apparuerit. † Borith. alij saponem intelligunt † munus †ab initio & ante annos antiquos B Heb. 12. g.

a ¶ Si nemo potest cogitare pro potentia maiestatis eius, quis eum poterit lippientibus oculis in sua claritate conspicere, qui est sol iustitiæ.
a uentus eius? Et quis stabit † ad videndum eum? Ipse enim 1 2
quasi ignis conflans, & quasi † herba fullonum. Et sedebit 3
a ¶ Quidquid in auro id est, sensu nostro, & argento, id est, eloquio commixtum est ære, stanno, plumbo, camino Dei excoquitur, vt purum remaneat aurum & argentum. 4
conflans & emundans argentum † & purgabit filios Leui. Et † 5
colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt domino 6
a ¶ Et cum colati fuerint, offerent Deo iusta sacrificia. b ¶ Eorum qui offerunt, id est, Deum confitentibus, & pro Ierusalem, pacem Dei conspicientibus. 7
offerentes † sacrificia in iustitia. Et placebit dño sacrificium 8
¶ Placuerunt. ¶ Quomodo in principio placuere Deo, sic post peccatum & pœnitentiam placere incipient omni sorde peccatorum purgata.
a ¶ Magna fortitudo iudicij, cum ipse sit testis & iudex.
b Iuda, & Ierusalē, sicut † dies seculi, & sicut anni antiqui. Et ac- 9
a ¶ Qui modo tardus videor, dum differo. b ¶ Hæc omnia fiunt occultè, sed à Deo proferuntur in medium ne diu lateant. 10
cedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & 11 12

✠ Remigivs. Qui habent sordes leuiū peccatorum, spiritu iudicij purgantur: qui verò sanguinē hoc est grauibus peccatis infecti sunt, spiritu ardoris exurētur & purgabūtur.

Com. in hūc locu

✠ Cyprianvs. Fidelem emendari & reseruari in Psal. 115. docemur: *Emendans emendauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Item apud Malachiam. *Sedebit conflans & expurgans sicut aurū & argentū, & emundabit filios Leui, &c.*

†50. dist. c. purgabit †conflabit, Li. 3. testim. adu. Iudæos cap. 57.

✠ Avgvstinvs. Ex his videtur euidentius apparere, in iudicio quasdam quorundam purgatorias pœnas futuras. Vbi enim dicitur: *Quis sustinebit diem introitus eius, quia ingreditur quasi ignis conflatorij, &c.* Quid aliud intelligendum est? Nisi fortè, sic eos dicendum est emundari à sordibus, & eliquari quodāmodo, cùm ab eis mali per pœnale iudicium separantur. Sed cum dicit: *Et erunt Domino offerentes, &c.* Vtique ostendit eos ipsos qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis iustitiæ Domino esse placituros, ac per hoc ipsi à sua iniustitia mundabuntur, in qua domino hostiæ displicebant.

De purgatorio. Li. 20. de ciuit. cap. 25. In Psal. 36.

✠ Ambrosivs. Si pro otioso sermone redditurus est vnusquisque rationem, quanto magis verba sacrilega grauibus suppliciis expiabit? *Igne nos examinasti,* inquit Dauid. Ergo omnes igne examinabimur. Et Malachias dicit: *Dominus introibit sicut ignis conflatorij, & sicut herba lauantium, & sedebit conflans, &c.* Igne ergo purgabūtur filij Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed C hi etsi per ignem examinabuntur, dicent tamen. Transiuimus per ignem & aquam. Alij in igne, aliis rorabit ignis, vt Hebræis pueris. Væ mihi si opus meum arserit, & laboris huius patiar detrimentum. Et si saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, sic tamen salui quasi per ignem. Et si non exuremur, tamen vremur, &c.

E ✠ Oecvmenivs. Seruabitur homo dolorem passus, sicut verisimile est de eo qui per ignē trāsierit, sibique vnitas modicas sordes expurgarit. Solius namq; Dei est perfectè peccato carere: homines verò & si quàm maximè iusti fuerint, non perfectè puri sunt. Siquidem in multis labimur omnes. Et: Nullus purus est à peccato, ne si vnius quidē diei sit vita eius. Nam Malachiæ dictum est, quod tanquam aurum in fornace, & tanquam herbam fullonum quosdam abluet Deus & purificabit.

Com. in 3. c. epist. 1 ad Corin.

✠ Origenes. Veniendum est omnibus ad ignē, veniendum est ad conflatoriū. Sedet enim Dominus & conflat, & purgat filios Iuda. Si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud tanquam plumbum igni resoluitur, ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, &c.

Hom. 6. in Exod.

✠ Theod. Quod ait, emundans sicut argentum & aurū: sic etiā per beatus Paulus: *Quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit, &c.* Hoc enim loco propheticus sermo nobis Dominum, tanquam quendam opificem ostendit, sordes peccatorum velut herba quadam expurgantem, & ceu igne quodam animas nostras eiusmodi veneno liberantem, &c.

Cō. in hunc locum.

b *Et accedam ad vos.* Quæ illo tempore dicebantur ad principes Iudæorum, nunc verò dicuntur ad principes ecclesiarum.

Vide Aug. lib. 20. ciui. c. 25. 26. 27 & lib. 18. c. 35.

☞ *Et qui* F

NICOLAVS DE LYRA

1 Et quis stabit. *Id est, poterit stare.*

2 Ad videndum eum. *Quia sicut primus eius aduentus fuit in humilitate & mansuetudine, ita secundus erit in potestate & terrore.*

3 Ipse enim quasi ignis conflans. *Hic consequenter ponitur effectus vtriusque aduentus, tamen in quodam generali, & primò primi, secundò secundi ibi:* Et accedam. *Effectus autem primi fuit vocatio aliquorum ad fidem, quos in primitiua ecclesia probauit quasi aurum in fornace per tribulationes in Iudæa, vt patet in actibus apostolorum in pluribus locis: & postea per tyrannos in omnibus partibus orbis, & hoc est quod dicitur.* Ipse enim &c. *Ad probationem electorum.*

4 Et quasi herba fullonum. *Qua vtuntur fullones ad purificandas vestes & eas nitidas fiendas.*

5 Et purgabit filios Leu. *Id est, apostolos quorum aliqui fuerunt de tribu Leui, & omnes fuerunt nouæ legis episcopi.*

6 Et colabit. *Ad perfectam mundiciam deducendo.*

7 Et erunt domino of. *Id est, eucharistiam, per varia legis sacrificia figuratam, sicut perfectum per plura imperfecta.*

8 Et placebit domino. *Quia istud sacrificium est Deo acceptissimū.*

9 Sicut dies, &c. *Vnde in canone Missæ dicitur. Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech. Sciendum tamen quòd istud: sicut non designat æqualitatem, sed correspondet iam rei figuratæ ad figuram: Sicut enim res figurata excellit figuratam, sic sacrificium nouæ legis quod est eucharistia, excellit omnia veteris legis sacrificia.*

10 Et accedam. *Hic ponitur effectus aduentus secundi, cum dicitur.* Et accedam ad vos in iu. *Quia Christus veniet in iudicium forma humana tamen gloriosa.*

11 Et ero, &c. *Quia illud iudicium breui tempore expedietur.*

12 Maleficis, &c. *Id est, quibuscunque peccatoribus: quia virtute Christi nota fient omnibus eorum peccata, & sententia iudicis iusta*

✠ *ista tamen*

MORALITER

1 *Et quis stabit ad vi. eum.* Quasi dicat nullus in præsenti: quia nemo scit vtrum amore vel odio dignus sit: & sic in seipso non videt Deum.

3 *Ipse enim.* Id est, peccata consumens.

4 *Et quasi.* Præbens nitorem virtutum.

5 *Et purgabit.* De quibus dicitur Deut. 33. a. qui dixerunt patri suo & matri suæ, nescio vos: & isti sunt boni religiosi omnia dimittentes amore Christi: ideo debent esse purgati & colati ab omni puritate peccati, ideo subditur.

7 *Et erunt domino, &c.* Id est, eucharistiam virtutes omnium sacrificiorum continentem.

8 *Et placebit domino, &c.* Id est, Ecclesiæ.

9 *Sicut dies se. & sicut anni an.* Vnde in canone missæ dicitur. Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech. Sciendum tamē, quòd *li, sicut,* non importat æqualitatem, sed correspondentiam figuræ ad rē figuratam. Sicut enim res figurata præcellit figuram & veritas vmbram, sic eucharistia quæ sacrificium est nouæ legis præcellit omnia veteris testamenti sacrificia. 10 *Et accedam, &c.* Hoc fit in morte: quia tūc venit Deus ad iudiciū cuiuslibet particulare. 11 *Et ero, &c.* Hoc dicitur, quia vita taliū Dei iudicio cōmuniter breuiatur.

✠ *Ego enim*

☞ a *Et qui calumniantur.* Pari ordine post maleficia & adulteria & periuria ponuntur, qui non reddunt mercedem mercenariis, vel qui opprimunt pupillum & viduam: ne ergo parua crimina putentur, quæ periurio & adulterio comparantur.

A

Lib.de Trinit. apud Tertul c.4.

b *Ego.* ※ NOVATIANVS. Deus id quod est, id semper est: & qui est, semper ipse est: & qualis est, semper talis est. Nam & incrementa originē monstrant, & detrimenta mortem atq; interitum probant. Et ideo, ego (ait) sum Deus, & non sum mutatus: statum suū tenens semper, dum id quod natum non est, conuerti non potest.

† vi retinēt † opprimūt

Hieronym. Quia dixerat, dn̄s est quasi ignis cōflatus, & quasi her. f. cùm pro nobis nominetur angelus, vel ignis, vel aliud, ne ideo putetur aliquid mutabilitatis esse in natura ipsius, inde dicit. *Ego enim.* Q. Vos quotidie mutamini per adulteria & per cætera mala vestra: ego verò in iudicio nulla personarum varietate commutor, & cùm seuerum & iustum iudicem me esse fatear, tamen ô filij Iacob; nec diuersitate tormentorum estis consumpti in malicia, quia per pœnam malicia in vobis non est purgata, sed sine causa percussi vos disciplinam non recipientes.

B

† Debet ne rapere homo quę Dei sunt, quòd vos capitis mea. Et dixistis, in quo rapuimus tua. In decimis &c.

† propter maledictionem.

* exercituū

† donec sufficiat

Mysticè. Per filios Iacob qui sequuntur mala patrum, nec custodiunt mandata Dei, significatur illi qui constituti in ecclesia non recedunt à viciis, sed falsum nomen Christianitatis sibi assumunt.

c *Reuertimini.* Magna clementia, eos qui à se recesserant, ad reditum prouocat, vt ipse quoque ad eos redeat.

d *Si af-*

d *Si affigit hom.&c.* Lxx. supplantat, alij: Si fraudat: quod secundum historiam sanè de decimis potest accipi. Sed secundū quod ponitur affligit homo Deum, potest ad mysteriū passionis dominicæ referri: cōfigitis me cruci qui modo decimas subtrahitis. D

e *Configitis.* Tempore Esdræ tāta fuit fames, vt multi pro penuria filios & filias vendentes & frumēta ementes, Leuitis decimas nō soluerēt, Qui etiam fruges in horreis cōgesserūt, pro magnitudine præcij decimas nō soluebāt vnde compulsi ministri templi fugerunt vnusquisque in regionem suam. Vnde dicit dominus se in suis afflictum, & non accepisse decimas. Neemiæ 5.a.

Diuisio

† ab institutis

† 16 q.1.ca. reuertimini Hieronym.

f *Inferte.* Vt sciatis vos ideo perdidisse abundantiam, quia fraudastis me parte mea; moneo, vt reddatis mihi mea, & ego restituam vobis vestra. Quod dictum est de decimis, potest intelligi in populis Ecclesiæ, quibus præcipitur non solum dare decimas, sed & omnia vendere & dare pauperibus. Quod si facere nolumus, saltem in hoc Iudæos imitemur, vt pauperibus saltem aliquam partem demus, & sacerdotibus & viduis debitum honorem deferamus: hoc qui non fecerit, dominum supplantare conuincitur. Si quando fames & egestas omniū rerū opprimit mūdū, hoc ex ira Dei sciamus descēdere, qui in pauperibus si eleemosynas non accipiat, se priuari affirmat sua possessione.

E

† deprædamini

† domum thesauri.

Nota quare ira Dei toties desæuit

Possumus & sic interpretari decimas & primitias. Si quis doctus in lege potest alios erudire, non debet sibi attribuere; sed primum gratias agat Deo à quo omnia: deinde sacerdotibus eius ac magistris à quibus doctus est: alioqui penuria maledice- ☞ tur. Si

Doctorū & præceptorū decimationes, qualiter, & quomodo fiat dandæ

¶ Nolentes reddere.

a adulteris & periuris, & qui † calumniantur mercedem mercenarij, & † humiliant viduas & pupillos, & opprimunt pe-

a ¶ Aduenam vel cathecumenum, qui nondum effectus est ciuis in ciuitate Christi. b ¶ Quod solum sufficit ad damnationem.

b regrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. E- 1

go enim dominus & non mutor, & vos filij Iacob non estis 2

a ¶ Nec semel nec nuper hoc facitis vt erroris veniam mereamini. Sed hæreditariam habetis patrum impietatem recedendo à meis legitimis, nec custodiendo quæ præcepi. 3

consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis † à 4

¶ Sed nunc saltem.

c legitimis meis, & non custodistis. † Reuertimini ad me, & re- 5

uertar ad vos dicit dominus exercituum. Et dixistis in 6

a ¶ Non intelligentes se recessisse, impunenter quærunt. b ¶ Q. Qui non discessimus. c ¶ In hoc recessistis à me, quia configitis me, si homo potest Deum configere. d ¶ Non reddendo decimas nec dico ministris semini qui præcepi dari. 7 8

d quo reuertemur? † Si affigit homo Deum, quia vos configitis 9

a ¶ Quia non reddidistis decimas & primitias idcirco in fame & penuria maledicti estis, id est, afflicti, & dum parua subtrahitis, vbertatem possessionum vestrarum & totam abundantiam fugā perdidistis.

me. Et dixistis: In quo configimus te? In decimis & in primi- 10 11

e tiis. † Et in penuria vos maledicti estis, & me vos † configitis 12

a ¶ Non pauci sed omnes communiter. b ¶ In thesauris templi vt habeant ministri mei cibos.

f gens tota. Inferte omnem decimam in † horreum meum, vt 13

sit cibus in domo mea: & probate me super hoc dicit domi- 14

a ¶ Tantas pluuias effundam vt cataractæ cœli credantur apertæ. ¶ Et sic. ¶ Largè & latè.

nus.* Si nō aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis 15 16

a ¶ Ad sufficientiam. b ¶ Posset fieri vt magis per pluuias esset fœcunditas sed locusta vt Bruchus posset corrumpere ideo addit, increpabo.

benedictionē † vsque ad abundantiā, & increpabo pro vobis 17

NICOLAVS DE LYRA.

✤ *ista tamen peccata specialiter exprimuntur quæ crudelitatem important, sicut & Matt.25. Vbi processus illius iudicij ponitur à Saluatore.*

C

1 Ego enim dominus. *Hic consequenter post effectum extremi iudicij ponitur monitio populi, quæ tunc non habebit locum, sed ante. Dicit igitur.* Ego enim dominus. *Ad quem spectat omnium generale iudicium.*

2 Et non mutor. *In meipso, licet sit mutatio in effectibus meis secūdum varietatem meritorum & demeritorum hominum.*

3 Et vos filij Iacob non estis consumpti. *Licet hoc meruissent mala vestra tamen saluaui aliquos ex mea misericordia.*

4 A diebus enim patrum, &c. *Quia citò post dationem legis in monte Sinai peccauerunt in adoratione vituli, Exod.32.*

5 Reuerti. ad me. *Per veram pœnitentiam.*

6 Et reuertar ad vos. *Per clementiam.*

7 Et dixistis. *Vos malè excusando.*

8 In quo reuerte. *Quasi dicat. Non declinauimus à Deo. Cuius contrarium ostenditur, cùm subditur.*

9 Si affigit homo Deum, &c. *In Hebræo habetur. Si violentabit homo Deum, quia vos violentatis me. Loquitur enim scriptura de Deo sicut de homine, cuius bona per violentiam capiuntur. Decimæ verò ipsius Dei, sunt pro sustentatione ministrorum suorum quæ retinebantur iniustè à Iudæis laicis, ideò subditur.* Eccl.9.a.

F

10 In decimis. *Quæ debebantur Leuitis.*

11 Et in primitiis. *Quæ debebantur sacerdotibus: & ad hanc sententiam reducitur translatio nostra. Homo enim dicto modo violentatus secundum communem modum loquendi dicitur vsque ad cor confixus.*

12 Et in penuria, &c. *In pœnam enim dicti peccati Deus immittebat sterilitatem terræ nascentium, ideò subditur.*

13 Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. *Scilicet Leuitarum.*

14 Et probate me. *Id est, effectum bonitatis meæ, si de dictis decimis feceritis quod debetis: ideò subditur.*

15 Si non aperuero vo.&c. *Dando vobis pluuias & rores ad fœcundationem terræ conuenientes.*

16 Et effudero vobis, &c. *Id est, bonorum temporalium multiplicationem.*

17 Et increpabo pro vobis deuorantem. *Id est, faciam quòd ventus vrens, locustæ, & huiusmodi non deuorabunt seu peiorabunt terræ nascentia.*

♱ Et beatos

MORALITER.

♱ 1 *Ego enim dominus, &c.* A rectitudine iustitiæ.

3 *Et vos filij, &c.* Id est, à vestra malignitate consumpti. Per talem modum dicitur Prou.12.a. *Verte impios, & non erunt.* Scilicet impij. Sed è contrario isti manentes in sua malicia dicuntur non consumpti, ideò subditur.

4 *A diebus.* Quia tamē De° semper suscipit pœnitētē subditur.

5 *Reuertimini, &c.* Ecce magna Dei clementia, qui cùm sit omnipotens, tamen rogat peccatores de concordia.

13 *Inferte.*

13 *Inferte.* Decimare est decimam partem date & nomen sibi retinere: Denarius autem numerus est perfectus, & ideo significat perfectionem nouenarius autem imperfectus, & ideo significat imperfectionem. Igitur ille moraliter infert omnem decimationem in horreū Dei, qui de omnibus operibus suis quidquid est ibi perfectionis attribuit diuinæ bonitati, & quidquid est defectus, propriè fragilitati, & istis tanquā gratis Deus aperit cataractas suæ gratiæ: quousq; det eis abundātiā suæ gloriæ, & tunc increpat vermē deuorantē: quia nihil tristabile poterit ibi esse.

♱ MORA-

☞ tur. Si autem Deum largitorem intellexerit, & his per quos à Deo eruditus est se humiliauerit, & in horreum Dei cibos intulerit id est scripturæ alimenta populis ministrauerit, mandabit Deus nubibus suis, vt pluant super eum imbrem. Increpabit etiam pro eo contrarias potestates, nec erit sterilis vinea: Ille scilicet qui dicit: Ego sum vitis vera. Et afferet ei fœcunditatem: & tantam ex merito humilitatis beatitudinem consequetur, vt omnes Gentes dicant eum beatum: & in terra id est doctrina illius desiderent habitare.

A

Psal.77.c.

Ioan.15.a.

※ THEODORETVS. Cùm lex definiat primitias & decimas primas Deo offerendas, deinde reliqua sumenda esse: vos contra, omnia pariter in vestra granaria intulistis: nec vobis venit in mentem cogitare pauperum esse rapinam, primitiarum & decimarum fraudationē sacerdotibus. Ideo non terræ conditionem dedi, quia assistentes rebus sacris conficiendis & pro vobis hostias offerentes, ex oblatis mihi primitiis & decimis alantur, & in diuino templo assidentibus pauperibus ex his administrent. Idcirco hac auaritia restincta, reddite legitima sacerdotibus: experimento cognoscite vobis bonorum maiorem copiam fore.

† Iob.21.b.

B

C

Hieronym. a *Et beatos.* Cunctæ nationes per circumitum mirabuntur fertilitatem terræ vestræ, intantum vt omnes habitare in ea desiderent, & abundantiæ rerum omnium Gentibus exemplo sitis. D

b *Inualuerunt.* Repetit plenius quod dixerat. *Laborare fecistis do.in ser.* Et exponit latius querimoniam populi reuersi de captiuitate, qui existens in cultu vnius Dei, multis miseriis affligebatur, videns idololatras in omnibus prosperari. Infirmato ergo & dicenti: frustra colo Deum, occurrit propheta in persona Domini & rescidit verba blasphemiæ quæ ab infirmis dicuntur in creatorem. supra.co.4.

※ THEODOR. Rursus morbum aliū eos vexantem curat. Præpostera enim mēte prædicti, obseruantiā erga me inutilem & infructuosam duxistis: & scelerate viuentes diuitiis redundare & voluptatibus diffluere dixistis; atq; cùm mea prouidentia curemini, me omni fœlicitate carere existimatis, & beatam iudicatis aliorum fœlicitatē. E

† probauerunt.

c *Ergo nunc beatos.* Possunt hæc de hæreticis intelligi, Martione & Valentino, & cunctis qui non recipientes vetus testa. contra creatorem loquuntur, & proficiunt in sua impietate, & multos socios sceleris habent. Hieronym.

d *Tunc locuti sunt, &c.* Verba prophetæ. Quasi dicat. Illis blasphemantibus de iudicio Dei, iusti qui casto timore Deum timent loquuntur ad inuicem, cohortantes se, quòd retributio bonorum vel malorum non sit in præsenti, sed in futuro: & quòd homo non possit scire iudicia Dei, & de æquitate eius disputare. F

☞ CAP.

a ¶ Vermes vel vicium aeris.

deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec

a ¶ Sed impiebit torcularia.

erit sterilis vinea in agro, dicit dominus exercituum. Et bea- 1

a tos vos dicent omnes Gentes. Eritis enim vos terra desidera-

a ¶ Semper plus & plus accusatis Deum, quòd cultores suos negligat. ¶ Non intelligentes quàm grauis est vestra blasphemia. 2

b bilis dici dominus exercituum. Inualuerunt super me verba

vestra dicit dominus. Et dixistis: quid locuti sumus contra te?

¶ Respondentes. a ¶ Ab vtilitate. b ¶ Obseruando legem. c ¶ In præsenti pro Dei seruitute, exigunt mercedem, ideo non recipiunt. 3

Dixistis. † Vanus est qui seruit Deo: Et quod emolumentum, 4

a ¶ Contritione cordis, vnde. Tota die contristatus ingrediebar. 5

quia custodiuimus præcepta eius, quia ambulauimus tristes 6

c coram domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arro 7

a ¶ Qui contra Deū superbiunt & blasphemant. b ¶ Post scelera & blasphemias prosperis perfruūtur. 8

gantes. Siquidem ædificati sunt facientes impietates, & † ten- 9

a ¶ Fœlicitate præsentis seculi. b ¶ Verba prophetæ. ¶ Non dicit quid locuti sunt sed ex eo quòd addit timentes Deum, datur intelligi, qui non sint locuti scilicet quod ad timorem Dei pertinet. 10

d tauerunt Deum, & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes 11

a ¶ Iustis loquentibus & cohortantibus se contra blasphemias attendo. 12

Deum, vnusquisque cum proximo suo. Et attendit dominus 13

a ¶ Verba quæ dicunt hic blasphemi, inde Deum timentes, scripta sunt vt sint in memoria præscientiæ Dei, vt in die iudicij blasphemiæ pœnas, & timentibus præmia reddat.

& audiuit & scriptus est liber monimenti coram eo timenti- 14

a ¶ Timentes me quid responderunt ad verba blasphemiæ.

bus dominum, & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, 15

a ¶ Iudicium. b ¶ Peculiarem populum.

ait dominus exercituum in die qua ego faciam in peculium, 16 17

a ¶ Quia omnis homo sub peccato. b ¶ In quo duplex affectus est & pietatis in filium & seruitutis in famulum. c ¶ Per pœnitentiam.

& parcam eis sicut parcit uir filio suo seruienti sibi. Et conuer 18

a ¶ Qui nunc blasphematis, ex beatitudine timentium & vestra miseria cognoscetis, quid sit inter iustum & impium. 19 20

timini, & videbitis quid sit inter iustum & impium, & inter 21

seruientem Deo, & non seruientem ei.

NICOLAVS DE LYRA.

✤ 1 Et beatos vos, &c. *Quæ sunt in circumitu vestro ex bonorum vestrorum multiplicatione: ista tamen promissio est sub conditione scilicet si fecerint benè, quod quia non fecerunt, promissio non fuit impleta.*

2 Inualuerunt. *Hîc error supra positus remouetur. Et diuiditur in duas partes: quia primò dictus error repetitur, vt aliquid addatur, & secundò euacuatur, ibi:* Tunc locuti sunt timentes. *Circa primum dicitur in persona Dei:* Inualuerunt super me ver. *Id est, contra me sunt multiplicata. Et quæ sint illa, subditur.*

3 Vanus est qui seruit Deo. *Quia ad hoc non sequitur aliqua eius retributio, quia sicut dictum est superius, negabant Deum habere prouidentiam de actibus humanis vel iustitiam. Et ad vtrúmque sequitur defectus bonæ retributionis, ideo subditur in persona talium.*

4 Et quod emolu.&c. *Quasi dicat.* Nullum.

5 Quia ambulauimus, &c. *Id est, ieiuniis afflicti: vnde in Hebræo habetur. Et quia ambulauimus denigrati: & ideo vlterius concludebāt.*

6 Ergo nunc. *Id est, in præsenti vita.*

7 Beatos dicimus ar. *Id est, eleuatos in pompa & potentia, quia benè est eis in hac vita, nec expectatur alia.*

8 Siquidem. *In domibus & possessionibus.*

9 Et

9 Et tentauerunt Deum. *Ipsum prouocando & contemnendo.*

10 Et salui fac. sunt. *Ex quo concluditur quòd non habeat de malis eorum notitiam, vel si habet quòd de talibus non fecit iusticiam.* Diuisio

11 Tunc locuti sunt. *Hic consequenter dictus error: tollitur & primò succinctè, secundò magis diffusè cap. vlt. Circa primum dicitur.* Tūc locuti sunt timentes Deum *Qui confitentur diuinam prouidentiam & eius iustitiam ad omnia se extendere.*

12 Vnusquisque cum proximo suo. *De præmiatione bonorum & punitione malorum in seculo futuro, & subditur.*

13 Et attendit dominus, &c. *Hic accipitur &, pro id est. Si enim loquebantur ad inuicem.* Attendit dominus. *Scilicet bona & mala quæ fiunt in præsenti vita.*

14 Et scriptus, &c. *Id est, ista sunt in diuina scientia indelebiliter.*

15 Et. *Qui non potest mentiri.*

16 In die. *Id est, in die iudicij.*

17 In pecu. *Id est, in populum amicabilem & familiarem.*

18 Et parcam. *A pœnis æternis.*

19 Sicut parcit. *Qui castigat eum ne incurrat maius malum.*

20 Et conuer. *Scilicet ad me vos qui estis in supradicto errore.*

21 Et. *Quia licet iustus in præsenti castigetur, tamen per hoc conseruatur in bonis gratiæ, & postea in bona gloriæ deducetur.*

✤ NICO-

ADDITIO.

In cap.5. *Vbi dicitur in postil. Ista tamen peccata specialiter exprimuntur.*

Ratio quare exprimuntur ista peccata scilicet maleficium & adulterium & periurium secundùm glo. quia communiter ista peccata fiunt occultè: sed à Deo proferuntur in medium ne diu lateant, & ideò præmisit. Et ero testis. *Quasi dicat. Licet de similibus peccatis non inueniantur, vt in plurimū testes, tamen ego ero testis. Adiungit etiā prædictis peccatis ista quæ sequuntur, scilicet qui non reddunt mercedem mercenarij, & viduas & pupillos opprimunt & peregrinum: ne parua putentur quæ periurio & adulterio comparantur, vt in glossa.*

CAP. IIII.

A a Lib.20.ciu. cap.27. *Ecce enim di.*✠ AVGSTINVS. Hoc ad nouissimum iudicium pertinet: Dies venit ardens sicut clibanus, &c. Hæc distantia præmiorum atque pœnarum iustos dirimens ab iniustis, quæ sub isto sole in huius vitæ vanitate non cernitur, quando sub illo sole iustitiæ in illius vitæ manifestatione clarebit. Tunc profectò erit iudicium, quale nunquam fuit.

✠THEODORETVS. Tum inquit, noscetis, quantum discrimen inter iustum & iniustum, & quantum differat Deo seruiens, ab eo qui non seruit: ne arbitremini præsentem in omne tempus duraturũ, hæc enim extinguetur, & veniet dies ali

B qua ardens, sicut clibanus, & comburet eos.

b *Et orietur vobis, &c.*✠EVSEBIVS. Cæsar. Qui sæpe nominatus est Dominus, & Deus, & angelus, & princeps imperatorum, & Christus, & sacerdos, & verbũ, & sapientia Dei, & imago, nunc idem Sol iustitiæ dicitur. Hunc ipsum igitur is qui genuit pater, non omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus, vt sic illis timoris erga se præmium Solis iustitiæ det lumen. Erit autem hic Deus verbum à quo illud dictum est. *Ego sum lux mundi, &c.*

Ioa.1.& 8.

c *Egrediemini & salietis, &c.*✠REMIGIVS. Sol iustitiæ Christus est, cui Deus pater dedit iudicium, quique omnia iustè iudicabit, vt nec vitia nec virtutes latere patiatur. Hic orietur timentibus Deum, occidet autem & obscurabitur blasphemis. Vn

Sap.5. de dicent. *Lumen iustitia non luxit nobis, & Sol non est ortus nobis.* In alis eius est sanitas, vt sanatos per pœnitentiam protegat, & ad caulas gregis sui in humeris suis reportet. Tunc egredientur qui in huius seculi carcere clausi tenebantur, & salient quasi vituli de armento, placentes Deo renouati & nitidi, squalore mortalitatis abiecto.

L.i.de Resur. car.c.31. Ezech. 37. C ✠TERTVLLIANVS. Reuelatio ossium aresactorum facta Ezechieli, accipienda est in testationem resurrectionis, vt Deus Deus in illam spem erigeret Hebræos, æternæ scilicet salutis & necessarioris restitutionis, & auerteret à respectu præsentium rerum. Ad hoc enim & alibi propheres: Exibitis de sepulchris velut vituli de vinculis soluti, & cõculcabitis inimicos. In summa, si propriè in Israelis statum resurgentium ossium imago cõtenditur, cur etiam non Israeli tantummodo, verum & omnibus gentibus eadẽ spes annunciatur, & recorporandarum & redanimandarum reliquiarum, & de sepulchris resuscitandorum mortuorum.

d *Cum fu.* Abraham cooperatione diuinę maiestatis dicit. *Ego sum terra & cinis,* ideo vidit solẽ iustitiæ. Qui verò superbè dixit. *Ponam super sidera.sc.&c.* Deducetur ad terram: & erit cinis sub pedibus sanctorum in die iudicij.

Hieronym. Gen.18.d.

✠THEODOR. Sicut erat diues Lazaro, sic erunt iniuria affectis, iniuriam facientes: sic sanctis martyribus, tyranni. & persequutores iniqui. Deinde in memoriam redigit quæ de Domino Christo Moses prædixit, atque iubet summo studio legem legere, atque ei obtemperare, & nequaquam contradicere.

Luc. 16.

✠AVGVSTINVS. Hæc oportunè commemorat, post declaratum tam magnum futurum inter obseruatores legis contemptoresque discrimen, simul etiam vt discant legem spiritaliter intelligere, & inueniant in ea Christum, per quem iudicem facienda est inter bonos & malos ipsa discretio. Non enim frustra dicitur. Si credieretis Moysi, crederetis & mihi. De me enim ille scripsit. Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius promissa terrena rerum cœlestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerunt. *Vanus est qui seruit Deo, &c.*

Lib.20 ciu. cap.28.

Malach. 3.

e *Mementote legis Moysi serui mei.* Loquitur ad Israel, id est, ad omnes qui Deum sensu cernunt, vnde. Beati mundo corde. q. ip. de vid.

Hieronym. Matt.5.a.

☞ *Oreb*

F

A a *Oreb sic.* Quia per legem omnium viciorum humor excoquitur.

b *Ecce.* Iudæi dicunt ante suum Christum Eliam esse venturum & omnia restauraturum. Vnde & Christo in Euangelio proponitur quæstio. *Quid est quòd Pharisæi dicunt, quòd Elias venturus est.* Cui ipse respondit. *Elias quidem*

Marc.9.b. *veniet, & iam venit,* in Elia Iohannem intelligens. Post Moysen, id est, legem spiritualiter seruandam dicit mittendum Eliam in quo prophetia signatur, quia antequam dominus

† occisione in iudicio percutiat terram anathemate, mittet chorum prophetarum, qui significatur in Elia qui interpretatur Deus meus, & est de oppido Thesbi, quod sonat conuersio ad

B pœnitentiam: hic Elias conuertet cor patrum Abraham Isaac & Iacob & cæterorum prophetarum ad institutionem posterorum de fide Saluatoris, in quem & ipsi crediderunt, & cor filium ad patrum eorum, quia suscipient fidem quam habuerunt. Vel cor patris ad filium, id est, Dei ad omnes qui spiritum adoptionis acceperint: & cor filiorum ad patres eorũ. Vnde Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentient.

Li.20.ciuit. cap.29. ✠AVGVSTINVS. Per hunc, Eliam magnum mirabilémque prophetam exposita sibi lege, vltimo tempore ante iudicium, Iudæos in Christum verum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus, cordibúsque fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immerito speratur esse venturus: qui etiam nunc viuere non immerito creditur. Cùm venerit ergo, exponendo legem spiritaliter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, conuertet cor patris ad filium, id est, cor patrum ad filios: vt etiam filij sic intelligant legem, quemadmodum patres, id est, prophetæ intellexerunt. Vel, docendo quòd Pater diligat Filium: vt & Iudæi, quem prius oderant, diligant eundem, qui † mitte nostrer est Christus. Hæc ergo faciet Helias. *Ne forte* inquit, *veniam, & percutiam terram penitus.* Terra sunt enim qui terrena sapiunt, sicut Iudæi carnales vsque nunc: ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt. *Quia mala ei placent, &c.* Hanc eandem D. Au- Malac.2. & gustini sententiam de veri Heliæ vero aduentu ad finem se- 3. culi confirmant alij patres Latini Rupertus & Remigius com. in hunc locum: Anselmus in 11. ad Heb. Beda in cap. E 1. Lucæ. & lib. de temporum ratione. cap. 68. Gregorius lib. 14. Moral. cap. 11. & lib. 9. cap. 4. & lib. 11. cap. 10. & lib. 20. cap. 26. Prosper in dimidio temporis. cap. 13. Ambrosius in cap. 1. Lucæ Lactantius lib. 7. cap. 17. Tertullianus lib. de resurr. carnis. cap. 22. lib. de anima. cap. 35. & lib. 3. carn. aduersus Marcionem: Græci quoque patres Damascenus lib. 4. c. 27. Aretas in 11. Apocal. Theodoretus in 10. Danielis: Chrysostomus in 2. Thessal. 2. Dorotheus in Synopsi. Ephrem Syrus, & Hypolitus martyr orat. de Antichristo, &c.

☞ *Epistola*

CAPVT IIII.

¶ Plenius inculcat de pœnis blasphemantium, & de præmiis timentium.
a ¶ Iudicij, quæ sanctis lux, peccatoribus tenebræ. b ¶ Ad emendandos malos, vt stipulam.

a † clibanus

Ecce enim diès veniet succènsa quasi † caminus & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula. Et inflammabit 1 2 3 4
¶ Cum combusserit eos, non relinquet in eis radicem maliciæ.
a ¶ Illa impijs è contrario.
eos dies veniès, dicit dominus exercituum, 5
b quæ non derelinquet eis radicẽ & † germen. † Et ŏrietur vo- †
a ¶ Qui verò omnia iudicabit, nec bona nec mala, nec virtutes nec vicia latere patietur. b ¶ Vt sanctos per pœnitentiam in humeris suis porter. 6
bis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis 7 8
¶ Tunc. a ¶ Qui nunc seculo, quasi carcere inclusi estis. b ¶ Vnde. Cupio dis. & esse cum Christo.
¶ Vel de vinculis relaxati. 9
c eius. Egrèdiemini & † saliẽtis sicut † vitulus de armento, & † 10
a ¶ Nec hoc sine lætitiæ contenti calcabitis impios. ¶ Dissoluti, aridi, impotentes resistere.
d calcábitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedũ vestrorũ: 11
a ¶ Ad spiritualem intelligentiam inuitat. ¶ In futuro iuxta merita erit retributio, ergo dum est tempus merendi obseruate legem. 12
e in die qua ego facio dicit dominus exercituum. Mẽmentote 13

† ramum † 24. q.1.c. quoniã verus. de cons. d.4.cap. nec quemquam. E Isa.14.c. † vituli saginati Luc. 16.

8 Sol iustitiæ. *Id est, Christus qui tunc apparebit electis retributor & saluator iustus.*
9 Et saltabitis. *Id est, dies iudicij, quam diem præcedet persecutio Antichristi.*
5 Antequam veniat dies. *Id est, dies iudicij, quam diem præcedet persecutio Antichristi.*

6 Et

NICOLAVS DE LYRA

CAP. IIII.

Ecce enim. *Hic prædictus error remouetur magis explicitè ex præmiatione bonorum & punitione malorum & primò, ponitur malorum punitio: secundò, bonorum retributio ibi:* Et orietur. *Circa primum dicitur.*

1 Ecce. *Scilicet iudicij.*
2 Succensa. *Quia illam diem præcedet ignis conflagrationis ad purgationem elementorum, & eam sequetur ignis gehennæ ad punitionem reproborum, ideò subditur.*
3 Et erunt. *Peccantes contra Deum.*
4 Et om.sa.im. *Per peccata contra proximum,*
5 Stipu. *Incendio gehennæ deputata.*
6 Quæ non dere. *Quia post finalem sententiam non erit tempus nec locus reuertendi ad gratiam.*
7 Et orietur. *Hic consequenter ponitur bonorum retributio, cum dicitur.* Et orietur, &c. *Timore filiali, quia habet charitatem annexam.*

8 Sol iustitiæ. *Id est, Christus qui tunc apparebit electis retributor & saluator iustus.*
9 Et sa *Scilicet orietur quia per ipsum electi gloriam animæ & corporis consequentur.*
10 Egre. *Ad considerationem pœnæ reproborum quàm euadetis.*
11 Et salietis. *Quia talis visio erit eis exultationis occasio. Tum propter eius euasionem: Tum propter diuinæ iustitiæ impletionem, secundum quòd dicitur Psal.57. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c.
12 Et calcabitis imp.cum fue.ci. *Id est, afflicti pœna ignis gehennalis, quia corpora damnatorum non incinerabuntur, sed semper viuent & semper crucientur.*
13 Mementote. *Hic consequenter ponitur generalis monitio & maximè Iudæorum quorum pleres conuertentur ante iudicium, ideò dicitur.* Memẽtote legis Moysi. *In qua fit mentio de aduentu Christi secũdum quòd dicit Saluator Ioan.5.g.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

✠ Quam

MORALITER.

✠ 1 *Ecce enim.* Hoc ad literam exponitur de die iudicij generalis. Moraliter autem potest exponi de die mortis, quæ est die iudicij particularis: ideo subditur.
2 *Succensa.* Scilicet reprobis qui statim portantur ad pœnam ignis infernalis, ideo subditur.
3 *Et erunt, &c. quæ non deve.* Id est, spem reuertendi ad vitam præsentem.

† Et

† *Et germen.* Id est, merendi virtutem.
7 *Et orietur vo.* Scilicet electis.
8 *Sol iustitiæ.* Id est, lumen gloriæ perfecta tamen purgatione.
9 *Et sani.* Per dotem impassibilitatis in corporibus resumptis.
† *In pennis eius.* Per dotem agilitatis, ideò subditur.
10 *Egrediemini.* Hoc dicitur, quia damnatorum pœna electis est consolationis materia. Et quoniam ad gloriam consequendam requiritur præcedens meritum, ideo subditur.
13 *Mementote legis Moysi.* Id est, Christi per Moysen figurati.

✠ Quam

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Quam mandaui. *Ei Oreb. Exo.20.*
2 Præcepta. *Scilicet decalogi, quæ seruanda sunt tempore testa.*
3 Et iudicia. *Id est, illa quæ continent iustum modum viuendi ad proximum: quæ similiter seruantur in noua lege: licet non eo-*
C *dem modo quantum ad omnia: quia præcepta iudicialia quæ seruantur in noua lege obligant vt de nouo instituta. De ceremonialibus verò non fit hic mentio: quia illa sunt totaliter exclusa in noua lege: ita quòd non possunt licitè, eò quòd erant respectu nouæ testa. figuræ, & ideò cessauerunt adueniente veritate.*
4 Ecce ego mittam. *Eliam prophetam qui ad hoc reseruatur in vita cum Enoch: vt prædicent contra perfidiam Antichristi, ideò subditur.*
5 Antequam veniat dies. *Id est, dies iudicij, quam diem præcedet persecutio Antichristi.*

6 Et conuertet cor. patrum ad filios, & cor filiorum, &c. *Reducendo illos qui tunc erunt incredeli ad fidem Christi, in quem crediderunt patres antiqui: & sic illi patres diligunt filios & è conuerso in charitate Christi.*
7 Ne forte veniam. *In Hebræo, non est fortè, quia aduentus Christi ad iudicium certus est. Potest etiam dici secundùm translationem nostram, quòd non ponitur hic fortè propter incertitudinem aduentus, sed propter incertitudinem determinati temporis, vnde* F *Christus dicit Act. 1.a.* Non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c.
8 Et percutiam terram. *Id est, habitantes in terra generaliter.*
9 Anathemate. *Id est, sempiterna separatione ab ea: quia nullus homo habitabit terram vltrà, sed aliqui scilicet electi adherebunt Deo sempiterna fruitione. Quam nobis concedat qui cum patre & spiritu-sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum Amen.*

MORALITER.

† 1 *Quam mandaui, &c.* Ibi enim audiente populo Deus decem præcepta dedit: quæ Christus in Euangelio repetit, etiam ad eorum obseruantiam inducit di. Mat. 19. c. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Et ad idem faciendum instituit Apostolos & alios discipulos & successores eorum, ideò subditur.
4 *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam.* Quilibet enim prædicator habens Dei zelum & salutis animarum Elias spiritualiter potest dici.
5 *Antequam veniet dies domini magnus.* Id est, ante diem iudicij generalis, qui magnus erit electis propter magnitudinem boni quod tunc consequentur, & horribilis reprobis propter horrorẽ pœnæ ad quam damnabuntur.
6 *Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum, &c.* Multi enim patres conuersi sunt ad fidem catholicam per filios, & è conuerso multi filij per patres: & sic erit de futuro ante iudicium generale.
7 *Ne forte veniam.* Istud fortè non importat dubium de aduentu Christi ad iudicium, quia certum est quòd veniet: sed importat dubium temporis iudicij, quod omnibus est ignotum.
8 *Et percutiam terram anathemate.* Per terram intelliguntur homines terreni in amore terrenorum totaliter fixi, qui tunc excommunicabuntur penitus à Dei societate & electorum.

✠ MORA-

ADDITIO.

In cap. 4. *Vbi dicitur in postil. Præcepta scilicet decalogi.*
Vbi nos habemus in hoc loco præcepta & iudicia, in Hebræo habetur ceremonias

ceremonias & iudicia: vnde ex hoc loco æstimant Hebræi habere contra nos validum argumentum ad probandum, quòd ceremonialia non debent cessare tempore Messiæ, vt habetur communiter in expositionibus eorum. sed bene aspicienti veram & propriè literæ significationem ex

ac

A *hac autoritate non habent intentum: sed forte ex ea potest oppositum probari. Ad quod sciendum quòd aliud est dicere.* Mementote legis Moysi, *& aliud est dicere: Seruate legem Moysi, &c.* Nam *ad seruandam legem requiritur facere ea quæ in lege præcipiuntur, & vitare ea quæ in lege prohibentur. Ad memoriam verò legis habendam hoc non requiritur: sed sufficit habere memoriam de lege in mente ad eius spiritualem intelligentiam percipiendam. Vnde in hoc loco propheta ad spiritualem legis intelligentiam inuitat secundum gloss. interlinearem, non autem exhortatur ad obseruantiam legis: & sic ex ista autoritate habetur quòd ceremonialia & iudicialia legis Mosaicæ de quibus hic tantum fit mentio sunt habenda in memoria modo prædicto, non autem seruanda, quòd est contra eos. Si enim propheta intenderet exhortari populum ad legem Mosaicam perpetuò obseruandam, vtique dixisset: Seruate seu custodite legem Moysi: sed hoc non dixit: sed,* mementote legis, *ad innuendum quod supra dictum est: Et notandum, quòd hanc differentiam inter custodire præceptum, & memoriam habere de præcepto seu de lege, ponit Ra. Moyses Gerundien. in expositione super Pentateuch. super illud verbum. Exod. 20. b.* Memento vt diem sabbati sanctifices: *& illud verbum Deut. 5.* Obserua diem sabbati, *dicens quòd primum verbum importat præceptum affirmatiuum solum de memoria sabbati habenda: &* B *secundum verbum importat præceptum de custodiendis omnibus quæ custodienda sunt in sabbato.*

ADDITIO III.

In eodem cap. *Vbi dicitur in postill.* Et conuertet cor patrum ad filios.

Hoc quod dicitur de Elia: Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: videtur propriè exponendum de sancto Ioanne Baptista qui præcessit Christum in spiritu & virtute Eliæ, Luc. 1. Iste enim conuertit cor patrum ad filios, inquantum digito demonstrauit filiis Christum in quem cor patrum fide & desiderio tendebat: sed hoc in singulari vago, non autem in singulari demonstrato. Similiter conuertit cor filiorum ad patres eorum, inquantum Christus quem filiis digito demonstrauit, est ille in quem patrum fides & desiderium tendebat saltem in singulari vago, & sequitur. Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate. *Quasi dicat si sine præcursore præcedente venissem, deficiente demonstrante me deficeret fides mea: & sic terra esset percutienda anathemate, &c.* D

REPLIC. In cap. 4. *Vbi dicitur.* Et conuertet cor patrum ad filios: *postill. exponit de Elia: quia hoc faciet præcurrendo secundum aduentum Christi. Bur. autem exponit de sancto Ioanne Baptista. Sed illa expositio est mystica, sicut Ioannes fuit mysticus Elias: quia venit in spiritu & virtute Eliæ: Expositioni etiam Bur. si literalis esse debeat occurrunt inconuenientia. Primum quia in litera dicitur de die præuenienda magna & horribili: Ioannes autem non præuenit diem horribilem, sed desiderabilem. Item dicitur de non conuersis per Eliam comminatoriè.* Ne fortè veniam & percutiam terram anathemate; E *Ioannes autem non præcurrit talem percussorem, quia Christus non venit post Ioannem indicare, sed iudicari. Nec venit vt iudicet terram vel percutiat, sed vt saluetur mundus per ipsum. Huius salutis participes nos faciat Christus ipse Iesus in secula seculorum benedictus, Amen.*

Epistola Rabani ad Ludouicum regem.

DOmino excellentissimo & in cultu Christianæ religionis strenuissimo Ludouico regi: Rabanus vilissimus seruorum Dei in domino dominorum perpetuam optat salutem: Cum sim promptus animo ad parendum atque seruiêdum vestræ voluntati; quotidie cogito quid honorificentiæ vestræ gratum exhibeam, vt mei memoria sedulò apud vos maneat: C & deuotio mentis meæ erga obsequiū vestrum appareat. Vnde grandis mihi quæstionis angustia in animo versatur, cogitandi quid potissimum reuerêtiæ vestræ offeram: quando alij iuxta id quod sibi condecet, & opulentia rerum vires illis ministrat, multiplicia munera vobis deferunt. Ego autem ita per me hoc non efficere posse sentio, sed tamen vacuus à munere penitus non ero: quia iuxta paupertatem virium mearum & ingenij tenuitatê, ea quæ in meditatione sanctarum scripturarum elaboraui offerre decerno: quæ licet non sunt condigna prudentiæ vestræ, tamen credo non sunt vbique spernenda. Præterito siquidem anno transmisi vobis tractatum in Danielem prophetam, quem non solum ex dictis maiorum, quinetiam ex nostrę paruitatis sensu confecerā. Nunc verò quia tempus est illud quo Romana ecclesia constituit libros legi Machabæorum in ecclesia: eorundem librorum expositionem quam ante annos aliquot rogantibus amicis sensu hystorico simul & allegorico dictaueram, excellentiæ vestræ defero, vt si aliquando sensum mysticum in eis vos dignoscere delectet, habeatis in promptu quo illum explicitum inuenire valeatis; nô dico valde disertè & oratione F rethorica, sed lucido sermone & catholica fide. Vos quoque si quod in prædicto opere reperiatis vobis gratum & ritè prolatum, eius gratię hoc deputetis à quo est omne bonum. Si quid autê minus rectè vel inconuenienter positū vobis ibidê videatur; imperitiæ meæ magis deputetis quā malitiæ: q quādiu in hoc corpusculo vixero, in Christi seruitio prout possibilitas fuerit laborare contendo. Ipsius enim est misericordiæ, vt qui mihi in animo hoc dedit velle ipsum, me bono opere faciat consummare. De quo propheta ait: *Propè est dominus omnibus inuocantibus se in veritate, & non derelinquet omnes qui sperant in se.* (Psal. 144. d.) Diuinitas domini nostri Iesu Christi diu vos hic incolumes, & legis Dei veritatem amantes ad multorum salutem custodiat; & post huius vitæ cursum ad veram & æternam beatitudinem peruenire concedat.

Incipit Prologus beati Hieronymi presbyteri in libros Machabæorum.

MAchabæorum libri duo prænotant prælia inter Hebræorum duces gentémque Persarum: pugnam quoque sabbatorum, & nobiles Machabæi ducis triumphos: ex cuius nomine & libri iidem sunt nuncupati. Hæc quoque historia continet etiam inclyta illa gesta Machabæorum fratrum, qui sub Antiocho rege pro sacris legibus dira tormenta perpessi sunt. Quos mater pia dum diuersis suppliciis vrgerentur, non solùm non fleuit, sed & gaudens hortabatur ad gloriam passionis.

Item alia epistola ad Rabani.

REuerendissimo & omni charitatis officio dignissimo Geroldo sacri palatij archidiacono, Rabanus vilis seruorum Dei seruus in Christo salutem. Memini me in palatio Vangionum ciuitatis constitutum, tecum habere sermonem de eminentia scripturarum sanctarum, & de difficultate diuinarum historiarum: in quibus non solum per aliquanta loca propter varietatem rerum & situm prouinciarum obscurus est sensus, quinetiam pro tropos figurarum occultus est intellectus. Et quia eodem tempore commentarios in libros Regum nuper à nobis editos venerabili abbati Hilduino tradideram: tu quidem prauitatem meam exhortatus es quatenus in lib. Paralipom. atque Macha. commentarios iuxta vestigia maiorum pari studio conderem:

feci quantum potui, & prioris libri expositionem. Ludoico A regi editam dedi, sequentis verò tuæ sanctitati tradendam reseruaui, vt petitio tua non esset vana, neq; haberes me suggillandum: quasi tibi roganti nollem conferre, quod aliis gratis contulerim. Proinde quia iam confectum opus habes, vtere eo sicut decet seruum Christi cum cōmunione multorum, & quod solus impetraueras, ad plurimorum vtilitatem peruenire facias. De cętero quoque volo scire sanctitatē tuam quoniam ipsum opus ideò partim de diuina historia, partim de Iosephi Iudæorum historici traditione: partim verò de aliarū Gen- B tium historiis contexui: vt quia non tantū gentis Iudææ ac principum eius: sed & aliarum Gentium similiter in ipso lib. mentio fit, ex multorum libro. collatione veritas sacræ historiæ pateat, & sensus narrationis eius lectori lucidior fiat. Tu verò si quid in memorato tempore tibi gratum atque vtile inueneris, largitori omnium bonorum idem gratias referas. Si quid autem reprehensibile in eo esse prospexeris, nostræ infirmitati & imperitię deputes: & apud clementem iudicem veniam impetrare nobis per sacras orationes festines. Sicque optimo largitori dignum honorem, & fragili opifici oportunum conferes solatium. Fraternitatem tuam diuina maiestas prosperis successibus pollentem: & æternæ beatitudinis gaudia promerentem, omni tempore nostri memorem conseruare dignetur.

Item alius prologus.

MAchabæorum libri, licet nō habeantur in canone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Prænotant autem prælia inter Hebræorum duces Gentésque Persarum, pugnā quoque sabbatorum & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cùm Romanorum ducibus atque legationum. Machabæi septem fratres ab vna matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt, cum matre suá, atque sepulti cùm magna veneratione ibi quiescunt.

Hos Machabæorum libros Canonicos esse probatur.

CANON 84. Apost. Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerandi, ac sacri libri, veteris quidem testamenti, Mosis quinque, &c. De Machabæorum gestis tres, Iob. vnus, &c.

(L. 18. de ciuit. cap. 36.) ✤ AVGVSTINVS. Machabæorum libros non quidem Iudæi, sed Ecclesia pro canonicis habet propter quorundam martyrum passiones vehementes atque mirabiles: qui pro lege Dei ante aduentum Christi certauerunt. D

✤ IDEM. Totus canon diuinarum scripturarum his libris continetur. Quinque Moyses, id est, Genesi, Exodo, &c. Iob, Tobias, & Hester, & Iudith, & Machabęorū libri duo, & Esdræ duo, &c. ([illegible] Christi c. 8.)

✤ IDEM. Hanc scripturam quæ appellatur Maccabæorum non habent Iudæi sicut legem, & Prophetas, & Psalmos, &c. sed recepta est ab Ecclesia non inutiliter, si sobriè legatur, vel audiatur, maximè propter illos Machabæos qui pro Dei lege sicut E veri martyres à persequutoribus tam indigna atque horrenda perpessi sunt. (L. [illegible] contr. secūd. epist. Gaudentij. cap 23.)

✤ INNOCENTIVS Papa huius nominis primus. Qui libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hęc sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti: Moysi libri quinque, &c. item historiarum Iob, Hester, Iudith, Machabæorum, Esdræ, &c. (Epist. ad Exuper. Tholos.)

✤ CONCILIVM Carthaginense 3. confirmatum à sexta synodo vniuersali: Placuit vt præter scripturas canonicas, nihil in Ecclesia legatur sub nomine diuinarum scripturarum. Sunt autem scripturæ canonicæ Genesis, Exodus, Leuiticus, &c. Hester, Esdræ libri duo, Machabæorum libri duo, &c. (Cap. 47.)

✤ HIERONYMVS. Machabæorum libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. (Prologo. 2. in li. Mach.)

✤ HEGESIPPVS. Machabæorum res gestas propheticus sermo paucis absoluit: reliquorū vsq; ad incendium tēpli & manubias Titi Cæsaris relator egregius historico stilo Iosephus. (Prologo in lib. 1. de excid. vrb.)

CAP. I.

C ET *factum est.* Initium libri Machab. simile est in principio libri Ezechielis prophetæ: vbi scriptum est: *Et factum est in tricesimo anno in quarto mense, &c.* (Rabbanus. Ezech. 1. a.) Vnde primum nobis quæstio oritur. Cur is qui adhuc nihil dixerat, ita exorsus est dicens.

(Gregor. super Ezech. hom. 1.) a *Et factum est postquam, &c.* Et, namq; sermo coniunctionis est, & scimus quia non coniungitur sermo subsequens, nisi sermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: *Et factum est.* cum non sit sermo cui hoc quod incipit subiungatur? Qua in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic prophetæ & scriptores diuinorum librorum sensu spiritualia aspiciunt: eisque & illa sunt præsentia quæ nostræ ignorantiæ absentia videntur. Vnde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora, quatenus simul vtraque videant, simúlque in eis fiat & intus verbum quod audiunt, & foris quod dicunt. Patet igitur causa cur qui nihil dixerat, inchoauit dicens: *Et factum est.* Deinde subiungit.

Postquam percussit Alexan. Philippi rex Macedo, qui primus regna.

(Rabbanus.) Itaque Alexandrum Philippi & Olympiadis filium, Darium regem Persarum atque Mœdorum occidisse omnibus manifestum est. Quod & Daniel in visione sua qua hircum caprarum arietem ventilantem cornibus contriuisse describit, euidenter expressit. (Dan. 8. b.) Sed quæritur quomodo dicatur Alexander primus regnasse in Græcia, cùm multi ibidem in diuersis locis antea regnasse reperiantur? Multò enim ante Argiuis, Atheniensibus, Lacedemoniis, Corinthiis, & Lydis reges præfuerunt, necnon in Macedonia, non primus rex esse Alexander inuenitur, sed vicesimusquartus. Primus enim rex Macedonum Carranus erat, F eo tempore quo Hebræorum Iuda Azarias qui & Ozias rex fuit, & Hebræorum Israel rex Ieroboam, Latinorum quoque Procas Siluius, & Lacedæmoniorum Alcameus: Corinthiorúmque Alexander, & Atheniensium Theseus. (4. Re. 14. c. Ibidem) Sed ideò primus regnasse dicitur in Græcia Alexander, quia cæteris regibus in singulis partibus antea regnantibus, primus ipse & solus in tota Græcia regnauit. Nam subuersis Thebis, in Persas arma corripiens apud Granicum fluuium inito certamine Darij duces superauit, & ad extremum ipsum percussit arietem, & duo eius cornua confregit Mœdos, atque Persas: misitque eum sub pedibus, & vtrumque cornu suo subiugauit imperio.

Quod autem dicitur egressus de Cethim, de ipsa Græcia signat. Cethim enim fuit de posteris Noe, hoc est de filiis Iauan, filij Iaphet, filij Noe. Et Scythima insulam habuit, quæ nunc dicitur Cyprus, vt Iosephus testis est: & ab ea omnes insulæ & maritima loca Cethim Hebraicè nominantur. Legamus Varronis de antiquitatibus libros: & Sisinnij Capitonis, & Græcum Flegonta, cæterósque eruditissimos viros: & videbimus omnes penè insulas, & totius orbis littora & terras mari vicinas, à Græcis accolis occupatas, qui ab Amano & Tauro montibus omnia maritima loca vsque ad oceanum possedere Britannicum.

Postilla venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra super libros Machabæorum, incipit.

CAP. I.

1 ET factum est postquam. *Post historiam Iudith quantum ad historias in sacra scriptura contentas sequitur historia in libro Machabæorum* *Constituit Machabæorum descripta ratione dicta in principio libri Thobiæ, licet per magnū tempus contigerit postea. nā historiam lib. Iudith contigit tempore Cambysis filij Cyri, secundùm communem expositionem doctorum nostrorū, quam secutus sum exponēdo lib. illū historia verò Machab. contigit tēpore Antiochi Epiphanis regis Syriæ vt patet in princ. 1. lib. Verūtamen historia videtur intricata propter duos fratres, scilicet, Seleucū & Antiochum*

MORALITER.

1 *Et factum.* Per istum Alexandrum qui largissimus fuit, & de terræ principibus triumphauit, Mysticè significari potest dominus noster Iesus Christus, qui ex libertate maxima nō solum

a *Constituit*, inquit, *prælia mul.& omnium obti.muni.& interfecit* A *reges ter.& accepit spolia multitu.gen.& siluit ter.in conspe.e.* Igitur Alexander magnus (sicut tradunt historiæ) post Darij mortem Hircanos ac Gyrodomanos subegit. Post hæc Parthorũ pugnã aggressus est, quos diu renitentes deleuit propemodũ atq; vicit. Inde Thraces euertit, atq; Apamenos ac Sopios ceterósque populos qui in Caucasi radice morabantur subegit:

Alexandri prælia. Quint. Curtius, Plutarchus Paulus Orosius. lib. 3. cap. 16.

Philippi rex Macedo, qui primus regnauit Græcia: egressus de 1 2
a terra Cethim, Dariũ regẽ Persarũ, & Mœdorum, cõstituit prælia 3
multa: & omniũ obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ. 4 5

vrbe ibi Alexandria super amnem Thanaim constituta. Sed humani sanguinis inexaturabilis siue hostium siue etiam sociorum, recentem tamen semper sitiebat cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens, Choroasmos & Aciatas indomitam gentem in deditionem accepit. Calisthenem philosophum sibíque apud Aristotelem condiscipulum cum plurimis aliis principibus, cum eum deposito salutandi more, vt Deum non adoraret, occidit. Post hæc Indiam petit, vt Oceano vltimóque oriente finiret imperium, Nisan vrbem abiit, Dedalos montes regnáque Theophilis reginæ expugnauit. Quę cùm se dedisset B concubitui regio, regnum redemit. Peragrata perdomitáque Alexander India, cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis in quo multi populi loci eo confugerant peruenisset, cognouit Herculem ab impugnatione eiusdem saxi terremotu prohibitum, D æmulatione permotus, vt Herculis acta superaret, cum summo labore ac periculo saxo potitus, omnes loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortissimo Indorum rege cruẽtissimum bellum gessit. Postea cùm orientales populos singularũ prouinciarũ nõ sine cruenta victoria cepisset conscensis nauibus cum oceani littora peragraret, ad vrbẽ quandã cui rex Ambira preerat peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnã partẽ exercitus sagittis hostiũ veneno illitis amisit. Ac post herba quę per somniũ sibi ostensa est, in potum sauciis data cũ reliquis subueniretur, vrbẽ expugnauit & cepit. Post quam circũactam ad oceanũ & Indum flumen ingressus Babyloniam celeriter rediit: vbi eum cùm exterritarum totius orbis prouinciarum legati expectarent, hoc est Carthaginensium, & totius Aphricę ciuitatum, sed & Hispanorum, Gallorum, Sicilię, Sardinięque, plurimę præterea partes Italiæ, tantus timor in summo oriente constituti ductis populos vltimi occidentis inuaserat: vt inde peregrinam cerneres toto E mundo legationem quo vix crederes peruenisse rumorem, vnde bene scriptum est.

Paulus Orosi. lib. 3. c. 17. & 18.

Paulus Orosius. lib. 3. cap. 19.

Et siluit.

NICOLAVS DE LYRA.

& Antiochum Epiphnem & eorum posteros, qui se mutuò expulerunt de regno, guerra inter eos quasi implacabili cõmota. Ad euidẽtiam igitur historiæ aliquid est hic præmittendum de dicti regni successione.

Sciendum igitur, quòd post mortem Alexandri magni eius monarchia in quatuor regna fuit diuisa, scilicet, Macedoniæ, Asiæ, Aegypti, & Syriæ; sicut Dan. 8. fuerat prophetatum: sed duobus primis regnis non fit mentio in 1. Machab. lib. sed procedit secundùm processum regni Syriæ quod multum Iudæam afflixit resistentibus prout poterant Machabæis & aliqua de regno Aegypti occasionaliter interponit. Sciendum igitur, quod mortuo Alexandro magno primus regnauit in Syria Seleucus, & alij quatuor post ipsum: & sextus fuit Antiochus magnus qui duos habuit filios. s. C *Seleucum Philopatorem qui sibi successit in regno tãquam primogenitus & Antiochum Epiphanẽ qui traditus fuit Romanis Obses & audit à morte patris, & inertia Seleuci sui fratris venit in Syriam, & ab aliquibus ciuitatibus receptus fuit, & tandem Syriæ regnum obtinuit propter quod inter posteros eius & posteros fratris sui de Syriæ regno fuit longa concertatio: & aliquando præualebat vna pars, aliquando vero altera, & Syria de vna posteritate ad aliam trãsibat: vt patet in figura hic posita, in cuius summitate ponitur Antiochus magnus & eius duo filij in duobus lateribus descendendo, & sub eis eorum posteri. processus verò regni incipiẽdo ab Antiocho magno de posteritate vnius filij ad alterius posteritatẽ vel in eadem posteritate de patre ad filium vel alium successorẽ pater in linea trãsuersali de minimo facta. Et ad maiorem euidentiam super quemlibet successiuè regnum obtinentem posui literas alphabeti secundùm processus ordinem dicti regni: Et quoniam de summis sacerdotibus Iudæorum in lib. Mach. fit mentio: ideò sciendũ: quod Iadus Alexandri tẽpore fuit sacerdos summus, post eum Onias sub quo Ptolemæus Sother rex Aegypti multos Iudæos captiuauit, post eum Simon iustus, deinde Eleazarus frater eius: deinde Onias Simonis iusti filius qui vsque tunc fuerat puer: post eũ Simon filius eius: deinde Onias filius eius tempore Antiochi magni & Seleuci eius filij: cuius tempore Heliodorus ad spoliandum ærarium in Ierusalem fuit missus: & hic Onias secundum Iosephum lib. 12. antiquitatis Iudaicæ cap. 6. habuit duos fratres, s. Iasonem & Menelaũ qui successiuè licet vsurpatiuè tenuerunt summũ sacerdotium quibus successit Alchimus per institutionem violentã Antiochi Epiphanis: quia nõ erat de linea sacerdotali licet descendisset ab Aaron, vt habetur infrà cap. 7. & tunc sacerdotium deuenit ad Machabæos, qui Antiocho regi & eius factis quantum poterant resistebant. Habebant etiam ibi aliquid iuris. nam Matathias pater eorũ descẽderat de illis 24. quos Dauid instituerat ad deseruiendum templo domini per vices suas, 1. Paral. Sed quia huius primi libri & secundi Machabæorum maior est autoritas quàm Iosephi, cùm ab ecclesia recepti sint ad legendum: ideò non est dimittendus textus propter Iosephum, sed magis è conuersò. Secundò verò lib. 4. cap. dicitur expressè quod Iason fuerit frater Oniæ, & quòd Menelaus & Lysimachus fuerit frater Symeonis præpositi templi, & de tribu Beniamin, sicut & iste Symeon, vt habetur 2. libro. c. 3. De Albimo verò habetur 2. lib. 14. quod fuerat summus sacerdos tempore Antiochi Epiphanis, sed eiectus fuit inde, eò quòd ritu Gentilium fuerat inquinatus, quem tamen restituit Demetrius Seleuci: vt habetur ibi, & 7. c. primi libri & ideò secundùm textum intendo exponere libros Machabæorum.*

Quid post mortem Alexandri magni.

Sũmi sacerdotes Iudæorum.

Iosephus.

Sequitur figura regum cum suis attinentiis.



Per figuram igitur præpositam patet processus regni Syriæ quantum ad principes qui Iudæorum populum afflixerunt. Diuisio tamen F *libri accipienda est secundùm duces qui populum Israel liberauerunt: tamen liber totalis primò in duas partes diuiditur, secundũ duos libros partiales, primum scilicet & secundum, Primus autem liber diuiditur in quatuor partes, quia primò ponitur liberatio populi sub Matathia. secundo sub Iuda 3. c. tertiò, sub Ionatha. 9. c. quartò, sub Symeone: 13. Prima in duas: quia primò ponitur deiectio populi & templi facta per Antiochum Epiphanem. secũdò, defensio facta per Matathiãe. seq. Prima adhuc in tres secundũ triplicẽ percussionem per Antiochum factã. prima facta fuit per ipsum personaliter. secunda per eius ducem ibi:* Et post duos annos. *tertia per eius nũtios & scripturam, ibi:* Et scripsit. *Circa primum primò describitur, afflictionis origo. secundò, afflictionis occasio, ibi:* In diebus illis. *tertio afflictionis tempus & ordo, ibi:* Et præparatum est. *quarto multiplex afflictorum oppressio, ibi:* Et conuertit. *Circa primum dicitur.*

Diuisio libri.

Et fact. est postq uam. *Scilicet magnus.*

1 Philippi rex Macedo. *Scilicet, tota.nã in Macedonia quæ est quædã pars Græciæ, prius regnauerat pater eius, & plures alij: sed iste uit primus monarcha non solùm Græciæ, sed etiam totius orientis: propter quod ab eo incipit regnum Græcorum.*

2 Darium regem. *Iste Darius secundũ Hebræos fuit filius Assueri & Esther reginæ, sicut dictum est in principio libri Esther & Daniel, & pluribus aliis locis: secundùm alios verò historiographos fuit alius Darius, qui postea regnauit per longũ tempus.*

3 Constituit prælia. *Contra regna sibi resistentia,*

4 Et omnium. *Sibi resistentium.*

5 Munitiones. *Id est, castra & fortalitia & bona in eis reposita.*

Et pertransiit

MORALITER.

suam, sed etiam seipsum, nobis donauit: & de principibus & de potestatibus malignis potenter triumphauit, Colos. 2. c. *Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter palàm triumphans illos in semetipso.*

Decidit

a *Et siluit terra in con.* Eius, quia nullus ei rebellare audebat.
A b *Et post hæc.* Deuictis vbique gentibus vndique thesauros & opes earum Alexander abstulit. Vnde eo mortuo satellites atque milites eius propter opum magnitudinem quas congregatas habebat, ac potentiam regni, ab inuicem dissentiebant, sicut Pompeius Trogus eiúsque breuiator Iustinus in libris historiarum suarum ostendunt, scribentes quod defuncto Alexandro in thesauris eius centum milia talenta auri reperta sunt, & in annuo vectigalis tributo trecenta milia. Denique Alexander inter pericula præliorũ Dei nutu seruatus,

Iustinus lib. 12. & 13.

Et pertransiit vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitu- 1
a dinis gentium: & siluit terra in conspectu eius. Et congre- 2 3
gauit virtutem & exercitum fortem nimis, & exaltatum
est & eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gentium, &
b tyrannos, & facti sunt illi in tributũ. Et post decidit in lectũ, 4 5
& cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, 6
qui secũ erãt nutriti à iuuẽtute sua, & diuisit illis regnũ suũ, 7 †
cùm adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim †

tus, ad extremum cum in Babylone vrbe moraretur per insidias B suorum interfectus est, & maximè factione Antipatris ducis eius, qui per Cassandrum filium suum eius veneno extinxit: sicut prædictus Pompeius Trogus narrat dicens: Quia cum Babylonem reuertens multis diebus otio datis intermissum olim conuiuium solerter Alexander institueret, totúsque in lætitiam effusus, cum diei noctem peruiginem iunxisset, recedentem iam à conuiuio medicus Thessalus instaurata commessatione, & ipsum ac soboles eius inuitauit, vbi accepto poculo media potione repente velut telo confixus ingemuit: elatúsque à conuiuio semianimis ita excruciatus est, vt ferrum in remedia posceret, tactúmque hominum velut vulnera indolesceret, amici causas morbi intemperiem ebrietatis disseminauerunt. Reuera autem insidiæ fuerunt. Nam memoratus Antipater cum charissimos amicos suos interfectos videret ab Alexandro, seque magnis rebus in Græcia gestis, non tam gratum apud regem quam inuidiosum esse, à matre quoque eius Olympiade variis se criminationibus vexatum: ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius veneni tanta vis fuit, vt non ære, non ferro, non testa cõtineretur, nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit, præmonito filio, ne alij quam C Thessalo & fratribus crederet. Hac igitur causa apud Thessalum paratum repetitumque conuiuium est. Philippus & Iollas prægustare ac tentare potum regis soliti, in aqua frigida venenum habuerunt quam prægustatæ iam potioni supermiserunt. Quarta die Alexander indubitatam mortem sentiens agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait: Nam plerósque Aeacidarum intra tricesimum annum defunctos. Tumultuantes deinde milites insidiísque perire regem suspicantes ipse sedauit, eósque omnes cum prolatus in editissimum locum vrbis esset ad conspectum suum admisit, osculandámque dexteram suam flentibus porrexit. Cum lachrymarentur omnes, ipse verò sine lachrymis tantum: verum sine vllo tristioris mentis argumento fuit, vt quosdam impatientius dolentes consolatus sit, quibus mandata ad parentes eorum dedit: adeo sicut in hoste: ita & in morte inuictus ei animus fuit. Cum deficere eum amici viderent, quærunt quem imperij faciant hæredem: Respon- D dit: Dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt cum Herculem filium, cum fratrem Arideum, cum Roxanem vxorem prægnantem relinqueret, oblitus necessitudinem, dignissimum nuncupauit hęredem prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere, aut tanti regni opes aliis quam probatis relinqui. Hac voce veluti bellicũ inter amicos cecinisset, aut malũ discordiæ misisset, ita vt omnes in æmulationẽ consurgũt: & ambitione vulgi tacitũ sermonẽ & fauorem militum quærunt. Sexta die præclusa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit. Quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. Nam etsi non E voce nuncupatus est hæres, indicio tamen electus videbatur. Decessit Alexander habẽs annos triginta tres & vnum mensem.

Alexandri constantia in morte

Hæc autem quia in historia Machabæorum regni Alexandri mentio est facta, ideo ex libris Gentilium interposui, vt lector agnosceret non frustra virtutem Alexandri enarrari, sed magnanimitate atque actione esse ipsum præcipuum. Quod autem Alexander dicitur diuisisse regnum suum, cum adhuc viueret pueris suis qui secum erant à iuuentute nutriti, non tam ipse hoc diuisit quam illis diuidendum reliquit. Igitur Alexander per 12. annos trementem sub se orbem ferro pressit, principes verò eius 14. dominati sunt, & velut optimam prædam à magno leone prostratam auidi discerpsere catuli, seque ipsos in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaque Ptolemæo primo Aegyptus & Aphricæ Arabiæque pars sorte prouenit. Confinẽ huic prouinciæ Syriam Laomedon Mytelenæus. Ciliciam, Philotas & Philo Illyrios accipiunt: Mediæ maiori, Acropatos: minori socer, Perdice præponitur. Susania gens Syno, Phrygia maior Antigono Philippi filio assignatur. Lytiam & Pamphiliam Learchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur, Leonato minor Phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni da- F tur, summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit Stipatoribus regis satellitibúsque Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana vlteriore, & Indiæ regionibus præfecti priores qui sub Alexandro esse cœperunt, permanserunt. Seres inter duos amnes Hydaspem & Indum constitutos * Thaxiles habebat, in Colonias in nudis conditas Phiton Agenoris filius mittitur, Parapomenos fines Caucasi montis Axiarches accepit. Draicas & Argeos Statanor, Bactrianos Amyntas sortitur. Sagilianos Scytheus, Nicanor Parthos, Philippus Hircanos, † Phratafernes Armenios, Neoptolemus Persas Peucestes, Babilonios. † Arthous Pelasgos, Archesilaus Mesopotamiam adepti sunt. Sed tamen inter cætera hæc regna quatuor tantum eminebant: hoc est Aegypti, quod tenebat Ptolemæus Lagi filius Macedonum quod Philippus, qui & Arideus frater

Iustinus hist. lib. 13. Paulus Orosius lib. 3. c. 21.

* Taxillas

† Phratapharres

† Arthomus

Alexandri

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et pertransiit vsque ad fines ter. *Habitabilis ex parte Orientis.*

2 Et siluit terra in con. *Quia nullus audebat sibi resistere verbo vel facto.* 3 Et congregauit virtu. *Hoc ponitur ad respondendum tacitæ quæstioni, quia posset quæri: Quomodo fecit tanta cum paruum esset regnum Macedoniæ? & respondetur, quod congregauit sibi exercitum valde fortem non solùm de Macedonia, sed etiam de aliis locis, & bellatores vndecumque sibi libenter adhærebat: nam in victoriis non retinebat sibi nisi bonum honorabile, concedens aliis bonum vtile ex sua liberalitate.*

4 Et facti sunt. *Ad sui exercitus sustentamentum.*

5 Et post hæc decidit in lectum. *Aegritudine, valida.*

6 Et cognouit quia moreretur. *Habuerat enim de hoc responsum ab arboribus soli & lunæ consecratis, à quibus quæsierat si deuicto orbe terrarum rediret ad matrem suam & sorores charissimas, & responsum est quòd non, quia citò esset moriturus.*

7 Et vocauit pueros suos nobiles. *Id est, socios familiares, nullus enim de filiis fuit si tamen aliquos habuit, legitur post eum regnasse.*

Et multiplicata

MORALITR.

5 *Decidit inlectum.* Assumens nostræ passibilitatis defectum.

6 *Et cognouit quia moreretur.* Nam ante mortem suam pluries prædixit, & voluntariè suscepit.

7 *Et vocauit pueros suos nobiles.* Scilicet, apostolos, qui licet de humili plebe fuerunt progeniti, tamen fuerunt nobiles virtute & spiritussancti charismatibus adornati, de qua nobilitate dicitur: Nobilitas sola est animum quæ moribus ornat.

† *Qui secum erant nutriti.* Pabulo verbi diuini.

† *Ediuisit illis regnum suum, dum adhuc viueret.* Nam imminente passione sua dixit eis Lucæ vicesimo secundo. c. *Ego dispono vobis; sicut disposuit mihi pater meus regnum.* Item illud: *Et diuisit illis regnum suum.* Dicit glo. id est, diuidendum tradidit. Et hoc modo potest exponi de ecclesia militante, quæ frequenter dicitur Christi regnum, cuius ordinationem & distinctionem per diuersos status & dioceses Christus apostolis & eorum successoribus commisit.

† *Qui*

Alexandri possedit. Syriæ & Babylonis, quod Seleucus Nicanor A sibi vindicauit. Asiæ, quod tenuit Antigonus, sicut in visione Danielis præmonstratum est, quòd facto vno cornu maiore in capite hirci illius insignis, orta sint pro eo quatuor cornua minora. (Dan.8.c.)

& mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquis- †
que in loco suo, & imposuerunt sibi omnes diademata post † †
mortem eius, & filij eorum post eos annis multis, & multi- † 1
b plicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati. An- 2 3
c tiochus illustris filius, Antiochi regis qui fuerat Romę obses 4 5
6

(In 1.cap. Zach.) ✣ RVPERTVS. Cornu magnũ de quatuor cornibus (quæ vidit Zacharias) vnum, fuit regnum Græcorum sed diuisum est contra semetipsum, quia de regno vno regna quatuor facta sunt, quando Alexandro mortuo, obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo. Attende nunc. Si regnum illud integrum permansisset, & vnum, nunquid contra illud Iudas Machabæus leuasset caput suum? Equidem potuisset hoc fieri per Dei auxilium, sed placuit Deo tali ordine fieri hoc ipsum, vt regnum diuisum infirmius existeret & Romani imperij B principatus eidem superueniret, suóque illud malleo tunderet ac deterreret.

(In 12.cap. Apoc.) ✣ IDEM. Mortuo Alexandro, surrexerunt pro eo quatuor duces eius, qui sibi imperium diuiserunt. Hoc est quod in Daniele legimus.cap.8. Scriptum quoque in libro Machab. Obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo. Quamuis autem vnius capitis quatuor cornua, id est, vnius regni Macedonici reges quatuor fuerint, vno tantum ex illis aduersus prægnantem Draco rufus vsus est, scilicet, posteritate Seleuci, cuius in partem Syria, in qua continebatur Iudæa, obuenit. Ex illis namque qui regnauerunt in Syria, exiuit radix peccati Antiochus, Epiphanes, id est, illustris. Hoc vnum diadema ex illis quatuor, Draco rufus in sua causa contra mulierem induit, & illud sanguine sanctorum sæuus homicida cruentauit.

(Rabanus.) a *Et obtinuerunt.* Decedente igitur Alexandro magno totum corpus regni Macedonum quod ipse non sine grandi labore coadunauerat, pueri eius per tyrannidem diripuerunt, & multis atque grauibus præliis dilaniauerunt, sicut in historiis gentium copiosissimè scriptum inuenitur. Sed ex his plurimis omissis, scriptor præsentis historiæ ad Antiochum Epiphanem peruenit, qui plurima in Iudæos commisit mala, & locum sanctum C polluit ac legem prophanauit. De quo sequitur.

(Rabanus. Rupertus Lib. 9. de vict. verbi Dei cap.16.) b *Et exiit ex eis ra. pec.* Primus itaque post Alexandrum magnum regnauit in Syria Seleucus cognomento Nicanor annis. 32. Secundus Antiochus, qui vocabatur Sother annis. 19. Tertius Antiochus, qui vocabatur Theos annis. 15. Quartus Seleucus, qui cognominatus est † Gallericus filius Antiochi annis. 20. Quintus Seleucus Ceraunos filius Seleuci Gallerici, annis tribus. Sextus Antiochus magnus, quem scriptura hic dicit Antiochi illustris patrē esse, qui frater erat Seleuci Cerauni & filius Seleuci Gallerici regnauit annis triginta sex. Septimus Seleucus, qui & Philopator nominatus est annis 12. Post quem Antiochus Epiphanes, qui & præclarus siue nobilis dicitur, frater Seleuci Philopatoris, & filius Antiochi magni annis 11. De quo modo scriptura narrat, quod ex eis exierit radix peccatrix, Antiochus illustris filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obses. Qui merito radix peccati dicitur qui stirpis inutilis, ad peccata procliuis, & ad impietatē erat promptissimus sub quo legis Dei persecutio, & Machabæorum bella narrantur. Colligitur enim omne tēpus regni Græcorũ à primo anno Seleuci Nicanoris vsque ad initium regni Antiochi Epiphanis anni 137. (D) († Callinicus)

(L.2. sacræ historiæ.) c *Qui fuerat Romæ obses, &c.* ✣ SEVERVS. Sulpitius. Scipio Africani frater bellauit aduersus Antiochum, quo bello victus imperij parte multatus est. Hic duos filios habuit, Seleucum & Antiochum quem obsidem Romanis dederat. Ita Antiocho E magno mortuo, Seleucus eius filius natu minor regnũ adeptus est. Tum Antiochus à Romanis dimissus, datúsque in locum eius obses. Demetrius Seleuci regis qui eo tempore regnabat, filius. Seleuco mortuo, anno imperij duodecimo, regnum frater Antiochus qui Romæ obses fuerat, occupauit. Is post quinquennium quàm regnare cœperat Hierosolymam depopulatus est. Etenim Romanis graue stipendium pensitans, ipse immensis sumptibus pœnè necessariò cogebatur pecunias rapto quærere, neque vllam prædandi occasionem omittere.

(In chronico.) ✣ EVSEBIVS. Post prælium quo in Termopylis est victus Antiochus, inter Romanos & eum conuenit vt mille talenta per annos singulos vectigalis nomine solueret.

(In 1.c. Naũ.) ✣ RVPERTVS. *Ex te.* Inquit Naum propheta, *Exibit cogitans Dominum malitiam mente pertractans præuaricationem.* Non vnus quilibet homo tantum, sed multitudo hominum præuaricatorum, sicut in Machabæis habemus scriptum: *In diebus illis exierunt ex Israel viri iniqui, &c.* Hoc fuit initium dolorum.

(In 1.c. Malach.) ✣ IDEM. Multos fuisse in populo Iudæorum, etiam ante vltimam impietatem qua Christum occiderunt, & Apostolos eius persequentes verbum eius repulerunt, qui dicerent: *Omnis qui malum facit, bonus est in conspectu Domini, &c.* Illud indicat de li- F bro Machabæorum taliter dictum: *In diebus illis exierunt ex Israel. &c.*

(L.2. de excidio vrbis. c.1.) ✣ HEGESIPPVS. Rex Antiochus cui nomen illustris, Antiochi regis filius vbi Ægyptum suo imperio adiunxit, in superbiam elatus, quòd ei incerta bellorum prosperauissent, ritus Hebræorum negligi, ministeriáque prophanari iusserat: idque postulantibus plerisque Iudæis, statuere ausus.

In die

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et multiplicata sunt mala in terra. *Quia regnum Syriæ & regnum AEgypti ab Alexandro descendentia afflixerunt populum Israel colentem dominum, & quia præmissa dicta sunt vt ad Antiochum illustrem deueniretur, ideo subditur.*

2 Et exiit ex eis. *Scilicet, à regibus Syriæ, vt patet in figura suprà posita.*

3 Radix pec. *Nam ex eo pullulauerunt plura mala quam ex aliis præcedentibus.*

4 Antiochus illust. *Id est, præclarus seu nobilis, & signat idem quod Epiphanes, quod est nomen Græcum, & dicitur ab Epi quod est suprà & phanes, quod apparitio, quasi super alios eminens vel apparens.*

5 Filius Antiochi. *Magni.*

6 Qui fuerat Romę obses. *Nam Antiochus magnus pater eius per Romanos fuit repressus ab infestatione vicinarum sibi gentium Romanis fœderatarum, & ad maiorem securitatem acceperunt obsidem filium suum iuniorem, qui audita morte sui patris & inertia Seleuci sui fratris: de Roma clam recessit, & in Syriam veniens aliquas ciuitates maritimas habuit, & tandem regnum: ideo subditur.*

Et regnauit

MORALITER.

† *Et obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisque in loco suo.* Nam quilibet regimen spirituale accepit in sorte sua.

† *Et imposuerunt sibi omnes diademata.* Scilicet, diademata martirij & doctrinæ.

† *Et filij eorum post eos.* Quia post apostolos fuerunt multi episcopi, qui sunt successores apostolorum, qui meruerunt diademata martyrum & doctorum.

† *Annis multis.* Hoc dicitur, quia postea per longum tempus paulatim refriguit Charitas, in ministris ecclesiæ, intantum, quòd multi sunt magis intenti pompis & carnalitatibus, quàm defensioni sui gregis & doctrinæ: ideo subditur.

1 *Et multiplicata sunt mala in terra.* In populis ex superiorum malis exemplis. Greg. in pasto. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad præcipitium grex sequatur.

2 *Et exiit ex eis radix peccati Antioc.* Id est, prælatus cupidus & superbus *Nam cupiditas est radix omnium malorum,* Vt dicitur. 1. ad Timot. 6.b. & Eccl. 10. b. *Initium omnis peccati est superbia.* Et radix ista multum diabolo procurante germinauit in ecclesia.

4 *Antiochus illustris.* Tales enim quia promouentur ad ecclesiæ dignitates, licet sint de infimo genere, tamen reputari volunt nobiles & illustres. Bernard. super *Missus est.* Videas plerósque in ecclesia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos subito intumescere pristinæ abiectionis obliuisci: genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. (Bernardo.)

In diebus

A (Raban.) a *In diebus illis exierunt.* Græca ac Romana narrat historia, quod Antiochus Epiphanes contra Ptolemæum Philometorem Cleopatræ sororis suæ filium, cuius ipse auunculus erat dolos construxerit, vt eum regno Aegypti priuaret. Et cum post mortē Cleopatræ Alauius eunuchus nutritius Philometoris & Leneus Aegyptũ regerent, & repeterent Syriam quam Antiochus fraude occupauerat, ortum est inter auunculum & puerum Ptolomęum prælium. Cúmque inter Pelusiũ & mōtem Cassium prælium commisissent, victi sunt duces Ptolemæi. Porrò Antiochus parcēs puero, & amicitias simulans, ascendit Memphis, & ibi ex morte B Aegypti regnum accipiens, puerísque rebus prouidere se dicens, cum modico populo omnem Aegyptũ subiugauit, & abundãtes atque vberrimas ingressus est ciuitates, fecítque quæ nō fecerāt partes eius & partes partũ illius, sicut in Danie. de eo scriptum est. Nullus enim in regno Syriæ ita vastauit Aegyptũ, & D omnes diuitias eorũ dissipauit, & ita callidus fuit vt prudentes cogitationes eorũ qui duces pueri erant sua fraude subuerteret.

& regnauit in anno centesimo tricesimo & septimo regni 1
a Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui: & 2
suaserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamen- 3
tum cum gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessi- 4
mus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus 5 6
est sermo in oculis eorum. Et destinauerunt aliqui de 7
populo, & abierunt ad regem, & dedit illis potesta- 8 9
b tem vt facerent iustitiam gentium. Et ædificauerunt 10
gymnasium in Hierosolimis secundum leges natio- 11
num: & fecerunt sibi præputia & recesserunt à testa- 12 13
mento sancto, & iuncti sunt nationibus & venundati †
sunt vt facerent malum. Et paratum est regnum in 14 15
conspectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, 16
vt regnaret super duo regna. Et intrauit in AEgyptum in † 17

(L.12. antiq. c.6.) b *Et ædificauerunt gymnasium in Hierosolymis, &c.* ✣ IOSEPHVS. Menelaus & filij Tobiæ ad Antiochum discesserunt dicentes quod vellent patrias relinquere leges, & conuersationem legésque obseruare Græcorum. Rogauerũt ergo eum vt permitteret eis Hierosolymis ædificare gymnasiũ cúmque concessisset circuncisionē suam velauerunt, vt non apparerēt in denudatione Græcis esse dissimiles: cęteráque omnia relinquentes, quæ in illis mos pa- E trius imponebat, aliarum facta gētium ritúsque sequebātur.

(L.9. de victoria verbi Dei, c.18.) ✣ RVPERTVS. Est autē gymnasium nudorũ exercitium quo iuuenes nudi luctātes se exercebant, Velando autē circũcisionē, recesserunt à testamento sancto, quod pepigit Deus cum Abraham

NICOLAVS DE LYRA

1 Et regnauit in anno centesimo. *Quod incepit ab Alexandro magno, vt dictum est suprà. Dicunt tamen aliqui quod hæc numeratio incipit à primo anno Seleuci, qui immediatè successit Alexandro magno in Syria. Sed hoc non videtur bene dictum: quia hic & infra 6.ca. & Dan.8. Alexander dicitur primus in regno Græcorum. Non obstat quod ipsi per tempora regum intermediorum numerant. 137. annos à primo anno Seleuci vsque ad primum annum Antiochi Epiphanis, quia idem annus dicitur vltimus regis præcedentis, & primus immediatè sequentis: & sic bis computatur. Antiochus autem Epiphanes fuit nonus ab* C *Alexandro magno: & sic per talem computationem vnius anni bis computati habentur nouem anni minus secundum veritatem, qui fuerunt de tempore Alexandri magni postquam regnauit in tota Græcia. Duodecim autem anni quibus dicitur regnasse incipiunt à tempore quo post patrem immediatè regnauit in Macedonia tantum: & sic regnum Græciæ inchoandum est ab eo.*

2 In diebus illis. *Posita origine persecutoris, hîc consequenter ponitur occasio persecutionis quæ processit ex malicia aliquorum de populo Israel: ideo dicitur:* In diebus illis exierunt ex Israel filij ini. *Non solum in seipsis formaliter, sed etiã in aliis effectiuè: ideo subditur.*

3 Et suaserunt multis dicentes, eamus & disponamus testa. *Id est, fœdus societatis.*

4 Cum gentibus. *Incircumcisis & idolatris nos eis conformando, & subditur ratio.*

5 Quia ex quo recessimus ab eis. *Istud dictum videbatur habere colorem, quia ante captiuitatem Babylonicam populus Israel multum declinauit ad idolatriam, vt patet 3. & 4. reg. & tamen habuit reges potentes, scilicet, in Samaria & Ierusalem. Post reditum verò captiuitatis Babylonicæ vsque ad hoc tempus, ad idolatriam non declinauerat, & tamen regem non habuerat: & sub tributo regum aliorum seruiebat. Sed isti tacebant illud ex quo persuasio talis erat iniqua, scilicet, quod propter idolatriam regum Israel & Iuda & subditorum suorum dicta regna fuerant destructa & reges Israel & Iuda cum suis populis captiuati.*

6 Et bonus visus est scilicet in oculis eorum. *Quia respiciebant quantum, ad illud quod proponebatur, & non quantum ad illud quod tacebatur.*

7 Et destinaue. *Id est, firmiter ordinauerunt,*

8 Aliqui de populo. *Id est, pauci respectu aliorum.*

9 Et abierunt ad regem *Scilicet Antiochum idolatram.*

10 Et dedit illis potestatem, vt faceret iustitiam gentium. *Id est, vt secundum ritum incircuncisorum viuerent & ad hoc alios liberè possent inducere.*

11 Et ædificauerunt gymnasi. *Id est, scholam, in qua docerentur & addiscerent leges & statuta Gentilium. Et dicitur gymnasium, nam in schola disputat vnus contra alium sicut in gymnasio exercentur homines ad luctam corporalem.* F

12 Et fecer. sibi præ. *Dimittendo filios suos incircuncisos.*

13 Et iuncti sunt nati. *Conformando se eis in vita & moribus.*

14 Et venundati sunt. *Id est. totaliter dediti.*

15 Vt facerent malum. *Sicut de Achab dicitur. 3. Reg. 21.* Eò quòd venundatus sis, vt faceres malum in conspectu domini.

16 Et paratum est regnum in conspectu Antiochi. *Hîc consequenter ponitur afflictionis tempus & ordo. Nam eam fecit Antiochus in egressu de Aegypto. Ad cuius intellectum sciendum, quod sicut dixi super Daniel. 10. Antiochus magnus ad confœderationem ipsius cum rege Aegypti, & è conuerso, dedit filiam suam Cleopatram Ptolemæo Epiphani, ex quibus natus fuit Ptolemæus Philometor: igitur mortuo Ptolemæo Epiphane Antiochus illustris rex Syriæ accepit aliquas ciuitates regni Aegypti regno suo propinquas, quasi tutor nepotis sui, qui puer adhuc erat: quas cum duces Aegypti repeterent pro puero, & ipse nollet reddere, motum fuit bellum inter ipsos & Antiochum: in quo deuicti fuerunt duces Aegypti: & per consequens Ptolemæus Philometor cum eis qui erat adhuc multum iuuenis, & Aegypto spoliata Antiochus venit in Ierusalem, vbi fecit multa, mala vt habetur in parte sequenti. In hac autem parte describitur bellum dictum, cùm dicitur:* Et paratum est re. in conspe. An. *Scilicet, regnum Aegypti modo iam dicto. & patet litera paucis exceptis.*

17 Et intrauit in Ægiptum in multitudine gra. *Scilicet, ad sustinendum.*

In curribus

MORALITR.

2 *In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui.* Israel interpretatur videns Deum ideo per istos significantur mali religiosi, qui per vitam contemplatiuam esse debent inclusi, sed discurrere quærunt, & dissolutis sæcularibus familiaritate coniungi, & per consequens in moribus conformari, sicut dicitur Psal. 105. f. *Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum:* ideo sequitur.

† *Et recesserunt à testa. sancto.* Id est, à religionis voto.

14 *Et venundati sunt, vt facerent malum.* Id est, totaliter dediti. Vnde dicit August. Sicut non inueni meliores illis qui in monasteriis profecerunt, ita non inueni deteriores, qui in eis defecerunt. (August.)

16 *Et paratum est re. in conspe. Antio.* Sicut dictum est per Antiochum significatur prælatus cupidus & superbus: Et iam in tantum aliqui sunt cupidi & superbi, qui volunt tenere plures ecclesias, ideo subditur.

† *Vt regnaret super duo re,* Vnde contingunt contentiones & prælia.

☞ Abraham,in quo est promissio seminis quod est Christus:cuius A promissionis fidem in eo negauerunt, quod circuncisionem signaculum fidei velando,præputia sibi fecerunt, & ita veraciter à testamento sancto recesserunt.

Io.13.c. Apoc. ✠ IDEM. De regno Græcorũ nemo nescit quia blasphemauit, & blasphemiæ notam sibi iniussit quando Antiochus ascendens Hierosolym. multitudine graui, intrauit in sanctificationẽ cum superbia. De hac prę uidens Daniel (Dan.8.), *Et magnificatus est*, inquit, *vsque ad fortitudinem cœli, & decidit de stellis,& conculcauit eas,&c.*

multitudine graui,in curribus & elephantis & equitibus, & 1 2
copiosa nauium multitudine. Et constituit bellum aduersus 3
Ptolemæum regem AEgypti, & veritus est Ptolemæus à fa- 4 5
cie eius,& fugit,& ceciderunt vulnerati multi. Et cõprehen- 6
dit ciuitates munitas in terra Ægypti, & accepit spolia terræ 7 8
a Ægypti. Et conuertit Antiochus, postquam percussit Æ- 9
gyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno, & 10
ascendit ad Israel,& ascendit Ierosolymam in multitudi- 11 12
b ne graui. Et intrauit in sanctificationem cum superbia, & ac- 13
cepit altare aureum & candelabrum luminis, & vniuersa 14

Rabanus. a *Et con.Antio.* Consequenter autem de B eodem rege in prædictis historiis narratur, quod postquam reuersus est expulsus ab Aegyptiis venisse eum in Iudæam: hoc est aduersus testamentum sanctum,& spoliasse templum & aurum tulisse quam plurimum. Positóque in arce præsidio Macedonum, reuersum in terram suam, & post biennium rursum contra Ptolemæum exercitum congregasse ad Austrum. Cúmque duo fratres Ptolemæi Cleopartæ filij quorum auunculus erat Antiochus,obsiderentur Alexandriæ, legatos venisse Romanos, quorum vnus Marcus Publius Leuinas,cum eum stãtem inuenisset in littore & senatusconsultum dedisset quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere,& suo imperio contentum esse: & ille responsum ad amicorum consilium detulisset, orbem dicitur fecisse Marcus in arenis baculo quem tenebat manu, & circunscripsisse regem atque dixisse: Senatus & populus Romanus præcipiunt,vt in isto loco respondeas quid consilij geras. Quibus dictis ille perterritus ait:Si hoc placet senatui & populo Romano,recedendum est hinc, atque ita statim mouit exercitum. His consentanea Iosephus scripsit (Iosephus antiquita. Libr.12.c.6): quod reuersus propter Romanorum timorem ab Aegypto rex Antiochus ad Ierosolymam duxerit exercitum, quo perueniens anno. 143. post re- C gnum primi Seleuci centesima quinquagesima tertia Olympiade die vigesima & quarta mensis Casleu,quem Macedones Appelleon nominant ceperit eam sine conflictione cuiuspiam, aperientibus ei portas his qui voluntati eius consentiebant, ingressúsque ciuitatem Ierosolymarum multos interemit, sibi contraria sapientes. Necnon etiam eos qui portam aperientes ciuitatem ei tradiderunt propter templi diuitias interfecerit, multásque auferens ab eo pecunias ad Antiochiam reuersus sit, postquam autem spoliauit templum,ita vt vasa Dei & lucernas aureas asportaret,& aram auream & mensam & sacrarium, neque de velis abstinuerit, quæ ex bysso & cocco erant: exhauriens autem & thesauros nil penitus derelinquens, ad maximum Iudæos luctum propter hæc vsque perduxerit, nam & quotidianas immolationes quas Deo secundum leges offerebant celebrare prohibuit. Deprædans autem totam ciuitatem quosdam interfecit,alios captiuos cum vxoribus & filiis dedu- xit,

xit,ita vt numerus multitudinis captiuorum vsque decem milia existere videretur. D

b *Et accepit altare aureum,&c.* ✠ BEDA. (Hom.1.in ded.eccl.) Post annos ferè trecentos quadraginta ab instauratione Ierusalem per Esdram & Nehemiam, rex Græcorum nefandissimus Antiochus fraude capta ciuitate tẽplum sordibus idolorum profanauit, auferens inde & confringens altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis,& cætera templi vasa aurea, quæ inuenire potuit.

✠ EVSEBIVS. (L.10.demõst euãg. c.1.) Cæsar. Quæ à Psalmo 78. accepimus, completa sunt in Antiochi temporibus qui vocatus est E illustris:qui cùm in Syria regnaret,irrumpit quidem in vrbem Ierosolymam,fœdauit templum,& sanctuarium euertit.

✠ CHRYSOSTOMVS. (Orat.2.adu. Iudæos.) Daniel has præuidens Iudæorum calamitates,repetit hanc quæ sub Antiocho illustri facta est captiuitatem, excidiúmque atque desolationem templi, etiam ipsum tempus addidit: Machabæorum res significans, quæ acciderunt sub Iuda,Simeone,& Ioanne.

Rabanus. MYSTICE. Autem Antiochus hic qui intrauit in terram sanctam cum superbia & deuastauit templum, & locum sanctum polluit superstitione Gentili, Typum tenet Antichristi, qui contra ecclesiam Christi crudeliter bellum gerit,& animas credentium(quæ verè templum Dei sunt) errore suo polluere contendit. De quo in Danielis prophetia sub figura istius Antiochi ita scriptum est (Dan.11.e.): *Cor eius aduersus testamentum sanctuarij, & faciet ac reuertetur: & cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamentum,brachia ex eo stabunt,& polluent sanctuarium fortitudinis,& auferent iuge sacrificium,& dabunt abominationem in desolationem, & impij testamenta simulabunt fraudulenter, populus autem sciens Deum suũ obtinebit & faciet, & reliqua.* Nulli dubium est quin hæc quæ sub Antiocho Epiphane in imagine præcesserunt, hoc est vt rex sceleratissimus persecutus sit populum F Dei,sæuitiam præfigurent Antichristi, qui Christi populũ persequetur,qui indignabitur contra testamentum Dei:& cogitabit aduersus illos quos vult legem Dei relinquere, pollúetque sanctuarium Dei homines videlicet ad imaginem Dei creatos diuersis vitiis corrumpendo,auferet iuge sacrificium quando hostiam laudis Christo Dei filio offerre in ecclesia prohibebit, abominationem desolationis in loco sancto statuet, quando diuinum cultum à Christianis sibi extorquebit exhiberi, ita vt in templo Dei sedens ostendat se tanquàm ipse sit Deus. Vnde multi nostrorum putant ob sæuitiæ & turpitudinis magnitudinem Domicianum siue Neronem Antichristum fore. Sed licet ipsi Antichristi fuerint,quantum ad eius corpus pertinent, & membra ipsius sunt:tamen ipse omniũ iniquorũ caput iuxta finẽ mundi venturus est,quãdo iuxta veritatis sententiã, *Erit tribulatio talis qualis non fuit ab initio mũdi vsque modò,nec fiet postea.*

☞ Verum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In cur. *In quibus pugnabant reges antiquitus.* 2 Et elep. *Portantibus castra lignea, in quibus erant homines armati desuper proiicientes iacula.* 3 Et equi. *Circa elephantos ordinatis, ne occiderentur ab aduersariis.* 4 Et copiosa nauium multitudine. *Inuadens AEgyptum per terram,& per mare.* 5 Et conuertit. *Hic consequenter ponitur Iudæorum multiplex oppressio, cùm dicitur:*

6 Et conuertit Antiochus. *Iter suum.*

7 Postquam percussit Aegyp. *Modo dicto.*

8 In centesimo & quadragesimo & tertio *Scilicet, regni Græcorum,& per consequens anno sexto regis Antiochi, vt patet ex prædictis.*

9 Et ascendit ad Israel. *Quia parata erat ad faciendum mala.*

10 Et intrauit in sanctificationem. *Id est,in templum quod iamdiu erat per Zorobabel & socios eius readificatum.*

11 Cum super. *Tractans contemptibiliter vasa sacra:ideo subditur.*

12 Et accepit. *In quo cremabatur thymiama ad honorem diuinum.*

13 Et candelabrum. *Nam super illo erant septem lucernæ aureæ.*

14 Et vniuersa vasa eius. *Scilicet,forcipes & emunctoria,quæ omnia erant aurea,Exod.25.*

✠ Et mensam

MORALITER.

✝ 6 *Et conuertit Antiochus.* Sequitur.

9 *Et ascendit ad Israel.* Per quod significatur claustrum religionis,vt dictum est. Dicit autem Gregorius homil. 10. Certe iniquorum omnium diabolus caput est:propter quod caput est iniqui prælati, & ideo de vno fit transitus ad alium propter connexionem eorũ. Ideo Antiochus qui prius significauit prælatum iniquum,hic significare potest diabolum,qui ascendit ad Israel subuertendo statum religiosum,ideo sequitur.

✝ Et

12 *Et accepit altare aureum.* In quo cremabatur incensum:ideo significat orationem deuotam,sicut dicitur Psalmo 140.a. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Quæ multum est diminuta in locis religiosorum.

13 *Et candelabrum luminis.* Per quod significatur sacræ scripturæ studium, sicut dicitur Psal. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen semitis meis.* Quod est multum diminutum in religione,& quasi ablatum. Nam multi libentius student iura ciuilia & aliqui philosophica,& aliqui curiosa & inutilia. Et quod deterius est superstitiosa.

✝ Et mensam

☞ Verum iuxta Ioannis vocem. *Antichristi iam multi sunt*, Quia A per membra sua idem malignus hostis iam misterium operatur iniquitatis,per hæreticos videlicet schismaticos atque paganos (Mat.24.b. 1.Ioan.2.c.) & seducit multos:tunc etiam si fieri potest ipse scandalizat electos, quia soluitur Satanas de carcere suo (Apoc 20.), & totum furorem suum quantum permittitur, in Christicolas perfundit. Tollit ergo Antiochus de Ierusalem altare aureum: quando eos qui perfectiores esse videbantur, & pro populi statu non mediocriter dominum exorare, suasu maligno euellit de ecclesia.

vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, 1
& mortariola aurea, & velum,coronas,& ornamentum au- 2 3
reum,quod in facie tẽpli erat,& cõminuit omnia, & accepit 4
argentũ & aurũ & vasa concupiscibilia, & accepit thesauros 5 6
occultos quos inuenit,& sublatis omnibus abiit in terrá suá. 7
a Et fecit cędẽ hominũ,& locutus est superbia magna. Et factus 8 † †

Tollit & candelabrum luminis & vniuersa vasa eius, B quando eos qui prædicationis officio fungebantur,& veluti luminaria per diuersas species dogmatum in populo Dei lucere debuerunt, siue per metum siue per cupiditatem terrenam de ordine suo præcipitauit. Tollit ergo mensam propositionis ac vasa eius, quando scripturas sacras cum iniqua interpretatione cõfundere per hæreticos satagit,& eos qui in meditatione legis Dei velut vasa mensæ Dei,ac panes propositionis commanere videbantur,astutia nequitiæ suæ corrumpere,atque in errorem seducere contendit. Velum quoque & coronas & ornamentum aureum,quod in facie templi erat,idem antiquus hostis tollit: & comminuit omnia,quando literam legis Dei (in qua sapientia diuina ac mysteria cœlestia latent, & vbi corona perpetuæ mercedis,& bene laborantibus,& præcepta Dei seruantibus,in regno cœlesti, ac claritate perpetua percipienda promittitur) contritis sententiis ac sensu deprauato in alienum intellectum conuertit, animásque sibi obedientes hoc modo decipit. Nam aurum argentúmque & thesauros occultos nihil aliud intelligo quam eloquij venustatem ac sensuum puritatem, cum thesauro virtutum quæ in occultis cordis apud fideles collocantur C Hæc omnia diabolus de regno Christi auferre molitur, cum possessores eorum his bonis spoliatos in baratrum suæ perditionis secum trahere conatur. Hinc quotidie planctus & gemitus in ecclesia nascitur,cum de casu proximorum per compassionem cœtus fidelium,non mediocriter contristatur.

✠ EVSEBIVS. (In chronico ad armũ mũdi,5030.) Cæsarius Antiochus Epiphane cùm de regione Ptolemæorum,quã subito inuaserat,Romani senatus præcepto recessisset,in Iudæam venit,ibíque Iasoni pontificatum tradidit:quo deinde expulso Menælaum successorem ei dedit. Deinde legem impugnat Iudæorum,primum quidem omnem eorũ prouinciam ad idololatriam compellens: qui parere noluerant, enecat. Postea Hieronym. solyman ascendens, templum & vasa Dei, quæ ministerio fuerant conseruata, vastat in templo,Iouis Olympij simulachrum ponit,&c.

✠ IOSEPHVS. (L.2.Iudaicarum hist. cap.3.) Heb. In diebus illis cœperunt prælia magna & horrenda grassari contra populum Iudaicum. Nam cùm Antiochus regnaret in terra Aegypti, eleuatum est cor eius supra modũ,misitque per totũ dominiũ suum ad omnes populos, vt adorarent imaginem quæ suam exprimebat effigiem. Et con- sentientibus

sentientibus cunctis adorantibúsque venerunt quidam,inquit D de populo nostro, Menelaus scilicet Simeon, & Alchimus, atque alij multi impij gentis nostræ homines, & incitauerunt Antiochum vt mala inferret populo Israelitico.

✠ RVPERTVS. (L.9.de vict. verb cap. 17.18.19.) Dicendum, quibus peccatis populus meruerit vt, Deus per Antiochũ eos affligeret. Malũ ipsorũ primũ ab ipsis processit,ita vt exigeret iustitia fieri quod faciendum dixerat in Dauid: Deus (Psal.88.): *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.* E Iason itaque & Menelaus, qui patriis nominibus Iesu & Oniæ relictis,hæc græca nomina sumpserant, egerant vt occideretur Onyas pontifex prius, propter quem leges optimè custodiebantur. Occisus itaque est propter iustitiam primus in acie sanctorum martyrum Machabæorum,vir in vita sua & post mortẽ venerabile habens testimonium, &c. Hoc initium statim sequutus est profectus & successit incrementum. Etenim sub ipsa arce Sion gymnasium constituerunt: deinde optimos quosque epheborum in lupanaribus posuerunt. Propter impij Iasonis nefarium scelus, Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti erant, sed F contempto templo,& sacrificiis neglectis, festinabant participes fieri palestræ & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci, & patrios honores nihil habentes græcas glorias optimas arbitrabantur. Vbi tales erant Sacerdotes,qualis putas erat populus Qualis iuuentus,talis pseudopontificis alumna? Iam vtique locus & tempus erat,vt veniret super eos sententia maledictionum quæ in Deuteronomio recitantur: quatenus fierent in exemplum subuersionis Sodomiæ & Gomorrhæ,&c. (Deut.28. Gen.19.) Hæc idcirco dicta sunt,vt appareat æquitas iusti iudicij Dei, quia nisi sola gratia reseruare voluisset gentem illam propter adimplendam promissionis de Christo veritatem, non tantum scelestis manibus impij Antiochi, verum etiam tali pœnæ iustum fuisset illos subiici (Isa.1.), quasi Sodoma vel Gomorrha succubuit. Nam grauius erat peccatum istorum scriptam legem habentium, quàm Sodomorum non habentium.

Raban. a *Et fecit cædem.* Omnis dignitas & omnis ætas atque omnis sexus dolet tumultuante persecutore, quia nulla persona immunis est à persecutione. Gemit quisque tam pro suæ tranquilitatis detrimento, quam etiam de fide cadentium damno. Quia sicut Paulus ait (1.Co.12.d.): *Solicita sunt in Christi corpore pro se inuicem membra,& si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Vnde & idem apostolus contra eos scribens, qui vanam gloriam amabant enumeratis laboribus suis quos ipse corporaliter sufferebat,subiunxit dicens (2.Cor.11.f.): *Propter illa quæ intrinsecus sunt,instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum: Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet,quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.* Et alibi (Rom.12.c.): *Gaudete ait cum gaudentibus, flete cum flentibus, idipsum inuicem sentientes,non alta sapientes,sed humilibus consentientes.*

☞ RVPERTVS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et mensam propositionis: *Super quam ponebantur duodecim panes calidi in die sabbathi pro duodecim tribubus Israel, & in hoc signabatur quod sacerdotibus debebatur à populo victus.*

2 Et libatoria. *Id est,vasa,in quibus probabantur liquida,de quibus fiebant Libamina,quæ sunt oblationes de liquidis,*

3 Et phialas. *Id est, vasa in quibus reponebantur vnguenta & thymiamata.*

4 Et mortariola aurea. *In quibus terebantur illa:ex quibus componebantur.*

5 Et velum. *Diuidens inter sanctum & sanctumsanctorum.*

6 Et coronas. *Existentes ibi ad ornamentum templi.*

7 Et ornamentum aureum. *Id est,cortinam aurifrigiatam.*

8 Et comminuit omnia & accepit. *Id est,in puluerem redegit, vt dicunt aliqui expositores, sed non est verisimile,quod tam pretiosa vellet sic contererer:ideo dicitur quod comminuit, id est, à propria forma transmutauit, materiam retinens ad alios vsus ad suam vtilitatem.*

✠ Et ingemuerunt

MORALITER.

✝ 1 *Et mensam propositionis.* In qua ponebantur panes ideo significat celebrationem Missæ, in qua consecratur panis vitæ. Hæc autem est oblata pro magna parte,quia sacerdotes religiosi solebant celebrare quasi quotidie : nunc autem multi celebrant valde raro & sine debita preparatione.

2 *Et libatoria & phialas & mortariola aurea & velum & coronas & ornamentum aureum.* Per ista significantur illa quæ valent ad tria prædicta, scilicet,orationem,sacræ scripturæ lectionem,& Missæ celebrationem.

8 *Et accepit argentum*, Locutionis mundæ: Psal.11. b. *Eloquia domini eloquia casta,argentum igne examinatum.*

† *Et aurum.* Charitatis fraternæ,quæ tanquam aurum, est preciosior inter virtutes ad proximum.

† *Occultos thesauros.* Scilicet,pœnitentiæ occultæ & orationes priuatæ. Ista nanque nititur diabolus à religiosis auferre, & abstulit pro magna parte.

✠ Rvpertvs. Quis dubitet totum hoc additum esse super iram Domini & patris, seruos aut filios suos non perdere, sed corripere volentis? *Ego enim,* inquit, *Iratus sum parum,* Scilicet, visitando in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Ipsi verò addiderunt malum, ad hoc tendente diabolo agitatore eorum, vt misericordiam meam auferrem ab eis, & irritum facerem verbum promissionis, tollendo legem, auferendo testamentum, & libros testamẽti, & ipsam quoq; gentem, vt dum non superesset gens vnde salus futura sperabatur, consequenter nec ipsa salus mundi Christus nasceretur.

L. 9 de vict. verbi c. 4. Zach. 1. Psal. 60.

B

a *Et post duos annos dierum misit rex principem.* Diximus superius, quòd Antiochus teneret Typum Antichristi: similiter idem perditionis filius hoc in loco princeps tributorum accipi potest quem princeps huius mundi & rector tenebrarum harum diabolus ad hoc incitat, vt in ciuitatibus Iudæ (hoc est in ecclesiis Christi) tributum peccatorum sibi soluere exigat. Tamen hoc non vbique vim agendo persecutionum expostulat, sed aliquando tormentis: aliquando blandimentis, aliquando minis & aperta sæuitia, aliquando autẽ fraude & dolo. Vnde scriptũ est: *Locutus est ad eos ver. pa. in do.* Sed qui crediderit ei sibimetipsi perditionem præparat. Agit enim hoc idem hostis nefandissimus suasu maligno, & signis atque prodigiis mendacibus, vt eum homines Deum esse credant, & diuinum cultum illi exhibeant. Qui ergo sibi credunt hos in anima spiritualiter occidit. Qui autem resistunt corporali cruciatu eos affligit. Vnde euenit, quod cum magno dolore mentis legendum est, vt perdat populum multum ex Israel, cum plurimos de Christiana religione in apostasiam conuertit. Accipit spolia ciuitatis, cum ornamenta ecclesiæ tollit. Succenditque eam igne, cum persecutione deuastat. Destruit domos eius & muros in circumitu, cum plebes credentium dissipat ac defensores eorum: hoc est doctores enecat: captiuásque ducit mulieres & natos & pecora: quia illi qui molliciem animi habent, & pueri sunt sensibus: ac carnalibus desideriis seruientes more brutorum animalium viuunt, captiuati ac laqueo antiqui hostis maximè patent. De vastatis ecclesiis Christi & dispersis propter persecutionẽ ministris ipsius hostis malignus in loco eorum arcẽ impietatis erigere, & blasphemos cultores substituere molitur quatenus si possibile sit per prauos homines nomen Christianum (quod solũm in orbe præualuit) funditus deleatur & diaboli voluntas in pollutione idolorum & multiplicitate peccatorum expleatur.

Raban.

C

D

est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum. Et in- 1
gemuerunt principes: & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant. Et commota est terra super habitantes in ea, & 2
a vniuersa domus Iacob induit confusionem. Et post duos an- 3
nos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna. Et loquutus 4
est ad eos verba pacifica in dolo, & crediderunt ei. Et irruit 5
super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & 6
perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & mu- 7
ros eius in circumitu, & captiuas duxerunt mulieres & na- 8
b tos, & pecora possederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Da- 9
uid muro magno & firmo & turribus firmis, & facta est illis 10
in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & conualuerunt in ea. Et posuerunt arma & escas, & congregauerunt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum. Et factum 11
hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Is- 12
c rael. Et effuderunt sanguinem innocentem per circumi- 13
tum sanctificationis. Et contaminauerunt sanctificationem, & fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extra 14

b *Et ædificauerunt ciuitatem, &c.* ✠ Iosephvs. Incendit optima ciuitatis loca, & deponens muros, arcem ædificauit in interiori parte ciuitatis: (Nam alta & eminentior pars erat à tẽplo) & propter hoc muniẽs eam muris altis & turribus, custodiam Macedonum ibi disposuit. Manebant ergo in arce homines impij, & moribus maligni, à quibus ciues multa acerba subinde patrabantur.

L. 12. antiq. c. 6.

E

c *Et effunderunt.* Igitur habitatores Ierusalẽ fugiunt quando persecutione feruente alij corporaliter fugiunt, vt non scandalizentur, alij mente fugiunt & scandalum graue in animabus suis patiuntur: alij vsque ad mortem in confessione Christi perseuerant, & liberi à persecutorum manibus in cœlos effugiunt vt remunerentur. Fitque terra sancta habitatio exterorum, quãdo membris Christi per martyriũ coronandis in toto mundo multiplicatur numerus persecutorum, dies festi eius conuertuntur in luctum, quando ritus celeberrimus religionis Christianæ non permittit habere sui fulgoris ornatum. Et Sabbata eius in opprobrium, cum spes quam habet in futura animarum requie aboletur, vel ab hoste eliditur fidelium. *Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius.* Fœdatur enim gloria ecclesiæ infideliũ ignominia, quando inimico dominante gloria cœlestium sacramentorum & honestas diuinorum officiorum impiis blasphemãtibus maximũ sustinet opprobrium.

Rabanus.

F

☞ Et scripsit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ingemue. prin. & se. *Tantis malis occurrere non valentes.*
2 Et commota est terra super habitantes in ea. *Id est suo decore transmutata propter miseriam habitantium in ea.*
3 Et post du. an. *Hic consequenter ponitur persecutio quam fecit Antiochus per suum ducem fallacem ideo subditur.*
4 Et loquu. *Sigficãs ei quod venisset pro bono statu ciuitatis reformãdo.*
5 Et cre. ei. *Eum intra recipiendo.*
6 Et irruit super ciuitatem repentè. *Ciuibus non cogitantibus de defensione.*
7 Et destruxit. *Notabiles & fortes ne post eius recessum Iudæi possent ibi tueri.*
8 Et muros eius in circumitu & captiuas duxer. *Faciendo ibi multas aperturas, per quas equites & pedites multi possent ingredi liberè si Iudæi vellent in aliquo rebellare,*
9 Et ædifi. ci. Da *Id est, arcem Sion.*
10 Et facta est illis in arcem. *Id est, in fortalitium contra ciuitatis populum, ideo subditur postea.*
11 Et fa. sunt in la. ma. *Ad capiendum ciues & spoliandum.*
12 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi. *Id est, loco templi, cultus diuinus ibi posset exerceri. Nam de arce poterant super Deum colentes iacula proiicere eò quòd erat prope templum.*
13 Et in diabolum malum alias magnum. *Homines enim pessimi dicuntur diaboli per quandam similitudinem, & accipitur hic singulare pro plurali, diabolum, id est, diabolos.*
14 Et fa. est. ha. exte. *Id est, extraneorum.*

Amos. 8. c.

✠ Sanctificatio

MORALITER.

1 *Et ingemuerunt principes & seniores.* Nam valentes viri qui viderunt in religione sua feruorem deuotionis, & modo vident teporem relaxationis, molestè ferunt in cordibus suis.
3 *Et post duos annos dierum misit rex principem tributo.* Per istum principem tributorum significatur princeps vel prælatus, qui studet vi vel fraude rapere bona subditorum. Et iste mittitur à diabolo, qui dicitur rex super omnes filios superbiæ: quia promouetur vel instituitur ipso procurante. Et ad hoc subditur destructio cultus diuini & pacis populi, sicut describitur hic diffusè.

✝ Et descripsi

A

a *Et scripsit.* ✠ Iosephvs. Heb. Nec satis erat quod rex Antiochus quosdam occidit, & quosdam captiuos abduxit: sed dimisit quoque præfectos in terra Iuda, qui affligerent populum. Dimisit & Philippum, qui prælium gereret aduersus populum Israel. Nam præceperat ei, Quicunque voluerit adorare statuam meam quam erexi, & vesci carne suilla, hunc permittes viuere: qui autem renuerit, illum absque vlla miseratione interficies. Prohibuit quoque ne populus Domini obseruaret sabbatum, & ne circunciderent filios suos. Porrò Philippus erat vir animosus, fecitque iuxta verba regis. Nam prohibuit fieri vniuersam legem à populo Iudaico, fouit iniquos & impios populi nostri, & occidit multos qui erãt de cœtu piorum.

L. 3. hist. Iudaic. cap. 3.

Scriptura & epistola spiritalis Antiochi, Philosophi sunt Gentilium, & hæretici atque schismatici Christianorum, qui veritatem legis Christi atque statum catholicæ fidei subuertere cupiunt, quibus dolor est cultus diuinus & religio Christiana sed quo magis errorem student sibi homines adunare, eo magis faciunt illos ab inuicem discordare, quia nec ipsi inter se inuicem concordant, sed variis sectis dissentientes discrepant: & ideò minus se obsequentes, & in vnitate consociãre præualent. *Inter superbos enim* (scriptura testante) *semper iurgia sunt.* Et iuxtà veritatis sententiam, *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus super domum cadet.* Mandant libri & epistolæ Antiochi, in Ierusalem & in ciuitatibus Iudæ, vt sequantur leges Gentium terræ & desinant holocausta & sacrificia & placationes facere in templo Dei: quia maxima cura maximumq; studium est hæreticis atque paganis, vt in Ecclesia Christi cultum diuinum seu confundant seu penitùs extinguant, ne synceritas rectæ fidei quæ per dilectionem operatur, in ara cordis credentis gratum holocaustũ Deo offeratur: nec sacrificia mystica corporis & sanguinis dominicũ sacra fidelium oratione atque placatione bonorũ actuum in vero templo Dei omnium creatori & bonorũ largitori dignè exhibeantur. Prohibent celebrare Sabbathũ quia negant in cœlesti regno sanctarum requiem futuram esse animarum. Iubent ædificari aras & templa & idola, quia mẽtes fidelium malignorum spirituum cupiunt efficere vasa. Immolari carnes suillas & pecora communia: hoc est immũdam ducere vitam, & brutorum animalium more in luxuria atque concupiscentiis carnis conuersari. Relinquere filios suos incircuncisos: hoc est nulla custodia, nulla continentia, nulláque discretione cogitationes sermones atque opera tempetare, ita vt obliuiscantur legem diuinã, & immutent iustificationes Dei in diuersorum scelerum facturam. Et hæc omnia non solũ sermonũ, sed etiam diuersarum pœnarum fieri cogunt tormento, vnde sequitur.

Mysticè Rabbanus.

Pro. 13. b.

Matt. 12. b.

D

semini suo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius 1
desolata est, sicut solitudo: † dies festi eius conuersi sunt in luctum. Sabbatha eius in opprobriũ, honores eius in nihilum. Secundùm gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & 2
a sublimitas eius conuersa est in luctum. Et scripsit rex Antio- 3 4
chus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus. Et reli- 5 6
querunt vnusquisque legem suam, & consenserunt omnes 7
gentes secundum verbum regis Antiochi. Et multi ex Israel 8
consenserunt ei, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerũt Sabbathum. Et misit rex Antiochus libros per manus nun- 9 10
tiorum in Ierusalem, & in omnes ciuitates Iudæ, vt sequeren- 11
tur leges gentium terræ, & prohiberent holocausta & sacri- 12
ficia, & placationes fieri in templo Dei, & prohiberent cele- 13 14
brari Sabbathum & dies solennes. Et iussit coinquinari san- 15
cta, & sanctũ populum Israel. Et iussit ędificari aras & tem- 16 17
pla & idola, & immolari carnes suillas & pecora communia, 18
& relinquere filios suos incircuncisos, & coinquinari animas 19 20
eorum in omnibus immundiciis & abominationibus, ita vt 21
obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes 22
b Dei. Et quicunque non fecissent secundum verbum regis Antiochi morerentur. Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo, & præposuit principes populo qui hæc fieri cogerent. Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerãt legem domini, & fecerũt mala super terrã, & effugauerũt populum 23
c Israel in abditis & in abscõditis fugitiuorũ locis. Die quinta-

† Tob. 2. b

E

b *Et quicunque.* Incandescit crudelitas quando feruet impietas sæuit immanitas: quando æstuat cupiditas. Omni regno suo Antiochus per scripturas indicit tormenta & mortem ingerere cultoribus Dei. Sic & Antichristus per ministros suos scelestissimos varia exquiret pœnarum genera, quatenus Christicolas à statu religionis sanctissimæ euellat, conterat atque disperdat.

c *Die quintadecima mensis Casleu.* Idem est apud Græcos qui apud Latinos dicitur December. In huius mensis die ☞ quintadecima

NICOLAVS DE LIRA

1 Sanctifi. *In loco enim templi creuerunt arbusta, vt dicitur inf. 4. c.*
2 Secundùm gloriam. *Tempore Salomonis.*
3 Multiplicata. *Antiochi illustris.*
4 Et scri. rex. *Hic consequenter describitur persecutio regis Antiochi per nuntios & scripturam: In qua primo præcepit legem Mosaicam aboleri, ideo dicitur:* Et scripsit rex. *per decretum firmum.*
5 Vt esset omnis populus. *Regni sui.*
6 Vnus. *id est, vnitur legis & ritus.*
7 Et reli. vnus. *Gentilium, alium ritum habentium quã Antiochus.*
8 Et multi ex Israel con. ei, *Aliqui timore, aliqui fauore.*
9 Et misit rex Antiochus libros. *Id est, epistolas decretum suum continentes.*
10 Vt sequerentur le. gen. *Idololatrarum.*
11 Et pro. *Quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum.*
12 Et sacrificia. *Pro pecatis oblata.*
13 Et placa. *Id est, sacrificia pacifica, de quibus habetur in Leuit.*
14 Et prohi. *Pro beneficio creationis omnium.* 15 Et dies so. *Vt Paschæ, Pentecostes & huiusmodi.* 16 Et iussit. *i. templi loca*
17 Et sanctum. *Qui dicitur sanctus, quia præ cæteris populis erat ad diuinum cultum deputatus, vnde & res inanimatæ quæ diuino cultui deputantur, dicuntur sanctæ, vt vestes & vasa & similia.*
18 Et pecora. *i. immunda secundum legem Moysi.*
19 Et coinquina. ani. eo. in omni. immun. *i. cibis lege prohibitis.*
20 Et abominationibus. *Id est, idololatriis, quæ abominationes dicuntur in ve. testa.*
21 Ita vt obliuisceren. *Per consuetudinem legi contrariam.*
22 Et immutarent. *Id est, oblationes & sacrificia quæ offerebantur Deo cœli. Cætera patent vsque ibi.*
23 Et effugauerunt populum. *Quia nolentes idololatrare fugiebant occultè ad speluncas montium, vt habetur inf. se. c. Secundò, præcepit idololatriam profiteri: ideò dicitur.*
24 Die quinta. mensis. *Id est, Decembris, vt dicunt aliqui: sed melius videtur quod correspondet Nouembri: nam apud Heb. est tertius à septimo mense computato vtroque, qui septimus correspondet Septembri nostro, aliquando tamen pro parte concurrit cum Octobri nostro, & per consequens Casleu similiter cum Decembri. Et ratio huius est, quia Iudæi faciunt mẽses lunationes, sicut plenius declaraui Gen. 7. & Exo. 12.*

Vide Iosephum libr. antiquit. 12. ca. 6. 7. 8. 9.

✠ Quinto

MORALITER.

4 *Et scripsit.* Ista diaboli scriptura est infidelium & hæreticorum peruersa doctrina: qua si quis imbuitur, de populo diaboli efficitur, & ad hoc diuinæ legis destructio sequitur, & eius obseruatores miserabiliter affliguntur.

A quintadecima, anno centesimoquadragesimo quinto regni Græcorum, quod à primo anno Seleuci computare incipiunt, Antiochus Epiphanes abominandum idolum desolationis, in templo statuit Dei, hoc est simulachrum Iouis Olympi.

In ca. 1 Ioelis. RVPERTVS. Cornu paruum magnificatum vsque ad fortitudinem cœli, &c. à Daniele prædictum fuit. Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui ædificauit abominandum idolum desolationis super altare Dei, & tanta fecit quanta legentes horremus, tam in primo quàm in secundo Machabæorum libris. (Dan. 8.)

L. 12 antiq. c. 6. IOSEPHVS. Coegit eos relinquentes patriam religionem, idolum venerari: ædificare etiã in vnaquaque ciuitate, & vico templa Deorum, & aras collocantes immolare super eas porcos omni die præcepit, & ne quis circuncideretur, aut ne filij eorum. Insuper interminatus est tormenta grauissima, si quis præter hæc facere inueniretur.

decima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesi- 1
mo anno: ædificauit rex Antiochus abominandum idolum 2
desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ 3 4
in circumitu ædificauerunt aras, & ante ianuas domorum,
a & in plateis incendebant thura & sacrificabant. Et libros le- 5
gis Dei combusserunt igni scindentes eos, & apud quicun-
que inueniebantur libri testamenti domini, & quicunque 6
obseruabat legem domini, secundum ædictum regis truci-
dabant eum. In virtute sua faciebant hæc populo Israel. qui
b inueniebantur in omni mense in ciuitatibus. Et quinta & ui- 7
cesima die mensis sacrificabant super aram quæ erat † con- 8
tra altare. Et mulieres quæ circundebant filios suos truci-
c

B Principatus autem sui anno octauo quo videlicet anno in Samaria super verticem montis Garizim, Iouis peregrini siue hospitalis delubrum ædificauit, ipsis Samaritanis, vt id faceret per epistolam precantibus, sicut Iosephus testis est. (Rabanus. Iosephus lib. 12. antiqu. c. 7.) Sed legimus in Euangelio secundum Matthæum, saluatorem discipulis interrogantibus de signo aduentus sui & consummatione seculi, inter alia respondisse. *Cum ergo videritis desolationis abominationem quæ dicta est à Daniele propheta, stãtem in loco sancto, qui legit intelligat*, quando ad intelligentiam prouocamur mysticum monstrat esse quod dictum est. Scriptum est autem in Daniele hoc modo: *Et in medio hebdomadis auferetur sacrificium meum & Libamina, & in templo desolationum abominatio erit vsque ad consummationem temporis: & consummatio dabitur super solitudinem.* De hoc apostolus loquitur quod homo iniquitatis aduersarius *eleuandus sit contra omne quod dicitur Deus & colitur, ita vt audeat stare in templo Dei, & ostendere quod ipse dominus sit: cuius aduentus secundum operationem Sathanæ destruet eos, & ad solitudinẽ rediget qui susceperint.* Potest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco vsque in præsentem diem stetit. (Hieron. in 24. Matt.) Abominatio quoque secundum veritatem scripturarum idolum nuncupatur: & idcircò additur desolatio, C quod in desolato templo atque deserto idolum positum sit. Statuto autem idolo zeli in templo Dei per vniuersas ciuitates Iudæ, ministri regis nequissimi ædificant aras in circumitu, & ante ianuas domorum & in plateis incendunt thura & sacrificãt quia regnante in mundo Antichristo, astipulatores eius & omnes iniqui reiecto verò vnius Dei cultu, & spreta Dei domo quæ est sancta ecclesia, confusa mente turbatoq; ordine, in diuersis locis variorum errorum & multiplicium scelerum, dæmonis funesta deferrent sacrificia. Et bene dicitur, quòd in circumitu ædificauero aras, quia simplicitate veritatis relicta erroneas impietatis sequuntur sectas. *In circumitu enim* (vt psalmista testatur) *omnes impij ambulant*, (Psal. 11. b.) & ante ianuas ædiculorum, atque in plateis incendunt thura & sacrificant qui introire ad altare Dei, ibidémque incensum puræ orationis Deo inferre nõ merentur, *sed in lata & spaciosa via quæ ducit ad mortem*, (Matt. 7. b.) actus suos ac verba secum hosti deferunt maligno. Et libros inquit legis Dei combusserunt igni scindentes eos. Libros Dei scindunt comburúntque igni, qui per cupiditatis ignem legis Dei syncerita tem, hæretica prauitate à rectitudinis suæ statu discindere cupiunt, D sanctósque prædicatores quibus thesaurus testamentorum Dei commendatus est, malitiæ suæ mucrone trucidare gestiunt.

RVPERTVS. De his Daniel prædixerat, reuelante angelo: *Cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie: intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius &c.* (In cap. 12. Apoc. Daniel. 8.) Iste rex Antiochus extitit, qui vsq; ad fortitudinem cœli, id est, filios Israel qui angelorum vallabãtur auxilio, erexit magnificentiam suam ita vt de sanctis plurimos idololatriæ subiiceret, & velut stellas cœli conculcaret pedibus suis. Quod ait: *& vsque ad principem fortitudinis magnificatus est*, († Suprà) significat quod erectus sit cõtra Deum, E & sanctos illius persecutus & ab eo tulerit iuge sacrificiũ, quod mane & vespere offerebatur, & polluerit atq; deiecerit locũ sanctificationis eius & hoc non sua virtute, sed propter peccata populi. Atque ita factum est, vt veritas prosterneretur in terram, & cultu idolorum florente, Dei religio conquiesceret.

a *Et libros legis Dei combuss.* IOSEPHVS. (L. 12. antiq. cap. 7.) Si apud aliquem volumen inuentum fuisset sacrum, aut lex, is quoque crudeli sorte moriebatur.

OPTATVS Mileuitanus. (L. cont. Parmeniam.) Leuior culpa est tradentis timore ac violentia libros sacros persecutoribus, quàm negligentis qui ante mures posuit, aut sub stillicidio reliquit: nam voluntate negligens fuit. Et qui in fluuio perdidit, de temeritate peccauit qui autem metu mortis tradidit, homo homini dedit, integrum erat apud dantem, integrum apud recipientem. Si qui accipit, flammis tradidit, peccatum est accendentis non tradentis. Hæc si à maioribus vestris Donatistis dicerentur, quando illos repellere à nostra communione possemus? Si etiam Antiochi tempora commemorare voluissent, quibus Iudæi coacti sunt vt libros in incendium darent, de Iudæis in illo tempore nemo damnatus est, nec à Deo, vel ab aliquo angelo in quemquam Iudæum vlla dicta est sententia, quia peccatum fuerat imperantis & minantis, non populi cum timore & tremore tradentis.

b *Et quin.* (Rabanus.) Quid per vicenarium numerum & quintum nisi illi designãtur qui quinq; sensibus corporis, & carnalibus desideriis impliciti, legi Dei quæ in duobus testamentis & in duobus præceptis, dilectione videlicet Dei & proximi constat, contraria faciunt ac sapiunt? Viginti ergo & quinque, quinario numero in semetipso multiplicato conficiuntur. F Meritóque hic numerus desertoribus legis Dei comparatur, qui per vnumquemque sensum corporis, hoc est per visum, auditum, gustum, odoratũ, & tactũ præceptis diuinis quæ in Pentateucho conscripta sunt aduersantur, & idcò dicitur q sacrificauerunt super aram quæ erat contra altare, quia in altari impietatis (quod superbia erexerat contra altare fidei Catholicæ) omnes iniqui actuum ac verborum suorum diabolo infausta immolant sacrificia.

c *Et mulie.* Patet historiæ sensus qui exponit tormenta quæ persecutores nefandi & tunc in veteri testamento, & nunc similiter in nouo cultoribus dei ingerũt. Nec facile est cuiquã enumerare omnia suppliciorũ genera quæ tortores nequissimi martyribus Christi infligebant. Sed iuxtà allegoriam (Allegoricè. Rabanus.) qui per mulieres quæ circuncidebant filios suos nisi honestæ fidelium personæ monstrantur? quæ actus suos & sermones atque cogitatus summa discretione circunspicientes, quidquid in eis superfluum reperiũt gladio spiritus amputare festinãt. Has spiritalis Antiochus trucidare desiderat, quia aut corporaliter eas per tormẽta ferire, a ut

NICOLAVS DE LYRA

1 Quinto & quadragesimo & centesimo. *Scilicet regni Græcorum.*
2 Aedificauit. *Id est, statui fecit.* 3 Abo. *Scilicet Iouis olympij.*
4 Desola. *Quia erat signum desolationis templi. Tertiò præcepit legem Mosaicam destrui, ideò dicitur.* 5 Et li. *Quarto præcepit omnes legis obseruatores trucidari, ideò dicitur.* 6 Et qui. *Et patet litera vsque ibi.* 7 Et quin. & vi. *die men. Casleu.*
8 Sacri. super aram quæ erat con. alta. *Scilicet, Dei super quod* erat

MORALITER.

2 *Aedificauit.* Per quod significatur prælatus abominabilis propter defectum scientiæ & vitæ qui diaboli procuratione ponitur super ecclesiam dei, de quo dicitur Zac. 1. d. *O pastor & idolum derelin. gre.* ideo dicitur idolum desolationis, nam per eum desolatur ecclesia in spiritualibus & tẽporalibus bonis, & huic idolo sacrificant sustinentes eum & ministrantes sibi in operibus malis qui renuunt sacrificare, occiduntur, quia bona de quibus debent viuere, vi vel fraude rapiuntur.

MORAL.

A ferire, aut spiritualiter per abnegationem in anima necare decertat. Interpretatur autem Antiochus paupertatis silentium, Et merito hoc nomine censetur qui expers spiritalis scientiæ, inops sacrarum virtutum est; hoc quod ipse minimè in se habet per inuidentiam in aliis persequitur, vnde bene subiungitur.

Rabanus. a *Et suspendebant* (inquit) *pueros suos. &c.* Quia illos qui non sensu sed malitia sunt paruuli & humiles spiritu: propter confessionem fidei interimere non tardant. Similiter & illos q circũciderunt eos trucidabant quia prędicatores sanctos qui cultro pietatis ac verbo Euangelicæ doctrinæ subditos suos coërcentes castigant: maximè persecutionũ molestiis infestant.

a dabantur secundum iussum regis Antiochi, & suspendebant 1
pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum, & eos qui
b circunciderant illos trucidabant. Et multi de populo Israe
diffinierunt apud se, vt non manducarent immunda, & ele-
gerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis. Et
noluerunt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt,
Et facta est ira magna super populum valde.

L. 12. antiq. Iud. c. 7. IOSEPHVS. Constituit Antiochus præpositos, qui cogerẽt Iudæos imperialia mandata perficere. Et multi quidem Iudæorum sponte, alij verò propter timorem præcepta eius sequebantur. B Probatissimi autem & generosi detestabile facinus execrantes, patriis legibus adhæserunt: propterea diebus singulis pœnis afflicti, & amara passi tormenta trucidabãtur. Nam & verberati, & D diuersis cruciatibus fatigati, adhuc viuẽtes crucis patibulo figebãtur. Vxores verò & filios quos circũciderũt præter voluntatẽ regis, laqueis suffocabant, parentũ eos ceruicibus illigãtes.

b *Et multi, &c.* Nulla persecutio nulláque tribulatio sanctos Dei: qui prædestinati sunt & vocati secundùm præscientiam Dei patris, à fide Christi vnquã euellere potuit, sed in veritate persistẽtes, nec idolothita manducabant, nec immundicia peccatorum coinquinari consentiebant, nec etiã legẽ Dei sanctam hæretica prauitate infringere atq; corrũpere patiebãtur, sed magis eligebãt p nomine Christi, mori, quã consentire impietati. (1. Cor. 8. g.) Vnde quidam illorum hac confidentia fretus ad discipulos scribens ita testatus est, dicens; *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à Charitate Dei quæ est in Christo Iesu domino nostro.* (Rom. 8. g.) E Sed quæ consolatio laborantibus seruis Dei missa sit, videamus.

NICOLAVS DE LYRA.

erat idolum positum & sic ara in qua sacrificabant idolo erat posita contra altare Dei.
1 Et suspendebant pue. a. cer. *Id est, per colla funibus iuxtà ceruices transeuntibus, Cætera patent.*

CAP. II.

Rabanus. Dan. 11. c. a IN diebus illis. In libro Danielis (vbi huius loci mentio sub ænigmate facta est) ita scriptum reperitur; *Et impij in testamentum simulabunt fraudulenter. Populus autem sciens Deum suum obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos: & ruent etiã gladio, & in flamma, & in captiuitate, & in rapina dierum: Cumq; corruerint subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulen-* C *ter: & de eruditis ruẽt vt conflentur & eligantur & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.*

CAPVT II.

a IN diebus illis surrexit Matathias filius Ioan- 1
nis, filij Simonis sacerdos ex filiis Ioarim ab 2
Ierusalem: & consedit in monde Modin. Et 3
habebat filios quinque. Iohannan qui co- 4 5
gnominabatur Gaddis, & Simeonem: qui †
cognominabatur Thasi, & Iudam, qui vocabatur Macha- †
bæus, & Eleazarum qui cognominabatur Abbaron, †

Quanta Iudæi ab Antiocho passi sunt præsens historia Machabæorum refert, & triumphi eorum testimonio sunt, qui per custodia legis Dei flammas & gladios & seruitutem ac rapinas & pœnas vltimas sustinuerunt, quæ futura sub Antichristo nemo est qui dubitet, multis resistentibus potentiæ eius, & in diuersa fugientibus. Quæ Hebræi in vltima euersione templi quæ sub Vespasiano & Tito accidit interpretatur, fuisse de populo plurimo qui scirent Deum suum, & pro custodia legis Dei interfecti sunt. *Cúmque corruerint* (inquit) *subleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter, & de eruditis ruent vt conflentur & eligantur & dealbentur vsque ad præfinitum tempus, quia adhuc aliud tempus erit.* Paruum auxilium Matathia historialiter significat, de vico Modim, qui aduersum duces Antiochi rebellauit, & cultum F veri Dei seruare conatus est. Parum autem auxilium inde vocat, quia non longo tempore post inchoatam defensionẽ vixit, sed vno euoluto anno defunctus est. Et postea Iudas filius eius qui vocabatur Machabæus, pugnans cecidit, & cæteri fratres eius aduersariorum fraude decepti sunt.

L. 3. histor. Iud. c. 7. IOSEPHVS Heb. Matathias non ferens opprobrium incircumcisorum fugit cum multis in montem Modaith. & zelum habens pro Deo suo flens dixit: Heu mihi mater mea, quare me genuisti,

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

Diuisio. IN diebus illis sur. Mata. *Posita deiectione populi per Antiochum Epiphanem. Hic consequenter ponitur aliqualis eius releuatio per Matathiam, vbi primò ponitur audacia Zelantis. Secundò constantia tolerantis ibi:* Et exclamauit. *Tertiò prouidentia morientis, ibi:* Et appropinquauerunt. *Circà primum: Primo ponitur planctus humiliationis. Secundò ausus confessionis, ibi:* Et venerunt illud. *Tertiò zelus æmulationis, ibi:* Et vt cessauit. *Circà primum præmittitur genus Matathiæ cùm dicitur.*
1 In diebus illis surrexit Matathias filius Ioannis. *Et eius officium cum dicitur.*
2 Sacerdos ex filiis Ioarim. *Iste fuit vnus de vigintiquatuor sacerdotibus quos instituit Dauid ad augmentationem diuini cultus primo Paralipomenon 14. cap. Et dicunt aliqui quod iste vocatur ibi Ioachin qui habuit sortem vicesimam primam. Videtur tamen mihi quod melius dicitur ibi † Ioarib qui habuit sortem primam.* († Ioarib) *Nomina enim hebræa frequenter mutantur in vltima litera sicut & latina: & hoc patet ex hoc quod infrà 14. cap. dicitur quod Matathias fuerit ex filiis Iarib, quod idem nomen est quod Ioarib.*
3 Ab Ierusalem. *Istud refertur ad illud quod suprà ponitur, Surrexit nam inde recessit propter templi contaminationem.*
4 Et conse. in mon. Mo. *Vnde erat oriundus, Consequenter describitur proles eius, cùm dicitur.*
5 Et ha. fi. quin. &c. *Interpretationes cognominum hic omitto: quia Hieron. in libro suo de interpretationibus nominum Hebræorum nonnullas ponit de libris Machabæorum: Et istæ quæ sunt Remigij & in fine bibliæ communiter ponuntur sunt in pluribus impropriæ & frequenter ab Hieronymo reprobatæ.*

Hi viderunt

MORALITER.

1 *In diebus illis surrexit Matathias, &c.* Matathias qui interpretatur Deo datus vel donum Dei, bonum prælatum significat qui datus est à Deo per sanctam voluntatem & donum Dei: quia promotus est per instinctum spiritussancti.
5 *Et habebat filios quinque, &c.* Qui interpretatur in quo est gratia, scilicet, Dei bonorum.
† *Et Symeo.* Qui interpretatur audiens; mœrorẽ aure cordis & corporis, afflictionẽ innocentum audiẽs per verã cõpassionem.
† *Et Iudam.* Qui interpretatur confitens vel glorians, intentus ad diuinam laudem.
† *Et Eleazarum.* Qui interpretatur Dei mei adiutorium, & significat deuotum prædicatorẽ, vnde dicit Paulus de se & aliis prædicatorbus 1. Co. 3. c. *Dei sumus adiutores.*

† *Et Symeo.* *Et Ionathan.*

me genuisti, vt viderem contritionem populi mei: Misit autem
A Iudam filium suum ad omnes ciuitates Iudaicas secretò dicens, Qui est in vobis, qui est Domini? Congregata est itaque turba piorum, & dixit ad eos Matathias: Vt quid multiplicamus verba? Hic aliud nihil agendum, quam orandum & præliandum Viriliter agite. Aggrediamur rem ipsam fortiter, & moriamur in prælio. Confortati sunt omnes, & dixit vnus ad alterum. Ad tabernacula tua ô Iuda. Iam dominium sibi vendicauit in terra tua gens Macedonũ & rex Antiochus. Multum id tibi est. Acue gladium tuum Iuda, & serua animam tuam à Gente Macedonum &c.

L.9. de vict. Verb. ca. 28.

✠ RVPERTVS.
B Clamabat mulier in vtero habens & parturiens, clamabat Ecclesia temporis illius fidem & spem in verbo promissionis habens; & cruciabatur vt pareret, id est, desiderabat, & desiderando fatigabatur, vt promissiones suas de semine Abrahæ Deus adimpleret. Quis clamores temporis illius non audiuit? Væ mihi, inquit, Matathias, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, &c.

Rabanus. Mysticè autem Matathias dum saluatorem significat, qui princeps est populi Dei, & defensor electorum suorum cuius filij pugnant pro domo Israel, defenderunt sanctuarium Dei ac legem diuinam. Interpretatur autem Matathias, donum Dei, cuius nominis arcanum ipsius incarnationis nobis patefecit sacramentum. Vnde & ipse ait in Euangelio: *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum nõ pereat sed habeat vitam æternam.* Qui enim datus à Deo est, profectò Dei donum est. Sed hæc de incarnatione ipsius tantùm dicta sunt. Cæterùm de diuinitate eius, qua æqualis est patri & spiritui sancto: simul cum patre & spiritu sancto ipsam dispensationem facere credi oportet, sicut & spiritus sanctus donum Dei legitur, sed tamen cum patre & filio vnus Deus cre-
C ditur atque adoratur. Vnde in Euangelio, & missus legitur, & sponte venisse, vt est illud dominicum; *Rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis.* Et item. *Cum autem venerit,* inquit, *paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Et alibi ipsa veritas ad Nicodemum ait: *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Hic ergo Matathias narratur filius esse Ioannis filij Simeonis, sacerdos ex filiis Ioarim. Ioannes interpretatur gratia Dei. Simeon audiens, Ioarim dominus exaltans. Rectè ergo hæ interpretationes huic mysterio competunt, quia mediator Dei & hominum gratia Dei dici potest. Vt est illud Apostoli: *Gratia Dei pro omnis gustauit mortem.* Et audiens quia ipse in Euangelio ait: *Quæ audiui à patre, hæc loquor in mundo.* Et dominus exaltans, de quo propheta ait; *Exaltare domine in virtute tua.* Ipse enim meritò sacerdos nominatur de quo scriptum est: *Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, &c.* Huius

Ioan. 3. b. Ioan. 14. b. Ibid. 15. d. Ioan. 3. a. Ebre. 2. c. Ioan. 8. d. Psal. 20. c. Ibid. 109. a. Quare quinque filij Matathiæ

& Ionathan qui cognominabatur Apphus. Hi viderunt ma- †
la quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem. Et dixit Mata- 1
thias: Vę mihi. Vt quid natus sum videre contritionem po- 2
puli mei & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, 3
cùm datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extra- 4
necrum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis. Vasa 5
gloriæ eius captiua adducta sunt, trucidati sunt senes eius 6 7
in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. 8
Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit 9
spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libe- 10 11
ra facta est ancilla. Et ecce sancta nostra & pulchritudo no- 12
stra & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt eam 13 14

D &c. Huius Matathiæ filij sunt omnes sancti, qui & corpus eius & membra dicuntur. Sed quomodo quinario numero designari possint non inconuenienter quæritur. Tot enim leguntur filij Matathiæ historicè fuisse, hoc est Ioannam qui cognominabatur Gaddis, & Simeon qui cognominabatur Thasi, & Iudas qui cognominabatur Macchabæus & Eleazar qui cognominabatur Abaron, & Ionathas qui cognominabatur Apphus. Videamus ergo si alicubi iste numerus in nouo testamento eandem rem exprimere inueniatur. Legimus quoque Paulum Apostolum ad Ephesios de Christo ita dicentem; *Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos vt impleret omnia, & ipse* Eph. 4. b.
E *dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij ad ædificationem corporis Christi.* Ecce hic quinque species denotantur in illis personis quas diuina vocatio ad magisterium ordinauit ecclesiæ. Sed consideremus, quomodo ipsi filij Matathiæ cum interpretationibus nominum suorum his speciebus possint aptari. Primus ergo filiorum illius nuncupationis Ioannã, qui cognominabatur Gaddis, Ioannam quoque dominus gratia eius. Gaddi autem hœdus siue tentatio mea. Bene ergo hæc nomina ordini apostolorum (nisi fallor) conueniunt, qui per domini gratiam ad culmen honoris huius electi sunt, sed tamen à peccatoribus multas perpessi sunt tentationes atque iniurias, quod idem saluator prædicere eis videtur, cum in Euangelio ait: *Ego vos elegi de mundo vt eatis & fructum plurimum afferatis, & fru. ve. maneat.* Et iterũ, *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ & reliqua.* Ecce qui gratia domini sunt repleti malorum omnium demonstrantur contumeliis non mediocriter afflicti. Secundus autem filiorum Matathiæ fuit Simeon, qui cognominabatur Thasi, qui in sequentibus plerísque locis Simon nominatur. Simon ergo siue Symeon interpretatur au- F
diens siue audiuit tristitiam. Thasi exploratio gaudij. Nec inconuenienter hæc prophetarum ordini conueniunt, qui spiritus sancti gratia illuminati, & futuras pœnas malorum præuident, & ventura præmia sanctorum consolatione interna gustando prænoscunt, aliísque & futura mala præcauere & futura bona appetere persuadent. Tertius in ordine filius Iudas Machabæus fuit. Iudas enim confitens vel glorificans interpretatur, & Machabæus bellator. Satisq; bene hæc denominatio conuenit euangelistis, qui Euangelium pacis & gloriæ Christi prædicant toto orbe terrarum expugnántque errores nefandos paganorum atque hæreticorum. Quartus autem filius hoc est Eleazar, qui cognominabatur Abaron, & in priore nomine Dei adiutorium, in sequenti verò generationem excelsam sonat, non immeritò pastoribus per figuram assimilatur, qui adiutorio Dei satis roborati, excelsiq; fide ac virtutibus, præpositi in ecclesia constituuntur,

Ioan. 15. c. Matt. 10. b.

NICOLAVS DE LYRA.

† Hi viderunt mala. *Oculo compassionis & doloris.*
1 Et dixit Matathias: Væ mihi, &c. *Quasi dicat: Minus malum esset mihi simpliciter non esse, quam tanta mala populi & contemptum cultus diuini videre.*
2 Sancta. *Scilicet, loca & vasa.*
3 In manu extraneo. *Id est, gentilium idololatrarum.*
4 Templum eius sicut homo ign. *Ignobiles enim vilibus operibus deputantur, & sic templum idololatria & luxuria erat plenum, vt habetur infrà 2. lib. 6. cap.*
5 Vasa gloriæ eius captiuã abdu. sunt. *Nam Antiochus ea asportauerat, vt dictum est cap. præcedenti.*
7 Quæ gens non hære. &c. *Hoc dicitur eò quòd in exercitu Antiochi erant multi de diuersis nationbius collecti.*
8 Omnis compositio eius. *Tam spiritualis quam corporalis.*
9 Quæ erat libera. *Tempore Dauid & Salomonis & plurium regum aliorum.*
10 Facta est anci. *sub Antiocho peruerso.*
11 Et ec. sancta nostra. *Quantum ad Dei cultum.*
12 Et pulchritudo no. *Quantum ad templi ornatum.*
13 Et clari. no. *Quantum ad legem, quæ illuminat intellectum.*
14 Desolata est. *Hæc enim tria dissipauerat Antiochus per suum decretum vt patet cap. præcedenti.*

Quo ergo

MORALITER.

† *Et Ionathan.* Qui interpretatur columba veniens. Ideò per ipsum significatur in vera simplicitate cordis ambulans & amaritudinis felle carens: Et omnes istos habet bonus prælatus tanquam filios charissimos.
2 *Et dixit Matathias, &c.* Bonus enim prælatus cum filiis prædictis plangit mala quæ fiunt in ecclesia per instinctum dæmonis: & per malos homines qui sunt eius membra.

Et scidit.

constituuntur, vt oues Dei sana fide bonisq; exemplis ad viri-
A ditatem cœlestis patriæ ritè pascendo perducant. Nouissimus autem horum filiorum vocatus est Ionathas, cognomen habens Apphus, optimè sanctis doctoribus iuxtà interpretationem nominum suorum conueniens: Interpretatur enim Ionathas, columbæ donum, siue domini spontaneus. Apphus autem fugitiuus siue millesimus. Et benè his nominibus doctores Christi exprimuntur qui spiritus sancti gratia repleti mente spontanea domino se subiiciunt, vt eius vice legatione functi, legem Dei prædicent in mundo, &
B homines terrena desideria fugere, atque sempiterna gaudia quęrere doceãt: quatenus ibi iuxta millenarij numeri significantiam Deo retribuente & plenitudinem mercedis accipiant, vt veram beatitudinem cum Christo & angelis eius sine fine possideant. Sequitur, *Hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & Ierusalem.* Quia isti vtique scandala diuersa quæ ab iniquis in ecclesia Dei perpetrantur condolendo agnoscunt, ac mucrone spiritali vindicare gestiunt, semetipsos hostiam ponere, ac per suorum salute orti tradere non metuunt, vnde sequitur.

a gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit Matathias 1
& filij eius vestimenta sua, & operuerunt se ciliciis, & plan- 2
b xerunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant à rege Antio- 3
cho, vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin 4 5
immolare & accendere thura, & à lege Dei discedere. Et 6
multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, 7
c sed Matathias & filij eius constanter steterunt: Et respon- 8
dentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Matathiæ prin- 9
ceps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus fi- 10 11
liis & fratribus. Ergo accede prior & fac iussum regis, sicut 12
fecerunt omnes gentes & viri Iuda, & qui remanserunt in 13 14
Ierusalem, & eris tu & filij tui inter amicos regis, & ampli- 15
d ficatus auro & argento & muneribus multis. Et respondit 16 17

Rabanus. a *Et scidit Mata. ve. &c.* Quid est ergo vestimenta scindere, nisi corpora suppliciis tradere? Et quid operiri cilicio, nisi iustos quasi peccatores puniri tormento? Cilicium quoque fit ex hœdis asperum setigerúmque tegumentum. Nam hœdi ad delicta iure referũtur, quoniam & in iudicio domini in peccatorũ partes sunt positi. Ergo dominus quia carnem peccati assumpsit, cilicium se induisse commemorat. Nam si historicè accipimus nusquam eum legimus vsum fuisse cilicio. Ergo dum Iudæi per
C contumelias & insidias essent molesti, ille diuinitatem suam carnis velamine tenebrosis mẽtibus occultabat, quia non merebantur agnoscere, quem tali impietate tractabant: Propter enim peccata populorum redemptor humani generis carnem suam tradidit ad mortem, & condoluit nostræ infirmitati. De quo ipse dominus per Isaiam ait: *Propter scelus populi mei percussi eum. Et iniquitates eorum ipse portabit, ideò dispartiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Similiter & filij eius, hoc est apostoli & martyres, ipsius exemplo edocti non dubitabant pro legitimis Dei & fratrum suorum salute temporaliter mori, quatenus regni cœlestis gaudia cum sanctis angelis pro hoc possent mereri. Vnde Ioan. Apostolus ait; *In hoc cognoscimus charitatem Dei: quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.*

Isa. 53. c. Ibidem. d. 1. Ioan. 3. c.

Moraliter b *Et ve. &c.* Mittit namque Antiochus spirituale in ciuitatem Modin, quæ interpretatur iudicium, in ecclesiam videlicet sanctam, vbi iudicia legis Dei diligentissimè custodiuntur, vt eos qui

D qui confugerant illuc remedium animarum suarum quærentes à lege Dei discedere cogant: peccatorúmque victimam & cultum impietatis diabolo exoluant. Sed hoc quod subiungitur, non sine gemitu lugere possumus: quia multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos, cum alios videmus tormentis coactos à religione pietatis apostatare, alios cupiditate isti° mundi illectos retrorsum relabi; alios hęreticorum astutia seductos decipi, alios etiam luxuria atque libidine propria ad pristinas vitiorum sordes reuerti. Attamen illud valdè lætificat quod sequitur, quia *Matathias & filij eius con. steterũt.* cum sine dubio illi in veritate atque E
iustitia persistunt, qui veri Matathiæ, hoc est Iesu Christi filij esse meruerunt, eiúsque fidem atque mandata seruantes, æternæ vitæ præmia constanti animo per eius gratiam adipisci concupiscunt.

✠ IOSEPHVS Heb. Principes regis procedẽtes ad Matathiam inuenerunt eum in monte Modaith accinctum armis bellicis, erantq; cũ eo fratres eius, & filij eius, & quidã alij pauci viri, ex cœtu eorum qui zelum habuerunt pro lege Domini. Et cœperunt primum pacificè loqui cum Matathia dicentes: Matathia, vir honorabilis in populo tuo, fac præceptum regis & viues. Respondit magnifico spiritu suo. Præceptũ regis mei ego facio. Et illi obstupescentes siluerunt, & insidiabantur quomodo caperent, & interficerent eum. Lib. 3. hist. Iud. cap. 8.

c *Et res. &c. & am. eris.* Siue per dolum siue per vim semper machinatur antiquus hostis quomodo euertat cultum pietatis in ecclesia Christi. Ipse enim qui ad tentandum redemptorem nostrum in deserto accessit, dicens; *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Et postquam eum super pinnaculum templi in sanctam ciuitatem constituit, dixit; *Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapi. pe. tuum.* Indéque eum transferens in montem excelsum, ostendit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum, & dixit ei: *Hæc omnia tibi dabo procidens, si adoraueris me.* Idem quotidie membris eius per ministros suos dolosè suggerit, quatenus pro ambitione seculari deserant viam iustitiæ, & faciant iussum regis nequissimi, qui regnat super vniuersos filios superbiæ. Rabanus. Matt. 4. a. Psal. 90. a. F

d *Et respondit, &c.* Constantia Matathiæ confortabat animos filiorum suorum, sic & patientia & longanimitas domini nostri Iesu Christi omniũ credentiũ corroborat fidem. Vnde discipulis suis, ait: *Nolite mirari, si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Neque timeatis eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. Sed potius timete eum qui potest animam & corpus perdere in gehennam. In patientia vestra possidebitis animas vestras, & erit merces vestra multa in cœlo. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* 1. Ioan. 3. c. Matt. 10. c. Luc. 21. d.

Et vt cessa.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quod ergo no. *Quasi dicat, melius est nobis mori quã talia videre.*
2 Et scidit ma. & fi. e. vestimenta sua &c. *In signum doloris.*
3 Et ope. se cili. *In signum humiliationis.*
4 Et planxerunt valde. *Pro malis prædictis.*
5 Et venerunt illuc. *Hic consequenter ponitur ausus confessionis Dei cultus & diuinæ legis: & hoc præsentibus aduersariis, ideò dicitur:* Et venerunt illuc qui missi erant à rege, *& patet.*
6 Et mult. de populo Israel consentientes. *Timore mortis.*
7 Sed Matathi. & fi. eius constanter. *In confessione Dei & legis.*
8 Dixerunt. *Volentes eum primò verbis adulatoriis subuertere.*
9 Princeps. *Dignitate.*
10 Et clarissimus. *Famæ celebritate.*
11 Et magnus es. *Potestate.*
12 Et ornatus filiis. *Quinque.*
13 Et fratribus. *Id est, magna cognatione.*
14 Ergo ac. *Q. d. decet te. Secundò verbis promissoriis, cum dicitur.*
15 Et eris tu & fi. tui. *Quantum ad bonum honorabile.*
16 Et am. auro & ar. *Quantum ad bonum vtile.*
17 Et res. &c. *Vt magis appareret eius constãtia, Et si omnes Gentes &c. Sequitur.*

Ego &

MORALITER.

2 *Et scidit Mata. &c.* Quia bonus prælatus & fideles sui crescentibus malis debent affligere corpora sua pro Dei misericordia impetranda, & stare viriliter in veritate diuina, ideò sequitur.
7 *Matathias & filij eius, &c. Princeps clarissimus, &c.* Per hoc significatur diaboli malitia, qui non potens per apertas tentationes eos deiicere in peccata per quandam adulationem, quærit eos subuertere infigendo eorum memoriæ sua merita, sicut legitur in Collationibus patrum de quodam quem induxit ad proiiciendum se in puteum asserens, quod tanti erat meriti apud Deum, quod non læderetur propter casum.

Et respondit.

a *Et vt cessa, &c.* Respondés autē vnus ex Iudæis illis iniquis & filiis Belial, qui erant cum principibus Antiochi, ait: Miror de vobis ó principes quamdiu nō sumitis vltionem de Matathia! Cúmque sic loqueretur, extraxit gladium suum & præscidit caput porci, sumensque illud, portauit ad altare quod extruxerunt in templo regis Antiochi, & posuit illud super ipsum, incendítque thimiama in honorē sculptilium Antiochi. Quod videns Matathias, commotus zelo Dei sui, & indignatione acrēius, exemit gladiū suum insiliēnq; in Iudæam illum, abscidit illius caput, corpus autem truncum cecidit super altare. Trucidauit quoque principē vnū gladio suo, effugauitq; reliquos qui aderāt, &c.

Rabanus. Ioseph. Heb. li. 3. cap. 8.

Iudæus hic qui sacrificauit coram oculis omnium idolis significat malos Catholicos quod prauis operibus & peccatorum nota scandalizant proximos suos. In eo enim idolis sacrificare probantur, quo principalibus vitiis captiuati esse manifestantur. Vnde auaritiam Paulus Apostolus idolorum seruitutem appellat. Sed hos gladius Matathiæ trucidat super Aram quia vltio æquissimi iudicis iustam in talibus exercet vindictam. Necnon & virum quem miserat Antiochus, qui cogebat immolare in ipso tempore occidit, quia in die extremi examinis non solum peccatores homines, sed peccatorum instigatores maligni videlicet spiritus æternæ damnationis meritam recipient pœnam. Simul & ara impietatis destruetur, quia post peractum iudicium vlteriùs peccandi facultas vlla non tribuetur iniquis. Quod autem sequitur; *Zelatus est, legem sicut fecit Phinees Zam. filio Salomi*: ostendit quod fortia facta sanctorum patrum præfigurabant redemptoris nostri in nouissimis temporibus nobilissimum actum,

Eph. 5. b.

C

Num. 25. b.

Octon. 18. in Psa. 118.

3. Reg. 19. 4. Reg. 2.

✠ Ambrosivs. Zelū debes habere sacerdos, qui incorruptā studet seruare Ecclesiæ castitatē. Et ideò princeps sacerdotium dicit: *Zelus domus tuæ deuorauit me.* Et Phinees sacerdos, erat & nepos sacerdotis, & filius sacerdotis. Bonus zelus & vtilis in sacerdote, ne negligés, ne remissus sit. Zelus Dei gratia est, q exquirit qui superuenit, qui se iusti infundit pectori. Zelus Dei vita est.

Matathias, & dixit magna voce: Et si omnes gentes regi † Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius, ego & 1
filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. 2
Propitius sit nobis deus, non est nobis vtile relinquere legem & iustitias Dei. Non audiemus verba regis Antiochi,
nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mandata, vt
a eamus altera via. Et vt cessauit loqui verba hęc accesit quidā 3
Iudæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundùm iussum regis. Et vidit Matathias, &
b doluit: & contremuerunt renes eius. Et accensus est furor 4
eius secundùm iudicium legis, & insiliens trucidauit eum 5, 6
super aram. Sed & virum quem rex Antiochus miserat, qui
cogebat immolare: occidit in ipso tempore, & aram destruxit: & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri filio Sa- 7
c lomi. Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate, dicēs: 8
Omnis qui zelum habet legis statuēs testamentū exeat post
me. Et fugit ipse & filij eius in mōtes & reliquerūt quæcunq; 9
ta est. Zelum habuit Elias, & ideò raptus est ad cœlum. Zelum habuit Matathias bar Ioannis, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit Dei plebem. Zelum qui habent, omnes sibi inimicos suos putāt, qui sunt hostes Dei, quamuis patrem, fratres, sorores. De omnibus dicit sicut Dauid: *Hostes facti sunt mihi.*

Psal 118.

b *Et accensus est furor eius.* ✠ Cyprianvs. Quòd si idololatriæ indignetur Deus, vt præceperit etiā eos interfici, qui sacrificare & seruire idolis suasérint, in Deuteronom. inquit Quòd si rogauerit te frater tuus, aut filiꝰ, aut filia, aut vxor, aut amicus, dicens, Eamus & seruiamus, diis alienis, &c. manus tua erit super E eum, &c. Cuius præcepti & vigoris memor Matathias, interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduēctum Christi circa Deum colendum hæc præcepta seruata sunt, quā tomagis post aduentum seruanda.

L. de exhort. martyr. cap. 5.

c *Et exclamauit Ma. voce magna in ciui tate.* Hæc verba Matathię præfigurabant domini nostri Iesu Christi doctrinam qua exhortatur nos quotidie relinquere vanitatem huius mundi, & quærere gaudia cœlestis regni. Dicit enim ipse in Euangelio, *Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quàm me, nō est me dignus, Et qui non baiulat crucem suam quotidie & sequitur me, non est me dignus. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam, Qui autem perdiderit animā suā propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini si vniuersū mundū lucretur, animæ verò suæ detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo commūtationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cū Angelis suis, & reddet vnicuique secundum opera sua.* Fugit enim redemptor noster & filij eius in montes, & relinquunt quæcunque habent in ciuitate, quando per ducatum ipsius veritatis altitudinem virtutū ascēdere cupimus: & ea quæ ad luxū seculi pertinēt, quasi superflua spernentes abiicimus. Inde est quod legitur in Euangelio, idem dominus dixisse discipulos suos in montes, & ibi sedisse, ibique docere eos ibi orabat, ibique pascebat turbas, vt semper ad altiora & perfectiora suis exemplis nos prouocaret.

Rabanus. Luc. 14. g. Matt. 10. d. Luc. 14. f. Matt. 16. d. Lucæ 9. c. F Matt. 16. d.

☞ *Tunc dec.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ego & si. &c. & fr. *Id est, cognati.*

2 Obediemus legi patrum nostrorum. *Colentes vnum Deum verum. Cætera patent.*

3 Et vt ces. *Hic consequenter ponitur Zelus annulationis, quo inserfecit Iudæum idolis immolantem. Et patet litera vsque ibi:*

4 Et contremuerunt renes. *Quia fortis motus cordis redundat ad corpus.*

5 Et accensus est fur. *Id est ira per zelum quia tamen excitabatur secundum rationis iudicium, ideo subditur.*

6 Secundum iud. le. *sicut fortis, ira passione vtitur laudabiliter ad promptius exequendum actum virtutis. 4. Ethic.*

7 Et zelatus est le. si fe. Phi. *Qui ex Zelo legis interfecit Zambri cum scorto Madianitide, Nume. 25.*

8 Et exclamauit Mat. voce ma. *Postquam descripta est Zelantis audacia, hic consequenter describitur ipsius tolerantis constantia, quæ primò declaratur in hoc quòd Matathias cum filiis suis non fuit fractus rigore asperitatis, magis eligens herbis viuere in deserto, quam legem transgredi, ideò subditur,*

9 Et fugit ipse & filij eius in montes. *Bona suq temporalia propter Zelum Dei contemnentes.*

✠ Tunc

MORALITER,

✠ *Matathias, &c.* Per hoc significatur, quòd vir sapiēs & bonus non acquiescit dæmonis persuasionibus, sed magis repellit, sicut legitur de beato Martino, quòd diabolus apparuit ei in specie regis magnificè adornati, suadens Martino, vt adoraret eum eò quòd esset Christus. Cui respondit, Christus non purpuratum, nec diademate renitentem, se venturum esse prædixit, & tunc diabolus confusus recessit.

5 *Et vt occidit eum, &c.* Per hoc quod Matathias Iudæum idolis sacrificantem interfecit, significatur quòd bonus prælatus debet Christianum à veritate fidei declinantem ferire gladio spirituali & si pertinax fuerit, tradere iustitiæ seculari, ferendum gladio materiali, & similiter infidelem Christianum seducentem populum debet iudex secularis ad insinuationem ecclesiæ exterminare.

8 *Et exclamauit.* Quia pastor ecclesię debet fideles in fide cōfirmare, & cum eis diuinū auxiliū & sanctorū implorare, ideò subditur.

9 *Et fugit ipse & fi. e.* De quibus dicitur Psal. 120. a. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, &c.*

✠ *Tunc*

a *Tunc descenderunt.* Istos qui non cum Matathia & filiis eius ascendebant in montes, sed descenderunt in desertum, vt ibi sedentes quærerent iudicium & iustitiam, quos melius per allegoriam accipere possumus quàm Iudæos, qui post acceptam gratiam baptismatis Christi, circuncisionem & legem veterem obseruandam putabant. Et bene hi in desertum isse memorantur, qui lucescēte euāgelij veritate desertam legis vmbrā quasi adhuc sibi necessariam repetebāt. Sabbathū legale obseruari debere prædicabant. Cum omnia hæc tēporibus legis in figura præcessérint, & spiritualiter in nouo testamento obseruāda sint. Contra quos apostolus in epistolis suis copiosissimè disputat, asserēs *sinè legis esse Christum ad iustitiam omni credenti.* Isti ergo spiritualium hostiū gladio meritò feriūtur qui Christi gratiam sufficere sibi ad salutem non arbitrātur.

Allegoricè

B

Rom. 10. a.

Possunt quoque iuxtà tropologiam, in ipsis appetitoribus deserti defidiosi quique intelligi, qui post perceptam gratiam Christianæ redemptionis satis sibi fieri æstimant quòd perceperunt charismata diuina & inundatiōnem baptismatis, nec volunt post ablutionem sordium, opera exercere virtutum: Neque recordantur illius euangelicæ parabolæ, qua saluator in euangelio de immundo spiritu narrando disserebat, vbi dicit spiritum immundum exisse de homine *& ambulasse per loca inaquosa quærendo requiem & non inuenit. Iterum cum septem spiritibus nequioribus se pristinam domum vacantem ac scopis mundatam & ornatam repetisse.* Tales quippe ab hostibus spiritualibus facilè obruuntur, quia scuto fidei, galea salutis, lorica iustitiæ, & gladio spiritus, cum quibus, inimicis resistere debuerant, armari non curabant. Vnde subiungitur, quòd *Matathias & amici eius luctum habuer. super horum interc.* quia grandi dolore afficitur ecclesia quando aliquos de numero suorum per insidias atque persecutionem malignorum hostium in peccatorum præcipitium agnoscit corruisse.

Moraliter

C

Matt. 12. d

Ephes. 6 c.

Moriamur

b *Moriamur omnes in simplicitate, &c.* ✠ Ryper. Qui vnctionem habet ex Deo, congemiscere didicit, & congemicit sanctis egentibus, angustiatis, afflictis, in solitudinibus errantibus in montibus, qua multa mala sunt experti. Vna die vsque ad mille animas hominum in deserto interfecti sunt in die sabbatorum eo quod verebantur propter religionem & obseruantiam manū sibimet auxilium ferre. Moriamur, dixerunt, in simplicitate nostra, & testes erūt super nos cœlū & terra, quòd iniustè perditis nos. Sed quid sequitur? Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri, &c. Et hactenus (inquit Iosephus) manet nobis E consuetudo pugnandi, etiam si tali die bella consurgant.

L. de vidt. verb. cap. 2.

L. 12. antiq. cap. 7.

c *Et dixit vir.* Valde igitur detestantur boni ociositatem quæ inimica est animæ, & ideo potius eligunt contra inimicos spirituales quotidie virtutibus confligere, quàm desidia inerti otioſe torpere, maximè cum ipsem victoriæ non à se, sed per auxilium præsumāt habere diuinum. Nec sibi securitatem in præsenti sed in futuro promittunt, quando structis cūctis aduersitatibus. *Nouissimè ipsa destruetur mors nec erit vltrà luctus neque clamor neq; dolor, quoniā prima abierunt.* quando lætificabūtur sancti in gaudio vultus Dei, & delectatione saluberrima fruētur in dextera eius vsq; ad finem.

Act. 1. c. 1. Cor. 15. g. Apoc. 21. F

d *Et cogitauerunt die illa, dicentes, &c.* ✠ Tertvllianvs. Septem dies vndecunque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse est, quo die non tantum sacerdotes sint operati, sed & in ore gladij præda facta sit ciuitas ab omni populo Israel. Nec dubium est opus seruile eos operatos, cùm prædas belli agerent ex Dei præcepto. Nam & temporibus Machabæorum sabbatis pugnando fortiter fecerunt, & hostes Allophylos expugnauerunt, legémque paternam ad pristinum vitæ statum pugnando sabbatis reuocauerunt. Nec puto aliam eos legem defendisse, nisi in qua de die sabbatorum meminerant esse præscriptum. Vnde manifestum est ad

L. adu. Iudæos, ca. 4.

☞ te mpus

habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes 1
iudicium & iustitiam in desertum, & sederunt ibi ipsi & filij
eius & mulieres eorum & pecora eorum, quoniam inundauerunt super eos mala. Et renuntiatum est viris regis & exer
citui qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidam qui dissipauerunt mandatum regis in lo- 2
ca occulta in deserto: & abiissent post illos multi. Et statim
perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium
in die sabbathorum, & dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? Exite & facite secundum verbum regis Antiochi, &
viuetis. Et dixerunt: Non exibimus, neq; faciemus verbum
regis vt polluamus diem sabbathorum: Et concitauerunt
aduersus eos prælium. Et non responderunt eis, nec lapi- 3
dauerunt eos nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt 4 5 6
b super nos cœlum & terra, quòd iniustè perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbathis, & mortui sunt ipsi & vxores
eorum & filij eorum & pecora eorum vsque ad mille animas
hominum. Et cognouit Matathias & amici eius, & luctum 7
habuerunt super eos valde. Et dixit vir proximo suo: Si om- 8 9
nes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnaue- 10
rimus aduersus gentes pro animabus nostris & iustificatio- 11
nibus nostris, citius disperdent nos à terra. Et cogitauerunt 12 13
die illa, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc descenderunt multi, &c. *Qui iam ante fugerant ad loca magis montuosa.*

2 Qui dissipauerunt mandata regis, &c. *Ipsum impleredenegando, & virum inducentem ad regis obedientiam occidendo. Cætera patent vsque ibi.*

3 Et non responderunt eis ad votum. *Scilicet eorum, sed ad contrarium ideo præmittit:* Et dixerunt: non exibimus, &c.

4 Nec lap. mi. in eos. *Ad sui defensionem.*

5 Neque oppila. ad lo. *Ne quietem sabbathi violarent.*

6 Dicentes: Moria. omnes in simp. no. *Et sine dubio istud processit ex quadam simplici deuotione, quia licitum erat eis in die sabbathi se defendere, vnde & Iosue 6. dicitur quòd cuncti bellatores de voluntate domini circumierunt vrbem Iericho semel in die, & hoc septem diebus in quibus dies sabbathi erat inclusus: propter quod Matathias qui erat qui erat in lege peritus, declarauit, quòd licitum erat Iudæis in sabbatho pugnare in necessitatis casibus.*

7 Et cognouit Matathias, &c. *Hic ostenditur secundò constantia Matathiæ & eorum qui cum eo erant in hoc quòd non fuerunt fracti terrore aduersitatis exaudita morte mille hominum, ideo subditur:* Et cognouit Matathias & amici eius, *Mortem prædictorum.*

8 Et luctum habuerunt, &c. *Quia mortui erant ex indiscreta deuotione ideo subditur.*

9 Et dixit vir proxi. suo, &c.

10 Pro animabus nostris. *Id est, pro vitis nostris, vt ita liceat loqui.*

11 Et iustificationibus nostris. *Id est, legis obseruationibus.*

12 Citius disperdent nos, &c. *& sic sequentur maiora mala.*

13 Et cogitauerunt, &c. *Istud ordinauerunt de consilio Matathiæ vt dictum est.*

✠ Tunc

MORALITER.

✠ 1 *Tunc descenderunt multi, &c.* Per quos significantur simplices Christiani habentes zelum Dei, sed non secundum scientiam: & hoc incurrunt damnum temporale, & aliquando spirituale.

✠ *Tunc con-*

tempus & præsentis causæ necessitatem conualuisse, vt non ad perpetui temporis obseruationem huiusmodi legem eis Deus A ante dedisset.

✠ AMBROSIVS. Cùm Iudæi essent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die Lib. 1. offic. cap. 40. lacessiti sabbati, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quàm repugnare, ne violarent sabbatum. Itaque omnes læti se obtulerunt morti. Sed Machabæi considerantes quòd hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiã cùm ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cùm bellum accenderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Gordiam, ita cum orientalibus suis & Assyriis attritus est copiis; vt qua draginta & octo milia in medio campi à tribus milibus prosternerentur. B

†Gen. 22. c. Raban. a *Tunc congre. &c.* Narrante scriptura manifestum est, quòd saluatore & apostolis eius prædicantibus Euangelium multi de Iudæorum populo veniebant ad fidem credentes legi & prophetis de aduentu Christi testantibus: necnon de proselytis atque de aduenis plurimi relinquentes idola sua ac superstitionem gentilitatis consuebant vndiq; ad audiendum verbum Dei: & additi sunt ad numerum credentium, percusserúntque peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua cum zelo fidei instigati malignos spiritus ab obsessis per errorem hominibus eiicientes expulerunt, & fraudis suæ venena ipsis patefecerunt. Inde quoque compulsi fugerunt ad nationes, iuxtà illud Euangelij, quo sanatis hominibus Matth. 8. d. dæmones permissi sunt à saluatore ire in porcos, vt immundi possessores vasa immunditiæ possiderent. D

b *Et obtinuer. &c.* Obtinebant milites Christi legem de manibus gentium, & de manibus regum, quando in veritate Euangelij persistentes nullo credebant errori: quin potius errantes prædicatione sua subiiciebant veritati. Inde factũ est, quòd plurimi eorum qui per fastum mũdanum elati persecutores antè fuerant Christianæ religionis, iidẽ postmodum conuersi essent assertores firmissimę veritatis. Et non dederunt cornu peccatori: quia non consentiebant iniquitati. Iuxta illud Esther

bello die sabbatorum pugnemus aduersus eum, & non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis 1
a Tunc congregata est ad eos synagoga Iudæorum fortis viri- 2
bus ex Israel, omnis voluntarius in lege, & omnes qui fugie- 3
bant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamen- 4 5
tum. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores 6
in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua, & cæteri fu- 7
gerunt ad nationes, vt euaderent. Et circumiuit Matathias & 8
amici eius, & destruxerunt aras, & circunciderunt pueros in- 9
circuncisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitu 10 11
dine. Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est o- 12
b pus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manibus 13
gentium, de manibus regum, & non dederunt cornu pecca- 14 15
tori. Et appropinquauerunt dies Matathiæ moriendi, & dixit 16
c filiis suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tem- 17 18
pus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo filij æmulato- 19
res estote legis, & date animas vestras pro testamento pa- 20
trum, & mementote operum patrum quæ fecerunt in gene- 21 22
rationibus suis, & accipietis gloriam magnam & nomen 23
d æternum. †Abrahã nónne in tentatione inuentus est fidelis, 24
los suos verbis & exemplis instruebat, quomodo resisterent vniuersis erroribus Iudæorum, paganorum, atque hæreticorum, & mundum prædicationibus suis ad fidem conuerterent. Ipsamque doctrinam suam attestatione legis & prophetarum affirmabat, ostendens eundem esse autorem noui qui & veteris testamenti.

d *Abraham nónne, &c.* ✠ CYPRIANVS. Ad hoc tentari homines à Deo, vt probentur, in Genesi scriptum est. *Tentauit Deus Abraham, &c.* Et in Deuteronomio. *Tentat vos Deus vester, &c.* De hoc ipso in Machabæis: Abraham nónne in tentatione inuentus est fidelis, &c. Lib. 3. adu Iudæos. ca. 15. Gen. 22. Deut. 13.

☞ *Vos ergo*

C F

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc congregata est. *Hic tertio declaratur eorum constantia, quia non fuerunt fractis labore anxietatis, quo viriliter hostibus restiterunt, ideo dicitur.* Tunc congreg. est ad eos. *Scilicet ad Matathiam & eius amicos.*

2 Synago. Iu. for. viri. *Quantum ad robur corporis & spiritus, ideo subditur.*

3 Omnis volun. in lege. *Id est, habens voluntatem seruandi legem.*

4 Et facti sunt, &c. *Eligentes Matathiam in principem suum.*

5 Et percuss. &c. *Per zelum legis excitata.*

6 Et cæt. fu. ad natio. *Gentilium extra Iudæam existentes.*

7 Et circun. &c. *Per loca Iudææ idololatria pollutã.*

8 Et circun. pue. in circun. *Quos parentes eorum non fuerant ausi circuncidere mortis timore.*

9 Et perse. sunt fi. superbiæ. *Id est, homines valde superbos, sicut homines digni morte dicuntur filij mortis 1. Reg. 21.*

10 Et prospe. est opus in ma. eorum. *Id est, Matathiæ & filiorum suorum.*

11 Et obtinuerunt legem. *Id est, legis obseruantiam.*

12 De manibus gentium. *Id est, repressi eorum potentia.*

13 Et non dederunt, &c. *Sed magis represserunt, & sic minus dicendo plus significat.*

13 Et

14 Et appropinquauerunt, &c. *Descripta Matathiæ constantia, hic consequenter describitur eius prouidentia: nam videns appropinquare tempus suæ mortis, ordinauit in posterũ de defensione legis: & primò ad eam filios suos animat, dicens.*

15 Nunc conforta. est superb. *Scilicet Antiochi regis, vt patet ex prædictis.*

16 Et castigatio. *Nostra pro peccatis nostris.*

17 Et tempus euersionis. *Diuini cultus & legis.*

18 Et ira. *Id est, pœna.*

19 Indignation. *Scilicet diuinæ suo iusto iudicio, licet nobis occulto.*

20 Nunc ergo fi. æm. esto. legis. *Id est, zelatores & defensores ipsius quia nunc est necessitatis tempus.*

21 Date animas, &c. *Periculo mortis vos exponendo.*

22 Pro testamento patrum. *Id est, patribus dato, Exo. 20. Secundò exempla patrum allegat, & primò in generali dicens.* Et mementote Diuino operum patrum, &c.

23 Et accipietis glo. magnam. *Id est, virtutis famam in præsenti, & nomen æternum in futuro. Consequenter ponit exempla in particulari, dicens.*

24 Abraham non in ten. *Immolationis Isaac Genes. 22. c.*

25 Inuentus est fide. *Quasi dicat sic: quia paratus fuit ipsum immolare propter bonum obedientiæ.*

☞ Et repu-

MORALITER.

✠ 1 *Tunc congre. est ad eos syn. Iudæorum fortis, &c.* Scilicet ad Matathiam & filios eius per quos significatur quòd ad bonum præsatum & socios eius debeat fideles per charitatem & obedientiam dientiam suam adunari, & cùm ipsis contra fidei & morum impugnatores fideliter præliari.

13 *Et appropinq. dies, &c.* Per hoc dedit exemplum principibus & prælatis vt faciant testamentum de obseruantia fidei & morum posteris suis & amicis.

✠ MORAL.

☞ a *Daniel in sua simplicitate, &c.* ✠ CYPRIAN. Dei arcana perspici non posse, & ideo fidem nostram simplicem esse debere, dicitur. *Videmus nunc per speculum in enigmate, &c.* Item apud Salomonem, *In simplicitate cordis quærite illũ, &c.* Item in Machabeis, Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum, &c. A 1. 3. adu. Iudæos. c. 33. 1 Cor. 13. Sap. 1.

b *Et a verbis viri pec catoris, &c.* Epist. 55. quæ est ad Cornel. contr. hæreti cos.

✠ CYPRIAN. Conuicia impiorum non timemus, fustes & lapides, & gladios, quos verbis parricidalibus iactitãt, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales, necare tamen non possunt, nisi domin⁹ permiserit. Et cùm nobis a. semel moriẽdum sit, illi tamen & odio, & verbis suis quotidie b. perimunt. Scribitur verò, *Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora evit, &c.* c

† Ios. 14. c. † Nu. 14. a. † 1. Re. 2. d † 3. R. 29. b. † 4. Re. 2. b. † Dan. 3. c. † Dan. 6. f. B

Rabbanu. c *Vos ergo.* Legimus in euangelio Iohannis, quòd saluator ad passionem properans eadem nocte qua traditus est, post cœnam mysticam & lauationem pedum quam discipulis suis præcinctus lintheo exhibuit, plurima exhortationis suæ præbuerit documenta, inter quę & passionem quæ eis in mundo erat futura prædixit, & gloriam futuri regni ac gaudium cælestis patriæ promisit. Sed quia mors Matathiæ passionem præfigurat redemptoris, quomodo ecclesię magisterium ordinauerit per omne tempus præsentis vitę audiamus. Iohan. 13. a. d e C

✠ Simon d *Et ecce Si.* Suprà diximus quòd † Symeon, audiens interpretatur. Et bene dixit Simonem virum esse consilij, quia qui spiritussancti gratia docente auditu instruuntur interno, vtiles per omnia atque habiles sunt consilio. Vnde Psalmista ait, *Audiam quod loquatur dominus in me, quoniam lo. p. in p. s. &c.* Et in Apoc. *Qui audit (inquit) dicat veni.* Hortatur nos magister cælestis, quatenus illos audiamus, quos ipse interius docens salubres nobis esse fecit magistros. Psal. 84. b.

e *Et Iudas* (inquit) *Mach. for. viri, sit vo. pr. mi. ip. age.* ✠ IOSEP. Heb. Matathias dixit Iudæ. Scio fili, quòd tu vir bellicosus, & Deus dedit tibi vires & robur, atque cor quasi leonis, & idcirco debes honorare dominum de substantia quam dedit tibi, & præliari prælia eius, &c. His dictis, protulit cornu cum oleo, & effundens super caput eius, vnxit eum ad prælia, vociferansque vniuersus populus, & clangentes tuba dixerunt. Viuat vnctus. &c. D Apo. 22. d. 1. 3. hist. Iudaï. cap. 9. † Nu. 25. c.

Quid per Iudam Machabæum, nisi primi prædicatores, designãtur euangelij, qui ab ipso saluatore eruditi, idonei fuerũt ad agendum bellũ Christiani populi. Sed quia Iudas confessio interpretatur, & plerisque in locis typũ tenet ipsius saluatoris sciamus tunc ordinaliter agi bellum nostrum, quando ipse dignatur dirigere cõsilium & actum nostrum. Vnde ipsa veritas discipulis ait: *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in* Raban. E Iohan. 15. a.

vite, sic nec vos, nisi in me manseritis, quia sine me nihil potestis facere. Et ecce ego sum vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

f *Et benedixit.* Scriptum inuenitur in euangelio, quomodo Saluator postquam finiuit cœnam (quam cùm discipulis suis ante passionem suam habuit) vltimam prædicationem qua instruebat ipsa nocte discipulos ad extremũ oratione ad patrem directa finierit, suosque discipulos ipsi seruandos commendauerit, dicens: *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos.* & paulò pòst, *Sanctifica* (inquit) *eos in veritate, sermo tuus veritas est, sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in ve-* Matth. 28. 340. F

☞ *ritate.*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et reputatum est, &c. *propter bonam voluntatem.*

2 Ioseph in tempore, &c. *quia tunc erat venditus in seruum.*

3 Custodiuit man. *renuens adulterium, Gen. xxxix e.*

4 Et fa. est d. Aeg. *Gen. xlj. e.*

5 Phinees pa. no, &c. *sicut dictum est suprà.*

6 Iesus. *ideò, Iosue.*

7 Dum impleuit, &c. *per Moysen sibi dictum.*

8 Factus est dux in Is. *Iosue. j.*

9 Caleb dum test. in ec. *virtutem Dei contra alios exploratores, Nu. xiiij.*

10 Acce. hæred. *Iosue. xiiij. c.*

11 Dauid in sua. mis. *qua pepercit Sauli qui bis cecidit in manu sua. j. Reg. xxiiij. & xxvj.*

12 Conse. est se. reg. in se. *ij. Reg. vij.*

13 Elias dum zelat. ze. le. *occidendo prophetas Baal. iij. Re. xviij. f.*

14 Ana. Az. Mi. cre. *corde vnum verum Deum & confitentes ore.*

15 Libe. sunt de flamma. *Danielis. iij.*

16 Daniel in sua simp. *ideò, orans Deum simplici corde.*

17 Libe. est de ore leo. *Dan. vj. Cætera patent vsque ibi.*

18 Et auer. *scilicet, comminatoriis.*

19 Viri pecc. *scilicet, Antiochi regis.*

20 Ne ti. *timore vestros animos deiiciente.*

21 Quia glo. eius stercus & vermis est, *id est, in stercus & vermem conuertetur. Et videtur hic Matathias prophetice loqui, nam in langore*

postea

posito Antiocho vermes viuentes de carne eius exercitus grauabatur, infrà li. ij. ca. ix.

22 Hodie exto. *potentia regni.*

23 Et cras non inue. *id est, cito morietur.*

24 Quia conu. in terram suam. *id est, reuersus vt dictum suprà ca. j.*

25 Et cogitatio eius. *quia non potuit perficere quod cogitabat de Iudæorum destructione.*

26 Vos er. *Hic tertiò filios suos ad defensionem legis ordinat, dicens,* Vos ergo filij confortamini. *in domino & in potentia virtutis eius.*

27 Et viriliter agite in lege quia cum feceritis. *pugnando pro eius defensione.*

28 In ip. *seruanda & implenda.*

29 Glorioſi e. *primò in spe, postea in re. Quòd autem in aliquibus libris interponitur,* Cum feceritis. *non est de textu, nec habetur in libris correctis.*

30 Et ecce Simon frater vester scio quod vir consilij est. *id est, prudens in dandis consilijs.*

31 Ipsum audite sem. *eius sequendo consilium.*

32 Et ipse vo. erit pa. *quia prudentia in bellis est magis necessaria quàm fortitudo.*

33 Et Iu. M. fo. vi. *ideo ad principatum militiæ aptus.*

34 Et ipse a. *de consilio tamen Simonis.*

35 Et ad. *quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa.*

36 Retributionem gentibus. *ipsas puniendo pro malis illatis fidelibus. Cætera patent.*

A *ritate*, Et reliqua. Talibus enim locutionibus Mathathias noster suos alumnos instruxit ac benedixit. Sicq; positus est ad patres suos, quia omnia sicut de eo scriptum erat, sanctorum patrum dicta passione sua ac resurrectione atque ascensione, implendo confirmauit.

a *Et defu.* Suprà dictum est, quòd Matathias in cxlv. anno gentibus templum Dei prophanãtibus surrexerit, & filij eius zelare legem Dei & vindicare sancta. Nunc quoque scriptura refert eundem Matathiam .cxlvj. anno defunctum esse. Vnde apparet, quòd non amplius quàm vno anno cum filijs suis post inceptã vltionẽ pariter vixerit, sicque defunctus est. Iste enim

a positus est ad patres suos. Et defunctus est centesimo quadragesimosexto anno, & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerunt eum omnis Israël planctu magno.

Ioseph. li. 12. antiquita. cap. 7. & 8.

nim numerus annorum bene cõuenit per mysterium dominicę passioni, quia post plenitudinem temporis, qua Deus filium mittere decreuit, secundum attestationem legis & euangelij sexta ætate seculi, hominem qui sexto die creatus est sexta die passus sanguinis sui prætio perfectè redemit ac reparauit. Quòd autem sepultus dicitur à filijs in sepulchro patrũ suorũ in Modin, significat passionis suæ memoriã quotidie à fidelibus in sancta ecclesia, vbi iudicij & æquitatis locus est congruè venerari planctúmque salubrem ibidem celebrari, quia æternę vitæ desiderio sanctiviri accensi pro eius adeptu in cordium suorum cubiculis student salutiferis lachrymus compungi. D

CAP. III.

Rabbanus. a E T *surrexit Iud.* ✠ R A B. I S A A C. Ben Shola. Machabæorum nomen fluxit, quòd Mathathiæ filius, Iudas, militibus suis belli tesseram dedisset Mosis hanc sententiam, מי כמוך באלים יהוה MI CHAMOCA BELIM IEHOVA. Id est, *Quis similis tui in diis, vel, in fortibus, Domine,* Nam cùm eam in singulis ordinum vexillis, tanquam certæ victoriæ omen, per quatuor has literas Men, Caph, Beth, Ioth, inscribi iussisset, populo breuitatis causa legẽte M A C H A B A E I, paulatim obtinuit, vt huius tesseræ auctor Iudas, fratres, eorum Machabæi dicerentur.

Exod. 15. B

CAP. III.

a E T surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, & adiuuabant eum
1 omnes fratres eius, & vniuersi qui se con-
2 iunxerant patri eius, & præliabantur præ-
b lium Israël cum lætitia. Et dilatauit glo-
3 riam populo suo, & induit se loricam si-
4 5 cut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & prote-
6 c gebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus
7 suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecu-
8 tus est iniquos perscrutans eos, & qui conturbabant popu-
9 10

C

gelij pro viribus choro apostolorum collaborabant.

b *Et præliabantur præ. Isr. cum læ. & di. glo. po. suo.* Quia ipse apostolicus cœtus, spiritussancti gratia repletus, instanter vbique verbum Dei prædicabant gaudentes in tribulationibus, in necessitatibus, & in pressuris augendo & multiplicando vbique numerum in domino credentium. I*nduit se loricam sicut gigas,* quia fortitudine fidei vndique se muniebat. *Succinxit se arma bellica.* iuxta illud Pauli apostoli quo docuit dicens, *State ergo succincti lũbos vestros in veritate & induti lorica iustitiæ & calceati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei in quo poßitis omnia tela nequißimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus quod est verbum Dei.* Sicque contra hostes pugnabat, & protegebat castra ecclesiæ.

Ephe. 6. c. E

I. 2. breuiarĳ temporũ.

✠ P H I L O Iudæus. Iudam Machabæum pręcesserũt vndecim duces de domo Dauid per annos 163. Ioseph primus annis septem. Abner annis vndecim. Eli Mathathias annis duodecim. Asar Maac nouem. Nagid decem. Agai Heli decem. Maslot Nahum septem. Amos Syrach quatuordecim. Mathathias Siloa decem. Iosephus iunior Arses sexaginta. Ianneus vel Ianna vltimus princeps Iudæorum de tribu Dauid annis sexdecim. Hunc sequitur Iudas Machabæus Asmonæorum primus.

Matathia decedente Iudas Machabæus filius eius successit in locum ipsius, quem adiuuabant omnes fratres eius, & vniuersi qui se iunxerant patri eius. Quid ergo in hoc facto nobis innuitur, nisi quòd redemptor noster postquam passione ac resurrectione sua completa ascendit in cælos, successores sibi in euangelica prædicatione misso de cælo spiritusancto apostolos primum ordinauit, qui merito Iudæ nomine, hoc est, confitentes censentur: quia de ipsis Lucas in Euangelio ait: *Erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.* Hos ergo omnes fratres sui, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius adiuuabant, quia minoris ordinis viri, & omnes credentes, qui dogmate Christi ad fidem eius conuenerunt, in attestatione euangelij

Luc. 24. g.

c *Et similis factus est leoni in ope. su. & sicut ca. leo. rug. in venatione.* ✠ I O S E P H V S Hebr. Postquã Iudas sepeliuit patrem suum honorificè, induit loricam vt Gigas, & succinxit se armis bellicis suis, descendénsque contra eos qui castra posuerant per circumitum montis in quem confugerant, percussit ex eis octo millia & ducentos. Cùm clamaret voce sua, resonabat vox eius instar rugitus leonis, qui rugit in tempore quo inhiat prædæ, &c.

Raban. l. 3. hist. Ia. cap. 9.

✠ R V P E R T V S. In rebus bellicis regum quorum Dauid primus extitit, de quo Sapientia dicit, quia cum leonibus lusit quasi cum agnis, & ab isto quoque vsque ad Iudam Machabæum, de quo scriptum est, Similis factus est leoni in operibus suis, nónne rota ista faciem habet leonis? Narrat quippe fortitudinem tantam Regum Ducúmque fidelium, quanta sufficere potuit aut debuit, quanta pro tempore & re, necessaria fuit contra leones, cæterásque feras diaboli: scilicet, primò contra gentes quæ in circumitu erant, deinde contra Assyrios, Persas, Græcos, per quos diabolus deliberauit extirpare arborem fera cem

In 26. c. Math. F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

E T surrexit Iudas qui vo. *Post liberationem populi sub Matathia. consequenter describitur eiusdem liberatio sub Iuda. Circa quam primò describitur virtus ducis. secundò conflictus eius cum aduersarijs, ibi,* Et persecutus est. *Cira primum dicitur.*

1 Et surre. Iudas. *ad populi defensionem post suum patrem.*

2 Et adiuuabant eum. *obedientes ei tanquam exercitus duci.*

3 Et præliaban. præl. Israel cum lætitia. *Signum enim habitus generati est delectatio in opere. ij. Ethico. & per hoc patet, quòd habebat habitum fortitudinis.*

4 Et dilatauit gloriam po. *ad facta patris sui notabiliter addendo.*

5 Et induit se loricam sicut gi. *id est fortiter & audacter.*

6 Et succinxit se. *nam agilis erat & expeditus ad bellandum, sicut homo succinctus ad ambulandum.*

7 Et protegebat castra. *scilicet Israel.*

8 Similis factus est leoni, *de quo scribitur Prouerb. xxx. d.* Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum.

9 Et sicut catulus leonis rugiens in vena. *Cuius rugitu terrentur bestiæ & fiunt stupidæ, & sic gentes idololatræ audito nomine Iudæ.*

10 Et persec. est iniq. *Hic consequenter describitur conflictus Iudæ cum aduersarijs, & primò in generali. secundò in speciali, ibi,* Et congregauit Apollonius. *Circa primum dicitur.* Et pers. est iniq. p. c. *In locis abditis vbi se absconderant fugiendo.*

Et

MORALITER.

1 *Et surr. Iu.* Per quem significatur successor idoneus boni principis vel prælati malos viriliter impugnando.

Et

cem fructus æterni: delere gentem de qua Christum oportebat nasci secundum promissionem Dei, firmatam iuramento ad
A Abraham & Dauid.

Rabbanus. Apoc. 5. b. Illi videlicet leoni ad modum similis. de quo scriptum est, *Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid.* Et de quo Iacob patriarcha per figurã in benedictione mystica filiorum suorum inter cætera ait, *Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum?* Venatio itaque illa spiritalis fuit, quando spiritales venatores retibus euangelij homines ad fidem rapiebant. Taliter ergo Iudas mysticus persecutus est iniquos, & qui conturbabant populum suum, succendit flammis, quia siue persecutores homines siue etiã malignos spiritus tali studio talique actu persequendo cõturbationem non minimã flammis inuidię succensis ingerebat.

Gen. 49. b. B

a lum suum eos succendit flammis, & repulsi sunt inimici eius,
præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati
sunt, & directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges 1
b multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in seculum 2 3
c memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iu 4
da, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel. Et nomi 5 6
natus est vsque ad nouissimum terræ, & congregauit pereun
d tes. Et congregauit Apollonius gẽtes, & à Samaria virtutem 7 8
multam & magnam ad bellandum contra Israel. Et cognouit
e Iudas, & exiit obuiam illi, & percussit & occidit illum, & ce- 9
f ciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt, & accepit spo-
lia eorum. Et gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pug- 10
g nans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exer- 11
citus Syriæ, quòd congregauit Iudas congregationem & ec 12
clesiam fidelium secum, & ait, Faciam mihi nomen & glorifi-
cabor in regno, & debellabo Iudam & eos qui cum ipso sunt,
quia spernebant verbum regis. Et præparauit se, & ascende-

Rabbanus. a *Et repulsi sunt. &c. Et exace. re. m.* Illos videlicet qui resistere euangelio Christi moliebantur.

b *Et lætifica. Ia. in operi. suis.* quando credentium populum confortauit verbo & exemplis, & in seculum misericordia eius in benedictione, secundum illud Sapie. *Sapientiam,* inquit, *sanctorũ narrabunt omnes populi, & laudem eorum pronuntiabit omnis ecclesia sanctorum.*

Eccl. 44. c.

c *Et perambu. ciui. & perdi. impi. ex eis.* Quia explorando ecclesiarum fidem hæreticos qui contraria rectæ fidei sapiebant anathemate perculerat, & nominatus est vsque ad nouissimum terræ, *quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Psal. 18. a. C

d *Et congregauit.* ✠ I O S E P. Apollonius dux Samariæ, colligens exercitum, egressus est contra Iudam, ille autem occurrit ei, & committẽs cum eo pugnam, vicit, & multos eorum interfecit. Inter quos & ducem Appollonium armis exuens interemit, multámque prædam ab exercitu hostiũ auferens discessit. Quid per Apollonium, nisi Iudęorũ sæuitia exprimitur, qui ex Samaria virtutem multam contra Israel congregauerant, quia per obseruantiam literæ legalis fidem Christi quasi contrariam pręceptis Dei debellare certabant. Sed obuiam Apollonio Iuda exijt, percussitque & occidit eum, quia Christus in apostolis suis Iudęorum errorem attestatione ipsius legis & prophetarum debellans contriuit, ostẽdẽdo quod vmbra legis & prophetarum pręfigurabat veritatem euangelij.

D Mysticè Iosephus antiquita. lib. 12. ca 9. Rabban.

e *Ceciderúntque ex eis vuln. mult.* Quia per inuidiam sauciati multi ex Iudæis corruerunt. Reliqui verò fugerunt, hoc est salutẽ sibi ab ecclesiastico dogmate requisierũt. Quorum spolia accepit Iudas, cum omnes ceremonias legis quas illi carnaliter habuerãt, discipuli Christi ad spiritalem vsum conuertebant.

E

f *Et gla. Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus.* Gladium Apollonij non alium intelligimus, quàm sermonem legis & prophetarum, quem prędicatores sancti tollentes omnibus in eo pugnant, cum à carnali populo historiam diuinæ legis spiritali sensu apostolica traditione interpretatam auferentes omnium gentium debellant errores, omnibúsque diebus seculi huius gaudij virtus sanctę ecclesię gloriosissimam parit victoriam.

g *Et au. Seron.* Per Seron principem exercitus Syriæ, significatur potentatus istius mundi, qui bene nomine Syrię censetur. Syria enim interpretatur sublimis siue humectans, quia mũdus iste superbia extollitur, luxuriáque grauatur: Disponit itaque Seron debellare Iudam, & eos qui cum ipso sunt, cum fastus mundanus doctoribus sanctis & fidelium populo insidias molitur, castráque impiorum ad hoc congregat, vt per plurimorum solatium, opprimat innocentes, confidens magis in potentia regni quàm in virtute Dei. Sed contra opinionem suam illi euenit, *quia lapis abscisus de monte sine manibus conteret statuam superbã,* com-

Seron princeps Syriæ

Dan. 2. e. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dicta est sa. *scilicet, Israel.*

2 In manu eius. *idest, in potentia eius.*

3 Et exarcebat. r. mul. *Eorum gentes debellando.*

4 Et lætifica. Iacob. *idest, populum Israel ipsum liberando.*

5 Et in seculum m. e. *Quod patet adimpletum. nam ad eius commendationem narrantur eius facta per orbem vniuersum.*

6 Et con. pereuntes. *scilicet, factores legis quos interficiebant Gentiles.*

7 Et cong. Apol. *Hic consequenter describitur eius conflictus cum aduersarijs magis in speciali. Et primò, tempore Antiochi Epiphanis. secũdò, tempore filij sui Antiochi Eupatoris, ca. xj. tertiò, tempore Demetrij filij alterius fratris. scilicet, Seleuci primogeniti Antiochi magni. vij. ca. Prima in tres secundum triplex bellum quod habuit Iudas tempore Antiochi. Primum fuit cum regni ducibus. Secundum cum regis principibus, ibi,* Vt audiuit autem rex. *Tertium cum finitimis gentibus, ca. v. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur bellum* Iudæ *cum Apollonio duce Samariæ. secundò, cum Seron duce Syriæ, ibi,* Et audiuit Seron. *Circa primum dicitur,* Et congreg. Apol. gentes. *Vt faceret sibi nomen, debellando Iudam.*

Diuisio

8 Et cogno. Iu. *Per exploratores suos.*

9 Et exijt obuiam illi. *Non permittens ei fines suos ingredi.*

10 Et gladium Apo. abstu. *In signum victoriæ, sicut Dauid gladium Goliæ. j. Reg. xvij.*

11 Et erat pu. in eo omnibus diebus. *Hoc dicitur ad denotandum gladij bonitatem.*

12 Et audiuit Seron. *Hic consequenter describitur bellum* Iudæ *cum Seron duce Syriæ. Circa quod primò ponitur ipsius Seron apparatus, & patet litera. Secundò Iudæorum metus, ibi,* Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. *ideo timuerunt scilicet multitudinem fortem contra se venientem. Tertiò ponitur per verba Iudæ populi consolatio, ibi,* Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorum, *& hoc virtute Dei cui non potest resisti, quam eis aßistere affirmat, dicens.*

Diuisio

Ipsi

MORALITER.

7 *Et cong. Ap. gen.* Per Samaritanos qui partim legem tenebãt, & partim repudiabant, significãtur hęretici qui partim tenent legem Christi, & partim contemnunt: hos autem congregat Apollonius, idest, diabolus ad impugnãdum bonum pręlatum & eius populum de fide & moribus, sicut legitur esse factum temporibus Arrij & aliorum hęreticorum, sed bonus pręlatus eis occurrit gladio verbi Dei & excommunicationis sententia eos discerpens. Accipit autem gladium Apollonij, & cum eo pugnat contra cęteros hęreticos. Est enim gladius iste sacra scriptura, intellectu falso deprauata, quam bonus prælatus accepit secundum intellectum, & sic confutat errores hæreticorum.

12 *Audiuit Seron princeps exercitus Syriæ.* Per Syriam quę sublimitas interpretatur, superbia significatur. vnde de diabolo qui rex est super filios superbię, dicitur Iob, xlj. d. *Omne sublime videt, &c.* ideo per Seron principem exercitus Syrię significatur spiritus malignus qui specialiter tentat de vitio superbię. Et iste insurgit contra bonum pręlatum nitens ex conuersatione morum & fidei & hęreticorum confutatione eum inducere in elationis fastum, sed bonus pręlatus eum debellat per humilitatis virtutẽ,

A *cõminuetque aurum argentum æs & ferrum dabitur regnum populo sanctorum. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, cui omnis potestas in cælo data & in terra.* Apoc.5.b. Mat. 28.d.

a *Et appropin. vsque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illi cum pau.* Bene dicitur quòd exercitus Seron appropinquaret Bethoron, quia vniuersum suum actum profert cum tumultu. Bethorõ enim interpretatur domus iræ. Cui Iudas obuiauit cum paucis, quia cœtus sanctorum nõ per iram, sed per patientiam atque humilitatem respondet inimicis, cui præceptum est à domino dicente, *Esto consentiens aduersario tuo citò cum teris in via cum eo. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Mat. 5.d. Ibidem.f. Ibidem. B

b *Vt viderunt, &c.* Verba timentium fragilitatem exprimunt quorundam subditorum, qui magis imbecillitatem suam considerantes pertimescũt casum, quàm per robur fidei fiduciam habeant in Deum. Sed talium formidinem doctorum solertia pijs exhortationibus compescens de futuro Dei adiutorio certam illis tribuit spem, qui protector est omnium fideliter in se sperantium.

✠ IOSEP. Seron autem dux inferioris Syriæ, audiés quòd multi transirent ad Iudam, & multa iam virtute circumseptus ad bellum accederet, statuit contra eum dimicare, & colligens milites sub se cõstitutos, vel transgressores Iudæos, contra Machabęum produxit exercitum. Perueniens autem vsque ad Bettoram, vicum Iudææ, ibi exercitum locauit. Iudas autem occurrens ei, & confligere disponens, quia milites ad pugnam videbat propter paucitatem & ieiunium desides, hortabatur dicens. Nõ per multitudinem vincendos hostes aut expugnãdos esse credatis, sed pietate, & hoc euidentissimum habemus exemplum, maiores nostros, qui propter iustitiam, & sobrietatem, propriásque leges certantes, multa sæpius millia deuincerunt. Nam nullũ læsisse maxima virtus extitit. Hæc dicens suasit eis contemnere multitudinem, & confligens cum Syriis, duce eorum interfecto, conuertit cunctos ad fugam. Secutus autem eos vsque ad campum, occidit octo millia, reliqui autem fugati, ad maritima loca discesserunt. l.12.ant.c.9 C

c *Et nos fatigati sumus ieiunio. &c.* ✠ HIERON. Patres veteris testamenti in afflictione constituti, semper per ieiunium misericordiam & cõsolationem inuenerunt. In Exodo aduersus Amalec oratione Moysi & totius populi vsque ad vesperam dimicatum est. Iesus filius Naue stationem impetrauit solis & lunæ, & inediam plusquã vnius diei victoris exercitus protelauit. Saul maledixit ei qui ante victoriam sumeret cibum. Elias 40. dierum ieiunio vidit Deum in Horeb. Congregatum Samuel populum in Masphat, indicto ieiunio roborauit, & fecit hostibus fortiorem. Daniel, Machabæi, Iudith, & Esther ieiunio de hostibus triumpharũt, &c. l.2.adu.Iou. D

d *Et contrit. est.* quia sæpè patientia sanctorum furorem mitigat persequentium, & mãsuetudo humiliũ prosternit audaciam superborum. Inde est quod Paulus docet dicens, *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, Si sitit, potum da illi. Hæc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Raban. Rom. 12.d.

e *Et cecide.* Bene per octonarium numerũ summa cõcluditur salubriter cadentium, quia illi qui voluntariè cedunt veritati, & circuncisione spiritali omnes à se abscidunt spiritaliter voluptates, & octo beatitudinum student in se recolligere virtutes. Cæteri autem qui fugerunt, venerunt in terram Philisthijm, quia cum quidam persecutorum licet resistere nullo modo veritati possint, tamen magis eligunt confugere ad latibula errorum suorum quàm † ecclesiæ atque obedire vtili consilio spiritalium magistrorum. Et bene dictũ est fugisse eos in terram Philisthijm. Philisthiim enim interpretatur ruina duplex. Duplicem enim habet ruinam is qui primùm cõcidit peccato, & deinde per semetipsum desperans perseuerat in malo. Ibidem. E † credere vel cedere

f *Et cecid. ti.* Timor Iudæ & fratrum eius super omnes gentes cecidit cum potentia Christi per virtutes atque miracula in mẽbris eius emicuit. Et peruenit ad regem nomen eius, quia potentatui prædicatio euangelij eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes cum victoriam redemptoris nostri, de morte ac mortis autore totius orbis prædicant nationes.

g *Vt autem audi.* Antiochi huius historici affectus quibus non mediocriter æstuabat, hoc est ira & surperbia: bene exprimũt Antiochi spiritalis mores, quibus validissimè totũ infestat mũdum: sed nunc per membra sua iuxta autem finem mundi per semetipsum quando *tribulatio talis erit qualis non fuit antea, nec post futura erit.* Irascitur autem quãdo audit gloriam sanctorum & virtutem atque constantiam eorum. Congregat autem exercitum, dans illi stipendia in annum, cum per præsentis vitæ cõmoda & honores, ambitiosos quosque incitat ad persecutionẽ fidelium. Intentúsque fastu mundano ac cupiditate optimates suos eligit, vt prouideant regni negocia, quando ministros suos atque sequaces ad hoc ordinat, vt potentium rerum illecebras suggerant, ac prouocãdo ad voluptates terrenas consentiens si- Mysticè Mat. 24.b. F

bi

runt cum eo castra impiorum fortes auxiliarij, vt facerẽt vin
a dictam in filios Israël. Et appropinquauerunt vsque Betho-
b ron, & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. Vt autem vide-
runt exercitum venientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quo
modo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc
c tantam, & tam fortem? Et nos fatigati sumus ieiunio hodie.
Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu paucorum,
& non est differentia in conspectu Dei cæli liberare in mul-
tis, & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus victo †
ria belli, sed de cælo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in mul 1 2
titudine contumaci & superbia, vt disperdant nos & vxores 3
nostras & filios nostros, & vt spolient nos. Nos verò pugna- 4
bimus pro animabus nostris, & legibus nostris, & ipse domi- 5
nus conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timue-
d ritis eos. Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subitò. Et cõ- 6
tritus est Seron & exercitus eius in conspectu ipsius, & perse
e cutus est eum in descensu Bethoron vsque in campum. Et ce
ciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in ter
f ram Philisthiim. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & for
mido super omnes gentes in circumitu eorum, & peruenit 7
ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes
g gentes. Vt audiuit autem Antiochus rex sermones istos, ira- 8

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsi veniunt ad nos in multitudine cõt. *id est in malis obstinati.*
2 Et superbia. *quam Deus à principio mundi deiecit in angelis superbientibus.*
3 Vt disperdant nos & vxores nostras. *iniustè nocumentum nobis inferendo in personis proprijs & nobis coniunctis & rebus possessis, propter quod habent iniustum bellum, nos autem iustum ideo subditur.*
4 Nos verò pugnabimus pro animabus nostris. *idest, vitis nostris defendendis.*
5 Et legi. nostris. *à Deo datis. ideo cõcludit:* Et ipse dominus. *Quartò ponitur aduersariorum debellatio cùm dicitur.* Vt
6 Vt cessauit au. lo. *& patet litera vsque ibi:*
7 Et peruenit ad re. *scilicet Antiochum Epiphanem,*
8 Vt audi. *Hic consequenter describitur bellum Iudæ cum regis principibus ad hoc specialiter destinatis: præcedentes verò non fuerunt ad bellandum missi, sed cum essent positi ad custodiam terrarum Iudææ propinquarum, intulerunt Iudæis bellum. vt sic ostenderent se zelare pro rege. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur belli apparatus. Secundo conflictus ca se. Prima in duas, quia primò ponitur apparatus ex parte regalium. secundò, ex parte Iudæorum, ibi: Et vidit Iudas. Et notandum, quod apparatus ex parte regalium semper est cum ira & cupiditate, cum multitudine superba & potestate, ex parte verò Iudæorum cum oratione* ✠ & Diuisio

MORALITER.

Deo attribuens totam victoriam, dicens quod sequitur.
† *Non in multitudine ex. &c. Sequitur.* † Vt
† *Vt audiuit autem Antiochus rex sermo. istos iratus est animo*, quia diabolus qui per Antiochum significatur, vt suprà dictum est, quando cognoscit victoriam iustorum, & confusionem suorum valdè

A bi pertrahant. Filiorum enim nomine illi censentur qui imitatores sunt Antichristi. Hos enim per optimates suos nutrit, cũ per scelestissimos quosque varijs vitijs corrumpendo pabulum ignis æterni efficit. Hócque præcipuè suis magistratibus præcipit, vt extirpent virtutem Israel & reliquias Ierusalem, & constituant alienigenas pro eis, quia nulla intentio nullúmque studium magis diaboli est, quàm vt euertat ecclesiam Christi, & robur fidei in electis mollificet, atque in loco virtutum vitia sub introducat.

✠ IOSEP. Audiens rex Antiochus, maximo furore commotus, omnem propriã virtutem congregãs, & multos ab insulis mercede conducens, parabat circa veris initium dimicare contra Iudam. At verò militibus stipendia distribuens, vidit thesauros deficere. Non enim omnia vectigalia reddebantur propter seditiones gentiũ. Nam cum magnanimus esset, ei non sufficiebant quę dudum collegerat. Deliberauit itaque primùm ire ad Persidem, tributáque prouinciæ congregare. &c. l.12. antiq. c.9. B

✠ SEVE. Sulpitius. Etenim tum præcipuè grauiter pecuniæ inopia affectus erat. Nam deficiẽtibus Iudæis ab eo, qui ei vltra trecenta argenti talenta annua pensitauerant, prẹterea Græcis vrbibus multísque regionibus persecutionis malo turbatis, ne gentilibus quidem pepercerat, quos deserere inueteratas superstitiones, & ad vnum ritum deducere tentauerat, illis quidem, quibus nihil sancti erat, facilè relinquẽtibus, sed tamen omnibus metu ac clade affectis, vectigalia cessauerant. Quibus rebus æstuans (etenim ipse olim omnibus regibus opulentior, suomet scelere inopiam persenserat) copias cum Lysia partitur, eíque Syriam, & bellum aduersus Iudæos committit. &c. l.2. sacræ hist. C D

a *Et elegit Ly.* Quid per Lysiam nisi fastus mũdanus designatur: qui per tres viros, hoc est, per tres ordines persecutorum bellum Christi ecclesię ingerit, hoc est per paganos, per hæreticos, & per falsos Christianos, quibus subrogantur quadraginta milia virorũ & septem milia equitum, vt disperdant Iudam secundum verbum regis. Quid per quadragenarium numerum, nisi vniuersitas temporis designatur, quo persecutionẽ in mundo tolleraret ecclesia? Quatuor enim principales partes sũt orbis, hoc est oriens, occasus, septentrio, & meridies, in quibus dilatata consistit ecclesia, quam vt congregaret filius Dei descẽdit in mũdum, vbi ante passionem suam *quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus ieiunauit*, vt ostenderet tentationem nostram in carne sua (quam de nostra mortalitate assumere dignatus est Rabbanus. Allego. E Quadragenarius numerus & quaternari⁹ quid mysticè significent. F Mat. 4.a.

per-

tus est animo, & misit, & congregauit exercitum vniuer- †
si regni sui: castra fortia valde. Et aperuit ærarium suum, &
dedit stipendia exercitui in annum, & mandauit illis vt essent
parati ad omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de thesau- 1
ris suis, & tributa regionis modica propter dissensionem & 2
plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant
à primis diebus. Et timuit ne non haberet & semel & bis in 3
sumptus & donaria quę dederat antè larga manu, & abunda-
uerat super reges qui ante eum fuerant. Et consternatus erat
animo valde, & cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa 4
regionum & congregare argentum multum. Et reliquit Ly- 5
siam hominem nobilem de genere regali super negotia regia
à flumine Euphrate vsque ad flumen Aegypti, & vt nutriret
Antiochum filium suũ donec rediret. Et tradidit ei medium 6
exercitum & elephantos, & mandauit de omnibus quæ vole-
bat, & de inhabitantibus Iudæam & Ierusalem, & vt mitte-
ret ad eos exercitum ad conterendam & extirpandam virtu-
tem Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendam memoriam
eorum de loco, & vt constitueret habitatores filios alienige-
nas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram
eorum. Et rex assumpsit partem exercitus residui, & exiuit ab 7
Antiochia ciuitate regni sui, anno centesimo & quadragesi- 8
mo septimo, & transfretauit Euphraten flumen, & perambu- 9
a labat superiores regiones. Et elegit Lysias Ptolemęum filium †
Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes ex ami †
cis regis, & misit cum eis quadraginta milia virorum, & sep- † 10 11

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *humilitate, cum Dei fiducia & pietate. Circa primum primò ponitur regis ordinatio. secundò, ordinationis executio, ibi:* Et rex assumpsit. *Circa primum dicitur:* Vt audiuit autem rex. *duces suos à Iudæis deuictos. Cætera patent vsque ibi:*
1 Et vidit quòd defecit pecunia de thesau. su. *Quia non sufficiebat ad tantum exercitum diu sustinendum.*
2 Et tributa regio. mo. propter dis. *Non enim soli Iudæi rebellauerant, eò quòd cogebat eos ad colendum Iouis idolum, vt suprà dictum est: sed etiam multi Gentiles alium ritum habentes, quorum aliqui colebant Herculem, alij Dianam, & sic de alijs, quibus scripserat per decretum, vt dimitterent ritus suos propter Antiochi cultum, vt esset populus vnus, vt dictum est suprà j. cap. quod erat eis graue, ideò negauerant Antiocho tributa consueta.*
3 Et timuit ne n. ha. & semel & bis. *id est, vt non posset continuare sumptus militum sicut prius.*
4 Et cogitauit ire in Persid. *in qua erant diuitiæ multæ, vt posset inde defectum suum supplere: dimisit tamen in Antiochia quæ erat metropolis regni, Lysiam ad destruendum habitatores Iudææ, & populandum eam alienigenis gentibus: hæc autem ordinauit, sed non in omnibus sic euenit, & his dictis patet litera, paucis excepis quæ discurrentur.*
5 Et reliquit Lysiam hominem nobilem de ge. re. *in quo notatur eius aptitudo ad custodiam regni.*
6 Et tradidit ei medium exercitum & elephan. *quia tradidit sibi medietatem exercitus tam in hominibus quàm in animalibus, aliam verò medietatem secum duxit.*
7 Et rex assumpsit partem. *Hic consequenter ponitur ordinationis regis executio. & primò ex parte regis, cum dicitur.*
8 Et exiuit ab An. ciuita. regni sui. *s. metropoli.*
9 Anno centesimo & quadragesimo septimo. *s. regni Græcorũ. regni verò sui anno decimo, quia cœpit regnare anno centesimo tricesimo septimo regni Græcorum, vt dictum est suprà cap. j. Secundò ponitur executio ex parte Lysiæ custodis regni, cũ dicitur,* Et elegit Lysias, &c.
10 Viros potentes ex amic. *Vt sic essent magis voluntarij ordinationem regis exequi..*
11 Et misit cum eis quadra. *s. peditum. Cætera patent vsque ibi.* ✠ Et

MORALITER.

valdè turbatur, & quærit vias per quas possit iustos deijcere, & suorum debellationem vindicare, ideo subditur.
† *Et congregauit exercitum vniuersi regni sui, &c. Et reliquit Lysi.* Per istum quem reliquit Antiochus super negotia regia, significatur tyrannus per procurationem diaboli constitutus in potestate terrena, & persequitur Iudam & eius exercitum. i. bonum prælatum & eius populum in bonis spiritualibus & temporalibus, & etiã in corporib⁹, & hoc significatur per hoc quod subditur.
† *Et elegit Lysias Ptole.* Qui interpretatur suspendens aquas. i. ideo per ipsum significatur persecutio in spiritualibus impediendo studium vel doctrinam sacrę scripturæ: quod legitur Iulianus apostata Christianis fecisse.
† *Et Nicanorem.* Qui interpretatur stans lucerna, per quam significatur intelligentia tyranni ad malum intenta, secundum illud Prouer. xxj. a. *Lucerna impiorum peccatum*, per hoc significatur astutia tyranni, in temporalibus rapiendis, sicut legitur de Iuliano apostata, quòd facultates & patrimonia auferebat Christianis sub colore verbi Christi, Luc. xiiij. *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Ecclesia bona distrahere cupientes quo colore attentent.
† *Et Gorg.* Qui interpretatur diuisio, & significat persecutionem in corporalibus, per quam passi diuiduntur à pręsenti vita.

A participati voluisse. Vnde ab hora mortis eius vsque ad dilucu lum resurrectionis constant horæ, quadraginta, si ipsa nona cō
Act. 1. a. numeretur. Post resurrectionem quoq; non amplius quā dies quadraginta cum discipulis in hac terra esse voluit, huic eorum vitæ adhuc humana conuersatione commistus, & cum illis alimēta mortaliū (quam uis iam non moriturus) accipiens, vt per ipsos quadragita dies significaret se occulta præsentia, quod promisit impleturū quan
Mat. 28. Septenarius numerus do ait, *Ecce ego sum vobiscum omnibus diebus vsque ad consummationē seculi*. Per septenariū verò numerum quo equitum milia describuntur, non aliud quàm plenitudo persecutionum demon-
B strattur, quia sicut per septenarium numerū septiformis gratia spiritussancti ostēditur, sic & econtrario legitur in euāgelio: quòd spiritus nequā in hominem secum *introduxerat septem spiritus nequiores se*. Et alibi, A
Mat. 12. d. Luc. 8. muliere peccatrice legitur dominus septē demonia eiecisse. Omnes ergo persecutores rectè diabolo instigante ad hoc coadunantur, vt ecclesiam Christi destruant, & confessores omnipotentis Dei blasphemare compellant, & hoc non segniter, sed tota virtute perficiunt.

tem milia equitum, vt venirent in terrā Iuda, & disperderent eam secundum verbum regis. Et processerunt, vt irent cum
a vniuersa virtute sua, & venerunt & applicuerunt Emmaum
b in terra campestri. Et audierunt mercatores regionū nomen 1
eorum, & acceperunt argentum & aurum multum valde & pueros, & venerunt in castra vt acciperent filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigena-
c rum. Et vidit Iudas & fratres eius, quia multiplicata sunt ma- 2
la, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerūt verba regis, quæ mandauit populo facere in interitum & cōsummationem. Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum. Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro & sanctis nostris. Et congregatus est conuentus, vt es- †
sent parati in prælium, vt orarent, & peterent misericordiam & miserationes. Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut 3
desertum. Non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius, & sanctum conculcabatur. Et filij alienigenarum erant in 4
arce, ibi erat habitatio gētium. Et ablata est voluptas à Iacob, 5 6
& defecit ibi tibia, & cithara. Et congregati sunt & venerunt 7 8
d in Masphat cōtra Ierusalem quia locus erat orationis in Mas- 9

a *Et p.* Quid per Ammaum nisi amatores mundi exprimūtur, qui per cupiditatem seculi negligunt habere amicitiam Dei?
Iacob. 4. a. 1. Ioha. 2. c. Vnde scriptū est, *Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur*. Et Ioannes inquit, *Qui diligit mundum, non est charitas Dei in eo*. Et merito hoc nomine tales nuncupantur. Interpretatur enim Ammaus, populus abiectus. Abiectione quippe digni sunt, qui amorem præsentis seculi præferunt dilectioni Dei. Vnde ip
Mat. 10. d. sa veritas in euangelio ait, *Qui amat patrem suum aut matrem suam*
Ibidem. 7. b. *plus quàm me, non est me dignus*. Nec incongruè Ammaus in terra campestri esse dicitur, quia lata ac spatiosa est via quæ ducit ad
C mortem, & multi intrant per eam.
Mysticè b *Et audie.* Mercatores istos qui ambiunt seruitium Hebræorum non alios melius significare arbitror quàm malignos spiritus, qui desiderant interitum fidelium, & hoc gestiunt, vt per cupiditatem terrenam cælestem nobis auferant gloriam, & libertatem quam habemus in gratia Christi, in cultum ac seruitutem conuertant diaboli. Vnde in euangelio legitur, quod ipse diabolus

lus caput nostrum, mediatorem videlicet Dei & hominum, *du-* D
Mat. 4. b. *cens in montem excelsum, ostenderit ei omnia regna mundi ac gloriam eorum atque tentando dixerit, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me*. Et bene dicitur, quod additi sunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigenarum, quia luxuriosi quique & alieni à vero Dei cultu iunguntur inimicis nostris, & molliendo interitum nostrum, cooperatores sunt immundorum spirituum.
c *Et vi..u.* Aestuantibus persecutoribus & pugnam contra fideles disponentibus, ipsi magis ad exemplū Iudæ ac fratrum eius incitantur ad augmētum fidei & profectū virtutum. iuxta illud
E Psal. 9. d. Psalmistæ, qui ait, *Dū superbit ipsius, incenditur pauper*. Talis ergo intētio debet esse seruorum Dei, vt pugnent pro populo & sanctis suis, quia pro statu fidei Christianæ religionis, atque pro fraterna salute debent contra spiritales nequitias & contra prauos homines instanter dimicare, adiutoriumq; Dei assidua oratione implorare,
Psal. 9. b. quia ipse est, de quo scriptum est, *Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, cui soli derelictus est pauper, & pupillo tu eris adiutor*, quia paterna pietate laborem & dolorem considerat suorum. *conteret brachium peccatoris & maligni, iudicat pupillo & humili, vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram.*
Raban. d *Et congregati sunt.* Illi qui ad dimicandum contra hostes congregati fuerant, venerunt in Masphat contra Ierusalem. Et quid per Masphat (qui iudicium interpretatur) nisi vetus testa. significatur, locus orationis erat in Masphat, quod prospicit semper ad nouum testamentum, & testimonium prębet euangelio Christi. Illuc enim necesse est vt spiritales milites Dei cordis intentionem vertant, quatenus ex lectione diuina instruantur, qualiter contra hostes spiritales præliari debeant. Locus enim orationis erat in Masphat ante in Israel, quia oracula diuina per libros legis & prophetarum nobis innotuerunt, deinde per euangelium.
In 1. cap. Ioel. ✲ Rvpert. Post regnum Persarum atque Medorum, talia Iudæis acciderunt, sub regno Græcorum propter quæ inclamare debuit Spiritus propheticus, *Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris, cubate in sacco, &c.* Tunc enim secundū pro-
Ioel. 1. F phe

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et audi. mer. no. eo. *In multitudine & fortitudine, & credentes quòd statim deberent Iudæos capere, præparauerunt se ad emendum illos in seruos & ancillas, propter quod venerunt ad castra eorum.*
2 Et vidit Iudas. *Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & primò per humilem & deuotam orationem. secundò per bellatorum dispositionem, ibi,* Et post hæc. *Circa primum patet litera ex prædictis vsque ibi.*
3 Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum. *Hoc interponitur ad reddendum causam quare non iuerunt in Ierusalem ad orandum, cum ibi esset locus diuini cultus.*
4 Et sanctum. *idest, templi locus.*
5 Conculcaba. *Et subditur à quibus.*
6 Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gen. *Propinqua templo.*
7 Et congregati sunt. *Iudæi.*
8 Et venerunt in Masphat contra Ierusalem. *idest, venerunt adorare ibi versa facie ad Ierusalem, sicut dicitur de Daniele quod orabat versus Ierusalem, Dani. vj. Et subditur causa orandi in Masphat, cum dicitur.*
9 Quia locus erat orationis in Masphat an. *idest, prioribus temporibus.*

MORALITER.

1 *Et audierunt merca. re.* Per quos significantur illi qui tyrannos excitant ad affligendum populum exactionibus & alijs grauaminibus, sperantes inde reportare temporalia lucra, quod frequenter contingit, quia multa de talibus detinentur à ministris, & non veniunt ad manum tyrannicè præsidentis.
2 *Et vidit Iudas & fratres eius* Hic ponitur defensio boni prælati & populi deuoti. ideo subditur.
† *Et congregatus est conuentus vt essent parati in prælium, vt orarent & peterent, &c.* Orationibus deuotis implorantes auxilium diuinum.
7 *Et congregati sunt, & venerunt in Masphat.* qui interpretatur iudicium, nam homines boni in tribulatione positi iudicio Dei iusto reputant se pati.

A phetiā Danielis, egressum est vnū cornu modicū, & tulit iuge sacrificiū. Hic fuit Antiochus illustris, &c. Tūc vtique interiit de domo Dei sacrificiū & libatio, & propter hoc accinxerūt se, & planxerunt sacerdotes, & vlulauerūt ministri altaris, & cubauerunt in sacco ministri domini. Exempli gratia, *Et congregati sunt* (inquit) *& venerunt in Masphat, & ieiunauerunt, & induerunt se ciliciis: & cinere in capite suo, &c.* Hos propheta prospiciens ieiunantes, & ieiunādi necessitatem habētes, Sanctificate (inquit) *ieiunium, vocate cœtum &c.*
a *Ieiunau. il. d.* quia continentiæ operam dabant. Induerunt se
B cilicijs & cinere in capite suo, quia pœnitētiam pro peccatis suis, quæ per carnis fragilitatē contraxerūt, agere Deo dignè decernunt. Et † sciderunt vestimenta sua, cùm corpus castigāt, & carnalia in se desideria mortificāt. Quod autem sequitur, quia;

a phat antè in Israël. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinerem imposuerunt capiti suo, & † dissuerunt vestimenta sua. Et expanderunt † libros legis, de quibus
b c scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorum, & attulerunt ornamenta & sacerdotalia, & primitias & decimas, & suscitauerunt Nazaręos qui impleuerant dies. Et clamauerunt voce magna in cælum dicentes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem. Et ecce nationes conuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant. Tu scis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu Deus
d adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos & centuriones, & pentacontarchos & decuriones. Et dixit his qui ædi-
e

† distituerunt
† destituerunt
† librum

b *Expanderunt. lib. le. de qui. scru. gent. simi.* Ostendit quòd memoriam diuinorum præceptorum bonis actibus demonstrent, qui dignè militare probantur. Lex enim domini irreprehensibilis, conuertens animas electorū, exprobrat malefacta perfidorum, & detestatur idolorum culturam, & omnem contradicit impietatis facturam. Attollunt sacerdotalia instrumenta, qui sacerdotij ecclesiastici dignè faciunt officia. Primitias & decimas donant, qui initium & perfectionem boni operis Deo deputant. Suscitant Nazaræos, qui impleuerunt dies, qui per castitatis munditiam gratam vitam omni tempore Deo exhibere studēt. Et clamant voce magna in cælum, qui diuinitatem piis precibus ac bonis actibus per misericordiam prouocant. Sicut enim clamor impiorum, quem blasphemia & prauis operibus pro-
C ferunt: Deum irritat, sic confessio & fides sanctorum quæ per dilectio

dilectionem operatur, maiestatem diuinam in omni tempore D placat.
In. 20. c. Gē. c *De quibus scrutabantur gentes, &c.* ✲ Rvpe. Sara à regibus expetita, significat pulchritudinem diuinæ religionis, quæ etiam captiuis Iudæis, videbatur inter gentium errores imitabilis, & æmulabantur eam, quamuis non castè, gentes quæ erant in circuitu eorum. Vnde scriptum est, de libris legis scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorum, videlicet, vt more diuinæ legis exhiberent simulachris suis ritū, vel ordinem sacrificiorum, &c.
E In 6. c. Numer. ✲ Rvpert. Ambitiosius in calamitate sua Deum deprecabantur, tales habentes patronos, scilicet Nazaræos, qui plurimum merebantur de clemētissimo Deo, quia impleuerant dies suos, afflicti sacra continentia, votiua abstinentia.
Raban. d *Et post hec.* Tribunos appellat eos qui militibus mille præerant, quos Græci, χιλιάρχους, vocant. Centuriones qui centum, πεντηκοντάρχους, qui quinquaginta, & decuriones, qui decem. ordinant enim prædicatores sancti subiectos suos, quatenus nil in eis inordinatum reperiatur, sed militia Christi rationabiliter perfungantur. Vnde Paulus auditoribus suis ait: *Omnia au-*
1. Cor. 14. g. 2. Tim. 2. a. Deu. 20. b. *tem honestè, & secundum ordinem fiant.* Et iterum: *Nemo,* inquit, *coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.*
e *Et dixit his:* Scriptum est enim in Deuteronomio: *Homo formidolosus & corde pauido non egrediatur ad bellum: vadat & reuertatur in domum suam, ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut & ipse timore perterritus est.* Quibus verbis edocet nō posse quenquam professionem contemplationis, vel spiritalis militiæ arripere exercitum, qui adhuc nudari terrenis opibus pertimescit: Ne rursus F

NICOLAVS DE LYRA.

1 In Israel. *Ibi enim congregabatur populus Israel ad orandum dominum, vt habetur. j. Reg. vij.*
2 Et ieiunauerunt die illa. *ad se coram domino affligendum in victu.*
3 Et induerunt se cili. *ad se affligendum in vestitu.*
4 Et cinerem imposuerunt capiti suo. *in signum humiliationis.*
5 Et dissuerunt vestimenta sua. *idest, sciderunt in signum afflictionis.*
6 Et expanderunt libros legis. *ad ostendendum: quòd parati erant pro lege se exponere periculis mortis.*
7 De quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suo. *Aliqui enim Gentiles magis subtiles & literati volebant arguere cultum idolorum ex libris Moysi, nam Exod. xxv. præcipitur, quod intra sanctumsanctorum ponerentur imagines cherubim. Sed hoc non valet, quia non ponebantur ibi ad hoc quod colerentur, sed ostēderetur quod angeli per cherubim repræsentati seruiunt Deo, cuius sedes figurabatur per propitiatorium quod remanebat vacuum, ad significandum, quod deitas non potest per imaginem repræsentari vt diffusius dictum fuit ibidem.*
8 Et attulerunt ornamenta sacerdotalia. *Et subditur causa quare ista adduxerunt ad illum locum, cum dicitur.*
9 Et clamauerunt voce magna. *ad impetrandum Dei misericordiā.*
10 Quid faciemus istis. *nam extra Ierusalem nō erat locus sacrificij. Nazaræi verò tenebantur offerre sacrificia in expletione voti sui, Nume. vj. Similiter sacerdotes non poterant vti vestibus sacerdotalibus, nisi in ministerio templi, ad quod non poterant accedere propter Gentiles qui erant in arce, vt prædictum est, ideo subditur.*
11 Et quo eos ducemus. *q. d. non est alius locus.*
12 Et sancta tua. *Id est, templi loca.*
13 Conculcata sunt. *à Gentilibus.*
14 Et conta. *scilicet, ex luxurijs & idololatrijs ibidem exercitis.*
15 Et sacerdotes tui facti sunt in luctum. *non potentes tibi ministrare, sed solùm miseriam suam lugere.*
16 Et in humilitatem. *id est deiectionem.*
17 Et ecce nationes con. &c. vt nos disperdant. *quasi dicant, non sufficiunt eis mala nobis illata, nisi nos penitus deleant de terra.*
18 Et tubis exclamauerunt voce magna. *vt misericordiam implorarent, non solùm vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, sicut aliquando repulsantur ecclesiæ campanæ contra periculum fulguris & tempestatis.*
19 Et post hæc constituit Iudas duces populi. *Hîc consequenter ponitur apparatus Iudæorum per exercitus dispositionem, cùm dicitur,* Et post hęc cōstituit Iudas duces populi, *nam in periculis non est omittendum scienter, quod secundum humanam prouidentiam potest fieri, aliter videretur quædam tentatio Dei.*
20 Tribunos. *qui præessent mille bellatoribus.*
21 Et centuriones. *qui centum.*
22 Et pentacontarchos. *qui quinquaginta, & dicitur à penta, quod est quinque, & costes decem, & archos princeps, quia quinque decennarijs præsidebant.*
23 Et decuriones, *qui decem præessent.*
24 Et dixit his qui ædificabant dom. &c. *Sequitur, secundum legem, quæ habetur Deu. xx. Et horum ratio fuit ibi dicta.*

MORALITER.

2 *Et ieiunauerunt.* se affligendo.
4 *Et cinerem posuerunt super capita sua.* se humiliando. Hęc enim debent fieri tempore tribulationis, vt oratio de liberatione populi apud Deum, sit magis exaudibilis.
† *Et suscitauerunt Nazaræos.* Per quos significantur religiosi, qui separati ab aliis in modo viuendi, & tempore tribulationis debent ad orandum præ cæteris excitari: Et ideo subditur:
9 *Clamauerunt voce magna in cœlum.*
19 *Post hæc constituit Iudas duces populi.* Quia non solùm debent esse orationibus intenti, sed etiā in statibus suis bene ordinati.
24 *Et dixit his qui ædificabant domos.* Per istos significantur illi qui sunt temporalibus nimis intenti, & in delectatione carnali nimis effusi, propter quod ad spirituale præliū non sunt apti, &c.

A rurſus infirmitate mentis ad priſtinas ſordes reuertatur, ſuóque exemplo alios ab euangelica perfectione reuocet, & fidelium vigorem infirmet Iubetur itaq; tales, vt diſcedentes à pugna reuertantur in domum ſuam, quia non poſſunt duplici corde bella domini præliari. *Vir enim duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.* (Iacob. 1.b.) Tales quippe oportet vt nec initium † renouationis arripiant, († renuntiationis.) quibus melius eſt in actiua vita cōſiſtāt, quàm tepidè contemplationem exequentes maiori diſcrimine ſeipſos inuoluant, (Eccle. 5.a Actiuam vitam contēplatiua præeligere quibuſdam cōſulendū eſt.) *Melius eſt enim nō vouere quàm vouere, & non reddere.* (2.Tim. 2.a.) Similiter & ille à tali militia ſuſpenditur, qui vxorem duxerit, qui plantauerit vineam velut propagines filiorum. Non enim poteſt ſeruire diuinæ militiæ ſeruus vxoris, Nec poteſt aſſequi ſtudium contemplationis, qui adhuc in delectatione configitur carnis. *Nemo*, inquit Apoſtolus, *militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus vt ei placeat cui ſe probauit.*

a *Et mouerunt caſtra & colloca.* Rectè exercitus Iudæ ad auſtrū Emmaum caſtra collocare dicuntur, quia milites Chriſti cum B contra hoſtes ſuos præliari diſponunt, calore fidei magis ſe animare quàm frigore infidelitatis torpere eligunt.

Et

ficabant domos, & ſponſabāt vxores & plantabant vineas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domum ſuam ſecūdum legem. Et mouerūt caſtra, & collocauerunt ad auſtrum
a
b Emmaum. Et ait Iudas, Accingimini, & eſtote filij potentes, 1
& eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus nationes has quæ conuenerunt diſperdere nos & ſancta noſtra, quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ 2
& ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſic fiat. 3

b *Et ait Iudas, Accingimini.* ✻ Iosep. Suos talibus hortabatur D (l.12.antiqu. cap.10.) affatibus. Tempus quidem vobis non aliud neceſſarium eſt ô ſocij, niſi vt fortiter pericula cōtemnatis. Nunc enim licet viriliter certando accipere libertatem, quam & propter ſeipſam vobis charam, & pro diligentia colendi Deum plus deſiderabilem eſſe confido. Tanquam ergo in hoc ſolo vobis poſitis, vt accipiētes eam, felicem & beatam renouetis vitam, quaſi vt ſecundum leges & conſuetudines cōuerſemur. Agite, ne fortè per negligentiam noſtrā Iudaicæ gentis ſemen intereat. Ita ergo pugnate, mortem pro maximo lucro putantes, vt ſi viceritis, cum libertate & patrijs legibus æternam gloriam poſſideatis. Parate ergo vos craſtina die audacibꝰ animis, vt bellum pro lege patria committatis. Iudas quidem incitans ſocios ita loquutus eſt.

Talis debet eſſe doctrina ſanctorum prædicatorum, taliſque (Rabanus.) E exhortatio vt incitent animos auditorum ſuorum, roborētque corda illorum ad reſiſtendum diabolo & exercitui eius, ſpem quoque victoriæ ſoli Deo committant.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ (Ioſephus) 1 Et colloc. *Ioſephus dicit Emmaus quæ diſtat à Ieruſalem ſexaginta ſtadiis, vt habetur Lucæ vltimo.*

Me-

2 Melius eſt n.mo.in b. *iuſto, quæ mors eſt virtuoſa.*
3 Quàm videre mala gentis noſtrę & ſanctorum. *Quæ eſt vita probroſa, cui bona mors eſt præeligenda.*

CAP. IIII.

(Rabanus. Myſticè) a ET *aſſum. Gorg.* Gorgias quinque milia in exercitum ſuum aſſumit, cum diabolus carnales quinque ſenſibus corporis deditos illecebra voluptatum ſibi adunare contendit. Mille equites ſecum tollit, cum omne bellum ſuum in ſuperbia & cōtemptu mandatorum Dei agere diſponit, quatenus cōtrarię partis in hoc agmina ſuperet, cum eos pręuaricare præcepta Dei ſuadet. *initium enim omnis peccati ſuperbia eſt*, (Eccle. 10.b.) vbi autor mortis ſibi, & ſequacibus ſuis inuenit ruinam. Et bene dicitur, *quod nocte promouerit caſtra*, quia totam nequitiam ſuam per cæcitatē mentis in ſibi ſubiectis explere concupiſcit, vt nullo modo præuideant, qualis ſibi ruina ex conſenſu peccati immineat.

C b *Et ſi.qui e.ex ar.* Arx hic non altitudinem virtutum, ſed extollentiam vanæ glorię ſignificat. Illæ enim peccatoribus ducatū præbent, qui in ſuperbiam ſe erigere audent. Poſſunt & maligni ſpiritus in his ducibus aduerti, quia ad eius partem pertinet qui dixit, *In cælum aſcendam, & ponam ſolium meum ad aquilonem, & ero ſimilis altiſsimo.* (Iſa 14.) Iſti enim duces iniquitatis in foueam & voraginem ſcelerum cōſentientes ſibi nunquam trahere deſiſtunt.

c *Et audiuit Iudas & ſurrexit ipſe.* ✻ Iosep. Gorgias præuios (l.12.antiq. c.10.) ducéſque itineris ſui habebat aliquos de fugientibus Iudęis. Caſtris autē in Emmaus luceſcente die apparuit Iudas cum tribus millibus plus minus armatis vtcūque propter paupertatem. Qui reſpiciēs aduerſarios optimè ſeptos, & ſtudio militari diſpoſitos, inuitauit ſuos dicens, Etiam nudis corporibus pugnare debemus, & Deum inuocare, qui ſæpius nos inermes contra plures & armatos fecit habere victoriam, &c.

Nota lector, quòd pars aduerſa quæ iuncta fuit Gorgiæ, (Rabanus.) totam diſpoſitionem ſui belli in nocte facit, & Iudas F atque ſui ſequaces in die, quia operatores ſcelerum &

☞ Et

CAP. IIII.

a ET aſſumpſit Gorgias quinque milia virorum & mille equites electos. Et mouerūt 1
caſtra nocte, vt adplicarent ad caſtra Iu-
dæorum, & percuterent eos ſubitò. Et fi- 2
b lij qui erāt ex arce, erāt illis duces. Et audi 3 4
c uit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes per- 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

✻ (Diuiſio) 1 ET aſſum. Gorgias. q. mi. *Poſtquam deſcriptus eſt pugnæ apparatus, hîc conſequenter deſcribitur conflictus. Circa quem primò ponitur* Iudæ *decertatio. ſecundò deuictis aduerſariis templi purificatio, ibi,* Dixit autem Iudas. *Prima in duas, quia primò ponitur conflictus Iudæ cum exercitu miſſo à Lyſia. Secundò cum ipſo in perſona propria, ibi,* Quicunque autem alienigenarum. *Prima adhuc in tres, quia primò ponitur Gorgiæ inſidiatio. Secundò inſidiantis deluſio, ibi,* Et audiuit Iudas. *Tertiò deluſi fugientis confuſio, ibi* Et adhuc loquente. *Inſidiatio verò Gorgiæ fuit, quia diſpoſuit de nocte venire ad caſtra Iudæorum & eos occidere ex improuiſo. Et patet litera vſque ibi.*

Et

2 Et filij. *Scilicet alienigenarum.*
3 Qui erant ex arc. I*d eſt de numero illorū qui erant in arce Sion, ad nocendum Iudæis quantumcunque poterant.*
4 Erant illis duces. *Quia ſciebant loca circa Ieruſalem per quæ frequenter diſcurrebant ad deprædandum Iudæos.*
5 Et audiuit Iudas & ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituum regis. *Hic conſequenter ponitur inſidiantis deluſio, quia fraus Gorgiæ fuit reuelata Iudæ, & tunc cum omnibus bellatoribus ſuis exiuit de tentorijs ad percutiendum partem exercitus regis, quæ remanſerat in caſtris antequam Gorgias cum alia parte rediret, qui credens fugiſſe Iudæos in montibus, quærebat eos, & interim Iudas aliam partem exercitus debellauit. & ſic artem arte deluſit, & his dictis patet litera paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

✻ Ad-

MORALITER.

✝ 1 *Aſſum. Gor. q. m.* Qui interpretatur diuiſio, & ideo ſignificat dęmonem, qui per ſe & per homines malos diſſenſionem ponere nititur inter bonos, ſed cum bonus prælatus hoc audit, debet velociter occurrere ad remedium adhibendum ne diſſenſionis ignis creſcat, intantum quòd nō poſſit extingui. Ideo ſequitur.

5 *Et audiuit Iudas & ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituum regis.* Ad tollendum diſſenſiones, quo facilius fieri poteſt in principio, quod ſignificatur per hoc quod ſubditur.

✝ Ad

☞ executores errorum comitantur ſemper rectores tenebrarum, A lucem odiendo diuinorum præceptorum, & obſcuritatem diligendo ſecularium voluptatum. (1.Theſ.5.d) Vnde per Paulum dicitur: *Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autem qui diei ſumus, non ſumus noctis filij, neque tenebrarum.* Verum Iudas hoc eſt confeſſor Dei omnem apparatum belli in luce fidei atq; meditatione legis Dei ordinat. Vnde cū tribus milibus virorum tantum in campo apparet, cum illis videlicet qui non in mundana potentia, ſed in fide patris & filij & ſpirituſſancti fiducialiter agentes, cū ſimplicitate mentis vitam honeſtam in hoc mundo ducere ſtudent.

(Ser. 18. in Pſal.90.) a *Et nunc clamemus in cælum, &c.* ✻ Bernardvs. Nunc filioli, clamemus in cælum, & miſerebitur B noſtri Deus noſter. Clamamus in cælum, quia ſub cælo omnia (Infrà 9.b) labor & dolor, vanitas, & afflictio ſpiritus. Denique prauum eſt cor hominis & imperſcrutabile: proni ſenſus eius in malum.

(L.9.de vict. verbi c.28.) ✻ Rvpertvs. Conuenerant exercitus multorum milliū in terram Iuda, ipſi autem Iudæi cùm pauci eſſent, & nunc clamemus (dixerunt) in cælum, & miſerebitur noſtri Deus, & con- C teret iſtos ante faciem noſtram hodie. Plena eſt hiſtoria dierum illorum, rerúmque geſtarum ſeries clamoribus huiuſmodi, qui verè ſecundum præſcriptum myſterium, clamores erant mulieris in vtero habentis, & parturientis, & in pariendo magnum cruciatum habentis.

(Homil 71. ad po. Ant.) ✻ Chrysostomvs. Nihil fortius homine legitimè orāte. Nam ſi ſæuum principem quendam qui neque Deum timebat, nec hominem reuerebatur, placare potuit mulier, multo magis Deum alliciet qui ei iugiter aſſiſtit, vincit ventrem, & delitias eliminat. Si verò corpus tuum infirmum eſt ad ieiuniū, non tamen eſt infirmum ad orandum, nec ad ventris deſpectum imbecille, &c.

Et

cutere virtutem exercituum regis, quæ erat in Emmaum.
Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. Et venit Gor- 1
gias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat
eos in montibus, quoniam dixit: Fugiunt hi à nobis. Et cùm †
dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus mili-
bus virorum tantum, quia tegumenta & gladios non habe- 2
bant. Et viderunt caſtra gentium valida: & loricatos, & equi- 3 4
tatus in circumitu eorum: & hi docti ad prælium. Et ait Iu-
das viris qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem eo-
rum, & impetum eorum ne formidetis. † Mementote quali- 5 (Exo.14.g)
ter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cùm ſequere-
a tur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in
cælum, & miſerebitur noſtri dominus: & memor erit teſta-
menti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante
faciem noſtram hodie: & ſcient omnes gentes, quia eſt Deus
b qui redimat & liberet Iſraël. † Et leuauerunt alienigenæ o-
culos ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo. Et exierunt
de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum 6
Iuda. Et congreſſi ſunt, & contritæ ſunt gentes, & fugerunt †
c in campum. Nouiſſimi autem ceciderunt in gladio, & per-
ſecuti ſunt eos vſque Gazerō, & vſque in campos Idumææ,
d & Azoti & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria milia
e virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius ſequens †
eum. Dixítque ad populum: Non concupiſcatis ſpolia, †

b *Et leuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes, &c.* D Venientibus ex aduerſo hoſtibus in prælium ſocij Iudæ tuba canunt, & conteruntur gentes, quia per tubæ ſonitum vox prædicationis exprimitur. Milites Iudæ tuba canunt, cùm prædicatores Chriſti euangelium in mundo annuntiant. Vnde conteruntur hoſtes: quia huic fidei Chriſti ſubiiciuntur gentes, necnon & ſpiritales inimici virtute conterūtur Chriſti, atque gladio ſpirituſſancti trucidati merguntur in E profundum abyſſi.

c *Et perſecuti ſunt eos vſque Ga.* Nomina locorum vſquequo perſecutus eſt Iudas hoſtes ſuos, demonſtrant virtutis ſuæ efficaciā. Gazeron enim interpretatur iuxta lumen meum. (Allego.) Idumæa, rufa ſiue terrena. Azotus ignis patruelis. Iānia, mare ſiue dextera eius. Et quid per Gazeron, niſi lumen fidei: & F quid per Idumæam, niſi Gentilitas? Quid autem per ignem patruelem niſi ardor charitatis? & quid per Iāniam niſi profunditas ſcientiæ, & effectus boni operis demonſtratur? Tamdiu ergo perſequitur chorus ſanctorum doctorum Gentilem populum, donec illum ab errore Gentilitatis ad lumen fidei perducat, & ignem charitatis in eo accedat, prouocétque eum ad meditationem diuinæ legis, atque ad ſtudium boni operis. Hæc enim perſecutio ſalutifera eſt, & interfectio ſalubris. Vnde ſubiungitur.

d *Et ceciderunt ex illis vſque ad tria milia vir. &c.* Sicut enim tria milia fuerunt ſociorum Iudæ qui perſequebantur: ſic & ceciderunt ex hoſtium parte tria milia virorum. Ceciderunt enim nō vt funditus interirent, ſed vt poſt caſum erecti melius ſtarent: quia imbuti ſanctæ trinitatis fide ad eorum ſocietatem pertingere ſtudebant, quos ſe pio animo perſecutos eſſe agnoſcebant.

e *Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, &c.* Milites quoque Chriſti nequā imminēte bello citò debent eſſe ſecuri de victoria, ſed (Vita præſens bello continuo peragitur, aliter in futura.)

☞ tandiu

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. *Quia illa pars exercitus quam Gorgias ſecum duxerat, adhuc non redierat ad caſtra regis.*
2 Quia tegumenta. *id eſt, arma ad ſe protegendum.*
3 Et gladios. *Ad inuadendum.*
4 Non habebant. *Propter inopiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum: quia de ſpoliis exercitus Apollonij & exercitus Seron acquiſierant arma in bona quantitate, vt patet capite præcedenti. & ideo libri correcti ſic habent:* quia tegumenta & gladios non habebant. *& in hoc redditur cauſa quare Iudas apparuit in campo cum tribus milibus tantum: quia licet acquiſiuiſſent arma in præcedentibus victoriis, non tamen in tanta copia, quod poſſent armare vltra tria milia virorum bellatorum, & ſic e(st) ſenſus, quia tegumenta & gladios non habebant, ſcilicet ad armandum plures quàm tria milia.*
5 Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur e. *Exod. decimoquarto g.*
6 Et tuba ceci. qui erant cum Iud. *ad animandum bellatores ſuos ad prælium. Cætera patent.*

✻ Et

MORALITER.

✝ 1 *Adhuc enim erat diſperſus exercitus.* Et ſubditur pugnandi modus, cùm dicitur.
† *Et cum dies factus eſſet apparuit Iudas in campo cum tribus milibus.* Per quod ſignificatur, quòd talis pugna debet eſſe in confidentia ſanctiſſimæ trinitatis corde credendo, & ore confitendo. ideò ſubditur.
6 *Et tuba.* Per quod ſignificatur clamor fidelis confeſſionis & deuotæ orationis. Et ſequitur effectꝰ debellationis, cū ſubditur.
† Et
† *Et contritæ ſunt gen.* Verè namque conteruntur, quando de malis ſuis pœnitent, & conſilio pacis acquieſcunt.
† *Dixítque ad po.* ſ. Iudas.
† *Non concupiſcatis ſpo.* Per hoc ſignificatur, quod prælatus bonus debet inducere populum ſuum, vt non quærat in vita præſenti præmium de bellatione aliquorum vitiorum: nam adhuc imminet bellum: ſed finito bello contra vitia recipietur præmium in ſecuritate magna, quod quidem bellum in morte iuſti finitur, & tunc præmium ſecurè accipitur.

✝ Et

A tandiu debent præliari, donec certi sint de cõuersione hostium spiritualium. Cum enim persequendo homines peccatores seu infideles,eos conuerterint ad pœnitentiam peccatorum , & ad fidem Christi quæ per dilectionem operatur bona opera , tunc oportet vt eorum colligant spolia,hoc est eorum vtantur scientia,ac pij laboris communicent industria. In auro enim possumus accipere sapientiam. In argento,eloquentiam.In hiacyntho, cælestem conuersationem.In purpura, per martyrium sanguinis effusionem. Tunc enim fructuosè colligimus has opes cum in fide recta inuenimus eas esse acceptabiles.Si autem ad spi- B ritales hostes hanc transferimus victoriam , tunc debemus esse securi , cum post finem præsentis vitæ non est necesse hostium insidias vereri. Tunc enim salubriter colligimus spolia,quãdo laboris nostri à Christo condigna accipiemus præmia. Vnde bene dicitur Iudas suos exhortari , vt nõ concupiscerent spolia , cum inimicorum sæua imminebant bella. (*† Bethsoris*) Cum penitus inimici superati erant, tunc cum suis reuersus est ad spolia castrorum colligenda; C quia necesse est vt prædicator quisq; admoneat auditores suos, vt inimicorũ præcaueãt iacula, quamdiu tempus est belli.Cum autem peruenerit tempus pacis,ipsius videlicet pacis,quam saluator discipulis suis promisit dicens: *Pacem meam do vobis* (Ioan.14.d): tunc prælati simul & subditi gaudium æternum habebunt de percepta remuneratione,quia nequaquam vltrà pertimescent de sequenti laborum lachrymarum dolore : Tuncque Deo adiutori suo laudes canendi tempus est.Vnde scriptum est,

a *Et conuersi hymnum.*Salus magna est in Israel,quando numerus credentium multiplicatur in domino populorum , qui saluatorem agnoscunt fide,confitentur ore, atque in bona glorificant operatione. Siue aliter: Tunc in Israel salus erit magna, quando in ecclesia Christi aduersitas erit nulla. Et signanter additum est, (Deus quo modo agnoscitur & glorificatur.)

b *In die il.*In die vtique resurrectionis,quando sponsa nobilissima in cælesti regno superno iungetur sponso , quando omnes sancti in conspectu Dei non solum de animarum requie suarũ, sed etiam de corporum gaudebunt immortalitate. D

c *Quicunq; autem alie.* Denique alienigenæ euadentes victoriã Iudæ annuntiant Lysiæ,quia qui non per sanctorum doctorum ministeria,Christi saluberrima capiuntur præda,præceptoribus suis à quibus nutriuntur ad mortem (licet inuiti , quia veritate coacti) gloriam annũtiant Christi. Lysias enim qui interpretatur generans , significat mundi potentes,qui licet sint generati , non tamẽ baptismate Christi meruerunt regenerari. Hi ergo militum Christi audientes victoriam,consternũtur animo deficiũntque, quia nõ qualia voluerunt,talia contigerunt in Israel.Et qualia mãdauit rex,eorum enim voluntas talis erat , vt non præualeret euangelij , per sanctos doctores prædicatio: E neque in domino credẽtium augeretur multitudo. Et talia etiã suis rectoribus hoc est immundis spiritibus placere sciebant : quia in prophanis idolorum simulachris diuino cultu ab hominibus venerati,hoc eis persuadebant, vt fidem Christi non reciperent, sed non præualebãt , quia pater gloriam filij sui in vniuersis nationibus longè latéque manifestabat.

d *Et sequenti anno congregauit Lysias electorum virorum sexaginta milia equitum,&c.*Eligit Lysias sexaginta milia virorum, & equitum quinque milia, ad bellandum contra Israel:cum omni tempore istius mundi (quod sex ætatibus distinguitur per quinque sensus corporeos,princeps huius seculi incitantibus tenebrarum harum rectoribus milites Christi diuersis vitiis laniando (Ephe.6.b) superare contendit:ac per malos homines bonorum meditatur necem.Sed occurrit illis Iudas cum decẽ milibus virorũ , quia regis nostri exercitus in hoc est validior cæteris , quòd per omnia studet diuinis obtemperare præceptis , assiduásque preces ad dominum mittens eius confortatur manu , in cuius maximè confidit potentatu , & tamdiu insistit prælio , donec inimici sui atque aduersaria turma spiritali ad perfectum iugulentur gladio. vnde in præce Iudæ subiungitur, F

Deiice

quia bellum contra nos est:& Gorgias & exercitus eius pro-
pe nos in montibus,sed state nunc contra inimicos nostros,
& expugnate eos,& post hæc sumetis spolia securi.Et adhuc 1
loquente Iuda hæc,ecce apparuit pars quædam prospiciens 2
de monte.Et vidit Gorgias quòd in fugam cõuersi sunt sui, 3
& succensa sunt castra. Fumus enim qui videbatur declara- 4 5
bat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerunt val- 6
dè, aspicientes simul & Iudam, & exercitum in campo pa-
ratum ad prælium.Et fugerunt omnes in campo alienigena-
rum,& Iudas reuersus est ad spolia castrorum. Et acceperũt †
aurum multum & argentum, & hiacynthum, & purpuram
a marinam, & opes magnas. Et conuersi hymnum canebant, †
& benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus est, quo-
niam in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna
b in Israël in die illa. Quicunque autem alienigenarum euase- 7
c runt, venerunt & nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quæ accide-
rant.Quibus auditis ille cõsternatus animo deficiebat, quia †
non qualia voluit,talia contigerunt in Israël, & qualia man-
d dauit rex. Et sequenti anno congregauit Lysias electorum †
virorum sexaginta milia, & equitum quinque milia, vt de- 8
bellaret eos.Et venerunt in † Iudæam & castra posuerunt in (*† Idumæam*)
† Bethoron , & occurrit illis Iudas cum decem milibus
viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit , & di-
xit : Benedictus es saluator Israël , qui contriuisti impe- 9
tum potentis in manu serui tui Dauid , & tradidisti ca- 10

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et adhuc lo.Iuda. *Hic consequenter ponitur Gorgiæ delusi confusio, quia fugit timens confligere cum exercitu Iudæ.ideo dicitur.*
2 Et apparuit pars quædam. *scilicet illa pars exercitus regis quam secum duxerat Gorgias,vt prædictum est.*
3 Prospiciens de monte, &cæter. *in quo Gorgias quæsierat Iudæos.*
4 Et vidit Gorgias,quod in fugam,&c.*scilicet illi quos reliquerat in castris.*
5 Et succensa sunt castra.*eorum à Iudæis.*
6 Quibus ille conspectis,&c. Et fuger. *non audentes cum Iudæis confligere.Cætera patent.*
7 Quicunque autem.*Descripto conflictu Iudæ cum exercitu misso à Lysia,hic consequenter ponitur eius conflictus cum exercitu Lysiæ in persona propria.Circa quod primò ponitur motiuum Lysiæ.Et patet eius apparatus cum subditur.*
8 Congrega.Lysias.ele.vi.*scilicet peditum.Secundò ponitur Iudæ occursus,ibi:Et occurrit eis Iudas,&c.& oratio eius,cum subditur.*
9 Benedictus es saluator , &c.*i.Goliæ.hoc habetur.*j.*Reg.xvij.*
10 Et tradidisti castra alienigenarum.j.*Reg. xiiij. Tertiò ponitur vtrorumque conflictus , cum dicitur:* Et commiserunt prælium, &c. *& patet litera.*

Dixit

MORALITER.

† *Et acceperunt aurum multum.*per quod significatur remuneratio Dei pretiosa.
† *Et conuersi hymnum canebant*, nam in remuneratione patriæ est laus perpetua.
† *Quibus auditis ille consternatus animo deficiebat.* Sicut dictum est suprà per Lysiam significatur tyrannus , qui de victoria bonorum turbatur:& ideo quærit vias , quomodo possit eis amplius nocere:quod significatur cùm dicitur.
† *Et sequenti anno congrega.Lysias:* sed Iudas eum debellabat cũ decem milibus virorum per quod significatur obseruatio decem decalogi mandatorum, per quam conteritur exercitus vitiorum.

Dixit

A a *Deiice eos.*Quinque sunt libri legis Dei,& quinque sunt sensus(vt prædiximus)corporei : Qui enim secundum doctrinam legis restringit concupiscentiã carnis *auertendo oculos suos, ne videant vanitatem,* (Psal.18.c) obturando aures suas , ne audiant linguam detrahentem,& obscena carmina ac lusus mundanos,quibus frequẽter auditis inquinatur interior homo, qui odoratum atque gustum suum continet , ne illecebra vtatur voluptatum , qui *coercet linguam suam à malo, & labia sua ne loquãtur dolum. Diuertit à malo & facit bonum, inquirit pacem,& persequitur eam.* (Psal.33.) Iste inimi- B cos suos superans victoriã capiet saluberrimam , & triumpho gaudebit largissimo. Sed Lysias spiritalis licet semel, bis, térque contritus fugam inierit,tamen non desistit à cœpta nequitia, sed rediuiua iterũ resuscitat prælia.

CHRYSOST. (In psal.43.) Ad bellum euntes nõ tragœdias excitabãt, non pœnas canebãt, C sicut nonnulli faciũt: non adsciuerunt tibicines,vt fit in aliis castris:sed Dei supernè auxilium inuocabãt,vt adesset , opem ferret,& manum præberet, propter quem bellum gerebant , pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hæc castra Dei loquantur,cùm sint hostes aggressura. Quia enim nonnulli imbecillitatem & paucitatem considerantes molliores erant, eorum animos spiritúsque excitans , instar precationis compositam exhortationem facit ad commilitones , & Deum alloquẽs, eos promptiores reddit & alacriores. Neque enim tantum virium habuisset ad eos conuersa oratio,sicut ad Deum directa.

(Rabbanus.) b *Videns au.Lysias.*Bene dicitur quòd Iudas contritis hostibus atque sopitis ad tempus bellis, hortatur suos quòd mundarent sancta ac renouarent:quia maximum studium habẽt sancti doctores , vt in quibuscunque læsa ab hostibus subiectorum sibi fuerit ecclesia,ad pristinum statum sanctæ conuersationis iterum restauretur. Iuxta tropologiam autem necesse est,vt vnusquisque fidelis mentem suam quam bene montis Sion vocabulo (Tropo.) designatam possumus accipere , quia Sion speculum interpretatur.Et *beati sunt mundo corde , quoniam ipsi Deum videbunt.* (D, Mat.5.a) Si aliquid per fraudem hostis in ea pollutum est factum instanti nisu expurget,donec ad integrum renouetur.Ibi enim & desertam sanctificationem & altare prophanatum, & portas exustas intelligere possumus, quia ibi laudis hostia in altare fidei Deo immolabatur , & ingressus cælestis vitę meditabantur. In atriis verò virgulta nascuntur: cum in cordibus humanis superfluarum cogitationum multitudo generatur. E

c *Pastophoria(inquit) vide. di.* Pastophoria Græcè dicuntur thalami vel cubicula , in quibus Leuitæ excubabant in atriis domus domini, quorum commemoratio fit in vltima visione Ezechielis prophetæ. Pastophoria ergo diruuntur , cũ secreta mentis per desideria illicita dilaniãtur. F Sed hæc omnia maximè opus est ,vt per pœnitentiam peccatorum & emundationem morũ , ac pias preces ad dominum instantissimè purificentur. Vnde rectè de exercitu Iudæ scriptũ est: *Quod cum viderent sanctificationem desertam,sciderunt vestimenta sua:& planxerunt planctu magno.* (Suprà 2.b)

d *Et exclamauerunt,&c.Tunc ordinauit Iudas vi.* Aptè dictum est, quod ordinauerit Iudas viros,vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce,donec emundarent sancta:quia hoc ordinat redemptor noster per prædicatores suos, quatenus milites ipsius aduersus eos qui inhabitant in arce superbiæ,hoc est homines inflationis spiritu elatos vel etiam malignos spiritus superbia tumentes instanter pugnent donec corda electorum ab omni labe iniquitatis expurgent.

SEVERVS Sulpit.Iudas pulsis hostibus,Hierosolymã regressus,purgare templum & restituere,animum intendit:quod euersum ab Antiocho,profanatúmq; à gentibus , fœdã sui speciem præbebat. Sed Syris arcem tenentibus , quæ continua templo & loci natura superior atque inexpugnabilis erat, adiri (L.2.sacræ hist.)

subiecta

stra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul & armigeri e-
ius.Conclude exercitum istum in manu populi tui Israël, &
confundantur in exercitu suo & equitibus. Da illis formidi-
nem,& tabefac audaciam virtutis eorum,& commoueantur
a contritione sua:Deiice illos gladio diligentium te,& collau-
dent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et
commiserunt prælium,& ceciderũt de exercitu Lysiæ quin-
b que milia virorum. Videns autem Lysias suorum fugam , &
Iudæorum audaciam,& quòd parati sunt aut viuere aut mo-
ri fortiter,abiit Antiochiam & elegit milites,vt multiplicati
rursus venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas , & fratres e- 1
ius:Ecce contriti sunt inimici nostri , ascendamus nũc mun- †
dare sancta & renouare.Et congregatus est omnis exercitus,
& ascenderunt in montem Sion. Et viderunt sanctificatio- † 2
nem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & 3
c in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in montibus , & pa- 4 †
stophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua , & plan- 5
xerunt planctu magno , & imposuerunt cinerem super ca- 6
d put suum,& ceciderunt in faciem super terram, & exclama- 7 8

NICOLAVS DE LYRA. *descripta est*

(Diuisio) 1 Dixit autem Iudas & fratres eius. *Postquam de*[illegible]*est Iudæ decertatio,hic consequenter repressis hostibus describitur* [illegible]*urificatio.Et secundò purificatæ renouatio,ibi:*Et acceperunt l[illegible] *Tertiò, altaris dedicatio,ibi:*Et fecerunt dedicationem. *Circa primum primò ponitur lamentum destructionis,cùm dicitur.*
2 Et vide.sancti.*s.ipsum templum.*
3 Et alta.*s.holocaustorum.*
4 Prophanatum,& portas exustas, &c. *Nam ibi positum fuerat idolum,vt dictum est suprà j.c.*
5 Et in atriis.*s.in atrio sacerdotum , & in atrio virorum mundorum, & in atrio immundorum.*
6 Et pastophoria diruta. *id est,domunculas circa atria sacerdotum ædificatas,in quibus offerentes hostias pacificas comedebant coram domino partem sibi contingentem.Nam de hostiis pacificis vna pars incendebatur ad honorem diuinum,alia cedebat in vsus sacerdotum.* Tertia *in vsus offerentium.*
7 Et sci.vesti. sua. *In signum doloris & humiliationis.*
8 Et exclamauerunt,&c. *De quibus habetur Numer.x. Et dicuntur tubæ signorum,quia per illas significabantur plura. s. conuocatio ad consilium , & congregatio ad festum , & motio castrorum & exercitatio ad bellum.*

Tunc

MORALITER.

1 *Dixit autem Iudas.*Sequitur.
† *Ascendamus nunc.*Bonus enim prælatus videns ecclesiam vitiis deformatam habito competenti tempore,debet statim eam visitare & eius reformationi instare.ideo subditur.
† *Et ascenderunt in montem Sion , &c.* per quem significatur ecclesia.
2 *Et viderunt sancti.dese.*Tunc enim sanctificatio deserta efficitur cum ecclesia malè frequentatur.
3 *Et altare.*Per quod significatur sacerdotium, quia sicut munus super altare offertur, sic eucharistia quæ est sacrificium nouæ legis super caput sacerdotum eleuatur : sic ergo altare prophanatur,quando sacerdotium carnis vitio polluitur.
† *Et portas exustas.* Quod fit , quando per cupiditatem simoniacam aliqui ingrediuntur.
5 *Et in atriis,& c.sicut in sal.*In quo nascũtur arbores infructuosæ.Igitur per hæc virgulta significantur infructuosi clerici, non facientes fructum in ecclesia Dei propter defectum scientiæ & vitæ.
6 *Et pastophoria diruta.* Loca erant in quibus offerentes comedebãt de sacrificiis pacificis coram domino, & ideo per ipsa significatur fidelium communio,quæ tunc diruitur,quãdo Christi corpus indignè sumitur.
7 *Et scide.vestimenta sua.* Quia boni talia videntes in ecclesia tristantur & lamentantur.

Tur

subiecta non poterant, crebris eruptionibus prohibẽtibus. Aduersus hos Iudas validissimam suorum aciem obiecit. Ita opus sacræ ædis curatum; templúmque muro circumdatum, constitutíque qui perpetuum præsidium armati agitarent.

Rabbanus. a *Et elegit sacer.sine ma.volun.habẽ.in lege Dei,& mundauer.sancta.* Quia ejectis his de officio ecclesiastico qui erroris lepram, vel scelerum maculam in se hábebant,voluntarios atque moribus probos in fidem Dei elegit ad ministratores verbi,vt sanctæ ecclesiæ conuenticula ab omni erroris contagione efficiat aliena. Ideo subiunctum est, quod *tulerit lapides contami.in locum immund.* quia hæreticos qui noluerũt per†cõuersationem rectæ fidei & sanæ doctrinæ lapides pretiosi fieri: anathemate percussos atque de communione ecclesiæ ejectos omnibus patefecit, quod essent reprobi.

† conseruationem

B b *Et cogitauit.* Altare holocaustorum est fides pura, doctrina recta, & conuersatio munda Christi ministrorum. Sed hoc altare si prophanatũ fuerit hæretica prauitate, vel scelerum immanitate iam destruendum erit:hoc est à sacerdotij dignitate deponendum, ne forte opprobrium sit sanctæ ecclesiæ,quòd habeat prauos & facinorosos doctores,qui diabolica astutia seducti sunt. Vnde dominus in euangelio discipulis suis ait : *Vos estis sal terræ : Quod si sal euanuerit,in quo salietur: ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras,* C *& conculcetur ab hominibus.* De quo & Paulus scribens ad Titum ait: *Hæreticum hominem post primam & secundam increpationem deuita.Sciens quia subuersus est qui huiusmodi est,& deliquit,cum sit proprio iudicio condemnatus.* Hinc & ad quosdam delinquentes ait:*Per vos nomen Dei blasphematur inter gentes.* Taliter ergo depositio altari mysti

Mæc 5.b

Titum 3. c

Rom.2.d

uerunt tubis signorum,& clamauerunt in cælum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos qui erant in
a arce,donec emundarẽt sancta. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei,& mundauerunt sancta,& tulerunt lapides contaminationis in locum immun-
b dum. Et cogitauit de altari holocaustorum,quod prophanatum erat,quid de eo faceret. Et incidit illi consilium bonum, vt destrueret illud,ne fortè esset illis in opprobrium:quia cõtaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quo ad vsque veniret prophera, & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius, &
c ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus & ædem, & atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrũ & altare incensorum & mensam in templum. Et incensum posuerũt super altare,& accenderũt lucernas quæ

1
2
† 3
4
† 5
6
7
8
9
10
11
12
13
† 14

D

mystico,reponi debẽt lapides isti,*in monte domus,in loco apto,*quo *aduſque ve.prophe. respondeat de eis.* Quia peccantes redigi debent sub pœnitentia,donec per sanctos doctores diiudicetur pro cõmisso crimine conueniens satisfactio perpetrata. In loco autem eorum lapides integri secundum legem substitui debent, vt fiat altare nouum secundum illud quod fuit prius:quia homines fide catholica sani scientia sanctarum scripturarum imbuti : bonis moribus religiosi, in locum regiminis vnde ceciderunt præuaricatores surrogaridebent,secundum autoritates vtiq; diuinæ legis, vt sine reprehensione in nouitate vitæ & norma iustitiæ exhibeatur ministerium Deo in sancta ecclesia quam sibi acquisiuit Christus pretio sanguinis sui sponsam, non habentem maculam neque rugam.

E

Mystícè

c *Et ædific. san.* Ædificant sancti prædicatores sancta intra domũ intrinsecus & ædem, quãdo subiectam plenam & intrinsecus ornant scientia sanæ fidei & forinsecus honesta conuersatione. Atriũ sanctificant quando nouiter venientes ad fidem sacramentis diuinis imbuendo dedicant. Faciunt vasa sancta noua, quando corda hominum ad accipiendũ verbum Dei reddunt habilia. Inferunt candelabrum, & altare incensorum,& mensam in tẽplum,quando doctrinæ spiritalis lucem,sanctæ orationis puritatẽ,& scripturarum sanctarũ meditationẽ in ecclesia Dei exuscitant. In cãdelabro ergo in qua lucere debent lucernæ,rectè sermonem euãgelicæ doctrinæ possumus aduertere, in quo sancti doctores igne sancti spiritus accensi lucere debẽt,*vt qui ingrediũtur lumẽ videãt.* Vnde veritas ipsa in euãgelio ait:*Nemo accẽdit lucernã,& ponit eã sub modio,sed super cãdelabrũ,vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Per altare incẽsorum nihil me

Luc.11.e

F

1 Tunc ordinauit.*Hic secundò tollitur impedimẽtum purificationis, cum dicitur:* Tunc ordinauit Iudas, &c. *Vt sic essent occupati in sua defensione,vt non possent proiicere sagittas vel ſpicula ad eos qui emundabant loca sancta.Et consequẽnter ponitur ipsa purificatio, cum dicitur.*

2 Et elegit sacerdo.*id est,sanctæ vitæ & integræ famæ.*

3 Et tulerunt lapides contamina.*id est, lapides altaris,quod fecerant Gentiles ad immolandum idolo ſuper altare holocaustorum posito, vt dictum est ſuprà j.cap.*

4 In locum immundum.*Lapides autem altaris domini contaminatos posuerunt in loco mundo sicut subditur:* Et cogitauit de altari, &c.

5 Et reposuerunt lapides in monte domus.*id est, in monte Sion vbi erat domus domini.*

6 Quoadusque veniret propheta.*docens quid esset agendũ de illis.*

7 Et acceperunt lapides integros secundum legem. *Hic consequenter describitur templi purificati renouatio,& primò quantum ad altare*

8 Et ædificauerunt altare nouum secundum illud. *id est, ad similitudinem illius quod fuerat diſsipatum.*

9 Et ædificauerunt sancta. *reparando ruinas quæ erant in prima parte templi,quæ vocabatur sancta.*

10 Et quæ intra d.erant int.*reparando defectus existentes insecunda parte templi,quæ dicebatur sancta sanctorum.*

11 Et ad[illegible],&c.*id est,ædificia quæ erant extra pro habitaculis sacerdotum.*

12 Et [illegible]ctificauerunt.*eradicando vingulta & aſpergentes lustration*[illegible]

13 Et intulerunt candela.& alta.incen.*Hæc enim tria erant in prima parte templi,mensa propositionis in parte Aquilonari, candelabrum in Australi,altare incensi in medio contra sanctum sanctorum.*

14 Et incensum posuerunt.*id est, cremauerunt ſuper altare.*

Et

✝ 1 *Tunc ordinauit Iudas.* Bonus enim prælatus non solùm debet ecclesiæ dissipationem lamentari, sed etiam insistere eius reformationi:in quo primò sunt impedimenta remouenda, & hoc significatur per hoc quod Iudas ordinauit bellatores contra illos qui in arce erant,per quos significantur dæmones, qui sunt in arce superbiæ:& quantum possunt impediunt reformationem ecclesiæ, contra quos pugnatur continua & feruida oratione.

2 *Et ele.ſacerdotes ſine macula.* Culpæ grauis & infamiæ.

† *Voluntatem habentes in lege Dei.* Tales enim debent esse confessores & prædicatores euangelij, vt apti sint ad emundationem populi Christiani.

3 *Et tule.conta.*i.altaris ab idololatris ædificati.

4 *In loc.immund.* quia quicquid ad idololatriam pertinet, est abominandum,lapides autem altaris templi reposuerunt in loco mundo,vt dicitur hîc consequenter.

† *Et cogitauit de alta.holo.* quousque surgeret propheta qui diceret quid agendum esset de ipsis,per quod significatur quod si aliqui Christiani contaminentur aliquo peccato publico & enormi recludendi sunt in clausſtro ad agendum pœnitentiam secundum determinationem sapientis prælati.

7 *Et acceperunt lapi.integros.* id est.integræ famæ clericos,ex talibus enim debet ecclesia reformari.

9 *Et ædificaue.ſancta.quæ intra domum erant.* Sequitur.

12 *Et atria,&c.* quæ erant extra templum,per quod significatur quòd in vitis ecclesiasticis requiritur munditia mentis interioris & conuersationis exterioris.

13 *Et intulerunt candelabrum,& alta.incen.&c.*id est, sanctæ prædicationis verbum.

† *Et altare incensorum.*id est,celebrationem diuinorum.

† *Et mensam.*id est, eucharistiæ consecrationem.

Et

hil melius, quàm perfectam sanctorum vitam accipere possumus, vnde quotidie fragrat odor virtutum & sacri orationis in conspectu altissimi. Mensam ergo domini non aliam quàm sacram scripturam intelligimus,in qua refectio animarum consistit. Quod autem dicitur quod,

a *Appenderunt vela, & conſum. omnia opera quæ fece.* In appensione velorum exprimitur occultatio mysteriorum. Nõ enim omnibus omnia patefacienda sunt diuinę legis mysteria, sed pro captu ingenij quorũlibet & profectu scientiæ atque virtutum. Vnde dominus apostolis præcepit dicẽs: *Nolite ſanctum dare canibus,neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Et Paulus rudibus discipulis ait:*Lac vobis dedi potum, non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis.* De perfectorum ergo scientia alibi ait: *Et nos reuelata facie gloriam Dei contemplamur in eandem imaginem transformati tanquam à domini ſpiritu.* Consummant ergo omnia opera quæ faciẽda sunt in domo Dei,qui fidem,sermone & opere studeant secundum ordinem implere omnia mãdata domini : Nec deest quicquam in perfectione,vbi humana voluntas diuinæ per omnia obtemperat voluntati.

a / B / Matt.7.a / 1.Cor.3.d / 2.Cor.3.d / C

L.3.hiſt.Iudaic.c.13. b *Et ante matuti.&c.* ✠ Iosephvs Heb. Cúmque composuissent ligna,non inuenerunt ignem sanctum,sed clamauerunt ad Dominum,& exiliit ignis è lapide qui erat altari superpositus, adiiciẽtésq; ei ligna,durauit ignis ille vsq; ad tertiã captiuitatẽ.

Rabbanus. Iosephus lib.antiqui. 11.c.10.

De hac autem renouatione Iosephus ita narrat dicens: Quinta verò & vicesima mẽsis Casleu,quem Macedones Appelleon vocant,accenderunt lumina super candelabrum & adoleuerũt holocausta quæ obtulerũt in nouo altari. Hæc autem facta sunt post tres annos eodem die quo mutata est eorũ religio ad prophanam idolorum consuetudinem. Nam templum destructum ab Antiocho sic tribus annis permansit. Quinto enim anno & quadragesimo & centesimo in templo facta sunt. Quinta & vicesima die Appellei mẽsis Olympiade centesima quinquagesimatertia. Renouatum verò est eodem die quinta & vicesima Appellei mẽsis, octauo & quadragesimo ac centesimo anno, olympiade centesima & quinquagesimaquarta. Desolationẽ verò templi contigit fieri secundum Danielis præfationem,quam ante quadringentesimo & octauo prædixerat anno, per quam significauit quod Macedones illud destruerent. Celebrauit autẽ Iudas cum ciuibus suis pro renouatione tẽpli sacrificium per dies octo,nullum genus delitiarum relinquens,sed prẽ[illegible]simis dapibus eos pascens. Deum autem laudibus & psalmis glorificabant,seseque mutuò cantibus delectabant. Pro renouatione verò solennium post multum tempus inſperata religione,receptores legis posuerunt vt posteri per octo dies hãc renouationem templi celebrarent. Vnde & ab illo tempore hactenus hanc festiuitatem celebramus,vocantes eã,lumina,eò quòd præter spẽ hoc nobis splendidum lumen colendæ religionis apparuit.

D

Festum luminum. Rabbanus. Mysticè.

Mysticè autem renouatio templi, conuersio ex hominum ad
1 pœnitentiam peccatorum, qui aliquibus erroribus atque facinoribus contaminati erant. Tunc enim cãtandum, gaudendum, lætandum atque iubilandum, atque laudandum quibúsque fidelibus est,quando viderint proximos suos per correctionem morum atque meditationem legis Dei in semetipsis instaurare, quod antè iam per negligentiam decíderat. Vnde etiam sacrum euangeliũ narrat saluatorem dixisſe, *in cælis,gaudium nasci ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Si de vno, quantò magis de multis exultatio erit conuersis ad veracẽ cultum Dei? quia sicut scriptum est: *In multitudine plebis dignitas eſt principis:* illius videlicet principis,*qui vult omnes homines ſaluos eſſe,& ad agnitionem veritatis peruenire.*

† velamina

E

Luc.15.b

Prou.14.d Tim 2.a

c *Et ornauerunt faciem templi coronis.* ✠ Chrysost. Non est res noua templa habere ornata,& altaria Deo consecrare. Dic enim oro,si rex tibi præcepisſet domum extruere, vt illic habitet,nonne omnia feciſſes? Nunc igitur regia est Christi ecclesiæ constructio:ne sumptum spectes,sed fructum computa.

Hom. 18.in Acta Apoſt.

✠ Hieronym. Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ subſtruunt, marmore nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est.

Epiſt ad Nepotianum. F

✠ Idem. Nepotianus erat sollicitus si niteret altare, si parietes absque fuligine,si terſa pauimenta,si ianitor creber in porta,vela semper in ostiis,si sacrarium mundum, si vasa luculenta, & in omnes cærimonias pia sollicitudo dispoſita: non minus, non maius negligebat officium, vbicunque eum quæreres, in Ecclesia inuenires. Basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula,diuerſis floribus, & arborum comis, vitiúmque pampinis abumbrabat,vt quicquid placebat in Ecclesia tam dispoſitione quàm viſu,presbyteri laborem & studium testaretur.

Epiſt ad Heliod de obitu Nepotia,

d *Et facta e.i lætitia magna,&c.* ✠ Bernardvs. Iudas Machabæus multis inclytus victoriis,cùm frequenter exultanti populo pacem fortiter pugnando tribuiſſet, nunquid gloriam quandoque partitus est alicui? Denique, *& facta eſt*, inquit, non gloria, sed *lætitia magna in populo.* Quid minus ab his omnibus fecit conditor omnium,quo minus & ipse debeat gloriari singulariter?

Ser 13.id Cantic.

Et

Dan 12.d

✠ 1 Et appenderunt vela.*vnum in introitu templi,aliud ante ſanctum ſanctorum.*

2 Cente.quadra.an.*regni Græcorum.*

3 Secund.tem.& ſec.diem,in qua contami.il. *nam anno centeſimo quadrageſimoquinto,die vicesimaquinta mensis Caſleu ſacrificauerũt idololatræ ſuper aram vt habetur ſuprà j.ca,& anno cxlviij.di.xxv.mensis Caſleu obtulerunt Iudæi ſacrificium in templo purificato : & ſic renouatum est templum quæ fuerat ante contaminatum:ſicut fuerat ante prophetatum,Dan.viij.*

4 Et fece.ded.al.dieb.o. *Hic conſequenter deſcribitur templi renouati dedicatio.Et primò quantum ad altare,cum dicitur* : Et fecerunt ded.al.die.oct.*Et inde tractum fuit,quòd feſta ſolennia octauam habent in nouo teſtamento.*

Diuiſio

5 Et ornauerunt faciem templi coronis aur.& ſcutu.*Pro victoriis à Deo ſibi datis.*

Et

✠ 1 *Et appenderunt vela.* cauendo ab elatione surgente ex laude humana.

† *Et ante matuti.ſurre.* quia non solùm de die, sed etiam de nocte celebrandæ sunt laudes diuinæ.

† *Et citharis & cynaris & cym.* per quæ significantur variæ deuotiones mentis,quæ sunt in ecclesia.

5 *Et ornauerunt ſa.tem.* Id est,aureolis martyrum virginum & doctorum.

† *Et dedic.por.* ingressum simoniacum auferendo.

† *Et paſtophoria, & poſuerunt eis ianuas.* Ad communionem deuotam inducendo.

† *Et facta eſt lætitia in po.ma.* Nam ex talibus debet gaudere populus Christianus.

✠ Et

a Et statuit Iudas & fratres eius & vniuersa ecclesia Israël, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per octo dies, à quinta & vicesima die mensis Casleu cum lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circumitum muros altos & turres firmas: ne quando venirent gentes & conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eũ, & muniuit eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

a *Et statuit Iudas.* Hanc quidem solennitatem ipse saluator in euangelio prædicatione sua legitur decorasse, vbi scriptum est: Facta sunt encenia in Ierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, &c. Vnde sciendũ est, q encenia hæc quæ lectioni euangelica facta cognouimus, nõ ad primam templi dedicationem, sed ad vltimam pertinent, quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima siquidem eius dedicatio à Salomone tempore autumni. Media à Zorobabel & Iesu sacerdote tempore veris. Vltima à Iuda Machabæo tempore hyemis est facta, quando specialiter cõstitutum esse legitur, vt eadem dedicatio per omnes annos in memoriã solennibus reuocaretur officiis, iuxta quod vsque ad tempus dominicæ incarnationis obseruatum fuisse supradicta sententia euangelij agnouimus. Hæc autem fuit causa secundæ & tertiæ dedicationis, quia Salomon quidem templi opus quod domino condidit, septem annis perfecit, octauo autem anno decima die septimi mensis (qui à nobis October appellatur) in magna gloria dedicauit. Sed hoc templum post annos quadringentos triginta incenderunt Chaldæi, & Ierosolymorum vrbe destructa, populum Israel in Babyloniam abduxere captiuum, qui post annos septuaginta regnantibus Persis in patriam est remissus. Rursúsque ædificatum est templum per annos quadraginta sex, & tertia die mensis duodecimi, quem nos vocamus Martiũ, opus ad finem vsque perductum. Cui videlicet tunc operi præfuere duces plebis strenuissimi vt diximus, Zorobabel de regio genere, & Iesus sacerdos magnus, sed & prophetæ Aggæus & Zacharias adiuuantes eos atque aduersus insidias impedĩtium opus hostiũ, cor populi roborantes. Inde post annos fermè trecentos & quinquaginta sex nefandissimus Græcorum Antiochus, fraude capta Ierusalem templum idem sordibus idolorum prophanauit, auferens inde & cõfringens altare domini aureũ, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cætera quæ supra commemorata sunt, Sed & Iudas Machabæus, cum esset de genere sacerdotali collecto exercitu † Iudæorum aduersus Antiochi duces arma corripiens, eósque de Iudæa expellens, persecutioni sæuissimæ finem imposuit, ac templum ab idolorum imaginibus emundans, noua rursus altaria & cætera vasa vel ornamenta faciens, atque in templo reponens, dedicauit ea simul cum templo. Quod purificauit & renouauit. xxv. die mensis noni, qui apud nos appellatur December, & ad hyemem pertinere nulli dubium constat. Statuítque decretum, vt prædiximus annis omnibus diem enceniorum, id est, innouationis ac dedicationis templi festa deuotione celebrari sicut locus iste nunc testatur.

Quæ profectò omnia sicut Apostolus docet in figura facta sunt nostri: & propter nos vtique scripta. Ideóque nobis solertius spirituali ratione discutienda. Salomon quippe rex qui interpretatur pacificus ipsum redemptorem nostrum typicè designat. De quo Isaias ait: *Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Templum quod ædificauit catholica eius ecclesia est, quam de vniuersis per orbem credentibus, quasi de viuis lapidibus in vnam suæ fidei & charitatis compagem aggregat. Quòd autem septem annis ædificatum est tẽplum, significat, quia per totum totum huius seculi tempus (quod septem diebus euoluitur) sanctæ structura ecclesiæ nunquam crescere desinit. Quòd octauo anno dedicatum est, & celebertima illa ac maxima solennitas à Salomone rege cunctis filiis Israel tempore completæ dedicationis exhibita, insinuat mysticè, quia perfecto in fine mundi numero electorũ, diu desideratæ immortalitatis secura est festiuitas & peracto vniuersalis resurrectionis miraculo, mox omnes qui ad pacifici veri regis. s. Salomonis regnũ pertinent, æterna cum eo gaudia patriæ cælestis intrabunt. Nã quia dominus noster octaua die, id est, post septimam sabbathi resuscitari à morte voluit: rectè numerus octonarius nostræ quoque resurrectionis festa ventura designat. Quòd templum ab hostibus incẽsum, rursum domino miserante construitur. Quòd ab idololatris coinquinatum denuo supernæ pietatis auxilio mundatur, varios sanctæ ecclesiæ insinuat euentus, quæ nunc infidelium persecutione præmitur, nunc à persecutoribus reddita liberior tranquilla domino seruitute famulatur. Nunc in quibusdam suis membris hostis antiqui periclitatur insidiis. Nunc instante solertia doctorum fidelium, quos ad horam perdere videbatur, per pœnitentiam castigatos recipit. Quòd verò templum secundò quadraginta & sex annis ædificatum est, ad significationem dominici corporis quod de virgine assumpsit, spiritualiter respicit. De quo ipse Iudæis ait: *Soluite* (inquit) *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, quia videlicet solutum passione corpus suum, ipse tertia die resuscitauit ad vitam. Ferunt siquidem physici, quòd corpus hominis quadragesimo sexto die post conceptionis initium in membrorum distinctione formetur, atque ideo non casu gestum, sed diuinitus procuratum est, vt eo annorum templum ædificaretur, quo dierum numero corpus dominicũ quod per templum figurabatur in vtero virginali perfici oportebat. Quòd autem encenia per omnes annos celebrare sanctum est, hoc profectò nos admonet, vt memoriam dominicæ resurrectionis quam iam factam credimus, semper animo retinẽtes, nostram resurrectionem futuram sperando taliter agamus, vt non ad iudiciũ, sed sicut dominus his, qui bona egerint promisit, resurgere mereamur ad vitam.

b *Et ædificauerunt in te.* Ædificant sancti doctores montẽ Sion, quando sanctam ecclesiam verbo atque exemplo ad profectum virtutum prouocant. Per circumitum muros altos construunt, quando eam tutamine catholicæ fidei ac opere præcum vndique muniunt. Turres firmas erigunt, quando spem totam in Dei bonitate eam ponere præcipiunt.

c *Ne quando gen.* Eam more pristino conculcent, vt non malignorum. s. spirituum nequitia: vel prauorum hominum malitia eos amplius nocere præualeat. *Et collocauit* (inquit) *illic exer. vt s. eũ.* exercitum Sion ad seruandum eam locatur, cum ministrorum turba ad seruandæ legis Dei, ac sacramentorum cælestium ritum in ecclesia subministratur. *Muniunt eam ad cu. Beth.* cùm exhortationibus validis incitant ecclesiasticos, vt regulariter culturam obseruent diuinam. Bethsura enim domus robusti interpretatur.

d *Vt haberet po. mu. con. sa. Idu.* hoc est vt fidei constantiam seruet aduersus hostes spirituales, & contra furentis mũdi pertinaciam.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et statuit Iudas & fratres eius vniuersa ecclesia Is. vt ag. di. ded. *Iste est dies de qua dicitur, Ioan. x. e.* Encenia facta sunt in Ierosolymis & hyems erat. *Incipiebat enim hæc solennitas à vicesimaquinta die Casleu, cui respondet Nouember, & aliquando December in parte. Prima namque dedicatio tempore Salomonis facta fuit in Septembri. iij. Reg. viij. Alia in reditu Babylonica captiuitatis fuit in vere. Cætera patent vsque ibi.*

2 Vt haberet po. mu. con. *Sicut enim Esau persequebatur Iacob, Gene. xxvij. sic Idumæi ab Esau descendentes semper molesti fuerunt Iudæis descendentibus a Iacob.*

✠ Cap.

MORALITER.

✠ † *Et ædificauerunt.* Per muros altos circa montem Sion, significantur virtutes excellentes, quæ à philos. dicuntur hæroicæ, à theologis diuinæ, quæ debent esse in prælatis ecclesiæ, per turres firmas, sanæ doctrinæ, ad defensionem fidei Christianæ.

✠ Et

CAP. V.

A Et factum est. Irritantur gentes cum viderint culturæ Dei renouari facturam, quia siue hostes visibiles seu etiam inuisibiles, qui inuidiæ æstibus contra fidei ac virtutum profectum anhelant, irascuntur, cruciantur, ac persequuntur seruos Dei, ad nihilum eos redigere volentes, quando cõsiderant illos in altari rectæ fidei bonorum operũ restaurare velle obseruantiãm. Inde dicitur quod.

b *Cogitabant t. genus, &c.* quia clarescẽte in mũdo euãgelio Christi, & hominibus fidẽ Dei recipientibus, torquebantur persecutores, & pœnis eos tractantes inde auertere studebãt. Similiter & hostes spirituales cũ viderint aliquos ex desidia negligentię se restaurari velle in cultu pietatis moliuntur occidere, ac morte peccatorum trucidare. Sed Iudas fortiter cum scuto fidei hostibus resistens debellat filios Esau in Idumęa, quia chorus sanctorum doctorum idololatras qui spinetis vitiorum sunt asperrimi, & funestis sacrificiis atque luxuria mundana fœdissimi, gladio spiritus interimens, de cõtrariis efficit subiectos, ac de hostibus facit amicos.

✠ Iosephvs Heb. Factum est post dedicationẽ, vt abiret Iudas ad terram Ædom, & egressus est contra illum Gorgias & exercitus eius, & cùm fugerent à facie eius, persecutus est eos Iudas & commilitones eius, straníque in die illa de Idumæis viginti milia corporum.

c *Et eos qui e.* Hi qui in memoratis locis, hoc est in Arabathane & Bean habitabant & circumsedentes filios Israel in laqueũ & scandalum fuerunt insidiantes eis, significãt Iudæos atq; hæreticos, qui contra ecclesiam Dei scãdala & insidias semper disponunt. Sed tales à Iuda & sociis eius in turribus suis concludantur, cum in superbiæ suæ machinationibus per doctorũ industriam capiuntur, & errores eorum anathematizantur. Quorum turres incenduntur igni, cum omnibus qui in eis sunt, quãdo auctores scelerum & inuentores errorum pro peccatis suis, & nunc exuruntur ardore diuini sermonis, & in futuro examine, nisi condignam pœnitentiam antè egerint, igne concremabuntur perpetuæ vltionis.

CAP. V.

1 Et factum est vt audirent gentes in circumitu, quia ædificatum est altare, & sanctuarium sicut prius, iratæ sunt valde: & cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & cęperunt occidere de populo & persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane, quia circumsedebant Israëlitas: & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiãtes ei in via. Et concluſi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timothæum ducem ipsorum. Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos, & cœpit Iazer ciuitatem & filias eius, & reuersus est f in Iudæã. Et congregatæ sunt gẽtes, quæ sunt in Galaad aduersus Israelitas congregantur, vt tollant eos, cum multitudo hæreticorum atque schismaticorum ad hoc conuenit, vt scripturarum testimoniis secundum sensum suum deprauatis, expugnent catholicam fidem quæ est in sancta ecclesia. Galaad enim interpretatur acerius testimonij. Quod nomen bene conuenit his qui scripturarum meditationi insistũt. Sed fugiunt Israelitæ ☞ in mu

d *Erant in laqueum, & in scandalũ, &c.* ✠ Tertvl. Scandalum, nisi fallor, non bonæ rei, sed malæ exemplũ est, ædificans ad delictũ. Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam mentem.

e *Et transiuit.* Quid per filios Ammon (qui interpretatur filius populi mei) nisi schismatici & hæretici exprimuntur, qui quódam filij sanctæ ecclesiæ esse videbantur, sed inde recedentes, & in errorem se mittentes facti sunt filij diaboli. Vnde Ioannes Apostolus ait: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Si ergo essent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.* Hi habẽt Timotheum ducem, hoc est hæresiarchas, qui iuxta nominis sui interpretationem apud eos laudantur. Sed iuxta intelligentiæ veritatem, apud nos nequam esse deprehenduntur. Timothæus enim beneficus interpretatur. Sed hæc opinio de hæresiarchis apud deceptos est. Apud nos autem venefici melius, quàm benefici nuncupantur, quia maleficiis suis venenum erroris auditoribus suis miscent. Contra quos Iudas cõsurgens & superior existens victoriam capit, erroréque eorum destruendo, in Iudęam, hoc est in confessionem laudis Dei cum triumpho hostium regreditur.

f *Et congregatæ sunt gẽtes.* Gentes quæ sunt in Galaad aduersus Israelitas congregantur, vt tollant eos, cum multitudo hæreticorum atque schismaticorum ad hoc conuenit, vt scripturarum testimoniis secundum sensum suum deprauatis, expugnent catholicam fidem quæ est in sancta ecclesia. Galaad enim interpretatur acerius testimonij. Quod nomen bene conuenit his qui scripturarum meditationi insistũt. Sed fugiunt Israelitæ ☞ in mu

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

✠ 1 Et factum est. *Hic ponitur tertius conflictus Iudæ Antiochi tempore, quem habuit Iudas cum finitimis gentibus inuidentibus prosperitati Iudæorum, quæ facta est per Iudam & fratres eius. Propter quod Iudæos habitantes inter eos occidebant, & propinquos terminis suis inuadebant & obsidebant, propter quod Iudas & fratres eius contra gentes istas pugnabant. Circa quod sic proceditur. Quia primò ponitur afflictorum liberatio. Secundò aliquorum Israelitarũ præsumptio, ibi:* Et in diebus. *Prima in duos, quia primò ponitur conflictus Iudæ contra aliquos speciales aduersarios. Secundò cõtrà alios ex diuersis gentibus commistos, ibi:* Et congregatæ sunt gentes. *Circa primum præmittitur causa conflictus Iudæ in generali. cum dicitur.*

Et factum est, *i. Gentiles in circumitu Iudæ habitantes.*

2 Iratæ s. *Prosperitati Iudæorum inuidentes. Et simile habetur. j. Esd. iij. & Nehem. i ij.*

3 Qui erant in. eos. *Plures enim de filiis Israel fugientes persecutionem Antiochi Epiphanis, latenter inerant ad habitandum inter Gentiles prope Iudæam habitantes. Secundò ponitur conflictus Iudæ in speciali. Et primò contra Idumæos & Arabathaneos & filios Bean. Nam isti prout poterant Iudæis nocebant. Et patet litera vsque ibi.*

4 Anathema. *Sicut dicitur de Iosue, quòd anathematizauit vrbem Ierycho, Iosue vj. c. cuius habitatores omnes interfecit, & metalla quæ per ignem purgari poterant, diuino cultui deputauit pro necessariis tabernaculi, vnde anathematizatio est nomen Græcum. Et dicitur ab ana, quod est sursum, & thesis positio: quia talia separantur ab vsibus humanis, & deputantur cultui diuino.*

5 Et tran. ad fi. Am. *Isti etiam fuerunt molesti Iudæis quæmuis eis debuissent esse benenoli, eò quòd descenderant de Loth nepote Abrahæ.*

6 Et cœpit Iazer, &c. *i. villas sub dominio Iazer existentes.*

7 Congregatæ sunt gen. *Hic consequenter ponitur conflictus Iudæ contra aduersarios ex diuersis gentibus commistos. Circa quod primò ponitur causa conflictus. Secundò belli apparatus, ibi:* Vt autem audiuit. *Tertiò bellantium virtus, ibi:* Et abiit Simon. *Causa verò cõfligendi fuit oppressio Iudæorum à commistis gentibus in Galaad & in Galilæa: propter quod Iudæi in illis partibus positi petierunt à Iuda & eius fratribus adiuuari. Et patet litera paucis exceptis.*

✠ Et

MORALITER.

✠ 1 *Et factum est.* Sequitur: *Et debel. Iudas fi. Esau.* Quæ interpretatur terrena, ideo per istos significantur principes terreni tyrannizantes, cõtra quos bonus prælatus debet pugnare primò per monitiones sacras, & postea per ecclesiasticas censuras. ideò sequitur.

4 *Anathematiza. eos, &c. Et transiuit.* Qui interpretatur, populus meus, ideo per filios Ammon significantur hæretici qui fuerũt ecclesiæ filij, sed ab ea recesserunt per errorem circa aliquẽ vel plures plures articulorum fidei. j. Ioan. ij. c. *A nobis prodierunt, sed non ex nobis erant.* s. permanentes. Contra istos bonus prælatus vel doctor pugnat errorem eorum confutando per sacræ scripturæ veritatem, & si maneant obstinati, per ecclesiæ censuram eos excommunicando, & iustitię seculari tradendo.

7 *Et congregatæ sunt g.* Per quas significantur infideles in aliqua terra vel ciuitate cum fidelibus manentes, & quando incipiunt eos inducere ad suam infidelitatẽ, debent fideles recurrere pro consilio & auxilio habendo ad superiores suos, sicut isti recurrerunt ad Iudam & eius fratres.

✠ Et

uersus Israëlitas qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos
& fugerunt in Datheman munitionem, & miserunt literas 1
ad Iudam & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt aduer-
sum nos gentes per circumitum, vt nos auferant, & parant
venire & occupare munitionem in quam confugimus: & 2
Timothæus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eri-
pe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis.
Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin interfecti
sunt, & captiuas duxerunt vxores eorum & natos & spolia,
& peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistolæ lege-
a bantur. Et ecce alij nuntij venerunt de Galilęa, conscissis tu- †
nicis nunciantes secundum verba hæc, dicentes conuenisse
aduersum se à Ptolomaide & Tyro & Sidone, & repleta est 3
omnis Galilæa alienigenis, vt nos consumant. Vt audiuit au- 4
b tem Iudas & populus sermones istos, conuenit ecclesia ma-
gna cogitare quid facerent fratribus suis qui in tribulatione
c erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque Iudas Simoni fra- †
tri suo: Elige tibi viros, & vade & libera fratres tuos in Gali-
læa, ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galadi-
thim. Et reliquit Iosephum filium Zachariæ & Azariam du-
ces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam, &
præcepit illis, dicens: Præestote populo huic, & nolite bel-
lum committere aduersus gentes, donec reuertamur. Et da- 5
ti sunt Simoni viri tria milia vt iret in Galilæam, Iudæ autem
d octo milia in Galadithim. Et abiit Simon in Galilæam, & cõ- 6
e misit prælia multa cum gentibus. Et contritæ sunt gentes à
f facie eius, & persecutus est eos vsque ad portam Ptolomai-
g dis. Et ceciderunt de gentibus ferè tria milia virorum, & ac-

A in munitionem, cum fideles, quique ad fidei confugiunt veritatem, auxiliúmque sibi afferri poscunt à Iuda & fratribus eius, quia euangelio Christi per sanctorum prædicatorum ministeria defendi gestiunt contra Timothæum spiritalem (de quo suprà diximus, & socios eius. Quòd autem conqueruntur Israelitæ de interfectione suorum & captiuitate, ostendit non modicum apud fideles esse gemitum, quando viderint aliquos suorum à veritate secedere, & in errorem prauorum corruere.

Rabbanus. a *Et ecce alij.* Illi qui de variis locis alienigenæ cõuenerunt ad consumendum populũ Dei manifestè designant gentium plebes quæ in infidelitate adhuc sunt bella ac persecutiones aduersus Christianos commouere. Sed auditis sermonibus quos diuersæ legationes ad Iudam & socios eius detulerunt.

b *Conuenit ecclesia magna, &c.* Quia totius B sanctæ ecclesiæ solicitudo ac cura est maxima, quomodo contra diuersos hostes, hoc est Iudæos, paganos, hereticos atque schismaticos filios filios suos defendat. Hoc quoque prudenti consilio ac toto nisu cum his qui eruditiores ac fortiores videntur esse in fide ac virtutum opere agit, qualiter hostibus resistat, & suos opportunè defendat.

L.3. de bello Iud. c.2. ✲ IOSEPHVS. Duæ sunt Gallileæ quæ super & inferior appellantur, eásque Phœnice & Syria cingunt. Discernit verò ab occidente Ptolemais territorij suis finibus, & quondam Galilæorum, nunc autem Tyriorum mons Carmelus, cui coniuncta est Gabaa equitum ciuitas, quæ sic appellatur eò quòd equites ab Herode dimissi coloni eò deducebantur. A Meridie autem Samaritis & Scythopolis vsque ad flumen Iordanem, ab Oriente verò Hippene & Gadaris sed & Gaulanitis definit: qui etiam regni Agrippæ fines sunt, &c.

C c *Dixitque Iudas.* Sicut diuersæ sunt impugnationes ecclesiæ ab hostibus, sic distincta debent esse prælia spiritualium bellatorum. Dirigitur Simon in Galilæam cum tribus milibus viris, sicut in sequentibus ostenditur, vt liberet fratres suos. Iudas autem & Ionathas eunt in Galaadithim cũ octo milibus. Et quid per Simonem, qui in Galilæam, hoc est rotam mittitur, nisi prædicatores in gentes directi insinuantur? Qui cum tribus milibus, hoc est, cum plurimis sententiis de sanctæ Trinitatis fide prolatis contra aduersarios ire parantes per euangelicam prædicationem hostes deiicere, & credentes liberare decertant. D Iudas autem & Ionathas illos doctores exprimunt, qui in Iudæa verba Dei prædicantes, & siue Iudæos, siue etiam hæreticos scripturarum testimoniis abutentes, per veritatem sani intellectus debellare student. Et nota quòd cõtra Gentiles solus Simon cum suis mittitur. Contra Iudæos autem & hæreticos duo pergere cum pluribus moliuntur, quia in Gentibus sola idololatria cum errore paganico debellanda erat. In Iudæis quoque & hæreticis, partim veteranus vsus, partim noua superstitio per duorum testamentorum spiritalem scientiam corrigenda fuerunt. Vbi octo milia virorum sumuntur, quia ibi siue circuncisio legis spiritaliter obseruanda, siue resurrectio Christi veraciter credenda esse docetur. E

Nota. d *Et abiit Si.* Committit Simon prælia multa cum gentibus cum prędicatores sancti per totum mundum idololatriam, & confusiùs gẽtium debellare certãt errores.

e *Contritæ sunt gentes.* Cum pertinacia resistendi euangelio Dei deponunt.

f *Persecutus est eos vsque ad por. Ptolo.* Cum in suis adinuentionibus, quibus per studia vana machinabantur contradicere verbo Dei ipsa veritate superati capiuntur atque confessioni rectæ fidei subiiciuntur. Vnde aptè subiungitur. F

g *Et ceciderunt de gentibus ferè tria milia virorum.* Qui de superbiæ nequissimo statu in peccatorum pœnitentiam decidentes, melius per fidem rectam resurgendo in bonorum operum statu erigi merentur. Quorum spolia accipit Simon, cùm quicquid in literarum scientia vel inuestigatione veritatis elaborauerunt, totum in seruitium Dei doctor catholicus conuertere studet. Vnde plurimi eorum qui liberalibus artibus sub Gentili conuersatione instituti fuerunt, ad dogma catholicum conuersi gloriosissimè effulserunt.

☞ Illos

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et fugerunt in Dath. *sic nominabatur illa munitio.*
2 Et Timothæus est dux exe. eo. *qui erat homo bellicosus & Iudæis molestus.*
3 Ptolo. *ciuitatem quæ postea dicta est Achon.*
4 Vt audi. au. *Hîc consequenter ponitur belli apparatus. Habito enim consilio Iudas cum vna parte exercitus iuit ad liberandum Iudæos qui erant in Galaad, & Simon cum alia parte adliberandum eos qui erant in Galilæa, & Iosephum filium Zachariæ & Azariam reliquit Iudas cum residuo exercitu in Iudæa pro custodia populi manentis in sua absentia.*
5 Et dati sunt Simoni vi. *Quia cum paucioribus aduersariis habebat confligere quàm Iudas.*
6 Et abiit Si. in Ga. *Hîc consequenter ponitur bellantium virtus, & primò Simonis & sui exercitus. Et patet litera vsque ibi.*

✲ Et

M O R A L I T E R.

✝ † *Et ecce, &c. de Ga.* Quæ interpretatur transmigratio: ideo significat religionem in qua fit transmigratio de vita seculari ad regularem, & quando impugnãtur ab hominibus malis vel spiritus malignis, ita quòd imminet periculum cõmunitati, recurrendum est ad superiores pro tuitione habenda, sicut fecerunt isti manentes in Galilæa.
† *Dixitq; Iud. Si. f. su. Elige ti. v.* Per hoc ostenditur, quòd ecclesiæ doctores & prælati debent succurrere velociter existentibus in periculo peccati, siue laici sint siue religiosi.
6 *Et abiit Simon,* Simon autem interpretatur audiens siue obediens. Et ideo per hoc quòd iuit ad succurrendum Galilæis, significatur

✝ gnifica

a cepit spolia eorum. Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa & in 1
Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus, quæ erant in illis,
b & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Macha- 2
bæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, & abie-
runt viam trium dierum per desertum. Et occurrerũt eis Na-
buthæi, & susceperunt eos pacificè, & narrauerunt eis omnia,
quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide: & quia multi
ex eis comprehensi sunt in Barrasa & Bosor, & in Alimis, &
in Casphor, & Mageth, & Carnaim. Hæ omnes ciuitates mu-
nitæ & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenẽ-
tur comprehensi. Et in crastinum constituerunt admouere 3
exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in
c vna die. Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum
Bosor repẽte, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem mas-
culum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succen-
dit eam igni. Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad mu- 4
d nitionem. Et factum est diluculo, cùm eleuassent oculos suos,
& ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes
scalas & machinas, vt comprehenderent munitionem, & ex-
pugnarent eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor 5

☞ A a *Illos autem, qui erant in Galilæa cum vxoribus & natis & omnibus, quæ erant cum illis, adduxit in Iudæam cum lætitia magna.* Cum catholicos quoslibet seculi actibus implicitos per doctrinam euangelij inde eruens ea, quæ sunt Dei tota solicitudine, totoq; nisu appetere docet.

b *Et Iudas Machabæus, &c.* Contra eos qui captiuos Iudæos in Galaaditide tenuerunt, Iudas Machabęus & frater eius Ionathas cũ comitibus suis directi transierũt Iordanem. *Et abierunt viam trium dierum per deser.* Ita prædicatores sancti ad conuocãdos homines ad fidem Christi & ad expugnandos Iudaicos atq; schismaticos errores in mundum directi. Primùm trans- B eunt Iordanem cum per baptismi sacramentum de tenebris infidelitatis in gratiã Christi primum trãseundum docent. Attestante ipsa veritate, Ioan. 3. a. quòd *nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non poßit introire in regnum Dei.* Deinde viã trium dierum per desertum abeunt: quia sanctę Trinitatis fidem, quam in baptismate fideles quique profitentur, toto tempore incolatus ipsius mundi cum bonis operibus obseruandam esse affirmant.

Raban. Quòd autem Nabuthæi occurrerunt eis pacificè, & narrauerunt, quæ acciderant fratribus in Galaaditide, significat, quòd dicta sanctorum prophetarum doctoribus sanctis opportunè solatium conferunt, cùm omnia, quæ credentes in Christum passuri sunt tormenta, attestatione sua manifesta faciunt. Na- C buthæi enim prophetantes interpretantur, erroréśque quos filij perditionis contra veritatem euangelij Christi opponere machinantur, vero vaticinio prædicunt. Vnde Osee: Osee 10. b. *Vaccas Bethauen & habitatores Samariæ insequitur.* Amos 4. b. Et Amos: Sacrificantes de fermentato laudem vituperat, necnon eos, qui conuertunt in absynthium iudicium & iustitiam, & accipiunt munus, deprimuntque pauperes in porta, detestatur.

Quòd autem comprehensos esse quosdam ex Iudæis in Barasa & Bosor, Nabuthæi indicant: Bene nominis eorum interpretatio effectum rei exprimit. Interpretatur enim Barasa & Bosor, tribulatio vel angustia, quia omnes iuxta Pauli vocem, 2. Tim. 3. c. *qui volunt piè viuere in Christo persecutionem patiuntur,* nec effugiet hæreticorum iniuriam, qui sanæ fidei seruare contendit Apoc. 9. b. doctrinam. Quos Ioannes apostolus in Apocalypsi sua cruciatum facere (sicut cruciatus est scorpionis, cùm percutit hominem) describit, quia sicut scorpiones venenum in cauda portant, ita hæretici in consummatione fraudis malitiam occultant, quò magis incautos non aperta fronte, sed latentibus insidiis noceant. D

c *Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repente, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, &c.* In superioribus narrat ciuitates Galaaditidis, in quibus cõprehensi sunt Iudæi, munitas fuisse & magnas, quas Iudas statuit in vna die comprehendere & tollere, quia per vnitatẽ fidei prædicatores sancti destruere disponũt omnes munitiones falsarum doctrinarum, quas hæretici constituunt ad decipiẽdas animas innocentum, & captiuandas erroribus suis. E

Nunc autem dicit Iudam in deserto Bosor occupasse ciuitatem, & occidere omnem masculum in ore gladij, & auferre spolia eorum & succendere eam igni, quia hoc magnopere student sancti doctores, vt occupata munitione hæreticorum omnem vigorem iniquarum sectarum quem per mundi philosophiam & inanem fallaciam † constituunt gladio spiritussancti (quod est verbum Dei) destruant, quatenus id quod per ostentationem suam illi finxerunt esse præcipuum, isti demonstrent nugas esse & friuolum. †construũt. Accipiunt autem spolia eorum, cùm testimonia scripturarum sanctarum, quibus illi abusi sunt, ab eis quasi ab iniustis possessoribus auferunt, ipsamque † confessionem iniquarum doctrinarum, quam illi nequiter composuerunt, per ignem iustæ vltionis anathemate perpetuo comburunt. †cõfectionem. F

Quòd autem sequitur, quia surrexerunt inde nocte, demonstrat eos fuisse in tenebris erroris sui relictos.

d *Et factum est diluculo, cùm eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas, &c.* Quid per scalas atque machinas gentium nisi exaltatio atque contumacia superborum exprimitur, per quam ecclesiam Christi expugnare & subuertere cupiunt. Sed Iudas noster, qui totum apparatum belli in luce disponit, tribus ordinibus contra eos pugnat, hoc est sanctæ trinitatis fide, siue triplici dogmate, id est, historico, allegorico, atque tropologico. Exclamat tubis in cælum, qui forti prædicatione exaltat vocem, & intimo cordis clamore Deum auxiliatorem aduocat in oratione.

☞ a Et

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus, &c. *vt essent magis remoti ab aduersariis, & per consequens magis tuti.*
2 Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, &c. Diuisio *Hîc consequenter ponitur virtus Iudæ & eorum, qui cum eo erant. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur aduersariorum debellatio. Secundò Iudæorum assecuratio, ibi:* Et congregauit Iudas. *Prima in duas secundum duplicem Timothæi debellationem. Secunda ibi:* Post hæc autem verba. *Circa primam partem patet litera vsque ibi.*
3 Constituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos, &c. *id est, ipsum applicare ad inuadẽdum.*
4 Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem. *Vt ex improuiso irruerent super eos, qui obsederant Iudæos inclusos in munitione.*
5 Et vidit Iudas, quia cœpit bellum, & clamor ascendit ad cælum sicut tuba, &c. *Ad capiendum dictam munitionem.*

✲ 1 Et

M O R A L I T E R.

✝ gnificatur, quòd talis reformator debet mitti, qui sciat eos inducere ad obediendum humiliter in his, quæ pertinent ad statum religionis, & sic habetur triumphus de spiritibus malignis, Prou. 21. *Vir obediens loquetur victorias.*
2 *Et Iudas Machabeus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, &c.* De Iuda Machabæo dicitur su. 2. cap. quòd erat fortis viribus, propter quod factus est princeps militiæ, Ionathas verò interpretatur donum columbæ, propter quod significat hominem sapientem, quia sapientia est primum & principale donum spiritussancti, qui per columbam designatur. vnde dicitur, Isa. 11. a. *Et requiescet su. eũ spiritus sap. & in.* Per hoc igitur, quòd Iudas Machabęus & Ionathas iuerunt ad reprimendũ infideles, significatur, quòd ad eos mittendi sunt homines literati, qui reprimant eos ab infidelitate per donum sapientiæ. Quòd si non fiat procedatur contra eos per robur militiæ, sicut dicitur hic diffusè de infidelium debellatione multiplici per robur militiæ Iudæ Machabæi.

A a *Et cognouerunt castra Timothæi, quia Machabæus est, &c.* Castra Timothæi cognito Machabæo fugerunt à facie eius, quia hæretici agnita virtute & veritate domini nostri Iesu Christi perterriti fugiunt, & percutiuntur plaga magna, quia in eis secundum iustitiam per doctores sanctos exercetur anathematis vindicta. Caduntque ex illis ferè octo milia virorum, cum omnis cumulus errorũ quo cõtra veracem intellectum spiritalis circuncisionis, seu cõtra fidẽ resurrectionis domini nostri Iesu Christi & membrorũ eius contraire moliebantur, ipsa veritate vincente destruitur. Hic est, quòd saluator in euangelio soluens typicum sabbathũ, prima sabbathi, quæ & octaua dies est post septimã, resurrectionis suæ nobis patefecit sacramẽtum. B Hinc & Paulus apostolus docet circũcisionem, *non manufactam in expoliatione corporis carnis, sed spiritu Dei viui in cordibus credentium agi debere.* vnde & lex vetus præputium cordis docuit esse circũcidendum. (Colos. 2. b.)

b *Post hæc autẽ verba congregauit Timothæus, &c.* Postquam autem Timotheus semel atque iterum victus est, non cessauit C augere nequitiã suã, sed multiplicauit malitiam denuò instaurans exercitum contra Iudam & socios eius, quia hæreticis non satis est semel atq; iterum in paruo numero contentiones agere, sed noua aduersus ecclesiam semper excitant bella, ac perfidiæ suæ multiplicia effundunt venena, castra ponunt contra Raphon trans torrentem, quia summo nisu superbiæ suæ excitant furorem, mouéntque bellorum tẽpestatem. Necnon & Arabas, qui interpretantur campestres ducunt in auxilium, quia voluptuosos, qui luxuriam huius seculi sequuntur, in auxilium erroris sui assumunt. Vnde & Iouinianistæ non mediocrem contra ecclesiam erroris sui extraxere nequitiam. Sed Iudas horum mittit speculari exercitum, cum doctores sancti auditores suos admonent prauorum præcauere tumultũ, ne fraudis suæ † astum ad internecionem simplicium perducant animarum. († actum.)

Quòd autem Timothæus quasi collecturam faciens ait principibus exercitus sui. Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior non poterimus sustinere eum, quia potens poterit aduersum nos. Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum, ostendit, quòd omnes hæretici fiduciam atque constantiam pertimescunt rectè credentis populi, & eos se infirmiores agnoscant, quo illos in vnitate fidei considerant fortiores. Si autem aliquos de catholicis prospexerint in cogitatione legis Dei, atque in exercitio boni operis fieri tardiores, horum sibi triumphum atque captiuitatem pollicentur gratulantes. D

belli ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciui-
tate. Et dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratribus vestris.
Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis & 1
a clamauerunt in oratione. Et cognouerunt castra Timothæi,
quia Machabæus est, & refugerũt à facie eius. Et percusserunt
eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo milia
virorum. Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit & cepit 2
eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius,
& succendit eam igni. Inde perrexit & cepit Casbon, & Ma-
b ged, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hæc autẽ 3
verba congregauit Timothæus exercitum alium, & castra po-
suit contra Raphon trans torrentem. Et misit Iudas speculari
exercitum, & renunciauerunt ei, dicentes, quia conuenerunt
ad eum omnes gentes, & in circumitu nostro sunt. Et exerci-
tus multus nimis. Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, &
castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in præ-
lium. Et abiit Iudas obuiam illis. Et ait Timothæus principi- 4
bus exercitus sui: Cùm appropinquauerit Iudas & exercitus
eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, non potue-
rimus sustinere eum: quia potẽs poterit aduersum nos. Si verò
timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, tranfrete-
c mus ad eos, & poterimus aduersus illum. Vt autem appropin-
quauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus 5
torrentem, & mandauit eis dicens: Neminem hominum reli-
queritis, sed veniant omnes in prælium. Et transfretauit ad il- 6
d los prior, & omnis populus post eum. Et contritæ sunt omnes

c *Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ.* Transiens Iudas torrentem aquæ statuit scribas populi, qui turbam post se exhortarentur ire in prælium. (Rabba.) Cum redemptor noster audiens passionem crucis, apostolos ordinauit, qui credentes in se doceret cõtemnere tormentum corporeæ mortis, & confidere de potentia supernæ virtutis. Vnde est illud quod in euãgelio discipulis præcepit, dicens: *Cum audieritis prælia & seditiones, nolite terreri.* (Luc. 21. c. Matt. 10. c.) Et iterum: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam:* Et iterum. *In patientia* (inquit) *vestra possidebitis animas vestras. Qui autẽ perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* (Lucæ 21. d. Matt. 10. c.) E Et alibi: *Beati* (ait) *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorũ est regnum cælorum.* (Matth. 5. a.) Hinc bene subiungitur: Trãsfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, quia oportebat, vt mediator Dei, & hominum primũ passionis suæ expleret mysterium, & sic eius exemplo confortati iure cum pro ipso patiendo mortem contemnere discerent ex vniuersis gentibus fideles. F

d *Et contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, &c.* cum diuersi hominum potentia virtutis Dei conteruntur errores. Proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod est in Carnaim, cum desertis contentionum obstaculis, persecutores veritatis resistere non audentes in delubris errorum suorum se condendo inde quærunt tutelam, vnde habent ruinam. Carnaim autem interpretatur cornua. Cornua verò aptè pro regno atque defensione accipi possunt. Sed non adiuuit eos eorum opinio, imò fefellit, quia occupauit Iudas ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus, quæ erant in ipso, quando non solum omnem machinationem errorum hæreticorum atque persecutorum destruit, imò omnes, qui est eo confidunt saluator noster igne iustè comburit vltionis. Vndè dominus in Deuteronomio præcepit, dicens: (Deut. 13. c.) *Si audieris in vna vrbium tuarum quas dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuæ, atque dixerunt: Eamus & seruiamus dijs alienis quos ignoratis, quære solicitè & diligenter rei veritate perspecta. Si inueneris certum esse quod dicitur & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniáque quæ in illa sunt vsque ad pecora.* Quidquid etiam

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis & clamauerunt in oratione. *Diuisit enim exercitum suum in tres partes, irruens super aduersarios à tergo.*

2 Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & sumpsit spolia eius, &c. *Aliqui libri habent Masphat, & Malè, quia Masphat est locus in Iudæa, in quo fuerunt congregati Iudas & populus ad dominum deprecandum suprà 3. cap.*

3 Post hæc autem verba congregauit Timothæus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans torrentem. *Hic consequenter ponitur secunda Timothæi debellatio. Et patet litera vsq; ibi.*

4 Et ait Timothæus principibus exercitus sui, &c. *Erat enim sortilegus, & per hoc factum sortilegij auerat de victoria sui contra Iudam vel econuerso.*

5 Statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis dicens. *Isti enim habebant in scriptis nomina bellatorum, & per hoc poterant scire si omnes transirent.*

6 Transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. *Vt daret alijs audaciam transeundi.*

1 Et

A *etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendens, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus.*

(Lib. 5. hist. Iud. c. 13.) ✠ IOSEPHVS Hebr. Iudas consecratus ad bellum, transito Iordane, venit in Galaad ad Timotheum, inuenítque eum oppugnantẽ ciuitatem, quæ sita erat in monte Galaad, & inierunt vtrique prælium magnum, stantibus istis aduersus illos. Habebat autẽ Timotheus secum populum multum & robustum, Iudas autem habuit paucos viros. Et clamans ad dominum de profundo certaminis, eleuánsque oculos suos, vidit quinq; iuuenes sedentes super equos, quorum indumenta erant aurea, & duo ex eis stabant pro Iuda, vnus stans ab vno, & alius ab alio latere, defendẽtes eum clypeis suis, & tres pugnabant aduersus Timotheum. B Factũ itaque est cùm vidisset eos Iudas, cognouit eos è cælo missos pro auxilio fidelium, & confortans adolescentes suos vim fecit exercitui Timothei, percussítque de exercitu eius viginti millia & quingentos. Fugientéque inde Timotheo per viam Iordanis, persecutus est eum Iudas, insequendo & cædendo. Et cùm hinc quoque fugeret ad litus maris, peruenit ad Gazam, vbi instaurauit bellum, quoniam collectæ sunt ad eum omnes copiæ Palestinæ. Iudas verò appropinquans loco illi, irruit in eum more leonis, qui irruit in greges ouium, & vertens Timotheus tergum suum ad fugam, dispersi sunt ab eo omnes milites eius, quos insequentes milites Hasmonaim, percusserunt eos atque contriuerunt vsque ad internecionem, &c.

(Rabba.) a *Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, &c.* Iudas, Israelitas de Galaaditide congregat, cùm redemptor noster per doctores suos verbo euangelij eos, qui ab hæreticis capti sunt, ad catholicam fidem reuocat: hoc est enim venire in terram Iuda, rectà fide & bonis operibus Deum laudare.

C b *Et venerunt vsque ad Ephron.* (Varia vitiorum prælia.) Diuersa gentium prælia, varia vitiorum atque errorum significant bella. Diximus, quòd gentes illæ, quæ fuerunt in terra Galaad & Israelitas captiuare contendebant, significarent hæreticos atque Iudæos. Sed modò his oppressis, qui fuerunt in Carnaim, iterum illi, qui fuerunt in Ephron resistere Iudæ & sociis eius moliuntur, quia contritis diuersis hæreticis, adhuc illi, qui literam sequuntur veteris testamenti, aditum spiritalis intellectus aperire nolunt. Quid enim per Ephron (quæ puluis mœroris, siue puluis inutilis interpretatur) nisi superuacua obseruantia legis, temporibus gratiæ insinuatur? In qua Iudæi confidentes se includunt, & obstruunt portas lapidibus, qui vmbræ dediti, historicam traditionem legis (quæ in lapidibus scripta est) euangelij prædicatoribus opponunt, nec consentiunt ab ea vllo modo diuelli, D nec alios rectiorem sensum concedunt sequi. Vnde ipsa veritas ad tales in euangelio ait: *Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* (Lucæ 11. g.) Sed mittit *ad eos Iudas ver. pacificis,* dicens.

gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad 1
phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatem,
& phanum succendit igni cum omnibus, quæ erant in ipso. Et
oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem
a Iudæ. Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant in 2
Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum,
& natos, & exercitum magnum valdè, vt venirent in terram
b Iudæ. Et venerunt vsque Ephron, & hæc ciuitas magna in in- 3
gressu posita munita valdè. Et non erat declinare ab ea dextra
vel sinistra, sed per mediam iter erat. Et incluserũt se, qui erant 4
in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos 5 6
c Iudas verbis pacificis, dicẽs: Transeamus per terram vestram,
vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit: tantum
d pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire. Et præcepit Iu- 7
das prædicare in castris, vt applicarent vnusquisque in quo 8
erat loco. Et applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciui-
tatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in ma-
nu eius. Et peremerunt omnem masculũ in ore gladij, & era- 9
dicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totam ci-

c *Transeamus per terram vestram, vt eamus in terram nostram, & nemo vobis nocebit: tantum pedibus, &c.* Quia prędicatores sancti iuxta mandatum domini primum pacem offerunt aduersæ parti, vt fiat illud quod scriptum est: *Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra. Sin autem, ad vos reuertetur.* (Luc. 10. a.) *Transeamus* (inquiunt) *per terram vestrã, vt eam. in ter. nost.* Ac si dicant: legamus librorum vestrorũ historiam, vt ibi allegorico sensu promissam in cælis reperiamus nobis patriam. E Et nemo vobis nocebit, quia noster transitus innoxius vobis erit. Tantũ pedibus transibimus, quando gressu bonorum operum regnum supernum adire cupimus. Qui nolebant aperire, cùm in tradita sibi lege nolebant cum euangelij prædicatoribus communicare.

d *Et præcepit Iudas.* Quid est, quòd Iudas prædicare præcepit in castris, vt applicarent ad ciuitatem vnusquisque, in quo erat loco, nisi quòd doctores sancti auditoribus suis liberam in scripturis sacris tribuunt intelligentiam, & vnusquisque quod in lectione diuina siue per allegoriam, siue per tropologiam, siue per anagogen iuxta votum desiderij sui sibi aperiri quærit, superna gratia annuente intrandi accipiat facultatem.

Et nota, quòd viri virtutis ibi applicare dicuntur, & oppugnare ciuitatem tota die & tota nocte, quia nisi quis virtutis sit, vt id opere implere desideret, quod didicerit magistrorum F traditione, & instanter legem Dei meditatur tota die & tota nocte, hoc est omni tempore, victor prædictæ ciuitatis non erit. Vnde in Psalmista beatum virum ait, *Qui in lege domini meditatur die ac nocte, & non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* (Psal 1. a.) Quòd autem dicit peremisse eos omnem masculum in ore gladij & eradicasse ciuitatem, sicque accepisse spolia eius cum transirent per totam ciuitatem super interfectos, & deinde transgredi Iordanem, ostendit nobis, vt si legis domini velimus esse possessores, & eius spolia, hoc est diuersos intellectus secundum fidem rectam percipere studeamus, primum conterere superficiem literæ, & condemnare omnes hæreticorum errores, sicque transgrediamur Iordanem in campum magnum, hoc est per baptismi mundationem, in libertatem gloriæ transeamus, vbi nobis *luceat sol iustitiæ, in cuius pennis vera est sanitas, qui & illuminat abscondita tenebrarum, & reuelat occulta mysteriorum,* his qui eum non

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et proiecerunt arma sua, &c. *Vt fugerent magis expeditè.*

2 Et congregauit. *Postquam descripta est aduersariorum debellatio, hic consequenter describitur Iudæorum assecuratio. Nam liberatos ab obsidione noluit inter aduersarios dimittere, sed adducere eos in Iudæam, vt essent ibi tuti. Et patet litera vsque ibi.*

3 Et venerunt vsque Ephron, &c *Vbi ponitur impedimentum superueniens in via. Nam habitatores Ephron negauerunt eis transitum per suam ciuitatem, & non poterant transire per aliam viam. Ideo subditur.*

4 Sed per mediam. *scilicet, ciuitatem Ephron.*

5 Iter erat. *scilicet, Iudæ & populo eius.*

6 Et obstruxerunt. *Id est, murauerunt eas.*

7 Et præcepit Iudas prædicare. *Id est, per præconem dicere.*

8 Vt applicarent. *id est, vt stultum facerent contra ciuitatem.*

9 Et eradicauit eam, &c. *id est, subuertit.*

1 Et

MORALITER.

✠ 2 *Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant, &c.* per hoc quòd Iudas eduxit filios Israel de Galaad, vbi erant in periculo propter infideles circunstantes & adduxit eos in terram Israel cum fratribus suis, ostenditur, quòd quilibet bonus superior si videat subditos suos esse periculosè quantum ad fidem vel mores in aliquo loco, debet eos ad locum securitatis transferre.

non simulationis fictione, sed fidei requirunt veritate. vnde sapientia admonet, dicens: *Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærite illum, quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum.* (Sapien. 1.a.) *Peruersæ enim cogitationes separant à Deo, probata autem virtus corripit insipientes, quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* (Ibidem.)

Rabban. a *Et erat Iudas, &c.* Quod Iudas regrediens cũ exercitu suo in terra Iuda congregans extremos, exhortabatur populum per totam viã donec venirẽt in terram Iuda, doctores sanctæ ecclesiæ suo exẽplo instruit, qualem solicitudinem quantumq; studium debeant habere erga subiectos, vt in via præsentis vitæ verbum exhortationis illis impendere non negligant, sed docendo, admonendo, increpando, atq; consolãdo semper eis prodesse studeãt, nullúmque relabi à suo comitatu atq; deperire, quantum in ipsis est permittãt, sed magis festinent, vt conseruato numero in suam curam susceptorum, læti in terram Iuda iuxta Pauli sententiam, *ad montem Sion ac ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem ac multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium dominum reuertantur*, eique tunc dignis laudibus gratias agant, cuius dono ad sedem quietis ac pacis peruenire poterunt. (Heb. 12.f.)

Ecclesiæ doctores qua loce fulgere debent Christifidelibus. † fugit.

b *Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas, &c.* Quid per hos duos principes, Iosephum, scilicet, & Azariam, qui æmulatione virtutum Iudæ prouocati, per iactantiam sibi nomen in præliis acquiri voluerunt, nisi hypocritarum persona designatur, qui non simplici intentione, sed fastu arrogantiæ virtutes sanctorum imitari appetunt? Sed sicut illis non prosperè euenerunt ea, quæ non bono animo gesserunt, ita & istis de conatu suo non vera gloria, sed sempiterna sequitur ignominia, quia de suorum non merentur victoria gaudere, sed magis lugebunt de sua suorúmque damnatione perpetua. vnde rectè subiungitur.

c *Et facta est plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam fratres eius, &c.* Meritò ergo magnæ plagæ pariter casum, qui non Iudæ spiritalis salubre audit consilium, & quia non erant de numero electorum, qui spiritu Dei instigati opera virtutum gerunt, pro sua impudenti audacia turpiter confusi in extremis cum peccatoribus gemunt.

Rabba. d *Et viri Iuda magnificati sunt valdè &c.* ✠AMBROSIVS. In Græco gentilem significat Paulus, in Iudæo verò eum, qui ex genere sit Abrahę. (In 1. c. ad Rom.) Nam Iudæi ex tempore Iudæ Machabæi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegiis gentium, & fiducia Dei collegit populum, & defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron.

Benè dicitur, quòd viri Iuda magnificati sunt valdè in conspectu omnium gẽtium, quia illi, qui rectè fidei veram ita tenent confessionem, vt id impleant opere quod prædicant ore, meritò omnium gentium voce laudãtur, & veniunt ad eos fausta acclamantes, hoc est seruos Dei pro custodia mandatorum eius beatificantes, laudes Iudæ referũt regi cælesti, iuxta illud Psalmistæ, quo consideratis bonis ecclesiæ, ait: *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius est dominus Deus eorum.* (Psal 245.c.) Hinc & saluator noster in euangelio discipulis suis præcepit, dicens: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* (Matt. 5.b.)

e *Et exiuit Iudas & fratres eius & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum, &c.* Quid per Esau, qui per cupiditatem escæ vendidit primogenita sua minori fratri Iacob, nisi prior populus, qui propter cupiditatem terrenam, indignum se primogeniti honore ostendit. (Gene. 25.d. Ioan. 1a.) Et ob hoc dignitas tota ad gentium populum translata est. Et benè in terra, quæ ad Austrum & filij Esau manere dicuntur, Iudaicus populus propter acceptam legem & scripta prophetarum, quæ illis tradita sunt, appropinquare videbantur lumini solis æterni. Sed quia mente excæcati sunt, & iuxta lucem positi illam videlicet lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, eam coram po-

uitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in
a campo magno contra faciem Bethsan. Et erat Iudas congre 1
gans extremos, & exhortabatur populum per totam viam,
donec venirent in terram Iuda. Et ascenderunt in montem
Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd 2
b nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. Et in die- 3
bus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon
frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Io- †
sephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis res bene 4
gestas, & prælia, quæ facta sunt, & dixit: Faciamus & ipsi nobis 5
nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, quæ in circumitu
nostro sunt. Et præcepit his, qui erant in exercitu suo, & abie- 6
runt Iamniam, & exiuit Gorgias de ciuitate & viri eius ob-
uiam illis in pugnam. Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque
in fines Iudææ, & ceciderunt illa die de populo Israel ad duo
c milia viri. Et facta est † plaga magna in populo: quia non au-
dierunt Iudam & fratres eius, existimantes se fortiter factu-
ros. Ipsi autem nõ erant de semine virorum illorum, per quos 7
d salus facta est in Israel. Et viri Iuda magnificati sunt valdè in 8
conspectu omnis Israel & gentium omnium, vbi audiebatur
nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. Et 9
e exiuit Iudas & fratres eius & expugnabant filios Esau in ter-
ra, quæ ad austrum est, & percussit Chebron & filias eius, &

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum, &c. *Faciebat enim vltimam custodiam, ne aliquis ex debilitate seu alia occasione remaneret post armatos, & ab aduersarijs insidiantibus caperetur.*

2 Et obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset, &c. *id est, quòd bellatores sani redierant & integro numero.*

3 Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad. *Hic consequenter describitur quorundam Iudæorum præsumptio, scilicet, illorum, qui in absentia Iudæ & fratrum suorum remanserant ad populi custodiam, & præsumentes de sua virtute exierunt ad præliandum cum Gentilibus contra Iudæ prohibitionem, quæ habetur suprà. Et patet litera vsque ibi.*

4 Et Azarias princeps virtutis res benè gestas, & prælia, &c. *id est, partis exercitus, quæ remanserat ad custodiam Iudæ tantum, & non ad bella contra extraneos concitandum.*

5 Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, &c. *Ex quo patet, quòd mouebantur ex præsumptione & laudis cupiditate.*

6 Et abierunt Iamniam, & exiuit Gorgias de ciuitate & viri eius obuiam, &c. *vbi habitabat Gorgias cum exercitu suo.*

7 Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, &c. *Id est, Matathiæ & filiorum suorum & consanguineorum eorum.*

8 Et viri Iuda magnificati sunt valdè in conspectu omnis Israel, &c. *Propter crebras & magnas victorias.*

9 Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. *id est, eufortunia siue laudes de eufortunijs magnificantes. Et dicuntur fausta, à faueo faues, quasi fortunæ fauores. Plures enim de gentibus circa Iudæam habitantibus videntes & audientes Iudæ fratrumq; suorum bonas, scilicet, fortunas, venerunt ad eos facere amicitias.*

MORALITER.

✝ 3 *Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in, &c.* Sequitur.
† *Audiuit Iosephus Zachariæ filius.* Per istos, qui audientes facta magnifica Iudæ & Ionathæ ex ambitione acquirẽdi sibi famam constituerunt prælia cõtra gentes, de quo reportauerunt confusionem & populus Israel plagã magnam, significantur illi, qui præsumunt exercere actũ legendi vel prædicandi, quo committitur bellũ cum vitiis & spiritibus malignis, & tamẽ sunt ad hoc inepti propter defectum scientiæ vel vitæ, & sic reportãt confusionem, quia de facili dicunt falsa, & propter vitæ defectum populus audiens scandalizatur, quia sicut dicit Gregor. homil. 37. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

sitam recipere noluerunt. Inde aptè per Iudam & fratres eius expugnati memorantur, quia doctores sancti errorem illorum eis improperantes pro inobedientia iustè spretis atque damnatis, ad gentium prædicationem conuersi sunt, errorémque perfidorum, tam in ipsa synagoga, quàm etiam in singulis personis mucrone verbi Dei percutiẽtes turres superbiæ quas illi aduersus euãgeliũ Christi elata mente erexerunt, igne debitæ dãnationis exurebant.

a *Et mouit castra, &c.* Nota lector, quòd omnes illas species aduersariorum quas antè commemorauerat, nunc breuiter attingendo recapitulat, hoc est Iudæorum, Gentilium, atque hæreticorum. Nam cum paulò antè expugnatos esse filios Esau narrauit, mox castra alienigenarum simul cum aris & spoliis deorum ipsorum succensa esse subiunxit. Deinde perambulatam nunc Samariam commemorat, quia non solum Iudaica superstitio, sed & Gentilium error atque hæretica prauitas prædicantibus apostolis per euangelium Christi superatur, confunditur, destruitur, atque ad nihilum redigitur, præsertim, cum *vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & quis resistet ei?* (Apocal. 5.b.) *De cælo iudicium iaculatũ est, terra tremuit & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus, vt saluos faceret omnes quietos terræ.* (Psal 73.b.) Quòd autẽ inter alia dicitur cecidisse sacerdotes in bello, dum sine consilio exeunt in prælium, nimis formidanda sententia est, ac prouidendum, ne quis dum attẽdit aliorum errores expugnare, petulantia sua atque incautela mortem sibi acquirat perpetuam.

a muros eius, & turres succendit igni in circumitu. Et mouit
castra, vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Sa- 1
mariam. In illa die ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt 2
fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. Et decli- 3
nauit Iudas in Azotum, in terram alienigenarum, & diruit
aras eorum, & spolia deorum ipsorum succendit igni, & cepit
spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

1 Et perambulabat Samariam. *vbi habitabant Gentiles illuc missi de Perside, qui fuerunt semper molesti Iudæis, vt patet 1. Esdr. & Nehem. Et reuertitur scriptura ad loquendum de prædictis, qui processerant ad bellum ex præsumptione, cùm dicitur.*

2 In illa die.

3 Ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter, &c. *scilicet, Iosephus & Azarias supradicti, qui licet essent de sacerdotali genere, non tamen erant de sorte Ioacim, de qua fuit Matathias, vt habetur suprà in principio cap. 2.*

CAP. VI.

Rabban. a *Et rex Antiochus.* Post impietatis opera plurima, quæ gessit Antiochus in loco sancto, & in populo Dei, diuino iudicio iustè perẽptus est, sicut ipse in sequẽtibus testatur dicens, se cognouisse, quia propterea inuenissent se mala, & inde periret tristitia in terra aliena, licet Polybius Megalopolita historicus, Iosepho teste scribat, ideo eũ perisse, quia voluit tẽplũ Dianæ in Perside deuastare, hoc est in Elimaide Persarũ ciuitate. (Polybius. Ioseph. 12. lib. Antiqui. Iuda. c. 13.) Sed hęc opinio nullo modo à fidelibus recipitur, qui sciunt, quòd *omnes dij gentium dæmonia, & simulachra gentium argentum & aurum opera manuum hominum sunt.* (Psal. 113.b.) Qui autem contra Deum omnipotentem superbia intumuit, condignam vltionem recepit, sic & omnes impij necnon & ipse nouissime filius perditionis, quia *extollitur super omne quod dicitur Deus aut colitur*: cuius hic Antiochus typus fuit, propter impietatis opera, quæ fecit, superno visitatus iudicio interiret, *quem dominus Iesus iuxta Pauli vocem interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui.* (2. The. 2.b.)

CAPVT VI.

a ET rex Antiochus perambulauit superio- 1
res regiones. Et audiuit esse ciuitatem 2
Elimaidem in Perside nobilissimam &
copiosam in argento & auro, templumq;
in ea locuplex valdè. Et illic velamina au- 3
rea, & loricæ & scuta, quæ reliquit Alexã- 4
der Philippi rex Macedo, qui regnauit
primus in Græcia. Et venit & quærebat ciuitatem capere, & 5
deprædari eam, & non potuit: quoniam innotuit sermo his, 6
qui erant in ciuitate. Et surrexerunt in prælium & fugit inde,
& abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. Et 7 8
venit, qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ
erãt in terra Iuda, & quia abiit Lysias cum virtute forti in pri-
mis, & fugatus est à facie Iudæorũ: & inualuerunt armis & vi-
ribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ excide-
runt: & quia diruerunt abominationem quam ædificauerunt 9
super altare, quod erat in Ierusalem: & sanctificationem sicut 10

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT VI.

1 ET rex Antiochus. *Descriptis victorijs Iudæ tempore Antiochi Epiphanis, hic consequenter describitur conflictus Iudæ tempore filij sui Antiochi Eupatoris. Et quia corruptio vnius est generatio alterius. Ideo primo ponitur mors Antiochi illustris. Secundò, substitutio filij eius Antiochi Eupatoris, ibi:* Et cognouit Lysias. *Circa primum primò ponitur suæ mortis occasio, quæ fuit duplex. Vna: quia fuit turpiter repulsus à quadam ciuitate Persidis valdè opulenta, quam quærebat subitò deprædari. Et hoc est quod dicitur.* (Diuisio)

2 Et audiuit esse ciuitatem Eli. *hoc audiuit ab exploratoribus, quos miserat ad inquirendum de ciuitatibus, in quibus posset accipere diuitias & pecunias multas, nam ad hoc iuerat in Persiden., vt dictum est suprà 3. cap.*

3 Et illic velamina aurea. *ad decorem templi diuitijs pleni.*

4 Et loricæ, & scuta. *ad memoriam suarum victoriarum.*

5 Et quærebat ciuitatem capere. *dolosè.*

6 Et non potuit: quoniam innotuit, &c. *quia ciuibus reuelatus fuit eius dolus.*

7 Et abiit cum tristitia, &c. *quæ fuit occasio suæ mortis. Prima.* nam spiritus tristis exiccat ossa, Prou. 17. d. *Secunda suæ mortis occasio fuit tristitia, super prædictam veniens de audita debellatione principum suorum in Iudæa, & prosperitate Iudæorum. Et hoc est quod dicitur.* (Tristitia mortis causa.)

8 Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fu. &c. *Et patet litera vsque ibi.*

9 Et quia diruerunt abominationem, *id est, idolum Iouis quod ædificauerat Antiochus super altare domini, vt suprà cap. 1.*

10 Et sanctificationem, &c. *id est, templum.*

MORALITER.

✝ 1 *Et rex Antiochus.* Per ipsum significatur diabolus, vt dictũ est suprà. Et sicut iste conatus fuit spoliare ciuitatem & templum diuitijs temporalibus & iocalibus prætiosis, sic diabolus conatur spoliare clerum & populum Christianum virtutum diuitiis & spiritussancti donis. Et sicut ciuibus resistẽtibus Antiochus fuit turpiter repulsus, sic diabolus confusibiliter repellitur, quãdo sibi viriliter resistitur, Iac. 4. b. *Resistite dia. & fu. à vo.*

prius circundederunt muris excelsis:sed & Bethsuram ciuita- 1
tem suam. Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expa- 2
uit,& commotus est valdè,& decidit in lectulum,& incidit in
languorem præ tristitia, quia non est factum sicut cogitabat.
Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia
magna, & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos 3
suos,& dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi,
& corrui corde præ solicitudine.Et dixi in corde meo: In quã-
tam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua
nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea. 4
Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Ierusalem: vnde 5
& abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, &
misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Cognoui ergo,
quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristi-
tia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnũ de ami-
cis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum, & 6
dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret 7
Antiochum filium suum, & nutriret eum, vt regnaret.Et mor- 8
a tuus est ibi Antiochus rex anno centesimo quadragesimono-
no. Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & consti- 9 10
tuit regnare Antiochum filium eius quem nutriuit adolescẽ- 11
b tem, & vocauit nomen eius Eupatorem. Et hi qui erant in 12
arce concluserant Israel in circumitu sanctorum. Et quære- 13

A a *Et mortuus est ibi Antiochus.* Vnde & typum tenet persecutorum Christi & ecclesiæ, non mirum, quòd ex crudeli patre truculentus filius est genitus, qui opera nefanda nequissimi patris imitatus sit. De quo in Euangelio dominus ad Iudæos sæuos ac superbos ait: (Ioan.8.f.) *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille enim ab initio homicida erat.* Et rectè homicidæ filius homicidiũ facere meditatur, non solũ corporale, sed etiã spirituale, hoc est necem animarũ, quæ in peccato & in impietate moriuntur.

✠ RVPERTVS. (In 13. cap. Apoc.) De bestia Apocalyptica quidam dicent, *quis poterit pugnare cũ ea?* Sic fatui fatua loquẽtes, non recordabuntur, quod quondam Pharao cum curribus & equitibus suis, (Exod. 14.) pugnante Deo pro Israele, in mare mersus B sit: quod canes comederunt Iezabel: quod Nabuch odonosor ex hominib⁹ eiectus est, (3.Reg.19. Dan.4. Hester.7. 2.Mach.6.) & per septẽ tempora fœnum comedit, vt bos: quod Aman in patibulo appẽsus est: (Dan.8.) quòd Antiochus viuens intrinsecus computruit, & sicut Daniel prædixerat, sine manu contritus est: quod Nero minister diaboli, vt dedecorosè vixit, ita & turpius periit.

✠ IDEM. (In 17.cap. Apoc.) Notandum quia super singulos istorum talia cælitus iudicia facta sunt, vt singulorum consideres euentum, fateri non dubites propriè dictum esse, quia ceciderunt, &c.

✠ IDEM. (Ibidem. Dan.8.) De Antiocho Epiphane Daniel prædixerat, *Et sine manu conteretur*, & ita factum est. C Diuinitus quippe percussus inuisibili & insanabili plaga computruit, miserámque vitam miserè, vt dignus erat, finiuit. Igitur, (Apoc.17.) *& agnus*, inquit, *vincet illos:* quippe qui & priusquam nasceretur, vicit primos. Vnde non dubitatur quin vincat & residuos. Victoriæ eius participes facti sunt sancti siue electi eius: ipsis enim laborantibus, adiuuando vicit agnus. D

✠ IDIOTA. (Li.2 de vera patiẽtia, cap.14.) Misericors & miserator domine, dum considero iudicia tua, quæ incomprehensibilia sunt, & vias tuas inuestigabiles, timor & tremor concutiunt mentem meam, quæ nubilo ignorantiæ obscurata, non discernit ad quem finem tribulationes tuæ tendant. Aliquos namque affligis probando sicut Iob & Tobiam, qui cùm probi sanctique essent, fuerunt tamen afflicti. Alios affligis & purgas, sicut Nabuchodonosor, qui flagellis resipuit. Alios affligis & damnas, sicut Pharaonẽ, qui flagellis magis induratus perstitit. Alios affligis, vt glorificeris, sicut accidit cæco nato. Alios affligis & tribulas, & desperati moriuntur, E vt hîc incipientes infernum suum, de tormẽto transeant ad tormẽtum, sicut legitur de Antiocho, qui post acerbas afflictiones in doloribus mortuus est, & damnatus: de quo & similibus dixisti: (Hiere.18.) *Dorsum, & non faciem ostendam eis, in die perditionis ipsorum.*

b *Et hi qui erant.* (Rabba. Mysticè.) Qui autem sunt illi, qui in arce concludebant Israel in circumitu sanctorum, & quærebant eis mala semper ad firmamentum gentium, nisi qui in arce superbiæ se erigentes, veram religionem in Christicolis persequuntur, quatenus verbum Dei suffocent, & errorem atque idololatriam instaurent? Contra quos Iudas præliari disponit, quia tota intentio sanctorum doctorum hoc disponere maximè satagit, vt errores expugnentur, & errantes veritatis eminentia superentur. Sed hoc studio commoti quidam de gentibus, vt sunt Philosophi; F quidam etiam ex impiis Israel, qui sunt hæretici, prouocant principatum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et Bethsuram ciuitatem suam. *vt esset eis in fortalitium contra impulsus gentium.*
2 Vt audiuit rex sermones istos. *quia debellatus fuerat in Elimaide & principes sui in terra Iudæ.*
3 Et arbitratus est se mori. *desperans de infirmitate sanari. Cætera patent vsque ibi.*
4 Et dilectus in potestate mea. *sed hoc erat à satellitibus suis, sed erat odiosus gentibus aliis propter superbiam & malitiam suam.*
5 Nunc verò reminiscor. *pœna debita docente culpam.*
6 Et præposuit eum. *videns imminere de propinquo suũ interitum.*
7 Et dedit ei diadema. *id est, insignia regalia ad insigniendum filium suum.*
8 Et mortuus est. *Cœpit autem regnare anno 137. vt suprà 1.cap. primus tamen annus & vltimus fuerunt imperfecti, & anno 7. regni sui cœpit filios Israel grauiter affligere, & anno 9. posuit idolum super altare, vt patet ex prædictis suprà 1.cap.*
9 Et cognouit. *descripta morte Antiochi, hic consequenter describitur substitutio filij sui, qui primò sublimatur in regnum. Secundò prouocatur contra Dei populum, ibi:* Et hi qui erant. *Circa primum dicitur:* Et co. Lysias. *quam reliquerat Antiochus ad custodiam regni & nutritionem filij sui, vt suprà 3.cap.*
10 Quoniam mortuus est rex. *Hoc cognouit per nuntium præuenientem Philippum, quem rex moriens instituerat tutorem filij sui.*
11 Et constituit. *Vt sic priuaret Philippum officio tutoris & regni negotiis in seipsum retorquendo.*
12 Et hi qui erant in. *Hîc consequenter rex nouus contra Iudæos prouocatur. Et primò ponitur huius prouocationis occasio. Secundò ipsa prouocatio, ibi:* Et iratus est rex. *Occasio verò prouocationis fuit accusatio Iudæorum erga ipsum de obsidione Macedonum & quibusdam aliis. Et hoc est quod dicitur:* Et hi qui erant in arce. *Ad nocendum Iudæis, vt habetur suprà 1.cap.*
13 Concluserant Israel. *id est, sic eos arctauerunt, quòd non poterant liberè exequi cultum diuinum.*

MORALITER.

✠ 2 *Et factum est, vt au.* Diabolus enim valdè tristatur de prosperitate bonorũ, & de confusione satellitum suorum, & quamuis sit immortalis, tamen dici potest mori in Antiocho, cuius mors hîc describitur, sicut Christus post resurrectionẽ immortalis factus quantum ad naturã humanam dixit se iterum crucifigendum in Petro. (Egesippus lib.4.) Et sic illi, qui sunt membra diaboli, vt raptores, & vsurarij quando moriuntur faciunt testamentum Antiochi, (Ambro.epi. 33.) qui moriens de rapinis nihil restituit, sed de coronatione filij sui diligenter ordinauit. Et similiter isti nõ cogitãt de restitutionibus faciendis, sed solum de filiabus & filiis promouendis.
9 *Et cognouit Ly.* Per istũ, qui ex ambitione & inuidia coronauit Antiochum. s. vt post regẽ esset super regni negotia, & sic istis priuaret Philippum, cui dicta coronatio fuerat commissa, significatur quilibet inuidus & ambitiosus. Et sicut iste Lysias ex hoc facto fuit occisus cum Antiocho, vt habetur ca. se. sic iusto Dei iudicio similia facientibus frequẽter cõtingit similia pati.
12 *Et hi qui erant.* s. ab accessu ad templũ, & ideo per istos significantur mali prælati, qui licet sint in arce dignitatis ecclesiasticæ, tamẽ impediunt aliquando populum catholicum ab accessu ad eccle

bant eis mala semper ad firmamentum gentium. Et cogitauit 1
Iudas disperdere eos, & conuocauit vniuersum populum, vt
obsiderent eos. Et cõuenerunt Israel, & obsederunt eos anno
centesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas. 2 3
Et exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur, & adiunxerunt 4
se illis aliqui ex impiis Israel, & abierunt ad regem, & dixe- †
a runt: Quousque non facies iudicium: & vindicas fratres no-
stros: Nos decreuimus seruire patri tuo & ambulare in præce- 5
ptis eius: & obsequi edictis eius, & filij populi nostri propter 6
hoc alienabant se à nobis. Et quicunque inueniebantur ex no-
bis interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. Et 7
non ad nos tantùm extenderũt manum, sed & in omnes fines 8
nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcẽ in Ierusalem oc 9 10
cupare eam, & munitionem in Bethsura munierunt. Et nisi 11 12
præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, nec pote- 13
b ris obtinere eos. Et iratus est rex, vt hæc audiuit, & conuocauit 14 15
omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos, qui su- 16
per equites erãt. Sed de regnis aliis & de insulis maritimis ve-
nerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exerci-
tus eius centum milia peditum, & viginti milia equitum, & 17
elephanti trigintaduo docti ad prælium: & venerunt per Idu- 18
mæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies 19 20
multos, & fecerunt machinas. Et exierunt, & succenderunt 21 22
eas igni, & pugnauerunt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & 23
mouit castra ad Bethzacharan contra castra regis. Et surrexit 24 25
rex ante lucẽ, & concitauit exercitus impetum contra viam
Bethzacharan. Et comparauerunt se exercitus in præliũ & tu- 26
bis cecinerũt: Et elephantis ostenderunt sanguinẽ vuæ & mo-
ri, ad acuẽdos eos in præliũ. Et diuiserunt bestias per legiones,
& astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis cõcatena- 27 28
tis, & galeæ æreę in capitibus eorũ. Et quingẽti equites ordina
ti vnicuiq; bestiæ electi erãt. Hi ante tẽpus vbicũq; erat bestia 29
c ibi erãt, & quocunq; ibat ibant, & non discedebãt ab ea. Sed & 30 31

A istius mundi in odium seruorum Dei, quatenus hoc solatio ad uti impietatem suam facilius explere possint. Vnde legitur, quòd isti adeuntes regem, dixerunt ei.

a *Quousque non facies iudicium: & vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, &c.*

b *Et iratus est.* (Typicè.) Congregat typicus Antiochus exercitum non solùm à propriis, sed etiam de extraneis: quia sæuitia persecutorum non contenta est seditione interna, sed etiam forinsecus seruis Christi immania excitat bella. Instituunt pedites, ordinant equites, præparant elephantes, vt nihil desit eorum crudelitati: sed quicquid excogitare potest impietas, totum præparat atrocitas. Sed & figuraliter sicut pedites & equites possunt B designare lictores & carnifices, ita & elephanti propter enormitatẽ corporum ac crudelitatem animorũ, possunt designare fastũ principũ. Quibus benè conuenit, quòd bestiis ad exacerbandam irã, ostenderunt sanguinẽ vuæ & mori, quia in effusione sanguinis martyrum excitata est sæuitia persecutorũ. Et benè dicitur, quòd astiterũt singulis elephantis mille viri in C loricis cõcatenatis & galeæ in capitibus eorum, & equites ordinati vnicuique bestiæ, quia plures sunt, qui fauent adulationi principum. D Quorum loricæ concatenatę sunt, hoc est doli prauorum consiliorum inuicem perplexi sunt. Et galeam æneam habent in capitibus suis, cum iniquitatis duritiam circundant mentibus suis. Vbi etiam equites adsunt ordinati, quia superbiæ elatio ibi non deerit, vbi communis naturę per misericordiã non consideratur æqualitas, sed mũdani fauoris appetitur vanitas.

c *Sed & turres ligneæ, &c.* (Allegoricè.) Quæ impositæ bestiis trigintaduos in se continebant viros, exprimũt fragilitatem potẽtiæ, qua semper se persecutione præualere martyribus confidũt.

✠ PLINIVS. (Lib 8. Nat. histo. cap.1. 3.& 5.) Quod ad docilitatem attinet, Elephanti regem adorant, genua submittũt, coronas porrigunt. E Certum est, vnum tardioris ingenij in accipiẽdis, quæ tradebantur, sæpius castigatum verberibus, eadem illa meditãtem noctu repertum. Circa dẽtes belli summa cura. Alterius mucroni parcũt, ne sit in prœliis hebes: alterius operario vsu fodiunt radices, impellunt molles. Antipater author est, duos Antiocho regi in bellicis vsibus celebres etiam cognominibus fuisse: etenim nouere ea. F Certè Cato, cùm imperatorum nomina annalibus describeret, eum, qui fortissimè

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et cogitauit Iudas, &c. *Vt diuinus cultus liberè posset exerceri.*
2 Et fecerũt balistas. *Ad faciendũ spicula cõtra arcis propugnacula.*
3 Et machinas. *Ad destruendum muros eius.*
4 Et exierunt quidam ex eis, qui obsi. *Occultè, & impiorum ex Israel fauore. Ideo subditur:* Et adiunxerunt se illis.
5 Nos decre. ser. pa. tuo & ambulare, &c. *Isti fuerunt de illis, qui iuerunt ad Antiochum Epiphanem impetrantes ab eo, vt faceret iustitias gentium in Ierusalem, vt suprà cap. 1.*
6 Et filij populi nostri. *scilicet, Mathatias & filij eius & amici eius, qui præuaricatores legis obsidebant vel occidebant.*
7 Et non ad nos tantum extenderunt manum. *Inferendo.*
8 Sed & in omnes fines. *Persequendo amicos & sectatores legis.*
9 Et ecce applicuerunt hodie. *Id est, isto tempore.*
10 Ad arcem in Ierusalem. *Impugnando gentem tuam.*
11 Et munitionem in Beth. muni. *contra te & regnum tuum.*
12 Et nisi præueneris eos velo. ma. quàm hæc fa. *contra te.*
13 Nec poteris obtinere eos. *Quoniam erunt nimis fortificati.*
Diuisio. 14 Et iratus est rex. *Hic consequenter ponitur ipsius regis prouocatio ex qua primò disponitur belli apparatus. Secundò, cõflictus, ibi:* Et venerunt. *Circa primum dicitur:* Et iratus est rex, vt hæc aud. *Quia videbantur esse contra honorem suum & bonum reipublicæ.*
15 Et conuocauit omnes amicos suos. *Vt ei assisterent.*
16 Et principes exercitus sui, & eos. *Vt se ad bellum disponerent.*
17 Et elephanti triginta duo, &c. *Dicit enim Philosophus libro de animalibus, quòd elephas est animal maximè disciplinabile.*
18 Et venerunt per. *Hic consequenter ponitur belli congressus. Et primò in munitione. Secundò in campo, ibi:* Et surrexit rex. *Circa primum dicitur:* Et venerunt per Idu. *Quæ terra erat Iudæis aduersaria, vt patet per prædicta quinque capita.* Diuisio.
19 Et applic. ad Bethsu. *Vbique erant Iudæi pro defensione loci.*
20 Et pugnauerunt dies multos. *Contra Bethsuram.*
21 Et fecerunt machinas. *Ad destruendum eam.*
22 Et exierunt. *Scilicet, Iudæi, qui erant in munitione obsessi.*
23 Et succende. eas. *Reuertentes ad munitionẽ, & defendentes eam.*
24 Et recessit Iu. ab arce. *vt succurreret Iudæis in Bethsura obsessis.*
25 Et surrexit rex ante lucem. *Hîc consequenter describitur bellum in campo. Circa quod primò ponitur belli præparatio. secundò belli congressio, ibi:* Et appropinquauit, *tertiò populi liberatio, ibi:* Et audiuit Lysias. *Circa primum dicitur:* Et surrexit rex ante lucem. *vt iret ad pugnandum contra Iudam.*
26 Et cõparauerunt se, &c. *id est, disposuerunt se ad pugnandum.*
27 Et astiterunt singulis elephantis mille viri. *scilicet pedites.*
28 In loricis concatenatis. *nam maculæ loricarum sese complectuntur ad modum catenarum.*
29 Hi ante tẽpus vbiq;. *eam velociter præcedendo.*
30 Et quocunque ibat, ibant. *subsequendo.*
31 Et non discedeb. ab ea. *ne ab aduersariis vulneraretur bestia.*

MORALITER.

✠ ad ecclesiam per excomunicationes & interdicta irrationabiliter fulminata. Et sicut Iudas commisit prælium contra illos, sic summus pontifex reprimere debet istos.
† *Et adiunxerunt se illis ali. ex impi. Is.* Per istos significantur apostatæ à fide, vel à religione, seu à societate ciuitatis, vel regni, & iungunt se cum aduersariis istarum communitatum, vt possint eis inferre maius malum, quia nulla pestis grauior ad nocendum quàm familiaris amicus.
14 *Et iratus est.* Per regem istũ paterni sceleris imitatorẽ, signifi-

turres ligneæ super eos firmæ protegentes, super singulas be-
stias, & super eas machinæ. Et super singulas virtutis viri tri- 1
a gintaduo, qui pugnabant desuper, & intus magister bestiæ. Et 2
residuum equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis 3 4
exercitum commouere, & perurgere cōstipatos in legionibus 5 6
eius. Et vt resulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplendue-
runt montes ab eis: & resplenduerunt sicut lampades ignis. Et
distincta est pars exercitus regis per mōtes excelsos & alia per
loca humilia, & ibant cautè & ordinatè. Et commouebantur 7 8
omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & in- 9
cessu turbæ & collisione armorum. Erat enim exercitus ma-
gnus valdè & fortis. Et appropriauit Iudas & exercitus eius in 10
prælium. Et ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit 11
b Eleazar filius † Saura vnam de bestiis loricatam loricis regis, 12
& erat eminens super cæteras bestias. Et visum est ei, quòd in 13
ea esset rex, & dedit se, vt liberaret populum suum, & acquire 14 15
ret sibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in me- 16
dio legionis, interficiens à dextris & à sinistris: & cade-
c bant ab eo huc & illuc. Et iuit sub pedes elephantis & sup-

tissimè præliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum, altero dente mutilato: Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tū pronunciatum, eius fore principatum, qui transisset, ausumq; Patroclum, ob id phaleris argenteis, quo maximè gaudent, & reliquo primatu donauit. Ille, qui notabatur, inedia mortem ignominiæ prætulit. Mirus namq; pudor est, victúsq; vocē fugit victoris: terram ac verbenas porrigit. (Elephantorū nomina.)

✠ AMBROS. (Lib.6.hexameron c 5.) Elephanti magnū rebus bellicis vsum ministrant. Inde gens Persarū ferox bellis, valida sagittis, omniūq; telorū iactu, quia de superioribus ad inferiora validiore nisu tela torquētur, acies eorū velut gradientibus turribus septa procedit. In mediis campis tanquam de muro dimicant & velut in arce quadam collocati spectant magis bella quā subeunt. Ita alieni à periculis vidētur, tuti molibus bestiarum. Quis enim eos adire audeat, cùm desuper iaculis facilè figatur, inferius elephantorum conteratur incursu? Denique cedunt illis acies & armatorum cunei. Intollerabili namque impetu in hostes ruunt, vt nullo agmine bellatorum, nulla constipatione militum, nullo clypeorum retardentur obiectu. Velut quidam mobiles montes versantur in præliis, & vt colles alto eminent vertice, mugitus fragore omniū perturbant confidentiam. Quid his faciat pedes, quamuis lacertis validus, & manu promptus, cùm sibi septus armatorum populis gradienti murus occurrat? Quid faciat eques, cùm equus eius perterrefactus tantæ bestiæ immanitate diffugiat? Quid faciat sagittarius, quum desuper ferrata virorum corpora iaculi ictum sentire non possint: bestiæ quoque nec nuda facilè penetrabilis ferro sit, & munita loricis obuias sine sui periculo acies secet, & conterat turmas. († auaram.)

a *Intus magister bestiæ, & re.equi.hinc & inde sta.* (Rabban.) quia crudelitas mentium, quæ totum machinabatur malum intus æstuabat in cordibus persecutorum cui etiam actus superbi forinsecus adminiculabantur in tortura innocentum. His quoque ita dispositis Iudas statuit turbis exercitum suum commouere: quia prædicatores sancti cum insistunt bella persecutionum, non cessant verbis confortare animos auditorum. Et licet terrena gloria respondeat in pompa mundana, seu varia in cruciatibus tormentorum incandescant genera, tamen martyres Christi imperterriti manent † vindicis sui Iudæ vtique spiritalis adhærentes lateri vincunt, atque prosternunt impiorū audaciam. († veri ducis sui.)

b *Et vidit Eleazar filius Saura vnam de bestijs loricatam loricis regis, & erat eminens, &c.* (Rabba.) Notādum autē, quòd hunc Eleazarum Iosephus fratrē esse Iudæ affirmat de quo suprà narratū est quod esset vnus de quinque filiis Matathiæ vocatus hoc nomine. Sed quæri potest quomodo dicatur esse filius Saura si filius fuit Matathiæ, nisi forte Matathias ipse alio nomine Saura vocatus sit. († Eleazarus cuius fil.us.) Et quid per Eleazarum, qui elephantem interficiens occubuit, nisi persona arrogātium designatur, qui dum volunt fortiter aliquid gerere, & tamen non simplici animo, sed elato in suis conatibus deuicti prosternuntur. Potest & non inconuenienter hæc res ad hypocritarum significationem transferri. Dum enim hypocritæ contra luxuriam, aut contra gulam, aut contra corporalia delicta per abstinentiam configunt carnémque per ieiunium seu per vigilias & cetera abstinentiæ opera domantes, non se à spiritalibus nequitiis bene obseruant, ita vt aut ab elatione, aut ab inuidia, aut à cupiditate non caueant, quasi vincendo vincuntur, quia dum alia vitia superant, in ipsa victoria incauti ab aliis conteruntur.

c *Et iuit sub pedes elephantis, &c.* ✠ AMBROS. (Lib.1.Offic. cap.40.) Virtutem ducis Iudæ Machabæi de vno eius milite considerate. Namque Eleazarus cum supereminentem cæteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret, arbitratus quod in eo esset rex, cursu concito in medio legionis se prorupit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaque cadens bestia oppressit Eleazarū, atq; ita mortuus est. Quanta igitur virtus animi, primò vt mortem non timeret

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et super eas machinæ. *ad proijciendum iacula.*
2 Et intus magister bestiæ. *Regens gressus eius.*
3 Et residuum equitatum. *scilicet, à dextris & sinistris animalium.*
4 Statuit in duas partes tubis exercitum commouere. *nam sonus tubarum excitat ad audaciam.*
5 Et perurgere. *ad bellum.*
6 Constipatos in legionibus. *id est, coniunctos ne acies & legiones rumpantur ab aduersarijs.*
7 Et distincta est pars exer.regis per mo. exce. *vt si Iudas, qui paucos habebat bellatores comparatiuè, fugeret ad montes, nō euaderet.*
8 Et commouebantur. *admiratione vel quodam tremore.*
9 Omnes inhabitantes. *scilicet, illam vbi poterat talis sonitus & commotio percipi.* (Diuisio.)
10 Et appropriauit. *Hîc consequenter ponitur conflictus: & primò in campo. secundò in fortalitio, ibi:* Castra autem regis. *Circa primum primò ponitur conflictus in generali, vt patet, secundò in speciali, cum dicitur.*
11 Et vidit Eleazar. *Dicit Iosephus quod ille fuit frater Iudæ, vnde & suprà 2.c. quartus filius Matathiæ Eleazarus nominatur: & idem est nomen quod Eleazar. Nomina enim Hebræa ad Latinum tracta frequenter accipiunt hanc syllabam us in fine, vt Iacob Iacobus, Saul, Saulus, & sic de multis alijs. Sed contra hoc videtur, quia iste dicitur filius Saura. Sequendo dictum Iosephi potest dici, quod hic ponitur nomen matris. vt suprà 2.ca. nomen patris. Vel quòd Matathias fuit binomius, & alio nomine Saura dictus.* (Nomina Hebraica quomodo efficiantur declinabilia.)
12 Vnam de bestiis loricatam loricis regis. *per signa regia ibidem posita.*
13 Et visum est ei quod in ea esset rex. *in turre lignea super eam existente propter signa dicta, non tamen erat ita.*
14 Et dedit se. *scilicet, vitam suam corporalem.*
15 Vt liberaret populum suum. *Bonum enim proprium corporale propter salutem boni communis est exponendum. Ideo subditur:*
16 Et acquireret sibi nomen æternum. *virtuosè moriendo. Credebat enim probabiliter, quod si rex esset mortuus, statim fugeret eius exercitus.*

MORALITER.

...catur diabolus, sicut & per patrem, qui tristatur de profectu bonorum. Ideo communicat contra eos exercitum fortem & magnum, scilicet, peditum & equitum & elephātorum. Per pedites significantur homines mali & hæretici, laici tamen. Per equites verò literati, quia possunt plus nocere, per elephantes significantur spiritus maligni, qui plus nocere possunt quàm homines mali. Sequitur infrà.
7 *Et distincta est pars exe.re.* Nam aliqui ibant per montes, per quos significantur superbi inducentes ad malum per terrores, & alij ibant per loca humilia: per quos significantur subdoli inducentes ad malum per promissa & falsas † deceptiones. († tentationes.)
11 *Et vi. Elea. fi. Sau.* Per istū, qui mori voluit, vt malos deuinceret: significantur martyres, qui moriēdo tyrannos deuicerūt. vnde dixit B. Vincentius Daciano: Vberiorē mihi præstas gloriam cum acerbiora & exquisitoria tormenta tecum fuerint superata. Et etiā Dacianus cōfessus fuit se victū, dicēs: Et quid huic amplius faciemus, qui in omnibus quæcunq; fecimus victi sumus.

posuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ip- 1
a sum & mortuus est illic. Et videntes virtutem regis, & im- 2
petum exercitus eius, diuerterunt se ab eis. Castra autem 3 4
b regis ascenderunt contra eos in Ierusalem, & applicuerunt 5
castra regis ad Iudæam & montem Sion. Et fecit pacem cū 6
his qui erant in Bethsura, & exierunt de ciuitate, quia non 7
erant eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ. 8
Et comprehendit rex Bethsuram, & constituit illic custodiā
c seruare eam: & conuertit castra ad locum sanctificationis 9
dies multos. Et statuit illic balistas, & machinas, & ignis ia- 10
cula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios 11
ad mittendas sagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipsi 12 13
machinas aduersus machinas eorum, & pugnauerunt dies 14
multos. Escæ autem non erant in ciuitate, eò quòd septi- 15 16
mus annus esset, & qui remanserant in Iudæa de genti-
bus consumpserant reliquias eorum quæ repositæ fuerant.
d Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinue-
rat eos fames, & dispersi sunt vnusquisque in locum suum.

timeret, deinde vt circumfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen, & contempta morte ferocior, abiecto clypeo, vtraque manu vulneratæ molem bestiæ subiret ac sustineret, post infra ipsam succederet, quo pleniore feriret ictu, cuius ruina inclusus, magis quàm oppressus, suo est sepultus triumpho? Nec fefellit opinio virū, quamuis regius fefellerit habitus. Tanto enim virtutis spectaculo defixit hostes, inermē, occupatum, incursare non ausi, post casum ruētis bestiæ sic trepidauerūt, vt impares se omnes vnius virtuti arbitrarentur. Denique rex Antiochus qui cum centum viginti milibus hominum armatus venerat, & cum triginta duobus elephantis, ita vt ad ortum solis per singulas bestias velut montes quidam armorū corusco tanquam lampadibus ardentibus refulgerent, vnius territus fortitudine, pacem rogaret. Itaque Eleazarus hæredem virtutis suæ pacem reliquit.

a *Et videntes virtutem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. (In Psal. 43.) Quando graue bellum ingruebat, nec quicquam possent facere quod prodesset, se abscondebant. Nam hoc quoque fecêre Apostoli: Non enim semper apparentes in media irruebant pericula, sed nonnunquam & fugientes & latentes secedebant. Postquam autem parum respirarunt, tanquam generosi quidam catuli ex latebris emergentes, statuerunt non se amplius solos seruare, sed alios quotcunque possent, &c.

b *Et applicuerunt castra regis, &c.* (Mysticè. Rabban.) Promouet castra mysticus Antiochus ad Iudæam & montem Sion: quia totum apparatū belli vertit ad subuersionem ecclesiæ Christi: Et facit pacem cum his qui erant in Bethsura, cum non veram pacem, sed falsam offert his quos vult decipere, & per simulationem fallere. Sed illi tantummodo ad eum exeunt de ciuitate, quibus non erant alimenta conclusis, quia illi solummodo de ecclesiæ munimine seducti recedunt, qui non habent pabulum scientiæ atque charitatis quo in animo pascātur: Qui & malè sabbathizāt, cum non virtutum studium sed segnicie otium diligunt: ipsique ab hoste captiuati in eius dominiū redeunt: qui præcauere eius insidias nolunt. Quòd autem dicitur quòd.

c *Conuerterit castra, rex, ad loc. sanctific. dies mul.* (Rabban.) significat persecutores fidelium non facilè cessare à persecutionis crudelitate, sed omnibus diebus vsque ad consummationem seculi bella ingerere credētibus, quibusdam ad probationem, quibusdam verò ad deceptionē. Quia dum mystica mulier (quæ per figuram Euæ expressa est) caput conterit serpentis: ipse anguis venenatus nunquam cessabit insidiari calcaneo eius. (Gen 3.c.) Quod autem subiungitur:

d *Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam.* Significat quòd persecutione infidelium feruente, plurimi eorum qui facie tenus in ecclesia & non fidei constantia perseuerabant in illa, dispergūtur propter timorem pœnarum: Iuxta illud quod dominus in euangelio prædixit nouissimis temporibus futuris: Erit enim inquit pressura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et occidit eum, & cecidit in terram, &c. *Percutiens in ventre, vbi non erat armatus.*
2 Et videntes. *scilicet Iudas & eius exercitus.*
3 Virtutem regis. *cui non poterant resistere.*
4 Diuerterunt se ab eis. *cautè recedentes, vt possent templum domini quod erat in Ierusalem seruare.*
5 Castra autem regis. *Hîc consequenter ponitur bellum in fortalitio: & primò ponitur de fortalitio, quod erat in Ierusalem, & patet. Et interponitur de fortalitio Bethsuræ, quod primò cepit rex antequàm iret in Ierusalem. Ideo dicitur:*
6 Et fecit pa. *Per talem modum quod dimitterent fortalitium saluis suis personis: Et subditur ratio talis pacis ex parte Iudæorum, cum dicitur:*
7 Quia non erant. *i. obsessis in Bethsura: Et subditur causa cum subditur:*
8 Quia sabbatha. *id est, annus septimus, in quo terra non colebatur nec seminabatur, vt habetur Leui. xxv. a. Sed contra hoc videtur quod dicitur ibidem:* Dabo vobis benedictionem meam anno sexto, & faciet fructus trium annorum: *propter quod non videtur quod annus septimus faceret aliquem defectum cibi, sed magis abundantiam. Dicendum quod istud Dei beneficium fuit ante captiuitatem Babylonicam, in qua cessauerunt aliqua Dei beneficia: Non enim postea leguntur habuisse Iudæi arcam testamenti, nec propitiatorium, nec responsa in rationabili summi sacerdotis, nec vnctionem regum & pontificum: & hoc etiam confitentur Iudæi moderni, & habetur in libro Heb. nomine Canhedrin Ierosolymitano. Et idem videtur fuisse de duplicatione fructuū anno sexto. Et consequenter reuertitur ad obsidionem fortalitij Ierosolymitani, cùm dicitur:*
9 Et conuertit castra ad locum. *id est, templi.*
10 Dies multos. *Quia locus erat fortis & munitus propter quod non poterat cito expugnari.*
11 Et statuit. *ad defensores sagittandum.*
12 Et machinas. *ad muros concutiendum.*
13 Et ignis iacula, &c. *id est, instrumenta ad ignem Græcum iaciendum.*
14 Et tormenta ad lapides iactandos, & specula. *id est, petrarias & magonnellos.*
15 Et scorpios ad mittend. *id est, instrumenta ad mittendum sagittas venenatas.*
16 Escæ autem. *Hoc subditur ad ostendendum, quod non poterant diu tenere fortalicium.*

MORALITER.

3 *Et videntes virtutem regis & impetum exer. &c.* Per hoc significantur prudenter fugientes à sæculo: vbi non possunt resistere diaboli tentationibus vt in claustro saluentur adiuti bonorū consiliis & orationibus.
9 *Et conuertit castra ad locum sanctificationis, &c.* subiicere sibi. Quia non sufficit diabolo subiicere sibi simplices laicos, sed inuadit etiam clericos & religiosos.
11 *Et statuit illic.* id est, omnium tentationum modos & genera. Sequitur:
† *Fecerunt autem.* nam clerici & religiosi debent esse magis solliciti se munire contra malitias inimici.

A pora nationum: & nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi,

Iosephus antiquita. lib. 12. ca. 14.

a Et audiuit Lysias. Quid Iosephus hic referat non indignum videtur huic operi inserere, nec graue debet videri lectori, si diuersarum historiarum inuicem conferuntur narrationes: quia alterutrū se iuuare videntur ad explanandum rei certitudinem historiæ retexere veritatē. Narrat autem Iosephus hoc modo: Lysias verò dux, & rex Antiochus cum Philippus à Perside veniens nūtiatus est eis commendatum sibi præsumpsisse imperium, & rempublicam Antiochi sibi velle defendere: Prætermittētes obsidionem ire aduersum Philippum decreuerunt: Quod consilium nequaquā manifestum cæteris B ducibus facere voluerūt. Sed iussit rex Lysiam ducibus dicere, diuturnam obsessionem, nihil eis posse proficere: quando & locum aduersariorū constaret esse munitum, & sibi victualium necessitas irrogaretur, & expediret pacem facere cum Iudæis, eosq; relinquere propriis vti ceremoniis: vnde hactenus à nobis prohibiti, existere videntur aduersi. Hęc dicens de Philippi tyrannide tacendum esse decreuit, ne exercitus sui dubia corda perciperet. Hæc Lysia dicente, exercitui & ducibus sententia placuit. Tunc mittens rex ad Iudam, pacem promisit obsessis, & patriis legibus eos viuere pollicetur. Hi verò suscipientes verba, & confirmatis sacramentis, & fide exierunt à templo. Intrans verò Antiochus, & inspiciens munitum locum, imprudenter sacramenta transgressus est iussitque omnem exercitum in circumitu stantem, deponere muros vsque ad solū. Post hæc reuersus est ad Antiochiam, ducens secum Oniam principem sacerdotum, qui & Menelaus dicebatur

dicebatur. Nam Lysias persuasit regi Menelaum occidere, si vellet pacatos esse Iudæos, dicens hunc fuisse initium malorum, qui flexit patrē suum cogere Iudæos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam Syriæ ciuitatem interfecit eū post decimum annū principatus sacerdotij eius, & vt ipse principatum habuit, impulit Iudæos transgredi leges. Princeps verò ordinatus est post Menelai interitum Alchimus, qui & Ioacim vocatus est. Rex autē Antiochus inueniens Philippū rebus imperantē debellabat eum, quem sub sua faciens potestate occidit. Filius autē principis sacerdotum Oniæ de quo prædiximus, adhuc puerulus defuncto patre relictus est, videns quòd auunculum suum Menelaum rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, & non existenti de genere sacerdotū: sed à Lysia flexus vt transponeret honorē ab ea familia ad aliā domum, fugit ad Ptolomæum regem Aegypti, & honorē meruit ab ipso & Cleopatra vxore eius, locumque petiit in regione Eliopolitana vbi simile Ierosolymorū ædificaret templum. Quod autem Antiochus fœdus pepigit cum Israëlitis, & iurauit illis & principes eius, nec tamen iuramentum seruauit, sed rupit iusiurandum, & violauit pactum: significat quod cum hæreticis & infidelibus nullo modo firma erit pactio fœderis: quia nequaquam apud eos fixa est obseruatio iuris. Vnde nullo modo cum vitiis & vitiorum autorem feriendum est fœdus, licet pacem promittant & prosperitatem simulent: sed omni tēpore instanter contra eos dimicandum cum scuto fidei & armis iustitiæ. Tunc autem cessandum à prælio quando hostis Antiochus non sæuit in mundo, sed demersus retruditur in inferno. (Mysticè.)

D E F

a Et audiuit Lysias quòd Philippus quem cōstituerat rex An- 1
tiochus, cùm adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium
suum & regnaret: reuersus est à Perside & Mœdia, & exerci-
tus qui abierat cum ipso, & quia † quærit suscipere regni ne- († quærebat.)
gotia. Et festinauit ire, & dicere ad regem & duces exerci-
tus: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus 2
quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare 3
de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus istis, & 4
faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum, & cō- 5 6
stituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius. Pro-
pter enim legitima ipsorum quæ despeximus irati sunt, &
fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis &
principum, & misit ad eos pacem facere, & receperunt illā:
& iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. Et
intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci, & ru- 7
pit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit destruere 8
murum in gyro. Et discessit festinanter & reuersus est An-
tiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati, & pu-
gnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

C

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et audiuit. *Hic consequenter ponitur liberatio populi ex beneficio Dei, quia facit cum tentatione prouentum, & ideo misit rumores Lysiæ, per quos fuit compulsus solutionem obsidionis procurare. & hoc est quod dicitur:* Et au. Ly. *ad quod sequebatur elongatio Lysiæ à familiaritate regis & regni negotijs quòd formidabat: ideo dissoluere obsidionē procurabat, dicens:*

2 Deficimus quotidie. *Nam aliqui interficiebantur, & aliqui infirmabantur, sicut solet accidere in obsidione.*

3 Et esca nobis. *ita quòd non poterimus diu tenere obsidionem.*

4 Et locus. *s. hominibus armis & cibis: hoc dicebat ad habendum intentū: tamē erat falsum sicut præmittitur parte præcedēti, vbi dicitur:* Et remanserunt. *Quoniam obtinuerat eos fames.*

5 Et incumbit. *q. d. maiora negotia nos vrgent ad dimittendum hanc obsidionem, ideo concludit:*

6 Nunc itaque. *Modus enim hominum facientium pacem adinuicem erat dare mutuo dexteras manus. Cætera patent vsque ibi:*

7 Et vidit munitionem. *id est, fortitudinem.*

8 Et rupit citius. *destruendo locum, ne si Iudæi rebellarent haberent ibi recursum.*

CAP. VII. A Nno centesi. &c. ✻ IOSEPH. Eodem tempore Demetrius Seleuci filius à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: assumptoque diademate, & cōtractis quotquot potuit militibus mercenariis, regnum inuadit. (L. 12. antiq. ca. 15.)

CAPVT VII.

A Nno centesimo quinquagesimo & primo exiit
Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascen-
dit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, &
regnauit illic. Et factum est, vt ingressus est domum regni

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT VII.

A Nno centesimo. *Postquam descriptus est conflictus Iudæ tempore Antiochi Eupatoris. Hic consequenter describitur eius conflictus tempore Demetrij filij alterius fratris. s. Seleuci. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur ipsius Iudæ pugna. secundò cum Romanis amicitia contracta viij. c. Prima in tres. Nam primò circa Demetrium ostenditur adeptio regni secundò occasio belli, ibi:* Et venerunt ad eū. *Tertiò congressio prælij, ibi:* Et elegit rex. *Circa primum dicitur:* Anno centesimo quinquagesimo. *scilicet regni Græcorum.* (Diuisio.)

2 Exiit Demetrius. *Videns enim se priuatum regno patris sui per patruum suum Antiochum Epiphanem, abiit Romam ad conquærendū de eo, sed ipso viuente nihil profecit propter quod ipso mortuo rediit ad obtinendum regnum contra cognatum suum, maximè quia tunc regnum erat quodammodo diuisum per Lysiam & Philippum, eò quòd quilibet volebat esse tutor Antiochi Eupatoris, & agere negotia regni, vt patet ex prædictis.*

3 Et ascendit cum. *scilicet Tyrum, vt dicit Iosephus.*

4 Et regnauit. *Quia multi venerunt ad eum recipientes ipsum tāquam regem & dominum. Tum quia regnum sibi debebatur ex successione paterna. Tum propter diuisionem prædictam.*

4 Et factum est. *s. palatium Antiochiæ quæ erat metropolis.*

1 Comp

A Cumque certatim ad eum populi deficerent, excipientes eum obuiis manibus, etiam Antiochum regem & Lysiam comprehensos viuos ad eum perduxerunt: qui mox iussu Demetrij necati sunt, post exactum regni Antiochi annum alterum.

Rabban. De hoc autem Demetrio Pompeius Trogus in sua historia ita narrat, dicens: Cum Antiochus recederet relicto paruulo admodum filio suo, cui cum tutores à populo dati essent, patruus eius Demetrius qui obses Romæ erat, cognita morte fratris Antiochi, senatum adiit, obsidem se viuo fratre venisse: quo mortuo, cuius obses sit se ignorare. Dimitti ergo se ad regnum petendum æquum esse: quod sicuti iure gētium maiori cesserit fratri, ita nunc sibi qui pupillū B antecedebat ætate deberi: Cùm se non dimitti animaduerteret à senatu tacito iudicio tutius apud pupillum quàm apud eū regnum futurum arbitrante: specie venandi ab vrbe profectus hostis tacitus, cum fugę comitibus nauem ascendit. Delatus in Syriam secūdo fauore omnium accipitur, regnumq; ei occiso pupillo, à tutoribus traditur. (Iustinus lib. 34.)

a Et venerunt, &c. ✻ AVGVSTIN. Non multo post Alcimus quidam per ambitionem, cùm à genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex est factus. (li. 18. ciuit. ca 48.)

✻ RVPERT. Carnalis Israel spiritualem persequens ipse est Edom. Et reuera quandocunque cœperunt alieni Hierusalem, Israël carnalis erat quasi vnus ex illis, imo peior atque in- C festior quàm vnus quilibet ex eis. Quando Syri præliabantur contra Israël regibus Benadab & Hazael, multo sceleratius agebant intra ipsum ij de quibus dicitur: Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt, &c. Deinde vsque ad euāgelica tempora, quotiescunq; extranei ingressi sunt portas Hierusalem vt Babylonij & Antiochus, & propter testamentū Domini multos occiderunt, viri iniqui ex ipso Israël extiterūt, qui amplius quā gētiles perniciosi fratribus fuerunt. Testis est tribulatio Hieremiæ, quem Babylonij seruauerunt, & suæ gentis homines tribulauerunt. Testis Machabæorum afflictio, quibus viri iniqui ex Israel, maximéque impius Alcimus, amplius quàm Grecorū aliquis nocuerunt. (In 1. c. Abdiæ.)

D E

Raban. Quid per Demetriū regem nisi principes gentium qui persecutionem mouēt cōtra ecclesiam Christi designantur. (Mysticè.) Quod bene nominis interpretatio ita explanat. Interpretatur enim vehementer innectēs siue nimium persequens. Ad hunc ergo principē veniunt viri iniqui, & impij ex Israël & Alchimus dux eorum, cum illi qui post fidem Christi perceptam ad apostasiam redierunt, religionem Christianā blasphemāt & ecclesiastico detrahūt cultui. Quorum duces sunt hæretici, qui per ambitionem sublimitatis volunt ab omnibus magni videri. Sed proditione huiuscemodi suscepta mittit Demetrius typicè Bachiden qui dominabatur trans flumen in regno, vt Alchimum impium cōstituat in sacerdotium & vltionem faciat in filios Israël: cum per paganos quoslibet apud seculum potentes (qui nedom meruerunt F

patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum & 1
Lysiam, vt adducerent eos ad eum, & res ei innotuit, & ait:
Nolite mihi ostendere faciem eorum, & occidit eos exerci-
a tus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui, & venerunt 2
ad eum viri iniqui & impij ex Israel: & Alchimus dux eorū,
qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum apud
regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos,
& nos disperdidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virum
cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod fecit
nobis in regionibus regis & puniat omnes amicos eius &
adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis suis Bachiden qui 3
dominabatur transflumen magnum in regno & fidelem re-
gi, & misit eum vt videret exterminium quod fecit Iudas.
Sed & Alchimum impium constituit in sacerdotium, & 4
mandauit ei facere vltionem in filios Israel. Et surrexerunt
& venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miserūt
nuntios & locuti sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pa- 5
cificis in dolo, & non intenderunt sermonibus eorum. Vi-
derunt enim quia venerunt cum exercitu magno, & conue- 6
nerunt ad Alchimum & Bachiden congregatio scribarum 7
requirere quæ iusta sunt. Et primi Assidæi qui erant in filiis 8
Israel & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo 9
sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locu-
tus est cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non in-
feremus vobis malum, neque amicis vestris. Et crediderunt
ei, & comprehendit ex eis sexaginta viros & occidit eos vna 10
die secundum verbum quod scriptum est. † Carnes sanctorū 11 12 († Psal. 78. a.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Comprehendit exercitus, &c. *In Demetrij fauorem.*

2 Et venerunt. *Hic consequenter ponitur occasio belli, quæ fuit accusatio Iudæ & amicorum suorum per iniquos de Israël. & patet litera.*

3 Et elegit rex. *Hic consequenter describitur congressio belli: & primò contra Alchimum sacerdotem, secundò, contra Nicanorem, ibi:* Vidit autem Alchimus. *Prima in duas, quia primò describitur Bachidis & Alchimi dolus. secundò Iudæ conflictus, ibi:* Et vidit Iudas. *Prima adhuc in duas, quia primò describitur perceptio doli, secundò, deceptio populi, ibi:* Et conuenerunt ad Alchimum. *Circa primum dicitur:* Et elegit rex ex amicis suis Bachiden. *qui dominabatur trans flumē, erat enim à rege constitutus ad illius terræ custodiam.*

4 Sed & Alchimum. *id est, constituit eum summum sacerdotem: cum tamen non esset de genere sacerdotali, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quòd erat, sicut infrà dicitur de eo:* Homo sacer. de se. Aa.v. *tamen non erat de linea summorum pontificum ab Eleazar descendētiū.*

5 Et locuti sunt ad Iudam. *Dicentes, quod venerant propter bonum statum terræ vt possent Iudam & fratres eius occidere dolose, sed eorum dolus non habuit effectum.*

6 Et conuenerunt ad Alchimum. *Hic consequenter subditur deceptio populi.*

7 Congregatio scribarum. *quantùm ad legisperitos.*

8 Et primi Assidæi. *id est, quasi assiduè assistentes diuino cultui, & hoc per deceptionem Alchimi: Cuius ratio subditur cum dicitur:*

9 Homo sacerdos de semine. *Non tamen de familia summi sacerdotis. Secundum alios verò nec de semine Aaron erat, licet isti crederent in hoc decepti. sed primum videtur verius: quia magis est consonum textui in hoc loco, & etiam ij. libro xiiij. cap. Cætera patent vsque ibi:*

10 Sexaginta viros. *notabiles in populo, in fama & virtute. Ideo subditur:*

11 Secundum verbum quod. *Psalm. lxxviij. a.*

12 Carnes sanctorum tuorum &c san. ipso.

1 Non

MORALITER.

2 *Et venerunt ad eum.* Per istum qui ambiebat sacerdotium, & per mendacia & regiam potestatem obtinuit ipsum, significatur quilibet ambitiosus ecclesiasticæ dignitatis, & per mendacia & brachio seculari intrusus. Et sicut dicitur infrà, iste Alchimus plura mala fecit Israël, quoniam occidit valentes viros & promouit iniquos, & similiter intrusus per modum prædictū bonos occidit eos persequendo, & à statu honoris deiiciendo, & sic facit in ecclesia plagam magnam.

MORAL.

A ruerunt Christi baptismate tingi, & in numero fidelium computari) hæreticis fastus sui præbet adminiculum, & veris confessoribus Christi tormentorum ingerit cruciatum. Sed licet tales personæ Iudæ & fratribus eius verbis pacificis loquātur in dolo, non tamen intendūt sermonibus eorum, quia nullo modo consentiunt perfidiæ eorum.

a *Et vidit Iudas, &c.* Quid est quod Iudas vltionem in præuaricatoribus facit, nisi quod redemptor noster vindicat electos suos, nec quemquam suorum in vacuum perire permittit? Sed duobus modis vindictam in his qui merentur exercet: Alios B enim de fonte magnæ pietatis suæ ad pœnitentiam erroris sui prouocans, facit eos aduersus semetipsos exurgere, vt puniant lamentis quòd prauis egerunt commissis. Alios verò iusto iudicio post perpetrata scelera incorrectos in duritia sua perseuerare dimittit: vt eis postmodū dignas repēdat pœnas, quod operibus meruerunt iniquis.

b *Et innotuit sermo.* * Iosephus Heb. Iudas præceperat militibus suis Hasmoneis, vt afferrent arma sua bellica, ne fortè inquit, irruant in nos subito hostes. Astiterunt itaque ei milites Hassinæi, sicut præceperat eis, &c. Porrò Alcimus vidēs amicitiam Iudæ & Nicanoris, abiit ad regem. Tunc rex scripsit Nicanori. Nisi miseris mihi Iudam vinctū catenis æreis, scias te moriturum. Quod audiens Iudas fugit, & clanxit tuba, dans signum pro bello, & collectus est ad eum omnis Hasmoneorum exercitus, atque cūcti milites Hasidæi, pergensque in Samariam, mansit ibi, &c.

Quomodo saluator exercet vindictam.

Lib. 9. Ant. Iudaic. c. 21.

tuorum & sanguinem ipsorum effuderunt in circumitu Ie-
rusalem, & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tre-
mor in omnem populum, quia dixerunt: Non est in eis veri- 1
tas & iudicium. Transgressi sunt enim cōstitutum, & iusiu- 2
randum quod iurauerunt. Et mouit Bachides castra ab Ie- 3
rusalem, & applicuit in Bethzecha, & misit, & comprehen- 4
dit multos ex eis qui à se refugerant, & quosdam de populo 5 6
mactauit, & in puteum magnum proiecit. Et commisit re- 7
gionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutoriū 8
ipsi. Et abiit Bachides ad regem. Et satis agebat Alchimus 9 10
pro principatu sacerdotij sui. Et cōuenerunt ad eum omnes 11
qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terrā Iuda
a & fecerunt plagā magnā in Israel. Et vidit Iudas omnia ma- 12
la quæ fecit Alchimus, & qui cum eo erant filiis Israel multo 13
plus quā gentes. Et exiit in omnes fines Iudææ in circumitu, 14 15
& fecit vindictā in viros desertores, & cessauerunt vltrà exi- 16
re in regionem. Vidit autem Alchimus quòd præualuit Iu- 17 18
das, & qui cum eo erant, & cognouit quia non potest susti-
nere eos, & regressus est ad regē, & accusauit eos multis cri- 19
c minibus. Et misit rex Nicanorem vnum ex principibus suis
nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel, &
mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ierusa-
lem cum exercitu magno, & misit ad Iudā & ad fratres eius
cum dolo verbis pacificis, dicens: Non sit pugna inter me &
vos. Veniam cū viris paucis,* vt videam facies vestras cū pa-
ce. Et vēnit ad Iudam & salutauerunt se inuicem pacificè, & 20
b hostes parati erant rapere Iudam. Et innotuit sermo Iudæ, 21
quoniam cum dolo venerat ad eum, & conterritus est ab eo, 22
& amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor, 23
quoniam denudatū est consilium eius: & exiuit obuiā Iudæ
in pugnam iuxta Capharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris 24
exercitu ferè † quinq; milia viri, & fugerunt in ciuitatē Da- 25
uid. Et post hæc verba ascēdit Nicanor in mōtē Siō, & exie- 26
rūt de sacerdotibus* populi salutare eū in pace, & demōstrare 27 28

† quingenti viri.

* ex sanctis & a senioribus.

c *Et misit rex.* Per Nicanorem istum quē in alio loco præpositum elephantorū fuisse legimus, falsos apostolos siue pseudoprophetas qui ex Iudæis superbiæ suæ functioni nitentes ad ecclesiam gentium veniebant, possumus intelligere. Hi ergo per simulationem in ecclesiam Christi errorem introducere molientes, fingebant se esse pacificos, sed vt in fine apparebit hostes seuissimos. De quibus Iohānes apostolus in Apoca. sua scribens ait: *Qui dicunt se Iudaos esse, & non sunt: sed sunt synagoga satanæ.* Quos magister gentium in epistola sua pseudo apostolos nominat, operarios subdolos, qui transfigurantur in apostolos Christi; & non mirum cum ipse satanas trāsfigurat se in angelum lucis:

Mysticè, Rabban. 2. Mach. 14. b.

Apoc. 2. b.

2. Cor. 11. c.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non est in eis veritas, &c. *In verbo.*
2 Et iudicium. *in facto. Et subditur causa.*
3 Transgressi sunt enim. *eos occidendo quibus iurauerant pacem.*
4 Et misit: *homines armatos.*
5 Et comprehendit. *Propter infidelitatem quam in eis viderant.*
6 Et commisit regionem. *Iudææ.*
7 Alchimo. *regendam.*
8 Et reliquit cum eo. *id est, viros bellatores.*
9 Et satis agebat Alchimus. *id est, quantum poterat nitebatur.*
10 Pro principatu. *scilicet firmando & ampliando.*
11 Et conuenerunt. *impellendo eos ad Gentilem ritum.*
12 Et fecerunt plagam magnam, &c. *id est in illis qui erant obseruatores legis.*
13 Et vidit Iudas. *Hic consequenter describitur Iudæ conflictus ad extirpandum Bachidis & Alchimi dolum, cum dicitur:* Et vidit Iudas, *oculo compassionis & doloris.*
14 Multo plus quā. *Nam apostatæ legis sunt Gentilibus nequiores.*
15 Exiit in omnes fines Iudææ. *vt omnes malos extirparet.*
16 Et fecit vindictam in viros. *id est, apostatas legis.*
17 Et cessauerūt. *s. Iudæi de fortalitio quod obtinebant in Ierusalē.*
18 Vidit autem Alchimus. *Hic consequenter describitur bellum Iudæ contra Nicanorem: Et primò ponitur Nicanoris & Alchimi dolus, secundò, conflictus ibi:* Et cognouit Nicanor. *Circa primum præmittitur dolus Alchimi accusando Iudam & fratres eius, cum dicitur:* (Diuisio.)
19 Et accusauit. *falsò tamen & iniustè. secundò ponitur dolus Nicanoris nitentis capere Iudam dolosè, & patet litera vsque ibi:*
20 Et saluta. *veraciter ex parte Iudæ, sed ex parte Nicanoris dolosè: ideo subditur:*
21 Et hostes. *Dum tamen haberent tempus aptum & horam.*
22 Et conterritus est. *cautè recedendo.*
23 Et cognouit. *Hic consequenter ponitur conflictus Nicanoris contra Iudā. Et diuiditur in duas partes secundum duplicem conflictum. secunda ponitur ibi:* Et exiit Nicanor. *In primo vero conflictu Nicanor debellatus fugit: Et patet litera vsque ibi:* (Diuisio.)
24 Et fugerunt. *in qua erant Gentiles aduersarij Iudæorum.*
25 Et post hæc. *i. facta, sicut ij. Reg. j. dicitur:* Quod est verbum quod factum est,
26 Ascendit Nicanor. *ad locum templi quod erat in altiori parte quàm turris Dauid.*
27 Et exierunt de. *quia repræsentabat personam regis.*
28 Et demonstrare. *Orandum est enim pro regibus, non solùm pro bonis sed etiam pro malis, vt Deus conuertat eos ad se, nam ex eis dependet commune bonum.* (Pro regibus orandum.)

1 Et

MORALITER.

13 *Et vidit.* Per quem significatur superior potestas ad reprimendum tanta mala, & sicut Alchimus non potens sustinere virtutem Iudæ fugit ad regem, sic talis intrusus refugit ad brachium seculare, vt contra ecclesiam defendatur. & sicut auxiliū Alchimi gladio Iudæ fuit deiectum, sic sustentatores intrusi sunt excommunicationis gladio feriendi.

MORAL.

A cis: vnde non magnum est si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Hi ergo velut Nicanor extendentes manum contra templum domini blasphemant, quia potentiæ Christi (qui est in ecclesia) velut minus validæ derogant dicentes fratribus, *quia nisi circūcidamini secundū morem Moysi, non potestis saluari.* Sic enim in actibus apostolorum eos docuisse legitur. Sed victoria per Iudā nostrum & socios eius adepta, caput blasphemum huic errori simul cum Nicanore & dextera prauæ actionis abscinditur, ne vltra maiestati diuinæ iniuria talis blasphemiæ irrogetur. Dicit enim nobis Paulus apostolus: *Gratia estis saluati per fidē: & hoc non ex vobis. Donū enim Dei est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura in Christo Iesu in operibus bonis quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.*

Act. 15. a.

Ephe. 2. b.

Ibidem.

* Iosephus Heb. Porrò, Nicanor quærebat Iudam in cunctis domibus Ierusalem. Et cùm Iudas audisset, succensus furore misit ad Nicanorē dicens: Quādiu accingis te? Egredere in agrum, & ostendam tibi virum quem etiam intra penetralia quæsiuisti. En is expectat te in conualle & planitie. C Congregās ergo Nicanor omnes copias suas, abiit in occursum Iudæ, die sabbati. Iudæi autem qui comitabantur dixerunt ad eum. Obsecro domine, ne quid temerè agas: da gloriam ei qui instituit diem sabbati. Ait Nicanor. Quis instituit eum? Responderunt: Deus cuius sedes est in cælis, & qui dominatur in vniuerso mundo. At Nicanor blasphemans loquebatur verba execrabilia, quæ scribi non conuenit. Quod cùm audisset Iudas ait ad commilitones suos. Quousque otio torpemus, & non procedimus ad bellum, sumentes vltionem de blasphemo illo? Quis est canis ille mortuus & abiectus, qui audet opprobria dicere in eum, qui est robur & decus Israelis? Proficiscens itaque venit contra Nicanorem in ira & zelo magno: Nicanor quoque egressus est cum populo graui, & manu robusta, &c. Cōgressi sunt ipsa die, factumque est certamē magnum, & vidit Iudas in ipsa pugna Nicanorem, habentē in manu sua gladiū euaginatū, clamāsq; ait: Cōtra te, ô Nicanor. Et cùm curreret contra illum in virtute feruoris sui, auertit Nicanor humerum suum, & fugit à facie Iudę. At Iudas apprehendit eum, percussitque gladio suo, & dissecuit in duas partes, deiiciens ipso ictu in terram. Prostrati sunt quoque in illa pugna de populo Macedonum triginta millia, & residui fugerunt, persequutus quoque est eos Iudas eundo, & tuba clangendo, &c.

L. 3. hist. Iudaic. ca. 22.

ei holocaustomata quæ offerebantur pro rege. Et irridens 1
spreuit eos, & polluit & locutus est superbè, & iurauit cum 2
ira dicens: Nisi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in ma-
nus meas, continuò cùm regressus fuero in pace, succendā
domum istam. Et exiit cum ira magna, & intrauerunt sacer-
dotes & steterunt ante faciem altaris templi, & flentes di-
xerunt: Tu elegisti domum istam domine ad inuocandum
nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecratio- 3
nis populo tuo. Fac vindictam in homine isto & exercitu 4
eius, & cadant gladio. Memento blasphemias eorum, & ne
dederis eis vt permaneant. Et exiit Nicanor ab Ierusalem, 5
& castra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Sy- 6
riæ. Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus milibus viris.
Et orauit Iudas, & dixit: Qui missi erant à rege Sennache- 7
rib domine, quia blasphemauerant te, exiit angelus & per- 8
cussit ex eis centum octogintaquinque milia: sic contere
exercitum istum in conspectu nostro hodie, & scient cæte-
ri, quia malè locutus est super sancta tua, & iudica illum se-
cundum malitiam illius. Et commiserunt exercitus prælium 9
tertiadecima die mensis adar, & contrita sunt castra Nica-
noris, & cecidit ipse primus in prælio. Vt vidit autem exer-
citus eius, quia cecidisset Nicanor, proiecerunt arma sua &
fugerunt: & persecuti sunt eos viam vnius diei ab Adazer
vsquequo veniatur in Gazara. & tubis cecinerunt post eos 10
cum significationibus. Et exierunt de omnibus castellis Iu-
dææ in circumitu, & ventilabant eos cornibus, & conuerte- 11
bantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, & non 12
est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eorum in
prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexterā eius, 13
quam extenderat superbè, & attulerunt & suspenderunt
contra Ierusalem. Et lætatus est populus valdè, & egerunt
diem illam in lætitia magna. Et constituit agi omnibus an-
nis diem istam tertiadecima die mensis adar, & siluit terra 14
Iuda dies paucos. 15

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et irridens spreuit. *Eorum salutationem non recipiens.*
2 Et polluit. *i. eorum sacrificia polluta reputauit. Cætera patent vsque ibi:*
3 Vt esset domus, &c. *Quæ fit verbis simplicibus.*
4 Et obse. &c. *Quæ fit per inuocationem alicuius rei sacræ, vt cum dicitur: Per passionem tuam libera nos domine. vel aliquid simile.*
5 Et exiit Nicanor. *Hic consequenter ponitur secundus conflictus, in quo Nicanor interfectus fuit. Sic ergo dicitur:* Exiit Nicanor ab Ierusalem & castra. *ad pugnandum contra Iudam.*
6 Et occurrit illi. *Ad fortificandam Nicanoris exercitum.*
7 Qui missi erant. *vt habetur iiij. Regum xviij.*
8 Exiit angelus & percussit. *quarti Regum decimonono.*
9 Et commiserunt. *i. Martij, vt dicunt aliqui: & hoc quia aliquādo pro vna parte concurrit cum Martio, sed communius concurrit cum Februario, nam est vltimus mensis Hebræorum: primus autem mēsis magis correspondet Martio, sicut plenius declaraui. Genes. vij. & Exod. xij.*
10 Et tubis cecinerunt. *Per sonum enim tubarum significabant exercitum Nicanoris deuictum, vt Iudæi in castellis existentes securi egrederentur & persequerentur fugientes.*
11 Et ventila. *Diuidebantur enim in diuersas partes fugiendo.*
12 Et conuerte. &c. *Quamlibet partem fugientium inuadendo.*
13 Et dexteram eius. *Contra templum comminando, quod in suo regressu succenderet ipsum.*
14 Et siluit terra, &c. *à prælijs.*
15 Dies paucos. *Nam audita morte Nicanoris, Demetrius rex misit Bachiden ad impugnandum Iudæam, vt habetur in principio capituli ix.*

CAP

☞ A CAPVT VIII.

a Et audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescũt ad omnia quæ postulantur, &c.

✠ IOSEPHVS Heb. In diebus illis cœpit sub Iuda regnũ quartum, nempe Romanorum, quod excitatũ est post regnum Græcorũ, sicut fuit designatum per bestiam quartã quã vidit Daniel, quę B comedebat, comminebat, & residuũ pedibus cõculcabat. Nam Romani pugnauerunt cõtra Antiochum regem Græcorum, qui in exercitu suo habuit

l.3.hist. Iudaic.c.15. Liuius. Plutarchus.

CAPVT VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia 1
sunt potentes viribus, & acquiescunt ad om- 2
nia quæ postulantur ab eis: & quicumque ac- 3
cesserunt ad eos, statuerunt cum eis amici- 4
tias, & quia sunt potentes viribus. Et audie- 5
runt prælia eorum, & virtutes bonas quas fe- 6
cerunt in Galacia, quia obtinuerunt eos, &
duxerunt sub tributum. Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, 7
& quòd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ 8
illic sunt: & possederunt omnem locum consilio suo, & patientia, 9
locaque quæ valde longè erant ab eis & reges qui superuenerant 10 11
eis ab extremis terræ contriuerunt, & percusserunt eos plaga ma- 12
gna. Cæteri autem dant eis tributum omnibus annis. Et Philip- 13
pum Persen Cethæorum regem, & cæteros qui aduersus eos arma
tulerunt, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. Et Antiochũ 14
magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum 15
viginti elephantes & equitatum & currus & exercitum magnum 16
valde contritum ab eis: & quia cœperunt eum viuum, & statuerũt 17 18
ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum tributũ magnũ, & da- 19
ret obsides & constitutũ, & regionẽ Indorũ, & Lydos, & Mœdos, 20 21
de optimis regionibus eorũ: & acceptas eas ab eis dederũt Eumeni 22
regi. Et quia qui erant apud Helladã voluerũt ire & tollere eos, & 23
innotuit sermo his, & miserũt ad eos ducẽ vnum, & pugnauerunt 24 25

habuit centum & viginti elephãtes, atque populum multum & validum, equos & currus plurimos, & deuicerunt eum, coegeruntque ad danda ipsis tributa. D

Humiliauerunt denique superbiam Hannibalis, qui præfuit vrbi Carthagini, &c.

✠ RVPERTVS. Subobscurum quiddam fratribus victoriosis in medio suæ claritatis accidit, Iudæ, Ionathæ, atque Simoni, quod videlicet victoriis clarificati vltro miserũt societatem & amicitiã statuere cum Romanis potẽtibus & famosis, quãuis ☞ super E

li. 10 de victor. verbi cap. 26.

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes, &c. *Descripta Iudæ multiplici victoria, Hic consequenter describitur ipsius cum Romanis amicitia contracta. Et diuiditur in tres partes. Nam primò describitur Romanorum fama laudabilis, secundò Iudæorum legatio fidelis, ibi.* Et elegit Iudas. *tertiò, vtrorumque* C *confœderatio amicabilis, ibi:* Et placuit. *Prima adhuc in tres. Nam primò describitur eorum fama ex crebris victorijs, secundò ex fidelibus amicitijs, ibi:* Cum amicis autem. *tertiò ex prudentibus eorum modestijs, ibi:* Et in omnibus istis. *Circa primum primò ponitur Romanorum laus in generali, cum dicitur:*

1 Et audiuit Iudas nomen Romanorum, &c. *Per publicam famam.*

2 Quia sunt potentes viribus, &c. *Iam enim sibi subiugauerant multa regna.*

3 Et acquiescunt ad omnia quæ postulantur, &c. *Dum tamen sint rationabilia.*

4 Et quicumque accesserunt ad eos, &c. *Nullorum amicitiam respuentes.*

5 Et audierunt prælia eorum, &c. *Hic consequenter ponitur fama Romanorum, magis in speciali & primò in Græcia, cum dicitur:*

6 Et virtutes bonas quas fecerunt in Galacia, &c. *quæ est quædam pars Græciæ, quam Senones Galli acquisierũt sub Brennio duce, & eam Gallaciam nominauerunt quasi Gallogræciam. Secundò in Hispania, cum dicitur:*

7 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, &c. *Ad subiectionem, cuius montes Pyreneos immeabiles ante fecerunt feræ peruios cum maximis sumptibus & labore.*

8 Et quòd in potestatem. *scilicet, suam.*

10 Redege

9 Redegerunt metalla. *id est, mineras.*

10 Argenti & auri quæ illic sunt, &c. *Quæ sunt in Hispania.*

11 Et possederunt omnem locum consilio suo, &c. *id est, prudentia sua bellica. vnde dicit Vegetius lib. de re militari: quòd in nullo leguntur Romani orbem terræ subiecisse sibi, nisi prudentia bellica & exercitio armorum. Nam Græci erant eis astutiores, Hispani ferociores, Teutonici corpore maiores & fortiores: Gallici verò plures, vt ibidem deducit Vegetius.*

12 Patientia locaque quæ valde longe erant ab eis & reges qui superuenerant, &c. *Tolerando patienter laborem, qui est in exercitio armorum. Cætera patent vsque ibi:*

13 Et Philippum Persen Cethæorum regem, &c. *Iosephus dicit: Cethæorum reges ita quod vterque erat rex in diuersis tamen partibus terræ illius, sicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges: & ideo videtur quod hic ponatur singulare pro plurali, scilicet, regem pro reges, sicut frequenter fit in scriptura. vnde Exod. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum.* F

14 Et Antiochum magnum regem Asiæ, &c. *Qui fuit pater Seleuci & Antiochi Epiphanis, vt dictum est suprà,*

15 Et daret obsides. *Quorum vnus fuit Antiochus illustris filius eius, vt suprà j. cap.*

16 Et constitutum, &c. *id est, illud quod ordinauerunt vltra annuum tributum.*

17 Et regionem Indorum. *supple obtinuerunt.*

18 Et Mœdos, de optimis regionibus eorum, &c. *supple expulerunt.*

19 Et acceptas eas ab eis. *vi armorum.*

20 Dederunt Eumeni. *confœderato sibi.*

21 Et quia qui erant, &c. *scilicet Eumenem regem & populum suum de dictis regionibus, quas dederunt eis Romani.*

22 Et innotuit sermo his. *id est, Romanis.*

23 Et miserunt ad eos. *defendendos.*

24 Ducem vnum. *Cum exercitu Romanorum.*

25 Et pugnauerunt. *Qui erant apud Helladam.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Et audiuit Iudas nomen, &c.* Istud caput exponit glossa allegoricè de Christo, qui misit apostolos ad prædicandum gentibus, tanquam legatos pacis æternæ.

MORALITER autem potest exponi, vt per Romanos, qui sublimes

sublimes interpretantur, quorum probitas & fidelitas hic describitur: significentur ciues cælestes, qui sunt honorabiles, & quorum in ecclesia probitas & fidelitas enarratur: Ad ipsos autẽ bonus ecclesię militãtis prælatus mittit pro se & populo suo duos legatos ad quęrẽdũ pacẽ & amicitiã sempiternã.

✠ MORAL.

☞ A super hac re non culpet eos scriptura res gestas continens ipsorum. Nihilominus tamen aduertere promptum est, non fuisse tutum coram Deo, neque lege concessum Iudæis, vt expeterent amicitias gentium: verumtamen sicut fuerunt in vita sua, ita & post mortem gloriosi sunt, quia si quid pulueris aut puluere vanitatis admiserunt, omnino deletum est cita subsequẽte morte singulorum.

a *Et elegit Iudas Eupolemium filium, &c.*

✠ RVPERT. Iudas primus miserat Romam, cõstituere amicitiam & societatem. Et interea Demetrius rex post casum Nicanoris & exercitus eius, apposuit Bachidem & Alcimum rursus mittere in Iudæam: & in illo prælio cecidit ille potẽs, qui saluum faciebat populũ Israël. Deinde Ionathas Romam B miserat, renouare amicitiã, & post modum à Tryphone dolo circumuentus, atque occisus est. Similiter Simon miserat, cum illis renouare amicitiam, nec multũ post à genero suo Ptolomęo per insidias interfectus est. Tales euentus singulorum fines obscurare videntur, quòd videlicet in eo sibi cæleste diminuerint auxilium, dum quærunt ab hominibus seculi quasi pacis & securitatis firmamentum. Porrò diligens animus causam aliam liberius arbitratur, scilicet quòd idcirco taliter in breui decesserint, quia sicut de sanctis dicit Apostolus: *Quibus dignus non erat mundus.* Ita & talibus ac tantis ducibus, vt diu permanerent, tũc temporis dignus non erat ille populus, vtpotè iam quasi senex C atque delyrus penè totus, præter paucos iustos, nimium refrigescens à diuinæ religionis cultu. D

Ibidem. Heb. 11.

contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt 1
vxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum
possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem
illos redegerunt vsque in hunc diem. Et residua regna & in-
sulas quæ aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in
potestate redegerunt. Cum amicis autem suis, & qui in ipsis 2
requiem habebant, conseruauerunt amicitiam, & obtinue- 3
runt regna quæ erant proxima & quæ erant longè: quia qui-
cumque audiebant nomen eorũ, timebant eos. Quibus ve-
rò vellent auxilio esse, vt regnarent, regnabant. Quos autẽ
vellent regno deturbabant, & exaltati sunt valde: Et in om- 4
nibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur pur- 5
pura, vt magnificaretur in ea. Et quia curiã fecerunt sibi, & 6
quotidie consulebant trecentosuiginti consilium agentes
semper de multitudine, vt quæ digna sunt gerant, & cõmit- 7
tũt vni homini magistratum suũ per singulos annos domi-
nari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni, & non est 8
a inuidia, neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemium 9
filium Ioannis filij Iacob, & Iasonem filium Eleazari, & mi-
sit eos Romã constituere cum illis amicitiam & societatẽ,
& vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia viderũt quòd 10
in seruitutem premerent regnũ Israël. Et abierunt Romam
viam multam valde, & introierunt curiam & dixerunt: Iu-
das Machabæus & fratres eius, & populus Iudæorum, mi-
serunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem,
& conscribere nos socios & amicos vestros. Et placuit ser- 11
mo in conspectu eorum. Et hoc rescriptum quòd rescri-
b pserunt in tabulis æreis, & miserunt in Ierusalem, vt esset 12

Quod Iudas qui mittit legatos ad Romanos constituere cum illis amicitiam & societatem, significat redemptorem nostrum per prędicatores suos euangelium pacis gentibus offerre & conuocare eas ad fidem suam. Quibus illi.

b *Rescripserunt in tabulis, &c.* quod postulati fuerant, *& miserunt in Ier. vt esset ibi apud eos me. &c.* quia gentes ad credulitatem Christi cõuersæ, firmum fidei suæ statuunt pactum (quod signat æs longo tempore duraturum) & veræ cõfessionis monimentum tradunt in ecclesia catholica, vt ibi sit memoriale societatis eorũ in perpetuum. Vnde per prophetam dicitur: *Ecce dominus auditum fecit, & legatos ad gentes misit & angelus faciei eius saluabit eos in dilectione sua: & indulgentia sua ipse redemit eos.* Et item: *Parum est,* inquit, *vt sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas: Dedit te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Et iterũ: *Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas.* Et quid est quòd Iudas duos legatos componendæ pacis gratia ad Romanos misit, nisi quod redemptor noster ad conuocandas ad fidem & societatẽ pacis gentes, duo testamenta in mundum direxit? Siue aliter. Binos nuntios mittit propter sacramentũ charitatis, quia duo sunt præcepta charitatis, hoc est dilectionis Dei & proximi. E

☞ Et

Rabbanus. Allego. Isa. 62. d. Ibide. 63. c. Ibid. 49. b. Ibidem c.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ceciderunt ex eis multi, & capti. *Et patet litera.*

2 Cum amicis. *Hic consequenter ponitur fama Romanorum ex fidelitate amicitiarum cùm dicitur:* Cum amicis autem suis. *qui fœdus inierunt cum ipsis.*

3 Et qui in ipsis requiem, &c. *Fœdus initum conseruantes. Cætera patent.*

4 Et in omni. *Hic consequenter describitur fama Romanorum ex modesto vsu circa culmen honorum, cum dicitur.*

5 Nemo portabat dia. *id est, nullus vtebatur insigniis regalibus. A principio enim vrbis conditæ fuerunt reges Romæ vsque ad Tarquinium superbum. Quo deiecto propter eius superbiam & tyrannidem populus consules præfecit regimini reipublicæ, deinde tribunos plebis & dictatores, & rursus consules rempublicam gubernauerunt vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus arripuit imperium singulare. Patet igitur quod tempore Machabæorum consules præerant reipublicæ.*

6 Et quia curiam. *id est, locum solennem, vbi conueniebant consules de bono regimine reipublicæ tractantes.* F

7 Et committunt vni. *qui vocabant consules ad consilium, sicut in multis ciuitatibus singulis annis vnus constituitur maior super alios consules.*

8 Et non est inuidia, &c. *Sic à principio fuit in Romana republica: propter quod intantum creuit augmentum, sed postea fuit oppositum propter quod ad tantum venit detrimentum, sicut patet ad sensum, vnde dicit Ioannes os aureum: Sicut concordia res paruæ crescunt ita discordia maximè collabuntur.*

Salustius in Iugurtham.

9 Et elegit. *Hic consequenter describitur Iudæorum legatio fidelis: & patet litera vsque ibi.*

10 Et vt aufe. *Regnum enim Syriæ deriuatum est à Græcis, vt dictum est in principio libri: propter quod in illo regno & eius exercitu præerant multi Græci, sicut patet ex supradictis. Cætera patent.*

11 Et placuit, *Hic consequenter ponitur Romanorum & Iudæorum confœderatio amicabilis: & patet vsque ibi.*

12 In tabulis æreis. *vt scriptura posset diutius permanere.*

✠ Gladius

MORALITER.

✠ Vnus legatus est humilis oratio, de quo dicitur Eccle. xxxv. c. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, donec appropinquet non consolabitur.* Alius legatus est eleemosyna charitatiua. Tobiæ iiij. b.

Fiducia

Fiducia magna erit eleemosyna coram summo Deo: quia fideliter facit legationem suam. Et isti duo legati procurant illis à quibus mittuntur cum cælestibus ciuibus conscribi: ideo potest eis dici illud Lucæ x. c. *Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis.*

✠ MORAL.

Et omnis charitas minus quã inter duos haberi nõ potest. Nemo enim propriè ad seipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit, vt esse charitas possit. Binos ad prædicandũ in euangelio mittit dominus discipulos quatenus hoc nobis tacitus innuat: quia qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium suscipere nullarenus debet. Bene autem dicitur, *quia misit eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locũ quo erat ipse venturus.* Prædicatores enim suos dominus sequitur, quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum dominus venit. Verba exhortationis præcurrunt, atque per hæc veritas in mente suscipitur.

apud eos ibi memoriale pacis & societatis. Bene sit Romanis & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum, gladiusq; & hostis procul sit ab eis. Quòd si 1 insisterit bellũ Romanis prius aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorũ, auxiliũ feret gens Iudęorum prout tempus dictauerit, corde pleno. 3 Et præliantibus nõ dabunt neq; subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorũ nihil ab eis accipientes. Similiter autem etsi genti Iudæorum prius acciderit bellum, & adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit, & adiuuantibus non dabitur triticũ, arma, pecunia, naues sicut placuit Romanis, & custodient mandata eorum absque dolo. Secundum hæc verba constituerunt Romani 4 populo Iudæorum. Quòd si post hæc verba hi 5 aut illi addere vel demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunq; 6 addiderint vel dempserint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei dicentes: Quare grauasti iugum tuũ super amicos nostros, & socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos, aduersum te faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum terra mariq́ue.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Gladiusq́ue & hostis. *nocens eis.*
2 Auxilium feret gens. *i. prout tempus oportunum fuerit.*
3 Corde ple. *id est, veraciter absque dolo. Cætera patent vsque ibi:*
4 Quod si, &c. hi aut il. *id est, Romani vel Iudæi.*
5 Addere vel demere, &c. *Quæ scripta sunt.*
6 A liquid volu. *id est, ex communi consensu vtrorumque. Cætera patent.*

CAPVT IX.

Interea vt audi. ✠ Iosephvs Heb. factum est post reuolutum annum, vt appropinquarent dies mortis Iudæ, & præciperet ei Dominus vt clauderet diem suum, colligereturq́; ad populos suos Hasidæos. Obrpit autem eum Bacchides cum triginta millibus fortium Macedoniæ, subitò irruens in eum, habitãtem in Lesem, & habentem secũ quasi tria millia virorum, &c.

Instaurat rursum Demetrius bellũ per Bachidem & Alchimum contra Iudam, quia per paganos atque hæreticos de fide Christi relapsos mundi princeps contra ecclesiam quotidie nouis artibus veteres insidias ad nocẽdum instaurat: Cum quibus & *de. c.* misit, cũ ad tale nefas perpetrãdum validam auxiliatorum manum tradit: Contra quos Iudas cũ tribus milibus vadit, quia cõtra hostes omnes fidei cœtus doctorum cum fidelibus præliari

CAPVT IX.

Nterea vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus eius in prælio, apposuit Bachiden & Alchimum † rursum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas. In mense primo anni centesimi & quinquagesimi & secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem, & surrexerunt & abierunt in Berea viginti milia virorum, & duo milia equitum. Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria milia viri electi cum eo. Et viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, & timuerunt valde, & multi subtraxerunt se de castris, quos non remansit ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas, quòd defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos: & dissolutus est, & dixit his qui residui erant: Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modo, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus: Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis. Et si appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. Bachides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus & clamabant tubis. † Exclamauerunt autem & qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à mane vsque ad vesperum. Et vidit Iudas quia firmior est pars exercitus Bachidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde, & contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd contritum est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam, & eos qui cum ipso erant à tergo. Et ingrauatum est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt.

tiati discedunt. Et quidam de credentiũ numero tormẽtis malorum coactiblasphemare cõpelluntur. Quod ibi sepissimè euenit, vbi plebs auxilio magistrorum destituuntur. vnde subiungitur: h *Et in.* ✠ Ambros. Quia fortitudo non solum secũdis rebus, sed etiam aduersis probatur, spectemus Iudę Machabæi exitum. Is enim post victum Nicanorem regis Demetrij ducem, secundo aduersus viginti millia exercitus regis, cum nongentis viris bellum adorsus, volẽtibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam suasit. *Nę crimen*, inquit, *nostra relinquamus gloriæ.* Itaque commisso prælio, cùm à primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manũ aduertit hostium, aggressus facilè auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo vulneri locum præbuit. Ita gloriosiorem mortem triumphis inuenit.

✠ Hegesip. Iudas bello strenuus, cõsilio bonus, ac prę cæteris fide promptus, quàm frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit, non est præsentis negotij. Quod tamen brui colligere datur, sępe prosperis vsus successibus, excitauit in se magnam hostium multitudinem, qua circunfusus vndique dum cedere pudoris existimat refugientibus sociis, in prælium ruit: cęsisq́ue quos aduersus erat, à latere circumuentus, sed tamen vltus propriam mortem, occiditur.

Quia trucidatis pastoribus greges in diuersa fugere coguntur.

Sicut

a *Et exe.* Quid est quod promoto exercitu de castris equites in duas partes diuisi narrantur, nisi q; inter superbos, & arrogantes nunquàm vnitas & firma concordia seruari potest? Testante scriptura quæ dicit: *Inter superbos semper iurgia sunt.*

b *Et fundi.* (inquit) *& fa. præ. ex.* Quid per fundibularios & sagittarios, nisi hi qui ad alliciẽdas hominum mẽtes ad idololatriã siue apostasiã, aut vanis prosperitatũ promissionibus blandiẽdo, velut rotatu fundæ fideles peruertere cupiũt, aut minis tormentorum eos quasi sagittarũ ictibus terrendo decipere contendunt? Aptéque hi perire exercitũ de scribuntur, quia mos semper fuit persecutorum talibus studiis præuenire exactionẽ tormentorum.

c *Et com. e.* Commota est (inquit) terra à voce exercituũ, hoc est carnalium corda concussa sunt pauore persecutionum.

d *Et com. e. pr. à ma.* cum ab ortu lucescẽtis fidei vsque ad finẽ mundi castra diaboli aduersus ecclesiam Dei confligere nõcesſant, & aduersitates tribulationum nunquàm bonis monere desistunt, quia iuxta Pauli sententiam: *Omnes qui piè viuere volũt in Christo persecutionẽ patiuntur.*

✠ Iosephvs Heb. Cùm immineret Iudæ graue bellũ à fronte & à tergo vt cognosceret quod Bachides staret ab ista parte & fortissimi milites eius secum, 'transiliit in medium eorum, adhæserúntque ei quidam ex eis qui in Hasmonæis animosiores erant, & pergens contra Bachidem ingrauatum est bellum supra modum. Et à principio quidem prælij fusi sunt interfecti in terram duo milia. Et cùm Iudas in ipso certamine vidisset Bachidẽ, cucurrit in virtute feruoris sui ad eum, & cædens milites illius strauit innumeros in terram, gladium vibrans ad dexteram & sinistrã, ita vt cogeretur Iudas super eos incedere & calcare eos velut iter, Accedens autem ad Bachidem, habebat gladium acutum, latum, euaginatum, & plenum sanguine, timensq; Bachides faciem eius (nã erat facies eius veluti aspectus leonis in die quo inhiat prædæ suæ, quando scilicet tremor & horror paret ex facie eius vertens, Bachides cernicem suam, fugit per viam Azoti.

e *Vidit Iudas quia firmior est pars exercitus in Bachidis in dextris, &c.* Coadunatis secum omnibus qui fuerant constantes corde, contriuit illam, dum coniunctis oportunis fidelium solatiis, doctores sancti Gentilium impetum verbo fidei expugnare, & ad tranquilitatem fidei perducere satagunt. Firmior enim illorum pars esse videbatur, qui apertè paganico errore per tormentorum immanitatem cõtra ecclesiam sæuiebant, quàm illorum qui fictis amicitiis dolosè fratribus insidias disponebãt. Sed Bachidis exercitum Iudas vsque ad finem Azoti persequitur, cum Gentilium furorem prædicatores euangelij ad incendium pij amoris perducere contendunt. Interpretatur enim Azotus ignis patruelis vel incẽdiũ. Et bene ignis patruelis amor ille qui in patriarcharum cordib⁹ seruabat dici potest, quem in filiorũ mentibus strenuitas doctorum formare desiderat, vt fiat illud qđ de Elia scriptum est, *vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, præparetq; domino plebem perfectam.*

f *Et qui in. sin.* Dextro cornu, quod validius fuit decidente, sinistrũ cornu à tergo Iudam persequitur, quia sopita quodam modo Gẽtilium gratui persecutione hæretici sinistra intentione sanctam ecclesiã dolosè insidiando, atque occultè quasi à tergo lædẽdo, nequaquam persequi desinunt. inde sequitur:

g *Et ing. est p.* Ingrauatum est prælium, quando pagani aperta persecutione, & hęretici subdola seductione ecclesiã Christi impetunt. Cadunt q; multi vulnerati exhis & illis, cum mali inuidentes bonis nequitiæ suæ telis sauciati discedunt. Et quidam de credentiũ numero tormẽtis malorum coactiblasphemare cõpelluntur. Quod ibi sepissimè euenit, vbi plebs auxilio magistrorum destituuntur. vnde subiungitur: h *Et in.* ✠ Ambros. Quia fortitudo non solum secũdis rebus, sed etiam aduersis probatur, spectemus Iudę Machabæi exitum. Is enim post victum Nicanorem regis Demetrij ducem, secundo aduersus viginti millia exercitus regis, cum nongentis viris bellum adorsus, volẽtibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam suasit. *Nę crimen*, inquit, *nostra relinquamus gloriæ.* Itaque commisso prælio, cùm à primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manũ aduertit hostium, aggressus facilè auertit. Sed dum fugientes sequitur, à tergo vulneri locum præbuit. Ita gloriosiorem mortem triumphis inuenit.

✠ Hegesip. Iudas bello strenuus, cõsilio bonus, ac prę cæteris fide promptus, quàm frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit, non est præsentis negotij. Quod tamen brui colligere datur, sępe prosperis vsus successibus, excitauit in se magnam hostium multitudinem, qua circunfusus vndique dum cedere pudoris existimat refugientibus sociis, in prælium ruit: cęsisq́ue quos aduersus erat, à latere circumuentus, sed tamen vltus propriam mortem, occiditur.

Quia trucidatis pastoribus greges in diuersa fugere coguntur.

Sicut

NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

✠ Interea vt audiuit. *Descripto ductu Iudæ Machabæi, Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ fratris sui. Circa quod primò describitur mors Iudæ. Secundò substitutio Ionathæ. ibi:* Et factum est post obitum Iudę. *Circa primum primò ponitur belli apparatus, secundò, conflictus, ibi:* Et mouit exercitus. *Prima in duas. Quia primò ponitur apparatus ex parte Gentilium. secundò, ex parte Iudæorum, ibi:* Et Iudas. *Circa primum dicitur:*

1 Interea. *i. dũ legati Iudæorũ cũ Romanis tractarẽt de fœdere & amicitia.* 2 Et dex. *i. aciẽ fortẽ quæ solebat astare regi à dextris.*
3 Et abierũt. *vbi Iosue filios Israël circũcidit. Iosu. v. Cætera patẽt.*
4 Et Iudas. *Hic consequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudæorum. & patet vsque ibi:*
5 Et multi. *Iudæi, recedentes occultè timore mortis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 1 *Interea vbi audiuit.* Per Demetrium qui interpretatur nimis perfequeas, significatur diabolus qui quando non potest prævalere iustis per occultam tentationem, excitat contra eos corporalem tribulationem. vnde dixit sancto Martino: Quocunque perrexeris diabolus aduersabitur tibi. Et tunc excitabit contra eum latrones eum ferociter capientes. vnde subditur:

† *Apposuit Bachid.* Per quos significantur princeps iniquus & pontifex prophanus, & quando coniũguntur ad inuicem faciũt in ecclesia magnam stragem, sicut contigit tempore Arrij, quo Lucius episcopus fuit familiaritate coniunctus principi Arriano, qui catholicos persequebatur. Vnde dicit Rufinus in historia ecclesiastica. Eo quoque tempore Lucius Arrianæ partis episcopus post fugas ciuium & exilia, post cædes & tormenta quibus innumeros condemnauit, ad monasteria furoris sui arma conuertit, vastat eremum & bella quiescentibus inducit: tria milia simul aut amplius viros per totam eremum solitaria habitatione dispersos aggreditur, mittens armatam peditum & equitum manum, & illi gladiis obiectabant ceruices, & nihil aliud dicebant nisi, *Amice ad quid venisti?* Sicut per Bachiden & Alchimum describitur hic facta strages magna Iudæ Machabęi & suorum.

† Moral.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et bel. *quòd non poterat conuenienter recedere absque aliquo exterminio suorum per aduersarios insequentes eum.*
2 Et con. e. *videns periculum vtrobique.*
3 Quia non habebat tempus. *qui recesserant de castris suis propter dictam causam.*
4 Moria. i. vi. *pro iustitia certando.*
5 Et non inferamus crimen gloriæ nostræ, &c. *si moriamur fugiendo.*
6 Et mo. ex. *Hic consequenter ponitur conflictus: cum dicitur:* Et mouit exercitus. *scilicet, Iudæ.*
7 Et diuisi sunt equites. *exercitus Bachidis.*
8 In duas partes & fundibularij, &c, *vt facerent duo cornua siue duas alas equitum.*
9 Et pri. ser. *ad aduersarios deterrendum & penetrandum.*
10 Et proximauit legio ex duabus, &c. *exercitus Bachidis.*
11 Et com. est ter. *tantus enim erat strepitus clamoris ictuum & colli sionũ armorum, quòd terra videbatur commoueri.*
12 Et ingrauatum est prælium. *nam Iudas & sui erant inter aduersarios inclusi, & sic pugnabant acriter sicut de vita desperati.*

A Zach. 13.c. ☞ Sicut in Zacharia propheta in præſagio paſſionis Chriſti ſcriptum eſt: *Pertute*(inquit),*paſtorem,& diſ.o.gr.* Quod euãgeliſta in paſſione domini, vbi ipſo comprehenſo à turbis, diſcipuli omnes relicto eo fugerũt, ad teſtimoniũ introduxit, quia quod præceſſit in capite neceſſe eſt vt ſequatur in corpore.

a Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſe- 1
pelierunt eum in ſepulchro patrum ſuorum in ciuitate Mo-
din. Et fleuerunt eum omnis populus Iſrael planctu magno, †
& lugebant dies multos, Et dixerunt: Quomodo cecidit po-
b tens, qui ſaluum faciebat populum Iſraël? Et cætera verba
bellorum Iudę & virtutum, quas fecit, & magnitudinis eius,
c non ſunt deſcripta: multa enim erãt valdè. Et factum eſt poſt 2
obitum Iudæ, emiſerunt iniqui in omnibus finibus Iſraël, & 3
d exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatẽ. In diebus illis 4

a *Et Ion.* Non poteſt tranſire ſine diſcipulorum triſtitia, bonorum magiſtrorũ per occaſum mortis tẽporalis ruina. Inde dicitur, ꝙ fleuiſſet *Iudam o.po.Iſ. pla.ma.* Huic quoq; ſimile in paſſione Stephani inuenitur ſcriptum, *quòd curauerunt Stephanum viri timorati, & fecerunt ſuper eo planctũ magnum.* (Actu 8.a.) Sed licet dolor abſceſſus ſuorum tangat fideliũ mentes per compaſſionem, tamen non deerit eis cõſolatio, quam habent de futura animarum requie per certam ſpẽ. B Triſtantur enim ſancti aliquo modo in corporis ſui dolore, ſed nimium lætantur animo de conſignata ſibi in cæleſti regno mercede, vnde ſaluator diſcipulis ſuis paſſionis magnitudine & triũphi ſui certa remuneratione in euangelio prædicens ait: (Matth. 5. a.) *Beati eſtis cum maledixerint homines, & perſecuti vos fuerint. & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes propter nomen meum: Gaudete in illa die & exultate quoniam merces veſtra multa eſt in cælo.*

L.12. antiq. cap. 18. *Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam.* ✠ Iosepvs. Corpus Iudæ ab hoſtibus ſub pacto Simon & Ionathas fratres eius redimentes, perduxerunt ad Modin villam, vbi & pater eorum ſepultus erat, lugente eum per multos dies populo Hebræorum, & honorante ſecundum communem & legitimam cõſuetudinem. Finis quidem talis Iudam inuenit, virum fortem, & magnum, & bellicoſum, & mandatorum patris ſui memorem, & omnia pro libertate ciuiũ & facere & pati paratũ. Tali ergo virtute plenus magnam ſibi gloriam & monimenta ſeruauit, liberans gentem à Macedonum ſeruitute. Qui cùm principatum ſacerdotij tribus annis habuiſſet hoc ordine defunctus eſt.

L.de eccleſ. hier.c.7. ✠ Dion. Areo. Defuncti viri chriſtiani corpus, propinqui ſancta propinquitate, morumq; ſimilitudine, ipſum qui talis eſt prędicant ꝙ ad optatum peruenerit victoriæ finem, auctoríque victoriæ laudes cum gratiarum actione perſoluunt: C ſeipſos quoque orantes ad ſimilem requiem admitti. Sumẽtes autem ipſum ad Pontificem ducunt, quaſi coronis donandum ſacris. Hunc ille libẽter ſuſcipit, eáque peragit, quæ diuino inſtituto ſuper ſanctè quieſcentibus fiunt.

L.1.ciuit. c. 13. ✠ Avg. Non ſunt contemnenda corpora defunctorum, maximéque iuſtorum atque fideliũ, quibus tanquam organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt Spiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi, tãto clarius eſt poſteris, quãto erga parentes maior extitit affectus, nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ multo familiarius atq; cõiunctius quã quælibet indumenta geſtamus. Vnde & antiquorum iuſtorũ funera officioſa pietate curata ſunt: exequię celebratæ, & ſepultura prouiſa: ipſique dum viuerent, de ſepeliendis, vel etiam trãſferendis ſuis corporibus, filiis mandauerunt. (Gen.23.25. 49.50.) Et Tobias ſepeliẽdo mortuos, Deum promeruiſſe, teſte angelo commendatur. (To.2.& 12. Matth.26.) Ipſe quoque Dominus religioſæ mulieris bonũ opus prædicat, prædicandumq; cõmendat ꝙ vnguentum precioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad ſepeliendum fecerit, &c. (Mar.14.)

In loc.Heb. ✠ Hiero. Modin vicus eſt iuxta Dioſpolim, vnde fuerũt Machabæi quorum hodiéque ibidem ſepulchra monſtrantur. Sat itaque miror quomodo Antiochiæ eorum reliquias oſtendant, aut quo hoc certo auctore credatur.

Rabbanus. b *Et cætera.* Multa ſunt bella & virtutes quas faciunt ſancti imò dominus in eis: quarum omnium notitiam nemo percipere poteſt,

D teſt, ſed in ſolius agnitione permanent autoris. Vnde de ipſis dominus in euangelio ait: (Iohan.10.c.) *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego dominus agnoſco eas.* Et item: (Lucæ.10.) *Gaudete*(inquit) *& exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo.* Et item: (Matt.10.) *Veſtri*(ait) *capilli capitis omnes numerati ſunt, & capillus de capite veſtro non peribit.* De quo & alibi ſcriptum eſt: (2.Tim.2.c.) *Nouit dominus qui ſunt eius.* Et item: (2.Paral.6.f.) *Ipſe ſolus nouit corda omniũ filiorum Adam.* (Actu 1.d.) Hinc & in Pſalm. propheta ait: (Pſal.146.a.) *Qui numerat multitudinẽ ſtellarũ, & omnibus eis nomina vocat.* Et item: (Ibid.67.g.) *Mirabilis*(inquit) *Deus ſanctis ſuis, ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ.* (Ibide.) Vnde neceſſe eſt, vt dicant ſinguli: Dicãt & omnes: *Benedictus dominus qui fecit mirabilia magna ſolus. Et benedictũ nomen maieſtatis eius in æternum & in ſeculum ſeculi.*

c *Et factum eſt.* In prioribus vbi de Matathiæ morte commemoratum eſt, ſcriptum reperitur ꝙ ipſe centeſimo & quadrageſimo ſexto anno defunctus ſit, in cuius locum ſurrexit Iudas filius eius, & præliabatur prælium Iſrael. Similiter etiam in ſequẽtibus ſcriptum inuenitur, ꝙ Ionathas poſt Iudam fratrem ſuum ſumpſerit principatum, E poſt quem Alchimus anno centeſimo quinquageſimo tertio præcepit deſtrui muros domus ſanctæ, & opera prophetarum, qui & mortuus eſt tempore illo. Ioſephus autem narrat, ꝙ poſtquam Alchimus (qui & Ioachin, tenẽs principatum ſacerdotij quatuor annis) interierit, ſacerdotium Iudæ populus contradiderit, ipſumq; dicit, poſtquàm principatum ſacerdotij tribus annis miniſtrauerit eſſe defunctum. In his omnibus conijci datur, quòd Iudas poſt mortem Mathatiæ patris ſui ducatũ populi gereret ſeptem annis, in quibus per quadriennium Antiochi duces de Iudæa dimicando expellens, & tẽplum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges poſt hæc ſuis ciuibus reddidit olympiade centeſimaquinquageſimaquarta. Sicque accepit principatum ſacerdotij, & tres annos in eo expleuit. Vnde & in chronicis inuenitur Ionathas ſexto anno Demetrij Sotheris, Iudæorum ducatum accepiſſe quem tenuit decem & nouem annis, poſt mortem videlicet patris ſui Matathiæ, decem annis, olimpiade centeſimaquinquageſimaquinta.

F Myſticè. Illa ergo prauorum infeſtatio quæ poſt obitum Iudæ inquietauerat filios Iſrael, myſticè ſignificat quòd ablatis bonis doctoribus, diſpendium non minimum fideles ſentiant auditores, cum occaſione percepta non ſolum pagani, ſed etiam hæretici grauibus perſecutionibus fatigãt eccleſiam Dei. Hinc Paulus Ieroſolymam profecturus conuocatis maioribus Epheſiorum inter alia dixit: (Act.20.c.) *Nunc ecce ego ſcio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes per quos tranſiui prædicans regnum Dei. Quapropter cõteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi quo minus annuntiarem omne conſilium Dei vobis. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiã Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meã lupi rapaces in vos, non parcẽtes gregi, & ex vobiſipſis exſurgẽt viri loquẽtes peruerſa, vt adducãt diſcipulos poſt ſe, propter quod vigilate memoria retinentes, quòd per triennium die ac nocte non ceſſaui lachrymis, monẽs vnumquemque veſtrum, & nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, quia potens eſt ædificare & dare hæreditatem in ſanctificationibus.*

d *In diebus illis facta eſt fames m.* Fame oborta tradidit ſe Bachidi omnis regio, quia deficientibus prædicatoribus propter famem verbi Dei vnde animæ ſaginari debuerũt (quia ſecundum veritatis ſententiam: (Matt.4.a.) *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei*) quidam tormentis coacti, quidam verò vanis ſuaſionibus illecti de eccleſiaſticorum numero tradunt ſe gẽtibus. Qui amicos veri Iudæ (quem teſtante ſcriptura laudãt)

☞ om

NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio. ✠ 1 Et Iona. *non tunc ſed poſt prælium corpus eius ab hoſtibus redimendo. vt dicit Ioſephus libro anitquitatis Iudica. xij.*

2 Et factum eſt poſt obitũ. *Deſcripta morte Iudæ, hic conſequenter deſcribitur ſubſtitutio Ionathæ. Circa quã primo ponitur inſtituendi neceſſitas, ſecundò, inſtitutionis ſolennitas, ibi:* Et congregati ſunt. *tertiò, inde conſurgens aduerſitas, ibi:* Et cognouit Bachides. *Circa primum dicitur.* Et factum eſt, &c. *Percuſſo enim paſtore inuaſerunt gregem lupi rapaces.*

3 Et exorti ſunt. *Viuente enim Iuda erant quaſi mortui, ſed ipſo mortuo erexerunt ſua cornua.*

4 In diebus illis &c. *Tum ex defectu culturæ propter guerram.*

✠ Et

MORALITER.

† *Et fleue. eum.o.p.* Per quod ſignificatur, quòd mors boni principis vel prælati debet ab omnibus plangi.

4 *In diebus illis facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bachi.o.r.*

† Per

A ☞ omnes fratres ſui perſcrutantur: & cũ inuenerint, illudentes vindictam exercent in illos. Hãc ergo interpretationem cognoſcit eueniſſe primis temporibus eccleſiæ cultoribus Chriſti, omnis qui eccleſiaſticam hiſtoriã legit. Sed & ſpiritales nequitiæ quæ antiqui hoſtis deſeruiunt voluntati, cùm viderint animas hominum pane verbi Dei carere, ſtudent eos in errorem mittere, & ad vitia pertrahere, quatenus de amicis Iudæ efficiant prædã ſatanę, & vaſa Dei pabulum ignis æterni.

facta eſt fames magna valdè, & tradidit ſe Bachidi omnis 1
regio eorum cum ipſis. Et elegit Bachides impios viros, & 2
conſtituit eos dominos regionis, & exquirebant & perſcru- 3
tabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bachidem, & 4
a vindicabat in illos. Et illudebat. Et facta eſt tribulatio magna 5
in Iſraël, qualis non fuit ex die qua non eſt viſus propheta in
b Iſraël. Et congregati ſunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Io- 6
nathæ: Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei
non eſt qui exeat contra inimicos noſtros, Bachiden & eos,
qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nunc itaque te elegimus ho-
die pro eo eſſe nobis in principem & ducem ad bellandum
c bellũ noſtrũ. Et ſuſcepit Ionathas tẽpore illo principatum
& ſurrexit loco Iudæ fratris ſui. Et cognouit Bachides, & 7 8
quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon fra-
ter eius, & omnes qui cum eo erant, & fugerunt in deſertum 9 10
d Thecue: & conſederunt ad aquam lacus Aſphar, & cognouit 11
e Bachides, & die ſabbathorum venit ipſe & omnis exercitus 12
eius trans Iordanem. Et Ionathas miſit fratrem ſuum ducem 13 14
populi, & rogauit Nabutheos amicos ſuos, vt commendaret 15
f illis apparatum ſuum, qui erat copioſus. Et exierũt filij Iam- 16 17

a *Et facta eſt.* B Poſtquam enim nõ eſt viſus propheta in Iſrael facta eſt tribulatio magna, quia ceſſante doctrina in populo Dei peccatorum excreuit plaga, & inde in eos verberum proceſſit vindicta. Vnde neceſſe eſt vt doctores eccleſiæ ſint ſtudioſi ad docendũ ſubiectos, & auditores ſint intenti ad audiendum verbũ Dei. Hinc quoque per Salomonem dicitur: (Prou.13.c.) *Doctrina bona dabit gratiam. Labia autem ſapientium cuſtodiunt eos.* (Ibi.14.a.) *Vbi nõ ſunt boues, præſepe vacuum eſt, vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis. In omni opere bono erit abundantia, miſericordia & veritas præparant bona.*

b *Et congreg.* Quid eſt quòd poſt obitum Iudæ legitur Ionathas à populo ad ſacerdotium eligi, vt ſuppleat locum fratris ſui, niſi quòd obeuntibus per martyrium primum doctoribus eccleſiæ, ſucceſſores eorum adminiſtrante ſpirituſſancti gratia in locum ipſorum ſubſtituuntur? Cuius adminiſtrationis efficaciam nominis Ionathæ interpretatio demonſtrat. Interpretatur enim columbæ donum, ſicut ſuperius demonſtratum eſt, admonens prædicatores verbi quatenus dignè ducatus ſui officium in plebe Dei gerant, & defenſionem congruam cõtra hoſtes ſubditis C impendant. Sed ſicut prioribus, ita ſequentibus populi Dei doctoribus ab infidelibus atque hæreticis truculẽta naſcuntur bella, & ſæua hoſtium aduerſatur inimicitia. Vnde ſequitur.

Rabbanus. c *Et ſuſce. Iona.* Fugit Ionathas imminente bello cum ſuis in deſertum Thecue, quia exardeſcente hoſtium perſecutione doctores ſancti cum ſuis ſequacibus cæleſtis aulæ precibus penetrant ſecretũ, vt ibi inuocando omnipotentis Dei inueniãt auxilium: quem tota intentione cordis venire ſibi poſtulant in adiutoriũ. Thecue enim interpretatur tuba ſiue clangor. Quod autem ſubiungitur.

D d *Et conſe. ad aq. la.* Significat vocare compunctis lachrymis eos, quo facilius omnipotentis Dei impetrare ſatagant ſolatiũ, quando non alibi, ſed eius pietatis ſolummodo expetunt refugium. Vnde Aſphar interpretatur fodit ſiue humus, quia quando cor intus ſalubriter compungitur, humor lachrymarum ab oculis ad prouocandum miſericordiam Dei largius foris effunditur.

e *Et co.Ba.* Quid eſt quòd Bachides in die ſabbathorũ trans Iordanem cum exercitu venit contra Iudæos, E niſi ꝙ perſecutores Chriſtianorum paci & quieti eccleſiæ inuidentes, cum tumultu irrumpendo baptiſmi ſacramentũ conturbare, & fidei ſtatũ ſubuertere ſtudẽt? Et ad hoc Nabutheos amicos ſuos in auxiliũ prouocant, quia hęreticos ad contritionẽ fidelium, æquè maliuolos ſibi aſſociant. Nabuthei enim, vt quidam affirmãt, prophetantes interpretãtur. Et aptè hæretici hoc in loco prophetãtes dici poſſunt, non vt ſanæ fidei docendo commẽdent veritatem, ſed erroris ſecundum cordis ſui nequitiam depromant falſitatem. Vnde & in lege prophetæ qui vana ſomniabant, & diuinabant mendacia, ſecundum ſententiam domini morti diiudicabantur. Quod certiſſimum eſt hæreticis euenire, qui ſe per ſchiſmatas & ſecta inutiles ſeparant à Deo, & per errorem atq; blaſphemiam coniungunt diabolo.

L.13.antiq. c.1. ✠ Iosephvs. Ionathas cognoſcens Bachidem contra ſe veniſſe, mittit fratrem Ioannem qui Gaddis dicebatur, ad Nabathæos Arabas, vt apud ipſos deponerẽt ſupellectilem, vſquequo pugnarent contra Bachidem: erant enim amici. Ioannem verò euntẽ ad Nabathæos, inſidiis collocatis in Madaba ciuitate, filij Amarei capiunt vnà cum ſuis & rapientes omnia quæ portabant, occidunt Ioannem & omnes ſocios eius, &c.

Rabbanus Myſticè. f *Et exierunt filij Iambri ex Madaba.* Quid per filios Iambri, niſi voluptuoſi iſtius mundi exprimuntur, qui exire ex Madaba, hoc eſt ex natiuitate dicuntur, cum concupiſcentiam carnalem quam originaliter ex parte carnis contraxerunt, ſine permutatione viſitare contendunt. Hi ergo.

☞ Gom

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et tradidit ſe Bachidi. *Ad ſeruiendum ſub tributo regi.*
2 Et elegit Bachides, &c. *De Iſrael.*
3 Et perſcrutab. *Quia cognoſcebant eos, & ſciebant latibula eorum.*
4 Et vindicabant. *Contemptibiliter eos iugulando.*
5 Et facta eſt. *Et hæc fuit neceſſitas inſtituendi ducem loco Iudæ.*
6 Et cong. ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur inſtitutionis ſolennitas. nam ad hoc fuit populus congregatus, vt electio Ionathæ fieret certius & ſolennius: & patet litera.*
Diuiſio. 7 Et co. Ba. *Hic conſequenter deſcribitur inſurgens aduerſitas. Et diuiditur in tres partes, quia primò perſecutio Ionathæ, ſecundò mors Iohannis fratris ſui interponitur, ibi:* Et miſit fratrem ſuum. *tertiò, ſcriptura ad primum reuertitur, ibi:* Et audiuit Bachides. *Circa primum dicitur:* Et cog. Bachi. *inſtitutionem Ionathæ.*
8 Et quæ. eum occid. *diuerſis viis & machinationibus, quas cognoſcens Ionathas declinauit cautè, ideo ſubditur:*
9 Et fug. *quouſq; poſſent exercitum aggregare.*
10 Et conſ. ad aq. *ideſt, iuxta aquam.*
11 Lac. *iſte lacus eſt mare mortuum, quod alibi dicitur lacus Aſphalti.*
12 Et co. Bachid. *per ſuos exploratores.*
13 Et die ſab. *in contemptum feſtiuitatis Iudaicæ, & vt Iudæi non defenderent ſe, ſicut de quibuſdam dictum eſt ſu.ij.ca. vel ſaltem vt minus voluntariè ſumerent arma illa die.*
14 Et Io. mi. *hic conſequenter mors Iohannis fratris Ionathæ interponitur, & primò ponitur eius occiſio doloſa per inſidias ſibi poſitas in via, ideo dicitur,* Et Io. *mittẽs aliquos de populo cũ Iohãne ipſum præcedẽte.*
15 Et ro. Na. *vt habetur ſup.v.c.*
16 Vt com. *per modum cuſtodiæ vſque ad diem belli cum Bachide Aliqui libri ſic habent: Vt commodarent illis, &c. ideſt; vt Nabuthæi accommodarent Ionathæ & fratribus eius tentoria ſua & arma.*
17 Et exierunt fi. Iam. *inſidiantes Iohanni.*

✠ Et

MORALITER.

✠ Per quod ſignificatur, quòd propter defectum prædicationis verbi diuini, & ſumptionis euchariſtiæ ſacramenti, quibus homo ſpiritualiter viuit populus traditur dæmonis poteſtati.

6 *Et cong. ſunt o.* Per hoc quòd Iuda defuncto ſubſtitutus eſt Ionathas, qui interpretatur columbæ donũ, ſignificatur quòd poſt mortem boni prælati electores debent eſſe multum ſoliciti, vt habeant ſucceſſorem qui ſit plenus gratia ſpirituſſancti, qui in ſpecie columbæ apparuit in baptiſmo Chriſti. Per autem quòd Bachides quærebat Ionathan occidere, ſignificatur quòd diabolus multum eſt ſolicitus qualiter poſſit bonum prælatum ſubuertere, ſicut dictum eſt ſuprà.iij.c. de Andrea epiſcopo Fundanæ ciuitatis.

17 *Et exierunt.* Iambri dies amaricans interpretatur, & ideo per

A a *Compre. Io. & omnia quæ ha.* & abierunt habentes ea, cum aliquem de filiis ecclesiæ iam baptismatis vnda ablutum, & gratia Dei renatum, per illicita desideria ad se rapiunt, & studia bona quibus militabat Deo peruertentes ad illecebras voluptatũ peruertũt. Sed Ionathas & Simon vlcisci ea cupientes, sponsum, qui duxit filiam vnius de magnis principibus Chanaan in ambitione magna cum omni suo apparatu & amicis suis subuertit atq; occidit, quando doctores sancti aliquos eorum quos toto nisu conspiciunt voluptatibus mundi inhiare, & ad luxuriam procliues esse (quamprinceps eius seculi ad decipiendum ardentes quosq; in concupiscẽtia carnis proponit, ad societatem suam omnes pertrahendo) ab intentione praua eripiunt, atq; in eis hoc quod nociuum fuit & reluctans diuinis mandatis mucrone diuini verbi occidunt. Talis enim victoria bene his condecet, qui ex magisterio cælesti didicerunt *diligere inimicos suos, & benefacere his qui oderunt se, orare pro persequentibus, & calũniantibus sibi, benedicere maledicentibus, & nõ remaledicere.* Qui cęsorũ spolia accipiũt, quãdo totos nisus eorum in vsum ecclesiasticũ conuertunt. Vnde aptè subiungitur. (B) (Lucæ. 6. d.) (C)

b *Et cõuersæ sunt nu. in luc. & vox mu. ip. in la.* quia vanam lætitiam mundi in luctum pœnitentiæ, & varios iocos ac carmina inutilia in psalmodiam diuinam cum compunctione lachrymarum sancti prædicatores docent eos commutare, quos salutifera præda rapiunt, & à vita carnali ac veteris actibus hominis funditus occidunt. Sicq; reuertuntur ad ripam Iordanis, cùm eos perducunt ad statum Christianę religionis atque ad perceptionem sacri baptismatis, vt ibi euangelicus expleatur ritus, pro quo labor exercebatur totus. (D)

c *Et audiuit Bachi.* Cùm persecutores fidelium sabbatho spiritali quo vacant ipsi cultores Christi à terrenis cupiditatibus ad audiendum verbum Dei, & laudem domini concinẽdum, per inuidiam concitati perturbare eos contendunt, & sacramentum baptismi per potentiã secularem contaminare nituntur. Ionathas mysticos suos incitat ad pugnam spiritualẽ, (Mysticè) hoc est, vt per constantiam mẽtis & robur fidei pugnẽt ex aduerso contra inimicos suos: non q; dimicando aut feriendo eos, lædãt, sed per patientiam & mansuetudinem tolerando ac beneficiis remunerando melius vindicãt secundum illam sententiam saluatoris qua discipulis suis ait: (E) *Audistis quia dictum est antiquis: Oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* (Matth. 5. f.) Et item: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* (Lucæ. 21. d.) Hinc & Paulus ait: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* (Rom. 12. d.) (Ibidem) (F) *Talibus enim hostiis promeretur Deus*, qui dat victoriam suis seruis, & prosternit inimicos eorum sub pedibus ipsorum. Vnde in posterioribus scriptum est, quòd Ionathas cum Bachide composuerit pacem, & quòd iurauerit Bachides nihil se ei facturum mali omnibus diebus vitæ eius, reddideritque ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. (Infrà. 10. f.)

a bri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem, & omnia 1
quæ habebat, & abierunt habentes ea. Post hæc verba re- 2
nuntiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filij Iam-
bri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba
filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambi- 3
tione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohannis fratris 4
sui, & ascenderunt, & absconderunt se sub tegumẽto mon-
tis, eleuauerunt oculos suos & viderunt, & ecce tumultus 5
& apparatus multus, & sponsus processit & amici eius, & 6
fratres eius obuiam illis cum tympanis & musicis, & armis
multis. Et surrexerunt ad eos ex insidiis, & occiderunt eos,
& ceciderunt vulnerati multi: & residui fugerunt in mon-
b tes, & acceperunt omnia spolia eorum, & conuersæ sunt nu-
ptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum.
Et vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui, & reuersi 7
c sunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bachides, & venit die sab 8
bathorum vsque ad oram Iordanis in virtute magna. Et di-
xit ad suos Ionathas, Surgamus & pugnemus contra inimi-
cos nostros. Non est enim hodie sicut heri & nudiustertius. 9
Ecce enim bellum ex aduerso: aqua verò Iordanis hinc &
inde, & ripæ, & paludes, & saltus: & non est locus diuerten-
di. Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu ini-
micorum vestrorum. Et commissum est bellum. Et extendit 10
Ionathas manum suam percutere Bachiden, & diuertit ab
eo retro, & dissilijt Ionathas, & qui cum eo erant in Iorda 11
nem, & transnatauerunt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de
parte Bachidis die illa mille viri & reuersi sunt in Ierusalem.
Et ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem 12
quæ erat in Iericho, & Ammaũ, & in Bethoron, & Bethel, &
Thannatham, & Phara, & Thopo muris excelsis, & portis &
seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerẽt in
Israël. Et muniuit ciuitatem Bethsuram & Gazaram & arcẽ,
& posuit in eis auxilia, & apparatũ escarum, & accepit filios 13

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et com. Io. *& etiam occiderunt eum, vt habetur in parte sequenti.*
2 Post h. *Hic consequenter ponitur vindicatio Iohannis, & patet litera vsque ibi.* 3 Cum am. m. *idest, cum apparatu magno & pompa.*
4 Et re. sunt. *Ex quo patet, quòd Iohannem occiderant, vt dictum est.*
5 Et ecc. tu. *ex multitudine venientium.*
6 Et s. pro. *obuiam illis qui adducebãt sponsam. Cætera patẽt vsq; ibi:*
7 Et re. sunt. *s. ad mare mortuũ in loco prædicto, quod dicitur hic ripa Iordanis: nam Iordanis transit per ipsum mare mortuũ vt habetur Ios. 3.*
8 Et au. *hic cõsequẽter scriptura reuertitur ad illud quod suprà propositum est, scilicet, persecutio Ionathæ ab ipso Bachide, & primò ponitur eorum conflictus. secundò, Alchimi decessus, ibi:* Et anno. cẽ. ter. *Bachidis recessus, ibi:* Et vidit Bach. *Circa primum patet litera ex prædictis vsq; ibi:*
9 Non est en. h. *hoc dixit Ionathas ad animandum suos, ostendens, q; non patebat locus fugæ.*
10 Et ext. *Tantum enim valuit, q; eum interfecisset nisi retrocessisset.*
11 Et dissiliit Iona. *ad persequendum Bachiden & eius gentem.*
12 Et reuersi su. *scilicet, Bachides & sui. Cætera patent vsque ibi:*
13 Et accepit filios p. *idest, principalium Iudæorum.*

MORALITER.

Iambri voluptas carnalis significatur, quo dies dicitur: quia delectabilis est in principio, sed dicitur amaricans, eò quòd tristabilis est in termino. vnde dicit Boecius. ij. de con. Tristes verò voluptatum esse exitus quisquis libidinum suarum reminisci volet, intelliget. Igitur filij Iambri sunt homines voluptatibus corporis dediti, & isti capiunt Iohannem, quando malis persuasionibus gratiosum iuuenem ad luxuriam pertrahunt, & sic eũ spiritualiter occidunt. Sed Ionathas & Simon vindicant istud factũ, quando sacri prędicatores gladio verbi Dei, luxuriosos occidũt quantum ad vitam malam pristinam, ipsos pertrahendo ad munditiæ castitatẽ. De tali occisione dicitur, Act. x. g. *Surge Petre oc. & man.* de conuersione Cornelij & amicorum suorum de Gentilitate ad Christianitatis statum.
8 *Et au. Ba.* Per hoc significatur, quòd diabolus fortius impugnat homines sanctos in solennibus diebus, eò quòd peccatum ex sanctitate temporis aggrauatur, & propter hoc homines deuoti tunc debent diaboli tentationibus reniti, & ad hoc alios exhortari, sicut Ionathas se & suos disposuit ad resistendum fortiter Bachidi, vt dicitur in litera sequenti.

A a *Et anno cen* Diximus superius, q; Alchimus contaminator legis & proditor patriæ significaret hæreticos, qui testamentum Dei sectis nefandis prophanare & ecclesiam Dei perturbare nõ metuunt. Hic modo: *Destrui m. domus san. int. & opera pr.* demoliri commemoratur, quod conuenienter aptari potest ipsis hæreticis, qui non solum oracula prophetarum vanis traditionibus deprauare, sed etiam munimẽtũ fidei quod in cordibus credentium ad conseruationem iustitię legis Dei intenta mente custoditur, qualicunq; modo possint violare atque dissipare contendunt, sed videamus, quid sequitur: (B)

b *In tempore.* idest, quia licet nimio fastu superbiant hęretici licet ad tempus præualere fidelibus per subsidia potentum huius mundi videantur, tamẽ omnipotẽtis Dei iudicio in fine subuertentur, & dissoluetur vigor prauæ voluntatis eorũ quãdo quod volunt ad effectũ perducere non possunt: Nec etiam de domo sua, hoc est de subsequenti cõuersatione sua imminente iam superni iudicis sentẽtia ordinare licet, sed fiet illud quod p Psalmis. dicitur: *Disperdet dominus vniuersa labia dol. & lin. m. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt quis noster dominus est?* (Psal. 11. a)

c *Et mor. est.* quia perdurantibus hæreticis in sua nequitia vsq; in finem præsentis vitæ *mors subsequetur secunda, & mittentur* iuxta sententiam Apocalyp. Ioh. *in stagnum ignis æterni. Et cruciabuntur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & in conspectu agni, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Nec habebunt requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginẽ eius. Et commanducant linguas suas præ dolore, & blasphemant Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt fructuosam pœnitentiam ex operibus suis,* quia se ante dum licuit, purgare noluerunt ab erroribus suis. (C) (Apo. 20. d.) (Ibid. 14. b.) (Ibid. 16. b.)

d *Et vidit Ba. q. mo. est Al. & r. est ad re. & si. t. a. d.* Annis duobus siluit terra, cum à persecutione infidelium & hæreticorum infestatione pacem habuit ad tempus ecclesia secundum illud quod in actibus apostolorum legitur: *Ecclesia quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore domini, & consolatione sancti spiritus replebatur.* (Actu. 9. e.) Sed quia diuturna & permanẽs non erit pax & securitas in præsenti vita, manifestat sequens sententia, vbi ita scriptum est: (D)

e *Et co.* Inuident hostes vniuersi paci & quieti ecclesię Dei. Vnde extorti successu felici bonorum, quærunt ad nocendum auxilia prauorum, quod desinat epistola Bachidis occultè missa sociis suis qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham & eos qui cum eo erant in Iudæa, quia cum persecutores sæui extrinsecus non præualent tormẽtis subuertere confessores Christi, construunt dolos intrinsecus per falsos fratres, qui videntur in ecclesia commanere, (E) vt quos illi nõ potuerunt gladio, hos illi decipiant dolo, vnde & Paulus apostolus sæpe in epistolis suis cõqueritur falsorum fratrum fraudem, qui subintroierunt vt peruerterent veritatem euangelij, sed non potuerunt, quia innotuit eis eorum cõsilium. (2. Cor. 11. f) Agit enim industria boni doctoris, vt plebs sibi subiectorũ præuidere & cauere sciat astutiã peruersorum.

f *Et appr.* (inquit) *de vi. re. qui prin. e. mi. quin. vi. & occ. eos.* Qui sunt illi quinquaginta de viris regionis, qui principes erant militiæ & occidebantur à Bachide, nisi hi qui superficie literæ legali contenti, Pentateuchum legis non spiritaliter sed carnaliter in circuncisione & ceremoniis superuacuis obseruare volunt? Quos redarguit doctor gentium scribens ad Galat. vbi ait: *O insensati Galathæ, quis vos fascinauit? Quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis & menses & tempora, & annos. Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Currebatis bene: Quis vos impediuit veritati non obedire? Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. Modicum enim fermenti totam massam corrumpit. Ego confido de vobis in domino q; nihil aliud sapiatis, Qui autem conturbat vos, portabit iudicium quicunq; est ille.* (Gala. 3. a.) (Ibidem. 4 b,) (Ibidem. 5. b.) (Ibidem vt suprà) Talibus autem per fraudem hostis antiqui in animæ morte peremptis videamus quod sequitur:

g *Et sec.* Quid est quòd Ionathas tumultuante Bachide se recolligit cum suis in Bethbessen, quæ est in deserto, & extruit diruta eius, cõfirmans eam nisi cum prædicatores sancti cùm viderint persecutorum præualere manum, ita vt nõ possint cum prædicationis verbo procedere in publicum, ad tempus secedunt in loca secreta? quatenus ibi ieiuniis & orationibus operam dent, & quicquid

principũ regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalẽ in 1
a custodiam. Et anno centesimo quinquagesimo tertio mense 2
secũdo pręcepit Alchimus destrui muros domus sanctæ in- 3
b terioris, & destrui opera prophetarũ. Et cœpit destruere. In 4
tempore illo percussus est Alchimus, & impedita sunt ope- 5 6
ra illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi: nec 7
c vltrà potui loqui verbum, & mãdare de domo sua. Et mor- 8
tuus est Alchimus in tempore illo cum tormento magno. 9
d Et vidit Bachides quoniam mortuus est Alchimus, & reuer 10
e sus est ad regem, & siluit terra annis duobus. Et cogita- 11
uerunt omnes iniqui dicentes: Ecce Ionathas & qui cum 12
eo sunt in silentio, habitant confidenter. Nũc ergo ad duca-
mus Bachiden, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et
abierunt & consiliũ ei dederunt. Et surrexit, vt veniret cum
exercitu multo. Et misit epistolas socijs suis occultè, qui erãt
in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos qui cum 13
eo erant sed non potuerunt quia innotuit eis consilium eo-
f rum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant 14
g militiæ quinquaginta viros, & occidit eos. Et secessit Iona- 15 16
thas, & Simon, & qui cum eo erant in Bethbessen, quæ est 17
in deserto, & extruxit diruta eius & firmauerunt eam. Et
cognouit Bachides, & congregauit vniuersam multitudinẽ
suam, & his qui de Iudæa erant denuntiauit. Et venit, & ca-
stra posuit desuper Bethbessen, & oppugnauit eã dies mul-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Obsi. *ne rebellarent se Ionathæ sociando.* 2 Et anno centesim. *Hic consequẽter describitur Alchimi decessus, & primò ponitur causa, cũ dicitur:* 3 Præcep. Al. *i. sanctorum, quod erat interior pars templi.*
4 Et dest. *nam secundum templum de quo loquitur ædificatum fuit per exhortationem & adiutorium Aggæi & Zachariæ prophetarũ. j. Esd. vj.*
5 In tempore illo. *à Deo.* 6 Et impedita. *maligna.*
7 Et occlus. est. *quia factus est mutus.*
8 Et manda. de do. *idest, non potuit ordinare de rebus suis & familia.*
9 Et mor. est, &c. in tormen. magno. *Dei iudicio iusto.*
(Diuisio.) 10 Et vidit Ba. *Hic consequenter describitur recessus Bachidis de terra Iuda cum dicitur:* Et vidit. *propter cuius institutionem in sacerdotẽ venerat in Iudæam, vt habetur in prin. huius ca. & sic habuit causam reuertendi.* 11 Et cogita. *Hic conse. primò ponitur eius reditus ad Iudæam, & secundò totalis eius recessus ab ea, ibi:* Et iratus. *Circa primum dicitur:* Et cogitauer. omnes ini. *de populo Israel.*
12 Ecce Iona. &c. habit. conf. *non præcauentes sibi de bello propter quod de facili poterunt capi. Cætera patent vsque ibi:*
13 Vt com. Io. & eos qui. *latenter & dolosè.*
14 Et apprehendit. *scilicet Ionathas,*
15 De viris re. *Id est, Iudæis.*
16 Qui principes erant militię. *Id est, ductores illorum qui volebant Ionatham & socios eius capere.*
17 Et secessit Io. in Beth. &c. *Vt haberent fortalicium pro refugio.*

MORALITER.

1 *Et anno cen.* per hoc quod Alchimus præcepit destrui muros domus sanctæ significatur, quòd malus prælat' destruere nititur sacras obseruationes ecclesiæ, & per opera prophetarũ significantur opera apostolorum, nam & ipsi prophetiæ spiritum habuerunt. Destruit enim eorum paupertatem bona pauperum sibi retinendo, & eorum humilitatem vltra modum superbiendo, & eorum exemplaritatem statum apostolicum, qui status episcopalis fœdis operibus maculando. Ideo subditur eius finis, cum dicitur:
9 *Et mor. est. Al.* Quia cum diuite epulone sepelitur in inferno.
17 *Et seces. Io. & qui. &c. in Beth.* qui domus oris florentis inter-

quicquid per iniuriam inter populares conuersando de rectitudine vitæ suæ relabebatur, hoc separatim per instantiam boni studij iterum ad integrum renouatur, Bethbesse enim domus oris florentis interpretatur. Flores enim os cum precibus atque psalmodiis hymnisq; in laudibus Dei †consertis dignè resonat.

† consertis

Quod videtur etiam dominus in euangelio discipulis mandare, vbi ait: *Cū persecuti vos fuerint in vna ciui. &c.* Vnde ipsa veritas cum Iudæi cogitarent interficere eum, *iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.* Et alibi legitur ipse exisse in montem orare, *vbi erat pernoctans in oratione Dei.* Sic & Paulus & Barnabas cum in Iconio prædicarēt verbum Dei, & factº esset impetus Gentilium & Iudæorum cū principibus suis, & contumeliis & lapidibus afficerent, & lapidarent eos, intelligentes confugerūt ad ciuitates Lycaoniæ, & Lystram & Dherben & vniuersam in circumitu regionē ibi & euāgelizauerunt. Sed nequitia hostis antiqui nullū locum in mundo tutum ab insidiis fieri permittit, hinc & Bachides super Bethbessen ducit exercitum vt oppugnet eum, & cultores Dei quierè viuere non permittat.

Matt. 10.c

Iohan. 11.g.

Luc. 6.c.

Act. 14.a.

a tos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & venit cum numero, & percussit Odaren, & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cedere, & crescere in virtutibus. Simon verò & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate & succenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bachiden, & contritus est ab eis, & afflixerunt eum valdè, quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis. Et iratus † contra viros iniquos, qui ei consilium dederant, vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit. Ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. Et cognouit Ionathas & misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, & iurauit se nihil ei facturum mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. Et conuersus abiit in terram suam, & non apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex Israël. Et habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israël.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

B b

C

liquit, ipseque exiit in regionem vt aduersarios persequeretur, nisi quòd sancti doctores intus operā dant virtutibus, & tamen foris cum fidei scuto & gladio spiritus contra hostes ecclesiæ nō sunt vniformes quin potius variis persecutionum generibus multiplices, cum Iudæi, pagani hæretici atque schismatici, necnon & falsi Christiani ad nocēdum bonis constituunt calamitates, sicut superius demonstratū est. Quod & ipsa nomina suis interpretationib⁹ nō inconuenienter exponunt. Odarē enim generatio eius, & Phaseron concisio interpretatur. Vnde per Odaren & fratres eius, illi denotari possunt qui per vnitatem catholicæ confessionis, eiusdem se cum bonis & simplicibus fingunt esse generationis, sed alienos se ab ipsorum societate ostendūt factis iniquis. De quibus dicit Apostolus: *Confitentur quidem se nōsse Deum. fa. aut. negant.* Per Phaseron autem cæteri qui ab ecclesiæ vnitate non solum religione, sed etiam professione fidei discrepant, designantur. Tales schismata & lites atque calamitates veris Christianis parare nunquam desistunt, sed eorum machinamenta & dolor duces spirituales in ipsos retorquent, nec eos milites Christi fraudibus suis nocere permittunt.

Allegoricè

E

Titum. 1. d.

F

b *Et conuersus abiit.* Cessantibus turbinibus belli Ionathas in Machmas ingreditur, ibiq; inhabitās iudicat populū, & exterminat impios ex Israel: quia sopitis prauorum bellis prædicatores sancti hoc quod prius de moralitate subditorū propter imminentes tempestates præliorum minuabitur, restaurare contendunt, & iustæ seruitutis pensum bonis moribus creatori suo reddere omni modo satagunt. Machmas enim historialiter vicus est grandis, qui vsque nunc in finibus Elię ostenditur, antiquum nomen retinēs, nouemq; ab ea milibus distans iuxta villam Rama. Interpertatur enim Machmas villæ tributum vel decretum, quo videlicet sancta significatur ecclesia, vbi instāter Deo quotidie deseruitur, & vbi iuxta decreta legis Dei, iusta iudicia per doctores fidelium sedulo exercentur, atque prauorum nequitia à vero Israel procul exterminatur.

Rabanus

CAP.

CAP. X.

a 2 *T anno cen. as. Alexan. Antio.* Antiochum nobilem ipsum dicit, quem Græci appellant Epiphanem filium Antiochi magni, de quo superius plura narrantur.

Orat. in Maximum.

✠ NAZIANZEN. Triplex est generis confiderario: aliud enim supernè originem traxit, quo omnes peræquè nobiles sumus, quippe ad imaginem Dei creati. Aliud à carne proficiscitur, quo quidē haud scio, an quisquam nobilis dici possit, cùm id totum corruptione conficiatur. Aliud, virtute vel vitio agnoscitur, cuius vel vberius, vel exiliusparticipes efficimur, prout opinor, diuinam imaginem vel conseruauerimus, ac depranauerimus. Atque hanc demum nobilitatem ample ctitur quisquis verè sapiens ac philosophus fuerit. Nā quartum illud nobilitatis genus, quod in principum diplomatibus editissque consistit, tum vllo loco ac pretio habeo, cùm pictam formæ elegantiam laudandam duxero simiámque ob id reuereri coepero, quòd leo est iussa sit.

B

C

CAP. X.

a T anno centesimo sexagesimo ascendit Alexāder Antiochi filius qui cognominatus est nobilis, & occupauit Ptolomaidā, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & cōgregauit exercitū valde copiosum, & exiuit obuiā illi in prælium. Et misit Demetrius epistolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eū. Dixit enim: Anticipemus pacem facere cum eo, prius quàm faciat cum Alexandro aduersus nos. Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum & in fratrem eius & in gētem eius. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse ipsum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt, quòd dedit ei rex potestatem congregandi excercitum. Et traditi sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos patribus suis, & habitauit Ionathas in Ierusalē, & cœpit ædificare, & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros, & montem Sion in circumitu lapidibus quadratis ad munitionem, & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus, quas Bachides ædificauerat, & reliquit vnusquisque locum suum, & abiit in terram suam: tantùm in Bethsura remanserunt

1 2 3 4 5 6 7 8

B b

C

terni liberaretur pepercit, ipsum autem comprehensum vinctū Seleuciæ custodiri iubet: Nec Antiochenses iudicio territi à defectione destiterunt. Itaque adiuuantibus & Ptolemæo rege Aegypti, & Attalo rege Asię, & Ariarathe rege Cappadocię bello à Demetrio lacessiti subornāt Prompalium quendam sortis extremæ iuuenem, qui Syrię regnum velut paternum armis repeteret, & ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inducitur, genitúsq; ab Antiocho rege dicitur. Tātum odium Demetrij apud omnes erat, vt æmulo eius non vires tantū regiæ, verumetiā generis nobilitas consensu omniū tribueretur. Igitur Alexander admirabili rerū varietate, pristinarū fordium oblitus, totius fermè orientis viribus succinctus, bellū Demetrio infert, victumque vita pariter ac regno spoliat, quamquam nec Demetrio animus inpropulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugauit, & regibus bellū restituentibus, multa milia in acie cecidit. Ad postremum tamē inuicto animo inter † confertissimos hostes fortissimè dimicans cecidit. In ini tio belli Demetrius duos filios apud Gnidium hospitem suum cum magno pondere auri demandauerat, vt à belli periculis eximerentur, & si ita fors tulisset, paternę vltioni seruarentur. Ex his maior Demetrius annos egressus pubertatis audita Alexandri luxuria, quem insperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta velut captum inter scortorū greges desidē in regia tenebāt, auxiliātibus Cretensibus se curū ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochenses quoque veterē patris offensam nouis meritis correcturi se ei tradūt. Sed & milites paterni fauore iuuenis accēsi prioris sacramēti religionē noui regis superbiæ præferētes, signa ad Demetriū trāsferunt, itaq; Alexander nō minori impetu fortunæ destertus quā elatus primo prælio victus interficitur, deditq; pœnas & Demetrio quē occiderat, & Anthiocho cuius mentitus originē fuerat.

† fortissimos

F

c *Et venit Io.* Demetrio pacem per epistolam deferenti. Ionathas

Rabbanus Iustinus

b *Et audiuit De.* De hoc autem bello Demetrij atq; Alexandri quid Pompeius Trogus eiúsque breuiator Iustinus referant, nō absurdum videtur considerare. Sic enim in epitomate eiusdem Pompei Trogi libr. xxxv. scriptum est: Demetrius occupato Syriæ regno, nouitatis suę otium periculosum ratus, ampliare fines regni, & opes augere finitimorum bellis statuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociæ propter fastiditas fororis nuptias infestus, fratrem eius † Horofernem per iniuriam regno pulsum supplicem recepit, datúmque sibi honestum belli titulum, gratulatus restituere eum in regnum statuit. Sed Horofernes ingrato animo inita cum Antiochensibus pactione offensis tunc Demetrio, pellere eū regno à quo restituebatur cōsilium cœpit. Quo cognito Demetrius vitæ quidem, ne Ariarathes metu belli fratern

† Holofernem

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et reliquit. Ion. *scilicet, Bethbessen ad eius custodiam.*
2 Et exiuit in regionem & ve. cum. *scilicet, sufficienti bellatorum.*
3 Et percussit Odaren. *qui erant aduersarij Ionathæ & populi sui.*
4 Simon ve. *quàs fecerat Bachides ad impugnationem ciuitatis, & sic Simon præualut in ciuitate, & Ionathas in regione.*
5 Et afflixerunt eum va. *nam homini superbo magna afflictio superare non posse.*
6 Et ira. *Hic consequenter describitur totalis recessus Bachidis à Iudæa cum dicitur.* Et iratus contra vi. *iusto Dei iudicio, cum essent proditores patriæ & desertores legis diuinæ.*

Ipse

7 Ipse autem cogitauit cum reliquis. *nam probrosum erat sibi in Iudæa manere.*
8 Et cognouit Ionathas. *eius recessum & iram contra illos qui eum adduxerant in Iudæam.*
9 Et misit ad eum legatos comp. *id est, ad componendum.*
10 Pacem cum ip. *sperans quòd reciperet eam sicut & fecit. Cætera patent vsque ibi:*
11 Et habitauit Ionathas in Mach. *Alias. Machmas. locus est Iudææ, vt patet. j. Re. xiij.*
12 Et cœpit Iona. *bonos exaltando, & impios puniendo, ex quo patet quòd habitabat satis pacificè.*

✠ CAP.

NICOLAVS DE LYRA. CAP X.

✠ ET anno. *Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ tempore Alexandri filij Antiochi Eupatorij, cùm quo Ionathas habuit pacem, & ideo describitur primò confœderatio Ionathæ cum Alexandro, secundò congressus Alexandri cum Demetrio, ibi:* Et congregauit. *Tertiò congressus Ionathæ contra Apollonium pro Alexandro rege, ibi:* In anno centesimo *Circa primum Demetrius præuenit Iudæos suis epistolis fictè, quibus tamen Ionathas bene vtitur. Secundò Alexander scribit pacificè, cui creditur, ibi:* Et audi. Alex. *Tertiò, Demetrius scribit mendosè & non auditur, ibi:* Et audi. Deme. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Et anno cen. *scilicet, regni Græcorum.*
2 Qui cogn. *scilicet Alexander sicut auus suus Antiochus Epiphanes.*
3 Epistolam verbis pa. *Fictè, & hoc Alexandri timore. ideo subditur.*
4 Recordabitur. *& sic iuuabit contra nos Alexandrum, Ionathas tamen illis epistolis vsus est ad bonum suæ gentis, quia per eas incussit timorem alienigenis, & recuperauit obsides de Iudæis quos acceperat Bachides, vt dictum est capite præcedenti, & patet litera vsque ibi:*
5 Et habitauit Ionathas in Ieru. *Et subditur causa cùm dicitur:*
6 Et cœpit ædificare & innouare ciuitatem, &c. *Ad Dei cultum electam.*
7 Et fugerunt alienigenæ qui erant, &c. *Extra Ierusalem.*
8 Tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his, *id est, de filiis Israel, qui erant apostatæ à lege Dei.*

Qui

✠ Et

MORALITER.

preatur: Os verò florēs est os deuotè Deum orans: & ideo per Bethbessen domus orationis significatur, ad quam refugiūt deuoti uoti & sic ab impugnationibus dæmonis sunt tuti: ideo subditur de Bachide dæmonem significante.

† *Et congressus eius et. &c.* quia prævalet orationibus denotis.

MORALITER.

✠ 1 *Et anno centesimo sexagesimo ascendit Alexan.* Per guerram inter Alexandrum & Demetrium Gentiles ex qua Ionathas & alij fideles melius habuerunt, significatur quòd dominus aliquando inter malos suscitat brigam, vt boni maiorem habeant quietem. Et sic dicit Augustin. quòd guerra dæmonum est pax hominum. Et dominus per Isaiam. xix a. *Concurrere faciam Aegyptios aduersus Aegyptios.*

thas Ieruſalem inhabitans cœpit innouare ciuitatem, quia licet perſecutores aliquando minis fideles terreant, aliquando verò blandimentis foueant, doctores ſancti tamen aſſiduè inſiſtunt ſpirituali ædificationi, & innouant ciuitatem eccleſiæ, quatenus eam hoſtes ſui neque fraude circumuenire poſſint. Inde eſt quòd montem Sion Ionathas iuſſit facientibus opera lapidibus quadratis vndiq; munire, quia prædicatores euangelij præcipuè ſtudent caſtra eccleſiæ ſanctis ac fortibus viris circundare, quos quadrati lapides deſignant, ne facilè hoſtibus pateat locus ciuitatem ſanctam inuadendi. Quadratum namque omne quocunque vertitur fixũ ſtare cõſueuit, cui nimirum figuræ corda aſſimilantur electorũ, qui ita in fidei firmitate conſiſtere didicerunt, vt nulla occurrẽtium rerum aduerſitate, nec ipſa etiam mortẽ à ſui rectitudine ſtatus inclinari poſſint. Per Bethſuram quæ domus robuſtorum interpretatur, aliquando eccleſia, aliquando verò ſcriptura ſacra deſignatur, in qua robuſti, hoc eſt doctores ſancti & apoſtolici viri commonere videntur. Sed ſicut in eccleſia præſenti boni & mali conſiſtunt, donec ſagena dominibonos, & malos piſces trahens ad littus, hoc eſt ad finem mundi, & ad iudicium extremæ diſcretionis perducat, ita ſcriptura ſancta & lectores habet pios qui eã catholico ſenſu ſi rimantur, & prauos qui eam ad ſenſum ſuum per vim trahendo depraua re conantur. Vnde Paulus apoſtolus ſcribens ad Timotheum ait: *Omnis ſcriptura diuinitus inſtituta eſt vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum, ad audiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonũ inſtructus. Mali autem homines, & ſeductores proficient in peius errãtes & in errorẽ mittentes.* Hinc & princeps apoſtolorũ dicit indoctos & inſtabiles ſcripturas ſacras depraua re ad ſuam ipſorũ perditionẽ. Deſinentibus ergo Gẽtilium perſecutionibus forinſecus hactenus hæretici atque ſchiſmatici moliuntur bonis catholicis bella intrinſecus quiarelique runt legem domini & viam veritatis obſeruare noluerunt, Idcirco dicitur Bethſura eis ad refugium fieri, quia quicquid ſenſu nequam excogitaue rintaut prauoeloquio protulerint, totum teſtimoniis ſcripturę ſacræ non rectè intellectis confirmare ſatagunt.

2. Tim. 3. d.

2. Pe. 3. d.

runt aliqui ex his qui reliquerant legẽ & præcepta Dei. Erat enim hæc eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex promiſ-1
a ſa, quæ promiſit Demetrius Ionathæ, & narrauerunt ei prælia & virtutes quas ipſe fecit & fratres eius, & labores quos laborauerunt. Et ait: Nunquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum & ſocium noſtrum: & 2
ſcripſit epiſtolam & miſit ei ſecundum hæc verba, dicẽs: Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutem. Audiuimus de te, quòd vir potens ſis viribus, & aptus es vt ſis amicus noſter. Et nũc 3 4 5 6
conſtituimus te hodie ſummum ſacerdotem gentis tuæ, & vt amicus voceris regis. Et miſit ei purpuram & coronam auream, vt quæ noſtra ſunt, ſentias nobiſcum, & conſerues amicitias ad nos, & induit ſe Ionathas ſtolam ſanctam ſeptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo in die ſolenni Scœnophegiæ. Et congregauit exercitum, & fecit arma copioſa. 7 8
Et audiuit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & 9
ait: Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen ſui? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona, vt ſint mecum in adiutorio. Et ſcripſit eis in hæc verba: Rex Demetrius genti Iudæorum ſalutem. Quoniam ſeruaſtis ad 10
nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus, & gauiſi ſumus. Et nũc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum, & remittemus vobis 11
præſtationes multas, & dabimus vobis donationes, & nunc 12
abſoluo vos, & omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indul- 13
geo, & coronas remitto, & tertias ſeminis, & dimidiam par- 14 15 16
tem fructus ligni, quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die, & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda, & à tri- 17
bus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in totum tẽpus. Et Ieruſalẽ ſit ſancta & libera 18 19 20
cũ finibus ſuis, & decimæ & tributa ipſius ſint. Remitto etiã 21
ſi

Myſticè

B

C

D

E

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit, &c. *Hîc conſequenter rex Alexander ſcribit Ionatha veraciter. Et patet litera vſque ibi:*

2 Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutem. *Fraternitatis nomine apparet veritas amicitiæ.*

3 Et miſit ei purpuram. *Id eſt, veſtem purpuream.*

4 Et coro, aur. *quibus licitum erat vti illis & non aliis qui erant ſpeciales regis amici. Et ſic patet, quod ſaluauit eum non ſolum verbis fictis ſicut Demetrius, ſed etiam donis honorabilibus & precioſis.*

5 Vt quæ noſt. *in proſperis & aduerſis, & quod primum eſt veracium amicorum.*

6 Et indu. ſe Io. *ideſt, veſtem pontificalem.*

7 In die ſolenni ſcœno. *id eſt, dedicationis templi primi, quod fecit Salomon: nam illa dedicatio fuit ſeptimo mẽſe, qui correſpondet Septẽpri. Dedicatio verò templi ſecundi fuit menſe, Adar. j. Eſdr. vj. qui eſt xij. apud Heb. & correſpondet Februario, licet aliquando concurrat ſaltem pro magna parte cum Martio.*

8 Et fecit arma copioſa. *tempore quo erat in pace propter contentionem Demetrij & Alexandri adinuicem.*

9 Et audiuit Demetrius *Hîc conſequenter ponitur epiſtola ſecunda Demetrij ad Iudæos adulatoria & ficta. propter quod non fuit ei adhibita fides. & patet vſque ibi:*

10 Quoniam ſer. ad. *Fictè loquitur: quia non legitur Ionathas cum eo feciſſe aliquod pactum, ſed tantum epiſtola ſua vſus fuiſſe ad bonum, vt prædictum eſt.*

11 Et remitte. vobis præſtationes mul. *id eſt, multa quæ conſueuiſtis nobis reddere.*

12 Et dabimus vob. *ita quòd non ſolùm remittemus vobis debita, ſed etiam dabimus vobis ampla dona.*

13 Et pretia ſalis, *id eſt, pecuniam quam debebatis regibus pro ſale ſiendo. Eſt enim terra Iudææ pro magna parte ſuper mare, & in aliquibus locis faciebant effluere aquas maris per alueos ſuper terram ſalem quæ cõuertebantur in ſal ad calorem ſolis. Et illa loca dicebantur ſalinæ, de quibus ſit mentio infrà. ca. xj.*

14 Et coronas remitto. *quas nobis debebatis.*

15 Et tertias ſeminis. &c. *id eſt, frugum.*

16 Et dimidiam partem fructus ligni, &c. *ſi eſt arborum.*

17 Quod eſt port. meæ, relinquo vobis ex. &c. *De conſuetudine mihi debita.*

18 Et Ieruſalem ſit ſancta & libera. &c. *Ab omni tributo & exactione.*

19 Et decimæ & trib. *Quæ ſolent nobis reddi.*

20 Ipſius ſint. *Ad bonum ciuitatis.*

21 Remitto. *Sequitur:* Qui cuſtodiant eam, *ſcilicet, pro rege, vt dicit Ioſephus. vnde & ca. ſequenti dicit, quòd Ionathas congregauit gentem ad expugnandum arcem illam. Ex quo patet quod non erat ſibi tradita.*

ſi deferunt honorem, quia donum quod ſe nõ habere cõſpiciũt, in ipſa habitum venerantur. Nonnulliq; pro hoc eius quærunt opitulationem eiuſq; optãt habere amicitiã, vt inde opportunis ſolatiis adiuti per imitationem virtutũ & ipſi meliorentur.

Ioſeph. lib. 13. a. tit. c. 2. & 3.

a *Et quicunque confugerint in templum quod eſt Ieroſolymis, &c.*

✠ CYRILLVS Alexandrinus. Valde ſapienter operam datis, vt quæ Chriſto probantur & ſentiatis & faciatis: partim operibus, & irreprehẽſibili conſpicuæ fide, & veſtras & regũ aulas, virginitatis gloria decoratis: partim ſumptuoſiſſima templa Chriſto erigitis: conceſſum enim & hoc eſt cum aliis, ab ipſo, animabus veſtris, &c.

l. de recta fide ad reginas.

B

Catech. 14.

✠ CYRILLVS Hieroſolymitanus. Iſti qui nunc ſunt Reges, pietatis ergò, argento induentes & auro ſanctam hanc Eccleſiam reſurrectionis, in qua nunc ſumus, exſtruxerunt, & argenteis monimentis ſplendidã effecerunt.

a

l. 9. Hiſtor. cap. 10.

✠ EVSEBIVS Cæſar. Aderat (ſub Conſtantino) cunctis velut diuino munere infuſa lætitia, maximè videntibus ea loca, quæ paulò ante impiis tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora, & celſiora cõſurgere, templáque poteſtatẽ arcis quæ eſt in Ieruſalẽ, & do eã ſummo ſacerdoti, vt conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam, & omnem animam Iudæorum quæ captiua 1
eſt à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis ſoluantur etiam pecorum ſuorum. Et 2
omnes dies ſolennes & Sabbatha & Neomeniæ & dies de- 3 4
creti & tres dies ante diem ſolennem, & tres poſt diem ſo- 5 6
lennem, ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus 7
Iudæis qui ſunt in regno meo. Et nemo habebit poteſtatem 8
agere aliquid & mouere negotia aduerſus aliquem illorum 9
in omni cauſa. Et vt adſcribantur ex Iudæis in exercitu regis 10
ad triginta milia virorum. Et dabuntur illis copiæ vt oportet, omnibus exercitibus regis, & ex ipſis ordinabũtur qui ſint in munitionibus regis magni. Et ex his conſtituentur ſuper negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes ſint ex
eis, & ambulent in legibus ſuis, ſicut præcepit rex in terra 11
Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudææ reputentur, vt ſint ſub vno, & non obediant alienæ poteſtati niſi ſummo ſacerdoti, Ptolemaida, & 12
confines eius quas dedi donum ſanctis qui ſunt in Ieruſalem 13
ad neceſſarios ſumptus ſanctorum. Et ego dabo ſingulis an- 14 15
nis quindecim milia ſiclorum argenti de rationibus regis quæ me contingunt, & omne quod reliquum fuerit quod non reddiderant qui ſuper negotia erant annis prioribus, ex 16
hoc dabunt in opera domus. Et ſuper hæc quinque milia ſiclorum argenti quæ accipiebant de ſanctorum ratione per ſingulos annos, & hæc ad ſacerdotes pertineant qui miniſterio funguntur. Et quicunque confugerint in templum quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij 17
regi in omni negotio dimittantur, & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda vel re- 18
ſtauranda opera ſanctorum ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad extruendos muros Ieruſalem, & comminuendos in circumitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad conſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit autem Ionathas 19
& populus ſermones iſtos, non crediderunt eis, nec receperunt eos, quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit 20
pláque excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari.

D

✠ AVGVSTINVS. Sed & nos pleraque inſtrumenta & vaſa ex auro & argento habemus, in vſum celebrandorũ Sacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur.

in Pſal. 113.

✠ CHRYSOSTOMVS. Fora quidem ac balnea cõſtituũt multi, Eccleſias verò non item, & omnia magis quàm has. Ideo oro ac ſupplico, & gratiam peto, imò & legem pono, vt nullus qui habet villam, appareat carere Eccleſia. Ne mihi dixeris, prope eſt, in vicinia eſt, magnus eſt ſumptus, non magnum eſt commodum. Si quid habes inſumendum in pauperes, illuc inſume. melius illuc quàm ibi, educa magiſtrũ, educa diaconum, & ſacerdotalem ordinem. Venerabilis erit & presbyter, poſtea & ad ſecuritatem ægri conducet. Preces illic perpetuę propter te, laudes & ſynaxes propter te, oblatio per ſingulos dies dominicos. Quid mirandum, quod alij extruſit clara ſepulchra, vt poſteri audiant, quod ille extruxit: an quod tu Eccleſias excitas? Cogita quod vſque ad Chriſti aduentum mercedẽ habiturus ſis, qui altare Dei excitaturus es.

Hom. in Act. Apoſt

E

F

NICOLAVS DE LYRA.

cit Ioſephus. vnde & ca. ſequenti dicit, quòd Ionathas congregauit gentem ad expugnandum arcem illam. *Ex quo patet quod non erat ſibi tradita.*

Ioſephus

1 Et omnem animam. *id eſt, perſonam.*

2 Vt omnes à tributis ſoluantur. *ita quòd non ſolùm ſint liberi à tributo debito pro perſonis ſuis ſed etiam pro animalibus brutis.*

3 Et omnes dies ſolennes. *qui celebrantur ſemel in anno, vt Paſcha & Pentecoſte, & huiuſmodi.*

4 Et Sabbatha. *qualibet hebdomada.*

5 Et Neomeniæ. *in quolibet menſe.*

6 Et dies decreti. *ad ſolennizandum, ſicut dies victoriæ de interfectione Holofernis & ſui exercitus, vt habetur Iudith vlt. & de interfectione Aman. Eſther 9.*

7 Sint omnes immunitatis & remiſſionis. *ab omni exactione & vexatione.*

8 Omnibus Iudæis qui ſunt in regno meo. *quia multi valde remanſerunt in ciuitatibus Babyloniæ, Perſidis & Mediæ, qui cum Zorobabel in Iudæam non redierunt detenti amore vxorum quas acceperant ibi, & prolis quam genuerant, & bonorum temporalium quæ ibi acquiſierant.*

9 Et nemo habebit poteſtatem. *ſcilicet, in diebus prædictis.*

10 Et vt adſcribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta milia virorum. *quæ erant valde honorifica, & ad tutelam aliorum Iudæorum per regnum Syriæ diſperſorum.*

11 Et ambulent in legibus ſuis. *id eſt, ita liberè cuſtodiant legitima ſua per totum regnum meum, ſicut in Iudæa.*

12 Ptolemaida. *id eſt, Achon.*

13 Et confines eius. *id eſt, villæ ſibi adiuncta.*

14 Quas dedi donum. *id eſt, gratis.*

15 Sanctis qui ſunt in Ieruſalem. *id eſt, ſacerdotibus & Leuitis diuino cultui deputatis.*

16 Ex hoc dabunt in opera domus. *ſcilicet Domini, pro eius reparatione, & ſacrificiorum oblatione. Conſequenter tangitur de immunitate templi, cùm dicitur:* Et quicunque confugerint in templum quod eſt Ieroſolymis, &c.

17 Obnoxij regi in omni negotio dimittantur. *id eſt, obligatis pœnæ propter aliquam noxam.*

18 Et ad ædificanda, &c. Sumptus dabuntur de ratione regis. *id eſt, de ſuis redditibus propriis.*

19 Vt audiuit autem Ionathas & populus ſermones iſtos, non crediderunt eis. *reputantes eos falſos, & merito propter malitiã ſtudium præcedentem.*

20 Et complacuit eis in Alexandrum. *ſeruare cum eo fœdus amicitiæ.*

✠ 1 Et

a *Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexander, &c.* ✠ Iosephvs. Rex Alexander magnum colligens conductum exercitum, & milites qui de Syria transierunt ad eum, contra Demetrium duxit: pugnáque commissa, cornu sinistro Demetrij aduersarij sunt fugati, & persecutione diutina multi eorum occisi sunt, castráque direpta. Dextrum autē cornu in quo Demetrius præliabatur, deuictū est, alij quidem omnes recesserunt: Demetrius autem fortiter pugnās, non paucos hostium prostrauit. Cúmque fugans alios equus eius cœni barathro inhæsisset, minimè fugere valens occiditur. Nam vidētes hostes quid ei contigisset, reuersi circundederunt eum, & omnibus in eum iacula destinantibus, cùm ille pedestris fortiter resisteret, postea multis perfossus vulneribus, nec valens sustentare, collapsus est, &c.

b *In anno centesimo sexagesimoquinto, &c.* Quid per Apollonij præfectum Cœlessyrię (quem Demetrius cum exercitu direxit in Iudæam) nisi lictores & terrenæ potestatis ministri designantur, quibus commissum est à dominis suis, vt fidem Christi expugnent, atq; confessores eius blasphemare compellant? Hi in equitum suorum numero confidentes, de adminiculo, scilicet, superborum se extollentes insultant Ionathæ: quod potestatē exerceat in mōtibus cum sanctis doctoribus de spe quam habēt de superno adiutorio

eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos, & inualuit prælium nimis, donec occidit sol. Et cecidit Demetrius in illa die. Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundum hæc verba dicens: Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, & commisi cum eo pugnam, & contritus est ipse & castra eius à nobis, & sedimus in sede regni eius: & nunc statuamus adinuicem amicitiam, & da mihi filiam tuam vxorem, & ero gener tuus, & dabo dona tibi, & ipsi dignitatem. Et respondit rex Ptolemæus dicens: Fœlix dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi quod scripsisti. Sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus nos inuicem, & spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimosecundo. Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam suam, & fecit nuptias eius Ptolemaidæ sicut reges in magna gloria. Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam sibi. Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum & aurum & dona, & inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum, & non intendit ad eos rex. Et iussit spoliari Ionathan vestimentis suis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum, dixitq; principibus suis: Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo interpellet aduersus eum de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. Et factum est, vt viderunt qui interpellabant eius gloriam quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Ieruſalem cum pace & lætitia. In anno centesimo

iutorio illudunt prouocántque eos in campum, hoc est ad terrena desideria & delitias mundi, quo facilius eos in imis conuersantes obruere possint. Lata est enim via quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrant per eam. Sed Ionathas & Simon cum decem milibus contra Apollonium & castra eius confligunt eumq; superantes prosternunt, cum sancti prædicatores Christi, associato sibi fidelium numero, qui mandata decalogi ritè custodiunt contra persecutores fidei cōstanter dimicant, & freti diuino adiutorio omnes inimicos suos qui cogitant eis mala vincentes superant. Ioppe enim quæ interpretatur pulchritudo aptè mundum significat, cuius species carnalibus videtur esse pulchra, quia carnis suæ in eo explere cupiunt desideria. Ibi quippe Ionathas custodiam Apollonij expugnat, cum vanam Philosophiam mundi & sectatores eius per veritatē Euāgelij turba doctorum debellādo conculcat. Pugnat & idem cœtus sanctorum prædicatorum contra Azotum, qui interpretatur ignis patruelis, cū cupiditatem terrenarum rerum in hominibus extinguere cupit. Sed fugiunt exercitus Apollonij in Azotum ad Dagon idolum suum, vt se liberent, cum infideles à dæmoniis quæ superstitiosè colūt quærunt protectionem. Dagon enim interpretatur piscis tristitię significans diabolum, qui in pelago istius seculi latitans, quos valet decipere certat.

Mystice

Diuisio

✠ Ivsti

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et congregauit rex Alexander exercitum magnum. *Hìc consequenter describitur congressus Alexandri cum Demetrio: & patet litera vsque ibi.*

2 Et misit Alexander. *vbi ex Alexandri victoria contrahitur amicitia. & secundò subditur Ionathæ gloria, ibi: Et scripsit rex Alexander. Prima pars patet paucis exceptis quæ discurrentur.*

3 Et sedi in sede patrum meorum. *in Antiochia, quæ erat metropolis illius regni.*

4 Et dabo dona tibi. *regiæ maiestati condigna.*

5 Et ipsi dignitatem. *quia vocabitur & erit regina.*

6 Et scripsit rex Alexander Ionathæ. *Hìc consequenter describitur Ionathæ gloria, cùm dicitur*: Et scripsit rex Alexander Ionathę. *Sicut amicus amico.*

7 Et abiit cum gloria Ptolemaidam, *id est, cum apparatu magno.*

8 Et occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis, &c. *scilicet, Alexandro & Ptolemæo.*

9 Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israēl. *Nam à lege apostatauerunt, & alios ad apostasiam quantum poterant inuitabant.*

10 Et collocauit eum rex sedere secum, dixitq; principibus suis. *in iudicio in comitio.*

11 Exite cum eo in medium ciuitatis. *ad eius honorem, & aduersariorum suorum confusionem.*

12 Et prædicate. *id est, per præconem publicate.*

13 Vt nemo interpellet aduersus eum de vllo negotio. *Et patet litera.*

14 In anno centesimo sexagesimoquinto, &c. *Hìc consequenter describitur conflictus Ionathæ pro Alexandro. Vbi primò ponitur Apollonij comminatio. Secundò Ionathæ animatio, ibi: Vt audiuit*

✠ *diuit autem Ionathas. Tertiò, Alexandri congratulatio, ibi*: Et factum est. *Circa primum dicitur*: In anno centesimo sexagesimoquinto. *regni Græcorum.*

1 Venit Demetrius filius Demetrij à Creta. *vbi occiso patre suo ab Alexandro, ad parentes matris suæ iuerat pro refugio.*

2 In terram patrum suorum. *per Cretensium, inter quos creuerat, auxilium.*

3 Et reuersus est Antiochiam. *metropolim ciuitatem vt ibi congregaret exercitum ad pugnandum contra Alexandrum.*

4 Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem. *in vna parte regni quæ vocabatur Cœlessyria & erat regio maritima.*

5 Et accessit ad Iamniam. *quæ similiter est prope mare in Iudea. Et ideo videtur illuc venisse per nauigium.*

6 Et misit ad Ionathan summum sacerdotem. *imitando eum ad pugnam.*

7 Tu solus resistis nobis. *q.d. Credis tu diu resistere? quasi dì. Non.*

8 Ego autem factus sum in derisum. *eò quòd non habeo te statim ad nutum meum.*

9 Propterea quia tu potestatem aduersum. *q.d. hoc non peruenit ex tua probitate, sed ex montium asperitate ad quos tu refugis, quia sunt inaccessibiles equitatibus nostris, ideo sequitur.*

10 Descende ad nos in campum. *id est, ad terram planam.*

11 Interroga, & discę quis sum ego. *quasi dicat, si hoc scires, te mihi subiiceres.*

12 Quia

✠ Ivstinvs Historiographus. Initio belli Alexandri in Demetrium, Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidiū cum magno auri pondere demandauerat, vt belli periculis eximerentur: & si ita fors tulisset, vltioni paternæ seruarentur. Ex his maior Demetrius, annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem insperatæ opes & alienæ fœlicitatis ornamenta velut captiuum, inter scortorum greges, desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochenses quoque veterem patris offensam nouis meritis correcturi, se ei tradunt. Sed & milites paterni fauore iuuenis accensi, prioris sacramenti religionem noui regis superbiæ præferentes, signa ad Demetrium transferunt, atque ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus, quàm elatus, primo prælio victus interficitur. Deditque pœnas & Demetrio quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

a *Et suc*

sexagesimoquintovenit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiam. Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlessyriæ, & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam, & misit ad Ionatham summū sacerdotem, dicens: Tu solus resistis nobis? Ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in montibus. Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, comparemus illic inuicem, quia mecum est virtus bellorum. Interroga, & discę quis sum ego, & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram: quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terram suam, & nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij, motus est animo, & elegit decem milia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium, & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate, quia custodia Apollonij erat in Ioppe, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius & admouit tria milia equitum & exercitum multum, & abiit Azotum tanquam iter faciens, & statim exiit in campum, eò quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis, & insecutus est Ionathas in Azotum, & prælium commiserunt. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè. Et cognouit Ionathas, quoniam insidiæ sunt post se, & circumierunt castra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 12 Quia non potest stare pes vester ante faciem nostram. *in prælio, sed conuertitur ad fugam.*

13 Et nunc quomodo poteris sustinere. *impediens iter equitum & peditum meorum.*

14 Neque locus fugiendi. *tibi & tuis, quia statim caperemini ab equitatibus meis.*

15 Vt audiuit autem Ionathas. *Hìc consequenter ponitur ipsius Ionathæ prouocatio: & patet vsque ibi.*

16 Et exclusit eum à ciuitate. *id est, populus Ioppe Ionathan exclusit ab ingressu ciuitatis Ioppensis. Et subditur causa, cum dicitur.*

17 Quia custodia Apollonij. *id est, homines armati ex parte ipsius ibidem positi.*

18 Et oppugnauit eam. *scilicet, Ionathas Ioppen. Cætera patent vsque ibi.*

19 Et abiit Azotum tanquam *id est, plane procedendo.*

20 Et statim exiit. *de castris.*

21 In campum. *Quasi paratus ad prælium. Et subditur causa.*

22 Eo quod haberet mul. *Et prælium commiserunt, non tamen statim, sed postea, & subditur causa.*

23 Et reliquit Apollonius in castris mille equites. *id est, post recessum suum de castris.*

24 Occultè. *Vt Ionathas & eius exercitus ignoranter includerentur inter aduersarios.*

25 Et circumierunt castra eius, & iecerunt iacula, &c. *ad euadendum insidias.*

✠ 1 Populus

MORALITER.

✠ 4 *Et constituit Demetrius rex Apollonium ducem qui præerat Cœlessyriæ, & congregauit.* Per istum Apollonium, qui prouocauit Ionathan ad descendendum de montibus & pugnandum cum eo in campo plano, potest intelligi diabolus, qui suggerit aliquando homini deuoto descendere de monte contemplationis ad campum actionis, æstimans eum ibi facilius superare, sed sicut Apollo Apollonius fuit deceptus, nam in campo per Ionathan fuit confusibiliter debellatus. Sic diabolus aliquando decipitur circa virum bonum, qui non solum præualet diabolo in monte contemplationis, sed etiam in campo actionis: quia quando descendit de contemplatione ad regendum vel docendum populum ex charitate, facit maiorem fructum, & sic magis confundit diabolum, & reportat maius præmium apud Deum, & hoc notatur cùm subditur infrà.

✠ Et

☞ Raban. a *Et succendit Ionathas Azotum & ciuitates quæ erant in circumitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon, &c.* quia doctores sancti incendio districti anathematis, diabolum simul cum cupiditate mundi in perpetuum damnant, idololatrásque gladio diuini verbi percutiunt, quia pœnam quæ eos in gehennam subsequetur prædicant.

b *Et fuerunt, &c.* Per octonariū numerum, & circuncisio spiritalis, & dies resurrectionis (sicut sæpe diximus) ostenditur, vbi omnes qui hic non circunciduntur spiritu Dei viui, in pœnam traduntur ignis perpetui.

c *Et mouit inde.* Ionathas promouit castra & applicuit ea Ascalonam, cum prędicatores sancti apparatum pij certaminis ad debellandum gentium errores, & ipsas ad fidem Christi conuertendas disponūt, quos illæ cum deuotione suscipiūt, quando eis obedientiam in Euangelio gratanter impendunt: vnde rectè subiungitur.

d *Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis, &c.* quia cum doctores noui testamenti prædicātes gentibus verbum Dei, se dilatatos fide credentiū conspiciunt, mox ad referendas Deo gratias in ecclesiam Christi redeunt, vt ei dignas laudes referant, cuius gratia donū hoc acceperūt: de quo grādi tripudio exultant.

e *Et factum est.* Quid est quod Alexander audiens factum Ionathæ, addidit glorificare eum, dans ei regalem ornatum, nisi quod principes gentium agnoscētes magnanimitatem & fortitudinē ecclesiæ, regiæ dignitatis ei deferunt honorem, quia illā regis cælestis cognoscūt veraciter esse sponsam, & tribuunt ei vrbes in possessiones, quoniam finium suarum tradunt illi in habitationem.

Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas, & labora- 1
uerūt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum suum, & com- 2
misit contra legionem. Equites enim fatigati erant, & con-
triti sunt ab eo & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum,
fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethagon idolum 3
a suum, vt ibi se liberarent. Et succendit Ionathas Azotum &
ciuitates quæ erant in circumitu eius, & accepit spolia eo-
rum, & templum Dagon, & eos qui fugerunt in illud suc-
b cendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui
c succensi sunt, ferè octo milia virorum. Et mouit inde Iona-
thas castra, & applicuit ea Ascalonam, & exierunt de ciuitate 4
d obuiam illi in magna gloria, & reuersus est Ionathas in Ieru-
e salem cum suis habentibus spolia multa. Et factum est, vt au- 5
diuit Alexander sermones istos, addidit adhuc glorificare
Ionathan. Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est 6
dari cognatis regum. Et dedit ei Acharon, & omnes fines
eius in possessionem.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Populus autem stabat sicut præceperat Ionathas. *Dicit enim Iosephus, quòd exercitus erat ordinatus in quadro facta testudine de scutis ad excipiendum sagittas aduersariorum, donec eorum pharetræ essent euacuatæ, vt sagittarij equites essent fatigati & eorum equi: quo facto fuit quod sequitur.* (Iosephus l. 13. antiq. c. 6.)

2 Et eiecit Simon exercitum suum. *faciens contra aduersarios fatigatos impetum.*

3 Et intrauerunt in Bethagon. *id est domum Dagon siue templum. Erat autem Dagon idolum habens caput quasi piscis, vt dicunt Hebræi, ideo sic nominabatur à Dag, quod in Hebræo significat piscem in Latino.*

4 Et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna. *resistere non audentes Ionathæ.*

5 Et factum est, vt audiuit Alexander. *Hîc consequenter ponitur Alexandri regis congratulatio. Nam congressus Ionathæ fuerat pro eo, vt patet ex prædictis.*

6 Et misit ei fibulam auream, &c. *Erant enim quatuor insignia regalia, scilicet purpura, corona, fibula aurea, & sceptrum. Duo prima miserat ante ipsi Ionathæ, vt dictum est circa principium huius cap. & nunc misit sibi tertium. quartum verò sibi soli seruabat, quod est proprium regiæ maiestatis.*

MORALITER.

✝ 5 *Et factum est, vt audiuit Alexander.* Deus enim dici potest Alexander magnus, qui sicut dicit beatus Iacobus: *dat omnibus affluenter, & non improperat.* (Iacob. 1.)

CAP. XI.

a *Et rex Aegypti cōgregauit, &c.* ✻ Comestor. Interea egressus est rex Ægypti socer Alexādri, in virtute magna, quærens obtinere regnum Alexandri in dolo, & aperiebantur ei ciuitates & occurrebant ei, sic enim mandauit Alexander. Et transiēs in singulis ciuitatibus relinquebat custodias. Vt autem appropinquabat Azoto, ostenderunt ei templum Dagō succensum, & cætera demolita, & eorū tumulos qui occisi fuerāt, & dicebant: Sic fecit Ionathas: vt inuidiam facerent ei: & tacuit rex. Et occurrit Ionathas Ptolemæo in Ioppen, & salutauerunt se. Et abiit Ionathas cum rege vsque ad flumen Eleutherum, & rediit in Ierusalem. ☞ ✻ Iosephvs.

CAPVT XI.

a Et rex Ægypti congregauit exercitum sicut are- 1
nam, quæ est circa oram maris, & naues mul- 2
tas, & quærebat obtinere regnum Alexan-

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XI.

✻ 1 Et rex Ægypti congregauit exercitum, &c. *Hîc consequenter describitur ducatus Ionathæ tempore regis Demetrij secundi. Circa quod primò describitur Alexandri regis obitus; secundò, Demetrij successus, ibi:* Et regnauit. *tertiò, Antiochi adolescentis aduentus, ibi:* Triphon autem. *Prima in tres, quia primò ponitur proditio Ptolemæi. secundò, confœderatio Demetrij: ibi,* Et misit legatos. *tertiò prostratio Alexandri, ibi:* Et audiuit. *Circa primum dicitur:* Et rex Ægypti. *Hyperbole est, ad designandum sui exercitus magnam multitudinem.* (Diuisio)

2 Et naues multas. *quia regnum Alexandri quod quærebat acquirere dolosè, partim erat super mare.*

✻ 1 Et

MORALITER.

✝ 1 *Et rex Aegypti.* Aegyptus tenebra interpretatur. ideo per regem Aegypti diabolus qui est rex tenebrarum, significatur. Ipse verò filiam habet spiritualem, scilicet, crudelitatē, sicut per oppositum misericordia cælestis regis est spiritualis filia, prout in legenda sancti Ioannis eleemosynarij declaratur. vnde Christus Iudæis crudeliter in mortem suam machinātibus, dixit Ioan. 8.f. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ex quo patet crudelitatem filiam diaboli esse. Et sicut rex Ægypti dedit filiam suam Demetrio, vt priuaret Alexandrum regno, sicut diabolus crudelitatem dedit Neroni & aliis imperatoribus sibi similibus, vt priuaret Christum regno suo quod est ecclesia, intendebant enim instinctu diaboli totaliter destruere fidē Christi. Et sicut dicitur, infrà. *Rex Ptolemæus mortuus est in die tertia mortis Alexandri:* sicut diabolus tertia die mortis Christi in qua resurrexit & infernum spoliauit: diabolus fuit turpiter confusus, quæ confusio potest dici mors eius, sicut vulgariter dicitur de homine notabiliter confuso, quòd ipse est mortuus.

✝ Moral

☞ ✻ Iosephvs. Ptolemæus perueniens Ptolemaidē præter omnem spem habuit interfici insidiis Alexādri quas ei per Ammonium amicum parauerat. Manifestis autem factis insidiis, Ptolemæus Alexandro scribit ad pœnam Ammonium petens, & ducens insidias se ab eo passum & vindictam sumere iustum esse. Alexādro vero non concedente, Ptolemæus illum causam insidiarum extitisse, quapropter factus est ei odio sus. Antiochenis autē etiam prius erat odibilis Alexāder propter Ammonium, multa namque per eum passi fuerant, & pœnam quidem ab Ammonio pro delictis sæuis exegerunt, occidentes eum, qui tanquam mulier se properabat abscondere, habitu circundatus fœmineo. Ptolemæus itaque accusans eum vt proditorem nuptiarum filiæ suæ, transgressorémque auxilij quod ei cōtra Demetrium deduxisset, soluit affinitatem. Nam & auferens filiam suam, ad Demetriū legationem direxit, amicitiam cum eo componens, filiámque daturum se illi vxorem, & restituere paterno eū principatu compromittens. Demetrius verò gaudens, suscepit legationem & nuptias. (l. 13. antiq. c. 7.)

dri dolo, & addere il-
lud regno suo. Et exiit 1
in Syriam verbis pa- 2
cificis, & † aperiebant 3
ei ciuitates, & occur-
rebant ei, quia man-
dauerat Alexander rex
exire ei obuiam, eò
quòd socer suus esset.
Cùm autem introiret 4
ciuitatem Ptolemæus,
ponebat custodias mi- 5
litum in singulis ci-
uitatibus. Et vt appro-
piauit Azoto, osten-
derunt ei templū Da-
gon succensum igni,
& Azotum, & cætera
eius demolita, & cor-
pora proiecta, & eo- 6
rum qui cæsi erant in
bello tumulos quos
fecerant secus viam.
Et narrauerunt regi, 7
quia hæc fecit Iona-
thas, vt inuidiam fa- 8
cerent ei. Et tacuit 9
rex. Et occurrit Io-
nathas regi in Ioppe cum gloria, & inuicem
se salutauerunt, & dormierunt illic. Et abiit
Ionathas cum rege vsque ad fluuium qui vo-
cabatur Eleutherus, &
reuersus est in Ierusa-
a lem. Rex autem Pto- 10
lemæus obtinuit do-
minium ciuitatum vs-
que Seleuciam Mari-
11 timam, & cogitabat in
12 Alexandrum consilia
13 mala. Et misit legatos
ad Demetrium, dicēs:
Veni componamus in-
ter nos pactum, & da-
bo tibi filiam meam
quam habet Alexander, & regnabis in regno
patris tui. Pœnitet enim me quòd dederim ei
14 filiam meam. Quæsiuit enim me occidere.
15 Et vituperauit eum propterea quòd concu-
pierat regnum eius. Et abstulit filiam suam,
& dedit eam Demetrio, & alienauit se ab A-
lexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius.
Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impo-
suit duo diademata capiti suo, Ægypti & Asię.
16 Alexander autem rex erat in Cilicia illis tem-
17 poribus, quia rebellabant qui erant in locis
18 illis. Et audiuit Alexander, & venit ad eum
in bellum. Et produxit Ptolemæus rex exer-
citum, & occurrit ei in manu valida, & fu-
gauit eum. Et fugit Alexander in Arabiam,
vt ibi protegeretur. Rex autem Ptolemæus
exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs ca-
19 put Alexandri, & misit Ptolemæo. Et rex
20 Ptolemæus mortuus est in die tertia, & qui
21 erant in munitionibus, perierunt ab his qui
22 erāt intra castra. Et regnauit Demetrius anno
23 centesimo † septuage-
† simoseptimo. In die- b
bus illis congregauit

(† aperiebātur.) († sexagesimo.)

Raban. a *Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum, &c.* Ptolemæus Euergetes qui post Ptolemæum Philometorem regnauit in Alexādria vt chronicorum libri testantur, Alexandro filio Balo regi Syriæ filiam suam tradidit vxorem, quam postea inimicitia inter se & generum exorta abstulit, & tradidit Demetrio filio Demetrij in vxorem cum regno quod abstulerat ab Alexandro, quod nunc scriptura commemorare videtur. (Ptolemæus Euergetes.)

b *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* Quid est quòd ☞ Ionathas

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et exiit. *de Ægypto.*
2 In Syriam. *pergens.*
3 Verbis pacificis. *cum habitatoribus Syriæ vtens quasi quærens bonum regni pro genere suo.*
4 Cùm autem introiret ciuitates. *aliquas.*
5 Ponebat custodias militum. *ad obtinendum terram contra Alexandrum. Cætera patent vsque ibi.*
6 Et eorum qui cæsi erant in bello tumulos. *in quibus erant sepulti notabiles viri.*
7 Et narrauerunt regi. *vt habetur ca. præce.*
8 Vt inuidiam facerent ei. *prouocando eum contra Ionathan.*
9 Et tacuit rex. *sub dissimulatione transeundo. Cætera patent vsque ibi.*
10 Rex autem Ptolemæus obtinuit, &c. *regni Syriæ per custodias militum ibi positas, vt dictum est.*
11 Et cogitabat in Alexandrum. *generum suum.*
12 Consilia mala. *quærens eum priuare regno & vita.*
13 Et misit legatos. *Hîc ponitur confœderatio Ptolomæi cum Demetrio Alexandri inimico. Et patet litera vsque ibi.*
14 Quæsiuit enim me occidere. *Dicunt aliquæ glosæ & aliqui historiographi, quòd hoc verum erat, quia eum intoxicare quæsierat. Sed hoc videretur falsum per literam præcedentem in qua dicitur, quòd Alexander mandauerat Ptolemæum honorificè recipi, similiter per literam immediatè sequentem, cum dicitur.*
15 Et vituperauit eum. *Ex quo patet, quòd crimen sibi falso imposuit cupiditate ductus, Prouerb. xviij. a.* Occasiones quærit qui vult recedere ab amico. *Sciendum etiam quòd Iosephus circa historias huius libri multa dicit, quæ sunt dissona textui, propter quod illa tanquam friuola dimitto, quia liber iste maioris autoritatis est quàm sit Iosephus.* (Iosephus)
16 Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus. *q. d. propter hoc tales proditiones facilius facere poterat Ptolemæus.*
17 Quia rebellabant qui erant in locis illis. *Propter quod iuerat rex ad reprimendum illos vel sedandum.*
18 Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum. *Hîc consequenter ponitur prostratio Alexandri per proditiones soceri sui. Cætera patent vsque ibi.*
19 Et rex Ptolemæus. *Postquam receperat caput Alexandri & sic videtur mortuus subito iusto Dei iudicio. Iosephus tamē dicit, quòd equus Ptolemæi in bello contra Alexandrum territus elephantis voce, proiecit eum, & tunc fuit lætaliter vulneratus: Sed viso capite Alexandri fuit aliquantulum consolatus, sed postea cito mortuus. Sed contra hoc videtur quod de prædicto bello præmittitur.* Rex autem Ptolemæus exaltatus est. *quod subditur:* Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri. *Quod non fecisset in fauorem Ptolemæi si fuisset ex vulneratione ita propinquus morti.* (Iosephus li. 13 antiqui. cap. 7.)
20 Et qui erant in munitionibus. *Syriæ à Ptolemæo positi, vt prædictum est.*
21 Perierunt ab his. *scilicet, Alexandri, vt dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum, quia debellatus erat à Ptolemæo, & ideo quod dicitur hic.*
22 Intra castra. *Intelligendum est Demetrij qui nolebat homines extraneos possidere fortalicia regni sui.*
23 Et regnauit Demetrius. *Hîc consequenter ponitur successio Demetrij, & primò quantum ad obtentum dominium, cùm dicitur:* Et regnauit Demetrius, &c. *secundò quantum ad prouocationem cōtra Ionathan per accusationem iniquorum Iudæorū, eò quòd obsideret arcem: & patet litera. Tertiò quantum ad Demetrij placationem, cum dicitur.* (Diuisio)

✻ 1 Vt

✝ MORALITER. † *In diebus illis congregauit Ionathas, &c.* Per Ionathan qui interpretatur columbæ donum

✝ & per

A Ionathas eos qui erant in arce Ierosolymitana expugnat per eos qui sunt in Iudæa, nisi quòd doctores sancti sectantur eorum contumaciã qui exultatione cordis atque superbiæ innitentes, diuinis præceptis resistere parant? Contra quos facit machinas multas: quia multiplici disciplina ac diuersa scripturarum doctrina eos oppugnare, & ad humilitatem prouocare student. Sed sicut tũc quidam de his qui oderant gentem suam viri iniqui, adierunt regem accusantes Ionathan, sic & nunc hi qui disciplinam ecclesiasticam recipere nolũt, abominãtur eos qui sibi iniquitatem suam auferre co- B nantur, accusantes eos apud seculi potestates: quatenus eos in odium illorum conuertant, & persecutionem eis incitent, sed non præualent, quoniam Deus adiutor & protector suorum est, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Ionathas eos qui erant
in Iudæa, vt expugna-
rent arcem quæ est in
Ierusalem, & fecerunt
contra eam machinas
multas. Et abierũt qui-
dam qui oderant gen-
tem suam viri iniqui
ad regem Demetrium,
& renuntiauerunt ei,
quòd Ionathas obsi-
deret arcem. Et vt au-
diuit iratus est, & sta-
tim venit ad Ptolemai-
dam, & scripsit Iona-
thæ ne obsideret ar-
cem, sed occurreret si-
bi ad colloquium fe-
stinato. Vt audiuit au- 1
tem Ionathas iussit ob- 2
sidere. Et elegit de se- 3
nioribus Israel & de sa-
cerdotibus, & dedit se
periculo: & accepit aurum & argentum & ve-
stem, & alia xenia multa, & abiit ad regem
Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conspe-
ctu eius. Et interpellabant aduersus eum qui-
dam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sicut
fecerant ei qui ante eum fuerant. Et exaltauit †
eum in conspectu omnium amicorum eius, &
statuit ei principatum sacerdotij, & quæcum-
que alia habuit prius
pretiosa, & fecit eum
principem amicorum.
a Et postulauit Ionathas †
à rege vt immunem
faceret Iudæam & tres
toparchias, id est, Sa-
mariam & confines e-
ius, & promisit ei ta-
lenta trecenta. Et con-
sensit rex, & scripsit
Ionathæ epistolas de
his omnibus hũc mo-
dum continentes: Rex
Demetrius fratri Io-
nathæ salutem & gen-
4 ti Iudæorum. Exem-
plum epistolæ quam
scripsimus Lastheni pa
renti nostro de vobis,
misimus ad vos vt sci-
retis. Rex Demetrius, Lastheni parenti sa-
lutem. Genti Iudęorum amicis nostris & con-
seruantibus quæ iusta sunt apud nos decre-
uimus benefacere propter benignitatem ipso
5 rum quam erga nos habent. Statuimus ergo
6 illis omnes fines Iudææ & tres ciuitates, † Lid-
dam & Ramathæ, quæ additæ sunt Iudææ
7 ex Samaria & omnes confines earum seque-
strari omnibus sacrificantibus in Ierosoly-
mis pro his quæ ab eis prius rex accipiebat
per singulos annos, & pro fructibus terræ
& pomorum. Et alia quæ ad nos pertinebant
decimarum & tributorum, ex hoc tempore
8 remittimus eis, & areas Salinarum & coronas
quæ nobis deferebantur, omnia ipsis conce-
dimus, & nihil horum irritum erit ex hoc & in
omne tẽpus. Nunc ergo curate facere horum
9 exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in
10 monte sancto & in loco celebri. Et videns De-
metrius rex, quòd siluit terra in cõspectu suo,

Græcus habet † Apherdam.

Raban. C a *Et postulauit Ionathas.* Toparchias, hoc est villarũ vel oppidorum principatum ea loca nuncupat quæ Demetrius ex regno Samariæ addidit ad Iudæam, de quibus D in sequentibus narrat, hoc est Liddam & Ramatham. Lidda enim ciuitas est Palestinæ in littore maris magni sita, & Ramatha vrbs est Samuelis, de qua in I. Reg. narratur, iure ergo amicitiæ rex Demetrius Ionathæ concedens immunitatem Iudææ, addidit ciuitates prædictas, remittens decimarum & tributorum censum, & areas salinarũ in quibus salis confectio reipublicæ debebatur, necnõ & alia debita quæ illi regio fastu deferebantur iuxta confessionem cum Ionatha habitam omnia condonauit.

Triphon

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt audiuit autem Ionathas. *mandatum regis.*
2 Iussit obsidere. *id est, obsidionem arcis per alios continuare. Aliqui tamen libri habent: iussit non obsidere, id est, obsidionem dimittere. Et hoc magis consonat literæ præcedenti & subsequenti.*
3 Et elegit de senioribus, &c. *vt venerabili societate & munerum multitudine & preciositate placaret regem, quod & fecit. & patet litera vsque ibi.*
4 Exemplum epistolæ, &c. *Iste Lasthenes erat Cretensis, attinens Demetrio ex parte matris, & qui Demetrio prouiderat de exercitu ad obtinendum Syriæ regnum contra Alexandrum: propter quod Demetrius reputabat eum sicut patrem, & de factis notabilibus sibi scribebat, & ideo de gratiis Ionathæ factis scripsit epistolas Ionathæ & Lastheni eandem formam continentes, prius tamen scripsit Lastheni, & hoc est quod dicitur:* Exemplum epistolæ. *& sequitur epistolæ continentia, cum dicitur.*
5 Statuimus ergo. *Possidendos pacificè.*
6 Et tres ciuitates. *Tertia non nominatur hîc.*
7 Ex Samaria. *in qua habitabant Gentiles ibi translati de Perside. 4. Reg. 17. Cætera patent vsque ibi.*
8 Et areas Salinarum. *id est, loca in quibus fiebat sal modo supradicto cap.*
9 Et ponatur in monte sancto & in loco celebri. *ad memoriam in futurum. Quartò describitur status Demetrij quantum ad exercitus dimissionem, cum dicitur.*
10 Et videns Demetrius. *& patet litera vsque ibi.*

1 Et

MORALITER.

& per eius socios: possunt intelligi viri religiosi, qui moribus & scientia impugnant arcem superbiæ quæ est in omni peccato mortali. Sed aliquando verbis malignantium apud superiores impediuntur ab hac impugnatione, scilicet, quando potestas eorum in prædicando & confessiones audiendo restringitur vel suspenditur, per quod virtutum profectus impeditur. Sed cum superior potestas hæc considerat, verba malignantium cõtemnit, & dictos religiosos honorat, ideo subditur inferius.
† *Et exaltauit eum in conspectu omnium amicorum eius, & statuit ei principatum sacerdotij.* Sequitur.
† *Et postulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam.* sequitur autem post petitio regis à Ionatha, ibi.

Nunc

A a *Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius.* Qualiter autem Demetrius in odium exercitui suo venerit. Pompeius Trogus ostendit dicens: Recuperato paterno regno Demetrius & ipse rerum successu corruptus, vitiis adolescentiæ in segnitiem labitur, tantúmque contẽptum apud omnes inertia, quantum odium ex superbia pater habuerat, cõtraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiæ maculã, bellum Parthis inferre statuit. Cuius aduentum non inuiti orientis populi videre, & propter Arsacydæ regis Parthorum crudelitatem, & quòd veteri Macedonũ imperio assueti noui populi superbiam indi- B gnè ferebant. Itaque cum Persarum & Elimæorum Bactrianorúmque auxiliis iuuaretur, multis præliis Parthos vastatos fudit, ad postremum tamen pacis simulatione deceptus capitur, traductúsque per ora ciuitatum, populis qui † descierant in ludibrium fauoris ostẽditur. Missus deinde in Hyrcaniam, benignè & iuxta cultum pristinæ fortunæ habetur.

Pompeius Trogus lib. 36.

† desæuierant.

& nihil ei resistit, dimisit totum exercitum suum, vnũquem-
que in locum suum, excepto peregrino exercitu quem traxit
ab insulis gentium, & inimici erant ei omnes exercitus pa- 1
a trum eius. Triphon autem erat quidam partium Alexandri 2
prius, & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra 3
Demetriũ, & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat An- 4
tiochum filium Alexandri, & assidebat ei vt traderet eũ ipsi, 5 6
vt regnaret in loco patris sui. Et enuntiauit ei quanta fecit 7
Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduersus illum. Et 8
mansit ibi diebus multis. Et misit Ionathas ad Demetrium 9 10
regem, vt eiiceret eos qui in arce erant in Ierusalem, & qui in 11
b præsidiis erant, quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius 12 13
ad Ionathan dicens: Non hæc tantùm faciam tibi & genti 14
tuæ, sed gloria illustrabo te, & gẽtem tuam, cùm fuerit opor-
tunum. Nunc ergo rectè feceris si miseris viros mihi in auxi- 15
liũ, quia discessit omnis exercitus meus. Et misit ei Ionathas †
tria milia virorum fortium Antiochiam. Et venerunt ad re-
gem, & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt
qui erant de ciuitate, centum viginti milia virorum, & vole-
bant interficere regem. Et fugit rex in aulam, & occupauerũt 16
qui erant de ciuitate itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. 17 18
Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & conuenerũt omnes si- 19
mul ad eum. Et dispersi sunt omnes per ciuitatẽ, & occiderũt 20
in illa die centũ milia hominũ. Et succenderunt ciuitatem, & 21 22
c ceperũt spolia multa in illa die & liberauerũt regẽ. Et viderũt

Mysticè. b *Et misit Ionathas ad Demetrium regem.* Quid est quod Iona- C thas à rege Demetrio petit, vt eiiceret eos qui erant in arce in Ierusalem & in præsidiis qui & impugnabant Israel, à quo econ- D trario postulat Demetrius auxilia aduersus inimicos, nisi quòd doctores sancti expetunt à gentium principibus, & ab omni populo erroris & superbiæ debellationem, & ipsi similiter à sanctis doctoribus postulant suffragium doctrinæ & orationis ad superandos spiritales inimicos? Neuter enim ordo sine alterius opitulatione effectũ ministerij sui rite perficere valet, quia nec doctores sancti meritum lucrificandi sine conuersione & obedientia subditorũ, nec ipsi subditi salutem promereri possunt sine documento & instructione magistrorum. Vterq; enim ordo, vt prædictum est ab alio fulcitur & E ab alio adiuuatur. vnde Paulus Thessalonicensibus ait: *Tunc viuemus si vos statis in Domino: quoniam gaudemus propter vos ante Deum nostrum.* Et ait ad Corinthios. *Gloria* inquit, *vestra sumus sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.*

1. Tes. 3. c.
2. Cor. 1. c.

Raban. c *Et viderunt qui erant de ciuitate, quòd obtinuissent Iudæi ciuitatem, &c.* Quòd Iudæi victoriam capiẽtes de hostibus cogebant eos pacem postulare, & dextras sibi dari, signat quod robur sanctæ ecclesiæ hostibus pręeminet vniuersis, & siue eos per F

conuersio

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et inimici erant. *qui erant de regno Syriæ. nam à regnis præcedentibus consueuerant annonam accipere, non solum tempore belli, sed etiam pacis, vt sic essent parati pugnare pro rege tempore necessitatis.*
2 Triphon autem. *Postquam descriptus est Demetrij status, hîc consequenter describitur Antiochi adolescentis aduentus. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur aduentus Antiochi procuratio. Secundò, falsitatis Demetrij denudatio, ibi:* Et misit Ionathas. *Tertiò, aduentus Antiochi executio, ibi:* Post hæc autem. *Circa primum dicitur:* Triphon autem. *quia prius fuerat cum Alexandro, postea verò ipso decapitato fuit cum Demetrio.*

Diuisio

3 Et vidit quoniam omnis exercitus. *dicens eum honore regio indignum propter causam prædictam.*
4 Et iuit ad Emalchuel. *alias Malchum, &c. post eius mortem.*
5 Et assidebat ei. *id est, assiduè stabat apud eum.*
6 Vt traderet eum ipsi. *tanquam tutori & ductori.*
7 Vt regnaret in loco patris sui. *Per hoc enim intendebat Triphon habere administrationem regni, sicut postea fuit de facto.*
8 Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius. *vt illum induceret ad tradendum sibi Antiochum.*
9 Et mansit illic diebus multis. *non potens cito flectere Emalchuelem propter Antiochi pueritiam.*
10 Et misit Ionathas ad Demetrium regem. *Hîc consequenter ponitur falsitatis Demetrij denudatio. Circa quam primò ponitur Ionathæ petitio, cum dicitur:* Et misit Ionathas ad Demetrium regem. *petens.*
11 Vt eiiceret. *id est, eiicere posset.*
12 Eos qui in arce erant in Ierusalem. *quorum aliqui erant alienigenæ, aliqui verò Iudæi, tamen apostatæ. Ex hoc videtur, quod illa litera quæ dicit suprà, Ionathan ad mandatum Demetrij remouisse obsidionem arcis, est verior.*
13 Et qui in præsidiis erant, quia impugnabant Israel. *in diuersis locis Iudææ ad impugnationem gentis Iudaicæ.*
14 Et misit Demetrius ad Ionathan dicens. *Hîc secundò ponitur petitionis concessio. Et patet. & subditur concessionis ratio, cum dicitur.*
15 Nunc ergo rectè feceris si miseris viros. *Ad hoc enim concessit petitionem, vt Ionathas sibi mitteret bellatores ad sui defensionem, timens probabiliter insurgere contra se rebellionem, sicut & factum est. vnde subditur:* Et conuenerunt, &c.
16 Et fugit rex in aulam. *tanquam in locum tutiorem.*
17 Et occupauerunt. *ne aliquis ab extra posset ingredi ciuitatem in auxilium regis.*
18 Et cœperunt pugnare. *id est, ad pugnam se disponere.*
19 Et vocauit rex Iudæos. *antequam ciues essent congregati ad ipsum impugnandum. ideo subditur.*
20 Et dispersi sunt omnes per ciuitatem. *interficiendo eos qui volebant interficere regem.*
21 Et occiderunt. *præuenientes eos, antequam essent vniti & dispositi ad pugnandum, & sic poterant multos occidere.*
22 Et succenderunt ciuitatem. *non totam sed in vna parte ponentes ignem ad ciuium terrorem. ideo subditur.*

1 Et

MORALITER.

15 *Nunc ergo rectè feceris si miseris viros.* Per quod significatur, quòd pauperes religiosi necesse habent petere à potentibus huius mundi eleemosynarum subsidia, & econuerso potentes à religiosis orationũ suffragia, quæ frequenter plus eis valent † quàm arma bellica, sicut patet Exod. xvij. c. *Cùmque eleuaret Moyses manus, superabat Israel: si autem paululum remisisset, superabat Amalech.*
† *Et misit ei Ionathas tria milia virorum fortium Antiochiam.* per quos significantur religiosi, ad pugnandum contra diabolũ orationibus virtuosi in virtute vnius Dei & trini.

† contra.

Et

qui erant de ciuitate, quòd obtinuiſſent Iudęi ciuitatem ſicut
volebant, & infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad re- 1
gem cum precibus dicentes: Da nobis dextras, & ceſſent Iu-
dæi oppugnare nos & ciuitatem, & proiecerunt arma ſua &
fecerunt pacem. Et glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis,
a & in conſpectu omnium qui erant in regno eius, & nomina-
b ti ſunt in regno. Et regreſsi ſunt in Ieruſalem habentes ſpo-
c lia multa. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui, & ſiluit 2
terra in conſpectu eius, & mentitus eſt omnia quæcunq; di- 3 4
xit. Et abalienauit ſe à Ionatha, & non retribuit ei ſecũdum
beneficia quæ ſibi tribuerat, & vexabat eum valde. Poſt hæc 5 6
autem reuerſus eſt Triphon & Antiochus cum eo puer ado-
leſcens, & regnauit, & impoſuit ſibi diadema. Et congregati
ſunt ad eum omnes exercitus quos † diſperſerat Demetrius,
& pugnauerunt contra eum, & fugit & terga vertit. Et acce- 7
pit Triphon beſtias, & obtinuit Antiochiam. Et ſcripſit An- 8
tiochus adoleſcens Ionathæ dicens: Conſtituo tibi ſacerdo- 9
tium, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis 10
regis. Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium, & dedit ei pote- 11
ſtatem bibendi in auro & eſſe in purpura, & habere fibulam
auream. Et Simonem fratrem eius conſtituit ducem à termi- 12
d nis Tyri vſque ad fines Ægypti. Et exiit Ionathas & peram- 13
bulabat trans flumen ciuitates, & cõgregatus eſt ad eum om- 14
nis exercitus Syriæ in auxilium. Et venit Aſcalonem, & oc- 15
currerunt ei de ciuitate honorificè. Et abiit inde Gazam, & 16
e concluſerunt ſe qui erant Gazæ, & obſedit eam, & ſuccendit
f quæ erant in circũitu ciuitatis, & prædatus eſt eã. Et rogaue- 17

(† deſpexerat.)

conuerſionem ſalubriter cedere facit, ſiue contemptores in ſua pertinacia inſiſtentes iuſtè punit, quia ipſa à ſaluatore ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto poteſtatem accepit *calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* (Luc 10. c.) De qua alibi in Euangelio loquens ad apoſtolum ſuum Petrum ait: (Matt. 16. c.) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam, & portæ inferi non prævalebũt aduerſus eam.*

a *Et nominati ſunt,* inquit, *Iudæi in regno.* quia cõfeſſores Chriſti glorioſi apparẽt in toto mundo. Sed hãc gloriã non ſibi aſcribunt ſancti viri, ſed regi ſuo, omnium videlicet bonorum largitori Deo. vnde & ſubditur.

b *Regreſſi ſunt in Ieruſalem, &c.* Huiuſcemodi grates & Pſalmiſta Deo ſe referre teſtatur dicens: (Pſal. 39. b.) *Annũciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo.* In eccleſia ergo fideles quique habentes ſpolia virtutũ, regrediuntur vt laudes dicant Deo, cũ non ſuis viribus, ſed gratię diuinę victoriam quam adepti ſunt, deputãt, dicentes cũ propheta: (Pſal. 113. b.) *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: Super miſericordia tua & veritate tua.*

(Moraliter.) c *Et ſedit Demetrius.* Quòd Demetrius Ionathæ pro beneficiis retribuit mala, ſignificat carnales & ſtultos: cum eis conſulitur ad ſalutem, non reſpondere benefactoribus ſuis ſecundum debita beneficia, ſed ſecundũ obtuſi cordis ſui praua conſilia. Quidquid enim eis agitur ad vtilitatem, illi totum reputant ad noxietatem & inuidiæ ſtimulo incitati, nequiſſimæ ſuæ eligunt deſeruire voluntati.

(Myſticè.) d *Et exiit Ionathas.* Per Ionathæ tranſitum vltra flumen prædicationem verbi ad eos qui nondum baptiſmate Chriſti abluti ſunt, poſſumus accipere, quia prędicatores ſancti aliquãdo Gentiles ad ſacrum baptiſma prouocant, aliquando fideles ad profectum virtutũ excitãt. Cum ergo trãs flumen regreditur Ionathas. *Venit*

Venit ad eum exer. Syr. quia quando apoſtoli de Iudæis ad Gentium prędicationem migrauerant, mox plurimi de Gentibus ad fidem & baptiſmum Chriſti conueniebant, qui adiutores prædicatoribus ſanctis in Euangelio Dei fuerunt, quatenus paganos ad crudelitatem perducerent.

Perrexit Aſca. quæ interpretatur appenſa, vel ignis infamis.

Et occurrerunt de ci. hon. cum prędicatoribus ſanctis hi qui ambitione ſeculi deſeruiebant, audiẽtes verbum Dei ſtatim relicta cupiditate mũdi, ad obedientiam concurrebant Euangelij.

Et abiit inde Gazam, & obſe. eam, & conclu. Per Gazam quæ interpretatur fortitudo exprimitur obſtinatio infidelium, in qua ſe duræ mentes prauorum includũt: quia cedere veritati non conſentiunt. Quam.

(Raban.) e *Obſedit eam, & ſuc.* cùm doctores Chriſti vndique teſtimoniis ſanctarũ ſcripturarum perfidos coarctant, & errorum illorum machinationes debellando vaſtant. vnde:

f *Rogauerũt Ionathã dextrã ſibi dare Gazen.* Cùm prauitate deuicta ſuperborum iam diutius veritati reſiſtere non valẽtes, pacis ſibi fœdera magiſtros eccleſiæ dare depoſcunt, ſuóſque filios eis obſides tradunt, hoc eſt, fidei pignora, erroris videlicet abnegationem, & obedientiæ ſubiectionem in eccleſiam præmittunt, quatenus conuerſionis ſuæ ad fidẽ ſpes certa reddatur.

✠ Iosephvs. (l. 13. antiq. cap. 8.) Ionathas concitatus ad obſeſſionem Gazæ, & afflictionem prouinciæ parabatur. Nam partem militiæ circa Gazam diſponens, cum reliqua ipſa percurrens, cunctos prædabatur vel incendebat. Quæ cùm vidiſſent Gazęi, nullúmque auxilium à Demetrio ſibi veniſſe conſpicerent, & periculum præſens, adiutorium verò longè, optimum eſſe decreuerunt, hunc dimittentes, illi obedire, facientes igitur ad Ionathan amicitias, auxilia promiſerunt. Homines enim ante malorum peritiam ☞ vtilitates

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et infirmati, &c. *& per conſequens virtute corporis, nam à corde procedit ſenſus & motus ad alia membra: propter quod deficiente corde deficiunt exteriora membra. Cætera patent.*

2 Et ſedit Demetrius. *Hic conſequenter deſcribitur fálſitatis Demetrij denudatio: nam habita pace denegauit omnia promiſſa Ionathæ, & hoc eſt quod dicitur:* Et ſedit Demetrius. *id eſt, in Antiochia metropoli repreſſa rebellione ciuium per auxilium Iudæorum.*

3 Et ſiluit. *quia non erat qui auderet ſibi rebellare depreſſa metropoli ciuitate.*

4 Et mentitus eſt omnia. *de gratiis Ionathæ gentiq; Iudæorũ factis.*

5 Et vexabat eũ val. *per principes ſuos, inuadendo terminos Iudææ.*

6 Poſt hæc autem. *Hic conſequenter deſcribitur aduentus Antiochi adoleſcentis in regnum Alexandri patris ſui. Circa quod primò ponitur regni obtentus. Secũdò, cum Ionatha fœdus, ibi:* Et ſcripſit Antiochus. *Tertiò, huius fœderis effectus, ibi:* Et exiuit Ionathas. *Circa primum dicitur:* Poſt hæc autem. *ſ. de Arabia in Syriam. Cætera patent vſq; ibi.*

7 Et accepit. *id eſt, elephantos exercitus Demetrij.*

8 Et

8 Et obtinuit Antiochiam. *metropolim ciuitatem, & per conſequens alias multas.*

9 Et ſcripſit. *Hic conſequenter ponitur confœderatio Antiochi cum Ionatha, erat enim rex nouus, & adhuc vnam magnam partem regni tenebat Demetrius: propter quod indigebat Ionathæ confœderatione.*

10 Et conſtituo te ſuper. *extra Iudæam exiſtentes.*

11 Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium. *ſcilicet, menſæ. ideo ſubditur:* Et dedit ei poteſtatem bibendi, &c.

12 Et Simon fratrem eius. *inter quos includitur terra Philiſthiim.*

13 Et exiit Ionathas. *Hic conſequenter ponitur dicti fœderis effectus, & primò Antiochi dominium dilatando, cum dicitur.*

14 Et perambulabat. *eas inducendo, vt obedirent Antiocho.*

15 Et congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ. *qui oderat Demetrium, vt prædictum eſt.*

16 Et concluſerunt ſe qui erant Gazæ. *nolentes eum recipere, nec à Demetrio recedere.*

17 Et prædatus eſt eam. *nam animalia & plura Gazæ bona erant extra ciuitatem in ſuburbiis & villulis.*

✠ Et accepit

MORALITER.

13 *Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitatis &c.* Per quod ſignificantur religioſi, qui zelo fidei accenſi tranſeunt ad prædicandum gentibus nondum renouatis per fluuium baptiſmatis, vbi multum proficiunt aliquando, ſicut Ionathas in exercitu ſuo.

✠ Et

runt Gazenſes Ionathan, & dedit illis dextram, & accepit fi- 1
lios eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem, & perambu-
a lauit regionem vſque ad Damaſcum. Et audiuit Ionathas, 2
quia præuaricati ſunt principes Demetrij in Cades quæ eſt 3
in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere à 4
b negotio regni, & occurrit illis, fratrem autem ſuum Simonẽ 5
reliquit intra prouinciam. Et applicuit Simon ad Bethſuram 6
c d & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos. Et poſtu- 7
lauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis, & eiecit eos 8
e inde, & cœpit ciuitatẽ & poſuit in ea pręſidium. Et Ionathas & 9
f caſtra eius applicuerũt ad aquam Geneſar, & ante lucẽ vigila 10
g uerũt in cãpo Aſor, & ecce caſtra alienigenarũ occurrebant
ei in cãpo, & tẽdebant ei inſidias in mõtibus, ipſe autẽ occur 11
rit ex aduerſo. Inſidiæ verò exurrexerũt de locis ſuis, & com- 12
h miſerunt prælium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ 13

vtilitates non intelligunt ſuas: ſed cum in malis fuerint conſtituti, tunc mente percipiunt, & agunt quæ nihil læſi facere debuerunt.

(Raban.) a *Et au. Io.* Demetrij principes qui præuaricati ſunt in Cades Galilææ non incongruè poteſtates ſeculares intelligi poſſunt, quæ licet inter fideles propter catholicã confeſſionem annumerentur (hæc enim Cades quæ interpretatur ſancta; vel mutata, & Galilæa hoc eſt trãſmigratio facta per figuram exprimunt) ſæpe tamẽ tales fraudẽ moliuntur negotio regni terreſtri. Quibus occurrit Ionathas, quia neceſſe eſt, vt iſtis ſolertia ſanctorum doctorum occurrat, ne fraudem quam diſponũt animo, expleãt facto.

b *Simonem ta. fra. ſu. reli. intra. pro.* Vt tueretur eam intrinſecus contra petulantiam inſolẽtium. Sic etenim ſancti prædicatores, licet aliquando ad ſeculi actus moderandos, & indiſciplinatorum infeſtationes temperandas ſe porrigant: tamen nullo modo ſui iuris miniſterium ordinare intra eccleſiam ceſſant, ſed habent ibidem ſemper qui regularem in omnibus conſeruent diſciplinam, vt ſicut in exterioribus vtiles, ſic in interioribus vbique inueniantur ſalubres.

(Myſticè.) c *Et applicuit Simon.* Quid per Bethſurã niſi lectio ſanctarum ſcripturarum denotatur? quia Bethſura domus robuſtorũ interpretatur. Et bene ſcriptura ſacra domus robuſtorum dici poteſt quia ibi quique robuſti & fortes viri ſemper diſcendo & bene operando inhabitant, qui cum Pſalmiſta (Pſal. 1. a.) *in lege domini meditantur die ac nocte.* In hac enim domo aliquando hæretici falſo inhabitare videntur, cum ſcripturas legere, ſed non intelligere omninò probantur. Vnde dicitur quod Simon.

d *Expugna. Bethſu. die. mul. & ca. ciui. & ele. pra. ha. inde. po. ibi præſi.* Quia doctores ſancti hoc habent maximè in conatu, hoc toto agunt niſu, vt hæreticos expugnent, falſam eorum opinionem deſtruendo, ſcripturámque legis Dei ab eorum manibus eruant, ponentes in ea præſidium, hoc eſt pios ſcrutatores & meditatores ſapientiæ diuinæ, qui ſtudeant rectè intelligere & rite proferre diuinum ſermonem.

e *Et Ionathas.* Quid eſt quòd Ionathas ad aquam Geneſar caſtra applicuit, niſi quod cœtus ſanctorum prædicatorum ſpiritu Dei accenſus, mundanis fluctibus & infidelium perſecutionibus obuiare parat? (Stagnũ Genezareth) Stagnum Genazareth idem dicunt eſſe quod mare Galilææ vel mare Tyberiadis. Sed mare Galilææ ab adiacente prouincia dictum. Mare verò Tyberiadis à proxima ciuitate quæ olim Cenereth vocata, ſed ab Herode tetrarcha inſtaurata, in honorem Tyberij Cæſaris Tyberias eſt appellata. Porrò Geneſar à laci ipſius natura quæ criſpantibus aquis de ſe ſibi excitare auram perhibetur Gręco vocabulo, quaſi generans ſibi auram dicitur. Neq; enim in ſtagni morẽ ſternitur aqua, ſed frequentibus auris ſpirantibus agitatur, hauſtu dulcis, & ad potãdum habilis. Sed Hebrææ linguæ conſuetudine omnis aquarũ cõgregatio, ſiue dulcis ſiue ſalſa, mare nunçupatur. Qui lacus influente Iordane. 160. ſtadiis in longitudine, & 60. extenditur in latitudine. Quia ergo ſtagnum ſiue mare pręſens ſeculũ deſignat, Ionathas noſter cum ſuis ſeculari tumultu reſiſtere properat.

f *Et an. vi. cer. in cam. Aſor.* Hoc eſt, contra inſidias diaboli vigilanti ſtudio ſe obſeruare curat. Aſor enim interpretatur ſagitta luminis. Et apoſtolus de eodem apoſtata angelo ſcribens ait: (2. Cor. 11. c.) *Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in angelu. Vnde non mirum, ſi miniſtri eius transfigurentur velut miniſtri iuſtitiæ.*

g *Alienigenarũ oc. in campo & tend. inſ. in mon.* Quia ſiue maligni ſpiritus ſiue etiã peruerſi homines in luxuria ſiue ſuperbia præſentis vitæ vel ſecularibus deſideriis quoſcunque poſſunt, ſeducere contendunt. Quibus neceſſe eſt vt milites Chriſti currant ex aduerſo, & confligant fortiter cum illis, ne fortè conſentiant perſuaſionibus eorum, & voluptatibus atque illecebris diſſoluantur. Sed commiſſo prælio.

h *Et fuge. hi qui ex par. fue. Iona. omnes, & ne. re. eſt ex eis niſi Mathathias Abſa. & Iu. ſi. Chalphi prin.* ✠ Iosephvs. (Lib. 13. antiq. c. 8.) Videns Ionathas hoſtes ad pugnam paratos, hortabatur ſuos. Illi verò qui à Demetrij ducibus per inſidias erant locati, à retro Iudæos inuadunt. Qui cùm timerent ne in medio capti perirent, ad fugam ſe dederunt. Et ibi quidem omnes reliquerunt Ionathan, pauci vero cum eo numero quinquaginta remanſerunt, & Mathatias filius Abſalomi, & Iudas Capſei, qui duces erant totius exercitus. Hi audacter & deſperatè ſuper inimicos irruentes, atrociter eos fugauerunt. Tunc verò milites Ionathæ qui diſceſſerant, vt viderunt hoſtes ad fugam verſos, congregati perſequebantur eos vſque ad Cedeſſam, quo caſtra hoſtium erant.

Quia Proh dolor multi de eccleſiaſticis per ambitionem & ☞ voluptatem

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Et accepit fi. eo. obſi. *Ne poſtea rebellarent.*

2 Et audiuit. *Hic ſecundò ponitur effectus prædicti fœderis Demetrio repugnante, cum dicitur.* Et audiuit Ionathas. *Contra Antiochum ab ipſo recedendo & adhærendo Demetrio.*

3 In Ca. quæ eſt in Gali. *Hoc dicitur ad differentiam alterius, quæ dicitur Cadesberne, vbi ſederunt filij Iſrael multò tempore Deuter. 1.*

4 Volentes eum remouere. *Sicut ei conſtituerat Antiochus.*

5 Fratrem autem ſuum. *Ad Iudææ cuſtodiam.*

6 Et applicuit Simon. *In qua erant aduerſarij Iudæorum à Demetrio poſiti.*

7 Et

7 Et concluſit eos. *Ita quod non poterant exire, nec aliquid ab extra habere.*

8 Et poſtulauerunt ab eo. *Vt ſaluis perſonis recederent inde.*

9 Et poſuit in ea præ. *Id eſt, armatos de genere Iudæorum.*

10 Et Iona. & caſt. e. applicuerunt ad aquam Geneſar. *Id eſt, ad mare Galilææ, quod etiam dicitur mare Geneſar ſiue Genezareth, quaſi generans auram. Nam illud mare eſt ventoſum.*

11 Et tendebant. *Ignorante Ionatha.*

12 Ipſe autem occurrit ex aduerſo. *Illorum qui erant in campo.*

13 Et fugerunt qui erant. *Territi ex inſidiarum repentina inſurrectione.*

✠ Et ſcidit

MORALITER.

† *Et appli. Si. ad Bethſu.* Quæ domus fortitudinis interpretatur, ideo per ipſam ſacra ſcriptura quæ Can. 4. b. dicitur *Turris Dauid ædificata cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent omnis armatura fortium.* Hanc autem domum intrant hæretici, errorem ſuum confirmantes per ſacram ſcripturam peruerſè, ſed per Simonem eiiciuntur quando per doctorem catholicum eorum falſitas confutatur, & boni introducuntur, quando dociles diſcipuli per ipſum erudiuntur.

10 Et

10 *Et Io. & ca. eius ap. ad aquã Ge.* Id eſt generantem auram, ideo per hanc aquam ſignificatur aqua ſapientiæ ſalutaris, quæ generat ſibilum auræ lenis, vbi dominus (vt dicitur 3. Reg. 19.) ad hanc aquam applicat Ionathas & ſocij eius id eſt, viri religioſi, qui habent pugnare contra hæreticos per ſcripturam ſacram, & contra ſpiritus malignos per orationem deuotam. Sed quoniam in hac pugna multi fiunt ignari, ideo ſequitur,

13 *Et fug. qui.* Sed quando vident exempla magnæ virtutis in ſuperioribus ſuis, ad pugnam viriliter reuertuntur, ideo ſubditur.

A voluptate istius mũdi subuertũtur. Vnde in parabola Euãgelica dominus ait; *quod exortæ spinæ suffocauerunt segetem, hoc est diuitiæ & voluptates vitæ suffocant verbum, ita vt non ferat fructum.* Sed tamẽ Matathias, qui interpretatur donũ Dei, & Iudas, hoc est confitens restant cum Ionatha, quia illi qui dono Dei illuminati atq; confortati sunt, ritè credẽdo atq; bene operãdo veraciter sunt Dei confessores, & hi perseuerant in castris ecclesiæ, & hostẽ fortiter premunt donec eũ conterant, & suos qui cedendo hostibus fugerant, castris pristinis iterum restituunt. Sed videamus quid fecerit Ionathas, quando milites sui versi sunt in fugã.

omnes & nemo relictis ex eis nisi Matathias filius Absalomi,
a & Iudas filius Calphi, princeps militiæ exercitus, & scidit Io- 1
nathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & ora- 2
uit. Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit 3
illos in fugam, &† pugnauerunt. Et viderunt qui fugiebant 4 5
partes illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo 6
omnes vsque Cades ad castra sua, & peruenerunt vsque illuc. 7 8
b Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum.
Et reuersus est Ionathas in Ierusalem.

† fugerant.

a *Et scidit Io.* Sic enim præpositi & magistri ecclesiæ agere debent, quando suos lacescere in prælio, ac terga hostibus vertere conspiciunt, scindere vestimenta sua, hoc est corpus ieiuniis ac lachrymis affligere, & ponere terram in capite suo, hoc est fragilitatem corporis reuoluere in mente sua & orare Deum pro delictis suis vel populi, vt ipse qui omnipotens est, operetur salutem erga infirmos, & reducat eos ad pristinam sanitatem. D Sicq; exhortari vnumquemque oportet, vt resipiscat à diaboli laqueis qui captiuus fuerat ad eius voluntatem, *& reuertatur ad dominũ & miserebitur eius, & ad Deũ nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.* (Esa. 55. b. Ioel. 2.)

b *Et cecider.* Nota quod alienigenæ ternario numero prosternũtur, qa per sanctæ trinitatis fidem vniuersi hostes ecclesiæ conteruntur, superantur, atque prosternũtur. Et turba credentiũ regreditur cũ duce suo in Ierusalẽ mysticam, quæ est mater omniũ nostrorũ, vt ibi gratias & laudes referant Deo nostro in æternum & in seculum seculi. (Nota de ternario numero.)

B

NICOLAVS DE LYRA

1 Et scidit Io. *Id est, paramenta quæ ponuntur ad decorem super arma, & hoc fecit in signum doloris.*
2 Et posuit terram. *Se humiliando.*
3 Et reuersus est. *Id est, aduersarios suos.*
4 Et conuertit illos. *Iam enim recedebant tanquam victores fugientibus Iudæis, sed Ionatas inuitans eos ad prælium, fecit eos conuertere ad se.*
5 Et vi. qui fu. partes illius. *Scilicet Ionathæ.*
6 Et reuersi sunt ad eum. *Eius exemplo animati.*
7 Et inseque. cum eo. *Aduersarios.*
8 Vsque Ca. *Vnde venerant ad prælium.* E

MORALITER.

5 *Et vt viderunt qui fugie. partes illius & reuersi sunt, &c.*

Cap. XII.

a E*T vidit Iona.* ✠ Iosephvs. Cùm vidisset Ionathan omnia sibi Dei prouidentia secundum suam accedere voluntatem, legatos Romam destinauit, renouare cupiens olim cum gente Iudæorum amicitias celebratas. Suis etiam legatis præcepit, vt redeuntes ab Italia per Spartiatas transirẽt, quos deberent ad memoriam amicitiæ vel cognationis reducere, &c. (Lib. 13. antiq. c. 8.)

C Quòd mittit Ionathas epistolas ad Romanos & ad Spartiatas & ad alia loca, vt renouet pactũ & amicitiã cũ eis, quã frater su⁹ Iudas prior cum illis sponte iniit, demonstrat, quod magna sollicitudo sanctis debet esse prędicatoribus, vt pacem quam Christus in mundo obtulit, ipsi toto studio renouare atque conseruare vbique contendant, quia ipse filius Dei, qui venit in terram, vt pacificaret in carne sua cœlestia atque terrestria statim in exortu natiuitatis suæ voluit ab angelis decantari: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quam vtique pacem mediator Dei & hominum iam homo factus suis discipulis commendauit dicens: *Habete sal, & pacem habete inter vos. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Pace etenim & concordia vniuersum corpus Christi adunatur, regitur ac stabilitur. F Qui autem cum proximis suis non vult habere pacem, in corpore Christi nullam habet societatem, nec iam ad æternam potest venire requiẽ: vnde se separauit per contentionem. (Raban. Mysticè. Luc. 2. b. Mar. 9. g. Ioan. 14. d.)

b *Et hoc est † exẽplũ.* Quomodo autẽ Spartiatę fuerint de genere Abraham, facilè nõ inuenitur: potuit tamen fieri, quia Abraham, plures filios excepto Isaac, quem peperit ei Sara, habuit: de Agar videlicet & Cethura, sicut A scriptura manifestat, vt ab aliquo eorum origo processerit Sparciatarũ. Sed Iosephus huius loci mentionem faciens, non videtur tamẽ cognationem Sparciatarũ cum Iudæis verumetiam aliquam societatem velle exprimere, quia Lacedæmoniorum epistolã scriptam taliter refert: Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem. Legentes aliquam scripturam inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedæmones extitisse, & familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse. Iustum ergo est dum fratres existatis, & transmittere ad nos & petere quæ vobis necessaria iudicatis, faciemus verò & nos idẽ: vestra & propria simul & nostra cõmunia reputam⁹. Portitor literarũ Dimo B cius epistolas vobis defert quadrãgulo scriptas, signaculum habentes, aquilam draconem vnguibus deportantem. Epistola igitur à Lacedæmoniorum rege destinata textum huiusmodi continebat. ☞ Et au. († rescriptũ. Iosephus.)

CAPVT XII.

a ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & 1
elegit viros, & misit eos Romam statuere 2
& renouare cum eis amicitiam. Et ad Spar-
ciatas & ad alia loca misit epistolas secun- 3
dum eandem formam. Et abierunt Romam
& intrauerunt curiam, & dixerunt: Ionathas
summus sacerdos, & Iudæorum gens miserunt nos, vt reno-
uemus amicitiã & societatẽ secundùm pristinũ. Et dederunt
illis epistolas ad ipsos per loca, vt reducerẽt eos in terrã Iuda
b cũ pace. Et hoc est exẽplũ epistolarũ, quas scripsit Ionathas 4

Sparciatis. Iona-
thas summus sacer
dos, & seniores
gentis & sacerdo-
tes & reliquus po-
pulus Iudæorum,
Sparciatis fratri-
bus salutem. Iam 1
pridem missæ e-
rant epistolæ ad
Oniam summum
sacerdotem à Da-
rio qui regnabat a-
pud vos, quoniam
estis fratres nostri
sicut scriptum con
tinet quod subie-
ctũ est. Et suscepit 2
Onias virum qui
missus fuerat cum 3
honore, & accepit 4
epistolas in quibus significabatur de socie-
tate & amicitia. Nos enim cum nullo horum
indigeremus, habentes solatio sanctos li- 5
bros, qui sunt in manibus nostris, malui- 6
mus mittere ad vos renouare fraternitatem
& amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à
vobis. Multa enim tempora transierunt,
ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni 7
tempore sine intermissione in diebus solen- D
8 nibus & cæteris, quibus oportet, memores
sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in
9 obseruationibus, sicut fas est, & decet memi-
nisse fratrum. Lætamur itaque de gloria ve-
10 stra. Nos autem circundederunt multæ tribu-
lationes, & multa prælia, & impugnauerunt
11 nos reges qui sunt in circuitu nostro. Nolui-
12 mus ergo vobis molesti esse, neque cæteris so-
13 ciis & amicis nostris in his præliis. Habuimus
enim de cœlo auxilium, & liberati sumus nos,
& humiliati sunt inimici nostri. Elegimus ita-
14 que Numeniũ Antiochi filium & Antipatrem
Iasonis filiũ. Et misimus ad Romanos renouare E
cum eis amicitiam & societatem pristinam.
Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad
vos, & salutent vos & reddant vobis epistolas
nostras de innouatione fraternitatis nostræ. Et
nunc benefacietis respondentes nobis ad
hæc. Et hoc rescriptum epistolarum, quod
15 misit Onias: Rex Sparcitarum Onias, Iona-
16 thæ sacerdoti magno salutem. Inuentum est
17 scriptura de Sparciatis & Iudæis, quoniam
sunt fratres, & quia sunt de genere Abra-
ham. Et nunc ex quo hæc cognouimus,
benefacitis scribentes nobis de pace vestra.
Sed & vos rescripsimus vobis, pecora nostra,
& possessiones nostræ vestræ sunt, & vestræ no
stræ. Mandauimus itaque hæc nunciari vobis.
Et audiuit F

NICOLAVS DE LYRA
Cap. XII.

ET vidit Iona. *Hic consequenter describitur ducatus Ionathæ sub Antiocho filio Alexandri iam regnante, sub quo videns sibi prosperè succedere, & nolens omittere de his quæ secundum humanam prouidentiam facere poterat, ad firmandum populum suum in pace. Primò cum extraneis se confœderauit. Secundò contradictores Alexandri regis expugnauit, ibi:* Et audiuit Ionathas. *Tertiò, Triphon eum defraudauit, ibi:* Et cum cogitasset Triphon. *Prima in duas, quia primò ponitur eius confœderationis epistolarum conscriptio. Secundò sententiæ recitatio, ibi:* Et hoc est exemplum. *Circa primum dicitur.*
1 Et vidit Iona. *Dicitur autem tempus esse bonum & iuuare, quando contingunt in ea prospera, malum autem & nocere quando aduersa.*
2 Et ele. viros. *Ad talem legationem aptos. Sequitur.*
3 Misit epi. sec. eam for. *Id est, eandem sententiam de amicitia statuenda & renouanda. Cætera patent.*
4 Et hoc est ex. *Hic consequenter ponitur recitatio sententiæ epistolarum. Et primò epistolæ Ionathæ missæ Sparciatis. Secundò, epistola responsiua ab eis, ibi:* Et hoc rescriptum. *In epistola verò Ionathæ fit mentio de quinque. Primò de quadam epistola prius missa tẽpore Oniæ summi sacerdotis à rege Sparciatarum Iudæis. Et hoc est quod dicitur.* ✠ Iam pri. (Diuisio.)

MORALITER.

1 *Et vidit Ionathas quòd tempus eum.* Per hoc autem quod Ionathas misit nuncios ad diuersa loca & lõginqua, significata fuit missio apostolorum & aliorum discipulorum per Christum ad diuersas partes orbis ad prędicandũ Gentibus Euangeliũ pacis. ✠ Et audiuit

C

NICOLAVS DE LYRA

1 Iam pri. missæ erant ep. *A Dario Iosephus lib. 12. antiquitatis Iudaicæ nominat eum Arium, & idem est nomen sicut in Latino Nicolaus & Colinus. Vocat tamen Sparciatas Lacedæmonios recitans epistolam in hac forma:* Rex Lacedæmoniorum Arius Oniæ salutem: *Legentes scripturã aliquam, inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedæmones extitisse: & familiaritatem cum Abrahã socialiter habuisse. Iustum est ergo, vt fratres existatis, & transmittere ad nos & petere quæ vobis necessaria iudicatis. Facimus verò & nos idem, & vestra propria simul vt nostra communia reputamus. Portitor literarum Domicius epistolas vobis defert quadrangulo scriptas, signaculum habentes aquilam draconem vnguibus deportantem.* (Iosephus. Imò Dariũ vocat li. 13. antiq. c. 8.)
2 Et suscepit Onias virum. *A rege Sparciatarum seu Lacedæmoniorum.*
3 Cum honore. *Acceptans eius legationem.*
4 Nos enim cum nullo. *Hic secundò in epistola Ionathæ ponitur causa scribendi, cùm dicitur.* Nos enim cum nullo. *Id est, cùm nos non essemus in aduersitate sed prosperitate, quasi dicat, Non scribimus vobis ex aliqua necessitate, à qua nunc velimus per vos releuari, sed ex sola amicitia & charitate inter nos & vos nutrienda.*
5 Habentes solatio sanctos libros. *Legis & prophetarum.*
6 Qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, &c. *Id est, non sumus pro nunc occupati in exercitio armorum, sicut tempore præcedenti, sed magis in lectione sanctorum librorum. Cætera patent ex dictis secundùm Iosephum. Hæc litera.* Nos cum nullo horum indigerimus, &c. *Refertur ad scripturam quam Lacedæmones dicebant se inuenisse continentem, quòd erant de genere Abraham de qua dicit Ionathas, quòd non indigebant illa scriptura ad propositum probandum: quia per libros sanctos, quos habebant Iudæi apud se hoc sciebant. Sed qui sint illi libri, non dicit Iosephus in particulari tamen infrà eodem cap. dicam quid super hoc mihi videtur.*
7 Nos ergo in omni tempore. *Hic tertiò in epistola dicta fit mentio de fidelitate Iudæorum erga Sparciatas, cum dicitur.* Nos ergo in omni tempore. *Ex quo misistis ad nos pro amicitia & fraternitate.*
8 Memores sumus vestri sacrificiis. *Quæ fiebant de animalibus.*
9 Et in obseruationibus. *Id est, aliis oblationibus, & vigiliis & orationibus.*
10 Nos autem. *Hic quarto ponitur ratio, quare non scripserant Sparciatis tempore tribulationis & bellorum quæ acciderant Iudæis, cum dicitur.* Nos autem, &c. *Vt patet per prædicta.*
11 Noluimus ergo vo. mo. esse. *Petendo à vobis auxilium.*
12 Neque cæteris sociis & amicis nostris. *Et subditur causa cum dicitur.*
13 Habuimus enim de cœlo au. *Quasi dicerent: Non dimisimus à vobis petere auxilium ex diffidentia de vobis, sed quia non fuit nobis necesse Deo nobis auxiliante.*
14 Elegimus itaque Numenium. *Hic quintò fit mentio de nunciis epistolæ. Per eosdem enim nuncios scripsit Ionathas Romanis & Sparciatis, sed quia Romani maiores erant ideo prius iuerunt ad Romanos, & postea ad Sparciatas, & hoc est quod dicitur.* Elegimus ita quod numerus Antiochi fi. *Cætera patent ex dictis.*
15 Et hoc rescriptum epistolarum quod misit Onias. *Hic consequenter ponitur epistola responsiua regis Sparciatarum ad Ionatham.*
16 Rex Sparciatarum Onias Iona. sacerdoti magno. *Sic enim vocabatur rex Sparciatarum tempore Ionathæ, ille verò qui prius regnauerat Oniæ tempore, Darius vocabatur, vt dictum est suprà.*
17 Inuentum est scriptura de Sparti. *Non dicitur hic nec etiam in Iosepho quæ sit illa, sed potest dici probabiliter quòd sit scriptura Genesis, in qua fit mentio de Abraham & eius genere: Et dicunt aliqui, quòd Sparciatæ descenderunt de Abraham per vnum de filiis eius ex Cethura natum, qui ponuntur Gene. 25. Sed huic dicto dissonare videtur quod suprà dicitur eodem capitulo scilicet Lacedæmones cum Abraham familiaritatem socialiter habuisse: propter quod magis videtur, quòd descenderint à Nachor fratre Abrææ, qui cum Abraham socialiter vixit longo tempore: cuius etiam generatio scribitur Gen. 32. Cætera patent ex prædictis.*

a *Et au. Io.* Quid autem significat, quod Ionathas aduersus Demetrij principes qui aduersus eum egressi sunt pugnare, exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathithæ regione, nisi quod sacer ordo doctorum aduersus persecutores ecclesiæ, hoc est Iudæos, Paganos & Hæreticos semper paratus præliari & eorum perfidiæ resistere? Quibus egrediens ab Ierusalē occurrit in Amathithę regione: quia licet à quiete internæ contemplationis qua animi oculo intuentur celsitudinem creatoris, & supernorū magnitudinem præmiorum, ad tēpus exeāt, vt confligant cum hostibus, tamen à rectitudine veritatis nullo modo declinant. Nā Amathi, veritas mea interpretatur. Sed siue in conflictu disputationum cōtra errores eorum contendant, siue flagella eorum ac cædes patienter tolerent, iustitiæ tamen veritatem nullo modo relinquunt eis tribuunt facultatem vt per fraudem aliquo modo in regionē ecclesiæ sic ingrediantur; sed summopere nituntur vt statim in initio doli prauitatem eorum conterant, & castra ecclesiæ illæsa conseruent.

(Raban. Mysticè.)

c *Qui renun. eis super ipsos ad eos velle nocte.* Illi enim nocte parant venire qui cæco corde opera meditantur tenebrarum agere. At contra.

d *Ionathas suos vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte.* Quia proprium est electorum magistrorum, vt peruigiles ac cautos doceant esse subditos suos omni tempore istius vitæ, quo incerto degentes ad certum finem tendunt.

e *Et audi. aduersarij quia para. est Iona. cum suis in bel. ti. val. & accen. fo. in ca. & medi. sunt fu. Quos sec. est Ionatas ta. non con. quia trans flu. iām po. inuenit.* Formidant aduersarij, quod se præparant in spiritale prælium ecclesiastici, & accendunt focos in castris suis, hoc est fingunt fortitudinē belli in turmis suis, sed in mane lucentis fidei persequitur spiritalis Ionathas hostes suos, quos tamē non comprehendit id est ad credulitatem non perduxit, quia in amore fluctuantis seculi illos æstuantes conspiciēs, irreuocabiles esse iudicauit.

a Et audiuit Ionathas, quoniam † regressi sunt principes De- 1
metrij cum exercitu multo suprà quàm prius pugnare aduer
sus eum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite re-
gione. Non enim dederat eis spacium, vt ingrederētur regio- †
b nem eius. Et misit speculatores in castra eorum, & reuersi re-
c nuntiauerunt, quòd cōstituunt superuenire illic nocte. Cùm 2 †
d occidisset autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse
in armis paratos ad pugnam tota nocte. Et posuit custodes
e per circumitum castrorum. Et audierunt aduersarij, quòd pa
ratus est Ionathas cum suis in bello, & timuerunt, & formi-
dauerunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis. Io 3
nathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque 4
mane. Videbant autem luminaria ardentia, & secutus est eos 5
Ionathas, & non comprehendit eos. Transierunt enim flu-
men Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas qui voca- 6
bantur Zabedæi, & percussit eos & accepit spolia eorum. 7
Et iunxit & venit Damascum, & perambulabat omnem 8
regionem illā. Simon autē exiit, & venit vsque ad Ascalonē, 9 10
& ad proxima præsidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit 11
eā. Audiuit enim, quòd vellent pręsidiū tradere partibus De 12
f metrij, & posuit ibi custodes, vt custodirent eam. Et reuersus 13
est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit 14 15
16

† ingressi

b *Et misit speculatores.* Missis speculatoribus castra hostium Ionathas explorat, cùm prædicatores sancti per viros industrios fraudem inimicorum inuestigant, quatenus eorum consiliis prauis compertis, dolum ipsorum facilius præcauere possint.

f *Et reuer.* Quòd Ionathas reuersus disposuit ædificare muros Ierusalē & consilio inito cum senioribus populi præsidia construxit, & altitudinem magnam inter medium arcis & ciuitatem vt separaret eā à ciuitate, significat sanctos doctores postquam forensibus bellis ad tēpus occupati fuerint, intus de ecclesię munitione cum spiritalibus viris tractare, ne fortè per hostes inter nos lædatur, ergo qui in arce ciuitatis erant, & insidiabātur ciuibus Ierosolymitanis, signant hæreticos qui in arce superbiæ suę collocati nunquā aduersus ecclesiā dolos machinari desistunt: quos intercludit Ionathas mysticus spiritali præsidio, vt sint singulariter & nō emāt neq; vēdāt, quia excōmunicatione validissima ab ecclesiæ vnitate eiecti sunt, nec eorū secta reciperetur, nec ecclesiastica doctrina illis tanquā spurcissimis & omni fœditate turpissimis porcis ad cōtaminādū vllo modo cōmittitur; contradicente hoc ipsum & prohibēte domino saluatore in Euāgelio vbi ait. *Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuersi dirūpāt vos.* Murus ergo qui cecidit super torrentē ab ortu solis quē & reparauit Ionathas, significat eos qui videbātur in ecclesia aliquā custodiā gregis sibi cōmissi gerere, sed in rebus trāsitoriis innitentes atque ambitioni sæculi deseruientes, prolapsi sunt in voluptatibus istius vitæ, & à proprio statu ciderunt, quos necesse est, vt sanctorum solertia restaurare contendat, & ad priorem firmitatem ecclesiastico dogmate roborando reducere.

(Rabanus. Mysticè.) (Matt. 7. a.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt. *Postquam descripta est confœderatio Ionathæ cum aliis gentibus, hic consequenter ponitur eius conflictus cum Demetrij principibus. Et primò ponitur eorum debellatio. Secundò Iudææ munitio, ibi:* Reuersus est Ionathas. *Prima in duas, quia primò ponitur Ionathæ conflictus. Secundò Simonis fratris eius, ibi:* Simon autem *Circa primum dicitur:* Et audiuit Ionathas quoniam egressi sunt. *Ad vindicandum opprobrium, eo quòd fuerant à Ionatha debellati, vt habetur capitulo præcedenti. Cætera patent vsque ibi.* (Diuisio)

2 Quod constituunt superuenire illic nocte. *Id est, ad castra Ionathæ, vt ea percuterent repente: propter quod Ionathas præcepit suis vigilare, & ad pugnam paratos esse.*

3 Et accenderunt. *Simulantes, quòd ibi manerent tota nocte, sed eis accensis fugerunt.*

4 Ionathas autem & qui cum eo, &c. *Scilicet fugam eorum. Et subditur causa.*

5 Videbant, &c. *Ac si essent ibi homines.*

6 Et diuert. &c. *Secundum Iosephum isti sunt qui suprà. 9. ca. dicuntur filij Iambri, & occiderunt Ioannem Ionathæ fratrem.*

7 Et iun. *Exercitum suum vniendo.*

8 Et ve. Da. *Ad confirmandum populum cum Antiocho.*

9 Simon autem. *Hic consequenter describitur conflictus Simonis cum aduersariis, cum dicitur.* Simon autem exiit. *De Ierusalem vbi remanserat ad terræ custodiam.*

10 Et venit vsque ad Ascalonem, &c. *In quibus erant homines Demetrij tenentes ea.*

11 Et declinauit in Iop. *Et subditur causa.*

12 Audiuit enim quod vel. præ. *Id est ciuitatis fortalitium.*

13 Tradere par. De. *Propterea festinauit capere ipsum pro parte Antiochi.*

14 Et re. est, *Hic consequenter ponitur Iudææ munitio, cùm dicitur.* Et reuersus est Ionath. *Aduersariis partim fugatis & partim occisis.*

15 Et conuo. senio. populi. *Pro consilio habendo.*

16 Et cogi. cum eis ædifica. *Ad terræ fortificationem,*

MORALITER.

1 *Et audiuit Ionathas quoniam ingressi sunt principes de.* Sequitur.
† *Non enim dederat eis spacium, vt ingrederentur regionem.* Per quod significatur quòd pugnans prudenter contra dæmonem, non dat sibi ingressum tentationis per delectationem maximè morosam, in principio repellit eum.
† *Cum occidisset autem sol præcepit Iona. suis vigi.* Per noctem intelligitur totum præsens tempus propter obscuritatem ignorantiæ, in qua nocte diabolus insidiatur fidelibus, vt possit eis nocere, propter quod bonus prælatus qui per Ionatham significatur, hortatur eos ad vigilantiam virtutum, vt valeant resistere contra dæmonis insultum secundùm illud 1. Petri. 5. b. *Fratres sobrij estote, & vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret.* Cui resistite fortes in fide.
14 *Et reuersus est Ionathas & conuoca. &c.* Per hoc quod Ionathas de prælio reuersus post victoriam fuit sollicitus ædificare præsidia, significatur quod bonus prælatus licet vicia debellauerit tamen debet esse sollicitus de præsidiis virtutum faciendis contra futuros insultus tentationum, non solum pro populo, sed etiam pro seipso, ne ex præterita victoria insurgat elatio, quæ ipsum deiiciat à virtute: & sic victoriæ gaudium conuertatur in lamentationem & luctum.

a *Et cum co.* Triphon iste hypocritarū atq; hæreticorum figuram tenet qui aliter agunt, aliterq; loquuntur atque aliud intentione moliūtur. Cōtra quē Ionathas cum quadraginta millibus occurrit, quia cōtra tales Euangelica doctrina & custodia mandatorū Dei nefaria est. Quisquis enim secundum Euāgelij documenta legis præcepta seruauerit, hostiū cuneos securus penetrabit. Sed quod Triphō dolo persuasit Ionathæ vt remiserit à se exercitum, secumque pacificè perrexit, sicque eum delusum captiuauit, atque secum commeātes occidit: significat eorū ruinā qui legitimè se nō obseruant, neq; cautelā in circūspectione cordis, & conseruatione corporis habent. Hos enim quia illā Euāgelij doctrinā nō attendunt (vbi saluator discipulis suis præcepit dicēs: *Vigilate & orate, vt nō intretis in tentationē.* Et itē. *Attendite* inquit, *vobis à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimentis ouiū: intrinsecus autem sunt lupi rapaces*) meritò hostium superat atque interimit exercitus, quia magistri cœlestis doctrina ab illis nō condignè seruatur. Porrò loco Ionathæ Simon frater eius sacerdotio fungitur, & populi ducatum gerit, cū in præsenti ecclesia aliis decedētibus alij substituūtur, qui locū regiminis teneant, & in castris spiritalibus milites Christi sedulò exerceant, quatenus hostibus vniuersis belligerando oportunè resistere valeant. Sed Triphon typicus simili modo Simonem fictionibus falsis, vt fratrem eius deluserat decipere conatur: quia

(Mar. 14. d.) (Mat. 7. c.)

cum eis ædificare præsidia in Iudæa, & ædificare muros in 1
Ierusalē, & exaltare altitudinem magnā inter medium arcis
& ciuitatis, vt separaret eā à ciuitate, vt esset in ipsa singulari-
ter, & neque emāt neque vendāt. Et cōuenerunt, vt ædifica-
rent ciuitatē, & ceciderunt muri qui erant super torrentē ab 2
ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Caphetheta. Et Si- 3
mon ædificauit Adiada & Sephela, & muniuit eā, & imposuit 4 5
a portas & seras. Et cū cogitasset Triphon regnare Asiæ, & as- 6
sumere diadema, & extendere manū in Antiochū regem, ti-
mens ne fortè non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret
aduersus eū, quærebat cōprehendere eū, & occidere. Et exur 7
gens abiit in Bethsan, & exiuit Ionathas obuiā illi cum qua-
draginta milibus virorū electorū in præliū, & venit Bethsan.
Et vidit Triphon, quia venit Ionathas cum exercitu multo,
vt extenderet in eū manus, & timuit. Et excepit eum cū ho- 8
nore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei
munera. Et præcepit eis exercitibus suis, vt obedirēt ei sicut
sibi. Et dixit Ionathæ: Vt quid vexasti vniuersum populum,
cùm bellum non sit nobis? Et nunc remitte eos in domos
suas. Elige autem tibi viros paucos qui tecum sint, & veni 9
mecum Ptolomaidan, & tradam eam tibi, & reliqua præsi- 10
dia, & exercitum & vniuersos præpositos negotij, & con-
uersus abibo. Propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit 11
sicut dicit, & dimisit exercitum, & abierunt in terram
Iuda. Retinuit autē secum tria milia virorum, ex quibus re- 12
misit in Galilæam duo milia: mille autem cum eo venerunt.

NICOLAVS DE LYRA

1 Et ædifi. mu. in Ieru. *Disposuit enim facere murū magnū, & altū inter arcem & reliquā ciuitatis partē, vt illi qui erant in arce, non possent habere victualia de ciuitate, ideò subditur.* Et neque emant.

2 Et ceci. mu. *Id est, murus. Ita quod ponitur ibi plurale pro singulari, sicut frequenter clausura ciuitatis dicitur murus & muri in plurali.*

3 Super torren. *Cedron, qui currit ex latere orientali in Ierusalē.*

4 Et reparauit eum. *Scilicet murum qui ceciderat.* 5 Et Simon ædificauit. *Nomina sunt fortaliciorū vel potius duarum portarū vnius fortalicij: ideò subditur. Et muniuit eam.* 6 Et cū cogi. *Hic vltimò describitur Ionathæ deceptio. Circa quod sciendū, quod Triphon audiens Demetriū esse captum & incarceratum ab Arsace rege Persidis & Mediæ, & etiā mortuorū, vt dicit Iosephus antiquitatis Iudaicæ libr. 13. c. 9. & 10. cogitauit interficere Antiochū regē & assumere sibi regnū sed quia timuit ne Ionathas qui zelabat pro Antiocho, impediret eum, ideò primò disposuit interficere Ionathan. Et secundū hoc illa quæ dicuntur hic, & ca. sequenti ponuntur hic per anticipationē: quia contigerūt post incarcerationē Demetrij quæ scribitur infrà in principio. 14. ca. Sed hoc stare non potest, cū textu huius libri, quia ibi dicitur, quod hæc captio fuit anno. 172. & ca. 13. dicitur quod anno. 170. ablatū est iugum gentium ab Israel & cœpit populus scribere in tabulis & gestis publicis anno primò sub Simone summo sacerdote magno duce & principe Iudæorū. Simon autē in ducatu Ionathæ successit, & ideo cùm liber iste sit maioris authoritatis quam dictū Iosephi: dicendū, quod illa quæ dicūtur hic & ca. seq. nō ponūtur per anticipationē, sed secundū tēporis ordinem. Sic ergo proceditur. Quia primò ponitur Triphonis fraudulenta malignitas. Secundò Ionathæ nimia credulitas, ibi:* Et credidit ei. *Circa primum patet ex dictis literis vsque ibi.* 7 Exurgens abiit, &c. *Vt caperet & interficeret Ionathan: sed videns, quod non poterat hoc facere per bellum, conuertit se ad fraudem & dolum, ideò subditur.* (Iosephus) (Diuisio.)

8 Et exce. *Vt meliùs posset eum decipere: vt patet litera vsque ibi.*

9 Et ve. me. *Id est, Achon quæ erat ciuitas magna de regno Syriæ.*

10 Et tradam eam, &c. & reli. præsidia. *Vel custodias nomine regis.* Et con. abi.

11 Et cre. ei. *Hic consequenter describitur ipsius Ionathæ nimia credulitas, cum dicitur.* Et cre. ei. *Quia principalior erat in domo regis Antiochi, cui Ionathas erat confœderatus & amicus, vt patet ex supradictis: & ignorabat machinationes Triphonis in mortem Antiochi.*

12 Ex quibus reb. *Eo quòd principes Demetrij aliquando faciebant insultum in parte illa, vt dictum est sup. 11. cap. versus finem.*

MORALITER.

6 *Et cum cogit. Trip.* Per Triphonē qui quærebat occidere Ionathan, ne ipsum impediret ab Antiocho adolescentis occisione dolosa, significatur dæmonis dolositas, qua quærit bonum prælatum vel doctorem gladio peccati mortalis occidere, & sic infamare, ne per doctrinam suam impediat eum à simplicis populi subuersione. Quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, vt dicit Greg. Homi. 38.

11 *Et credidit.* Per hunc Ionathæ defectū quo credidit Triphoni doloso, ex quo fuit captus & occisus, significatur defectus illorum, qui post opera magna virtutum delusi visionibus fictis credunt dæmonum verbis sicut dicitur in libro de collationibus patrum abbatis Moysi collatione. 2. de illo qui se proiecit in puteum, vt dictum est suprà. cap. 1, lib. 1.

quia nunquã antiquus hostis perse suósq; ministros cultoribus
A Christi insidias disponere cessat. Sed q Simonis hoc est obediẽ-
tis & diuinis præceptis rite obtẽperãtis dignè gerit officiũ, vni
uersorũ hostiũ superno adiutus auxilio potest deuitare scãdalũ.
Ra'ar. Triphon verò, simul cum Ionatha filios ipsius quos obsi-
des accepit interfe-
cit, licet eos promi-
serit simul cũ parte
seruandos, quia anti-
quus hostis quocun-
que seducẽdo in pec
cati mortem impel-
lit. Horũ profecto fi-
lios, hoc est opera, li-
cet antea pacẽ blan-
dicẽdo simulauerit, in
fine æterno crucia-
tui digna manifesta-
bit. Potest etiã Iona
thas simplicium qui
sunt in ecclesia Typũ
gerere, quos versutia
callidorũ ad tempus
captiuare videtur, cũ
B corporalibus damnis
eos affligit, quorum
animæ tamẽ in fidei
veritate persistentes, liberè post mortem carnis in lucem euadẽt
perpetuam. Vnde & plurimi ipsorum post obitum præsentis vi
tæ, victricia signa iuxta sua sepulchra habere meruerunt, sicut
Simon in sequentibus legitur patri & matri & fratribus memo
riale in sepulchris ipsorũ condidisse. Porrò sancti quos saluator
in simplicitate & innocentia sua permanentes confortat dicẽs:
Mat. 10. c. *Nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hæc nõ habent quid fa-*
ciant vobis: sed potiùs eum timete, qui postquam occiderit, habet
Matt. 5. a. *potestatem mittere in Gehennam ignis*, & itẽ: *Beati estis, ait, cum ma-*
ledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne D
malũ aduersus vos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exul-
quoniã mer. vestra multa est in cælo. Et iterũ. *Gaudete inquit, & exul-* Luc. 10. c.
quoniã nomina vestra scripta sunt in cœlo. De quibus & psalmi-
sta ait. *In memoria æterna erit iust. ab au. ma. non time.* Hi scilicet Psal. 111. b.
post mortẽ magis va
lere & fœlicius viue
re creduntur, cũ ipse
rex & dominus eorũ
Iesus videlicet Chri-
stus triumphos eorũ
signis ac miraculis co
ruscãtibus in toto or
be declarare cogno-
scitur. Ita vt iuxta
memoriam reliquia-
rum ipsorum cæcis
tribuatur visus, sur-
dis auditus, & clau-
dis gressus, & mu-
tis loquela, ac va-
riis egritudinib. cura
salubris per eorũ ora
tiones præstetur. Et è
contrario ibidẽ per- E
iuri ac malitiosi à dæ
moniis inuadãtur fla
gitiosi & increduli puniãtur, ipsíque dæmones validis tormentis
iuxta id quod palam rugiendo profiteri coguntur excrucientur.

Vt autem intrauit Ionathas Ptolemaidam, clauserunt pórtas 1
ciuitatis Ptolemenses, & comprehenderunt eũ, & omnes qui 2
cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. Et misit Triphon
exercitum & equites in Galilęam & in campum magnum, vt
perderet omnes socios Ionathæ. At illi cum cognouissent
quia comprehensus est Ionathas & periit, & omnes qui cum
eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in præ- 3
lium. Et videntes hi, qui insecuti fuerant, quia pro anima res 4
est illis, reuersi sunt. Illi autem omnes venerunt cum pace in 5
terram Iuda. Et planxerunt Ionathan & eos qui cum eo erãt 6
valde. Et luxit Israel luctu magno, & quæsierunt omnes gen-
tes quæ erant in circumitu eorum conterere eos. Dixerunt
enim: Nõ habent principẽ & adiuuantẽ, nunc ergo expugne
mus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

☞ HEGESIPPVS. Iudæ successit Ionathas non minus vir Li. 1. excidij
tutis similitudine par, quàm naturæ germanitate. Qui post mul- Hieros. c. 3.
ta in bellicis rebus opera, in rebus sacris officia, quæ circa tẽpli
purificationem spectata & probata sunt, prætenta per dolũ ami
citiæ fide, intra vrbem hostium clausus, nec lõgo post interual-
lo necatus est. Ioannes etiam senior natu frater, & Eleazar iu-
nior cæteris, pro religione mortem non recusarunt.

☞ *Et ædifi-*

NICOLAVS DE LYRA

✲ 1 Clau. &c. *Sicut mãdauerat eis Triphon.* 2 Et comprehen. e.
Vnum. Cætera patent vsque ibi. 3 Et viden. *Socios Ionathæ.*
4 Quia pro a. *Id est, vita.* 5 Res est il. *Scilicet Ionathæ sociis.*
6 Reuersi. *Scilicet non audẽtes cum eis confligere, propter hoc dixit*
Abner Ipsi Ioab. 2. Reg. ca. 2. An ignoras quia periculosa sit desperatio.

4 Quia

CAPVT XIII.

C ET audiuit Simõ, quòd cõgregauit 1
Triphon exercitũ copiosum, vt ve-
niret in terrã Iuda, & attereret eã: vi
dens quia in timore populus est, &
in timore ascendit Ierusalẽ & cõgregauit po- 2
pulũ & adhortans dixit: Vos scitis quãta ego & 3
fratres mei & domus patris mei fecimus pro le 4
gibus & pro sanctis prælia, & angustias quales 5
vidimus. Horũ gratia perierunt fratres mei om 6
nes propter Israel, & relictus sum ego solus. Et 7 8
nunc 9
nunc non mihi contingat parcere animæ meæ F
10 in omni tempore tribulationis. Non enim me-
11 lior sum fratribus meis. Vindicabo itaque gen
12 tem meam & sanctã, natos quoque nostros &
13 vxores, quia congregatæ sunt vniuersæ gentes
14 cõterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est
15 spiritus populi simul, vt audiuit sermones istos
& respõderũt voce magna dicentes: Tu es dux
noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. Pugna
16 prælių nostrũ, & omnia quæcũque dixerit no
17 bis, faciemus. Et cõgregãs oẽs viros bellatores
accelerauit

NICOLAVS DE LYRA

Cap. XIII.

Diuiso ✲ 1 TAu. si. *Hic incipit quarta pars principalis huius libri*
primi, in qua agitur de ducatu Simonis. Et diuiditur in
ẽtas partes: quia primò describitur eius ducatus sub An-
tiocho adolescente, & Demetrio simul regnauerũt cer-
tãtes de regno. Secundò sub Antiocho Demetrij filio. c. 15. Prima in duas:
quia primò describitur Iudææ pacificatio sub regimine Simonis. Secũdò
fœderis renouatio cũ extraneis ca. 8. Prima in tres: nã primò Simon in
ducẽ eligitur. Secũdò Triphon repellitur ibi. Et mouit Triphon. *Tertiò*
Iudæis libertas redditur, ibi. Et elegit Simõ. *Circa Simonis electionem*
primò ponitur eligendi causa. Secũdò electionis forma, ibi. Et accensus
est. Tertiò electi industria, ibi. Et congre. &c. *Causa verò eligendi ducẽ*
fuit, quia capto Ionatha Triphon cõgregauit exercitũ magnũ ad delendũ
Iudææ populũ, qui carens duce dissolutus erat timore. Quod audiens Si-
mon voluit tãto malo obuiare, ideò subditur. 2 Et con. *Ad ipsum cõ-*
fortandũ. 3 Vos sc. *Pro legibus seruandis.* 4 Et pro sc. *Id est, tẽplo*
& cultu diuino venerãdis. 5 Prælia. *Id est, labores præliorũ.* 6 Et
ang. *Cordis & corporis.* 7 Qua. vi. *Id est, experti sumus & sustinui-*
mus. 8 Horũ gr. *Vt patet per prædicta.* 9 Et nũc, &c. *Id est, vitæ*
meæ corporali. 10 In o. tẽ. *Populi mei.* 11 Vind. ita. *Occisum & ca-*
ptiuatũ. 12 Et san. *A gẽtibus cõtaminata.* 13 Quia cõ. *Et est hy*
perbole, ad designãdũ q Triphonis exercitus erat cõgregatus ex multis
gẽtibus. 14 Con. nos. *Id est, odio solo sine culpa nostra.* 15 Et ac.
Hic cõsequẽter ponitur electionis forma, cũ dicitur. Et ac. *Nã pari con-*
sensu & voluntate elegerunt eũ pro duce, ideò subditur. 16 Et om.
Obediẽdo tibi vsq; ad mortẽ. 17 Et cõ. *Hic consequẽter ponitur electi*
industria, cum dicitur. Et congre. *Vt essent parati contra Triphonem*

✲ Acce-

MORALITER.

✝ 1 *Et au.* Pe. hoc autẽ q Simõ mortuo fratre suo onus accepit
pro gentis suæ defensione, significatur quòd bonus religiosus
qui per Simonem significatur eo quòd Simon obediens inter-
pretatur, non debet fugere laborem in monasterij vel ecclesiæ
regimine, quando ex boni prælati morte imminet periculum
religionis monasterij vel ecclesiæ ex dæmonis dolositate vel ty-
rannimalignitate.

✝ *Et misit*

accelerauit omnes muros in Ierusalem con- 1
A summare, & muniuit eam in gyro. Et misit Io- 2
nathan filium Absalomi, & cum eo exercitum 3
nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in ar
ce remansit illic ipse. Et mouit Triphon à Pto- 4
lemaida cum exercitu multo, vt veniret in ter
ram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia. Si-
mon autem applicuit in Addus contra faciem 5
campi. Et vt cognouit Triphon, quia surrexit 6
Simon loco fratris sui Ionathæ, & quia cõmis- 7
surus esset cũ eo prælių, misit ad eũ legatos di 8
cens: Pro argento quod debebat frater tuus Io
nathas in ratione regis propter negotia quæ
habuit, detinuimus eũ. Et nunc mitte argenti
talenta cẽtum, & duos filios eius obsides, vt nõ 9
dimissus fugiat à nobis, & remittemus eum. Et
cognouit Simon, quia cũ dolo loqueretur se- 10
B cum. Iussit tamen dari argentum & pueros, ne 11
inimicitiã magnã sumeret ad populum Israel
dicentem: Quia non misit ei argentum & pue-
ros, propterea periit. Et misit pueros & centum
talenta. Et mentitus est, & non dimisit Iona-
than. Et post hæc venit Triphon intra regionẽ 12
vt contereret eam, & gyrauerunt per viam quę
ducit Ador. Et Simon & castra eius ambula- 13
bant

14 bãt in omnem locum quocunque ibant. Qui D
15 autem in arce erant, miserunt ad Triphonem
16 legatos, vt festinaret venire
per desertum, & mitteret il
lis alimonias. Et parauit
Triphon omnem equita-
tum, vt veniret illa nocte.
Erat enim nix valde mul-
ta, & non venit in Galadi-
tidem. Et cùm appropin-
quasset, Baschamam, oc-
cidit Ionathan & filios e-
ius illic. Et conuertit Tri-
phon, & abiit in terram
suam. Et misit Simon, &
accepit ossa fratris sui Io-
nathæ & sepeliuit ea in
Modin ciuitate patrum e-
ius. Et planxerunt eum
omnis Israel planctu ma-
gno, & luxerunt eum
dies multos. Et ædifica- a
† uit Simon super sepul-
chrum patris sui & fratrum
suorum ædificium altum visu lapide polito re
tro &

a *Et ædi. Si.* Simõ pa- Rabanus.
tri & matri & fratri- Iosephus li
bus ex lapide polito 13. antiq.
memoriã super sepul- c. 9.
chra fabricat, cum san
cti prædicatores facta
præcedentium patrũ
ac finẽ glorioſum ad
exemplum præcedẽti
bus commemorando
magna autoritate o-
stendunt. Hoc est
enim ante & retro la-
pidem politum pone-
re, vt qualiter ante fi-
nem vitæ pio dogma
te & sancta conuersa-
tione vixerint, & qua-
le exẽplum patientiæ
ac longanimitatis suæ E
post obitũ posteris re
liquerint, manifestè
auditoribus suis stu-
deant fida narratione
declarare. Quod au-
tem sancti viri, patris
ac matris atque fratrũ
nomine nuncupentur
ostendit saluator in
☞ Euangelio

NICOLAVS DE LYRA

✲ 1 Accelerauit. *Quos inceperat Ionathas, vt habetur in ca. præce-*
denti.
2 Et misit Ionathan filium Absalomi. *Qui erat fidelis amicus*
sibi.
3 Et cum eo exerci. *Et dicit nouum: nam ante posuerat ibi Simon*
custodes, vt habetur capite præcedenti: sed timebat ne traderent Iop-
pen Triphoni, propter quod misit alios de quibus magis confidebat.
4 Et mouit Triphon. *Hic consequenter ponitur repulsio conatus*
Triphonis & hæc fuit duplex. Secunda ibi: Et post hæc venit. *Circa*
primum patet litera vsque ibi: Simon autem applicuit. *Cum exercitu*
suo.
C 5 In Addus contra faciem campi. *Erat enim locus, vnde poterat*
planicies terræ à longe videri.
6 Et vt cognouit Triphon. *Institutus dux populi.*
7 Et quia commissurus esset aduersus eum prælium. *Ipsum re-*
formidans conuertit se ad dolum.
8 Dicens: Pro argento quod debebat frater. *Id est, in computo de*
vectigalibus ab eo receptis, quod debebat reddere regi.
9 Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur. *Nam erat*
homo prudens, propter quod suprà. 2. cap. dicitur. Vir consilij.
10 Iussit tamen dari argentum. *Ad euitandum maius malum scili-*
cet discessum populi ab eo per odium, & sic populus de facili periisset
existens sine duce & dispersus, & per consequens periissent cultus diui-
nus, ideò subditur.

11 Ne

MORALITER.

✝ 2 *Et misit Ionathan filium Absalomi. &c.* Ioppe quæ pulchra
interpretatur, animam rationalem significat, quæ Dei imagi-
ne insignitur: sed aliquando deceptione dæmonis vitiis de-
turpatur. Sed ad eam mittitur Ionathas qui columbæ donum
interpretatur, propter quod spiritum sanctum significat qui
procuratore angeli sancti, ad veram pœnitentiam animæ pec-
catricis ad eam mittitur, & sic eiectis inde vitiis à spiritu sancto
inhabitatur.
13 *Et Simon & castra, &c. in o. lo. quo. ibant.* Scilicet Triphon &
exercitus eius per quod significatur quòd bonus prælatus de-
bet

bet esse sollicitus considerare per quam partem diabolus ipsum
inuadit vel populum suum, & sic occurrere per sui & populi di
ligentem custodiam, ne diabolus inueniat intrandi viam.
† *Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui.* Sepulchra pa-
trum ædificare, est eorum merita ad aliorum informationem
scribere vel prædicare. Per septem verò pyramides significan-
tur dona spiritus sancti, & septem virtutes. Per arma verò quali-
ter contra mundum carnem & diabolum, viriliter pugnauer-
unt. Per naues autem qualiter per mare præsentis sæculi ad
portum salutis fœliciter transierunt: & hæc sunt ad informatio-
nem viuentium, ideo subditur.

Iosephus lib. antiq. 13. 9.

☞ Euangelio dicens. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in* A *cœlis est:ipse meus frater soror & mater est.* Hinc & Apostolus Paulus ad Cor.scribens ait. *Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo,sed non multos patres.Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* Et de Timothæo ad Philipenses ait. *Experimentum autem eius cognoscite quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in Euangelio.*

Matt.12.d. 1.Cor.4.d. Phil.2.c.

a *Statuit & Simon sep.pyra.vnam.con. vnã pa.ac ma. ac qua. fra.* Cum doctor quilibet qualiter vnicuique personæ priorũ patrũ lux sapientiæ, quæ per septiformẽ spiritum fidelibus tribuitur collata sit demonstrat.

b *Et his circumpos. colum.ma.& super colum.ar.ad memoriam. æter.* B Cùm firmitatẽ & rectitudinem fidei eorum,& in ipsa fide quomodo armis spiritualibus contra hostes pugnauerint insinuat.

a tro & ante,& statuit septem pyramidas vnam contra vnam, 1
b patri & matri,& quatuor fratribus. Et his circumposuit co- 2
lumnas magnas,& super columnas arma ad memoriam æter 3
c nam,& iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab homi- †
nibus nauigantibus mare.Hoc est sepulchrum quod fecit in
d Modin vsque in hunc diem. Triphon autem cum iter face- 4
ret cum Antiocho rege adolescente dolo occidit eum,& re- †
gnauit in loco eius. Et imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit 5
plagam magnam in terra. Et ædificauit Simon præsidia Iu- 6
dææ,muniens eam turribus excelsis,& muris magnis & por-
e tis & seris,& posuit alimenta in munitionibus. Et elegit Si- 7
mon viros,& misit ad Demetrium regem,vt faceret remissio 8
nem regioni, quia actus omnes Triphonis per direptionem 9
fuerant gesti.Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & 10
scripsit epistolam talem.Rex Demetrius Simoni summo sa-
cerdoti, & amico regum, & senioribus, & genti Iudæo-
rum salutem. Coronam auream, & bainen quam misistis, 11

Ser.34.de verbis Apost.

✠ AVGVSTINVS. Sed pro viribus cura sepeliendi,& sepulchra construendi, quia & hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt.Nec solum in corporibus patriarcharum,aliorúmque sanctorum, & humanis cadaueribus quorumcũque iacentiũ, verumetiam in ipsius Domini corpore prædicati atque collaudati sunt,qui ista fecerunt. Impleant hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris. Verùm illa quæ adiuuent spiritus defunctorum,oblationes,orationes,erogationes, multò pro eis obseruantius,instantius,abundantius impendant,qui suos carne non spiritu mortuos,non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

Li. de cura pro mort. agenda.c.4.

✠ IDEM. Prouisus sepeliendis corporibus apud memoriam Sanctorum locus,bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum:quoniam si nonnulla religio est vt sepeliantur, non potest nulla esse quando vbi sepeliantur attenditur. Sed cùm viuorum talia solatia requiruntur,quibus eorum pius in suos animus appareat,non video quæ sunt adiumenta mortuorum, nisi ad hoc vt dum recolunt vbi sunt posita eorum quos diligunt corpora, C eisdem sanctis illos tanquam patronis susceptos, apud Dominum adiuuandos orando commendent. Quia non ob aliud vel memoriæ, vel monumenta dicuntur ea quæ insignita fiunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos qui viuentium oculi morte subtracti sunt,ne obliuione etiam cordibus subtrahantur,in memoriam reuocant,& admonendo faciunt cogitari. Nam & memoriæ nomen id apertissimè : ostendit & monumentum, eo quòd moneat mentem,id est,admoneat nuncupantur. D

Lib.1.de Abrahã.c.9. Gen.23.

✠ AMBROSIVS. Festinauit Abraham pro loco sepulchri (Saræ vxoris suæ) pretiũ soluere, cùm gratis daretur, vt nõ in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parentum,vel proximorum. Hoc autem Abraham ideo fecit, quia nondum erant huiusmodi Dei templa in quibus fideliũ in Domino reliquiæ conderentur.

Raban.

c *Et iuxta ar. na. sculp. quæ vide. ab homi. naui. mare.* Quia qualiter præcedentes iusti præsentis vitæ pelagus nauigio crucis Christi transierint,omnibus in mũdi istius fluctibus laborantibus,ad spẽ solatij ipsorum docendo intimant, vt cognoscãt quoniã sicut illis prædictum nauigium salubriter contulit litus quietis, ita & sibi crudelitas passionis Christi,& nostræ redemptionis in ipsa,si condigna eidem credulitati opera habere velint, portum salutis æternæ conferat. E

Raban.

d *Triphon autem.* De hoc Pompeius ita refert.Dum hæc aguntur interim in Syriæ partibus,Triphon, qui se tutorẽ Antiocho Demetrij priuigno substitui à populo laborauerat,occiso pupillo regnum Syriæ inuadit. Quo diu potius,tandem exolescente fauore recentis imperij,ab Antiocho puero admodum, Demetrij fratre qui in Asia educabatur bello vincitur,rursúmque regnum Syriæ ad sobolem Demetrij reuertitur.

e *Et ele.* Quod Simon ad Demetriũ regẽ viros misit vt faceret remissionem regioni:hoc (ni fallor) significat ꝙ sancta ecclesia prædicatores suos ad principes istius mũdi dirigit,quatenus eos verbo sibi fidei cõciliet,& actus Triphonis figuralis hoc est hæreticorum atq; schismaticorũ in irritũ ducat,eorúmque superbiã propter quam noluerunt mansuetudini ecclesiasticæ cedere,per rigorẽ exterarũ potestatũ cõterãt. Quib⁹ & coronã aureã ipsi legati deferũt,& Bainẽ(quod tradũt esse ornamẽtũ colli ex annulis aureis confectũ secundũ morẽ ꝓuinciæ) cũ eis ꝓ bono certamine æternæ vitæ coronã,& ꝓsolatio oportuno quo ecclesiã suis edictis atq; defẽsionib. adiuuẽt ꝑmia cœlestia repromittũt. F

☞ *In diebus*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et sta.sep.pyra. *Est autem pyramis ædificiũ latius in inferiori parte,tendens superius in acutũ,& dicitur à pyr,quod est ignis qui est talis figuræ.Fecit autem duas pyramides pro patre suo & matre,& quatuor pro fratribus,septimam autem pro se, & sic adhuc viuens fuit sollicitus de sua sepultura.* 2 Et his cir.colũ. *Ad sustentamentum ædificij.* 3 Et su.co.ar. *Sculpta vt dicunt:aliqui verò arma vera sicut suprà sepulchra militum ponunt scuta & vexilla ad memoriam æternam, quòd mortui erant in defensione gentis suæ.* 4 Triphon autem. *Hic consequenter ponitur malignitas Triphonis in occisione domini sui regis:& patet litera vsque ibi.* 5 Et se.pla. *Sicut dicitur Pro.29.a.* Cùm impij sumpserint principatum,gemet populus. 6 Et ædi.&c.pers.iu. *Triphonis malitiæ resistendo.* 7 Et ele.S.m. *Hic consequenter circa Iudæos describitur libertatis restitutio.Et primò ponitur eius adeptio.Secundò executio,ibi.* In dieb. illis. *Circa primũ sciendũ,ꝙ licet rex Demetrius fugisset de prælio sicut victus,vt suprà.11.c.tamẽ postea recollegit se in vna parte regni & aliqui principes & milites recedentes ab Antiocho adhæserunt sibi pugnãtes pro eo contra Ionathan, vt dictũ est sup.11.c.& 12.sed postea Antiocho occiso & Triphone regnante pro eo,Iudæi magis elegerunt adhærere Demetrio,à quo prius recesserant eo ꝙ mẽtitus fuerat Ionathæ promissa,vt habetur suprà.c.11.quàm Triphoni, qui Ionathã dolosè ceperat & ipsum cũ filiis suis nequiter occiderat & Demetrius libenter recepit eorũ reconciliationẽ,vt cõtra Triphonẽ iuuarent eũ qui dolosè occupauerat regnũ,& sic condescendit Iudæis ad eorum voluntatẽ, & hoc est quod dicitur.* Et ele. *Ad negotium aptos.* 8 Et mi *Rogando.* 9 Vt fa.re.re. *Scilicet Iudææ de tributis & exactionibus impositis à Syriæ regibus.* 10 Quia act.omnes,tr.per di.&c. *alia litera habet Per deceptionẽ erant gesti.Hæc clausula ponitur ad ostendendum quare Simon misit legatos ad Demetrium, quia omnes actus Triphonis erant per deceptionem & dolũ,vt patet ex prædictis vel per direptionẽ, id est, dissipationem iustitiæ & veritatis,& in idem redit propter quod Simõ cum eo fœdus noluit contrahere,sed magis contra eum scilicet Demetrium adiuuare. Cætera patent vsque ibi.* 11 Cor. *Id est,ornamentum colli ex aureis annulis contextũ,hoc misit Simon Demetrio,& ipse suscepit in signum factæ reconciliationis.*

✠ Et scrib.

MORALITER.

✝ † *Quæ viderent,&c.* Ad instructionem futurorum,ideò præmittuntur ad memoriam æternam.

4 *Triphon,&c.* Per regem Antiochum adolescentem intelligi potest ipse Adam qui à Deo formatus supra cæteras creaturas statim fuit rex institutus vt dicitur Ge.1. Hunc autem Triphon dolosus,id est,diabol⁹ ipsũ dolosè occidit per peccatũ mortale.

† *Et imposuit, &c.* Id est, potestatem super genus humanum, quod propter peccatum Adæ tenuit captiuum quousque per Christum qui dicitur secundus Adam.1.Cor.15 fuit redẽptum.

✝ *In diebus*

☞ a *In diebus illis.* Quid est quòd Simon Gazam oppugnare aggreditur,nisi quòd prædicatores sancti mundi errores debellare conantur? Gaza quæ interpretatur fortitudo eius, significat gentium rigorem atque duriciam. Construit ergo machinas multas Simon aduersus Gazam: cum doctores sancti diuersas species dogmatum ad capiendas gentiũ munitiones construunt,quatenus eas præda salutifera in dominium regis sui Iesu videlicet Christi redigãt. Qui percussit turrem vnam & comprehendit, tũ superbiam gentiliũ strauit,eorúmq; corda in obedientiam Euangelij adduxit. Qui autem eruperãt capiebantur inter machinam in ciuitate, quia insolentia B barbarorum licèt euadere Euangelij rete quæsierit, tamen veridicis testimoniis legis Dei circumligata atque compressa est.

A Mysticè.

b *Et factus est, &c.* Cùm totus mundus concussus est Euangelica prædicatione, Motus enim magnus factus est in ciuitate, quando gentium feritas excitata est ad persequendum confessores Christi, vt veri efficerẽtur martyres, qui fidei ac dogmatis Christi fidei erant assertores.

c *Et ascender.* Qui sunt illi qui cum vxoribus & filiis suprà murũ scissis tunicis ascenderunt, & à Simone dextras sibi dari postulauerunt, nisi illi qui sollicitudinibus & cupiditatibus huius mundi diu- C tius impliciti,postmodum conuersi non vestimenta sua,sed corda per pœnitentiam scindentes dextras reconciliationis ac societatis ab ecclesiasticis sibi dari expetunt? Quorum petitioni miserando Simon spiritalis consentiens, non anathematis gladio eos percutit,sed de superstitione gentilitatis educens errores eorum abscindendo amouit,quatenus habitationem condignam in eorum pectoribus domino Christo præparet. D

suscepimus, & parati sumus facere vobiscum pacem ma-
gnam,& scribere præpositis regis remittere vobis quæ in- 1
dulsimus. Quæcunque enim constituimus, vobis constant. 2 3
Munitiones quas ædificastis,vobis sint. Remittimus quoque 4
ignorantias & peccata vsque in hodiernum diem, & coro- 5
nam quam debebatis. Et si quid aliud erat tributarium in 6
Ierusalem iam non sit tributarium, & si qui ex vobis apti
sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos 7
pax. Anno 170.ablatum est iugum gentiũ ab Israel.Et cœpit 8
populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis,anno pri- 9
mo sub Simone summo sacerdote magno duce & principe
a Iudæorum: In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & 10
circumdedit eam castris, & fecit machinas & applicuit ad 11
ciuitatem, & percussit turrem vnam, & comprehendit eam.
b Et qui eruperunt erant intra machinam & ciuitatem, & fa- 12
c ctus est motus magnus in ciuitate. Et ascenderunt qui erant 13 14
in ciuitate cum vxoribus & filiis supra murum scissis tunicis 15
suis & clamauerunt magna voce à Simone postulantes dex-
tras sibi dari,& dixerunt: Non nobis reddas secundum ma-
licias nostras,sed secundum misericordias tuas, & seruiemus
tibi. Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de 16
ciuitate, & emundauit ædes in quibus fuerant simulachra, 17
d & tunc intrauit in eam cum hymnis dominum benedi- 18
cens. Et eiecta ab ea omni immundicia collocauit in ea vi 19
ros qui legem facerent, & muniuit eam, & fecit sibi ha- 20 21
e bitationem. Qui autem erant in arce Ierusalem prohibe- 22
bantur egredi & ingredi regionem, & emere ac vendere,
f & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

Raban.

d *Et tunc intrauit.* Tunc etiam quando errores eiecti fuerint Gentilium cum laudibus Dei, doctores sancti in conuenticula intrabunt gentium. Tunc quoque viros qui legem faciunt,ibidem ponũt, quia viros cultores Christi piis prædicatoribus ibi esse faciunt. Et muniunt eam, faciúntque sibi ibidem habitationẽ, cum per Euangeliũ vndique fidei munimine ecclesiam firmantes, in eius domicilio ipsi magistri E commorando pro labore pio, æterna præmia quem pro confessione ipsorum impenderant,à iudice viuorum ac mortuorum in fine sibi retribuẽda expectãt.

e *Qui autem erant.* Hi qui erant in arce Ierusalem & sæpius infestabant Iudæos, significãt hæreticos & schismaticos, qui in arce superbiæ suæ se collocantes, lites & bella mouent cõtra Catholicos. Quos vetat Simon egredi & ingredi in regionem,& emere & vẽdere,quia talibus doctores sancti cũ Catholicis contradicũt omnem societatis habere communionem. Propter quod.

f *Mul.ex eis fa.perierunt.* Quia multi ex istis cum anathematizati extra communionem ecclesiæ sequestrati fuerint fame, F verbi Dei,& inedia spiritalis scientiæ dispereunt. Sed quia necessitate extrema compulsi, huiuscemodi sibi dextras communionis dari ab ecclesia postulauerunt, hoc eis ab ipsa indi- ☞ citur pactum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et scrib.præ.re. *Id est,præpositis nostris.*
2 Remit. *A tempore Ionathæ.*
3 Quæcumque enim constit. *Tunc.*
4 Constant. *Id est,firmiter stant,nunc & in futurum.*
5 Remit.quoq.&c. *Id est,si per ignorantiam fecistis aliquid contra me pro Antiocho.*
6 Et si quid. *Scilicet amicos.*
7 Conscri. *Scilicet firma & libera:ideò subditur.*
8 Abla.est. *Scilicet plenariè,antè verò fuerat ablatum partialiter & imperfectè.Et quia istud fuit factum notabile:ideò subditur.*
9 Et cœpit pop.&c. *Tales enim annotationes temporum incipiũt ab aliquo euentu notabili, sicut Iudæi primò scripserunt ab exitu de* Diuisio *Aegypto, postea de reditu à Babylone,& consimiliter hìc à pontificatu Simonis & eius ducatu:sub quo libertas fuit eis restituta.*
10 In diebus illis. *Hìc consequenter ponitur executio dictæ libertatis:& primò impugnando Gazam,secundò arcem ibi:* Qui autem erãt. *Circa primum dicitur.* In die.il.Si.ap.ad.Ga. *Quæ multum erat nociua Iudæis.*
11 Et circum.eam ca. *Id est,bellatorum cuneis.*
12 Et qui erupe. *Id est,effugerant de turre capta.*
13 Erant intra. *Id est,refugerant ad quandam munitionem ciuitatis sic nominatam.*
14 Et factus. *Scilicet timoris:ideò sequitur.*
15 Et ascend. *Et patet litera vsque ibi.*
16 Non debel.eos. *Scilicet occidendo.*
17 Et emundauit ædes in qui. *Nam habitatores erant idololatræ.*
18 Et tunc intrauit in eam,&c. *Attribuendo illam victoriam Deo.*
19 Et eie.ab ea om.immun. *Id est,idololatria.*
20 Colloc. *Id est,Iudæos.* 21 Et mu.eam. *Contra aduersarios.*
22 Qui autem. *Hic consequenter ponitur impugnatio arcis,cùm dicitur:* Qui au.e.in ar.Ie.prohi. *Scilicet per murum inter arcem & ciuitatem ædificatum,vt dicitur suprà cap.præcedenti: & per custodias armatorum superadditas à Simone.Cætera patent vsque ibi.*

✠ Et ci.

MORALITER.

✝ 10 *In diebus illis,&c.* Per quam intelligi potest Simoniaca promotio, quæ non acquiritur per scientiam & virtutem,sed per Gazam.Per arcem verò quæ erat in Ierusalem;significatur promotio ecclesiastica quæ similiter non fit per scientiam & virtutem sed per generis nobilitatem. Simon autem eiecit de Gaza & arce malos habitatores & posuit ibi bonos, per quod significatur ꝙ bonus prælatus dictas promotiones debet repellere, & idoneos ratione virtutis & scientiæ promouere.

citur pactũ.vt relinquant errores suos,& anathematizent sectas
A nefarias, quibus antea adhæserunt, & mundent conscientiam
suam ab omni nequitia hæresẽon, & sic communioni ecclesiæ
restituantur,vnde conuenienter subiungitur.

Gen.21.a. a *Et intrauer.* Numeri isti,hoc est, centesimus septuagesimus primus,& vicesimus tertius sacris pleni sunt mysteriis. Nam centesimus, in quo Abraham Isaac promissionis filium genuit, vitæ significat perfectionem. Septuagesimus in quo captiuitas † Israelitarum resoluta est peccatorũ significat remissionẽ.Sed quia hoc non nisi in Ecclesiæ consistit vnitate:propterea super septuagenarium numerum monas addita est. Porrò vicesimus tertius numerus sanctæ trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis in quibus tota legis plenitudo consistit, designat. Secundus autem mẽsis (in quo pascha facere iubebantur, illi qui super animam hominis immundi erant) tempus gratiæ & vocationis gentium ostendit. Cùm ergo secundum hanc distinctionem atque significantiam mysticorum numerorum victoria à fidelibus capitur,hoc est vt sanctæ trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis secundum Euangelicam doctrinam integram seruent,& vitæ perfectionem pro modulo suo habentes in ecclesiæ vnitate,intellectu & fidei permanendo ad plenitudinem remissionis perueniãt. Sic tunc rite cum cantico & ramis palmarum, hoc est cum laude vera & certa victoria cœlestem intrabunt Ierusalem, vbi multiplices gratias & laudes pro adepta salute & securitate creatori suo perpetualiter referent.

† Ierosolymitarum

Matt.22.d.

Mysticè.

b *Quia contritus est inimicus magnus,&c.*Et mors cum ipso mortis autore in perpetuum extat damnata. Nec refugit hanc expositionem sequentis sensus sententiæ,vbi scriptum est.

c *Quod consti.vt omni.an.diei.hu.læt.ageretur, & quod muni.mont. temp.qui erat secus arc. & habita.ibi ipse & qui.* Quia omni tẽpore istius vitæ illius diei memoria in spe retinenda est, in qua triũphantes de morte per gratiam redemptoris nostri vitæ restituemur æternæ.Ideò enim singulis annis resurrectionis dominicæ
C solennia celebramus,vt indicemus nos per eius resurrectionem & victoriam de morte sperare, & nostrorũ corporum resurrectionem,in fine seculi futuram, & vitam in cœlesti regno perpetuam.Propter quod montem templi,qui est secus arcem munire debemus hoc est Christi incarnationem, quæ omnem altitudinem perfectionis sanctorum perfectione sua transcendit,firma fide in corde tenere : & in hoc omni tempore vitæ nostræ tam per nos quam etiam per nobis commissos, sine per societatem coniunctos piè laborare,quatenus eius corpori coniuncti acq; coadunati simul cũ ipso capite,regni cœlestis efficiamur hæredes. Cuius videlicet diei lætitiam atque memoriam beatus Petrus Apostolus in epistola sua nobis commendat dicens:

D

E

2.Pet.3. *Vnum verò hoc non lateat vos charissimi,quia vnus dies apud Deũ sicut mille anni,& mille anni sicut vnus dies.Non tardat dominus promissionem suam , sed patienter agit propter vos , nolens aliquem perire , sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenient autem dies domini sicut fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur. Cùm hæc igitur dissoluenda sint omnia, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei domini , per quem cœli ardentes soluentur , & elementa ignis ardore tabescent.Nouos verò cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus , in quibus iustitia habitat : Propter quod charissimi* Vbi supra. *hæc expectantes satagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace,& domini nostri longanimitatem salutem arbitramini.*

d *Et vi.Si.* Simon Ioanni filio suo cum videret, quòd vir esset, ducatum virtutum vniuersarum commisit,vt ostenderet, quòd nullus magistrorum filio vel discipulo suo debet committere potestatem ac ordinem ecclesiastici regiminis, nisi antea eum videat esse virum,hoc est sensu probatum,& virtutum operibus studiosum.Sed quia in superioribus diximus Simonem sanctorum gerere figuram doctorum, potest in hoc loco per significationem exprimere principem pastorum qui populo catholico sacri regiminis ministerium & omnium virtutum dedit noticiã atque effectum, cui & optimè conuenit quod in sequentibus scriptum est.

F

Anno centesimo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ci. *Cinara,cinaræ est instrumentum musicum. Dictum à cieo cies,quod idem est quod moueo moues,quia suo sono notabiliter mouet aërem.*
2 Et na.*Id est,citharis.*
3 Quia con.est ini.ma.*Id est,populus existens in arce,qui multum grauabat populum,& impediebat cultum diuinum. Cætera patent vsque ibi.*
4 Et vi.Si.*Idem fortis & iustus,& industrius ad bellandum.*
5 Et po.eum du.vir.*Id est bellatorum.*
6 Et ha.in Gazaris. *Id est, in Gaza & eius suburbiis,scilicet Ioannes,vt resisteret aduersariis.*

MORALITER.

4 *Et vi,Si.Io.fi.suum quod vir.for.præ.& po.eum du.* Per hoc ostenditur,quod iuuenes non sunt ad honores promouendi , donec fuerint virtutibus probati. Vnde refert Helynãdus quòd Ælius Adrianus cum Romæ prefecturam splendidius ageret, ex senatore imperator est creatus,qui obsecrante senatu vt filium quem habebat Cæsarem Augustum appellaret:Sufficere inquit debet, quòd ego inuitus regnauerim, cum non mererer. Principatus enim sanguine non meretur sed meritis,& inutiliter regnat qui rex nascitur,& non meretur: & proculdubio parentis affectum exuit , qui paruulos suos importabili subiecta mole extinguit. Hoc equidem est suffocare liberos non promouere aliendi prius sunt & in virtutibus exercendi,& cum in eo profecerit(vt probetur illos virtutibus antecedere qui debẽt honoribus antire) inuiti ascendant & se ciuium suorum votis non subtrahant.

Helynandus

CAP. XIIII.

Rabin. a ANno centesimo *&c. congregauit rex D.m. exer. su.* Scriptum est in Isaia propheta de ipso domino saluatore:*Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis, super solium Dauid & super regnum eius sedebit , vt confirmet illud* Isa.9.b.

Et clamauerunt ad Simonem , vt dextras acciperent , & dedit illis.Et eiecit eos inde , & mundauit arcem à contamina-
a tionibus.Et intrauerunt in eam tertia & vicesima die secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo cum laude , & ramis palmarum,& citharis,& cinaris,& cymbalis,& nablis, 1 2
b & hymnis,& canticis,quia contritus est inimicus magnus ex 3
c Israel.Et constituit, vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.Et muniuit montem templi, qui erat secus arcem, & 4
d habitauit ibi ipse & qui cum eo erant. Et vidit Simon Ioannem filium suum,quòd fortis præsij vir esset, & posuit eum 5 6
ducem vniuersarum virtutum,& habitauit in Gazaris.

CAPVT XIIII.

ANno centesimo septuagesimo secundo congregauit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediã ad

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIIII.

Diuisio 1 Nno centesimo.&c. *Post adeptionem libertatis, hic consequenter agitur de renouatione amicitiæ & familiaritatis. Et diuiditur in tres partes , quia primò ponuntur duo præambula. Secundò renouatio ipsa,ibi:Et auditum est. Tertiò dignitas pontificalis Simoni constituta,ibi:*Et hoc exemplum. *Primum præambulum est captio Demetrij regis , cuius notatur tempus cùm dicitur:* Anno cent.sept.sec. *regni Grecorum : & sic est in aliis intelligendũ. Cætera patent.*

Et silui

met illud *& corroboret in iudicio,& iusticia amodo & vsque in sempiternum.* Principatus autem illius & imperium erit super solium & super regnum Dauid post captiuitatem Babylonicam fuerat dissipatum,vt confirmet illud & corroboret,& doceat esse perpetuum,ne cassa Dei promissio iudicetur.Et in Psalmo prophe-

Psal.17.b. ta dicit : *Orietur in diebus eius iusticia , & abundantia pacis , donec tollatur luna.* Nemini enim alteri hęc conuenit promissio, nisi soli mediatori Dei , & hominum Christo Iesu,qui pro nobis incarnatus per obedientiam crucis cœli terræque possessor est factus. Cui

Psal.2.b. patet in Psal.per prophetam ait: *Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.*

B a *Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis.* Quia terra ecclesiæ à tempore incarnationis Christi vsque in sempiternum , licet forinsecus persecutiones ab inimicis toleret intus tamen pace fruitur vera. Cui idem

Ioan.14.d. saluator in Euangelio ait : *Pacem meam do vobis , pacem meam relinquo vobis.*Ipse.

b *Quę fuit bona genti suæ , & placuit illis potestas eius , & gloria.* Omnia videlicet bona ab ipso collata sunt ecclesiæ in remissionem peccatorum,& dominationem virtutum.Vnde complacet illis potestas eius & gloria eius , quia illi soli seruire omni tempore elegit.Ipse.

c *Acce.Iop.in por.& se.introi.* Cùm ex gentium populo sibi fundauit ecclesiam:vnde introitum fidei per Euangelium panderet gentibus totius orbi. Ioppe pulchritudo interpretatur : Et quæ

Can.4.a. pulchrior est sanctam ecclesiam ? cui sponsus in Canticocanticorum ait. *Quam pulchra es amica mea , quam pulchra es,oculi tui*
C *columbarum,absque eo quod intrinsecus latet,vnde.*

d *Dila.si.gen.* Ecclesiæ,scilicet.

Psal.67.d. e *Et obti.re.* Totius mundi.

f *Et congreg.ca.mul.* De quo in Psalmo scriptum est. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus.*

g *Et do.est Ga.& Beth.& arci.* Quia mundi fastum per Euangelium domando, contrahenda sibi auxilia, vt expugnaret Triphonem. Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines suos, & misit vnum de principibus suis, vt comprehenderet eum viuum, & adduceret eum ad se. Et abiit & percussit castra Demetrij, & comprehendit eum, &
a adduxit eum ad Arsacen , & posuit eum in custodiam. Et si- 1
b luit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis , & quæ- 2
siuit bona genti suæ , & placuit illis potestas eius , & glo- 3
c ria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria sua acce- 4 5
d pit Ioppen in portum , & fecit introitum in insulis maris. 6
e f Et dilatauit fines genti suæ, & obtinuit regionem. Et con- 7
g gregauit captiuitatem multam , & dominatus est Gazaræ & 8 9
h i Bethsuræ & arci , & abstulit immundicias ex ea , & non erat
k qui resisteret ei. Et vnusquisque colebat terram suam cum 10
l pace , & terra Iuda dabat fructus suos , & ligna camporum 11 12
m n fructum suum.Seniores in plateis sedebant omnes,& de bo- 13
nis terræ tractabant , & iuuenes induebant se gloriam & 14 15
o stolas belli,& ciuitatibus tribuebat alimonias, & constitue- 16
p q bat eas,vt essent vasa munitionis , quoadusque nominatum 17 18
r est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. Fecit pa- 19
s cem super terram , & lætatus est Israel lætitia magna.

Ioan.14.d.

b *Quę fuit bona genti suæ , & placuit illis potestas eius , & gloria.* Omnia videlicet bona ab ipso collata sunt ecclesiæ in remissionem peccatorum,& dominationem virtutum.Vnde complacet illis potestas eius & gloria eius , quia illi soli seruire omni tempore elegit.Ipse.

c *Acce.Iop.in por.& se.introi.* Cùm ex gentium populo sibi fundauit ecclesiam:vnde introitum fidei per Euangelium panderet gentibus totius orbi. Ioppe pulchritudo interpretatur : Et quæ

Can.4.a. pulchrior est sanctam ecclesiam ? cui sponsus in Canticocanticorum ait. *Quam pulchra es amica mea , quam pulchra es,oculi tui*
C *columbarum,absque eo quod intrinsecus latet,vnde.*

d *Dila.si.gen.* Ecclesiæ,scilicet.

Psal.67.d. e *Et obti.re.* Totius mundi.

f *Et congreg.ca.mul.* De quo in Psalmo scriptum est. *Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem,dedit dona hominibus.*

g *Et do.est Ga.& Beth.& arci.* Quia mundi fastum per Euangelium domando,in proximum redigit dominium.

D

h *Et abs.immun.* Peccatorum atque vitiorum,mundans eam lauachro regenerationis.

i *Et non erat qui resisteret ei.* De quo scriptum est , *In voluntate* Esther 13.c
tua domine vniuersa sunt posita,& nõ est qui possit resistere voluntati tuæ.Tu enim fecisti cœlum & terram , & vniuersa quæ cœli ambitu continentur : dominus vniuersorum tu es.

k *Et vnusquisq; co, terr.* Cũ pace corpus suum,scilicet virtutibus exercens , vel terram ecclesiæ bonis operibus singuli quique sanctorum pro viribus colunt.

l *Et terra dabat fructus suos.* Caro videlicet nostra fructus bonorum operũ affert. Similiter.

E

m *Et ligna.* Hoc est homines viriditate fidei semper florentes germina virtutũ proferunt.

n *Seniores in plateis sedebant omnes , & de bonis.* In senioribus possumus accipere prophetas & Apostolos & doctores sanctæ ecclesiæ,qui auditores suos consiliis iuuant & sermonibus roborant. Iuuenes autem cœtus fidelium quia gloria confessionis Christi freti, induunt se armis virtutũ quo facilius possint conterere hostium exercitum.

o *Ciuitatibus tribuat alimon.* Hoc est ecclesiis impendebat sermones doctrinæ:Quas.

p *Constitue. vasa mu.* Vt scilicet thesaurum sapientiæ spiritalis seruarent in conscientia pura & fide non ficta. Quod tandiu fecit.

q *Quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremũ* Psal.18.a.
terræ. Quia in omnem terram exiuit sonus prædicationis Apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Vnde per Isaiam dicitur : *Auditam faciet dominus gloriam vocis suæ,& terrorem brachij ostendet.*

F

r *Facit pacem super terram. Quia ipse est pax nostra,qui fecit vtraque vnum.*

Isa.30.g. Ephes.2.c. Psal.63.b.

s *Et lęta.est Israel lę.ma. Quia lętabitur iustus in domino & sperabit in eo,& laudabuntur omnes recti corde.*

Et fecit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et siluit.*Hic ponitur secundum præambulum, quod est pacificatio Iudææ sub Simonis regimine,cum dicitur:*Et siluit. *scilicet à præliis nociuis.*
2 Et quæ.bo.gen.suæ.*Principalius quàm sibi,quia bonum quanto communius tanto diuinius.*
3 Et pla.illis. *Scilicet Iudæis potestas Simonis quantũ ad ducatum.*
4 Et gloria.*Quantum ad pontificatum.*
5 Et cum om.gl.sua.*Id est,cum omnibus aliis quæ fecerat gloriosè.*
6 Acce.Iop.*In portum.scilicet maris,ideò subditur.*
7 Et fecit introitum. *Ad quas Iudei habebant liberum accessum per illum portum.*
8 Et congreg.cap.mul.*Hoc intelligitur dupliciter : Vno modo de gẽtilibus quorum multos captiuauit.Alio modo de Iudæis,quorum multos de captiuitate redemit,& ad Iudæam reduxit.*
9 Et dominatus est.*Sicut patet capite præcedenti.*
10 Et vnusquis.cole ter.suam,&c.*In quo notatur pacis securitas.*
11 Et terra Iuda dabat fructus suos.*Ecce terræ fertilitas.*
12 Seniores in plateis.*In quo apparet hominum longæuitas.*
13 Et de bonis terræ tractabant.*Ecce iustitiæ veritas.*
14 Et iuuenes induebant se gloriam.*Ecce populi incunditas.*
15 Et stolas bel.*Id est,arma bellica.Ecce strenuitas. Nam tempore pacis vtebatur talibus,vt si bellum insurgeret,scirent se armare & possent facilius arma portare.*
16 Ciuitatibus.*Id est,ciuitatum pauperibus.*
17 Tribuebat.*Simon.*
18 Alimonias. *Id aptè ad sui defensionem , si esset necesse.Et quia tot bona prouenerunt sub Simonis regimine,ideò subditur de ipso.*
19 Quo.nomi.est no.glo.eius vsque ad ext.terræ. *Id est, valde longè:& est hyperbole:Cætera patent vsque ibi.*

Sancta

MORALITER.

1 *Et siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis,&c.* Hic describuntur bonæ conditiones Simonis satis diffusè,tamen videntur reduci ad tres in generali. Habuit enim magnum zelum de cultus Dei conseruatione, & de populi sui promotione in bonum & eius obseruatione. Habuit etiam constantiam & fortitudinẽ in repressione aduersariorum & eorum debellatione.Et sic fuit deuotus Deo,vtilis populo suo , & terribilis aduersario : & ad ista melius facienda fuit sollicitus quærere multas amicitias bonorum & potentum : Et quoniam fuit dux populi & sacerdos in istis dedit exemplum principibus & prælatis,vt similiter sint solliciti de prædictis.Et hoc pro moralitate huius ca. sufficiat.

MORAL

a Et sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erat qui eos terreret. Iuxtà illud quod in Michea dicitur: *Requiescet vnusquisque sub vinea sua, & sub ficulnea sua, & non erit qui exterreat.* Hæc est vinea quæ in Euangelio loquebatur: *Ego sum vitis, & vos palmites, & pater meus agricola. Omnis qui non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Huius fructus bibuntur & comeduntur & lætificant cor hominis, & inebriat amicos sponsæ, & in regno Dei noui bibuntur quotidie. Sub ficu autem requiescit & nullas insidias formidat, qui dulcedine sancti spiritus fruitur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace, continentia, patientia, de huiusmodi dicitur plantatore: Qui plantauerit ficum comedet fructus eius. Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit vineas, de quibus Apostolus loquitur: *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus incrementum dedit.* Comedet labores manuũ suarum. *Et seminans in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Nec diaboli & satellitum eius fraudibus supplantabitur. *Et cong. omnes humiles populi sui, & legẽ exquisiuit.* Humiles populi sunt sancti quos in Euangelio pauperes spiritu appellat. Opera quoque populi Dei non veterascent, sed innouabuntur & cõsummabũtur vel cõfirmabuntur quotidie, vt non ambulẽt in vetustate literæ sed in nouitate spiritus. Talem legem exquisiuit Simon noster, & abstulit omnem iniquum & malũ, cum modo per sanctos doctores excommunicat hæreticos atq; schismaticos & omnes impios: & in fine mundi mittet angelos, & colligent omnia scandala de regno eius.

Sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sancti. Cùm religionem noui testamenti ordinabiliter & ritè in ecclesia sua seruare facit, & multiplicat numerum credentium ac bene operantium: quia ipsi sunt vasa sanctorum apta in ministerium Dei ad accipiendum diuina charismata & dona sancti spiritus.

b Et audi. est, &c. Quòd Simone sacerdotiũ accipiente, diuersæ gentes ad eum legatos mittunt, rogantes ea quæ pacis sunt, significat, quod Apostolis atque doctoribus noui testamenti post passionem Christi, & resurrectionem atq; ascensionem ad cœlos, Euangelium in mundo prædicantibus, multitudo gentium ad fidem confluxerit, & pacẽ magnopere cum ecclesia habere postulauerit, mittẽtes epistolas hoc est secreta cordis sui per cõfessionem illis patefacientes, quatenus verbũ veritatis accipiẽdo regulam iustitiæ ab eis ediscerent, Tabulæ æreæ significant memoriale perpetuum. Scriptum est enim: *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala nõ timebit.* Æris quippe metallũ diu durabile est atque sonorum, sic amicitia atque societas sanctorum firmissimũ atque clarissimum mansionis suæ habet statum.

c *Post hoc autẽ, &c.* Simõ Romanis clypeum aureum, habentem põdus mnarum mille ad statuẽdam cum eis societatem, significat doctores sanctos in prædicatione Euangelij gentibus promittere regnum cœleste, & æternam beatitudinem si fidem Christi recipere voluerint Euangelicámq; doctrinam vsque in finem vitæ seruare. Clypei enim rotunditas, & auri spẽdor, nec non & millenarij numeri perfectio, per figuram æternæ quietis coronam significant.

d *Et statuerũt ei libertatem, &c.* Ebul mensis est sextus apud Hebræos, qui apud Græcos dicitur, *ὑπερβερεταῖος*, apud Latinos verò september, sed dispari ordine numerorũ propter diuersas inchoationes annorum quæ apud singulas gentes existunt. Nam Hebræi qui primum mensem habent Nisan, hoc est aprilẽ, in sexto

☞ loco habent

☞ loco habent suprà memoriã Ebul. Græci autem qui suum annum inchoant à primo mẽse eorum aprileos, hoc est à Calendis decembris, decimum mensem habent Gorpeium, Latini autem qui antiquitus primordium anni sui à Calendis Martiis habuere, septembrem septimum mensem computauerunt.

☞ *Et susceptit*

Octauadecima die mẽsis Ebul, anno centesimo septuagesimosecũdo, & anno tertio sub Simone sacerdote magno in Assaremel in cõuentu magno sacerdotũ & populi & principũ gentis, & seniorum regionis nota facta sunt hæc. Quoniã frequenter facta sunt prælia in regione nostra. Simon autem Matathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt se periculo, & restiterunt aduersariis gentis suæ, vt starent sancta ipsorum, & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem suam. Et congregauit Ionathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum. Et voluerũt inimici eorũ calcare sancta & atterere regionẽ ipsorum, & extendere manus in sancta sanctorũ. Tunc restitit Simon, & pugnauit pro gente sua, & erogauit multas pecunias, & armauit viros virtutis gentis suæ, & dedit eis stipendia, & muniuit ciuitates Iudæ & Bethsuram quæ erat in finibus Iudæ, vbi erant arma hostiũ antea, & posuit illic præsidiũ viros Iudæos. Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare, & Gazaram quæ est in finibus Azoti in qua hostes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos, & quęcunq; apta erant ad correptionem eorum posuit in eis. Et vidit populus actũ Simonis & gloriam quã cogitabat facere gẽti suæ, & posuerunt eum ducem suum & principem sacerdotum, eo quòd ipse fecerat hæc omnia, &

☞ *Et susceptit*

omnia, & iusticiam & fidem quam conseruauit genti suæ: & exquisiuit omni modo exaltare populum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in ciuitate Dauid in Ierusalem erant in arce: de qua procedebãt & contaminabant omnia quæ in circumitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnã castitati. Et collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ierusalẽ. Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium: Secundum hæc fecit eum amicum suum, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim, quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici & socij & fratres: & quia susceperunt legatos Simonis gloriosè: & quia Iudæi & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis, & vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis & vt constitueret præpositos supra opera eorum; & super regionem, & super arma & super præsidia, & cura sit illi de sanctis, & vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione, & vt operiatur purpura & auro, & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso, & vestiri purpura, & vti fibula aurea. Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum reus erit. Et complacuit omni populo statuere Simonem: & facere secundum verba ista.

Et susceptit

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sancta glo *Id est, templum & atria.*
2 Et multip. &c. *Quibus vtebantur sacerdotes ad diuinum cultum.*
3 Et auditum est Romæ. *Hic consequenter describitur renouatio amicitiæ, & primò scribentibus extraneis, & secundò, scribentibus Iudæis, ibi:* Post hoc autem. *Circa primum dicitur:* Et audi. rex Romæ. *Et patet vsque ibi.*
4 Scripserunt. *Vbi ponitur scriptura Romanorum de renouatione amicitiæ cùm Iudæis, quam fecerunt cùm Iuda, vt habetur suprà cap. 8. & cum Ionatha 12. cap. secundò ponitur scriptura Spartiatarum de renouatione amicitiæ cùm Iudæis, cùm dicitur.*
5 Spartiano. princi. & ciuitates: *Id est, ciuitatum rectores.*
6 Nuntiauerunt nobis de vestra glo. & honore. *Ex aduersariorum vestrorum debellatione, & restitutione libertatis, & pacis consecutione.* 7 Et scripsimus quæ ab eis, &c. *Id est, in libris autenticis, in quibus erant scripta populi decreta. Et sequitur forma scribendi, cùm dicitur.* Numenius Antiochi & an. ia. fi. &c.

Diuisio

8 Ponere exemplum sermonum eorum, &c. *Id est, in libris ad partem diligentissimè reseruatis.*
9 Post hæc autem. *Hic cõsequenter ponitur renouatio amicitiæ per nuncios Iudæorum. Et patet litera vsque ibi.*
10 Quam gratiarum actionem. *Quasi dicant, non solùm reddende sunt sibi gratiæ & honores pro amicitia quàm à nobis requisiuit, & propter xenium notabile quod misit, sed etiam propter eius probitates quibus aduersarios populi sui viriliter expugnauit.*
11 Et statuerunt ei libertat. *Ab omni tributo.*
12 Et descripserunt in tabulis æreis. *Et ad memoriam in futuro.*
13 Et posuer. *Scilicet Iudei tabulas illas.*
14 In titulis. *Id est, cum aliis scriptis ad memoriam reseruatis.*
15 Et hoc est exem. *Hic consequẽter describitur pontificalis dignitas Simoni & eius hæredibus constituta ab omni populo Iudæorum per scripturam autenticam vel decretum, de quo dicitur:* Et hoc est exemplum. *Circa quam constitutionem primò per modum cuiusdam prologi ponitur tempus, cùm dicitur.*

Diuisio

☞ Octauadecima

16 Et rex Demet. &c. *Capitulo præcedenti.*
17 Audiuit enim quòd appellati sunt Iudæi. *Id est, non solum honorauit eum ex amore, vt ab eo iuuaretur vt dictum est capitulo præcedenti: sed ne à Romanis puniretur si offenderet se aduersarium Simoni & Iudæorum genti.*
18 Et quia Iudæi & sacer. &c. *Repetitio est eiusdem quod præmissum est, ad maiorem affirmationem.*
19 In æternum. *Id est, pro se & sua posteritate.*
20 Donec surgat propheta fi. *Id est, Messias à Iudæis expectatus, & à Prophetis promissus Deut. 18. c.* Prophetam sus. eis. &c. *& tũc est adimpletum, quia filij Simonis tenuerunt principatum & sacerdotium vsque ad Herodẽ Ascalonitam, cuius tempore natus est Christus Matth. 2. qui est rex Sacerdos in æternum.*
21 Et vt sit super eos dux. *In regimine temporalium.*
22 Et vt cura esset illi pro sanctis. *In regimine spirituali um.*
23 Et vt constitue. præposi. *Sub se in vtroque regimine.*
24 Et super arma & su. *Vt nullus moueat bellum sine eius licentia.*
25 Et vt audiatur ab omnibus. *Id est, ei obediatur in omnibus.*
26 Et scribantur, &c. *Id est, acta publica, dicendo: Actum anno tali Simonis.*
27 Et vt operiatur purpura & auro. *Id est, vestibus auro textis, vel aurea corona.*
28 Et ne liceat. *Hic quarto ponitur dictæ concessionis confirmatio cùm dicitur.* Et ne liceat vlli. *De populo cuiuscunque conditionis aut status.*
29 Irritum facere aliquid horum. *Et subditur consequenter pœna transgressorum, cùm dicitur.*
30 Qui autem fecerit contra hæc, &c. reus erit. *Scilicet mortis vel alterius pœnæ secundum modum & quantitatem culpæ.*
31 Et complacuit omni populo. *Dicta ordinatio. Et quia ad hoc requirebatur consensus Simonis, subditur:* Et susceptit Simon, &c.

☞ Et scripturam

A a *Et suscepit Simō, & placuit ei vt summo sacerdot. fungeretur, &c. in peribolo,* περίβολος Græcè dicitur murus atrij domus domini, qui totum templum per quadrum ambiebat in circumitu: sicut beatus Hieronymus in expositione Ezechielis prophetæ libro 13. ostendit. In loco ergo celebri atrij interioris domus domini ponebantur tabulæ æreæ: in quibus cōfirmatum fuerat per scripturam sacerdotium Simonis & filiorum eius. (Raban. Eccl. 42. b.)

Mystice autē Christi sacerdotium & filiorum eius, hoc est populi Christiani in atrio domus domini, hoc est in præsenti ecclesia scriptura testificante confirmatur, & in omnibus Gentibus stabile & perpetuum esse declaratur. Vnde est illud quod in Psalm. scriptum est: *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* (Psal. 109. a.) Et iterū: *Semel* (inquit) *iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit. Et sedes eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum & testis in cœlo fidelis, &c.* (Ibi. 88.) B Hominum consuetudo est frequenter iurare, vt eis posset aliquis credere. Deus enim semel iurauit, quia nulla veritate temporis immutatur. (Deus quare per se & non per alium iuret.) Iurare enim illis diximus esse ventura promittere. Nam eius se religioni constringit, qui non habet fortiorem. Dicit etiam in sancto suo, id est, in Christo qui dixit: *Custodi animam meam quoniam sanctus sum.* (Psal. 85. a.) Addit quoque, *Si Dauid mentiatur,* si negatiuè positum est, quod etiam communis vsus habet. D Semen Christi sunt omnes qui ei fideli mente crediderint, quia in ipsis futurū regnum seminatum est, quod futura messis ostendit. Sicut & in 21. Psalmo ipse dicit: *Semen meum seruiet illi.* (Psal. 21. g.) Manebunt ergo sancti in æternum qui in excellenti ac beata conuersatione demorantur: vnde illos propriè manere non dicimus, qui à regno domini repelluntur. Thronus autem Dei hic intelligenda est anima fidelis, in qua reuera incidet, quādo eam maiestatis suæ illuminatione compleuerit. Sic enim scriptum est: *Sedes sapientiæ anima iusti.* (Sap. 7. d. secundū aliam literā.) Addidit: *Sicut Sol in conspectu meo.* Lucida quippe erat anima illa iusti, quàm sedē diximus Saluatoris. Dicendo autem sicut Sol comparationem rerum visibilium facit. Nā si magnū est de creatura clarescere, multo melius de creatore lucere. Luna perfecta significat transmutationē corporum de corruptione in incorruptionem. E Tunc enim perfecta erit corporum nostrorum natura quando mortalitas vel corruptio iam non erit vlla. Quod enim ipsa Luna quæ crescit & decrescit, carnis humanæ mutabilitatem significet, in multis scripturarum locis demonstrari potest. Hæc quidem testimonia de Psalmis posuimus ad ostendendum veri Simonis firmissimum & sempiternum esse sacerdotium.

a Et suscepit Simon, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur: & esset dux & princeps gentis Iudæorum & sacerdotum: & præesset omnibus. Et scripturam istam decreuit po- 1
nere in tabulis æreis: & ponere eas in peribolo sanctorum 2
in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in ærario: 3
vt habeat Simon & filij eius. 4

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et scripturam istam decreuit ponere in tabulis æreis. *Ad perpetuam memoriam.*

2 Et ponere eas in peribolo sancto. *Id est, in muro cingente templum. Aperi quod est circum.*

3 Exemplum autem eorum ponere in ærario. *Id est, in loco magis publico.*

4 Vt habeat Simon & filij eius. *Id est, videant cum voluerint.*

CAP. XV.

a E*T misit rex; &c.* Antiochus hic qui Assidetes cognominatus est, filius fuit Demetrij Sotheris, frater autem Demetrij † minoris qui post Alexandrum Philobalem regem in Syria regnauit. (Raban. † iunioris) Demetrius autem Sother post Antiochū Eupatorem filium Antiochi Epiphanis, vt Chronicon Eusebij & Hieronymi testatur, regnauit annis 12. Post quem C Alexander Philopalus annos regnauit, 10. Post hunc Demetrius filius Demetrij annos tres; qui captus à Parthis in Hircana ab Arsacide rege retruditur. Post quē Antiochus Assidetes frater eiusdem Demetrij tenuit regnum annis 14. Post cuius interitum iterum restituitur Demetrio, quod postea tenuit annis 4. Qualiter autem Demetrio & Antiocho fratribus regni successus proueniret, non graue videri debet lectori, si aliqua hinc de historia Pompeij Trogi intromittamus, qui in li. 36. de hoc ita refert: (Pompeius Trogus) Igitur Antiochus memor, quòd & pater propter superbiam inuisus, & frater propter segniciem contemptus fuisset, ne in eadem vitia incideret, recepta in matrimonium Cleopatra vxore fratris, ciuitates quæ in initio fraterni imperij defecerant, summa industria persequitur F dominatásque rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoque qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem vendicauerāt, subegit: Quorum vires tantæ fuere, vt post hæc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisque imperiis vsi Syriam magnis infestauerant bellis.

CAPVT XV.

a ET misit rex Antiochus filius Demetrij epi- 1
stolas ab insulis maris, Simoni sacerdoti, & 2
principi gentis Iudæorum, & vniuersæ
genti, & erant continentes hunc modum:
Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno,
& Genti Iudæorum salutem. Quoniā qui- 3
dem pestilentes obtinuerūt regnum patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum, & restituere illud sicut erat antea, & electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo autem procedere per regionem, vt vlciscar in eos,

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XV.

ET misit rex, &c. *Hic consequenter describitur ducatus Simonis sub Antiocho vltimi Demetrij filio, & diuiditur in duas partes, quia primò describitur huiusmodi ducatus secundò ipsius Simonis obitus, circa medium se. ca. ibi:* Et Ptolemæus, &c. *Prima in tres: quia primò ponitur Antiochi cum Simone confœderatio, secundò fœderis ruptio, ibi:* Antiochus autem. *tertiò ruptionis punitio, in principio sequenti c. Prima adhuc in tres, nā primò ponitur dicta cōfederatio, secundò Triphonis insecutio, ibi:* Anno centes. &c. *tertiò cuiusdam superius dicti declaratio, ibi:* Venit autē. *Prima in duas: quia primò ponit scriptura confœderationis motiuum, secundò, fœderis modum, ibi:* Nunc ergo. *Circa primum dicitur.* (Diuisio)

1 Et misit rex, &c. *Iosephus dicit ipsum fuisse fratrem eius: sed dicto Iosephi non est credendum contra autoritatem huius libri, vt supra dictum est.* (Iosephus)

2 Epistolas ab insulis. *Adhuc enim non obtinebat regnum Syriæ, ideò quærebat confœderari cum Simone.*

3 Quoniam quidem pe. *Scilicet Triphon & ei adhærentes. Cætera patent.*

MORALITER.

1 *Et misit rex, &c.* Per istum Antiochum qui antequam obtineret patris sui regnum scripsit epistolas amicabiles Simoni vt ab ipso haberet auxilium, & postea obtento regno alienauit se ab eo, & afflixit eum: significatur quilibet fraudulentus qui positus in necessitate humiliat se coram illis qui possunt eum iuuare, sed cum inualuerit eis malefacit quantum potest.

A Item in libro 38. atque 39. priori narrationi suæ ista subnectit. Namque Demetrius sicut, super dictum est, cum bellum Parthis intulisset, multisque congressionibus victor fuisset, repente insidiis circumuentus, amisso exercitu capitur, cui Arsacides in Hircania non cultum tātum regium præstitit, sed & filiā in matrimonium dedit, regnúmque Syriæ quod p eius absentiam Triphō occupauerat, restituturum promittit. Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuata etsi opulenta vita pertæsus tacitus in regnum fugam meditatur. Hortatur, illi & comes Gallimander amicus erat qui post captiuitatem eius à Syria per Arabiæ deserta B ducibus pecunia cōparatis Parthico habitu Babylonē peruenerat. Sed effugiētem Phrahartes qui Arsacide successerat equitum celeritate p compendiosos tramites occupatum retrahit. Vt est deductus ad regem, Gallimandro, quidem nō tantum venia verūetiam præmium fidei datum. Demetriū autem & grauiter castigatum ad coniugē in Hircaniam remittit, arctioribúsque custodiis obseruari iubet. Interiecto tēpore cum fidem illi etiam suscepti liberi facerēt, eodem amico comite repetita fuga est. Sed pari infœlicitate prope fines regni sui deprehenditur, ac denuò perductus ad regem, vt inuisus à conspectu submouetur. Tunc quoque vxori & liberis dominatus in Hircaniam pœnalem sibi ciuitatem remittitur, C talisque aureis in exprobationem puerilis leuitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam non misericordia gentis faciebat, nec respectus cognationis, sed q Syriæ regnum affectabant: vsuri Demetrio aduersus Antiochū fratrem, prout res vel tēpus vel fortuna belli exegisset. His auditis Antiochus occupandum bellum ratus exercitum quem multis finitimorum bellis indurauerat aduersus Parthos ducit. Sed luxuriæ non minor apparatus quam militiæ fuit. Quippe octo millia armatorum secuta sunt trecenta millia lixarum, è quibus cocorum pistorúmque maior numerus fuit. Argenti certè aurique tantum, vt etiam gregarij milites auro caligas figerent, D proculcarēntque materiam cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere prorsus, quasi ad epulas non ad bellum pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere tradentes se regnáque sua cum execratione superbiæ Parthicæ. Nec mora congressioni fuit Antiochus trib9 prēliis victor cum Babyloniam occupasset magnus haberi cœpit. Itaque ad eū omnibus populis † defluentibus nihil Parthis reliqui propter patrios fines fuit. († deficientibus) Cùm Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Particho præsidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad sua tuenda ad Parthiam reuocaretur. Interim quoniam viribus nō poterat, E insidiis Antiochum vbique tētabat, propter multitudinem hominum omnem exercitum suum Antiochus per ciuitatem in Hibernia diuisus erat, quæ res exitij causa fuit. Nam cum grauari se copiarum perditione & iniuriis militū ciuitates viderēt, ad Parthos deficiunt, & in die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho essent, auxilium proximis laturus cū ea manu quæ secum hiebant, progreditur. In itinere obuium regem Parthorū habuit, aduersus quem fortius quàm exercitus eius dimicauit. Sed postremum tamen cum virtute hostes vincerent, metu suorum desertas occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, F filiámque Demetrij quam secum Antiochus adduxerat, captus amore virginis vxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit: ad quem retrahendum cùm turmas equitum festinato misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenerunt, frustráque omnia conati ad regem suū reuersi sunt, Antiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetrius obsidione Parthorum liberatus ac restitutus in regnum, cùm omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset, quasi Parthica ipsius ac fratris bella quibus alter captus, alter occisus erat, prosperè gessissent, ita Ægypto bellum inferre statuit regnum Ægypti Cleopatra socru precium auxilij aduersus

qui corrumperunt regionem nostram, & qui desolauerunt
ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes 1
oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, &
quæcunque alia dona remiserunt tibi, & permitto tibi face- 2
re percussuram proprij numismatis in regione tua. Ierusalē
autē sanctā esse & liberā, & omnia arma quæ fabricata sunt,
& præsidia quæ cōstruxisti quæ tenes, maneāt tibi. Et omne
debitū regis & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totū tēpus
remittuntur tibi. Cùm autem obtinuerimus regnū nostrum, 3
glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno 4
centesimo septuagesimo quarto, exiit Antiochus in terram
patrum suorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus,
ita vt pauci relicti essent cum Triphone. Et insecutus est
eum Antiochus rex, & venit Doram fugiēs per maritimam.
Sciebat enim, quòd congregata sunt in eum mala: & reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus super Doram
cum centum viginti milibus virorum bellatorum & octo 5
milibus equitum. Et circumiuit ciuitatem, & naues à mari 6
accesserunt, & vexabant ciuitatem à terra & mari, & nemi- 7
nem sinebant ingredi vel egredi. Venit autem Numenius 8
& qui cum eo fuerant ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc.
Lucius consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem. Legati 9
Iudæorum venerunt ad nos amici nostri renouantes pristi- 10
nam amicitiam & societatem, missi à Simone principe sacerdotum & populo Iudæorum. Attulerunt autem & clypeum
aureum mnarum mille. Placuit itaque nobis scribere regibus

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nunc er. *Hic consequenter ponitur confœderationis modus, cum dicitur:* Nunc er. *Id est, gratias & concessiones regum præcedentium.*

2 Et permitto tibi, &c. *Hoc addit ad concessiones regum præcedentium. Cætera patent vsque ibi.*

3 Cùm autem obtinuerimus. *Vbi fit promissio de futuro, quæ tamen non fuit impleta, vt habetur infrà: nam obtento regno alienauit se à Simone, & ideò tales promissiones videbantur simulatoriæ, quousque esset in regni possessione.*

4 Anno cent. *Posita fœderatione cum Simone, hic consequenter ponitur insecutio Triphonis à rege, & patet litera vsque ibi:*

5 Cùm cen. vi. *Scilicet peditum.*

6 Et circum. *Ponens in circumitu eius obsidionem à parte terræ & naues à mari accesserunt, & sic fuit obsessa ciuitas per terram & per mare.*

7 Et vexabant ciui. *Telis & machinis.*

8 Venit autem. *Hic ponitur cuiusdam supradicti declaratio. Dictū enim fuit capitulo præcedenti quòd statuerunt Romani Simoni libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & non fuit ibi dictum quis esset tenor illius scripturæ, & quis fuit nuncius: ideò hic declarantur ista, & primò quantum ad nuncium cùm dicitur:* Venit autem Numenius qui cum. *Secundò quantum ad scripturæ tenorem, cùm dicitur.* (Diuisio)

9 Lucius consul Romano. *Tunc enim Romana ciuitas per consules regebatur.*

10 Ptolemæo regi salutem. *Scilicet Aegyptij. Cætera patent vsque ibi.*

uersus fratrem suum pollicente. Sed dū aliena affectat (vt assolet fieri) propria per defectionem Syriæ amisit. Siquidē Antiochenses primi duce Triphone execrantes superbiam regis quæ conuersatione crudelitatis Parthicę intolerabilis facta erat, mox Apenenij cæteręque ciuitates exemplum secutæ per absentiam regis à Demetrio defecēre. Ptolemæus quoque rex Ægypti bello ab eodem petitus, cum cognouisset Cleopatram sorotē suam opibus Ægypti nauibus impositis ad filiū & Demetrium generum suū in Syriam profugisse, immittit iuuenē quendam Ægyptiū, Protachi negotiatoris filium qui regnū Syriæ & armis peteret, & composita fabula quasi per adoptionē Antiochi regis receptus in familiam regiā esset, nec Syriis quemliber regem aspernantibus ne Demetrij superbiam paterētur, nomen iuueni Alexander imponitur. auxiliáque ab Ægypto a ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti à rege Parthorum in loculo argenteo ad sepulturam in Syriā remissum peruenit. Quod cum ingenti studio ciuitatum & regis Alexandri ad confirmandam fabulæ fidem excipitur: quæ res illi magnum fauorem populariū cōciliauit, omnibus non fictas in eo, sed veras effundi lachrymas existimantibus. C Demetrius autem victus ab Alexādro, cum vndique circumstantibus malis premeretur, ad postremū etiam ab vxore filiisque deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis: seruulis, cum Tyrum religionem se templi defensurus petisset, D nauī egrediens præfecti iussu interficitur.

Prædictis autem causis existentibus rex Antiochus, quia (6 morbus est vndique ab aduersantibus variis, quasi blandiens per epistolas loquitur Simoni, quatenus sibi eum conciliet ne maiori multitudine hostium oppressus vim sufferre non posset.

& regionibus: vt non inferant illis mala, neque impugnent eos & ciuitates eorum & regiones eorum, & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum est autem nobis 1 ab eis accipere clypeum. Si qui ergo pestilentes fugerint de 2 regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdo 3 tum, vt vindicet in eos secundum legem suam. Hæc eadem 4 scripta sunt Demetrio regi & Attalo & Arabæ & Arsaci: & 5 in omnes regiones & Sansamæ & Spartanis & Delo & Mydo & Sidoni & Cariæ & Samum & Pamphiliam & Lyciam & Alicarnasim & Rhodum & Phaselida & Choo & Sidem & Arado & Gortinam & Cnidum & Cyprum & Cyrenem. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum & populo Iudæorum. Antiochus autem rex ap- 7 plicuit castra in Doram secundò admouens ei semper ma- 8 nus & machinas faciens: & concluſit Triphonem ne procederet. Et misit ad eum Simon duo milia virorum electorum 9 in auxilium & argentum & aurum & vasa copiosa: & noluit ea accipere, sed rúpit omnia quæ pactus est cùm eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium vnum de a- 10 micis suis, vt tractaret cum ipso dicens: Vos tenetis Ioppen & Gazaram & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei: fines earum desolastis: & fecistis plagam magnam in 11 terra, & dominati estis per loca multa in regno meo: Nunc 12 ergo tradite ciuitates quas occupastis: & tributa locorum quibus dominati estis extra fines Iudææ. Sinautem, date pro eis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatū alia talenta quingenta. Sinautem veniemus & expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simonis & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum & obstupuit, & retulit ei verba regis. Et respōdit ei Simon, & dixit ei: 13 b Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinesimum comprobatur, qui & illos de locis alienis qui malè occupauerant expulit, & istis sanctis tanquam patrum possessionem F

a *Et misit ad eum, &c. sed ir. om. &c.* Diuersas calumnias per Athenobiū missum suum falsò oppōnēs illi quasi inuasor esset iuris alieni, indicens insuper ei tributum de possessa hæreditate. Sed Simon inimico talia postulanti huiusmodi verba respondit.

b *Neque alien. terr. sumpsimus, &c.* Quòd Antiochus possessas per prælia ciuitates à Simone repetit, significat antiquum hostem semper sanctorum virtutibus inuidere, & ininsto seruitio sibi eos subiugare velle, sed eas Simon spiritalis sibi vendicando sui iuris esse dixit ac patrum suorum hæreditatem nec vllam ibi hostē habere debere communitionē: quia possessio virtutum, proprièque electoū est: nō reproborum. Vnde terras Chananæorū in quas introducuntur filij Israel. filij Sē fuerant quondam in orbis diuisione sortiti, quas deinceps per vim atque potentiā posteritas Chā † p- † peruasiosuasionis iniquitate possedit. In quo & Dei iudicium rectis. F

quæ prosapiæ eorū

A in diuisione orbis fuerat deputata restituit. Quæ figura in nobis quoque stare certissima ratione cognoscitur. Nā voluntas domini possessionē cordis nostri, non viciis sed virtutibus naturaliter deputauit. Quæ post præuaricationem Adæ infolescentibus viciis, id est, populis Chananæis, à propria regione depulsæ, cum eis rursum per Dei gratiā, diligentia nostra, ac labore fuerint B restitutæ; non tā alienas occupasse terras, quam proprias credendæ sunt recepisse.

a *Et const.* Quid per Cēdebeum ducē maritimum quem Antiochus ad debellandum Iudæos mittit. nisi potentatus istius mundi & persecutores religionis Christianæ designantur? Quos Antiochus mysticus. Antichristus mus: sed hæreditatem patrum nostrorum quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos vero tempus habentes vendicamus hæreditatem patrum nostrorum. Nā de Ioppe & Gazara, quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum. Reuersus 1 autē cum ira ad regem renunciauit ei verba ista, & gloriā Simonis & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira magna. Tri- 2 a phon autem fugit naui in Orthosaido. Et constituit rex Cen- 3 debeū ducem maritimū, & exercitum equitum & peditum dedit illi. Et mādauit illi castra mouere contra faciem Iudææ 4 & mandauit ei ædificare Cedronem: & obstruere portas ci- 5 uitatis: & debellare populum. Rex autem persequebatur Tri 6 phonem. Et peruenit Cendebeus Ianniam, & cœpit irritare 7 plebē, & cōculcare Iudęā, & captiuare populū: & interficere, 8 & ædificare Cedronē. Et collocauit illic equites & exercitū, vt egressi perambularent viam Iudææ sicut constituit ei rex. 9

tichristus videlicet D in exterminiū populi Christiani cū exercitu lictorū atque carnificum transmittit, vt conculcent veram Iudæam, hoc est ęcclesiam & captiuent per errorem, siue interficiāt per blasphemiam fidelium populum. Iubetur præterea Cendebeo, vt ædificet Cedronem. Cedron enim torrens siue vallis iuxta Ierusalem est ad orientalem plagam, cuius & Ioannes euangelista in passione domini meminit. Ob hoc autem ædificari iussus est Cedron vt obstruerentur portę ciuitatis & coangustaretur populus. Inter- E pretatur autem Cedron, tristitia siue mœror siue dolor. Et aptè ille iussus est Cedronem ædificare, cui commendatum est Christi confessoribus pœnarum dolorem infligere.

Ioan. 18. a.

NICOLAVS DE LYRA

1 Reuersus autem cum ira ad regem. *Eo quòd Simon non respondérat secundum suam voluntatem.*
2 Et iratus est rex. *Hic consequenter ponitur ruptio fœderis facto, quia rex præcepit inuadere Iudæos, ideò subditur.*
3 Et constit. rex mari. *Id est, in terra supra mare mediterraneum sita & Iudææ propinqua.*
4 Et manda. il. *Id est, acies armatorum ducere.*
5 Et man. ei, &c. Ce. *Id est, fortalicium sic nominatum: ex eo quòd super torrentem Cedron esset situm, vt ex hoc posset melius impugnare Iudæam.*
6 Et obstrue. *Scilicet Ierusalem hominibus armatis.*
7 Rex aut. persequebatur. *Qui de Dora latenter fugerat per nauem.*
8 Et persue. *Ad inuadendum Iudæam ideò subditur.* Et cœpit ir.
9 Vt egress. *De Cedrone ex improuiso ad deprædandum populum & occidendum.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Visum est autem no. acci. ab eis clypeum. *In fœderis & amicitiæ signum.*
2 Si qui ergo pestilentes. *Iudæi.*
3 Vt vindicet in eos sec. leg. suam. *Inferendo debitam pœnam.*
4 Hæc eadem scri. sunt. &c. *Scilicet Syriæ, Ex qua patet, q. illud ponitur hic per recapitulationem, nam hoc contigit Demetrio patre Antiochi adhuc regnante, hoc etiam patet per illud quod habetur: cap. præced. scilicet q. rex Demetrius fecit Simonem amicum suum & glorificauit eum, & subditur ad hoc vna ratio, cùm dicitur: Audiuit enim quia appellati sunt Iudæi à Romanis amici, &c. ex quo patet q. iā receperat literas istas de renouatione amicitiæ inter Romanos & Iudæos.*
5 Attalo & Arabe, &c. *Vbi ponuntur plures reges & terræ, quibus Romani scripserunt pro Iudæis in forma præmissa.*
6 Exemplum autem eorum scripse. Sim. *Vt sciret quid regibus esset scriptum pro populo Iudæorum.*
7 Antiochus autem. *Hic ponitur fœderis Antiochi cum Simone, ruptio. Et hoc tripliciter: primò per signum quia refutauit Simonis donum & auxilium, & hoc est quod dicitur:* Antiochus autem rex applicuit cast. in do. secun. *Obsidionem enim soluerat propter hyemem vel aliā causam.*
8 Admouens ei semper manus. *Id est, faciens ei insultus.*
9 Et misit ei Simon duo millia vi. &c. ar. & au. & va. copiosa, & nol. ea acci. *Vt ostenderet dissolutionem fœderis & amicitiæ.*
10 Et misit ad eum. *Hic ponitur ruptio fœderis verbo, quia misit solemnem nuncium ad repetendum ciuitates plures & tributa: & patet litera vsque ibi.*
11 Fines ear. desol. *Incendendo.*
12 Et fecistis pla. ma. *Homines interficiendo.*
13 Et extermi. *Id est, pro exterminio locorum & hominum. Cætera patent vsque ibi.* 14 Et obstupuit. *Id est, admiratus fuit de tanto statu Simonis. Cætera patent vsque ibi:*

7 Antiochus

Reuersus

MORALITER.

✝ 10 *Et misit ad eum Athenobi.* Qui interpretatur peccator latrā, ideò significat hæresiarcham qui latuit contra Christi fidem, & repe. it repetit ciuitates quas Simō recuperauerat, per quas significatur personæ Catholicæ quas bonus prælatus siue prædicator de manu dæmonis eruerat, sed Hæresiarcha eas ad suam hæresim retrahere quantum potest festinat.

✝ *Et consti.* Qui interpretatur zelotes, id est, inuidus, ideo per C ipsum significatur diabolus tentans de inuidia, vnde dicitur Sap. 2. d. *Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Hunc autem inferni constituit ducem maritimum, id est, super terram mari coniunctam, per quam significatur populus cupiditati terrenæ infixus, & alienæ prosperitati inuidens, amaritudini coniunctus: iunctus: super talem populum habet dictus dæmon dominium: sed occurrentibus sibi Simonis filiis, id est, prædicatoribus & F confessoribus deuotis, qui sunt filij boni prælati, & exclamantibus sacris tubis quæ sunt prædicationis documenta & in confessionibus sana consilia, in fugam conuertitur Cedebeus & eius castra, id est, Diabolus principalis & etiā eius satellites qui sunt maligni spiritus, & homines mali instinctum eius sequentes.

✝ *MORA-*

CAP. XVI.

2 Li. 13. antiq. c. 12. ✝ IOSEPHVS. Antiochus auaritia vel prauitate sua, i Simonis obliuionem vna cū ministratis pecuniis & alimentis concepit: virēsque militares cuidam Cendebeo amico tradens, ad deprædationem Iudææ captiuitatisque Simonis misit. Sed cùm Simon audisset, licet senex esset, tamen quòd nihil ab Antiocho iustum fieri videbat, concitatus ad audaciam super ætatem suam, iuuenilem fortitudinem accepit, & dispositis quidem filios suos cum bellicosissima parte militum, ipse verò per aliam partem cum reliquis viribus perrexit ad bellum, multósque in vallibus montium ad insidias locabat, nullúsque conatus eius euasit, sed omnem hostium vincens exercitum, in pace reliquam vitam agebat, &c.

Diximus superius, quòd Simon summus sacerdos significaret Raban. principem sacerdotum illum videlicet, qui per obedientiā crucis obtulit semetipsum patri pro nobis. Cuius duo filij, duo sunt populi credentium, ex Iudæis scilicet & Gentibus; his cōmēdat virtutem belli contra hostes vniuersos & inimicos veritatis, hoc est contra Iudæos Paganos & hæreticos, necnon & contra malignos spiritus, quatenus defendat fidem Christianam & protegat veros confessores Dei.

CAPVT XVI.

2 ET ascendit Ioannes de Gazaris, & nunciauit 1 patri suo Simoni quæ fecit Cendebeus in 2 populo ipsorū. Et vocauit Simō duos filios 3 suos seniores Iudam & Ioannem, & ait illis: Ego & fratres mei & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem. Et prosperatum est in manibus nostris b liberare Israel aliquoties. Nunc autem senui, sed estote loco

b *Estote*, inquit, *loco meo fratres, &c.* Qui sunt fratres isti nisi de quibus ipsa veritas resurgens à mortuis ad mulieres

NICOLAVS DE LYRA CAP. XVI.

✝ ET ascen. *Hic consequenter describitur prædicta ruptionis fœderis punctio, circa quam primò ponitur dispositio exercitus, secundò conflictus, ibi:* Et fugerunt. *Circa primum dicitur.*
1 Et ascendit Ioannes, &c. *In Ierusalem quæ est in altiori situ quam Gaza.*
2 Et nunciauit pa. &c. *Quia sine eius licentia nolebat pugnare cum Cendebeo, sicut fuerat ordinatum supra ca. 14. per sacerdotes & populum.*
3 Et vocauit Simon duos filios, &c. *Qui poterant ad bellum procedere. Cætera patent vsque ibi.*

ad mulieres ipsius sepulchrum visitantes in Euangelio ait: *Ite annunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me videbunt?* In loco ergo Christi & apostolorum eius sunt sancti qui facientes voluntatem cœlestis patris & veritatis, victoriam & animarum quærunt salutem. Quibus auxilium de cœlo est, ab ipso vtique de quo in psalmo scriptum est. *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ benedictus Deus.*

a *Et elegit viginti mi. viro. bel.* Quia eos solummodo habiles ad spiritalem militiam deputant, qui in duobus præceptis charitatis mandatorum Dei executores atq; operatores fiũt.

b *Et admo.* Quòd dux ipse cum videret populum trepidantẽ ad transfretandũ torrentem, transfretauerat primus, ostendit quòd illi qui magistrorum loco & doctoris officio in ecclesia funguntur, timiditatem subiectorum suæ fidei atque constantiæ exemplo confortare debent, ac sacris tubis, hoc est dogmatibus diuinis in aciem contra hostes exacuere. Sicque Cendebeus spiritalis & castra eius fugantur, & cadunt ex eis multi vulnerati quia diuinæ maiestatis virtutem tandem sentiunt timore concussi.

Raban. Rom. 11. c.

c *Tunc vulneratus, &c.* Quod Iudas vulneratus est in prælio, & Ioannes insecutus est hostes, illud (ni fallor) significat quòd Paulus ait: *Ex parte cæcitas contigit in Israel donec plenitudo gentium subintraret, & tunc omnis Israel saluus fiet:* Quia tardante in fide Christi plebe Iudaica, gentium ecclesia fortiter hostes premit, donec eos aut salubri compunctione ad pœnitentiam conuertat, aut perseuerantes in nequitia minis futuram pœnam prædicando puniat. Cum autem tempora gentium complebuntur, & ipsarum plenitudo ad fidem subintrauerit, tũc omnis Israel, hoc est omnis ecclesia ex vtroque videlicet populo salubri confessione per fidem, spem, & charitatem Christi munere salua erit.

d Et

d *Et Ptol.* ✠ HEGESIP. Rerum Iudaicarũ summã Simon recepit: ad quam non rudis, sed iam probatus fraternæ societatis triumphis appropinquauit. Vtinam & ipse tam perspicax ad fraudes cauendas, quàm manu validus, bellandique artibus satis spectatus. Etenim cùm virtutis ope, Romanorúmque ducibus regibúsque gentium amicitiam fœderauisset, Ptolemęi dolo generi sui, rogatus ad conuiuiũ, inter mensas & pocula cum duobus filiis qui aderant, circunuentus, atque exutus armis, impię neci traditur.

Li. 1. excidij hæres. c. 4.

Mysticè. Quid per Ptolemæum nisi hypocritæ atq; versuti homines figurantur? Hi ergo ficto disciplinatu bonis magistris adhęrentes, simulátésq; pietatem cuius virtutem penitus ignorant, plærúmque ad honorem ecclesiasticę dignitatis ipsis magistris tribuentibus perueniunt, hoc est enim summi sacerdotis generum esse: illas vtique personas quas boni magistri aqua & verbo regenerant in potestatem regiminis sui accipere. Sed cum accepto gradu propriæ potestatis esse cœperint, seculi cupiditatibus seruientes, ipsos sui honoris autores dolis circunuentionibus supplantare atque subuertere student. Occidúntque filios eorum ac pueros pariter, cum nulli personæ secum cohabitanti parcunt, sed per pecunias atque adulationes, sibi sæculares potestates ecclesiam occultis insidiis seu manifestis persecutionibus infestant. Nec mirum talem nequitiam aliquando præualere in ecclesia posse, cum legimus ecclesiæ caput per dolum Iudæ proditoris Iudæis traditum atque captiuatum. Simon Magus à Philippo baptizatus est, sed non à nequitia mentis purgatus. (Actu. 8. c.) Iulianus apostata à lectore ad persecutionem ipsius ecclesiæ excitatus vsque ad finem vitæ hostis truculentus incœpta malitia perseuerauit. Quales etiam istius temporis ætas nonnullos habet, qui licet magistros suos non occidant gladio, tamen inuidia atque odio persequi non cessant.

☞ Et præcurrens

& † fratres mei & egressi pugnate pro gente nostra. Auxiliũ
verò de cœlo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti milia 1
virorum belligeratorum & equites, & profecti sunt ad Cen-
debeum, & dormierunt in Modim. Et surrexerunt mane, & 2
abierunt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obuiam 3
illis: peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter mediũ 4 5
b ipsorum. Et admouit castra contra faciem eorum ipse & po- 6
pulus eius, & vidit populum trepidãtem ad transfretandum
torrentem, & transfretauit primus. Et viderunt eum viri & 7
transierunt post eum. Et diuisit populum & equites in medio 8
peditum. Erat autem equitatus aduersariorum copiosus ni- 9
mis. Et exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est 10
Cendebeus & castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnera-
c ti: residui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus 11
est Iudas frater Ioannis. Ioannes autem insecutus est eos, do- 12
nec venit Cedronem quam ædificauit: & fugerunt vsque ad 13 14
turres quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceci- 15
derunt ex illis duo milia virorum, & reuersus est in Iudæam
d in pace. Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in 16
campo Iericho, & habebat argẽtum & aurum multum. Erat 17
enim gener summi Sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & 18 19
volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Si- 20

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et elegit de regione, &c. vi. milia. *Peditum.*
2 Et dormierunt, &c. *Accipientes requiem, vt essent magis expediti ad belli laborem.*
3 Et surrexerunt mane. *Hic consequenter ponitur belli conflictus, cùm dicitur.*
4 Et abierunt in campum. *Parati ad bellum.*
5 Et fluuius torrens erat inter medium ipsorum. *Scilicet duorum exercituum.*
6 Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius. *Scilicet ipse Ioannes.*
7 Et transfretauit primus. *Vt daret aliis audaciam transfretandi.*
8 Et diuisit populum. *Per acies.*
9 Et equites in medio peditum. *Scilicet posuit ne equi ab aduersariis vulnerarentur.*
10 Et exclamauerunt sacris tubis. *Secundum præceptum legis Numeri.*

11 Residui

11 Residui autem in muniti. fu. *Scilicet in Cedronem.*
12 Tunc vulne. est Iu. *Hoc exprimitur ad denotandum animositatem Ioannis, qui non dimisit aduersarios persequi propter vulnerationem sui fratris.*
13 Donec ve. Cend. *Scilicet Cendebeus, quod patet ex hoc quod sequitur.*
14 Quam ædifi. & fug. &c. *Scilicet alij, quia fugientes de bello vadunt per vias plures dispersi.*
15 Et succen. eas ign. *Scilicet Ioannes & eius exercitus.*
16 Et Ptole. filius Abo. *Descripta superius vita Simonis virtuosa, hic consequenter describitur mors eius prodigiosa, cuius motiuum fuit ambitio quæ ponitur, cum dicitur:* Et Ptol. fi. Abo. &c. *A socero suo Simone.*
17 In campo. Ier. *Id est, in vna parte Iudææ.*
18 Et exal. est. *Per superbiam.*
19 Et vole. &c. *Id est, totam Iudæam per ambitionem suam.*
20 Et cogit. *Hic secundò ponitur obtinendi medium, quod fuit nequissima proditio, ideò dicitur.* Et cogita. do. *Simon autem perambu-*

✠ *lans ciuitates,*

MORALITER.

✠ 18 *Et exaltatum est cor eius & volebat, &c.* Ideo per istum significatur homo malus in superbiam eleuatus. Et dicitur filius Abobi, qui interpretatur pater incantator, & significat diabolum qui nititur incantare illusionibus suis mentes hominum. Huius autem tartis filij sunt omnes maligni, quibus dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis.* Et sicut diabolus aliquando transfigurat se in angelum lucis vt decipiat, sic homo malignus fingit aliquando sanctitatem vt ascendat, & sic efficitur gener regis quando obtinet dignitatem ecclesiasticam per deceptionem boni præsulis, qui per Simonem significatur. Sed quando inualescit diuitiis, mortem machinatur sui promotoris intoxicatione vel

✠ aliis

☞ a *Et præcurrens, &c.* Ioannes quidem patre per dolum necato se cautius ab hoste obseruat, ac viros qui eum venerant perdere, occidit, cum quilibet ex fidelium numero gratia Dei saluatus, prouidus ac sollicitus de sua salute seruanda, audita deceptione aliorum, hostium insidias præcauere ac machinationes eorum peruersas conterere studet. (Simplicitas cum prudentia.) Non enim solum simplicitas cuique sufficit ad salutem seruandam, sed cum simplicitate pariter debet esse prudentia. Vnde saluator in Euangelio ait discipulis suis: *Estote ergo prudentes sicut serpẽtes, & simplices sicut columbæ.* (Mat. 10. b.) Et Apostolus ait: *Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote.* (1. Cor. 14. d.) Debet ergo simplicitas à nobis haberi, vt nemini noceamus. Debet & prudentia, ne decipiamur ab aliis. Nec multum distat inter decipere quẽlibet & ab alio decipi posse.

b *Et cætera sermonum Ioannis.* Iste Ioannes dux Iudæorum simul & Pontifex virtutum vir fuit, ac multa opera mirifica confecit. Hic quoque aduersum Hyrcanos bellum gerens & deuincens, Hyrcani nomen accepit: ac à Romanis ius amicitiæ postulans, decreto Senatus inter amicos relatus est. (Raban. Iosephus Lib. 13. antiq. c. 13.) Qualiter autem Iosephus de eodem Hyrcano narret ad manifestanda ea quæ in fine libri Machabæorum breuiter dicta sunt, non incongruum videtur nobis hic ponendum. Postquam enim de Simonis victoriæ aliqua commemorauit, de fine eius taliter refert. Et hic autem moritur in conuiuio captus insidiis Ptolemæi generi sui, qui eius coniuge duobúsque filiis in custodiam conclusis, certos amicos misit, vt Ioannem tertium cui & Hyrcanus fuit nomen interficerent. Cognito autẽ impetu qui parabatur, adolescens ad ciuitatẽ properabat multóque populi fretus: & propter memoriam paternæ virtutis, & quòd iniquitas Ptolemæi cunctis esset inuisa. Voluit autem Ptolemæus aliam portam ciuitatis ingredi, sed à populo reiectus est qui maturius Hyrcanum susceperat. Et is quidem statim recessit in aliquod vltra Ierichonta castellum quod Dagon vocatur. (Iosephus antiq. li. 13. capitul. 13. & sequent.) Hyrcanus autem paternum honorem pontificis assecutus est. Postquam Deo sacrificia reddidit velociter Ptolemæum petiit, & matri simul & fratribus adiumento futurus castellúmque aggressus, aliis quidem rebus superior erat, iusto autem dolori cedebat. Ptolemęus enim quoties premeretur, matrem eius, fratrésque in murum perductos palam, vt possent conspici, verberabat: eosdémque præcipitaturus, nisi quàm primum recederent minabatur. Vnde Hyrcanum quidem plus timor ac misericordia quàm iracundia commouebat. Mater verò eius nihil plagis aut intentata nece perterrita manus prętendens filium precabatur, ne vel suis fractus iniuriis parceret impio. Siquidẽ ipsa mortem sibi à Ptolemęo propositã immortalitate duceret meliorem, dum modo ille pœnas eorum quæ in domum suam contrà fas admisisset expenderet. Ioannes autem nunc obstinationem matris cogitans, ac preces eius audiens ad irruendum, impellebatur, modo verberari eam lacerarique conspiciens effœminabatur totúsq; plenus doloris erat. (Feriatus annus.) Ob hoc autem diu tracta obsidione feriatus annus aduenit, quem septimo quoque orbe apud Iudæos cessare moris est exemplo septimorum dierum. Et in hoc Ptolemæus obsidionis requiem nactus, fratribus Ioãnis vna cũ matre occisis, ad Zenonem confugit, qui Cothila cognominatus est, Philadelphiæ tyrannum. (Thesaurus Dauid.) Antiochus autem ob ea quæ per Simonem passus fuerat iratus, in Iudæam ducit exercitum, ibique assidens Ierosolymis Hyrcanum obsidebat. Ille autem patefacto sepulchro Dauid, qui regum ditissimus fuerat, ablatísque inde pecuniæ plus quàm tribus milibus talentorũ; & Antiocho persuasit trecentis ei talentis datis ab obsidione discedere: primúsque Iudæorum priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia. Rursúsque tunc quando Antiochus contra Mœdos bello suscepto tempus ei vindictæ præbuit, confestim aduersus ciuitates Syriæ perrexit, vacuas propugnatoribus esse ratus, quod erat verum. Medabam quidem & Samogam cum proximis, necnon & Sicimam & Garizim ipse capit, & super his Cutheorum genus adiacentia fano, loca incolentium exemplo eius quod est Ierosolymis ædificato. (Ioseph. li. 13. antiq. c. 15.) Capit autem Idumææ quoque non paucas alias ciuitates, & præterea Aboracum & Marissam. In Samariam verò vsque progressus (vbi nunc est Sebaste ciuitas ab Herode rege condita) ex omni parte eam concludit, filiósque suos Aristobolum & Antigonum obsidioni præfecit. Quibus nihil renitentibus ad hoc famis necessitate qui erant intra ciuitatem venerunt, vt

☞ etiam

monem & filios eius, vt tolleret eos. Simon autem perambu-
lans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & sollicitudinem
gerens earum descendit in Iericho ipse & Matathias filius 1
eius, & Iudas, anno centesimo septuagesimoseptimo mense
vndecimo. Hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abo- 2 3
bi in munitiunculam quæ vocatur Doch, cum dolo quam
ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic 4
viros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Pto- 5
lemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in
conuiuium, & occiderunt eum & duos filios eius, & quosdã
pueros eius. Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddi
dit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi 6
vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem
& ciuitates eorum & tributa. Et misit alios in Gazaram tolle- 7
re Ioannem, & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & da 8
ret eis argentum & aurum & dona. Et alios misit occupare 9
a Ierusalem, & montem templi. Et præcurrens quidam nun- 10
ciauit Ioanni in Gazara quia periit pater eius & fratres 11
eius, & quia misit te quoque interfici. Vt audiuit autem 12
vehementer expauit, & comprehendit viros qui venerant 13
perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim quia quæ-
b rebant eum perdere. Et cætera sermonum Ioannis 14

NICOLAVS DE LYRA

✠ *lans ciuitates, vt videret & qualiter essent gubernatæ & contra aduersarios munitæ.*
1 Descendit in Ierich. *Vbi gener suus erat dux ab eo constitutus.*
2 Hic est men. Sa. *Debet scribi Sebeth, & correspondet Ianuario.*
3 Et susce. &c. *Simulans amicitiam cum socero suo & filiis eius, vt magis eos deciperet.*
4 Et fec. eis con. &c. *Vt facilius eos occideret, ideò subditur.*
5 Et cum ine. &c. *Conuenienter satiatus cibo & potu eo modo loquendi quo dicitur Cant. 5. a.* Comedite & bibite & inebriamini. *Cætera patent.*
6 Et misit, &c. *Hic tertio ponitur intentionis Ptolemæi frustratio per Ioannem, qui euadens eius dolum pugnauit fortiter postea contra eum, & defendit & tenuit Iudæam valde magnificè post patrem suum ideo dicit:* Et misit. *Alios satellites suos.*
7 In Ga. to. Io. *Id est, eum capere & occidere.*
8 Et tribu. *Exercitus Ioannis.*
9 Misit epist. vt ve. ad se, &c. & præcu. *Scilicet satellites Ptolemæi missos ad prædicta loca.*
10 Quidam. *De pueris Simonis, quia Ptolemæus non omnes occiderat, sed aliquos ex eis, vt dictum est suprà.*
11 Nunciauit Io. *Vt euaderet dicta pericula.*
12 Vt audi. autem vehe. ex. *Id est, admiratus fuit de dolositate facta.*
13 Et comprehendit vi. qui ve. perdere eum. *Et eodem modo præuidit aliis periculis solerter & prouidè, & sic Ptolomæus defraudatus fuit à sua pessima intentione.*
14 Et cætera sermonum Ioannis. *Quibus docuit populum.*

✠ *Et bello-*

MORALITER.

aliis modis malis. Per Ioannem autem filium bonum Simonis qui remanet, significari potest spiritus boni prælati qui nõ moritur, sed à Deo magnificè præmiatur.

& bellorum eius, & bonorum virtutum quibus fortiter ges- 1
sit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum e- 2
ius. ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex 3 4
quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum. 5

Finit liber primus Machabæorum habens versus duo milia trecentos.

A e iam in sue am carnem cogerentur attingere. Igitur Antiochum adiutorem sibi aduocant Spondium cognominatum, qui cùm prompta eis voluntate paruisset, ab Aristobolo & Antigono superatur, & ille quidem ad Scytopolim vsque persequentibus commemoratis fratribus effugit. Hi verò in Samariam reuersi, & multitudinem intra mutū iterum compellunt, & expugnata ciuitate ipsámque diruunt, & habitatores captos abducunt. Prosperè autem gestis ita cedentibus alacritatem refrigescere nō finebant, sed cum exercitu Scytopolim vsque processi & ipsam percusserunt, & agros intra Carmelum omnes inter se partiti sunt. Secundarum rerum Ioannis & filiorum eius inuidia seditionem Gentium concitauit, multique aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperto bello deuicti sunt.

Ioānes moritur & eius laus.

Reliquum verò tempus Ioannis cum fortunatissimè viueret, & optimè res per annos. 33. administrasset, quinque relictis liberis moritur vir planè beatissimus. & qui nullā dedisset occasionem cur eius causa de fortuna quispiam quereretur. B Denique tria vel præcipua maximè solus habebat. Nam & gentis princeps & Pontifex erat, & præterea propheta cum quo Deus colloquebatur, vt futurorum nihil penitus ignoraret: quia etiam de duobus maioribus filiis suis ꝙ rerum domini permansuri non essent ante vidit atque prædixit.

Iosephus li. 13. antiq. c. 17.

Tenuit autem ipsum pontificatum post patris obitum (secundum Chronicorum fidem) annis 26. Pater autem eius Simon ante Pōtifex fuit annis 8. Ante quem Ionathas frater eius. 18. Iudas quoq; frater Ionathæ & Simonis tribus tantum annis pontificatum habuit, licet bella plura cum ducibus regum Syriæ ante gesserit.

Aristobolus rex factus. Iosephus lib. 13. c. 18. & 19.

Post Ioannē quippe Aristobolus filius eius pōtificatum apud Iudæos accepit, qui & rex pariter fieri volens diadematis sumpsit insigne post quadringentos octogintaquatuor annos Babylonicæ captiuitatis. Hic Antigonum fratrē suum dolo interfecit, & vno anno in regno expleto miserabili morte fratricida vitam finiuit. Cui successit frater eius Anneus qui & Alexander in regnum, quod tenuit 27. annis tam crudeliter, vt etiā irritata plebe sibi quærenti ab his, quidnam faciens animos sibi plebis reconciliaret: responsum est, si moreretur. Vix enim forte cum mortuo tam grauia perpessi in gratiam reuerteretur, vt odia aduersus defunctū deponerent. Quibus excitatus rebellandiq; assuetudine multis necatis reliquos coegit in vrbem, cui nomen Beselel: cui expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit, tam sæuo crudelitatis processu, vt ex eo numero octogintos in medio ciuitatis crucifigeret.

Iosephus lib. 13. antiq. c. 20.

Quorum in conspectu cōiuges eorum filiósque iugulari iussit. Hæc spectabat accubans in medio concubinarum lætus inter vina & pocula: sed magis sanguine quam vino inebriatus. Hoc solo facto, amplius populum quam bello C terruit, ita vt proxima nocte Iudæorum. 8. milia vltra Iudeā descenderent, quibus fugæ finis mors Alexandri foret.

Alexandra. Pompeius Ierusalem venit.

Eo mortuo Alexādra vxor eius quæ & Salima cognominata est regnauit Ierosolymis annis 9. Dehinc duobus fratribus filiis Alexandri Hyrcano & Aristobolo de imperio dimicantibus, occasionē habuere Romani vt Iudæā inuaderent. Itaq; Pompeius Hyrcano inuitante Ierosolymā venit, capta vrbe & tēplo reserato vsq; in sanctasanctorū, accessit.

Iosephus lib. 14. antiq. c. 8.

Aristobolum iuniorē fratrem suum secum ducit, pontificatum verò confirmat Hyrcano, atque Antipatrum Herodis Ascalonitæ filiū procuratorem Palestinæ facit. Sicque Hyrcanus animo deses adiuuante Antipatro prædicto

Herodes Ascalonita

procuratore tenuit pontificatum annis 34. Postea autē Antipatro per venenum in conuiuio necato. Herodes filius eius successit in regnum, qui etiam Hyrcanum interfecit. Hinc etiam Herodes prædicti Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius à Romanis Iudæorum suscepit principatū, cuius tempore Christi natiuitate vicina regnū & sacerdotium Iudeæ quod prius per successiones minorū tenebatur, destructum est, cōpleta prophetia quæ ita per Moysen loquitur. *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.*

Gen. 49. b.

In hoc loco etiā Christus quem Danielis scriptura præfatur accipit finem. Nam vsque ad Herodē Christi, id est, sacerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt a. 65. olympiade: & ab instauratione templi sub Dario vsq; ad

D ad Hyrcanum, & centesimam & octogesimam sextam Olympiadem, annis quadringentis octoginta tribus in medio transactis, quos Daniel quoque signat dicens. *Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Ierusalem vsque ad Christi principatum hebdomades. 7. & hebdomades. 62.*

Dan. 9. g.

Quæ 69. hebdomadæ faciunt annos quadringētos octoginta tres, in quibus Christi, id est, sacerdotes per vnctionē consecrati regnauerunt vsq; ad Hyrcanū, quo extremo omnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentē Iudæam ab Augusto & senatu accepit: filiique eius post eū regnauerunt vsque ad nouissimā captiuitatē Ierosolymorū nequaquam ex successione sacerdotalis generis pontificibus cōstitutis, neque perpetuitate vitæ secundum legē Moysi seruientibus Deo. Ignobiles verò quidā & alio tempore alij & nōnulli vnius anni siue modico amplius à Romanis imperatoribus sacerdotiū emebant. Quæ omnia etiā Daniel propheta vaticinatur ita dicens. *Et post hebdomadas septem & septuaginta duas interibit Chrisma, & iudicium non erit in eo, & templum sanctum corrūpet populus duce veniente, & cædentur in catachlismo belli.* E Et in sequentibus. *Et super tēplum, inquit, & abominatio desolationum & vsque ad consummationē temporis consummatio dabitur super desolationem.*

Ibidem.

Herodes Ananelū quendam de Babylone accitum pontificem constituit Iudæorum & post exiguum temporis Aristobolum fratrem vxoris suæ nepotē Hyrcani successorem ei dedit. Quo post annum interfecto rursum Ananelo reddidit sacerdotium. Nec iam fuit successio legalis in sacerdotium, sed fine ipsius legis & sacerdotij appropinquante confusa erāt omnia. Hic autem Herodes strenuus fuit in actibus belli, & in gubernatione regni, atque in restauratione ædificiorum: sed infœlicissimis ac crudelissimis moribus. Apud Ierosolymam multas & magnas ædes construxit: Samariam olim in cineribus sedentem à fundamentis suscitans in honorem Augusti, Augustam. Id est, Sebasten appellauit, & in Pamide id templū quod Pamon vocatur extruxit. Cæsareā autem in nomine Cæsaris condidit, quæ prius turris Strationis vocabatur. Condidit præterea Antidanā & Antipatridā atque Herodianā in honorem patris Antipatri & suū extruxit. Innumerabilia quoque opera in singulis vrbibus quas regebat solertissimè ædificauit. Sed inter hæc Hyrcanum qui olim sacerdos Iudæorum fuerat, de captiuitate Parthica regressum, & filium eius qui sacerdotio patri successerat interfecit. Sororem quoque eius vxorem suam cum duobus filiis propriis iam adolescentibus, & matrē vxoris occisæ socrum suam crudelissimè necauit. Siquidem ipse Herodes ne ignobilis fortè & à Iudæorum semine argueretur extraneus, cōbussit libros omnes quibus nobilitas gentis Iudææ in templo seruabatur ascripta, vt deficiētibus probamentis & ipse ad hanc pertinere putaretur. F Insuper etiam vt suā sobolem regio illorum generi cōmisceret proiecta Doside fœmina Ierosolymitana quam priuatus acceperat vxorē, & nato ex ea filio Antipatro, sociat sibi Mariannā filiam Alexandri neptē Aristoboli fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat genti Iudæorū. Hæc quinque filios ei genuit: quorū duos Alexādrum & Aristobolū ipse necauit in Samaria, nec mora, post etiā matrem illorum qua nil charius nouerat, simili scelere peremit. E quibus Aristobolus Herodem ex Beronice susceperat filium, quem in actibus apostolorū ab angelo percussum legimus. Nec non ad ea quæ suprà crudeliter gesserat, etiam hoc addidit, vt virum sororis suæ Salome interficeret. Et cum eam alij tradidisset vxorem etiam hunc necauit. Scribas quoque & interpretes diuinæ legis simili scelere occidit.

Matt. 2.

Cum autem Christi domini nostri natiuitatem, qui in anno 32. regni eius in Bethleem natus est Magorum iudicio cognouisset, vniuersos paruulos iussit interfici. Sed postquam regni sui. 37. annum expleuerat, morbo intercutaneo & scaturientibus toto corpore vermibus, miserabiliter dignè moritur. Qualiter autem de fine Herodis Iosephus narret, non incōgruum videtur huic opusculo nostro inserere: qui hoc modo refert. Nam febris quidem nō mediocris erat, prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis superficiē, assiduis autē vexabatur colli tormentis, pedésque tanquam ex intercutis aquæ vicio tumuerant, quin etiam inflatio ventriculi putredoq; testiculorum

Iosephus li. antiq. 17. c. 8.

NICOLAVS DE LYRA

1 Et bellorum eius. *Quibus defendit eum.*

2 Et bonorum vir, quibus, &c. *Inter quas fuit victoria notabilis [illegible] habuit de Hyrcanis, ex qua cognominatus est Hyrcanus.*

[illegible] *sanctificatione.*

4 Et rerum ge. eius. *Quæ fuerunt mirabiles & multæ, vnde dicit Iosephus lib. 13. quod ipse habuit spiritum prophetiæ.*

5 Ecce hæc scrip. sunt in li. dierum, sacerdotij eius. *Hunc autē librum non habemus, sicut nec plures alios de quibus fit mentio in libris Regum & Paralipomenon.*

NICO

testiculorum vermiculos generans, ac præterea creber anhelitus A & interrupta eum suspiria, membrorúmq; omnium contractio fatigabat, vt qui hæc ad diuinitatem referrent pœnas eas esse dicerent Sophistarum. Ille autem quamuis cum tot viciorum cruciatibus luctaretur, vitæ tamen cupidus erat, & remediis excogitatis salutem sperabat. Denique Iordanem transgressus apud † Callioram aquis calidis vtebatur, quæ in lacum feracem bituminis qui Asphalditis vocatur effluētes, pro dulcedine potiti sunt.

† Collyram

Ibi autem corpus eius quod medicis oleo calidiore foueri placuerat, in arcā plenam demersum ita dissolutum est, vt etiam lumina quasi mortuus resoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant, ad clamorem quidem illorum respicere visus est. Desperata verò salute & militibus quinquagenas drachmas multámque pecuniam rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cum autem rediens ad Ierechonta venisset atra iam bili correptus, & ipse pene morti immutabatur, factum nefarium excogitauit: collectos enim cuiusque vici ex omni Iudæa nobiliores in locum cui nomen est Yppodromo concludi præcepit. Deinde sorore Salome: & † Alexandro marito eius ad se vocatis: Scio inquit mortem meam festis gaudiis celebraturos esse Iudæos: verū per alios lugeri potero: & clarissimos honores assequi sepulturæ, si quæ ipse præcipio feceritis.

† alexam

B Hos viros qui habentur in custodia cum animam efflauero, statim militibus circundatos occidite, vt etiā † inuisa mihi omnis Iudæa, omnisq; domus illachrymet, & simul his mandatis legatorum quos Romam miserat epistolæ sunt allatæ, quibus Acinem ancillam iussu Cæsaris interemptam, & Antipatrum morte damnatam esse indicabatur.

† Inuita

Quin & si pater eum in exiliū dare mallet, idq; permisisse Cæsarem scriptum erat. Herodes autem paululum hoc nuncio recreatus, rursúmque doloribus victus, nam inedia tussisq; pariter violentia distendebatur, flatum præueniri conatus est. Sumptóque malo etiam cultellum poposcit, sectum enim comedere consueuerat. Deinde circunspecto ne quis arbiter impediret, tanquam se percussurus dextrā sustulit. Cū verò † Adabus consobrinus eius accurrisset & manum continuisset, vlulatus maximus in regia statim, quasi rex esset mortuus, excitatus est.

† à Ariabus

Eóque propere audito Antipater fiduciam repetit, lætúsque iam custodes promissa etiā pecunia rogabat, vt se soluerent, atque dimitterent. Quod eorū princeps non solum ne fieret obstitit, sed etiam regi velociter nunciauit. Ille autem fortius exclamans, quam vires ægrotantis valebant continuò satellitibus missis occidit Antipatrū, mortuúmque sepelire præcepit in Hircania.

Mors Herodis.

Deinde rursum corrigit testamentum, & successorē quidem Archelaum natu maximum Antipatri fratrē scribit, tetrarchā verò Antipam. Post interitum autem filij. 5. diebus exactis moritur, annos quidem 34. ex quo interfecit Antigonum regno potius 30. verò & 7. postquam rex à Romanis declaratus est. Anno itaque Imperij Augusti 47. mortuus est, pro quo substitutus ab Augusto filius eius Archelaus regnauit annis 9. id est, vsque ad ipsius Augusti finem. C Tunc enim non ferentibus vltra, sed accusantibus apud Augustum, ferocitatem eius Iudæis: in Viennam vrbem Galliæ relegatur, & ad minuendam Iudaici regni potētiam insolentiámque domandam quatuor fratres pro eo sunt tetrarchę creati Herodes Antipater, Lysias, & Philippus. Quorum Philippus & Herodes qui Antipas prius nuncupabatur, etiā viuente Archelao, tetrarchæ fuerant ordinati. Post Archelaū verò Herodes tetrarcha Iudææ gentis tenuit principatum, annis 24. Cui Tyberius Imperator hanc dederat potestatem. Cuius anno 12. Pilatus Iudeę procurator ab eodem dirigitur, atque inibi per 10. annos continuos vsque ad ipsum penè finem Tyberij perdurauit. Anno autē 15. Tyberij Cæsaris similiter & regni Herodis 15. (vt historiæ produnt) Ioannes filius Zachariæ in deserto iuxta Iordanem fluuiū prædicans, Christum filium Dei in medio eorū adesse testatur: quem prædictus Herodes Herodia vxore Philippi fratris sui suadente in conuiuio ob saltatricis puellæ petitionem decollare iussit, sicut sacrum Euangeliū manifestè demonstrat.

Herodes Agrippa. Ioan. 1. d. Matt. 14. a.

Ipse quoq; dominus Iesus Christus hinc in populo salutarē viā annunciat, signis atque virtutibus vera comprobans esse quæ diceret. Similiter & octauodecimo anno vtriusque principatus Iesus Christus (secundum prophetias quę de eo fuerant prelocutæ) ad passionē venit. Vbi huic Herodi per Pilati missos præsentatus non fide receptus, sed per fastum mundanū spretus indutus veste alba, iterum remissus est ad Pilatum, à quo per militū officiū crucifixus, tertia die resurrexit à mortuis.

Luc. 23. a.

Refert autem diuina scriptura initium Euangelicæ prædicationis anno 15. Tyberij Cæsaris inchoasse, & ipsum Iesum omne doctrinæ suæ tempus exegisse sub pontificibus, Anna & Caipha, quo scilicet Annæ Pontificatus tempore incipiente docere cœperat, & vsque ad initiū Caiphæ

D Caiphæ pertenderat. In quibus spaciis vix toti quatuor concluduntur anni. Legalibus porrò præceptis iam per illud tempus & ambitione cessantibus, nulli quippe Pontificatus honor vitę vel generis merito reddebatur, sed Romana potestate aliis nunc, itē aliis summa sacerdotij præstabatur, ita vt annuis successionibus mutarentur. Denique iam idem Iosephus refert quatuor per ordinem vsque ad Caipham Pontificatus officio post Annam esse perfunctus, his verbis scribens: Valerius Gracchus Anna sacerdotio deturpato Ismaelem Pontificem designauit filium Bassi, sed & hunc non multo post abiiciens Eleazarum Ananiam Pontificis filium Pontificatui subrogauit.

Iosephus. Vallerius Graccus.

Post annum verò etiam hunc arcet officio & Simoni cuidam Canisi filio Pontificatus tradidit ministerium. Quo non amplius & ipse quàm vnius anni spacio perfunctus, Iosephum aliàs Iosippum cui & Caiphas nomen fuit accepit successorem, ac per hoc omne tempus quod dominus & saluator noster in terris docuisse describitur, intra quadriennij temporis spacia coarctatur: In quo quatuor (istæ quas Iosephus memorat) successiones Pontificum describuntur vix per annos singulos ministrare. Qualiter autem Herodes tetrarcha regnum amiserit, Iosephus prodit dicens: Accusator Herodis tetrarchæ Agrippa filius Aristoboli quem pater Herodis interfecit, ad Tyberium venit. E Illo autem non suscipiente accusationem residens Romæ, ad aliquorum quidem potentium noticias ambiebat. Maximis autem colebat officiis Germanici filium Gaium, cùm adhuc esset priuatus: & quodam die inter copiosum epularum apparatum, quibus apud eundem edebatur, ad vltimum extensis manibus apertè cœpit Deum precari celeriter: illum mortuo Tyberio dominum cunctorum videre. Hoc cum quidam de familiaribus eius Tyberio nunciasset, statim concludi iussit Agrippam. Qui sub grandi ærumna vsque ad mortem Tyberij in carcere per menses sex tenebatur. Sed defuncto eo post regnum annorum 22. dierum trium succedens in imperium Gaius Cæsar, absoluit Agrippam à vinculis & Tetrarchiam Philippi (iam enim iste decesserat) ei tradidit, regémque appellauit. Cúmque venisset in regnum Agrippa, Herodis tetrarchæ cupiditates per inuidiam suscitauit. Irritabat autem eū maximè in spem regni Herodias vxor exprobrans ei concordiam & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæsarem nauigare careret potestate maiore, nam cùm Agrippam ex priuato regem fecisset quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes venit ad Gaium, à quo ob auaritiam vehementer increpatus ad Hispaniam fugit. Secutus quippe fuerat accusator Agrippa, cui etiam tetrarchiam illius Gaius adiicit. Atque in Herode quippe in Hispania peregrinante secum etiam vxore Herodiade decessit. Pontius autem Pilatus præses eodem anno quo Saluator passus est, secretò noctis imagines Cæsaris in templo statuit, vt Iosephus tradit. Et hæc primæ seditionis & turbarum Iudæis causa extitit. F Postea verò sacrum thesaurum quem Corbanam Iudæi vocant in aquæ ductū Ierosolymorū expēdens secundę seditionis præbuit semina. Sed cū de Christianorū dogmate idem Pilatus ad Tyberiū referret, & de ipsius redemptoris gestis passione ac resurrectione aliqua memoraret, Tyberius retulit ad Senatum, vt inter sacra cætera reciperentur. Verum cum ex consulto patrum Christianos eliminari vrbe placuisset, Tyberius per edictum, accusatoribus Christianorum comminatus est mortem. Scribit Tertullianus in apologetico multos senatorum & equitum Romanorum ab eodem interfectos.

Tertullian.

Igitur Iudæos pro commisso scelere vitio diuina damnabat. Sed & ipse Pilatus: qui in Saluatorem iniqui iudicis functus officio est, iisdem temporibus Gaij tantis & talibus malorum cladibus cruciatus est, vt à propria se manu transuerberasse, & nefariam vitam vi abiecisse referatur. Nec enim poterat tanti piaculi minister impunitus euadere; sicut in historiis Græcorum inuenimus, eorum duntaxat qui olympiades scribunt, & annales rerum gestarum libros ad posteritatis memoriam condunt. Agrippa autem & qui Herodes filius Aristoboli post interfectionem Iacobi filij Zebedei Petrum Apost. misit in carcerem, & persecutionem credentibus in Christum excitauit, sed non impunitus euasit, sicut Lucas in actibus apo. manifestat, & Iosephus in 18. lib. antiquitatum commemorat: qui de eodem refert hoc modo.

Actu. 12. a. Iosephus li. antiq. 18 c. 7.

Tertium inquit annum Imperij Iudææ totius expleuerat, cum fortè Cæsaream quæ prius turris Strationis vocabatur aduenit, vbi cum in honorem Cæsaris spectacula ciuibus erexit votiuo vt videbatur salutis Cæsaris die. Cúmque illuc totius prouinciæ viri honore & facultatibus prædicti conuenissent, secundo spectaculorū die indutus veste fulgenti ex auro argentóque mirabiliter contexta, incipiente die procedit ad theatrum, vbi cum primò solis radios argen-

teæ vestis gremio suscepisset, repercusso splendore duplicatam spectantibus lucem, fulgor metalli vibrantis effudit. vt immanibus perstringeret aciem terror aspectus : & hoc plus aliquid de eo quam humanæ naturæ est artifex arrogantia mentiretur. Iliteo adulantis vulgi concrepant voces honorem sonantes, sed exitium conferentes, & hinc atque inde ab eis conclamantibus Deus appellaretur: vrsque fieret propicius suppliciter exoratur, dicentibus populis quòd nunc vsque vt hominem te tenuimus, sed ex hoc iam supra humanam te esse naturam fatemur. Sed rex acclamationem contra Fas habitam non repressit, nec impietatem illicitæ adulationis exhorruit, donec respiciens paulo post imminentem atque insistentem capiti suo videret angelum, eumque sensit continuo exitij sui ministrum, quem prius non nouerat proniorem honorum. Et ecce repente cruciatus eum ex dolore incredibili ventris atque inflatione corripuit. Respiciénsque ad amicos. En inquit ille ego Deus vester, Ecce propellor confestim & deturbor ex vita, quoniam quidam diuina virtus nuper collatas in me falsas arguit voces, & qui modo dicebar immortalis à vobis præceps iamiámque rapior in mortem. Sed suscipienda est sententia; quam Deus statuit. Nam & viximus haud contemnendi & longæuitatem quæ beata putabatur, expleuimus. Et cum hæc dixisset, vi doloris vehementius agitatus instanter ad palatium reportatur. Cúmque diuulgatum esset eum propediem moriturum, ingens multitudo totius ætatis & sexus conueniens, more patrio supercilia strati omnipotenti Deo pro regis incolumitate supplicabant. Omnis autem domus regia planctibus & gemitibus personabat. Cum interim rex ipse in excelso solario recubans, & deorsum respiciens ac pronos prostratósque omnes cum fletibus præuidens, nec ipse quidem temperabat à lachrymis: verum continuis quinque diebus ventris doloribus cruciatus, vitam violenter abrupit, quinquagesimum ætatis & quartum agens annum, regni verò septimum. Quatuor etenim sub Gaio Cæsare annis regnauerat, Philippi Tetrarchiam tribus annis obtinens, quarto autem etiam Herodis sibi adiungens, tribus autem reliquis annis sub Claudio Cæsare exactis. Post Agrippam patrem regnum Iudææ tenentem annis septem, filius eius Agrippa à Claudio substituitur in regnum quod tenuit annis 26. hoc est vsque ad secundum annum Vespasiani,
C quando vrbis excidium factum est. Qualiter autem Iosephus de hoc narret, hoc in loco ponendum esse censemus. Claudius, inquit, Agrippam filium Agrippæ Iudæorum regem constituit, Felicem verò totius prouinciæ Samariæ quoque & Galileæ, & regionis quæ dicitur trans Iordanem, procuratorem misit. Et post pauca addidit hæc etiam. Inflammatur autem & seditio acerbissima à pontificibus aduersum sacerdotes & primos plebis Ierosolymorum; Quorum singuli conquerentes sibimet perditorum iuuenum & nouis rebus gaudentium manus, duces semetipsos propriæ factionis instituebant. Qui confligentes ad inuicem, primò conuitiis lacessere: Tum deinde & saxis inuicem sternere, nec quisquam erat qui coerceret, sed agebantur omnia tanquam in vrbe non habente rectorem. Igitur pontifices in tantam venêre penuriam, vt seruis suis ad areas missis, inuaderent decimas quæ sacerdotibus debebantur, & accidebat, vt nonnulli ex minoribus sacerdotibus, quorum alimoniæ direptæ vi fuerant inedia deperirent, ita seditionum violentia ius fásque confuderat. Item post pauca subiungit etiam hæc. Nonnunquam autem etiam in media ciuitate occurrentes sibi, trucidabant, præcipuè in diebus festi ficarij plebibus admixiti, occultaris pugionibus D oberrantes, vt quisque designatus eis si cominus incederet eum perimebant, & arte nefaria cum corruisset is quem occulto vulnere strauerant, tumidè ipsi percussores velut indignari se simulabant, aduersus eos qui hæc in media vrbe committerent, atque hoc modo occulta eorum facinora permanebant & primum omnium ab his Ionathas pontifex interficitur. Post illum quam plurimi iugulantur, ita vt iam ipsis mortibus esset grauior metus mortis, dum vnusquisque quasi in procinctu semper positus, per momenta singula speraret interfici. Cum autem Claudius annis 14. in imperio expletis mensibus septem, diebus 28. defunctus est, Nero accepit imperium quod tenuit annis 14. mensibus 7. & diebus 28. Huius secundo anno Festus Iudææ procurator successit Felici, à quo Paulus Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia. Post hoc ad prædicandum dimittitur, nec dum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant Historiæ. Iacobus frater domini cum 30. annis Ierosolymorum rexisset ecclesiam, septimo Neronis anno lapidatur à Iudæis, vindicantibus in illo, quòd Paulum interficere nequiuerunt. Festo magistratui Iudææ successit Albinus, Albino Florus, cuius luxuriam & auaritiam, cæteráque flagitia non ferentes Iudæi contra Romanos rebellauerunt. Ad- E
uersum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas vrbes Iudææ cepit. Primus Nero super omnia scelera sua etiam Christianos persequitur. Quorum eximios Romæ Petrum cruce, Paulum occidit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britanniam penè amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atque euersa sunt. Denique Nero cum à senatu quæreretur ad pœnam è palatio fugiens ad quartum vrbis miliarium in suburbano libertini sui inter Salariam & Numentanam viam semetinterfecit anno ætatis 32. atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. Post Neronem verò Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt. Galba. 7. mense imperij sui in medio Romanæ vrbis foro capite truncatur. Vespasianus duobus præliis superatos Iudæos ad muros compulit. Otho tertio regni sui mense apud Vitriacum, alias Venatium propria manu occubuit. Vitellius à Vespasiani ducibus occisus in Tyberim proiicitur. Romanorum septimus regnauit Vespasianus annis 8. mensibus 11. diebus 22. Iosephus.
Qui apud Iudæos imperator, ab exercitu appellatus, & bellum Tito filio commendans Romam per Alexandriam profiscitur. Cuius secundo anno Titus Iudæa capta & Ierosolymis subuersis sexcenta milia virorum interfecit. Iosephus verò sciens affirmat sexcenta milia virorum gladio & fame F
periisse, & alia centum milia captiuorum publicè venundata. Vt autem tanta multitudo Ierosolymis reperiretur, causam Azymorum fuisse refert. Ob quæ ex omni gente Iudæi ad templum confluentes, vrbe quasi carcere sunt reclusi. Oportebat enim in iisdem diebus Paschæ eos interfici: in quibus Saluatorem crucifixerant. Colligitur autem omne tempus in similem annum Vespasiani & nouissimam Ierosolymorum euersionem à quintodecimo anno Tyberij Cæsaris & ab exordio Euangelicæ prædicationis anni 42. A captiuitate autem quam ab Antiocho perpessi sunt, anni 238. Porrò à Darij secundo anno sub quo rursum templum ædificatum est, anni quingenti nonaginta. A prima autem ædificatione templi sub Salomone vsque ad nouissimam eius ruinam quæ sub Vespasiano facta est an. mil. cent. 2.

Incipit

Neronis imperium. Act. 25. a. & 29. a.

Galba. Vespasianus. Otho. Vitellius.

Iosephus de Agrip.

A *Incipit Secundus liber Machabæorum.*

Rabanus. SEcundus liber historiæ Machabæorum licet breuior sit priori eiusdem operis libro in historica narratione, antiquiora tamen quodam modo replicat tempora, excepto quod ille Alexandri magni Macedonis in principio sui facit breuem commemorationem. Nam & Seleuci regis cognomento Nicanoris in Iudæos commemorat iste beneficia, quem historia antiquitatum Iosephi & chronicon Eusebij

CAP. I.

a FRatribus qui sunt per Aegyp. ✠ COMESTOR. Secundus liber Machabæorum non est historiæ prosecutio, sed prosecutæ recapitulatio. Est enim epistola quam scribit Iudas Machabæus, & Senatus Iudæorum Hierosolymitanorum, dispersioni Iudæorum, quæ exulabat in diuersis regionibus, maximè in Ægypto, in qua insinuant eis duas solennitates recenter
B institutas, vt eas obseruarent.

✠ RVPERTVS. In primis dicendum, cur Iudæi, vel ex quo tunc essent per Ægyptum, ad quos sic incipit prologus. *Fratribus qui sunt per Aegyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Hierosolymis Iudæi, &c.* Filius pontificis Onyę, & ipse Onyas dictus, videns quod rex Antiochus patrem suum Menelaum interfecisset, & principatum sacerdotij dedisset Alchimo, non existente de genere sacerdotum, fugit ad Ptolemęũ regem Ægypti, & locum petiit in Heliopolitana regione, vbi simile Hierosolymorum ædificaret templum. Hac occasione infinita examina Iudæorum ad Ægyptum confugerunt. Asserebat enim Onyas se Esaiæ implere vaticiniũ. *Erit altare Domino in medio terræ Aegypti.* Rursus Ptolemæus filius Lagi multos captiuos à montanis Iudææ trahens ad Ægyptum commigrauit, &c. Textus autẽ huius literæ demõstrat, quia fratribus qui erãt per Aegyptum, non tantum semel, sed bis scripserunt fratres Iudæi qui erant Hierosolymis: & inter vtrúmque scriptum tempus interfuit fermè decem & octo annorum. Simul & hoc sciendum quia regnante Demetrio, annus centesimus & sexagesimus nonus, quo primùm scripserũt, quartus idémque vltimus fuit principatus Ionathæ fratris Iudæ. Annus autem centesimus octogesimus octauus quando secundò scripserunt, annus fuit vndecimus post mortem Simonis fratris eiusdem Ionathæ ac Iudæ. His ita se habẽtibus, claret quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu gratulantur, narrantes qualiter in Persida ceciderit, quod videlicet fuerit Antiochus filius Demetrij, qui & persecutus est Tryphonẽ impiũ, sed & Iudæos in multis afflixit, & Simone adhuc viuente, & post Simonẽ filio eius Hyrcano principatũ habente.

Demetrius hic sub quo se orasse pro Iudæis in Aegypto constitutis Ierosolymitæ commemorant, ipse est qui post Antiochum Eupatorem Asiæ & Syriæ regnauit, qui & ipse cognominatus est Sother, hoc est Saluator. In hunc enim annorum numerus qui computatus est, hoc est cẽtesimus sexagesim⁹ nonus de currit. Nam Antiochus Epiphanes qui post centesimum tricesimumseptimum annum regni Græcorum cœpit regnare: regnauit annis vndecim, Antiochus Eupator annis duobus, & Demetrius Sother annis duodecim: qui sunt anni à principio regni Seleuci Nicanoris regis Syriæ, à quo regni Græcorum cõputatur tẽpora vsque ad finẽ Demetrij, centum sexaginta duo. Quibus si adiiciantur anni septem de regno Alexandri qui ignobilis & vitiosus indignúsque regia dignitate à Põpeio Trogo describitur: sed tamen regnũ tenuisse narratur annis decẽ, fiunt centũ sexagintanouẽ. Dicamus & aliter. Primus post Alexãdrũ Asię regnauit Antigonus annis decẽ & octo, post quẽ Demetrius qui & Poliaretas regnauit 17. annis. Hic Demetrius 17. anno regni sui semetipsum Seleuco tradidit, & coniuncta est Asia regno Syriæ anno Seleuci Nicanoris 28. Si ergo cœperimus cõputare nunc seriẽ annorũ à primo anno regni Antigoni, iqui regnauit in Asia annis septẽ antequã Seleucus in Syria regnare cœpisset prępo-
C nentes eosdẽ septẽ annos regni Seleuci, & eo modo cõputum annorũ regnum Syriæ vsque ad nouissimũ annũ Demetrij Sotheris perduxerimus, summa prioris numeri tota ibi inuenitur. Sed mirũ quomodo in sequẽtib⁹ dicatur Iudas cẽtesimo octagesimo octauo cũ senatu Aristobolo magistro Ptolemæi regis dixisse salutẽ, & mãdasse de purificatione tẽpli, quã ipsi facturi erãt quinta & vicesima die mensis Casleu, cum Iudas in priori libro suprà dicto Deme-

Rabanus.

Lib. 10. de victoria verbi. cap. 5.

Ibidem c. 6.

Isa. 19.

Diuisio

Postilla Nicolai de Lyra super secundum librum Machabæorum incipit.

CAP. I.

✠ FRatribus, &c. *Liber iste secundus Machabæorum quadam est abbreuiatio cuiusdam magni voluminis à Iasone Cyrenæo conscripti habentis 5. libros partiales, in quibus facta Iudæ Machabæi & sociorum eius diffusè tractantur, sed in hoc libro ponuntur breuiter & succinctè, vt patet in fine capituli secundi, vt qui propter paupertatem prædictum volumen magnum comparare non possent vel propter eius prolixitatem attædiati essent, legere istud compendium possent habere de facili & sine tædio percurrere legendo. Fuit autem compilatio hæc facta tempore Demetrij secundi, vt magis videbitur infrà. Et missa Iudæis habitantibus in Aegypto ab illis qui erant in Iudæa. Qui cum hoc in huius libri præfatione, rogauerunt eos aliquas solennitates suscipere, quas ab eis fuerant rationabiliter institutæ. Igitur iste liber in duas partes diuiditur scilicet in prologum & tractatum, qui incipit 3. ca. In prima verò parte ponitur inuitatio ad obseruantiã duplicis festi. Secundò breuiter tangitur materia huius libri, ca. se. ibi.* De Iuda verò Machab. *Circa primum primò scribentes captant illorum quibus scribunt beneuolentiam. Secundò inuitant eos ad festi duplicis obseruantiam, ibi.* Regnante Deme. *Tertiò suam inferunt intentionem, ibi.* Facturi igitur. *Circa primum captant dupliciter eorum beneuolentiam scilicet eos amicabiliter salutando & de eis humiliter exorãdo, ibi.* Bene faciat vobis. *Circa primũ dicitur.*

1 Fratribus, &c. *Quod est nomen amicabile: nam frater dicitur quasi fere alter ipse. Et vocãt eos fratres, eo quod erant de eadem gente, & sub eadem lege.*

2 Qui sunt per Aegyp. Iudæis. *Scilicet dispersis. Ptolemæus enim Lagi filius qui post Alexandrum magnum primus regnauit in Aegypto, sicut suprà dictum est in primi libri principio multos Iudæos captiuauit quorum aliquos Ptolemæus Philadelphus ei succedens relaxauit in fauorem Lxx. interpretum qui sibi libros Moysi: & secundum aliquos totum vetus testamentum transtulerunt de Hebræo in Græcum, multi tamen in Aegypto remanserunt, & procedente tempore acquisierunt bona temporalia, & per prolis procreationem multiplicati sunt, quibus Iudæi manentes in Iudæa scripserunt. Ideo subditur.*

3 Salutem dicunt, &c. *Et pacem bonam, nam bona guerra eligibilior est pace mala.*

✠ Benefaciat.

MORALITER.

✠ 1 *Fratribus qui sunt, &c.* Hic ponitur quædam præfatio huius secundi libri, & durat vsque ad tertium capitulum exclusiuè. Hæc autem præfatio est quædam epistola à Iudæis habitantibus in Ierusalem & Iudæa ad eos qui habitabant in Aegypto

MORA-

MORALITER autem per Iudæos habitantes in Aegypto, quæ tenebræ interpretatur, significantur catholici qui sunt simpliciter laici carentes lumine scripturarum. Per habitantes autem in Ierusalem & Iudæa, vbi viguit cognitio prophetica, significantur clerici in sacra pagina literati, à quibus laici salutantur cùm ad eos prædicatores mittuntur, pacem & salutem gloriæ fideliter nunciantes.

dicto Demetrio legitur multo ante esse defunctus. Siquidē sexto anno Demetrij idē secundum chronicorū fidem inuenitur occisus. Sed quia incerti sunt ipsi autores librorum, non absurde videntur in computatione temporum discrepare. Maxime cum in legalibus, libris Septuaginta interpretum editio, cum Hebraica veritate in computo annorum multum discordet.

Lib. 10. de vict. verb. c. 21.

a *Benefaciat vobis Deus, &c.* ✠ RVPERTVS. Nunc appendēdum qualis ista salutatio sit. Quomodo debuit fraterna charitas, ita faluauit, & imprecata est fratribus suis Iudæis, quorū vtique cor non fuerat adapertum in lege. Si enim adapertū habuissent, nequaquā fecissent quod erat contra legem & præceptum Domini, vt ædificarēt templum & altare in terra Aegypti, clauso corde & auribus malè apertis ad illā Isaiæ prophetiam: *Et erit altare Domini in medio terræ Aegypti.* Hoc namq; faciendo, præuaricatores se cōstituerant legis & præceptorum Domini. secundum hanc prophetiam Danielis: *Filij præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionem & corruant.* Idcirco dicunt. *Et reconcilietur vobis, &c.* Subaudiendum, quia præuaricatores, vel filij præuaricatorum estis, habendo templum in terra Aegypti.

Isa. 19.

Dan. 13.

Lib. 10. de vict. verb. c. 12.

✠ IDEM. Præmisso exordio, quo beneuolentia quæritur fratrum, sequitur narratio.

b *Regnante Demetrio, &c.* Iam dictum est, quia ille annus 169. quartus idémque vltimus erat principatus Ionathæ, quando iā renouatum erat templum, atque emundatum à contaminatione, atque defensum ab impio Nicanore, qui rursus illud contaminare voluerat. Blasphemo itaque Nicanore peremptо, & Deo cœli collaudato, qui locum suum immaculatum seruauit, habitóque cōmuni cōsilio ac decreto, vt nullo modo dies illa absq; anima celebritate pertranseat. *Nos*, inquiunt, *scripsimus vobis.* Qui & ipsi debetis esse Iudæi, non solum gente, sed fide Abrahæ atque fidelis Dauid, ad quos repromissio facta & confirmata est in loco quem elegit Deus, hoc est, Hierosolymis. *Scripsimus* (inquam) *vobis, in tribulatione & impetu, &c.* Quæ fuit illa tribulatio & impetus? *Ex quo recessit Iason, &c.* Hoc fuit initium idolorum, quod Iason impius, & non sacerdos, sed ab impio rege, fratri Oniæ contra fas superpositus, à sancta terra recessit, primùm mente, deinde etiā corpore inuitus & profugus. Cùm enim illi ambienti, & pecunias promittenti rex annuisset, & obtinuisset principatum statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit. Deinde cùm in malis proficiens, multas ciuium strages dedisset, finem insidiarum suarum confusionē cœpit, & profugus abiit, &c. *Ex quo*, inquiūt, *talis recessit, portæ succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem.* Ante recessum & apostasiam eius, sancta ciuitas in omni pace habitabatur, & ipsi reges locum summo honore dignum ducebant, & templum muneribus illustrabant.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

a qui in regione Iudæa, & pacem bonam. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham & Isaac & Iacob seruorum suorum fidelium, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis.

b Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis

B C D E F

✠ IDEM. Templum autem sanctum, sacrificia sancta & legitima, ciuitatem Hierusalem, & terram sanctam esse vbique scriptura libri huius tota intentione declamat, ad destruendam templorum adulterorum fiduciam, quorum alterum in monte Garizim, alterum in Aegypto fuerat ædificatum.

Ibi. cap. 13.

c *Nos.* Iason autē ipse est frater Oniæ pontificis, quem sequentia istius libri narrant ad Antiochum Epiphanem, hoc est nobilem propter ambitionem summi sacerdotij cenuolasse, eique persuadere vt Gentilem ritum Ierosolymis institueret.

Rabanus.

✠ RVPERTVS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Benefaciat. *Hic consequenter captant eorum beneuolentiam pro eis exorando, dicentes.* Benefaciat vobis Deus. *In spiritualibus & temporalibus.*

2 Et meminerit testamenti sui. *Id est, firmæ promissionis.*

3 Quod locutus est ad Abraham. *Gen. 12.*

4 Et Isaac. *26.*

C 5 Et Iacob. *28. Et supplendum est, qui sunt de numero seruorum suorum fidelium.*

Vel aliter literam sic iungendo. Et meminerit testamenti sui. *Id est, promissionis firmæ.* Seruorum suorum fidelium. *Id est, pro suis seruis fidelibus factæ.* Quod ad Abraam, Isaac, & Iacob locutus est. *Primò quantum ad patres illius testamenti.*

6 Et det vobis, &c. vt cola. *Fide, spe, & charitate, quibus colitur Deus cultu interiori, vt dicit Augustinus in Enchiridio.*

7 Et faciatis eius volūtatem, &c. *Per effectum in cultu exteriori.*

8 Corde magno & animo volenti. *Quia Deo non placent sacrificia coacta, sed voluntaria.*

9 Adaperiat cor vestrum in lege sua. *Studenda & intelligenda.*

10 Et in præceptis, &c. *Opere adimplendis.*

11 Et faciat pacem. *Vt vacare salubus valeatis.*

12 Exaudiat orationes vestras. *Vobis condescendendo.*

13 Et reconcilietur vobis. *Peccata præterita remittendo.*

14 Nec vos deserat in tempore malo. *Vos in tribulationibus consolando.*

15 Et nunc hic. *Id est, in Ierusalem & Iudea.*

16 Sumus orantes pro vobis. *Quasi dicat ita debetis orare pro nobis, & acquiescere petitionibus nostris, maximè de solēnitatibus deuotis.*

17 Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo. *Hic consequenter inuitant eos ad obseruantiam duplicis festi. Secundum ponitur, ibi.* Et diem ignis. *Prima in tres: quia primò ponitur eorum inuitatio. Secundò dicti confirmatio, ibi.* Anno centesimo. *Tertiò: intenta conclusio, ibi.* Facturi igitur. *Circa primum notatur tempus, cùm dicitur.* Regnante Demetrio, &c. *Dicit hic glossa Rabani, quòd iste fuit Demetrius filius Seleuci, qui regnauit tempore Iudæ Machabæi, vt patet 7. capitulo primi libri. Sed huic dicto manifestè contradicit quod sequitur.* Anno centesimo sexagesimonono. *Hic autem Demetrius ante tempus hoc fuit mortuus, nam filius eius intrauit regnum patrum suorum anno 165. vt habetur sup. primo libro 10. ca. & ante ipsum regnauerat Alexander duobus annis, qui interfecerat patrem suum, vt patet in principio eiusdem capituli 10. isti verò Demetrius filius primi Demetrij regnauit vsque ad annum 172. in quo fuit captus & incarceratus, vt habetur primo libro 14. capitulo. Ex quo patet, quòd iste Demetrius filius primi Demetrij adhuc regnabat anno centesimo sexagesimonono. Et ideo quod dicitur hic.* Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimonono. *Intelligitur de ipso. Ipse vero ante captionē suam, cum Simone summo sacerdote & Gente Iudæorum renouauit amicitiam, & concessit ei plures libertates, & priuilegia quam ante concesserat tempore Ionathæ, ne alij reges prædecessores sui, vt habetur, decimo tertio capitulo primi libri propter hoc subditur ibi: Ablatum est iugum gentium ab Israel. Et fuit populus in magna lætitia, & pace bona toto tempore Simonis. Et sic est verisimile vt dicit super locum istum dominus Hugo Cardinalis, quòd illo tempore scripserunt Iudæis habitantibus in Aegypto de solennitatibus istis recipiendis. Licet enim tempore Iudæ primum festum fuerit institutum, non tamen à Iudæis in Aegypto manentibus receptum, vt patet ex eius epistola sequente, in qua nulla fit mentio de hoc festo, licet scribatur Iudæis manentibus in Aegypto.*

F

18 Nos Iudæi. *Manentes in Ierusalem & Iudea.*

19 Scripsimus vobis. *De solennitatibus hic contentis & de aliis in hoc libro scriptis. Sed contra hoc obiicitur, quia sicut dictum est hac scripserunt adepta libertate tempore Simonis & Demetrio regnante, hoc fuit anno 170. vt habetur cap. 3. primi libri. Ad hoc potest dici, quòd hoc negotiū fuit inchoatū anno centesimo sexagesimonono, & consummatū anno sequenti. Hic autem ponitur data pro tēpore inchoationis: ibi verò pro tempore consummationis. Dicitur autē.* Nos Iudæi, &c. *Quia idem populus fuit tempore Iudæ & Simonis, & cum hoc etiam eadem personæ numero in multis, vt patet de Iuda & Simone qui fuerunt fratres & contemporanei, vt patet 2. ca. primi lib. Et idem erat de multis aliis.*

✠ In tribulatione

MORALITER.

✠ 18 *Nos Iudæi, &c.* Scripserunt autem de duobus principaliter, [illegible] in hac præfatione quæ interponantur non multum sunt ad propositum: ideo ea dimitto. Primum autem est exhortatio ad obseruationem dicti Scœnophegiæ seu dedicationis templi.

✠ MORALI-

✠ RVPERTVS. Commune decretum gentis Iudæorum factum Hierosolymis scripserunt ad eos qui erant in Aegypto, semel, & iterum. Per quod datur intelligi, quòd ad primam vicem non obtemperauerint, vtpotè aliud templum habentes, & templum quod erat Hierosolymis contemnentes atque idcircò festum dedicationis illius suscipere detrectabant. Proinde notandum quod prima admonitione, sequens aliquantulum acrior sit. Nam prima salutatio dulcis est: in secunda, fraterni nominis deest, dulcedo. Dicitúrque, *Populus qui est Hierosolymis, &c.* adiecto quasi cū supercilio, *Senatúsque, & Iudæ, &c.* Nomen quippe Senatus: iudicialis intentionis est signū. Porrò, quis fuerit ille Iudas, non facilè ex historiis potest agnosci, nisi fortè ille sit Iudas Essæus genere, qui sub illis temporibus extitit: qui (vt ait Iosephus) nunquam in his quæ prædixit, mentitus est.

Lib. 10. de vict. verb. c. 15.

Vbi sup. ca. 16.

Raban. Aristobolus Philo.

a *Populus qui, &c.* Aristobolus hic fuit natione Iudæus, sed Peripateticus Philosophus esse agnoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moysem commentarios scripsit vt Chronographi produnt: quo etiam tempore Syriæ & Asiæ regnabat Antiochus Epiphanes.

b *De magnis periculis à Deo liberati, &c.* ✠ RVPERTVS. Vide quomodo secundum intentionem quam diximus, procedant dicta venerabilia, sanctam terram, sanctam ciuitatem pronuntiantia, qui videlicet pulchri sermonis ornatus ab huiusmodi principio vsque ad finem ferè per omne libri corpus seruatur sine dubio contra æmulationes eorum, qui alibi contra legē volebant habere tēplum, vel sancta sanctorum.

D E

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

in tribulatione & impetu qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. Portam succenderunt & effuderunt sanguinem innocentem. Et orauimus ad dominum & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequentate dies Scœnophegiæ mensis a Casleu. Anno centesimo octogesimo octauo, populus qui est Ierosolymis & in Iudæa senatúsque & Iudas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis qui est de genere Christorum sacerdotum, & his qui in Ægypto sunt Iudæis, salutem & sanitatem. De magnis periculis à Deo liberati

B b

Qualiter autem Antiochus Epiphanes qui mala Iudæis vltra omnes reges qui ante se fuerunt in Syria infligebat, regnum perdiderit & vitam finierit & liber prior historiæ istius commemorat, & Iosephus in historiarum, antiquitatis Iudaicæ libro

Raban. Iosephus Lib. 12. antiquita. c. 13.

✠ duodecimo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In tribulatione. *Id est, de tribulatione.*

2 Et impetu, &c. *Scribendo enim de suæ libertatis adeptione & festorum receptione, habuerunt tangere de præcedenti tribulatione.*

3 Ex quo recessit Iason à sancta terra, & à regno. *Hic enim ambiens sacerdotium, iuit ad regem Antiochum incitās eum de translatione Iudæorum ad Gentilium ritum, vt habetur, infrà 4. cap. Et istud fuit principium malorum quæ fecit Antiochus Epiphanes in Ierusalem vt habetur suprà 1. lib. & etiam infrà in hoc secundo. Ideò subditur.*

4 Portam succen. *Id est portas ciuitatis & templi, vt habetur 4. cap. lib. 1.*

5 Et effuderunt. *Vt habetur 1. lib. & in hoc secundo.*

6 Et orauimus ad. *Magis pugnantes orationibus quam armis.*

7 Et exauditi. *Antiochi ducibus debellatis.*

8 Et obtulimus sacrificium & similaginem. *In templo recuperato & purificato, vt habetur 1. lib. 4. cap. Et dicitur hic sacrificium, oblatio de animalibus. Similago, farina est frumenti delicatissima, de qua fiebant panes propositionum.*

C 9 Et nunc frequentate. *Id est, singulis annis celebrate.*

10 Dies Scœnophegiæ. *Id est, purificationis templi quam constituit Iudas octo diebus celebrari à quintadecima die mensis Casleu.*

11 Anno centesimo. *Hic consequenter ponitur declaratio seu confirmatio dicti. Scilicet de tribulatione quæ superuenerat eis tēpore Antiochi: & hoc fit per quandam epistolam in Aegyptum tempore Iudæ missam cuius tenor hic recolitur, cùm dicitur:* Anno centesimo octogesimo octauo populus qui est Ierosolymis, &c. *Sed hoc videtur falsum, quia data epistola præcedentis quæ fuit scripta post mortem Iudæ quasi viginti annis talis est, anno 169. vt dictum est. Et sic Iudas longo tempore scripsisset post mortem suam, dicendum quòd in epistola Iudæ numerato annorum non incipit à principio regni Græcorum sicut alia, sed ante vt hic innuit glo. sed vbi incipit, non dicit. Potest autem dici rationabiliter, quod incipit à duodecimo anno regni Assueri: in quo mirabili*

MORALITER.

✠ Dedicationis ritus.

MORAL. autem templum domini est quilibet fidelis, sicut dicitur 1. Cor. 3. f. *Templum domini sanctum est, quod estis vos.* Et hoc templum debet dedicari ad similitudinem materialis templi, in qua dedicatione episcopus templum vel ecclesiam circumit, & aqua aspergit. Et iste circuitus significat in nobis diligentem conscientiæ discussionem per peccatorum propriorum recordationem, & aspersio aquæ benedictæ, effusionem lachrymarum per veram contritionem, de quibus dicitur Isaiæ 38. c. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.*

Item in pauimento ecclesiæ scribitur alphabetum Græcum ab angulo in angulum transuersaliter, per quod significatur descriptio mandatorum in corde iusti. Prouerb. 7. a. *Scribe ea in tabulis cordis tui.*

Item in parietibus pingitur crucis signum, per quod in nobis significatur mortificatio carnis 2. Cor. 4. a. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita eius in nobis manifestetur.*

Iterum ponuntur candelæ ardentes iuxtà crucem, per quod significatur quòd carnis mortificatio seu quodcunque aliud bonum quod apparet exterius debet fieri ad honorem Dei & ædificationem proximi, Matth. 5. b. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est.* Et Gregor. in homil. Sit autem opus bonum in publico quatenus intento maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exemplum, tamē intentione qua soli Deo placere quærimus semper optemus secretum.

✠ Magnificè

duodecimo testatur, dicens: Rex Antiochus superiorem provinciam percurrens, audiuit ciuitatem Persarum diuitiis excellentem Elimaidam nomine, pretiosissimúmque templum in ea Dianæ & omni specie ornamentorum plenum: insuper & arma & loricas reliquisse audierat filium Philippi regem Macedonũ Alexandrum. Commotus ergo egreditur contra Elimaidã, & obsidebat eã. His verò qui i ea erãt minimè territis impetu eius neque obsidione, sed pertinaciter repugnantibus pene decerptus discessit. Nam exeuntes ciuitatem fugauerunt & persequebantur eum vsque Babyloniam, vbi cum post multã suorum militum amissionem, venisset

B quidam de Iudæis nunciauit illi: & ducum perditionẽ quas pugnare contra Iudæos reliquerat & creuisse fortitudinẽ Iudæorum. Super priorem itaque curam: hoc crescente malo incurrit in ægritudinem. Quo diu tenente & crescentibus passionibus intellexit quòd moreretur. Conuocánsque amicos mor bum suum eis atrocem esse indicauit, confessus hæc ideò se pati quòd Iudæorum gentem affligens templum spoliasset. Deumq́, contempsisset, quo dicto illico expirauit. Vnde miror Polybium Megalopolitam (qui vir bonus existens) dixit ideò periisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ in Persida deuastare. Nã qui

Polybius

magnificè gratias agimus ipsi, vtpotè qui aduersus talem rege dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos qui pugnauerunt contra nos & sanctam ciuitatem. Nam cũ in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotis Naneę. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, sed vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cúmque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis esset intra ingressus ambitum phani, clauserunt templum. Cùm autem intrasset Antiochus apertóque occulto aditu templi mittentes lapides percusserunt ducem & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus

a amputatis foras proiecerunt. Per omnia Deus benedictus

b qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vicesima die qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reD tu tenetur. Si autem Polybio videtur, ideò Antiochum vitam finisse multò pius verisimile creditur propter templi Ierosolymitani sacrilegium regem periisse.

a *Per omnia Deus benedictus, &c.* ✠ RVPERTVS. Ista gratulatio de impiorum interitu, ad commẽdationem spectet loci sancti, & eius cuius in Ægypto similitudinem fecerant templi Dei. quòd vere solum illud sanctum deberet haberi, quo solius apparuerit manifesta qdã Dei virtus, vindictas exigens de his quicũque inhonorassent illud, & quãuis propter peccata inhabitantium interdum acciderit circa locũ despectio, non tamẽ impunè abirent, quicunque despectui locum habuissent.

Lib.1.de vict.verb. Dei.c.16.

b *Facturi igitur, &c.* Rabanus.

Hæc quippe quæ Ierosolymitani Iudæi scribentes ad eos qui per Ægyptum fuerunt Iudæos, de igne reperto in puteo in similitudinem aquæ crassæ conuerso, neque in Esdrę, neque in Neemiæ scriptis aut dictis alicubi reperire potuimus: Sicut nec illud quod in posterioribus de arcæ tabernaculi absconsione per Ieremiam asserunt, nullo modo in ipsius Ieremiæ libro scriptum inueniri potest, vnde constat hæc illos aut maiorum suorum traditionẽ didicisse, aut in apocryphis eorum libris exarata reperis-

☞ sc. Nos

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Magnificè. *Tanquam de beneficiis eius grati.*
2 Vtpotè qui. *Scilicet Syriæ & Persidis, cuius regnum erat valde magnæ potentiæ & virtutis.*
3 Dimicauimus. *Debellatis eius ducibus.*
4 Ipse enim ebullire. *Id est, in magna multitudine venire.*
5 Fecit de Perside eos, &c. *Et patet ex dictis primo libro.*
6 Nam cum in Pers. *Hic consequenter fit narratio de Antiochi prostratione, cum subditur.*
7 Cecidit in templo. *Dicunt aliqui quòd hoc dicitur de Antiocho Epiphane qui fuit contemporaneus Iudæ Machabæo. Et sic videtur hæc expositio præcedentibus concordare. Sed huic obuiat quod dictum*
C *est suprà 1.lib.cap.6. quòd Antiochus Epiphanes mortuus fuit languore in lecto suo, non in templo nec gladio, sicut dicitur hic. Simile infrà 9. cap. dicitur quòd mortuus fuit in montibus miserrimè reuertendo de Perside. Ad hoc autem respondent doctores, dicti, q́ pro tanto dicitur hic in templo Naneæ cecidisse, eò q́ ibi mortui fuerunt amici eius, vt hic dicitur qui erant robur sui exercitus. sicut de homine, qui contigit magnũ infortunium, dicitur communiter quod est mortuus, licet in persona sua sit viuus, & sic dicunt q́ de illo templo euasit Antiochus. Sed huic respõsioni videtur obuiare quod subditur:* Clauserunt templũ: *cũ intrasset Antiochus: & sic non videtur q́ euaserit, quia sacerdotes mortẽ eius magis quærebant quam aliorum. Ideò subditur:* Percusserunt ducem: *primò & principaliter.* Et eos qui cum eo erant: *consequenter.* Et diuiserunt membratim. *Quòd autem per ducem intelligatur rex Antiochus, patet ex principio partis huius, vbi dicitur:* Nam cum in Perside esset dux ipse. *Id est, Antiochus Epiphanes, vt dictũ est, igitur propter ista dicunt aliqui quòd scriptura loquitur hic de morte Antiochi magni, qui fuit pater Antiochi Epiphanis. Et quia pater & filius sunt quasi vna persona, nam pater quodammodo manet in filio, secundùm illud Eccles.*

lud Eccles.30.a. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. *Ideò non est mirandum si scriptura antè loquens immediatè transit de filio ad patrem. Frequenter enim in sacra scriptura fit talis transitus de vna persona ad aliam propter affinitatem, sicut ostendi in principio Gen. loquendo de modis exponendi scripturam sacram. Sic igitur intelligendo dicitur:* Nam cum in Perside esset dux. *Id est, Antiochus magnus*, cecidit in templo Naneæ. *Nam fugatus de bello à Scipione Aphricano rediens ad terrã suam, mortuus fuit in hoc templo, vt dixi plenius Dan.11.*
8 Consilio deceptus, &c. *Nã vt interficerent eum, eò q́ esset prædator templorum induxerunt ad illud quod subditur.*
9 Etenim cum ea. *Id est, Nanea.*
10 Habitaturus venit: *Id est, facturus ei reuerentiam.* F
11 Et vt accipe. pe. *Hoc enim sibi promiserant sacerdotes, q́ facta Dianæ debita reuerentia traderent ei pecunias quæ erant in templo.*
12 Dotis nomine. *Id est, quibus dotatum erat templum, nec erant necessariæ ad sumptus templi vel sacrificiorum.*
13 Cúmque propo. *Vt magis alliceret eum.*
14 Clauser. *Quasi habentes ad eum negocium secretum.*
15 Apertóque occul. *Per quem introierunt homines ad eius mortẽ parati.*
16 Et diuise. *Propter quod corpus eius non fuit cognitum, nec honore regio sepultum, sicut dixi. Da.11.*
17 Per omnia Deus benedict. *Hoc dixerunt non zelo vindictæ sed iusticiæ diuinæ, & in hoc terminatur epistola Iudæ.*
18 Facturi &c. *Hic ponitur conclusio Iudæorum qui scripserunt Iudæis habitantibus in Aegypto tempore Demetrij intendentes eos inducere ad celebrationem purificationis templi: vt dictum est suprà propter quod sic concluduit:* Facturi igitur. *Id est, nos celebraturi*, vicesimaquin. men. Casleu. *Id est, Nouembris.*

✠ Purificationem.

MORALITER.

✠ Secundum autem est exhortatio ad obseruationem solẽnitatis de datione ignis de cœlo tempore Neemiæ: de qua datione dicitur quod orationem faciebant Sacerdotes, & sol qui prius erat in nubilo refulsit, & accensus est ignis magnus. Per solem istum significatur dominus noster Iesus Christus de quo dicitur Malach.4. *Orietur vobis timentibus Deum sol iusticiæ.* Iste sol fuit in nubilo quandiu fuit in corpore mortali, sed postea refulsit, & maximè maximè quando ad patris dexterã fuit assumptus. Per Sacerdotes orantes significantur Apostoli & qui cum illis erant fideles quibus orantibus Christus misit spiritum sanctum in specie ignis super omnes in die Pentecostes: quo igne fuerunt illuminati intellectu scripturarum & eloquentes effecti per donum linguarum, & sic ardentes in amore Christi, vt non timerent, sed magis gauderent pro ipso contumeliam pati. Et sic patet, quòd ignis iste fuit valde magnus virtute.

✠ MORAL

☞ sc. Nos ergo quod
A incertũ est delinquẽtes, ad ea quæ certa canonicorũ librorũ attestatione esse manifestum est, calamum conuertamus.

a *Cùm in Persidem ducerentur patres, &c.* ✠ AMBROSIVS. Consideremus aliquid: quod in captiuitate gestum, summum tenuit honestatis decorem. Nullis enim aduersis honestas impeditur, q́ in his eminet, & magis præcellit quàm in prosperis. Inter vincula itaque, inter arma, flammas, seruitutem (quæ liberis omni supplicio grauior est) inter pœnas morientium

Lib.3.offic. cap.14.

B excidia patriæ, viuorum formidinẽ, sanguinem peremptorum, non excidit cura honestatis maioribus nostris, sed inter euersæ patriæ cineres & fauillas, in affectibus piis resplenduit & refulsit. Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri, qui tunc Dei omnipotentis cultores erant, acceptum ignem de altari sacerdotes Domini occultè in valle absconderunt. Erat illic velut patens puteus, aquæ secessu infrequens, nec populari vsui patens, ab arbitris remoto loco: ibi obsignauerunt iudicio sacro pariter ac silentio ignem reconditum,

mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, & vt vos quoque agatis diem Scœnophegiæ: & diem ignis qui datus est quando Neemias ædificato
a templo & altari obtulit sacrificia. † Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tunc Dei erant cultores, acceptum ignẽ de altari occultè absconderunt in valle vbi erat puteus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum ita vt omnibus ignotus esset locus. Cùm autem præterissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Neemias à rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum qui absconderant misit ad requirendum ignem, & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire & afferre sibi & sacrificia quæ imposita erant iussit Neemias sacerdos aspergi aqua ipsa & ligna & quæ erant superpo sita. Vtque hoc factum est, & tempus affuit quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium Ionatha in-
b choante, cæteris autem respondentibus. Et Neemiæ erat oratio hunc habens modum: Domine Deus omnium creator terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus & omnipotens & æternus: qui liberas Israel de omni malo: qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos, accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuam & san-
c ctifica. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice, vt sciant gentes, quia tu es Deus noster. Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia. † Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moses.

reconditum. Non illis studio fuit aurum defodere, argentum abscõdere, quod seruarent posteris suis: sed inter extremasua † honestatis curam habentes, sacrum ignẽ seruandum putauerunt, ne cùm vel impuri contaminarent, vel defunctorum sanguis extingueret, vel deformium ruinarũ aceruꝰ aboleret, &c.

b *Et Neemias erat oratio, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Hic attende orationis vires & conditiones. Nam illa potissima est deprecatio, quum ab intimis vo
ces ferũtur, hoc præcipuè mẽtis est exercitatæ non intentione vocis, sed animi feruore precationẽ absoluere. Sic orauit Moyses, qui cùm nihil voce resonaret Deus tamen, *quid, inquit, clamans ad me?*

Hom.de orat. Annæ.

Exod 32.

c *Congrega dispersionem, &c.* ✠ RVPERTVS. Vide quã subtiliter, quàm moderatè, conueniant illos, & arguãt vt legis præuaricatores. *Congrega, inquit, dispersos, &c. Constitue populum in loco sancto tuo, &c.* Nimirum locum Dei sanctum Hierosolymis esse volentes: contra cuius electionẽ locus in Ægypto præsumptus sanctus vtique esse non posset.

Lib.10.de vict.verbi Dei,ca.19.

† 2.q.1.sicut eunuchus.

† Deu.32.d.

☞ *Sacerdotes*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Purificationem templi. *Sicut statuit Iudas & fratres eius 4. cap.1.lib.*
2 Necessar. *Id est, vtile.*
3 Duxi. signi. vo. *Amicis & fratribus nostris.*
4 Vt & vos quoque aga. *Sicut & nos.*
C 5 Diem Scœno. *Id est, purificationis dictæ.*
6 Et diem ignis qui datus est quando Neemias ædificato. &c. *Hic consequenter ponitur inuitatio ad festum secundum. Circa quod primò ponitur festi ratio. Secundò eius celebratio, ibi:* Orationem autem. *Terriò eiusdem approbatio, ibi:* Vt verò manifestata. *Circa primum dicitur.* Et diem ignis. *A Deo de cælo similiter celebretis. Et subditur dationis tempus: Quando* Neemias. *De hoc tamen nulla fit mentio in Esdra & Neemia. Et subditur dationis modus cùm dicitur.*

Diuisio

7 Nam cum in Persidem, &c. *Iudei verò de regno decem tribuum fuerunt ducti captiui in regnum Assyr. & Persidis, vt habetur 4.Reg.18. a. Sed de illis nõ videtur hic scriptura loqui: sed de illis & de regno Iuda in quo erat templum & isti transtati fuerunt in Babylonem. propter quod dicũt aliqui quod nomine Persidis hic intelligitur totum regnum Nabuchodonosor regis, sicut totum intelligitur per partem.*

Potest etiam aliter dici quòd cum Nabuchodonosor contra Ierusalem venerunt multi de regno Persidis qui habuerunt partem suam de captiuis, & sic duxerunt illos in Persidem.

8 Acceptum. *Holocaustorum.*
9 Absconderunt. *Scilicet Iosaphat, vt dicunt aliqui eò quòd est propinqua loco templi.*
10 Altus. *Id est, profundus.*
11 Et siccus, & in eo, &c. *Id est, aqua carens. Cætera patent in litera vsque ibi.*
12 Accensus est ignis magnus, &c. *Non humanitus, sed diuinitus. Ideò subditur.*
13 Ita vt omnia mirarentur. *Non enim esset mirabile, si accensus fuisset ab homine.*
14 Orationem autem, &c. *Hic consequenter ponitur festi celebratio quantum ad eius initium, cùm dicitur.* Oratio. *propter sacrificium & dationem ignis ad eius consumptionem, sicut datus fuerat tempore Eliæ post aspersionem aquæ 3.Reg.18.*
15 Ionatha inchoante, cæteris aut. &c. *Quia principalis erat inter cantores.*
16 Terribil. *Peccatoribus.*
17 Iustus. *Nam iusticia & misericordia relucent in omnibus Dei operibus.*
18 Qui solus es bonus rex. *Per essentiã alij verò per participationem tantum.*
19 Solus præstans. *Scilicet beneficia, nam alij præstant nisi virtute diuina.*
20 Qui feci. *Scilicet Abraham Isaac & Iacob, quos elegisti per tuam misericordiam.*
21 Et sanctificasti eos, &c. *Per tuam gratiam.*
22 Et custodi partem tuam, &c. *Id est, populum Israel qui in pluribus locis veteris testamenti dicitur pars & hæreditas domini.*
23 Congrega. *Non enim redierant omnes de Babylone, & in aliis regnis multi erant dispersi.*
24 Affligе opprimentes nos. *Hoc dixit Neemias non zelo vindictæ, sed iusticiæ.*
25 Constitue popul. *Id est, in Ierusalem & Iudæa.*
26 Sicut dixit Moyses. *Deut.30. Si ad cardines cœli fueris dispersus, inde retrahet te dominus Deus tuus.*

✠ Cùm autem

A a *Sacerdotes autem psallebāt,&c.* ✠ Hilarius. Quatuor genera orationū Apostolus esse significat ad Timotheum scribens quæ complectitur hæc oratio. Exoro primò omniū fieri precationes, orationes, gratiarum actiones, postulationes. Humilitatis nostræ est deprecari, magnificentiæ Dei est orari, fidei est postulare, confessionis & laudis est gratulari. (In Ps.140.) († 1.q.1. sicut eunuchus.)

✠ Ambrosius, Neemias secum deduxit illorum sacerdotum nepotes, qui profecturi de patrio solo, sacrum (ne periret) ignem absconderant. Venientes autem, vt patrũm sermone est proditum, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam, &c. Orabat Neemias, psallebant sacerdotes hymnum Deo,&c. (Lib.3 offic. cap.14.) B D

b *Appellauit autem Neemias,&c.* ✠ Rupertus. Diem illum siue sacrificium illud appellauit Neemias, Nepthar, quod interpretatur, Purificatio, quæ alia vel alterius rationis erat, quā Purificatio mensis Casleu, de qua supra diximus, quam appellabant purificationem templi. Istam verò diem ignis, qui videlicet dies, cuius mensis quotus fuerit, non oportuit illis annunciari, quia sciebant, & olim celebrauerant. (Lib.10.de vict.ca.19.) E

a Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consum-
ptum esset sacrificium. Cùm autem consumptum esset sacri- 1
ficium, ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores per- 2
fundi. Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est, sed ex 3 4
lumine quod refulsit ab altari consumpta est. Vt verò mani- 5
festata est res, renunciatum est regi Persarum, quòd in loco 6
in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdo-
tes: aqua apparuit, de qua Neemias & qui cum eo erant pu-
rificauerunt sacrificia. Considerans autem rex & rem diligen 7 8
ter examinans, fecit ei templum, vt probaret quod factum 9
erat. Et cùm probasset, sacerdotibus donauit multa bona & 10 11
alia atque alia munera, & accipiens manu sua, & tribuebat 12
b eis. † Appellauit autem Neemias hunc locum Nepthar, 13
quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures 14 15
Nephi.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cùm autem consum. *Per ignem cælitus datum, erat enim oblatum in holocaustum quod incendebatur totaliter ad honorem diuinū.*
2 Ex residua. *Quæ non fuerat aspersa super sacrificia & ligna.*
3 Neemias. *Scilicet lapides laterales altaris.*
4 Ex eis flam. *Similiter diuinitus.*
5 Sed ex lum. *Quia maior flamma consumit minorem.*
6 Vt verò,&c. *Hic consequenter ponitur dictæ celebrationis approbatio, cùm dicitur:* Vt verò. *Id est, dicta consumptio sacrificiorum per ignem cælitus datum.*
7 Considerans,&c. *Hoc non erat factum humanum, sed diuinum.*
8 Et rem. *Ne fortè fuisset ibi aliquid ficticium.*
9 Fecit ei tem. *Si accipiatur hic factio propriè, iste rex fuit Darius, cuius anno 6. consummatum est templum secundum 1.Esdræ 6. & hoc consonat dictis Hebræorum, qui inter Cyrum & hunc Darium ponunt tantum duos reges, scilicet Cambysem & Assuerum, vt dictum fuit 1. Esdræ & 9. Dan. Nec obuiat quod alibi dicitur rex iste Artaxerxes: quia secundum Hebræos illo tempore omnes reges Persarum nomine regni vocabuntur Artaxerxes, & cum hoc habebant nomen proprium personæ: vt Cyrus, Cambyses, & huiusmodi, sicut reges Romani dicuntur Cæsares nomine cōmuni, & cum hoc habent nomen personale, vt Iulius* C *Augustus, Tyberius, &c. Secundum alios historiographos Neemias fuit missus post templi consummationem, & secundum hoc factio accipitur large, cum dicitur:* Fecit. *Id est, factum decorauit & honorauit. Non enim potest dici, quòd rex in Perside fecerit templum sacerdoti Neemiæ, nam extra Ierusalem non erat licitum Iudæis templum erigere seu sacrificare, propter quod Neemias qui sanctus erat, hoc non sustinuisset.*
10 Vt probaret. *Id est, vt facto approbaret tanquam verum dictum miraculum in Ierusalem factum.*
11 Et cùm prob. *Id est, approbasset.*
12 Sacerd. *Per ducem nomine ipsius Iudæam regentem.*
13 Et Accip.ma.sua. *Id est, non solum per prædictum ducem dedit eis, munera, sed etiam in persona propria, quod tripliciter potest intelligi. Vno modo veniēdo in Ierusalem ex deuotione. Alio modo per semetipsum disponendo in Perside dona sacerdotibus in Ierusalem transmittenda. Tertio modo, quia ciuitate reædificata Neemias sacerdos rediit ad regem, & cum eo aliqui alij sacerdotes, quibus manu propria dona dedit.*
14 Appellauit autem Neemias hunc locum. *Id est, festum in hoc loco notatum.*
15 Nepthar: quod interpretatur purificatio. *Et idem significat Nephi: Idem enim Idioma variatur secundum diuersas partes terræ: sicut Idioma gallicum Parisius & in Picardia aliter pronunciatur.* F

CAPVT II.

a Cap. II. Inuenitur autem in descriptionib. Iere.&c. ✠ Rupertus. Narrationibus tam veris, locum electum, templum sanctum atque legitimum decertantes non potuisse illos habere in terra Ægypti, sed haberi in Hierosolymis, nonnihil sibi deesse sentiebant: quia videlicet tabernaculum, & arcam, & altare incensi, quòd fecit Moyses non habebant. Profectò æmulus ipsorum Iudæis habentibus in Ægypto templum, videbatur spei, ne vel propter hoc quod non habebat tabernaculum, & arcam, & altare incēsi, videretur Ægyptio tēplo nō posse præferri. videbatur quod gloria translata fuisset à Hierosolymis, quoniam non haberent illa insignia, super isto quasi gloriæ detrimento: consolantur seipsos sic inferēdo: *Inuenitur autē in descriptionibus,&c.* Cōsolatio hæc oportuna tunc extitit; magnam pro Dei legitimo templo quod erat Hierosolymis, superexaltās coronā (Lib.10.de vict.verbi Dei, ca.20.) (Ibidē c.21.)

a Inuenitur autem in descriptionibus Iere- 1
miæ prophetæ, quòd iussit eos ignem acci-
pere qui transmigrabantur, vt significatum
est, & vt mandauit transmigratis. Et dedit 2
illis legem ne obliuiscerentur præcepta do-
mini, & vt non exerrarent mentibus videntes simulachra au-
rea & argentea & ornamenta eorum. Et alia huiusmodi di-
cens, hortabatur ne legem amouerent à corde suo. Erat 3
autem in ipsa scriptura, quomodo Tabernaculum & 4

NICOLAVS DE LYRA.
Cap. II.

Inuenitur,&c. *Posita inuitatione ad obseruantiam duplicis festi, & hoc per verba, hic consequenter ponitur inuitatio ad idem per Prophetarum dicta. Et diuiditur in duas partes, scilicet in partem principalem & incidentalem, quæ incipit ibi: Et qualiter construēs. Prima in duas, quia inducit primò ad secundum festum, vt continuentur dicta dicendis. Secundò ad primum ibi: Similiter & Salomon, Circa primum primò ponuntur Ieremiæ dicta, cùm dicitur.* (Diuisio)
1 Inuenitur autem, &c. *Istas descriptiones non habebamus, nec etiam Hebræi.*
2 Et vt mādauit,&c. *Hoc benè habetur in epistola quæ denominatur à Baruch, eò quòd fuit eius scriptor & portitor, vt tamen tenetur communiter quòd Ieremias fuit eius auctor.*
3 Erat autem, &c. *Scilicet descriptionum prædictarum quas non habemus.*
4 Quomodo tabernaculum. *Quæ fecit Beseleel in deserto, Exo.35.*

A a *Et veniens ibi Ieremias inuenit locum, &c.* ✠ Dorotevs Cypri. Epis. Hic propheta antequam caperetur templū arcā legalem, & quæ in ea erant abripuit, & in petram quandam abdi fecit, dixitque adstantibus: Profectus est dominus Sinai in cœlum, Et iterum, Veniet legislator ex Sion cum potentia, & signum aduentus ipsius erit vobis, quando vniuersę gentes lignum adorabunt. Dixit etiam Arcam illam nemo eripiet, pręter Aaronem: & tabulas in illa reconditas nemo B introspiciet siue sacerdotum siue prophetarū, præter Moysen electum Dei. Et in die resurrectionis arca primum resurget, & ex petra prodibit, ponetúrque in montem Sina, & cōgregabuntur ad eam omnes sancti expectantes Dominum, & fugantes inimicū occident eū venientem ad hanc petram, &c. *Eadem prorsus habet Epiphanius, lib. de prophetarum vita & interitu. Attingit & strictum Theophylactus. Com. in 9.cap. epist. ad Hebræos,&c.* (In Synopsi.)

✠ Ambrosivs. Vt cognouit Ieremias quod affectassent Iudæi notare locum, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat. Tūc Deus ostendet hæc, & apparebit maiestas domini. Congregationem porrò populi nunc tenemus, propitiationem domini Dei nostri agnoscimus, quam propiciator operatus est passione. Arbitror quod nec ignem istum possimus ignorare, cùm legerimus, quia baptizat Dominus Iesus in Spiritu sancto & igni. Ille ignis typus Spiritus sancti fuit, qui descensurus erat post Domini ascensionē, & remissurus peccata omniū: qui quasi ignis imflammat animum ac mentem fidelem,&c. (Lib.3 offic. cap.14.) D E

✠ Iosephvs Heb. In templo reparato post captiuitatem Babyl. arca nō aderat, quia abstulerat eā Ieremias propheta, vnà cum omnibus cortinis, quas fecerat Moses seruus domini in deserto, & posuit eas in monte Nebo, vbi inuenit speluncam, in cuius concauitatē posuit eas. Cúmq; sequerētur sacerdotes qui fuerūt in diebus illis prophetā, vt aduerterent locū: respiciēs Ieremias post se, & vidēs eos, iratus iurauit dicens: Nō sciet homo, neque cognoscetur locus, donec venero ego & Elias famulus Dñi,&c. (Lib.1.hist. Iudaic.c.17.)

Arcam iussit propheta diuino responso ad se facto co- 1 2
mitari secum, vsquequo exiit in montem † in quo Moyses 3
a ascendit, & vidit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Ieremias, 4
inuenit locum speluncæ, & tabernaculum & arcam & altare 5
incensi intulit illuc, & ostium obstruxit. Et accesserunt qui- 6
dam simul qui sequebantur, vt notarent sibi locum, & non
potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias: culpans
illos dixit, quòd ignotus erit locus donec congreget Deus 7
congregationem populi, & propicius fiat. Et tunc dominus 8
ostendet hæc & apparebit maiestas domini, & nubes erit si-
cut & Moysi manifestabatur: † & sicut cùm Salomon pe- 9
tiit, vt locus sanctificaretur magno Deo manifestabat hæc. 10
Magnificè etenim sapientiam tractabat, & vt sapientiam 11
habens obtulit sacrificium dedicationis & consummationis
templi. Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit 12
ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum, sicut & Salomon 13
orauit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustū.
Et dixit Moyses eò quòd non sit comestum, quod erat pro 14
peccato, & consumptum est. † Similiter & Salomon octo 15
diebus celebrauit dedicationem. Inferebantur autem in de- 16
scriptionibus & commentariis Neemiæ hæc eadem: & qua- 17
liter construens bibliothecam congregauit de regionibus
libros & prophetarum, & Dauid, & epistolas regum, & de
donariis. Similiter autem & Iudas ea quæ didicerat per bel- 18
lum quod nobis acciderat congregauit omnia, & sunt apud
nos. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.
Acturi itaque purificationem scripsimus vobis. Bene ergo 19 20
facietis, si egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit popu- 21

(† Deut.34.a) († 2.Re.8.g.) († 2.Pa.7.d.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iussit prophe. *Scilicet Ieremias.*
2 Diuino responso.&c. *Id est, ex diuino mandato.*
3 Comitari secum. *Per aliquos qui portabant ista.*
C 4 Vsquequo exiit in. *Scilicet Nebo in verticem Phasga, vt habetur Deuteron.vlti.*
5 Inuenit locum spelun. *Non à casu, sed ex diuina ostensione secundum istam scripturam.*
6 Et ostium. *Id est, introitum illius speluncæ incognoscibilem sua oratione reddidit. Ideò subditur:* Et accesserunt quidam.
7 Ignotus erit. *Hanc autem congregationem & propiciationem expectant Iudæi futuram in aduentu Meßiæ, & nos intelligimus esse factam in aduentu Christi, secundum quod dicitur Ioan.11.g. quòd Caiphas cum eßet pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus erat moriturus pro Gente: & non tantum pro Gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.*
8 Et tunc dominus. *Cùm igitur ista non sint ostensa in aduentu Christi, quia secundum Hebræos à tempore captiuitatis Babylonicæ vsque nunc habita non fuit Arca domini, propter quod locus iste videtur aliquibus falsus vel saltem dubius, poßet tamen ad hoc dici, quòd prædicta apparebunt in fine mundi in conuersione Iudæorum ad fidem Christi. Sed hoc videtur esse contra dictum Iere. cap.3. Et non dicent vltrà Arca domini, neque ascendet super cor, neque fiet vltrà. Item quod hic dicitur de absconsione Arcæ & altaris incensi per Ieremiam, non habet magnam apparentiam, quia Ieremias in carcere fuit clausus vsque ad diem captionis Ierusalem per Chaldæos, vt patet Iere.37.& 38. & sicut ante captionem ciuitatis ista non fecit, nec post captionem vt videtur: quia capta ciuitate statim Chaldæi omnia preciosa non solum aurea & argentea, sed etiam ærea congregerunt, & totum rapuerunt, & asportauerunt, 4.Reg.25. & Iere.vlt. propter quod non videtur verisimile quòd Ieremias absconderit Arcam domini & altare incensi, quæ erant de auro purißimo, vt habetur in Exod. igitur propter ista & alia suprà dicta de morte Antiochi à tempore Demetrij, quæ cum difficultate magna poßunt cum aliis scripturæ locis concordari, vt patet ex supradictis, Liber iste secundus & maximè quantum ad præfationem reputatur à multis multum Apocryphus. Istud tamen maiorum iudicio derelinquo.* F
9 Et sicut cum. *Hic consequenter inducuntur ad propositum dicta Salomonis & Moysi, cùm dicitur:* Et sicut. *2.Paral.9.& 3.Reg.8.*
10 Manifestabat hæc. *Scilicet nubes implens domum domini. 3.Reg.8.& 2.Paral.5.*
11 Et vt sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis. *Post dedicationem. 3.Reg.8.*
12 Sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de &c. *Leuitic.9.*
13 Sicut & Salomon. *2.Paral.7.*
14 Et dixit Moyses eo. *Hoc habetur Leuitici. 10. vbi dicitur quòd Moyses increpauit, Eleazar & Ithamar, eò quòd hostiam pro peccato nō comederant, sed inuenit eam exustam, & ideò cum dicitur hic.* Et dixit. *Subintelligendum est increpationes contra Aaron & filios eius.*
15 Similiter. *Hic inducit ad primum festum, scilicet dedicationis per Iudam & fratres eius institutum per factum Salomonis & dicta Neemiæ, cùm dicitur:* Similiter,&c.
16 Inferebantur,&c. *Quos non habemus, nec etiam Hebræi.*
17 Et qualiter. *Hic additur incidens de libris conscriptis & congregatis tempore Neemiæ, nam illo tempore Esdras sacerdos reparauit libros veteris testamenti, qui fuerant combusti per Chaldæos.*
18 Similiter,&c. *Ex quo videtur, quòd eius tempore & etiam autoritate, fuerunt eius facta & fratrum suorum descripta.*
19 Acturi. *Hic vltimò ponitur intenta conclusio, scilicet inductio Iudæorum habitantium in Aegypto ad celebrationem duorum festorum prædictorum, de quibus dicitur.*
20 Bene ergo. *Eos solennizantes, & vt hoc libentius faciant, dant eis spem de diuinis beneficiis amplioribus obtinendis, cùm dicitur,*
21 Deus autem,&c. *Dans eis plenam libertatem tempore Simonis filij Matathiæ vt*

A lum suum & reddidit hæreditatem omnibus 1
& regnum & sacerdotium & sanctificationẽ, 2
sicut promisit in lege, speramus quòd citò no 3
stri miserebitur, & congregabit de sub cœlo 4
in locum sanctum. Eripuit enim nos de ma- 5
gnis periculis, & locum purgauit. De Iuda ve- 6
rò Machabæo & fratribus eius, & de templi 7
magni purificatione, & de aræ dedicatione: 8
sed & de præliis quæ pertinent ad Antiochũ 9
nobilem & filium eius Eupatorem, & de illu 10
minationibus quæ de cœlo factæ sunt ad eos 11
qui pro Iudæis fortiter fecerunt: ita vt vniuer 12
sam regionem cum pauci essent vindicarent, 13
& barbaram multitudinem fugarent, & fa- 14
mosissimum in toto orbe templum recupe- 15
rarent, & ciuitatem liberarent, vt leges quæ 16
B abolitæ erant restituerentur domino cũ om- 17
ni tranquillitate propicio facto illis. Itémque
ab Iasone Cyrenæo quinque libris compre- 18
hensa tentauimus nos vno volumine breuia- 19
re. Considerantes enim multitudinem libro- 20
rum & difficultatem volentibus aggredi nar-
rationes historiarum propter multitudinem
rerum curauimus volentibus quidem legere,
vt esset ani- D
mi oblectatio, studiosis verò, vt fa-
cilius possint memoriæ commendare, omni-
bus autem legentibus vtilitas conferatur. Et
nobis quidem ipsis qui opus hoc breuiandi
causa suscepimus, non facilem laborem, imò
verò negocium plenum vigiliarum & sudoris
assumpsimus. Sicut hi qui præparant conuiuiũ
& quærunt aliorum voluntati parere propter
multorum gratiam libenter laborem sustine-
mus: veritatem quidem de singulis autoribus
concedentes: ipsi autem secundùm datam for-
mam breuitati studentes. Sicut enim nouæ do
mus architecto de vniuersa structura curandũ
est, ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad
ornatum exquirenda sunt, ita æstimandum est
& in nobis. Etenim intellectum colligere, &
ordinare sermonem, & curiosius partes singu-
las quásque disquirere historiæ congruit au- E
toritati: breuitatem verò dictionis sectari, &
executiones rerum vitare breuianti conceden
dum est. Hinc igitur narrationem incipiemus
de præfatione tantum dixisse sufficiat. Stultum
etenim est ante historiam effluere, in ipsa au-
tem historia succingi.

NICOLAVS DE LYRA.

filij Matathiæ vt dictum est supra lib.1.cap.13. quo tempore isti videntur scripsisse Iudæis commorantibus in Aegypto, vt dictum est cap. præceden.

1 Et reddidit hæreditatem. *Scilicet habitantibus in Iudæa, nam habita pace quilibet poterat habitare in hæreditate sua.*

2 Et regnum. *Id est, locum regni, qui est Ierusalem, vel per regnum intelligitur regimen populi quod habuerunt successiuè fratres Machabæi similiter cum sacerdotio. Non enim potest dici, quòd tunc habuerunt regnum propriè, nam à captione regis Sedechiæ nullus fuit rex de Iudæis vsque ad Aristobolum nepotem Simonis prædicti, qui post captiuitatem Babylonicam primus sibi imposuit diadema regni, vt dicit Iosephus lib.13.*

3 Et sanctificationem. *Id est, templum, & Dei cultum.*

4 Sicut promisit, &c. *Deut.30.a. Si ad cardines cœli fueris dispatus, inde retrahet te dominus Deus, &c.*

5 Speramus. *Ex hac promissione.*

6 Quod cito, &c. *Maiora bona tribuendo.*

7 Et congregabit de sub cœlo in locum. &c. *Vos & alios Iudæos*
C *qui estis dispersi per mundum: & hoc impletum fuit per Christum, quia*
Ioan.11. *secundum quod dicitur Ioan.11.g. Christus passus est,* vt filios Dei qui
dispersi erant, congregaret in vnum: *id est, in vnam ecclesiam charitate vnitam. Isti verò intelligebant de congregatione corporali Iudæorum in Ierusalem & Iudæa, sicut & Iudæi moderni expectant hoc fieri in aduentu Messiæ. Intentio tamen legis & prophetarum de congregatione fidelium fienda per Christum est de spirituali congregatione, quæ iam partim impleta est modo dicto, & perfectius implebitur circa finem mundi, quando omnes gentes conuertentur ad fidem Christi.*

8 Eripuit enim. *Vt patet ex processu primi libri.*

9 Et loc. *Vt habetur suprà primo libro cap.4.*

Diuisio 10 De Iuda. *Præmissa inuitatione ad obseruantiam duplicis festi, hic compendiosè ponitur processus huius libri secundi: Et diuiditur in tres partes: quia primò tangitur breuiter eius materia, secundò scribentium ratio moniua ibi:* Considerantes enim, *Tertiò scribendi modus & forma ibi:* Veritatem quidem. *Prima pars patet ex dictis in primo libro vsque ibi.*

11 Et de illumin. *Id est, diuinis reuelationibus & angelicis apparitionibus quæ in hoc secundo libro magis explicantur, vt patebit locis suis prosequendo.*

12 Cum pauci. *Malos puniendo.*

13 Et Barbaram. *Iudæi enim Barbaros reputabant omnes qui non erant de lege sua.*

14 Vt leges quæ. *Per edictum regis Antiochi, vt patet.1.c. primi lib.*

15 Restituerentur. *Per Iudam Machabæum & socios eius.*

16 Domino. *Id est, hæc non fuerũt facta virtute humana sed diuina,*

17 Itémque ab. *Quia scripsit diffuse Iudæ & sociorum eius facta.*

18 Tentauimus. *Ex quo videtur quòd fuerint plures in hac compilatione.*

19 Vno volu. *Scilicet in hoc secundo libro qui est satis breuis.*

20 Considerantes. *Hic consequenter describitur scribentium motiua ratio, quæ est vtilitas legentiũ qui gaudent breuitate, & ideò describta breuiter legunt libentius & memoriæ commendant melius, propter quod isti si plures fuerint laborem abbreuiãdi sumpserunt, & idem fuit motiuum si vnus tantum abbreuiauit, & his dictis patet litera.*

21 Veritatem. *Hic consequenter ponitur scribendi modus & forma cùm dicitur:* Veritatem quidem de singulis autoribus concedentes. *Id est, concedimus vera esse quæ scripserunt alij diffusè.*

22 Ipsi autem. *Id est, nos.*

23 Secundum datam. *Quam breuitatis formam explicat per exẽplum, dicens.*

24 Sicut enim. *Id est, principali artifici.*

25 De vniuersa structura curandum. *Scilicet de dispositione fun-*
F *damenti, parietum, & tecti.*

26 Ei verò qui pingere curat, &c. *Nam ad eum non pertinet factio domus sed eius ornatus.*

27 Ita æstimandum est & in nobis. &c. *Qui non habemus historiam scribere, sed iam scriptam ab aliis abbreuiare, & ideò subdit opus historiographi, cùm dicitur.*

28 Etenim intellectum colligere & ordi. &c. *Et similiter subdit officium abbreuiantis historiographi dicta, cùm dicitur.*

29 Breuitatem verò. *Id est, sententiam longam in breuibus verbis colligere.*

30 Et excutiones. *Scilicet gestarum.*

31 Vitare. *Quando faciunt magnam digressionem à principali intentione.* Breui. &c.

32 Hinc igitur. *Scilicet in principio seq.cap.* De præfat. tantum dixisse sufficiat.

33 Stultum etenim. *Videtur autem q̃ iste vel isti si plures fuerint confiteantur suam stulticiam, quia multa posita sunt hic ante narrationem respectu sequentium. Dicendum, quòd præfatio propriè dicitur illud quod narrationi vel executioni præmittitur per modum prologi, in quo breuiter continetur materia libri: & hoc incipit ab illo loco. De Iuda verò Machabæo &c. vbi satis breuiter tangitur materia libri breuiandi causa & scribendi forma, vt dictum est. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum festorum obseruantiam, non propriè pertinet ad huius libri præfationem, sed magis est aliquid adiunctum vt præambulũ sicut dictum est supra*

NICOL

CAP. III.

A *Gitur cum, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vbique
Hom.4. ad Coloss. a pacem petimus: nihil enim illi adæquari potest. In ecclesiis pacem, in precationibus, in supplicationibus, in præfationibus & semel, atque iterum, & tertiò & iæpè, eandẽ qui Ecclesiæ præest impertiri dicens: Pax vobis. Quamobrem? Quoniam ipsa mater est bonorũ omnium, ipsa causa est & materia gaudij. Tantum bonum est pax, vt filij Dei vocẽtur, qui ipsam efficiunt.

Lib.19.ciuit.ca.13.12.13. ✠ AVGVSTIN. Tantum est pacis bonum, vt etiam in rebus terrenis nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius cõcupisci, nihil melius inueniri.

B ✠ IDEM Nemo est qui pacem habere nolit, qui bella faciunt vincere volunt vt pacem gloriosam habeant: qui pacem turbant, non eam oderũt sed eam volunt commutari. Latrones vt tutius infesti sint paci cæterorum, pacem volunt habere sociorum. Et fœuissimæ feræ genus proprium quadam pace custodiunt coëundo, gignendo, pariendo, fœtus fouendo, &c.

Lib.3.histor.cap.1. b *Simon autẽ de tribu Beniamin, &c.* ✠ IOSEPHVS Heb. Abierunt quidam nebulones, impij, & filij Belial de populo nostro ad Seleucum, dixerúntque: En venimus ad te, vt ostendamus tibi diuitias templi Ierosolymitani. Siquidem argenti, auri, & lapidum pretiosorum qui sunt in eo, non est finis. Et certè hæc omnia supramodũ decorare possent palatium regis Seleuci, &c.

Igitur quia varij sub diuersis regibus erant pontifices, necessarium iudicauimus iuxtà narrationem historiographorum nomina recitare illorum pontificum qui pontificatum regum temporibus habuerunt, necnon & eorum qui post captiuitatem D Babyloniæ in gente Iudæa fuerunt, vt eo clarior appareat historiæ veritas. Primus siquidem Sadoch pontifex fuit templi quod Salomon ædificauit. Post eum verò Achimaas filius in eius honorem successit, post hunc autem Ioram, & post eum Auxieramus. Deinde Nideas, post Nideam verò Sudeas, post hũc Hilus, Hilo verò successit Ioathan, cui rursus Vrias, Vriæ verò Nerias, post Neriam autẽ Odeas fuit, post hunc verò Sellum, deinde Helchias, post hunc Zara, & post hunc fuit Iosedech, qui captiuus in Babyloniam deductus est. Isti siquidem omnes in pontificatum filij patribus per ordinem E successerunt. Post Iosedech autẽ filius eius Iesus sacerdotiũ accepit, sub quo templum reædificatum est, & post hunc Ioachim filius eius. Defuncto autem & hoc Ioannes filius eius honorem suscepit finiente verò vitam Ioanne succedit primatui sacerdotum filius eius Iaddus, sub quo Alexander rex Macedo Ierosolymam venit. Post quem Onias filius eius clarus habetur, post hunc Simon filius eius cui cognomentum iustus fuit, propter solliciram in Deum religionem, & in ciues suos pronam clementiam. Deinde Iudæorum pontifex Eleazarus frater Simonis suscepit tẽpli ministeriũ, filio Simonis Onia paruo admodũ derelicto, qui Eleazarus Ptolemæo Philadelpho petente septuaginta interpretes ad interpretandum legẽ diuinã transmisit. Post Eleazarũ autẽ auũculus eius Manasses accepit sacerdotiũ, post Manassem verò Iudæorum pontifex Onias Simonis iusti filius clarus habetur, qui consueta Ptolemæo regni tributa non reddés ad iram eũ impulit. Verũ Iosephus vir inter suos nobilis

☞ legatus à

CAPVT III.

a Igitur cùm sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis pieratem & animos odio habentes mala: tiebat vt & ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus Asiæ rex de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes. Si- b
mon autem de tribu Beniamin præpositus templi constitutus contendebat obsistente sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cùm vincere 14
accepit, Sub quo templum reædificatum est, & post hunc Ioachim filius eius. Defuncto autem & hoc Ioannes filius eius honorem suscepit finiente verò vitam Ioanne succedit primatui sacerdotum filius eius Iaddus, sub quo Alexander rex Macedo Ierosolymam venit. Post quem Onias filius eius clarus habetur, post hunc Simon filius eius cui cognomentum iustus fuit, propter solliciram in Deum religionem, & in ciues suos pronam clementiam. Deinde Iudæorum pontifex Eleazarus frater Simonis suscepit tẽpli ministeriũ, filio Simonis Onia paruo admodũ derelicto, qui Eleazarus Ptolemæo Philadelpho petente septuaginta interpretes ad interpretandum legẽ diuinã transmisit. Post Eleazarũ autẽ auũculus eius Manasses accepit sacerdotiũ, post Manassem verò Iudæorum pontifex Onias Simonis iusti filius clarus habetur, qui consueta Ptolemæo regni tributa non reddés ad iram eũ impulit. Verũ Iosephus vir inter suos nobilis

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. III.

✠ *Igitur cum, &c. Sicut patet ex prædictis in libro secundo tangitur breuiter liberatio Iudæorum ab afflictionibus per Iudam Machabæum & socios eius. In quo etiam aliqua ponuntur quæ superius in primo lib. sunt omissa. Sciendum etiam, quòd historio-*
C *graphi communiter incipiunt ab aliquo præcedenti historiam quam intendunt principaliter describere, vt sic conuenientius descendant ad suum propositum: & ideò verisimile est, quòd Iason Cyreneus qui historiam Iudæ & sociorum eius scripsit diffusè, incepit à tempore pontificis Oniæ: & eodem modo liber iste qui est abbreuiatio illius historiæ: vt dic-*
Diuisio *tum est, incipit simili modo. Propter quod in duas partes diuiditur: quia primò ponitur quædam liberatio templi tempore Oniæ, secundò subditur liberatio templi & populi facta tempore Iudæ, cap.seq. ibi:* Sed post Seleuci. *Circa primum sciendum, quod opposita iuxtà se posita magis elucescunt: & ideò primò ponitur templi veneratio præcedens, secundò eius conculcatio sequens, ibi:* Simon autem. *Circa primum dicitur.*

1 Igitur cum sancta ciui. *Scilicet Ierusalem: Quæ dicitur sancta, eo quòd ibi vigebat cultus diuinus.*

2 Habitaretur in omni pace. *Sub tributo tamen regum Syriæ.*

3 Leges etiam. *Scilicet datæ Moysi.*

4 Adhuc optime. *Nam a reditu captiuitatis Babylonicæ vsque ad tempus Antiochi Epiphanis, non leguntur Iudæi ad idolatriam seu ritum Gentilium declinasse.*

5 Propter Oniæ pontificis pietatem. *Id est, diligentiam in diuino cultu, nam secundum Tullium pietas est cultus soli Deo debitus. Quod autem in aliquibus libris præmittitur, dispositionem, non est de textu nec in libris correctis.*

6 Et animos. *Scilicet aliorum Oniæ adhærentium.*

7 Fiebat vt & ipsi reges. *Ierusalem ad diuinum cultum electum.* F

8 Summo honore dignum. *In ea ædificatum.*

9 Maximis muneribus illustrarent. *Ita quòd non solum honorabant verbo, sed etiam facto. Et ponitur exemplum cùm dicitur.*

10 Ita vt Seleucus. *Iste fuit filius Antiochi magni, & ei successit*
Diuisio *in regno, sicut ostensum est in principio primi libri.*

11 Simon. *Hic consequenter describitur ipsius templi conculcatio: Cuius primò ponitur occasio, & secundò subditur executio ibi:* Cùmq; retulisset. *Circa primum dicitur:* Simon. *Quantum ad res exteriores, quia non fuit sacerdos, cùm esset de tribu Beniamin.*

12 Contendebat. *Scilicet Onia.*

13 Iniquum. *Id est, cùm difficultate aliquid attentare. Et dicitur à molo is, vnde etiam infra 4.cap. dicitur, quòd amici huius Simonis sub alis ipsius homicidia perpetrabant.*

14 Sed cum vin. *Per se & suos cogitauit hoc facere per regiam potestatem: ideò subditur.*

✠ Venit ad

MORALITER.

✠ 1 *Igitur cùm sancta ciuitas.* Per hoc patet quod sacerdotum bona conuersatio, & deuota diuinorum celebratio principes inducit ad Dei reuerentiam & honorem ecclesiæ, & diuini cultus ampliationem.

11 *Simon autem de tribu Beniamin, &c.* Per istum qui persuasit spoliare templum, significantur illi qui persuadent tyrannis ecclesias spoliare. Per regem qui ad hoc misit Heliodorum, significatur præcipiens hoc fieri. Per Heliodorum executor huius mali. Per Oniam verò pontificem significatur bonus prælatus, qui quantum potest conseruat ecclesiæ libertatem. Per equitem verò armis aureis adornatum, significatur Christus tutor ecclesiæ suæ & defensor, sicut dicitur Apoc. 6.a. *Ecce equus albus, & qui sedebat super eum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Per hoc autem q̃. Heliodori priores calces elisit & in terram deiecit, significatur quòd Christus damnificantes ecclesiam & ei inferentes contumeliam punit grauiter in hoc seculo, vel grauius in futuro. Per duos iuuenes ipsum Heliodorum flagellantes, significatur virtus angelica fortitet & prouidè exequens mãdata diuina. Per hoc autem, q̃ dñs ad preces Oniæ Heliodorum liberauit à morte, significatur q̃ ad prælati deuoti depreçationem peccantes liberat nõ solum à malo tẽporali, sed etiam spirituali, vnde subditur q̃ Heliodorus hostia Deo oblata testabatur omnibus ea q̃ sub oculis suis viderat opa magna Dei,

✠ MORAL

legatus à Iudæis ad Ptolemæum missus, cum familiaritatem regis ob plurima meruisset in eum obsequia, dux Iudææ & regionum finitimarum constituitur. Post Oniam autem Simon Oniæ filius Iudæorum pontifex clarus habetur. Sub quo Iesu filius Syrach sapientiæ librum componens, quem vocauit panarethon, id est, virtutum omnium capacem, etiam Simonis in eo fecit mentionē. Post Simonē autē Onias filius eiusdem Simonis insignis habetur. Ad quē Lacedæmoniorum rex Aruis legatos mittit, qui sacerdotium habuit regnāte Syriæ & Asiæ Antiocho magno, & Seleuco Philopatore filio eius vsque ad Antiochum Epiphanem, sub quo pontifice omnia hæc quæ de Simone præpositi templi narrantur facta sunt regnante Syriæ & Asię Seleuco Philopatore, cui successit in regnum Antiochus Epiphanes. Simon autem præpositus templi Ierosolymorum ad Apolloniū Phœnicis ducem confugiens, multis ei muneribus repromissis sacerdotium sibi vendicare cœpit: Quæ Seleucus audito, Heliodorum mittit ad negocium prouidendum: qui cum in Iudæam peruenisset, iniquè diiudicans, & multa perperam gerens diuinis aduersum se signis deterretur, & ad Seleucum reuertitur. Onias autem sacerdos curauerat, vt Simon profugus fieret, &c.

Eccl.50.a.

B

Cumq; retul.&c. † Denique hæc historia secundum Tropologiæ regulam insinuat: quia omnes qui superbia atque auaritia initigati sanctificationem domini contaminare pollutis manibus indigne tractare præsumpserit, cœlesti iudicio sunt puniēdi quia virtute attestante: *Domus Dei domus orationis est cunctis gentibus.* Nec licet eam cuiquam facere spelunçam latronum. Hinc & Psalm. ait: *Domum tuam de.san.d.in lon.di.* Nec licet ibi aliquid gerere vel condere, sed solius Dei laudibus & orationibus vacare, vnde & ipse dominus in Euangelio eliminauit de templo vendentes & ementes in illo, *& numulariorum effudit æs, & cathedras vendentium columbas euertit.* Hisq́ue peractis, *erat quotidie docens in templo.*

† Vsque sed post seleuci vitæ excessum &c. vsq; inci pit quartū capitulum secundum Raba.

Isaiæ 56.c. Marci 11.c. Psal.92.a. Marci 11.b. Ioan.2.c.

Iuxtà Allegoriam autem, Onias sacerdos Dei magnus & figuralis templi custos, significat dominum Saluatorē, qui à Deo patre pontifex factus in æternum secundum ordinem Melchisedech, veri Dei templi quod est ecclesia, custos & inhabitator est quod nomen Oniæ satis exprimere videtur. Interpretatur enim

C

Onias, dolor domini, siue dolens dominus. Et quis dolens dominus melius dici potest quàm redemptor noster? De quo per Isaiam dicitur: *Vidimus eum & non erat aspectus, & desideravimus eū despectum, & nouissimum virorum & virum dolorum, & scientem infirmitate. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Heliodorus autem inuasor aut spoliator ærarij domini, Paganos siue Iudæos siue etiam hæreticos significat, qui sine reuerentia Dei donis abuti & in nefarium actum ea conuertere volunt; inuadunt enim Pagani thesaurum templi Dei cum fidē ac cultum Christi destruere conantur. Inuadunt & Iudæi, cùm religionem Christianam veteris legis ceremoniis confundere cupiunt. Inuadunt etiam hæretici, quando veritatem Euangelij & sinceritatem legis Dei falsis dogmatibus corrumpere gestiūt.

Isa 53.a. Ibid. 53.b. Mystice.

D

Sed Onia orante descendit eques terribilis, arma habens aurea. Ille videlicet de quo Ioan. in Apocalyp. sua scripsit dicens: *Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax, & cum iustitia iudicat.* Apoc.6.a. Ioan.14.a.

Oculi eius sicut flamma ignis, in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse, & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei. Orantibus quidē membris Christi succurritur ipse eis in auxilium, *qui est via, veritas, & vita,* & ad debellandos inimicos, & terrendas prauorū præsumptiones. Cuius equus erat albus, quia natiuitas eius erat incorrupta, & vestis sanguinolenta quia mors carnis eius erat innoxia, ipseq́ue terribilis, quia valde mirabilis atq; iudex iustissimus est. Hic erat optimis operimentis adornatus, quia omniū virtutum decore splendet clarissimus. Cui arma erant aurea, quia opera eius mirifica. Ipsius enim dono habet Ecclesia sua *scutum fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis & gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Quibus armis ipse quotidie in membris suis pugnat contra hostes suos. Hic videlicet eques cum impetu Heliodoro priores calces elisit, quia eius incarnationis sacramentum omnes prosternit hostes. hoc est Paganos, Iudæos, & hæreticos, quatenus confusi ab immanitate scelerum aliquando desistant. Illi ergo duo iuuenes qui cum ipso equite apparuerunt, decori virtute, optimi gloria, speciosique amictu, qui circunstetterunt Oniam ex vtraque parte, & flagellabant sine intermissione Heliodorum multis plagis verberantes, significant doctores vtriusque testamenti, qui circunstantes Christi incarnationem virtute fidei ad bonorum operum decori, gloria miraculorum optimi, & amictu sanctæ scientiæ, & sapientiæ speciosissimi, variis temporibus existentibus, prædicationibus suis verberant prauorum insensibilitatem, & ad terram decidere compellunt. Sicq́ue fiet, vt iste qui ante templum aggressus est superbus, per correctionem disciplinæ appareat inualidus: *Quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum, quia omnia quecunque voluit fecit in cœlo & in terra, & in mari & in omnibus abyssis, & non est qui possit resistere voluntati eius. Dominus vniuersorum ipse est.* Quòd autem Onias offerens hostiam salutarem pro salute viri saluauit ipsum Heliodorum multa caligine circumfusum, significat quòd misericordiam redemptoris nostri sæpè ingratis & immeritis confert beneficium conuersionis, quatenus per eius gratiam (qui semetipsum obtulit hostiam salutarem pro mundi peccatis) exuantur ab erroribus suis, & liberentur à potestate Sathanæ (cui nequitia quondam captiuati erant, ad ipsius voluntatem) vt referant gratias redemptori suo, & laudem eius prædicent in vniuersa terra.

Ephes.6.c.

Prou.21.

Psal.134.

E

F

a *Sed cùm venisset Hierosolymam, &c.* IOSEPHVS Heb. Irruēti Heliodoro in ciuitatem Ierusalem, dixit Sacerdos: Ob quid venit dominus meus ad seruos suos? Respondit. Propter argentum, & aurum, atque lapides pretiosos, qui sunt in sanctuario

Lib.3.hist. Iud.cap.1.

☞ vestro, quique

NICOLAVS DE LYRA.

1 Venit ad Apollonium qui Gentilis erat: *Vt sic per ducem regem induceret ad templi spoliationem.*

2 Et nunciauit ei pec. *Locus erat prope templum, in quo custodiebantur deposita valentium personarum & etiam bona pro sustentatione pauperum collecta.*

3 Communes copias immensas. esse quę non pertinent ad rationem sacrificiorum. *Scilicet in illo ærario. Et dicuntur hic communes copiæ bona seruata pro communitate quæ non pertinent ad rationē sacrificiorum, hoc addidit iste proditor, quia faciebat q̄ rex qui pro sacrificiis sumptus dabat vt præmissum est, non libenter acciperet bona pro sacrificiis custodita: ideò subdittur.*

4 Esse autem possibile. *Sine offensa Dei.*

5 Sub po. regis ca. vni. *Id est fisco regio applicari pro bono regni.*

6 Cúmque. *Hic consequenter ponitur dicti contemptus executio, circa quam primò ponitur mandatum regis, cùm dicitur:* Cúmque retulisset ad regem, &c. & patet. Secundò obedientia ducis, cùm dicitur. Diuisio

7 Statimque Heliod. &c. *Vbi primò ponitur eius attentatio, secundò, populi trepidatio, ibi:* Non modica verò. *tertiò attentatis percussio, ibi:* Heliodorus autem. *quartò percussi sanatio, ibi:* Túc verò. *Circa primum dicitur:* Statimque Heliodor. *Ad exequendum regis mandatum.*

8 Specie qui. *Id est, simulatorię.*

9 Quasi per Cœlesyriam & Phœnicem, &c. *Ad sciendum earū dispositionem, tantum ne Iudæi se munirent ad defendendum ærarium contra ipsum. Cætera patent vsque ibi.*

✠ Osten.de.

☞ vestro, quique sunt proliti domino meo regi. Ait Sacerdos. Et quare conatur rex diripere aurum, quod est in domo Dei magni, in cuius manu est omnis anima?

A

Lib.2.offic. cap.29.

a *Tunc summus sacerdos ostendit, &c.* ✠ AMBROS. Illud sane diligenter tuendum est, vt deposita viduarum intemerata maneant, sine vlla seruentur offensione: nec solū viduarum, sed etiam omnium. Fides enim exhibenda omnibus, sed maior est viduarum causa & pupillorum. Denique hoc solo viduarum nomine, sicut in libris Machabæorū legimus, commendatum templo omne seruatum est. Nam cùm indicium factum esset pecuniarum, quas in templo Hierosolymis maximas reperiri posse,

B

Simon nefarius Antiocho Regi prodidit, missus in Hierusalē Heliodorus, ad templum venit, & summo sacerdoti aperuit indicij inuidiam, & aduentus sui causam. Tunc Sacerdos deposita dixit esse viduarum victualia & pupillorū, quędam autem Hircani Tobiæ viri sancti: eaque demonstrauit. Argenti talenta quadringenta erant, auri verò ducenta. Quę cum Heliodorus ereptum ire vellet, & regis

C

vendicare commodis, Sacerdotes altare iactauerunt se induti sacerdotales stolas, & Deū viuum qui depositis legem dederat, flentes inuocabant custodem se præceptorum præstare fuorum &c. Seruanda est igitur filij, depositis fides, adhibenda diligentia. Egregiè hinc veltrum enituit ministerium, si susceptа impressio potentis quam vel vidua vel orphani tolerare non queant, Ecclesiæ subsidio cohibeatur, si ostendaris plus apud vos mandatum Domini, quàm diuitis valere gratiā. Meministis ipsi quotiens aduersus regales impetus pro viduarum, imò omnium depositis, certamē subierim. Commune hoc vobiscum mihi: recens exemplum ecclesiæ Ticinensis proferam, quæ viduæ depositum quod susceperat, amittere periclitabatur, &c. *Vide locum, &c.*

D

E

b *Alij etiam congregati, &c.* ✠ AMBROSIVS. Flebant omnes, quòd in cōtemptum locus venturus foret, si nec in Dei templo tuta fides seruaretur custodia: accinctæque mulieres pectus, & clausæ virgines pulsabāt ianuas: ad muros alij currebant, per fenestras alij prospectabant, omnes ad cœlūm ten debāt manus, orātes vt Deus suis adesset legibus. Heliodorus autē nec his territus, quod intenderat, vrgebat, & satellitibus suis ærarium sepserat, cùm subitò apparuit illi eques armis præfulgens aureis: equus autem eius erat insigni ornatus opertorio, &c.

Lib.2. offic. cap.29.

F

☞ *Apparu*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ostendit deposita esse, &c. *In tribus enim annis fiebat quædam decima pauperibus distribuenda, quæ aliquando vendebatur, & precium in templum ad custodiam mittebatur. Fiebant etiam cum hoc aliquæ collectiones à diuitibus, quæ similiter ibi seruabantur.*

2 Quædam verò, &c. *Id est deposita ab eo.*

3 Viri valde. *In virtute & fama: & hoc dicitur ad ostendendum, quòd ibi non seruabantur deposita malorum hominum vel infidelium. Vnde & Neemias fecit proiici vasa Tobiæ Gentilis de gazophilacio domus domini, Neemiæ 13.b.*

4 Decipi verò, &c. *Id est, commendassent deposita sua ibi custodienda, & supplendum est, si portarentur regi.*

5 Impossibile omnino esse. *Hæc est constructio suspensiua propter quod refertur ad interrogationem Heliodori quæ præmittitur. Si verè hæc ita essent, scilicet quæ dixerat Simon. scilicet quòd sine offensa Dei possent ad regem dicta deportari, & propter hoc Onias in sua responsione dicit impossibile esse, quia hoc non solum erat aliena rapere, sed etiam dei templo contumeliam inferre.*

6 At ille. *Scilicet, Heliodorus.*

7 Pro his quæ habebat in mandatis, &c. *Cui volebat simpliciter obedire.*

8 Dicebat omni generi. *Id est omnibus modis.*

9 Regi ea esse deferenda. *Ideo subditur.*

10 Constituta autem die intrabat de his, &c. *Ad exequendum regis mandatum.*

11 Non modica verò per vniuersam ciuitatem erat trepidatio. *Hic consequenter populi trepidatio, ne contemptus afferretur Dei templo, ad quod euitandum subditur communis oratio: Et primò sacerdotum cum dicitur.*

12 Sacerdotes autem ante altare. *Scilicet, holocaustorum.*

13 Cum stolis sacerdotalibus iactauerunt se, *In signū humiliationis, vt preces eorum essent magis exaudibiles, secundum illud Ecclesiast. 35.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit.

14 Et inuocabant de cœlo. *Id est vt exaudirentur de cœlo.*

15 Eum qui de depositis, &c. *Exodi vigesimo secundo.*

16 Vt his qui depositi erant ea salua custodiret. *Ab inuasione Heliodori.*

17 Iam verò qui videret, &c. *Supple sibi compateretur. Et subditur ratio cum dicitur.*

18 Mente vulnerabatur, &c. *Quod consequenter declaratur per immutationem faciei, in qua magis quam in aliis partibus corporis relucet dispositio animi.*

19 Pro eo quòd in contemptum locus esset venturus. *Nisi Deus adiuuaret: propter quod eius auxilium super hoc implorabant.*

20 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, &c. *Se macerando pro subsidio Dei impetrando.*

21 Sed virgines quæ conclusæ erant, &c. *Id est domibus parentum, non exibant ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis: tamen in illa turbatione exibant præter morem solitum currentes ad Oniam. Aliqui tamen exponunt hoc dicentes, quòd aliquæ virgines nobiles propè templum custodiebantur inclusæ vsquequo nuptui traderentur.*

22 Erat enim miseria commixtæ multitudinis. *Iudæorum cuiuscunque status & sexus.*

& magni sacerdotis in agone constituti expectatio. Et hi quidem inuocabant Deum omnipotentem, vt credita sibi his qui crediderant cum omni integritate conseruarentur Heliodorus autem quod decreuerat perficiebat,eodem loco ipse cũ satellitibus circa ærariũ præsens.Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute a in dissolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu,qui circunstetерunt eum,& ex vtraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.Subitò autemHeliodorus concidit in terram, eúmque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. Hi autem dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum, & templum quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente domino gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, vt inuocaret altissimum, vt vitam donaret ei qui in supremo spiritu erat constitutus. b Considerans autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur maliciam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum consummatam obtulit pro salute viri hostiam salutarem, Cúmque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti astantes Heliodoro dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age. Nam propter eũ tibi dominus vitã donauit. Tu autem à Deo flagellatus nuncia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit,& Oniæ gratias agens, recepto exercitu

Seleucus de reditibus suis mittere solebat sumptus ad ministerium sacrificiorum sed ad suggestionis Simonis de tribu Beniamin qui erat propositus templi, & inuidebat Oniæ summo sacerdoti misit Heliodorum ad spoliandum commune ærarium. Frustra autem Heliodorus contra Dei prouidentiam innixus, iram Dei persensit

✠ Iosephvs. Heb. Accedentes seniores Macedoniæ ad Oniam sacerdotem & flentes, rogabant eum. Obsecramus domine, vt ores pro nobis seruis tuis, & pro famulo tuo Heliodoro vt viuamus & non moriamur. Cognouimus enim non esse Deum præter Deum vestrum, & omnes deos gentiũ vanos esse atque inanes. Deus autem vester fecit vniuersum mundum & in manu eius est omnis viuentis anima. Orante itaq; sacerdote ad dominũ, & offerẽte holocausta atque sacrificia, viderunt duos iuuenes dicentes ad Heliodorum:Surge, vade ad Oniã sacerdotem & prosternere ante pedes eius in terram, quoniã propter eum miserebitur tui Deus Surgens verò,abiit, & procidens corã illo in terram, benedixit dominum Deum Israel,& Sacerdotem:offerens argentum & aurum in thesaurum domus domini,& sacerdoti:surgénsque festinanter, conscenso equo,fugit in Macedoniam, ad regem Seleucum.

lib.3.hist. Iud.cap.51.

☞ *Sed Post*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et magni sacerdotis in agone constituti: *Id est, in anxietate mortis.*

2 Expectatio.Et hi quidem,&c. *Pro contemptu templi futuro. Cætera patent.*

3 Heliodorus autem quod.&c. *Hic consequenter describitur executionis persecutio, cum dicitur;* Heliodorus autem, *Id est,persicere intendebat.*

4 Sed spirit.omnip.Dei.*Id est,eius virtus.*

5 Magnam fecit suæ ostensionis,&c. *Conuertendo Heliodorum & suos satellites in tantam mentis formidinem & roboris dissolutionem, & quòd non poterant perficere illam executionem. Et subditur causa cum dicitur.*

6 Apparuit enim illis quidem equus terribilem habens sessorem. *Id est,angelum loci defensorem in specie hominis equitis apparentem.*

7 Heliodoro priores calces,&c. *Id est priores partes pedum,& inde dicitur calcitrare.*

8 Alij etiam apparuerunt duo iuuenes. *Id est,Angeli in specie iuuenum apparentes.*

9 Virtute decori,&c. *Apparebant enim fortes & pulchri & bene ornati ad designandum angelorum fortitudinem & pulchritudinem ure & ornatum gloriæ.*

10 Subito autem Heliodorus concidit in terram. *Ex eorum percussione.*

11 Eúmque multa caligine circumfusum. *Ad designandum tenebrositatem mentis suæ.*

12 Rapuerunt atque in sella gestatoria positum eiecerunt *Scilicet sacerdotes,de loco sacro eum amouentes,eo quòd videbatur mortuus videlicet morti propinquus, ne ex cadauere mortui contaminaretur locus.Cætera patent.*

Diuisio

13 Tunc verò. *Hic consequenter describitur ipsius percussi sanatio,& secundò subditur sanantis infamatio in principio seq. ca. Circa primum primò ponitur percussi sanatio, cum dicitur:* Tunc verò ex amicis Heliodoro. qui ro. Et patet litera.Secundò ponitur sanati gratiarum actio, cum dicitur: Testabatur autem. *Et Primò generaliter cum subditur.*

Diuisio

☞ Omnibus

A repedabat ad regem.Testabatur autem omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei. Cum autem rex interrogasset Heliodorum,quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait: Si quem habes hostem aut regni tui insidiatorem,mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus. Nam ipse qui habet in cœlis habitationem visitator & adiutor est loci illius:& venientes ad malefaciendũ percutit ac perdit.Igitur de Heliodoro & ærarij custodia ita res se habet.

1 2 3 4 D

NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnibus ea quæ sub oculis. *In sua flagellatione & mirabili sanatione,secundò,coram rege specialiter,dicens.*

2 Si quem habes hostem aut regni tui,&c. *De quo cautè velis te expedire.*

3 Mitte illuc & flagellatum eum recipies. *Hoc enim erat expertus in seipso.*

4 Si tamen euaserit. *Scilicet,mortem.Hoc autem addidit,quia firmiter tenebat se mortem non euasisse, nisi per preces Oniæ. Cætera patent.*

Cap. IIII.

Sed post Seleu.&c. De hoc Iosephus ita narrat: Per idem tempus Onia defuncto principe sacerdotum fratri eius Antiochus sacerdotij contulit principatum. Nam filius quem Onias reliquerat, adhuc infans erat. Demonstrabimus autem singula

Ioseph antiquita. li.12.ca.6.

B in loco proprio quæ ad hunc puerũ pertinere videbantur. Iesu verò (nam hic erat frater Oniæ) principatum sacerdotij rex abstulit iratus,& dedit eũ minori fratri eius nomine Oniæ. Simoni namque tres filij hi fuerunt ad quos principatus sacerdotij sicut prædiximus peruenit.Et Iesus quidẽ Iasonem nominauit se Onias autem Menelaus est nominatus. Seditionem itaque prius princeps sacerdotũ Iesus aduersus Menelaũ con

C citauit, & diuisa in vtrũque populi multitudine filij pro parte Menelai, Tobiæ consistebant. Populi verò pars plurima Iasonem adiuuabat, vnde: laborantes Menelaus & filij Tobiæ ad Antiochum discesserunt, ad noticiam eius producentes, quod vellent patrias relinquere leges, & conuersationem & mores obseruare Græcorum. Rogauerunt ergo eum vt permitteret eis ædificare gymnasium Ierosolymis. Cúmque concessisset, circumcisionem suam velauerunt, vt non apparerent in denudatione Græcis esse dissimiles: cæteráque omnia relinquentes quæ illis mos patrius imponebat, aliarum facta Gentium ritúsque sectabantur. Hæc Iosephus.

CAPVT IIII.

Imon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator malè loquebatur de Onia, tanquã ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum:prouisorémque ciuitatis,ac defensorem gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ intantum procederẽt,vt etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent:considerans Onias periculum contentionis,& Apollonium insanire,vtpote ducẽ Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam maliciam Simonis,ad regem se contulit:non vt ciuium accusator,sed cõmunem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans.Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari,nec Simonem posse cessare à stul-

a ticia sua. Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm susceptisset

Sed miror quomodo ipse Onia defuncto dicat Antiochum fratri Iasonis sacerdotium cõtulisse, cum hæc historia huic narrationi non concordet,sicut in sequentibus demonstrabitur.Denique Antiochus Epiphanes,eum de regione Ptolemæorũ quam subito inuaserat senatus præcepto recessisset, Iudæam venit, ibiq; Iesu qui & Iason fratri Oniæ pontificatũ tradidit: quo deinde expulso Oniam cognomẽto Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotij dignitatem orta seditione inter principes ingnetium miseriarum semina pullulauerunt, Hæc autẽ factio superborũ atq; transgressorũ legis Dei non allegoriam aliquã ad ædificationẽ vtilẽ nobis ingerit,sed proh dolor isto tempore Iason imitatores facinoris sui plures inuenit; cũ hi qui in ecclesia populo Dei & sanguine filij eius vnigeniti

E F

☞ redempto

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. IIII.

✠ Simon autem prædictus. *Postquam descripta est Heliodori sanatio,hic consequenter ponitur sanantis infamatio cum dicitur.* 1 Simon autem prædictus. *De tribu Beniamin,de quo fit mentio prope principium ca.præced.* Pecuniarum & patri.de. *Id est,accusator,vt habetur ibidem.*

3 Male loquebatur de Onia. *Volens eum infamare, & per hoc odio- sum reddere populo.* 4 Tanquam ipse.*Scilicet,Onias.*

5 Heliodorum instigasse.ad. *Scilicet,ad spoliandum ærarium, licet exterius fingeret contrarium.* 6 Prouisorémque ciuita. *Ierusalem.* 7 Ac defensorem gentis suæ.*Scilicet,Iudaicæ.*

8 Et æmulatorem legis. *Id est,eius amatorem,vnde versus: Aemulor,inflatur,amat,inuidet ac imitatur.*

9 Audebat insidiat. regni.*Scilicet,Iudæa, quæ licet tunc non haberet regem,tamen erat vnum regnum.*

10 Dicere mendacium. *Proprium crimen retorquens in Oniam.*

11 Sed cum.*Non solum verbis sed etiam factis,*

12 Veteriam.*Id est,familiares amicos, & dicuntur à necto sis, quia tales ad inuicem connectuntur.*

13 Homi.fi.*Occidebant enim aliquos de amicis Oniæ.*

14 Considerans Onias. *Intrinsecè,quæ periculosior est illa quæ est contra extraneos.* 15 Et Apol.*Id est,ardenter & male conari.*

16 Adre.*Scilicet,Seleucum,qui adhuc viuebat, apud quem sperabat gratiam & remedium inuenire per Heliodorum, quem suis precibus sanauerat.*

17 Sed post.*Descripta liberatione templi per Oniam,hic consequenter describitur liberatio templi & populi per Iudam,Et primò tempore Antiochi Epiphanis,secundò.Antiochi Eupatoris.ca.10.ibi: Nunc autem de Eupa.tertiò,tempore Demetrij filij Seleuci.c.14.Prima in duas, quia primò describitur populi tribulatio,secũdo,tribulati liberatio,c.8. Prima adhuc in duas:quia primò ponitur inchoatio tribulationis per ambitionẽ sacerdotij,secũdò,tribulationis cõsũmatio per inuasionẽ regis Antiochi.c.se.ibi:* His itaq; gestis.*Prima diuiditur in duas:quia primò ponitur triũ ambitio,secundò vnius,scilicet,Iasonis miserabilis terminatio in prin.se.c.Prima diuiditur adhuc in tres secundũ ambitionẽ trium in principatu sacerdotij sibi succedẽtiũ,secunda ibi.* Et post triennij tẽpus *tertia,ibi:* Quam ob causam.*Prima adhuc in duas,in partem,scilicet principalem & incidentalem,quæ incipit ibi:* Misso autem.*Prima adhuc in duas,quia primò per ambitionem Iasonis ponitur Gentilitatis introductio,secundò,eiusdem consummatio,ibi.* Cum autem quinquẽnalis.*Circa primum dicitur.* Sed post Seleuci.*Id est ipso mortuo.*

18 Cum susce.*Frater eius priuans regno nepotem suum,vt declaratum fuit in princi.primi lib.*

✠ Ambieba-

MORALITER.

✠ 1 *Simon autem prædi.pecuni.& patriæ delator, &c.* Per istum qui malè loquebatur de Onia viro sancto significantur detractoros pessimi, qui libentius denigrare nituntur famam honorum quam malorum: De quibus dicitur Prouerbiorum 2. capi. Qui lætantur cum male fecerint,& exultant in rebus pessimis,quorum viæ peruersæ & infames gressus eorum.

17 *Sed post.* Sequitur.

☞ redempto præponuntur: deserta Euangelij doctrina & vera reli-
A gione à cultu vnius Dei qui ibi commendatur, ac insinuatur prauis moribus ad occultam conuolant idololatriam, cum per ambitionem pecuniarum & diuitias, potestatis vitæ luxuriosam vitam & Deo detestabilem ducendo adulatorum attendentes, fauorē multos se cum trahūt ad perditionē. Isti profecto secundum apostolum: *Confitentur quidem se nosse Deum, fa. autem ne.* (Titum 1.d. 1.Tim.6.b.) Nam quia victu & vestitu moderato nō sunt contenti, *Sed volentes diuites fieri, inci. in tenta. & in la. dia. & deside. multa & inuti. & no-*
B *ci. quæ mer. homines in inte. &c. Radix enim omnium malorum est auaricia quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis:* (Ibidem.)

a *Etenim ausus est sub ipsa arce, &c.* ✠ RVPERTVS. Quod dicitur à Ioele: *Et posuerunt puteum in prostibulum, &c.* (In cap. 3. Ioelis.) Respicit regnum Græcorum sub quo ita corrupti sunt Iudæi quoque ex imitatione illorum, vt puerum ponerent in prostibulū. Sic enim in libro Machabæorum legimus: Super hæc promittebat Iasō frater
C Oniæ & alia talenta cētū, quinquaginta si potestati eius concederetur, gymnasiū & ephœbiam ibi constituere. Et subinde. *Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephœborum in lupaneribus ponere.* Hoc (vt manifestius dicamus) illud est quod Apostolus horribiliter detestantes in gentibus, *Masculi* (inquit) *eorum relicto vsu naturali fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. &c.* D (Rom. 1. In cap. 17. Apoc.)

✠ IDEM. Eiusmodi contumelias non saltem in occulto exercebant, verùm quod deterius est, publicè & passim gloriabundi frequentebant. Vnde de hoc homine sacrilego dictum est: quia secūdum exemplum gentium ausus est optimos quosque ephœborum in lupanaribus ponere.

b *Cum autem.* Regnante apud Iudęam Ozia: qui & Azarias rege leproso & apud Israel Phacea, apud Athenienses quoque Aeschylo, & apud Latinos Amulio, secundo anno Aeschyli iudicis Atheniensium. (Rabanus. 4.Re.15.b. 2.Pa.26.c.) Prima olympias acta in qua Chorebus Heliensis victor extitit. E Helij agunt quinquennale certamē quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituūtur quatuor: quam olympiadē Iphitus filius Praxonidis siue Aemonis primus instituit. Ab hoc tempore Græca de temporibus historia vera creditur: nam antè hoc vt cuique visum est, diuersas sententias protulerūt. Hūc autem quinquennalē agonem tunc Antiochus apud Tyrum celebrasse F describitur, & ea quæ deinde commemorantur de Iasone & Menelao postea facta sunt Iaon quidem qui proprium fratrem (hoc est Oniam seniorem Simonis filium) captiuauerat ab Menelao (hoc est minore Onia, qui Binomius fuit) accusatus apud regē atque deceptus, pfugus in Ammanitatē expulsus est regionē. Menelaus ☞ autem

regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Ia- 1
son frater Oniæ summum sacerdotium adito rege, promit- 2
tens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditibus aliis 3
talenta octoginta. Super hoc promittebat & alia centum
quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium & 4
Ephebiam sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis erant 5 6
Antiochenos scribere. Quod cùm rex annuisset & obtinuis- 7
set principatum statim ad Gentilem ritum contribules suos 8
transferre cœpit, & amotis his quæ humanitatis causa Iu- 9
dæis à regibus fuerant constituta, per Ioannem patrem Eu- 10
polemij, qui apud Romanos de amicicia & societate fun- 11
ctus est legatione, legitima ciuium iura destituens praua in- 12
a stituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium 13
constituere, & optimos quosque Epheborum in lupanari- 14
bus ponere. Erat autem hoc non initium, sed incrementum 15 16
quoddam, & profectus Gentilis & alienigenæ conuersatio- 17 18
nis, propter impij & non sacerdotis Iasonis nefarium & in- 19
auditum scelus, ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia 20
dediti essent, sed contempto templo & sacrificiis neglectis
festinarent participes fieri palestræ & præbitionis eius in-
iustæ, & in exercitiis disci, & patrios quidem honores nihil 21 22
habentes Græcas glorias optimas arbitrabantur. Quarum 23
gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum insti- 24 25
tuta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cu- 26
piebant, quos hostes & peremptores habuerant. In leges e- 27 28
nim diuinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc sequens 29
b tempus declarabit. Cùm autem quinquennalis agon Tyro 30

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ambiebat. *Ipso adhuc viuente.* 2 Sum.sa. *Et quia non poterat hoc licite, ideò quæsiuit per vias illicitas obtinere, scilicet, per pecuniam: ideo subditur.* 3 Adito re. *Et per translationem populi ad ritum Gentiliū, ideo sequitur* 4 Si potestati. *Id est schola Gentilitatis, sicut dictum fuit .1.li.ca.1.* 5 Et Ephe. *Id est prostibulum pulcherrimorum iuuenum.* 6 Et eos. *Id est quod profiteretur se Gentiliter viuere.* 7 Quod cum. *Tum propter permissa, tum propter dilationem Gentilis ritus qui sibi placebat, eo quod Gentilis erat.* 8 Et obti. *Scilicet, sacerdotij.* 9 Statim. *Liti enim libentius ei obediebant, eo quod de sua tribuerant, & per istos intendebat tradere alios, ideo subditur.* 10 Et amotis &c. *A re Syriæ.* 11 Fuerant con. *ista impetrantem.* 12 Patrem Eu. *Scilicet, Eupolemius.* 13 Apud Ro. *Vt habetur suprà .1.li.18.ca. Prædicta enim fauorabilia Iudæis auferebat ab illis qui nolebant recipere vitam Gentilitatis, vt sic cogeret eos ad recipiendū.* 14 Etenim au. *propter templū domini.* 15 Gymnasium. *Id est scholam Gentilitatis.* 16 Et op quosque. *Id est pulcherrimos iuuenes.* 17 In lupa. *Vt exerceretur in eis vicium contra naturam. Dicitur enim ephebus quasi valde lucidus.* 18 Erat autem hoc. *Tantum, scilicet.* 19 Sed. *Cum hoc.* 20 Incremen. *Gentilitatis apud Iudæos. Cætera patent vsque ibi.* 21 Festinarent parti. *Est autem palestra locus vbi exercetur lucta, sicut & gymnasium, & vtrumque trahitur ad signandum scholam, eo quòd ibi disputant studentes adinuicem. Et idem signatur hic nomine palestræ, quod supra nomine gymnasij.* 22 Et præbitionis. *Id est, traditionis suæ pessimæ doctrinæ. Et dicitur præbitio à præbeo, bes.* 23 Et in exer. *Id est, informari in exercitio talis doctrinæ.* 24 Et patrios. *Id est, diuinum cultum, in quo gloriabantur patres eorum.* 25 Græcas glo. *Id est, ritus & modos viuendi in quibus gloriabantur Græci.* 26 Quarum gratia. *Aliquibus Iasoni assentientibus, aliis dissentientibus, & sic schisma erat in populo, quod est valde periculosum.* 27 In leges enim. *Sicut enim pietas est cultus diuinus, ita impietas est contraria diuino cultui.* 28 Impune non ce. *Quia non dimittitur dedecus culpæ sine decore iusticiæ.* 29 Sed hoc. *In sequentibus enim exprimuntur multa grauia, quæ venerunt super populum propter istas transgressiones.* 30 Cum autem. *Postquam posita est Gentilitatis introductio, hic consequenter punitur eius consummatio saltem quantum ad Iasonem* ✠ *sacerdotem*

MORALITER.

✝ 1 *Ambiebat.* Per istum qui per dona multa & magna procurauit sacerdotium, significantur simoniacè promoti in ecclesia Dei, ex quorum multa mala: scilicet, diuini cultus negligentia quantum ad clerum, & dissolutionis multimodæ, & luxuriæ exercitium, & per consequens recessus à Christiana conuersatione & vita quantum ad populum, sicut tangitur in litera consequenter.

30 *Cum autem.* Per Iasonem pessimum pontificem mittentem pecunias in sacrificium Herculis: qui sicut dicit Isid. etymol. lib. 8. dicitur Deus fortitudinis, significantur mali pontifices & prælati qui bona Ecclesiæ expendunt in curiis regum & principum, vt per hoc in suis maleficiis sustententur.

✝ Et post

☞ autem principatum obtinuit: sed de pecuniis pro pontificatu
A regi promissis nihil agebat, quam ob causam similiter & ipse remotus est à sacerdotio, succedente sibi Lysimacho: quo tenente sacerdotium Menelaus Antiocho absente propter sedandos Tharsenses & Malotas, ratus se accepisse tēpus oportunum, aurea quædam vasa templo furatus donauit Andronico comiti, quem rex reliquit ad tuendam regionē. Vnde commotus Onias senior frater eius, quem Iason captiuauerat, arguebat Menelaum pro impietate perpetrata: ipse in loco tuto se continēs Antiochiæ secus Daphnē. Vnde Menelaus accedens ad An-
B dronicum, rogauit vt Oniam interficeret. Qui cum venisset ad Oniam & datis dextris cum iureiurando; quamuis esset ei suspectus, & suasisset de asilo procedere, statim eum peremit, nō veritus iusticiam. Ob quam causam nō solum Iudæi sed & aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. Hinc Iudæi simul & Græci regressum regem de Ciliciæ locis adierunt prodentes quod factum fuerat. Ex hoc commotus Antiochus, vsque ad lachrymarum effusionē recordatus defuncti sobrietatem & modestiam: accensúsque animo, Andronicum exutum purpura circunduci per totam ciuitatem iubet, & in eodem loco quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari: domino illi dignam pœnam retribuente. Multis enim sacrilegiis in
C templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, diuulgata fama congregata est multitudo aduersum Lysimachum, alij lapides, alij verò fustes validos arripuere: quidam vero cinerem in Lysimachum iecere, & multi quidem vulnerati, quidam etiam prostrati: omnes verò, in fugam conuersi sunt, ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iu- D dicium aduersus Menelaum agitari. Et cum venisset rex Tyrum ad ipsum negocium detulerunt, viri tres missi à senioribus. Et cum superaretur Menelaus promisit Ptolemæo multas pecunias ad suadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adiit, & à sentētia deduxit, & Menelaum quidem vniuersæ maliciæ reum criminibus absoluit miseros autem (qui etiā si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur) morte damnauit. Sed cum falsus rumor exisset, tanquam à vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mil- E le viris repente aggressus est ciuitatem & ciuibus ad murū conuolātibus, ad vltimum cōprehensa ciuitate Menelaus fugit in arcem. Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos, malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit: finem verò insidiarum suarum confusione cepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem. Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Aretha Arabum tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem omnibus odiosus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuiū hostis, in Aegyptū extrusus est: & qui multos de patria expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus. Menelaus autem cum apud Antiochum Eupatorem simili modo vt antea apud Antiochū nobilē dolos meditaretur, F rex regū suscitauit animos Antiochi in peccatorē, & suggerente Lysia hūc esse causam omniū malorū iussit (vt eis est cōsuetudo) cōprehensum eodē loco necari. Erat autē in ipso loco turris quinquaginta cubitorū, aggestū vndiq; habēs cineris: Hæc prospectū habebat in præceps: inde in cinerē deiici iussit sacrilegū ☞ omnibus

celebraretur, & rex præsens esset, misit Iason facinorosos ab 1
Ierosolymis viros peccatores portātes argenti didrachmas 2
trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi qui 3
asportauerant, ne in sacrificiis erogarentur, quia non opor-
teret, sed in alios sumptus eas deputari. Sed hæc oblata sunt
quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter 4
præsentes autem datæ sunt in fabricam nauium triremium. 5
Misso autem in AEgyptum Apollonio Nesthei filio pro- 6
pter primates Ptolemæi Philometoris regis. Cùm cognouis- 7
set Antiochus alienum se à negociis regni effectum, pro- 8
priis vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, &
inde Ierosolymam. Et magnificè ab Iasone & ciuitate susce-
ptus, cum facularum luminibus & laudibus ingressus est, &
inde in Phœnicem exercitum conuertit. Et post triennij tem 9 10
pus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem por- 11
tantem pecunias regi, & de negociis necessariis respon- 12
sa perlaturum. At ille commendatus regi cum magni- 13 14
ficasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit 15

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sacerdotem, qui misit magnam pecuniam in sacrificiis Herculis expendendam: tale vero sacrificium est Gentilitatis summū malum: ideo dicitur:* cum autem quiquen. &c. *Id est, lucta vel hastiludium seu aliquid huiusmodi quod semel fiebat in quinque annis. Et istud de quo hic agitur, fiebat in venerationem Herculis.* 1 Et rex præ. *Scilicet, Antiochus nobilis.* 2 Misit Ia. faci. *Id est, facinoribus plenos: vnde versus:* Osus plena notat, bundus similat, bilis aptat.
3 Viros pec. *De sua secta: propter quod de illis confidebat: tamen erant minus mali quam ipse, quia pecuniam quam portabant pro sacrificiis Herculis, rogauerūt expēdi in vsibus aliis: ideo sequitur postea.*
4 Propter præ. *Id est, propter præsentantes dictam pecuniam.*
5 Datæ sunt, &c. trire. *A tris quod est tres & remus mi. habębant enim illæ naues tres ordines remotum.* 6 Misso autem. *Hæc est pars incidentalis, in qua ponitur quoddam incidens illius temporis. Ptolemæus enim Philometor cum adhuc esset puer successit patri in regnum Aegypti: & quia erat nepos Antiochi Epiphanis, vt pote filius suæ sororis, sicut ostendit plenius Dan. 10. ideo Antiochus accepit aliquas ciuitates de regno Aegypti, quasi curam gerens de regno nepotis sui: sed cum postea nollet eas reddere, principes Aegypti mouerunt contra eum bellum zelantes pro suo rege: & sic fuit alienatus à negociis nepotis sui & hoc est quod dicitur:* Misso autem, &c. *Iste fuit missus à rege Antiocho.* 7 Propter pri. Pto. *Nolentes quod Antiochus se intromitteret de negociis Aegypti. De hoc enim audierat Antiochus rumores & voluit scire veritatem per istum Apollonium, quod & factum fuit: ideo subditur:* Cum cognouisset Antio. &c. 8 Propriis vti. *Scilicet vt ciuitates quas prius acceperat tenere posset in augmentum sui regni Cætera patent.* 9 Et post triennij tempus. *Post ambitionem Iasonis hic consequenter ponitur ambitio Menelai, cum dicitur.*
10 Misit Iason Menelaum. *Qui de sua mala secta erat: & sic in eo confidebat.* 11 Supradicti Simonis. *De tribu Beniamim, vt habetur ca. præcedenti.*
12 Fratrem. *Id est, in malicia sibi parem, vt exponunt aliqui sequentes dictum Iosephi dicentis quod iste Menelaus & Iason fuerunt fratres Oniæ pontificis: sed quia propter dictū Iosephi è quod certū est multa falsa ponit, nō videtur autoritas huius libri dimittēda, nec eius litera extortè exponēda maximè cū ad legēdū sit receptus ab Ecclesia: propter quod saluo meliori iudicio videtur mihi, quod iste Menelaus propriè dicatur frater Simonis de tribu Beniamin. Si vero cōtra hoc obiiciatur, quod iste Menelaus factus fuit summus sacerdos, vt dicitur in litera, quod retorsit in semetipsum summum sacerdotium, quod debebatur filiis Aaron tantum. Dicendum, quod hoc non valet: nam hoc sacerdotium obtinuit per Antiochū regē idololatram & Gentilem: propter quod non curabat de qua tribu Iudæorū pontifex esset sed solū de vtilitate tēporali quam inde haberet: ideo subditur.* 13 At ille. *Per ministros assistentes sibi, quibus munera dederat Menelaus.* 14 Cum mag. &c. *Per munera quæ apportauerat, & nomine suo magis quam Iasonis obtulerat, & alia mittere de futuro promiserat, vt habetur infra.* 15 In semetip. *A rege sibi concessum. Cætera patent vsque ibi.*
✠ Et Iason

MORALITER.

✝ 9 *Et post triennij tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, &c.* Per hoc autem, quod iste Menelaus à Iasone missus eum defraudauit à sacerdotio, & pœnam pecuniariam imposuit, ostenditur, quod Deus iustè permittit aliquando malos homines defraudari & supplantari ab his qui sunt de sua familia, vt sic de suis maleficiis grauius puniantur.

summum sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti
trecenta. Acceptísque à rege mandatis venit, nihil quidem
dignum habens sacerdotio: animos verò crudelis tyranni &
feræ belluæ iram gerens. Et Iason quidem qui proprium fra- 1
trem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem 2
expulsus est regionem. Menelaus autem principatum qui- 3 4
dem obtinuit: de pecuniis verò regi promissis nihil agebat, 5 6
cum exactionem faceret Sostratus qui arci erat præpositus. 7
Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat, quam ob 8
causam vtríque ad regem sunt euocati. Et Menelaus amotus 9 10
est à sacerdotio, succedente Lysimacho confratre suo: So- 11
stratus autem prælatus est Cypriis. Et cum hæc agerentur, 12
contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eò 13 14
quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati. Festinan- 15
ter itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex co- 16 17
mitibus suis Andronico. Ratus autem Menelaus accepisse 18
se tempus oportunum aurea quædam vasa è templo furatus 19
donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro, & per vicinas 20 21
ciuitates. Quod cum certissimè cognouisset Onias, argue- 22
bat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ se- 23 24
cus Daphnen. Vnde Menelaus accedens ad Androni-
cum rogabat, vt Oniam interficeret. Qui cum venisset ad

omnibus cum prosilientibus ad interitum: & tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis iustè. Nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus, ipse in cineris morte damnatus est. Refert autem Iosephus sicut in superiori libro ostendimus, quod filius principis sacerdotum Oniæ, cum adhuc puerulus defuncto patre relictus sit, videns quia auunculum suum Menelaum rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, nō existenti de genere sacerdotum: sed à Lysia flexus, vt transponeret honorem ab ea familia ad aliam domū, fugit ad Ptolemeum regem Aegypti, & honorem meruit ab ipso & vxore eius Cleopatra, locúmq; petiit in regione Eliopolitana, vbi ciuitatem nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patris constructo. Alchimus verò aduersum Iudam Machabæum inimicitias gerens post nō multum temporis ira Dei percussus interiit: ac sic cum omnium Iudæorum fauore Iudæ Machabæo sacerdotium decernitur. Quæ quidem omnia magis moralem quam allegoricum ædificare videtur intellectum cùm manifestè designent iustissimū iudicem, atque æquissimum retributorem singulis prout debita eorum postulauerint mercedem condignam restituere, hoc est, piis ac Deum timentibus præmia æterna, impiis autem & peccatoribus & blasphemis pœnā ignis perpetui. Nec vllus debet sibi blādiri pro terrena fœlicitate, ac præsentis vitæ prosperitate si in peccatis degere voluerit, quasi impunè possit euadere Nec etiam ille qui bene agens validis tormentis aut variis tribulationibus in præsenti vita coangustatur, desperare debet de futura salute, si in iusticiæ perseuerauerit tramite: quia scriptum est: *Multæ tribulationes iustorū, & de omnibus his liberabit eos dominus.* Et: *Multa flagella peccatorum, sperantes autē in domino misericordia circundabit. Lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.*

Iosephus antiq. li. 12. ca 6.

Moraliter.

Psalm. 33. d.
Ibidē. 31. c.

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et Iason quidem qui proprium fra. *Scilicet, Oniam.*

2 Captiuauerat. *Ipse existente in Antiochia officium eius malè impetrauerat.*

3 Ipse deceptus. *Per Menelaum.*

4 Profugus. *Tum quia priuatus erat sacerdotio, tum quia soluere non poterat impositam sibi summam.*

5 Menelaus autem principatum. *Scilicet, sacerdotij.*

6 De pecuniis, &c. *Vt dictum est.*

7 Nihil agebat. *Et subditur causa, cum dicitur.*

8 Cum exactionem faceret. *Ideo non permittebat, quòd de leuatione pecuniæ se intermitteret Menelaus.*

9 Quam ob causam. *Hic consequenter agitur de ambitione Lysimachi: cuius primò ponitur institutio, secundo, eius destitutio, ibi:* Multis autem sacrilegiis. *Prima in duas: quia primò ponitur institutio Lysimachi, secundò, mors Oniæ iusti, ibi:* Et cum hæc agerentur. *Circa primum dicitur:* Quam ob causam vtríque: *Scilicet, Menelaus & Sostratus.*

10 Ad regem sunt euocati. *Eò quòd pecuniā promissam non mittebat. Sostratus verò quia Menelaum exactionem facere non sinebat, propter quod Menelaus ipsum accusabat.*

11 Et Menelaus amo. *Hoc procurante Sostrato & aliis modis, quibus poterat per ambitionem, sicut dictum est suprà de Iasone: quod officium sui fratris Oniæ male procurauerat. Dicunt tamen hic expositores aliqui sequentes dicta Iosephi, quod iste Lysimachus non fuit frater Menelai, sed dicitur hic eius frater, eo quòd fuit sibi similis in malicia sicut dicitur quòd nihil & Chimera sunt fratres sed hæc expositio videtur extorat, maximè quando scribitur historia, vbi non est vtendum metaphora, sicut est in proposito, propter quod melius videtur dici sequendo textum libri, quòd isti tres, scilicet, Lysimachus, Menelaus & Simon templi præpositus fratres fuerunt.*

12 Sostra. au. &c. *Sicut frequenter mutantur Balliui regis, insula verò Cypri subiecta tunc erat Antiocho regi.*

13 Et cum hæc. *Hic interpenitur mors Oniæ cuius primò describitur occisio, secundò vindicatio, ibi:* Ob quam causam. *Circa primum præmittitur temporis oportunitas, cum dicitur.*

14 Contigit Thar. & Mal. *Id est, ciues duarum ciuitatum.*

15 Seditionem mo. *Contra regem Antiochum.*

16 Eò quòd an. re. con. *In datiuo casu.*

17 Dono. es. da. *Dolebant enim, quod sub dominio talis mulieris essent positi.*

18 Festinanter, &c. *Ne maius malum orrietur contra ipsum, sed per quem modum non dicitur hic, sed verisimile est, quod donum illud retractauit, & concubinæ suæ aliter prouidit.*

19 Reli. suffe. *Id est, sub se facto, locum eius tenente.*

20 Vno ex &c. *In Antiochena ciuitate.*

21 Ratus. *Id est, opinatus, & dicitur à reo ris.*

22 Menelaus accepisse se tempus oportu. aurea, &c. *Ad mortem Oniæ procurandum in regis absentia per Andronicum cupidum. Cætera patent vsque ibi.*

23 Arguebat eum. *De furto notabili rei sacræ.*

24 In loco tuto se conti. &c. *In quo nullus sub pœna mortis audebat aliquem lædere: propter quod dicebatur asilum ab à quod est sine & silen quod est tactus, quia non est fas alicui ibi tangere & offendere alium. Cætera patent.*

Ob quam

Diuisio.

MORALITER.

13 *Et cum hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quod Antiochi regis &c.* Per istos rebellantes regi superbo, eò quòd dedignabantur subiici mulieris concubinæ domino, significantur illi qui resistunt Diabolo regi superbiæ, eò quòd nolunt subiici sensualitati. Quæ mulier dicitur ab Angu super Gen. Et est lubrica ad corporis voluptatem.

21 *Ratus autem Menelaus accepisse se tempus oportunum aurea quædam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro, & per vicinas ciuitates.* Per istum qui machinabatur in mortem Oniæ, eò quòd cum eum arguebat de sacrilegiis suis, significatur quilibet criminosus, qui odit corripientem se de suis facinoribus. Vnde dicit Ioannes os aureum: Incurrit odium qui arguit criminosos. Per Andronicum verò qui falsis promissionibus eum extra asilum exire fecit, & sic eum crudeliter interfecit, significatur Diabolus, qui viros iustos aliquando multis illusionibus pertrahit extra discretionis asilū, & sic eos iugulat, per peccatum, & ad hoc ponuntur exempla plurima in collatione Moysi ab.

Multis

Oniam & datis dextris cum iureiurando, quā-
uis esset ei suspectus, & suasisset de asilo pro-
cedere, statim eum peremit non veritus iusti-
ciam. Ob quam causam non solum Iudæi sed 1
etiam aliæ quoque nationes indignabantur,
& molestè ferebant de nece tanti viri iniusta.
Sed regressum regem de Ciliciæ locis adie-
runt Iudæi apud Antiochiam simul & Græci,
conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contri-
status itaque animo Antiochus propter O-
niā, & flexus ad misericordiā lachrymas fudit,
recordatus defuncti sobrietatem & mode- 2 3
stiam. Accensúsque animis Andronicum pur- 4
pura exutum per totam ciuitatem iubet cir- 5
cunduci, & in eo loco in quo in Oniam impie- 6
tatem commiserat, sacrilegum vita priuari,
domino illi condignam pœnam tribuente.
Multis autem sacrilegiis in templo à Lysima- 7
cho commissis Menelai consilio, & diuulgata 8
fama, congregata est multitudo aduersum 9 10
Lysimachum, multo iam auro exportato. Tur-
bis autem insurgentibus & animis ira repletis
Lysimachus armatis ferè tribus milibus, ini-
quis manibus vti cœpit, duce quodam ty-
ranno ætate pariter & demētia prouecto. Sed
vt intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapi-
des alij fustes validos arripuere: quidam verò
cinerem in Lysimachum iecere. Et multi qui-
11 dem vulnerati, quidam autem & prostrati, om
12 nes verò in fugam conuersi sunt. Ipsum etiam
13 sacrilegum secus ærarium interfecerunt. De
14 his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum
15 agitari. Et cùm venisset rex Tyrum, ad ipsum
negociū detulerunt missi viri tres à senioribus
16 17 Et cum superaretur Menelaus, promisit Pto-
lemæo multas pecunias dari ad suadendū regi
Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum
18 quasi refrigerandi gratia regem adiit, & dedu-
xit à sententia, & Menelaum quidem vniuer-
19 sæ maliciæ reum criminibus absoluit: mise-
20 ros autem qui etiam si apud Scythas causam
dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte
21 damnauit. Citò ergo iniustam pœnam dede-
22 23 runt, qui pro ciuitate & populo & sacris vasis
24 causam prosecuti sunt. Quamobrem Tyrij
25 26 quoque indignati, erga sepulturam eorum li-
27 beralissimi extiterunt. Menelaus autem pro-
pter eorum qui in potentia erant auariciam,
28 permanebat in potestate crescens in malicia
ad insidias ciuium:

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ob quam cau. *Hîc consequenter ponitur occisionis dictæ vindicatio. Et patet litera vsque ibi.*

2 Defuncti sobrietatem. *In potibus & cibis.*

3 Et modestiam. *In verbis & factis.*

4 Andronicum popu. *Tanquam de statu dignitatis depositum & degradatum.*

5 Per totam ciui. &c. *Vt vindicta sceleris omnibus appareret.*

6 Et in eo loco. &c. *Vt sic culpæ responderet pœna.*

7 Multis autem. *Postquam supra posita est Lysimachi institutio, hîc ponitur eius destitutio, & secundò Menelai restitutio, ibi:* De his ergo. *Circa primum dicitur:* Multis autem, &c. com. *Scilicet, in diuini cultus dissipatione & vasorum aureorum furtiua subtractione.*

8 Menelai con. *Vt de auro partem haberet, & vt populo contra Lysimachum concitato ipse sacerdotium recuperaret, sicut & factum fuit, vt ex sequentibus patebit.*

9 Et diuul. fa. *De dictis sacrilegiis à Lysimacho commissis.*

10 Congre. est mul. &c. *Iniquis manibus vti cœpit, multitudinem contra se commotam interficiendo per iniquos quos armauerat. Cætera patent vsque ibi.*

11 Omnes vero in fu. con. sunt. *Scilicet, qui erant cum Lysimacho.*

12 Ipsum etiam san. *Scilicet, Lysimachum secus ærarium interfecerunt.*

13 De his ergo. *Hîc consequenter describitur Menelai restitutio, qui cum prædictis debuisset ad mortem condemnari: per pecunias tamen fuit restitutus ad principatum sacerdotij. Dicit igitur:* De his ergo. *Scilicet, de auro furtiuè sublato de templo.*

14 Cœpit iudi. &c. *Quia factum fuerat eius consilio, Et quia ad hoc secuta fuerat plurium occisio.*

15 Et cum superare. Menelaus, &c. *Id est, conuinceretur de dictis criminibus.*

16 Promisit Ptole. *Regi familiari.*

17 Ad suadendum. *Pro Menelao & contra aduersarios suos.*

18 Et dedu. à sententia. *Quam cogitauerat dare contra Menelaum dans sententiam per contrarium.*

19 Miseros autem. *Scilicet accusantes Menelaum.*

20 Qui etiam si apud. *Qui sunt barbari irrationales & crudeles populi.*

21 Citò ergo. *Id est, præcipitanter & malè.*

22 Iniustam pœ. de. *Supple eis.*

23 Qui pro ciuita. *Ierusalem.*

24 Et po. *Fideli,*

25 Et sa. va. *Furto sublatis.*

26 Causam prose. *Contra Menelaum.*

27 Menelaus autem, &c. *Quia propter dona eius commendabant eum apud regem.*

28 Permanebat in potestate. *Summi sacerdotij.*

Cap.

Diuisio.

MORALITER.

7 *Multis autem sa. in templo.* Per iustum Lysimachum qui duce tyranno, ætate & dementia prouecto, conciues suos impugnabat, vt templum domini spoliaret, significatur quilibet sacrilegus crudelis, qui sequitur instinctum dæmonis, qui est tyrannus crudelis, & prouectus ætate & dementia, scilicet, à principio sui casus. Per hoc autem quòd Lysimachus iuxta ærarium fuit interfectus, significatur, quod homines raptores & cupidi frequenter iuxta suas diuitias iugulantur.

15 *Et cum superaretur Menelaus.* Per istum Ptolemæum qui pro pecuniis seduxit regem ad dandum iniquam sententiam, significantur cupidi principum consiliarij, qui propter munera inducunt eos suis falsis persuasionibus ad liberandum iniquos, & ad condemnandum iustos.

CAP. V.

A a Rabanus. *Eodem tempore.* Portenta ergo aliquando portendunt prospera, aliquando verò præfigurant aduersa: sed semper iuxta id quod summus arbiter singulis rebus ac temporibus conuenire diiudicat. Nec mirum, quod in Machabæorum temporibus equites auratas stolas habẽtes, & hastis armatæ cohortes per aërem discurrere visi, ac armorum aureorum splendor fulgẽs aduersitatem prænunciare futuram, & cladem Iudæis venturam, cum ante subuersionem Ierosolymorum sub Vespasiano & Tito, Iosepho testante, didicimus quod stella præfulgens gladio per

B omnia similis imminere desuper ciuitati & cometes præterea exitialibus flammis ardere per totum visus est annum. Sed ante excidij tempus ac belli cum populi ad diem festum Azymorum conuenirent octaua die mensis Xandici, qui est aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram tẽplúmq; circundedit, vt putarent omnes, diem clarissimum factum & permansit spacio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem & ignaris prosperum videbatur. Sed legisperitos & probos quosque doctores non latuit exitiale portentum. In

C eadem quoque festiuitate vitula sacrificiis admota & aris assistens, inter ipsas ministrorum manus enixa est agnam. Sed & ianua interioris ædis quæ respiciebat orientem, cum esset solido ære induta, ac perinde immensi ponderis: quæ vix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque vectibus & seris munita, ac pessulis in altum demissis tenere- D tur obstricta. Et repente hora noctis sexta apparuit spõte patefacta. Sed & transacto die festo, post aliquot dies, prima & vicesima die mensis Artemisi, qui Maius apud nos vocatur, prodigiosus apparuit visus, & fidem pene excedens: quod

CAPVT V.

a EOdem tempore Antiochus secundam profectionẽ parauit in Ægyptum. Contingit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatẽ videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & congressiones fieri cominus: & scutorum motus & galeatorum multitudinem gladiis districtis & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnísque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris repente aggressus est ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus ad vltimum apprehensa ciuitate Menelaus fugit in arcẽ Iason verò nõ parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatẽ aduersum cognatos malũ esse maximũ, arbitrans hostiũ & nõ ciuiũ trophæa se capturũ. Et principatũ quidẽ nõ obtinuit, finẽ vero insidiarũ suarũ confusionẽ accepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem. Ad vltimũ in exitium sui conclusus ab Aretha Arabon tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem omnibus odiosus, vt refuga ret, in die festo Tabernaculorum repente clamare cœpit: Vox ab oriente vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox super Ierosolimam & super templum, vox super sponsos & super sponsas, vox super populum: & indesinenter die noctúque per omnes plateas circumiens hæc clamabat, vsquequo quidam primores ex populo, viri velut infausti præsagij indignatione commoti, correptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se ali- F

☞ quid

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

CAP. V.

Diuisio. ODem tempore. *Postquam superius est descripta Iasonis fuga, hic describitur eius miserabilis terminatio cuius primò signum præmittitur, secũdo signatum subditur. ibi:* Sed cum falsus rumor. *Circa primum dicitur.*

1 Eodem tempore. *Scilicet, Epiphanis.*
2 Secundam profectione. *Prius enim intrauerat Aegyptum quasi curam gerens nepotis sui. Sed alienatus à negociis eius per primates Aegypti, vt dictum est cap. prace. secundò præparauit exercitum ad intrandum, ibi.*
3 Contigit autem. *Illo tempore.*
4 Per vni. *Non est per hoc intelligendum, quod singulis diebus fieret apparitio ista: sed quod infrà spacium quadraginta dierum pluries fuit visa, sicut Act. 1.c. dicitur, quòd Christus post resurrectionem suam per dies 40. apparuit discipulis suis, & tamen non apparuit eis singulis diebus.*
5 Aura. *Id est, tunicas, quæ induuntur super arma ad decorem.*
6 Et cur. *Id est, dispositos secundum artem militarem.*
7 Et cong. *Id est, de prope.*
8 Et scu. *Quæ in pugna aliquando leuantur sursum aliquando ad dexteram dexteram, aliquando ad sinistram mouentur.*
9 Et gal. *Id est, hominum galeas habentum.*
10 Multi. *Id est, diuersimodè motis, nunc feriendo punctim, nunc cesim.*
11 Quapropter. *Id est, quòd talia essent signa futuri boni fuerunt tamẽ signa mali, scilicet, depopulationis ciuitat, primò per Iasonẽ, postea per Antiochum Epiphanem, sicut ante subuersionem Ierusalem per Romanos, apparuerunt signa multa, sicut narrat Iosephus li. Iudaico bello, quæ tamen hic propter prolixitatem omitto & quia eorum aliqua ponuntur hic in glo.* Iosephus
12 Sed cum fal. *Hic consequenter ponitur signatum quantum ad Iasonis impetum, cum dicitur:* Sed cum fal. *Scilicet, de morte Antiochi.*
13 Assumptis. *Immo magis pluribus.*
14 Agressus. *Ierusalem vnde fuerat profugus per factum Menelai, vt dictum est ca. prace. Credebat enim Iason regem mortuum, & sciebat eius filium adhuc esse puerum, & sic credebat habere tempus aptum ad recuperandum sacerdotium, quo priuatus fuerat per Antiochum Cætera patent vsque ibi.*
15 Abiit in Ammanitem. *Vnde venerat Ierusalem.*
16 Ad vltimum in exitium sui. *Ad sium exterminium.*
17 Conclusus. *Qui persequebatur eum. Et sic patet, quòd non solùm erat odiosus Iudæis sed etiam Gentibus extraneis.*
18 Vt refu. *Id est, apostata à lege diuina.*

☞ Peregre.

1 *Eodem tempore.* Sequitur: *Contigit autem.* Secundum sensum literalem, significabant cladem Iudæorum de futuro propinquam vt ex sequentibus patet. Moraliter autem significant dæmones, qui dicuntur aëreę potestates fidelẽ populũ crudeliter impugnantes, Ephe. 6. d. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, &c.*
13 *Assumptis Iason non minus mil. vi. &c.* Per istum Iasonem, qui tot mala fecit suis ciuibus, & finaliter mortuus est illamentatus & insepultus, significatur quilibet odiosus Deo & hominibus, ☞ de cuius

A quid loquens, sed nec eos quidem qui circumstetérant deprecans eadem voces pari obstinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligentes (vt res erat) quod immunis esset motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum, apud quem flagris ad ossa vsque laniatus, neque preces neque lachrymas fudit, sed eandem vocem miserabiliter & cum quodam vlulatu emittens per singula pene verba pro ferebat. Addés etiam hoc, Væ væ Ierosolymis. Hęc ergo omnia prodigia misera ciuitas perpessa ideo est, quia semper secundum legislatoris testimonium seditiosè egit contra dominum, & ingrata beneficiorum eius, seruos summi patris

B familias qui ad eam ab illo missi sunt cõuiciosè tractabant, atque interimebant. Nouissimè verò ipsum interficientes hæredem extra castra proiecerũt. Vnde ipse dominus in Euangelio increpás incredulam ciuitatem ait: *Ierusalem, Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Hoc enim præsagiebat antiquitus: hoc posterioribus completum est temporibus, vt homicidæ truculentissimi condignam reatus sui perciperent mercedem: ita vt partim fame necarentur, partim pestilentia perirent, partimque occisi & captiui in totius orbis partes ab hostibus ducerentur. Sicque impletum est illud Ieremiæ quod de eadem gente & ciuitate D prophetauit, dicens: *Migrauit Iuda propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderũt eam inter angustias. Viæ Sion lugẽt, eò quòd non sint qui veniant ad solẽnitatem. Omnes portæ eius destructæ sacerdotes eius gementes: Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.* Tren. 1.a.

† Pergit legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: & qui multos de patria sua expulerat, peregrè † periit Lacedæmonas profectus quasi pro cognatione ibi refugium habiturus: & qui insepultus multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abiicitur, sepultura ne-

a que peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. His itaque gestis suspicatus est rex, societatẽ deserturos Iudæos, & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis ciuitatem quidem armis cœpit. Iussit autem militibus interficere, nec parcere occurrantibus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorum, mulierum & natorum exterminia, virginúmque & paruulorum neces. Erant autem toto triduo, octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autẽ venúdati, sed nec ista sufficiunt. Ausus est etiam intrare tẽplum vniuersa terra sanctius, Menelao ductore qui legum & patriæ fuit proditor, & sceleſtis manibus sumens sancta vasa: quæ ab aliis regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat, quòd propter peccata habitantium ciuitatem modicum dominus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio. Alioqui nisi contigissẽt eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim aduẽiens flagellatus & repulsus vtique fuisset ab audacia.

Matt. 23. d.

His itaque gestis suspicatus. Postquam scriptor historiæ narrauit de Lysimachi & Iasonis impiorum & sacrilegorum interitu, commemorata insuper signorum & prodigiorum visione in aëre, ad narrationis ordinem rediit, hoc est ad Antiochi Epiphanis profectionẽ de Aegypto: qui irritatus inde eò quòd senatus præcepto de regione Ptolemæorum quã subito inuaserat, iussus est recedere, efferatis animis Iudæam veni, sicut in superiori libro demonstratum est, & ciuitatem Ierusalem armis cepit, gentémque mulctauit, templum spoliauit, & multa nefaria in ipsa terra commisit.

Quòd autem Antiochus ipse Antichristi figuram præ- F ferat, sanctorum patrum traditione manifestissimum est. Quia Saluator habet Salomonem & cæteros in typum aduentus sui: sic Antichristus pessimũ regem Antiochum qui sanctos persecutus est, templúmque violauit, rectè typum sui habuisse credendus est.

C

☞ Non propter

1 Peregrè. *Id est, in aliena terra.*
2 Lacedæmonas. *Isti erant Spartiatæ, qui erant Iudæis confœderati, vt dictum est supra 1. lib. cap. 12. propter quod credidit ibidem habere refugium: sed inuenit contrarium, quia Spartiatæ cognouerunt mala quæ fecerat Genti Iudæorum, ideò subditur.*
3 Ipse, &c. *Et sic videtur quòd ibi fuerit occisus, & corpus eius proiectum bestiis & auibus deuorandum.*

Diuisio. 4 His itaq;. *Postquam descripta est inchoatio tribulationis Iudæorum propter ambitionem sacerdotij: hic consequenter ponitur eius consummatio per oppressionem regis Antiochi. Circà quod primò ponitur vastatio plebis, secundò subuersio legis ca. se. Prima in duas, quia primò ponitur vastatio plebis in regis præsentia, secũdò in eius absẽtia, ibi:* Igitur Antiochus. *Circà primũ, primò ponitur vastatio populi, secũdò violatio templi, ibi:* Sed necista. *Circà primum dicitur:* His, *scilicet, quòd ciuitas Ierusalem à Iasone capta fuisset, & quòd Menelaus ab eo pontifex destitutus in arcem confugisset, vt prædictum est.*
5 Suspicatus est. *Est rex Antiochus.*
6 Societatem. *Id est, tributum sibi negaturos.*
7 Et ob. *Vnde reuertebatur de mandato Romanorum.*
8 Efferatis. *Tum propter repulsionem sui de Aegypto: Tum quia credebat Iudæos recessisse à suo dominio.*
9 Ciuitatem. *Qui Ierusalem.*
10 Armis. *Eò quòd erat intra se diuisa, vt patet per prædicta.*
11 Iussit. *Generaliter absque sexus vel ætatis distinctione.*
12 Erant autem. *Quo duravit illa occisio.*
13 Octoginta millia. *Quia quærebantur in locis occultis vbi se abscondebant.*
14 Quadraginta milia vincti. *Vt ducerentur in captiuitatem.*
15 Non minus autem venundati, &c. *In seruos & ancillas mercatoribus qui ad hoc venerant.*
16 Sed nec ista. *Hic consequenter ponitur templi violatio, cum dicitur.*
17 Ausus est, &c. *Quia dedicatum erat cultui diuino, cætera verò cultibus idolorum.*
18 Menelao du. *Qui è contrariò debuisset pro immunitate templi zelare, ideò sequitur.*
19 Qui. *Diuinarum.*
20 Et parr. *Scilicet, Iudææ.*
21 Fuit proditor, &c. *sumens sancta vasa quæ ab aliis re. &c. Scilicet, Cyro & Dario, vt patet 1. Esdræ, & Seleuco supra 3. ca.*
22 Contrectabat indi. *Propriis manibus.*
23 Et cont. *Applicando aliis vsibus.*
24 Ita alie. *Non quia perdidisset vsum rationis, sed quia non considerabat potentiam Dei qui Heliodorum flagellauerat propter inuasionem templi supra 3. cap. quòd factum erat per regnum Assyriæ notorium, propter quod non est verisimile quin ad noticiam Antiochi deuenisset: sed dominus propter peccata populi permittebat locum contemni sicut dixerat dominus Salomoni 3. Re. 9. Cætera patent.*

11 Iussit. ☞ Igitur.

☞ de cuius morte nullus tristatur sed magis gaudet & letatur.
11 *Iussit autem* Per istum regem Antiochum, qui tot & tanta mala fecit Dei cultorib. significatur Antichristus, sicut dictũ fuit Dan. 11. qui circa finem mundi multo plura mala est facturus.
18 *Menelao.* Similiter Antichristus per potestates fidei & religionis multa mala faciet Christianis.

a *Non propter locum, &c.* ✠ RVPERTVS. Qui pro emerita fide dignus est, vt intret in sanctuarium Domini, causas alias audit & reddit, quare super illam domum Domini aquila semel & iterum venire debuerit. Semel namque venit Nabuchodonosor, & eam domum incendit. Iterùm venit Romanum imperium cũ victricibus aquilis, & locum, & gentem irrecuperabiliter tulit. Primò permittente Deo idcircò factum est, vt vetus illud sacerdotium corriperetur. Secundò, vt omnino tolleretur. Corripiendi namque atq; instruendi erant illius temporis tam populus quàm sacerdotes, vt scirent ipsi & posteri, quia non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Dominus. Et quia auro & lapidibus, quibus præfulgebat illa domus, non magis quàm fumo aut fauilla delectatur, nisi cordium corporúmque templa sibi ad habitandum præparentur.

A — *In cap. 8. Oseæ.* — B

b *Cumq; appositus, &c.* Huius loci & superior liber meminit: vbi & Iudæorum in sabbathi quiete interfectio, & Apollonij nequitia simul & interitus eius per Iudam narratur. Quòd autẽ Antiochus præcepit Apollonio omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vẽdere, signat quòd antiquus hostis eorũ necẽ maximè meditatur, quos perfectos in religione Christiana esse conspexerit. Eos autem qui molles atque instabiles sunt, de quibus scriptum est: *Stultus vt luna mutatur:* ipsos variis erroribus implicitos, per diuersa vicia ventilando de terra Ecclesiæ separans in profundum scelerum procul iactat.

Rabanus. Mysticè. — *Eccl. 27. b.* — C

a Verum non propter locum gentem, sed propter gentem
locum Deus elegit Ideoque & ipse locus particeps factus est
populi malorum postea autem fiet socius bonorum, & qui
derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Dei
reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur An- 1
tiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis velo-
citer Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia 2
terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum de-
ducturum propter mentis elationem. Reliquit autem præ- 3
positos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidem Philip- 4
pum genere phrygem moribus crudeliorem eo ipso à quo 5
est constitutus, in Gazarim autem Andronicum & Mene- 6
b laum qui grauius quã cæteri imminebant ciuibus. Cúmque 7 8
appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem 9
Apolonium cum exercitu viginti & duobus milibus, præ-
cipiens eis omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac
iuuenes ac virgines vẽdere. Qui cùm venisset Ierosolymam †
pacem simulans quieuit vsque ad diem sanctum sabbathi, & 10
tunc feriatis Iudæis arma capere suis præcepit. Omnésq; si- 11
mul qui ad spectaculum processerãt trucidauit, & ciuitatem
c cũ armatis discurrens in gentem multitudinẽ peremit. Iudas 12
autem Machabęus qui decimus fuerat secesserat in desertum
locum ibíque inter feras vitam in montibus cum suis agebat
& fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent 1
coinquinationis.

D

c *Iudas.* Quomodo autem dicat Iudam Machabæum esse decimum non inuenio, nisi fortè per enumerationem Pontificum qui fuerunt in gente Iudæa temporibus regni Græcorum. Fuerat autem temporibus Seleuci Nicanoris (à quo regni Græcorum historia computat annos) primus Pontifex Onias Iaddi, filius secundus Simon Oniæ filius, tertius Eleazarus frater Simonis, quartus Manasses auunculus Eleazari, quintus Onias Simonis iusti filius, sextus Simon Oniæ filius, septimus Onias Simonis filius, octauus alter Onias qui Iason est nuncupatus frater Oniæ prioris, nonus Menelaus frater Iasonis, decimus Iudas qui Alchimo tentante pontificatum Iudæorum inuadere E diuinóque iudicio destructo mirabili consensu omnium primi sacerdotij accepit dignitatem. Spiritaliter autem *Mysticè.* Iudas meritò dicitur esse decimus, quia decalogi præcepta in fide & deuotione perfectè inuenitur seruasse, ipsámque legem zelando ab hostium manibus primus post patrem armis defendisse, qui bene inter feras scribitur cum suis, in montibus vitam duxisse & fœni cibo vesci quia sanctorum exempla secutus (ipsi enim sunt montes Dei) bestiales persecutorum mores contemnendo, vitam Deo placitam elegit, virtutum semper virentis pabulo se pauisse optimum duxit, quatenus indeficienti animæ victu nutritus famem non sentiret perpetuam. Nobis autem lectio Actuum Iudæ ita solummodo proficit, si constantiæ F eius ac sobrietatis virtutes imitari voluerimus; nec prę ponamus delitias mũdi ac põpã huius sęculi iustitiæ & veritati Dei, A memores super istius sententiæ dominicæ qua ait: *Quid enim proderit homini, si vniuersum mundũ lucretur animæ vero suæ detrimẽtũ patiatur?* Et iterũ: *Qui amat animam suã perdet. Qui odit animã suã in hoc mundo, in vitã æternã custodit eã.*

Matt. 16. d. — D — *Ioan. 12. d*

NICOLAVS DE LYRA

Diuisio.

1 Igitur. *Hic consequenter describitur vastatio populi in regis absentia. Et diuiditur in duas partes, scilicet, in principalem & incidentalem quæ incipit ibi:* Iudas autem. *Circà primum primò ponitur recessus Antiochi de Iudæa spoliato templo, Et patet litera vsque ibi.*
2 Existimans. *Hyperbolica locutio est, ad exprimendum superbiæ suæ magnitudinem.*
3 Reliquit. *Iudæorum post suum recessum.*
4 Ierosolymis. *Id est, oriũdum de Phrygia in qua regione est Troia.*
5 Moribus. *Scilicet, Antiocho.*
6 In Gaza. *Qui est mons in regione Samariæ.*
7 Qui grauius. *Quia Samaritani semper fuerunt molesti Iudæis, vt patet in Esdra & Neemia.*
8 Cúmque. *Id est, firmatus in proposito nocendi eis.*
9 Misit. *De cuius nequitia & morte habetur 1. lib. 3. cap.*
10 Pacem. *Vt haberet ingressum in ciuitatem.*
11 Omnésque, &c. *Ex hoc videtur, quod armationem illam simularet fieri ad aliquem ludum exercendum, vt hastiludium & huiusmodi ad quod videndum conuenerunt plurimi: & illos primò iussit interfici quantum ad viros ætatis perfectæ secundum iussum regis.*
12 Iudas. *Hæc est pars incidentalis in qua ponitur fuga Iudæ cum pluribus alijs ad loca deserta, eò quòd non poterant mala quæ fiebant in Ierusalem impedire. Sic ergo dicitur:* Iudas qui di. *non in numero fratrum suorum sed magis quintus, vt habetur suprà 1. lib. cap. 2. sed in numero summorum sacerdotum, vt dicit glo. non tamen incipiendo ab Aaron, quia multò plures fuerunt, sed à principio regni Græcorum, quod vt dicunt glosato. aliqui incepit à Seleuco qui in Syria successit Alexandro magno, & tunc summus sacerdos fuit Onias Iaddi filius qui secundum hoc dictum fuit primus, Simon iustus secundus, Eleazarus filius Oniæ, tertius quartus Manasses Eleazari auunculus, quintus Onias Simonis iusti filius, sextus Simon Oniæ filius, septimus Onias huius Simonis filius quem interfecit Andronicus, vt dictum est cap. præce. 8. Iason 9. Menelaus 10. Iudas Machabæus. Hoc accipitur de glos. Rabani super locum istum, quæ accipitur de dictis Iosephi: sed videtur in duobus deficere quia. Primò Lysimachus successit Menelao secundum textum huius li. suprà 4. cap. qui maioris est autoritatis quam dictum Iosephi videlicet Rabani: & sic eadem ratione quæ numerantur hic Iason & Menelaus numerari debet Lysimachus in decimo loco & non Iudas. Secundò deficit, quia ponitur regnum Græcorum incipere à Seleuco: quod tamen incepit ab Alexandro magno, vt dictum est suprà 1. ca. 1. li. propter quod videtur quod hæc enumeratio incipere debeat tempore Alexandri magni: & tunc secundùm omnes historiographos Iaddus erat summus pontifex Iudæorum, cui si connumeretur Onias filius eius, & alij consequenter nominati vsque ad Oniam quem interfecit Andronicus, inuenitur quod iste vltimus Onias fuit nonus, & per consequens Iudas decimus, quantum ad intrantes legitimè, Iason autem Menelaus & Lysimachus sunt ab hoc numero eiiciendi: Tum quia malè intrauerunt. Tum quia cultum diuinum dissipauerunt vt patet ex supradictis, & sic non fuerunt summi sacerdotes secundum rem: sed tantum secundùm nomen & vsurpationem.*
1 Et fœni. *Id est, terræ nascentibus quæ poterat in deserto reperiri: quia solo fœno non poterant sustentari.*

MORALITER.

† *Qui cum venisset.* Per istum Apollonium qui Iudæos grauiter impugnauit in die sabbathorum, significatur diabolus qui diebus festiuis fideles deiicere nititur in peccata, eò quòd tunc duplicatur, scilicet, peccatum duplicatur, si opus peccati & transgressio festi.

12 *Iudas.* Per quem significatur bonus secularis decem præceptorum obseruator: sed quia maiorem desiderat perfectionem, secedit in desertum religionis, ibi viuens austerè, ne coinquinetur mundana pollutione.

MORAL.

CAP. VI.

a *Sed.* Hæc eadem in libro priori referuntur, quod Antiochus per legatos suos contaminauerit tẽplũ ędificãdo in illo idolũ desolationis super altare Dei, cuius loci alle. ibi posuimus.

Rabanus. — B

b *Nam & templum luxuria, &c.* ✠ RVPERTVS. Quod dicitur in Propheta, *Et puellam vendiderunt pro vino, &c.* Hoc lenonum est facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercantur, dum de corporum illarum turpi & infami mercimonio, fœda & canina sibi conuiuia faciũt, & exinde bibentes vinum: alienæ luxuriæ precium propriæ faciunt libidinis incendium. Hoc sub Græcorum regno non omninò tacetur factũ. Sic enim scriptum est. Templum luxuria & comessationibus erat plenum, & scortantium cum meretricibus, &c.

In c. 3. Ioelis — E

c *Nec simpliciter se quisquam Iudæum cõfitebatur, &c. & cum Liberi sacra celebrarentur, &c.* Liberum patrem, Deum vini Gentiles esse dixerunt: cuius sacra Antiochus in natali suo maximè celebrari iussit, eò quòd illum

Rabanus. Liber pater

CAPVT VI.

a Sed non post multum temporis misit rex 1 2
senem quendam Antiochenum, qui com- 3
pelleret Iudæos, vt se transferrent à patriis 4 5
& Dei legibus contaminare etiam quod in 6
Ierosolymis erat templum, & cognominare 7 8
Iouis Olympij & in Garizim, prout erant 9
hi qui locum inhabitabant Iouis hospitalis: pessima autem 10 11
b & vniuersis grauis erat malorum incursio. Nam templum lu 12
xuria & comessationibus Gentium erat plenum, & scortan- 13 15
tium cum meretricibus: sacratísque ædibus mulieres se vltro 14
ingerebant, introferentes ea quæ non licebat. Altare etiam 16
plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque 17 18
autem sabbata custodiebantur, neque dies solennes patrij 19
c seruabantur, nec simpliciter se quisquam Iudæum con- 20 21
fitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in 22
die natalis regis ad sacrificia, & cum Lyberi sacra celebra- 23 24
rentur, cogebantur hedera coronati Libero circumire. 25 26

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

C — *Diuisio.*

1 Sed non. *Postquam descripta est plebis vastatio. Hic consequenter describitur legis abolitio, & primò in regis absentia, secundo in eius præsentia, cap. se. Prima in duas, quia primò introducitur Gentilitatis forma, secundo rebellibus imponitur pœna, ibi:* Erat autem. *Circà primum introducitur forma Gentilitatis: & primo quantum ad modum viuendi, cum dicitur.*
2 Misit. *Id est, vnum sacerdotem Gentilem, idem enim signat senex Græco quod presbyter in Latino. Vnde 1. de anima, vbi translatio nostra habet. Si senex haberet locum iuuenis, videret vtique vt iuuenis, in antiqua translatione habetur: Si presbiter haberet oculum iuuenis, &c.*
3 Qui comp. *Primo verbis persuasiuis, postea tormentis.*
4 Vt se. *Id est, à legibus datis in monte Sinai patribus, secundo quantum ad contaminationẽ templi, cũ dicitur.* 5 Contami. *Dedicando ipsum cultui Iouis Olimpij, quod prius erat dedicatum cultui veri Dei.*
6 Et in. *Ad intellectum huius sciendum, quod sicut dicit Iosephus antiquitatis Iudaicæ lib. 12. Sanaballath Samaritanus dedit filiam suam vxorẽ Manasse fratri sũmi sacerdotis Iudæorũ cũ qui volẽs habere honorẽ sacerdotalem, rogauit socerum vt ædificaret sibi in monte Garizim templum, quod nominauit templum summi Dei, & hoc fuit tempore Alexandri magni: sed postea videntes Samaritani, quod Antiochus rex haberet Iudæos exosos scripserunt Antiocho se nihil habere commune cum Iudæis, petentes quod templũ apud eos ædificatũ in monte Garizim Ioui dedicaretur: & hoc est quod dicitur:* Et in. *supple postulantes.*
7 Hi qui. *Scilicet, Samaritani.* 8 Iouis. *Idem erat cum Ioue Olympio: sed dupliciter nominabatur pro duobus locis in quibus solenniter colebatur, sicut apud nos dicitur, sanctus Michael de mõte Gargano, & de monte Tumba, licet sint talia multa loca, in quibus S. Michael veneratur.*
9 Pessima autem, &c. *Verè Iudæis.*
10 Grauis erat ma. &c. *Nam eis multa similia occurrebant mala.*
11 Nam tem. *Deo dedicatum.* 12 Luxuria & co. &c. *Scilicet, oblationes idololaticas.* F
13 Altare etiam. *Holocaustorum.*
14 Plenum erat il. *Id est, hostiis Gentilium immundis.*
15 Neque autem. *Hic tertio ponitur Gentilitatis introductio in uiolatione temporis sacri, cum dicitur:* Neque autem sab. custo. *quod tamen erat præceptum Exo. 20. in memoriam beneficij creationis.*
16 Neque dies so. pa. *Id est, à patribus obseruari: sicut dies paschæ in memoriam liberationis populi de Aegypto, & Pentecostes in memoriam dationis legis in monte Sinai: & sic de aliis, vt plenius fuit dictum in Exo. & Leui.* 17 Nec simpliciter. *Id est, manifestè.*
18 Se quisquam iu. &c. *Mortis timore, erant tamen aliqui qui hoc constanter & manifestè confitebantur, vt ex sequentibus apparebit, quia tamen erant pauci comparatiuè, ideo pro nullis reputantur, sicut dicitur communiter quod nullus est in Ecclesia quando sunt ibi pauci respectu multitudinis quæ deberet ibi esse, & 2. Physicorũ dicitur, quod illud quod modicum est quasi nihil reputatur.*
19 Ducebantur autem. *Hic quarto ponitur Gentilitatis introductio in veneratione idoli, cum dicitur:* Ducebantur autem. *s. Iudæi.*
20 Cum amara ne. *Nam hoc faciebant mortis timore.*
21 In die na. re. *Antiochi.* 22 Ad sa. *Quæ tunc fiebant solenniter ad honorem Bacchi, nam rex credebat eum fauisse suæ natiuitati.*
23 Et cum. *Id est, Bacchi: vnde versus: Liber, id est, Bacchus, vel vir sine compede natus.*
24 Cogebantur. *Iudæi.*
25 Hedera coro. *Id est, habentes serta in capitibus de hedera: eò quòd habet similitudinẽ cum vite, & inuenitur viridis omni tempore non sic autem vitis & maximè tempore natalis dicti regis.*
26 Libero cir. *Id est, ad honorem eius chorizare.*

Decretum.

MORALITER.

† 1 *Sed.* Per istum regẽ significatur Antichristus, qui per senes & literatos decipiet iuniores & simplices, eos auertendo à religione Christiana & faciet contaminari Ecclesiam quæ est templum Dei, & in tantum inualescet eius persecutio, quòd pauci audebunt in publico se Christianos fateri.

23 *Et cum Liberi sacra. &c.* Liber idem est quod Bacchus, qui dicitur vini Deus, ideò Liberi sacra celebrant qui vinum excessiuè potant. Et dicuntur Libero circumire, id est, chorizare, quia vini potatio excessiua inducit ad læticiam ineptam & ad luxuriam. Dicuntur etiam hedera coronati, quæ dicitur ab hæreo hæres, eò quòd arboribus in hærendo ascendit sursum: similiter ex nimio potu vini fumus ascendit ad cerebrum.

† Duæ

☞ illum natali suo fa- A uere credebat. Nam liberum à liberamento appellari voluit, quod quasi mares in coeundo per eius beneficiū emissis seminibus liberētur. Propter quod idē Liber muliebri & delicato corpore depingitur. Dicunt enim mulieres ei attributas & vinum, propter excitandam libidinem. Vnde & frons eius pampino cingitur. Sed ideo coronam viteam & cornu habet, quia cum gratè & moderatè vinum bibitur, læticiam præstat: cū B vltra modum excitat lites, id est, quasi cornua dat. Idem autem & Lyæus à potu Lyæi, quòd multo vino membra soluantur. Iste & Græce Nysius à monte Indiæ Nyso, vbi dicitur esse nutritus. Cæterum est & Nysa ciuitas in qua colitur idem Liber vnde Niseus dictus est. Sacra Liberi patris r. Orphæus induxit in Græciam, primúsque celebrauit in monte Boetiæ ac Thabis vbi Liber natus est proximo, qui cum frequenter citharæ cantu personaret Citheron appellatus est, ea sacra etiā nunc Orphica nominātur, in quibus ipse postea dilaceratus & captus est, & fuit per eadem ferè tempora quibus Faunus D sed quis ætate præcesserit dubitari potest. Siquidem per eosdem annos Latinus Priamúsque regnauerunt. Idem patres eorum Picus & Laomedon, quo regnante Orphæus cū Argonautis ad Iliensium littus accessit.

Decretum autem exiit in proximas Gentilium ciuitates sug- 1
gerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipsi aduersus Iudæos 2
agerent, vt sacrificarent: eos autem qui nollent transire ad
instituta Gentilium interficerent. Erat ergo videre mise- 3
a riam. Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circunci- 4
disse, quas ad vbera infantibus suspensis cum publicè per ci- 5 6
uitatem circunduxissent, per muros præcipitauerunt. Alij 7
verò ad proximas coeuntes speluncas, & latenter sabbati diē 8
celebrantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensi 9
sunt: eò quòd verebantur, propter religionem & obseruan- 10 11
tiam, manu sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos qui 12 13
hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos 14
casus, sed reputent ea quæ acciderunt non ad interitum, sed 15
ad correptionem esse generis nostri. Etenim multo tempore 16
non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltio- 17
nes adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim sicut 18 19
in aliis nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum 20
iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita
& in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita
demùm in nos vindicet, propter quod quidem nunquam à 21
nobis misericordiā suam amouet, corripiens verò in aduersis 22 23
populū suum nō derelinquit. Sed hæc nobis ad cōmonitio- 24
nem legentium dicta sint paucis. Iam autem veniendum est 25

a *Duæ mulieres delatæ sunt, &c.* ✠ RVPERTVS. (In ca.12. Apoc.) Quintū caput Draconis insidiantis mulieri prægnanti fuit regnum Macedonicum. Qualiter autem regnāte Antiocho Epiphane mulierem istam infestauerit: compellendo Iudæos vt se transferrent à patris E & Dei legibus: de quo videlicet Antiocho scriptū est, quod misit contaminare templum Hierosol. & cognominare Iouis Olympij, Machabæorū passiones & prælia testatur. Nam illud quod maximè ad nequissimam draconis intentionē pertinet, sic incipit, Duæ mulieres delatæ sūt natos suos circūcidisse, &c. Quid enim intendebat per hoc, & per cætera quæ sequuntur, nisi hoc vt conceptus mulieris, id est, SEMINIS ABRRAHÆ fides, cuius testimonium illis erat signaculū circūcisionis, funditus extingueretur? *Vide Iosephum Heb. lib. 3. histor. Iudaicarum, cap. 4.*

☞ *Igitur*

NICOLAVS DE LYRA.

C

✠ 1 Decretum. *Hic quintò ponitur introductio Gētilitatis in oblatione sacrificij: nā multi Iudæi non solum in Ierusalem & Iudæa, sed etiam in ciuitatibus Gentilium habitabant dispersi: & illis ciuitatibus mandatum fuit per regis decretum, vt Iudæos habitantes ibi compellerent ad dimißionem suæ legis: & susceptionem ritus Gentilis: & hoc est quod dicitur:* Decretum autem. *& patet ex dictis litera hoc excepto.*

2 Suggerentibus. *Id est, sequacibus Ptolemæi qui per falsam suggestionem deduxit regem à sententia contra Menelaum ferēda sup. 4. c.*

Diuisio. 3 Erat ergo. *Introducta Gentilitatis forma. Hic consequenter renitentibus infligitur pœna, & primò pro circūcisionis tenore, secundò pro sabbati honore, ibi:* Alij verò. *In tertio, pro illiciti cibi horrore, ibi:* Igitur Eleazarus. *Circa primùm dicitur,* Erat ergo videre miseriam. *Sic habent libri correcti: & est sensus:* Erat autem, *id est, contingebat nunc omnibus aßistentibus videre miseriam quæ subditur.*

4 Duæ enim mulieres dela. sunt. *Id est acusatæ.*

5 Natos suos circun. *Quod apparebat ex præputij præcisione.*

6 Quas. *Sic habent libri correcti.*

7 Ad vbera infantibus. *Quod erat valde miserabile. s. quod pueri suspendio necarentur ad vbera, quibus deberent nutriri: propter quod præceptum fuit Iudæis Exo. 23. c.* Non coquas hœdum in lacte matris suæ: *videbatur enim nimis durū & crudele quòd hœdus coqueretur in lacte vnde solebat viuere, sicut ibidem plenius fuit dictum.*

Diuisio. 8 Alij verò. *Hic consequēter ponitur pœna obseruantium sabbatum & primo ponitur hæc pœna, secundo remouetur opinio falsa, ibi:* Obsecro autem. *Circa primum dicitur.*

9 Ad proximas coeuntes. *Id est, conuenientes.*

10 Speluncas & la. *Ibidem meditationibus diuinis & orationibus vacando.*

11 Cum indicati essent. *Qui positus erat in Ierusalem ad affligendum Iudæorum gentem, vt habetur ca. præcedenti.*

12 Flammis succensi sunt. *Scilicet, fumiferis, vt dicit Iosephus quibus necati sunt in speluncis.* F

13 Eo quòd ve. &c. *Propter quod per Matathiam & alios sapiētes fuit declaratum suprà 1. lib. 2. cap. quod licitum erat eis se defendere in diebus sabbatorum.* (Iosephus antiq. Iuda. lib. 12. c. 7.)

14 Obsecro autem eos. *Hic consequenter remouetur opinio falsa, quia poßet aliquis credere quòd Deus permitteret Iudæis talia contigisse, ex eius odio contra eos: ad quod remouendum dicitur hic quod talia non sunt signum odij Dei, sed dilectionis: sicut pius pater propriū filium quem diligit pro defectibus suis per flagella corripit, non autem alienū quē negligit. Et ex his patet litera paucis exceptis quæ discurrētur.*

15 Ne abhorre. *Genus nostrum, scilicet, Iudaicum.*

16 Etenim multo. *Id est, prout sentiunt secundum partem irrationabilem peccata continuare,*

17 Sed statim. *Per flagella cohibentia.*

18 Magni beneficij. *Scilicet, quod non seruantur ad pœnam futuram: sed purgantur ad vitam beatam.*

19 Non enim sicut in aliis nationibus, &c. *Idola colentibus.*

20 Dominus. *Earum punitionem differendo, vt sic appareat Dei misericordia maior expectando eorum præsentiam, & per consequens eius punitio iustior post talem expectationem, ideò concluditur.*

21 Propter quod quidem nunquam. *Nam ex amore corripit, vt dictum est.*

22 In aduersis, &c. *Ei patientiam tribuendo.*

23 Sed hæc. *Idem à nobis ad commonitionem legentium, ne credant pœnas nobis inflictas ex odio processisse.*

24 Dicta sint. *Scilicet, verbis, quia multo plura possent induci ad propositum ostendendum.*

25 Iam autem veniendum est. *Scilicet, pœnarum quas electi pro legis obseruantia pertulerant.*

✠ Igitur.

MORALITER.

✝ 4 *Duæ enim mulieres.* Per istas duas mulieres, quæ cum paruulis suis fuerunt crudeliter interfectæ, significantur martyres in sexu muliebri & ætate puerili titulo fidei Christianæ.

8 *Alij verò ad proximas, &c.* Hoc fuit moralizatum suprà 1. libro 2. cap.

14 *Obsecro autem vos qui hunc librum lecturi sunt ne ab. &c.* Hoc est, de se morale, ideò pertranseo.

✝ *Igitur*

☞ a *Igitur Eleazarus.* Eleazarus hic quem Antiochi crudelissimi A regis impietas porcinam carnem in senectute sua edere cogebat: significat populum Christianum, quem Antichristi sæuicia iuxta finem mundi ad idololatriam atque spurciciam vitæ conuertere sataget. (Rabanus.) Interpretatur autem Eleazarus, Deus meus adiutor, quod nomen aptissimè conuenit fidelium populo: Qui cum Psalmista domino dicere nouit: *Auditor meus es tu Deus ne derelinquas me.* (Psal. 26. c.) Et rursum: *Liberator meus Deus meus sperabo in eum.* (Ibid. 27. a.) Sed sicut nequissimi regis immanit Eleazarum ad esum porcinæ carnis compellere nequiuit, ita nec electorum cœtum Antichristi crudelitas contaminare aliqua immundicia vllo modo poterit. B

a ad narrationem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scriba- 1
rum vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians 2
compellebatur carnem porcinam manducare: at ille glorio- 3 4
sissimā mortem magis quam odibilem vitam complectens, 5
voluntariè præibat ad supplicium. Intuens autem quemad- 6 7
modum oporteret accedere patienter sustinens destinauit 8
b non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autem qui 9 10
astabant iniqua miseratione commoti propter antiquam vi- 11
ri amicitiam, tollentes eum secreto rogabant, afferri carnes 12
quibus vesci ei licebat, vt similaretur manducasse sicut rex 13 14
imperauerat de sacrificiis carnibus, vt hoc facto à morte li-
beraretur: & propter veterem viri amicitiam hanc in eo fa-
ciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac sene- 15
ctutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis ca- 16
niciem, atque à puero optimæ conuersationis actus, & secū-
dum sanctę & à Deo conditæ legis constituta: respondit citò 17
dicens: præmitti se velle in infernum. Non enim ætatem no- 18
stram dignum est, inquit, fingere vt multi adolescentium 19
arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum trāsisse ad vitam

✠ AMBROSIVS. (L. de Iacob. & vita beata cap. 10.) Nec te Eleazare prætermittam, vt pote sacerdotū Sacerdos, sed tuis iuuandum oratis, qui genere sacerdos, peritus in lege, maturus æui, cum oblatus esses Antiocho persecutori, nec tentamentis potuisti capi, nec præmiis inflecti, nec suppliciorum acerbitatibus frangi. Denique à blandimentis cœpit, quia indicabat tormenta sua posse superari, Erubesco, inquit, canitiem tuam, & reuereor senectutem, miror prudentiam. Cur abstinendum bonis epulis putas, quas natura largitur? Relaxa istiusmodi peruicaciam, expergiscere aliquando dum adhuc malo tibi persuadere, quàm extorquere, ne victus suppliciis facias, quod refutas ratione inuitatus. Ad hęc respondit senex. Nos Antioche: non intentione ducimur, sed reuerentia legis tenemur, quæ à suilla carne abstinendum præcipit. C Pulcherrimam iudicas creaturam, negare tamen non potest quid potior sit temperantia, quàm voluptas: potior legis obedientia, quàm prçuaricatio. Quòd si hoc leuè putas, vt carne vescamur suilla, qui in minimis legem contempserit, quomodo in magnis tenebit? D Aut si preciosa est creatura huiusmodi vindicaris: cum eo quod sit pulcherrimum, defraudamur. Abstinentia autem nostra disciplina est castimoniæ. Discimus etenim resecare luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiscentias, delectationibus corporis obuiare. Fortitudinis quoque exercitiū est, pœnis pro lege non cedere. Iustitię quoque insigne atque prudentiæ, vt quod sequendum elegimus, timore Dei, morte proposita reseruemus. Non sum ita senex, vt mihi non iuuenescat animi fortitudo, &c.

✠ RVPERTVS. (L. 10. de victoria verbi Dei cap. 30.) E Noli attendere quasi paruam passionis eorum causam, dum compellerentur comedere contra ius carnes porcinas. Illæ namque non solum porcinæ verū etiam immolaticiæ erant, i. dæmonibus immolatæ. Duplex ergo certaminis causa, quia videlicet carnes porcinas lex vt immundas prohibuerat, & immolatum idolis manducare.

b *Hi autem qui astabant, &c.* ✠ AMBROSIVS. (L. de Iacob. & vi. b. c. 10.) Et tunc quidam seu longæuam miseratus ætatem, seu tentamentis eum circumuenire desiderans. Responde, inquit, tantummodo te manducaturū, nos te escæ eius immunem prestabimus. At ille clamans Nequaquam inquit, continget mihi, vt fiam senex incentiuum, iuuenilis erroris, qui hucusque eram forma salutaris instituti. F His ergo ludibriis, vt paululum viuam lucrabor, & totius vitæ labores addicam breui viatico senectutis? Senectus portus debet esse, non vitæ superioris naufragium. Non te negabo lex patria, non abiurabo vos sancta instituta maiorum, non decolorabo vos insulæ sacerdotales; non te perfidiæ puluere turpabo canities.

☞ ✠ CYPRIANVS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Igitur. *Hic consequenter describitur pœna pro horrore illiciti cibi inflicta, nam Eleazarus magis elegit mori quàm cibo lege prohibito coinquinari, non solum ex eius comestione, sed etiam ex comestionis fictione: nam ex hoc probabiliter videbat sequi transgreßionem multorum. & hoc est quod dicitur.*

2 Eleazarus. *Id est excellentioribus in scientia virtute & fama.*

3 Aperto. *Per violentian carnificum.*

4 Compellebatur. *Quod est prohibitus in lege, Leui. 11.*

5 At ille. *Id est, gloriæ meritoriam, Christi tamen tempore consequendæ.*

6 Magis quam odibilem vitam. *Id est vitiosam.*

7 Voluntariè. *Propter sequens præmium.*

8 Intuens. *Oculis cordis.*

9 Quemadmodum oporteret. *Ad beatitudinem.*

10 Destinauit. *Id est, perpetrare.*

11 Illicita propter vitæ. *Scilicet, præsentis.*

12 Amorem. *Nam bonum virtutis maius est quam bonum vitæ corporalis maius autem bonum non est exponendum pro saluatione minoris boni, sed magis è conuersò.*

13 Hi autem. *Ad exequendum regis mandatum.*

14 Iniqua miser. *Dicitur autem iniqua miseratio, eò quòd inducebat ad iniquitatem: licet enim comedere carnes illas de quibus suadebant comedere Eleazaro esset ei licitum absolutè, tamē in illo casu erat illicitum, nam in tali fictione erat falsitas & mendacium facto, & aliorum seductio ex eo quia doctor legis erat, & ideò per illud factum alij tracti fuissent ad transgrediendum legem, ideò sequitur.*

15 At ille. *Propter virtutis & scientiæ concomitantiam.*

16 Et ingenitæ. *Nobilitas enim generis prouenit ex generatione, nobilitas verò virtutis ex operatione quantum ad virtutes acquisitas, & ex datione diuina, quantum ad infusas: Et istæ virtutes reddunt caniciem nobilem in ingenita nobilitate.*

17 Respondit. *Nam in habentibus habitum non requiritur longa deliberatio.*

18 Dicens. *Potiùs sustinere pœnam omnem quam facere talem fictionem, & subdit ad hoc rationem dicens.*

19 Non enim ætatem nostram dignum est inquit, &c. *Et per hoc maculam infamiæ quantum ad homines.*

✠ Atque

MORALITER.

✝ 1 *Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum vir, ætate prouectus, & vultu decorus, &c.* Per istum significatur homo virtuosus & constans qui magis eligit mori pro Christiana veritate, quàm fictionem transgreßionis fingere. Per carnifices autem constantiam eius imponentes superbiæ; significantur maleuoli qui virtutes bonorum hypocrisi attribuunt seu vanitati.

✝ *MORAL.*

A L. de singular. cleric. ✠ CYPRIANVS. Non iuuenibus tantùm, sed & senibus congruit fratrum imbecillitati consulere, ne senectus perire prouocet iuuentutẽ ex qua debent omnia salutaria documenta procedere; sicut Eleazarus profitetur. *Præmitti malo in infernum, quàm patrias leges deserere. Non enim ætatem nostram dignum est, &c.* Ille maluit vitam suam tormentis obiicere, quàm cuiquã magister perditionis existere: & nos vbi nulla tormẽta sunt, fluxibus solis nolumus saluandos fratres anteponere, nec contenti sumus sine vllis cruciatibus tam nobis prodesse, quã cæteris, cum ille noluit viuere moriturus.

L. de exhortatione martyrum. c. 11. B ✠ IDEM. Sincera prorsus fides, & virtus integra & pura, non regem Antiochum cogitasse, sed Deum iudicẽ & scisse proficere sibi ad salutem non posse, si hominem falleret, quando Deus qui conscientiæ nostræ iudex est, & solutimendus est, nec desrideri possit omninò nec falli.

D L. de Machabæis. ✠ IOSEPHVS. Eleazarus qui in pœna tacuerat, in sinistra persuasione non tacuit; sed velut plus verbo suadentis edere carnes porcinas laceratus, exclamat. Non ita imbecilles filij Hebræorum sumus, vt viam salutis deseramus, & tam citò transeunte affecti ludibrio: exemplum decipiendis relinquamus. Modicum est quod vitã hic prorogat, nostra enim parua sunt quę reliquimus: maxima autem quæ indubitato speramus. Nunquid tyranno vestro persuasione hac vestra inducti placere poterimus? In tuis ô venerabilis pater Abraham, manibus, & in sinũ ac gremium tuum venturi, grata voluntate moriemur, &c.

alienigenarum, & ipsi propter mea simulationem, & pro-
ter modicum corruptibilis vitę tẽpus decipiantur: & per hoc
maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram. 1
Nam & si in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, 2 3
sed manum omnipotẽtis nec viuus defunctus effugiã. Quã- 4
obrem vitam fortiter excedendo senectute quidẽ dignus ap- 5
parebo adolescentibus autem exẽplum forte relinquam: si-
prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis 6
legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad
supplicium trahebatur. Hi autem qui eum ducebãt, & paulo
ante fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermo-
nes ab eo dictos, quos illi per arrogantian prolatos arbitra- 7
bantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit & dixit:
Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis,
quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo 8
dolores. Secundum animam vero propter timorem tuum li- 9 10
a benter hæc patior. Et iste quidem hoc modo vita decessit, 11
non solum iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoria mortis
suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

E L. de Iacob. cap. 10. a *Et iste quidem hoc modo, &c.* ✠ AMBROSIVS. Suspensus itaq; cum hinc atque inde grauiter verberaretur, nec iam ferrent iuuenilia membra verberum pœnas, lassatis carnificibus atque extensoribus, in terram deflexus inflexibilẽ mentem gerebat. Quid multa? In moriendo tormentis factus est cæteris magisterium perseuerantiæ, qui electus erat ad infirmitatis exemplum. Beatus igitur in quo non potuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus, qui potuit virtute animi victor esse pœnarum, pietatísque remigio seruare integram in tantis fluctibus passionem?

Orat. de Machabæis. ✠ NAZIANZENVS. Nobis occurrit Eleazarus, primitiæ eorum qui ante Christum passi sunt, quemadmodum Stephanus eorum qui Christum secuti sunt, Sacerdos & ætate prouectus, nec minus prudentia, quàm capite canus: antea quidem pro populo sacrificia precésque offerens, nunc verò seipsum quoque Deo offerens hostiam ex omni parte perfectam, vniuersæq; plebis expiatricem, faustum ac lætum certaminis præludium, lo- C quens pariter ac tacens cohortatio: septémque insuper filios offerens, institutionis suæ fructum hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, omni legali sacrificio clariorem & puriorem Liberorum enim rectè facta parentibus adscribere, summæ est æquitatis, &c.

✠ IOSEPHVS.

L. de exhort. martyrum cap. 11. F ✠ CYPRIANVS. Sic igitur & nos dicati Deo viuimus, si suprà iustorum antiqua & sancta vestigia iter facimus, per eadem documenta pœnarum per eadem passionum martyria pergamus, hoc ampliorem gloriam computantes temporis nostri, quòd cum vetera exempla numerentur, exuberante postmodum copia virtutis ac fidei, numerari non possunt martyres Christiani, testante Apocalypsi. Apoc. 7.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Atque execrationem. *Apud Deum & angelos sanctos.*
2 Meæ senectuti conquiram. *Et diuinum iudicium incurram, ideò subditur.*
3 Nam & si in præ. *Per talem fictionem.* Sed manum omnipotentis. *Ideò concluditur,*
4 Quamobrem vitam fortiter excedendo. *Id est, eam pro lege Dei exponendo.*
5 Senectute quidem dignus apparebo. *Ad gloriam Dei, & ædificationem proximi.*
6 Prograuissimis
6 Pro grauissimis. *Id est, honestissimis, sicut homo honestus dicitur grauis moribus. Cætera patent vsque ibi.*
7 Per arrogantiam prælatos arbitraban. *Quod non erat verum, sed hoc dixerat per constantiam mentis ad Dei gloriam & proximorum ædificationem.*
8 Cum à morte possem liberari. *Per dictam fictionem.*
9 Duros corporis sustineo dolores. *Secundum partem sensitiuam.*
10 Secundum animam verò. *Intellectiuam.*
11 Libenter hæc patior. *Sicut patiens pro sanitate consequenda libenter accipit potionem sensui gustus amaram. Cætera patent.*

CAPVT VII.

a CONtigit autem septem fratres vna cum matre sua 1
apprehensos compelli à rege contra fas edere car-

L. 1. off. c. 41. CAP. VII. a *Contigit autẽ, &c.* ✠ AMBROSIVS. Non minorem de superbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphum, quã parentes proprij: siquidem illi armati, isti sine armis vicerunt. Stetit inuicta septem puerorum cohors regiis cincta legionibus

NICOLAVS DE LYR.
CAP. VII.

Contigit autem septem fratres. *Postquam descripta est compulsio ad Gentilitatem in regis absentia, vt patet ex dictis, hic consequenter fit idem in eius præsentia, vt ex sequentibus apparebit, & primò fit hoc in generali, secundò in speciali, ibi: Vnus autẽ. Circa primum dicitur,*

MORALITER.

1 *Contigit autem.* Per septenarium numerum vniuersitas figuratur, eò quòd 7. diebus reuoluitur totum tempus: & ideò per istos 7. fratres qui erãt durissimè cruciati pro lege Mosaica, figurata fuit

A gionibus, defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres. Alius corio capitis exutus, speciem mutauerat, virtutem auxerat, &c.

L. de Machabæis. ✠ IOSEPHVS. Efferata Antiochi crudelitas Eleazari graui ætate permota, rediuiuo insanæ mentis ardore, credens se sapientia victum maioris ætatis, septem illustres pueros Hebræorum Antiochiã adduci atrociter de eorum castello Susando, præcepit. Quos in tenera adhuc ætate, eáque ad excipiendos dolores infirma versantes, vt fallaci oratione, ac varij cruciatus terrore peruerteret, talem edicti sui legem proposuit, vt qui B sacrificij carnem noluisset ore accipere: exquisitis ex templo suppliciis subiaceret. Mater Salomona, natu maximus Machabæus, secundus Aber, tertius Machir, quartus Iudas, quintus Achas, sextus Areth, postremus Iacob nominabatur.

a nes porcinas, flagris & aureis cruciatos. Vnus autem ex illis 1
qui erat primus sic ait: Quid quæris & quid vis discere à no- 2
bis? Parati sumus magis mori quam patrias Dei leges præua- 3
ricari. Iratus itaque rex iussit sartagines & ollàs æneas succẽ- 4
di, quibus statim succensis iussit ei qui prior locutus fuerat 5
amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quo-
que manus & pedes ei præcidi, cæteris eius fratribus & ma
tre inspicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus esset
iussit ignem admoueri & adhuc spirantem torreri in sartagi-

Rabanus. Quid per hanc matrem septem filiorum, nisi matris Ecclesiæ fœcunditas quæ per septiformis spiritus gratiã adoptiuos Deo patri filios generat, designatur? Quos Antiochi typici, hoc est Antichristi atrocitas, licet partim per ministros suos, partim per semetipsũ, similiter cũ matre diuersis cruciatibus laniet: ad blasphemiã tamẽ eos nequaquã pertrahere valet. Quę autẽ huic mulieri & filiis eius pro labore quẽ in præsẽti perpessi sunt, merces maneat in futuro, Isaias ostẽdit dicẽs: (Isa. 54. a.) *Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudẽ & hymnũ quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ, magis quã eius quæ habet virũ, dicit dominus: Dilata locũ tentorij tui & pelles tabernaculorum tuorum extende: ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida: Ad dexteram enim & ad sinistram penetrabis, & semen tuum Gentes hæreditabit. Noli timere, quia confunderis, neque erubescas.* (Ibidem. b.) *Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius: quia dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius, & redemptor tuus sanctus Israel, dominus omnis terræ vocabitur:* C (Vbi supra) *Quia vt mulierem derelictam & mœrentem spiritum vocauit te dominus, & vxorem ab adolescentia abiectam dixit Deus tuus. Ad punctum immodico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: Dixit redemptor tuus dominus paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphyris, & ponam Iaspidem propugnacula, tua, & portas tuas in lapides sculptos & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios doctos à domino, & multitudinem pacis filiis tuis, & in iusticia fundaberis: recedo procul à calumnia.* Quòd autẽ nouissimè post filios & mater consumpta est, demonstrat quòd post triumphos singulorum filiorum ecclesiæ, quibus hostes vincentes liberis animabus requiem intrabunt æternam, nouissimè ipsa mater fidelium omnium in fine mundi consummabitur & trophæum gloriæ de omnibus inimicis suis capiens regnum possidebit perpetuum.

Cyprianus de septem fratribus. Qualiter autem beatissimus doctor Cyprianus de eiusdem septem fratribus scribens ad Fortunatum more rhetorum, facundo sermone dissereret: hoc loco inserendum cẽsuimus, quinter cætera sic ait: Quid verò in Machabeis septem fratres & natalium: & virtutum sorte consimiles significent, nisi septenarium numerum sacrificio perfectæ cõsummationis implentes? D Sic enim septem fratres in martirio cohærentes, vt primi fuerunt in dispositione diuina septem dies, annorum septem milia continentes, vt septem spiritus, vt angeli septem qui assistunt (Apoc. 8. a.) & conuersantur ante faciem Dei, & lucerna septiformis in tabernaculo martyrij, & in Apocalypsi septem candelabra aurea, (Apoc. 1. d.) & apud Salomonem colũnæ septem super quas ædificat domum sapiẽtia, (Prouer. 9. a.) ita & istæ septem fratrum numerus, ecclesias septem numeri sui quantitate complexus, secundum quod in primo libro regnorum legimus sterilẽ septem peperisse. (1. Reg. 2. d.) Et apud Isaiam septem mulieres vnum hominem apprehendunt, (Isa. 4. a.) E cuius inuocari super se nomen exposcunt, & apostolus Paulus qui huius numeri legitimi & certi meminit ad septem ecclesias scribit. Et in Apocalipsi dominus mandata sua diuina, & præcepta cœlestia ad septem ecclesias & ad earum angelos dirigit. (Apoc. 1. c.) Qui nunc istic nũc inuenitur in fratribus, vt consummatio legitima cõpleatur cum septem liberis planè copulatur & mater & origo & radix, quæ ecclesias septẽ postmodũ peperit, ipsa prima & vna suprà petram domini voce fundata. Nec vacat, quod in passionibus sola cum liberis mater est. Martyres enim qui se Dei filios in passione testantur, iam non nisi Deo patre censentur, sicut in euangelio dominus docet, dicens: *Ne vocaueritis vobis patrem super terram: Vnus est enim pater vester qui in cœlis est.* (Matt. 23. a.) Quæ verò ediderunt confessionum præconia, quam præclara quam magna documenta fidei præbuerunt. Rex Antiochus infestus imo in Antiocho antichristus expressus, ora martyrum gloriosa & spiritu confessionis inuicta contagio suilæ quærebat carnis maculare: Et cum flagellis grauiter verberasset, ac nihil promouere potuisset, sartagines iussit igniri quibus ignitis & accensis eum qui primus locutus fuerat & magis iram regis virtutis ac fidei constantia prouocauerat, admoueri præcepit & frigi producta & extracta prius lingua quæ cõfessa dominum fuerat. F Quid martyrio gloriosius contigit? Lingua enim confessa nomen domini priori ipsa ad dominum debuit proficisci.

L. de Iacob. & vita beata, cap. 11. a *Vnus autẽ ex illis qui erat primus, &c.* ✠ AMBROS. Insultare licet tyranno, qui dum callidè à sene incipiendum putat, magistrum eligit quo discipulos facere fortiores, quorum velut puerilem ætatem, præmiis prouocabat ad culpam vrgebat terroribus ad formidinem. At illi non degeneres tanto duci respondent. Quid nos contemnis vt pueros? Pueri sumus, sed fides cana est, sed valida disciplina. Experire certè, subiice quibus placet pœnis puerilia viscera, non inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt tormentorum machinæ, quàm legitimæ obseruationis excubiæ. Quem vicit senectus, superabit æmula senectutis pueritia. Sequimur patrem filij, discipuli doctorem. Iussit maximum natu eligi. At ille ridens, Rectè inquit, naturæ ordinem seruas. Sed cur Dei legem temerandam putas? Et pro pietate quidem omnes maximi sumus, sed tamen à me inchoatum gaudeo. Quod quæris Tyranne, confiteor nos summo Deo seruire. Quid plura? Adhibentur variarum genera pœnarum. Sed vicit pietas immanitatis furorem, exclusa est anima, non religio.

Mortuo

NICOLAVS DE LYRA.

dicitur. Contigit. *Hoc non videtur contigisse in Ierusalem vel Iudæa: quia rex Antiochus non legitur ibi rediisse, postquam inde recesserat facta strage populi & spoliatione templi, vt habetur supr. 5. c. propter quod videtur hoc contigisse in Antiochia seu aliqua alia ciuitate notabili ad quam venerat edictum regis de compulsione Iudæorum ibidem habitantium ad ritum Gentilium, vt habetur ca. præce.*
1 Flagris & aureis cruciatos. *Flagrum flagri est summitas virgularum adinuicem ligatarum, quæ facit strepitum percutiendo & pruritum per calefactionis modum. Taurea tauriæ est flagellum de coreo tauri factum.*
2 Vnus. *Hic consequenter ponitur compulsio in speciali: & primò ponitur afflictio fratris primogeniti qui pro se & aliis dixit.*
3 Parati. *Id est leges à Deo datas patribus nostris in monte Sinai.*
4 Iussit sartag. *Propter veritatis confessionem.*
5 Iussit ei qui. *Id est adhiberi seu apponi.*

Quemad.

MORALITER.

rata fuit vniuersitas martyrũ pro lege Christiana, propter quod eorum martyriũ in ecclesia celebratur per matrem autem ipsorum quæ singulos hortabatur, vt cruciatum pro lege fortiter tolerarent, significatur sancta mater ecclesia quæ filios suos hortatur vbique pro lege: Christi & iusticia constãter grauia sustinere per hoc autem quod ipsa etiam passa est significatur quod ecclesia patitur in filiis suis, sicut & Christus eorum pater pati dicitur in istis.

MORAL.

a *Mortuo illo primo &c.* ✠ AMBROS. Secundus accessit, nec
A degener fratri munia piæ confessionis impleuit. Et cùm detra-
Vbi supra. 1.Cor.11. heretur membrana capitis, respondit. Aufertis quidem mem-
branam, sed habeo galeam spiritalem, quam non potestis aufer-
re. Et verè hanc galeam nemo auferre potest, sicut postea Apo-
stolus docuit in Ecclesia domini, quia caput viri Christus est, & eius sumus membra. Exuebant immanes bestiæ corium capitis, & pardalicis feritatibus sæuiebant. At ille deficiens: Quàm dulce est inquit, mori pro religione, quàm suauis omnis acerbitas mortis pro pietate: quia manet horum
B remuneratio laborum. Tua sunt rex, grauiora tormenta, tu tuis vehementius torqueris supliciis, quia vides te vinci in potestate.

Vbi suprà. b *Post hunc tertius illuditur &c.* ✠ AMBROS. Tertium sibi statui iussit. Et cùm eum partim tentaret insidiis, partim cuperet terrore percellere, respondit ad eum. Non faciã voluntatem tuam, non succumbam imperio tuo. Perbeatam illam fratrum meo-
C rum passionem, & nobilem vitam, non negabo piam germanitatem. Quæuis adhibeto supplicia, quibus magis vrgeas: hoc proficies asperitate pœnarum, vt maiora testamenti nostræ germanitatis accipias. Iussit itaque ei linguam amputari. At ille exclamans. Victus es inquit, Antioche qui organum vocis abscindi iubes. Confessus es te non posse respondere rationi, maioraque probas linguæ nostræ flagella, quam tua verbera. Euadere te putas, si vocem eripias? Et tacentes Deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meum laxaui linguam meam, abscinde linguam: sed non abscindes constantiam, non virtutem auferes, non rationem obliterabis, non eripies testimonium veritatis, non eripies cordis clamorem &c.

Vbi supra. c *Et hoc ita defuncto, quartum vexabant &c.* ✠ AMBROS. Hoc perempto, iussit quartum vinciri ad rotã, vt eius vertigine membris omnibus solueretur. At ille cùm torqueretur immaniter: Dissoluis inquit, corporis membra, sed adiungis gratiam passioni, nec eripis solatium mortis. Est enim vox tonitrui rota &c. Teres enim vita sine vlla offensione in quauis passione versatur, & intra hanc quoque gratiæ rota currit. Nam quo magis voluitur, plus probatur. &c.

Post in

Post in secundo excogitatis acrioribus pœnis antequam
D cætera membra torqueret cutem capitis cum capillis detraxit Raban ex Cypriano
odio scilicet certo. Nam cum viri caput Christus est, & caput 1.Cor.11.c.
Christi Deus qui caput laniabat in martyre, Deum & Christum
persequabatur in capite. At ille in martyrio suo, & resurrectionis sibi premium de dei remuneratione promittens, exclamauit & dixit: Tu quidẽ impotens ex hac presenti vita nos perdis sed mundi rex defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione resuscitabit. Tertius linguam postulatus cito protulit: Nam pœnam linguæ execrandę iã didicerat à fratre suo contẽnere: manus quoque amputandas constan-
E ter ostendit. Multũ beatus genere isto suplicij cui contigit extensis ad pœnam manibus passionis dominicæ instar imitari. Nec non & quartus pari virtute tormenta contẽnens ad retũdendum regem cælesti voce respõdens exclamauit & dixit: Potius est ab hominibus morti datos expectare spem à deo iterũ ab eo resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.
F
Vbi supra. d *Cum admouissent quintum vexabant.* ✠ AMBROSIVS. Quintus cùm sisteretur, cæso prius eodem iussit ignes admoueri, subiici incendia, Manabat è vulneribus cruor & effossis vlceribus sanguis effusus ipsos flammarum extinguebat globos. At ille inter ignium crepitus audiebatur dicens, gratias tibi domine, quod dedisti nobis dicere. *Transiuimus per ignem.* Et alibi: Igne examinasti, sicut examinatur argentum Astabo tibi sicut aurum purgatus incendio: & si quid fuit culpæ, ignis exussit.

Quintus præter quam carnificinam rabiem & duros varios que cruciatus fidei vigore calcabat, ad præscientiam quoque & noticiam futurorum spiritu diuinitatis armatus vel animatus, prophetauit regi indignationem Dei & vltionem velociter secuturam.

e *Potestatem* (inquit) *inter homines habens cum sis corruptibilis, facies quod vis. Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum: sustine & videbis magnam potestatem eius qualiter te & semen tuum.* Quale illud leuamentum martyrij fuit, quam magnum quam, grande solatium in cruciatibus suis, non tormenta propria cogitare: sed tortoris sui suplicia prædicare?

Post hunc

ne, in qua cum diu cruciaretur, cæteri vna cum matre inui-
cem se hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus
aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis quemadmo- 1
dum in protestatione cantici declarauit Moyses. † Et in 2 †Deu.32.
a seruis suis consolabitur. Mortuo itaque illo primo hæc mo-
do sequentem deducebant ad illudendum, & cute capitis
eius cum capillis abstracta, interrogabant si manducaret
priusquam toto corpore per membra singula puniretur. At
ille respondens patria voce dixit: Non faciam, propter quod
& iste sequenti loco primi tormenta suscepit, & in vltimo
spiritu constitutus sic ait: Tu quidem scelestissime in præ- 3
senti vita nos perdis sed rex mundi defunctos nos pro suis
b legibus in æternę vitæ resurrectione suscitabit. Post hũc ter- 4
tius illuditur, & linguam postulatus citò protulit, & manus 5
constanter extendit, & cum fiducia ait: Ex cœlo ista possideo
sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab
ipso me ea recepturũ spero, ita vt rex & qui cum ipso erant
mirarentur adolescentis animum, quod tanquam nihilum
c duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant 6
similiter torquentes. Et cùm iam esset ad mortem sic ait:
Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo
iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrectio ad vi- 7
d tam non erit, & cum admouissent quintum vexabãt eum. At 8
ille respiciens in eum dixit, Potestatem inter homines ha- 9
bens cum sis corruptibilis, facis quod vis. Noli autem pu- 10
tare genus nostrum à Deo esse derelictum. Tu autem 11 12
e patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius 13 14

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quemadmodum. *Deu.32.*
2 Et in. *Hic consequenter ponitur afflictio secundi: & patet litera vsque ibi:* Prima. *Id est secundum doctrinam sanctorum patrum.*
3 Tu quidem. *Id est est in supremo gradu sceleris existens.*
4 Post. *Hic ponitur tormentatio tertij.*
5 Et linguam. *Non abhorrens eius præcisionem propter diuinæ legis obseruantiam, cetera patent.*
6 Et hoc ita defuncto. *Hic ponitur vexatio quarti: & patet vsq; ibi:*
7 Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. *Licet enim omnes in fine mundi resurgant immortales, quia tunc cessabit generatio & corruptio, tamen soli boni resurgent ad vitam immortalem, quæ erit per gloriam animæ redundantem ad corpus per dotem impassibilitatis. Corpora verò malorum erunt immortalia, vt semper crucientur igne gehennæ, vt habetur Matth.25.* quæ est mors secunda. *Apoca.20.*
8 Et cum ad. *Hic ponitur tormentatio quinti, cum dicitur &c.* Et cum. *Id est applicassent quintum.*
9 Vexabant. *Simili modo sicut præcedens*
10 Facis quod. *voluntate nequissima.*
11 Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum. *eo quod permittit nos à te cruciari quia hoc facit ad augmentum meriti nostri.*
12 Patienter. *Id est modicum expecta, ita quod li patienter non est hic nota virtutis, sed breuitatis vitæ temporalis Ideò subditur.*
13 Et videbis. *citò,*
14 Magnam. *Cui non potest resisti.*

Qualiter

a *Post hunc, sextum ducebant.* ✠ AMBROS. Sexto quoque tor-
A menta admota sunt. At ille. Noli inquit, frustra errare, & tuæ
Vbi supra. hoc adscribere potestati, quòd ista aduersum nos exerceas. Nostrorum hoc delictorum est pretium vt peccantes puniamur. Et gratias Domino, quod hîc à nobis duplicia peccata exiguntur, vt ibi nobis consolatio deferatur. Gratias autem & tibi, quòd tam durus & immitis es, vt talibus nostris supplicijs Dominus in quem peccauimus, genti nostræ propitius fiat. Nos quoque ableuamus ærumnã, dum fidei passionibus delectamur.

In psal.104. ✠ IDEM. Quod verbis gloriatus est sanctus Laurẽtius, factis probauit, vt viuus exureretur, & flammis superstes diceret, Versa, & manduca. Haud degener Abrahami-
B darum & Machabæo- † hominũ
rum concertatus puerorum, quorum alij super flammas canebant, alij cùm exurerentur, non rogabãt vt parceretur, sed inuehebantur, vt amplius persecutor inflammaretur.

Rabanus ex Cypriano. In sexto verò non virtus sola, sed & humilitas prædicanda est, nihil sibi martyrẽ vendicasse, sed cõfessionis suæ honorem superbis vocibus vẽtilasse, peccatis potius suis adscripsisse, quòd persecutionem à rege pateretur, ideo vero dedisse quod postmodum vindicaretur. Docuit esse martyres verecundos, de vltione fidere, & nihil in passione iactare.

b *Noli (inquit) frustra ex. nos enim propter nosmetipsos hæc patimur peccantes in Deum nostrum, tu autem ne te existimes tibi impu. futurum.* Aggressus pugnare cum Deo. Admirabili quoque mater quæ
C nec sexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate commota, morientes liberos spectabat libenter, nec pœnas illas pignorum, sed glorias computauit tam grande martyrium Deo præbens

bens virtute oculorum suorum, quàm præbuerunt filij eius tor- D
mentis & passione membrorum.

c *Vocauit rex matrem, & suadebat ei, &c.* ✠ AMBROS. Putauit Antiochus videns matrem solicitam, quod saluti filij nouissimi timeret, ipsi quoq; suadere cœpit, vt filium ab intẽtione sua reuocaret. At illa voce patria dicebat filio, Tu solus superes fili, summa votorũ meorum, tu postremus clausisti partus meos, tu postremus conclude gaudia mea. Miserere mei, quę te in vtero tot mẽsium curriculo portaui, ne vno momento cõfundas senectutem meam, ne decolores tot fratrũ tuorum trophea, nec sacrum eorum comitatũ relinquas, nec consortium deseras. Te adhuc isti expectant triumphi. Aspice in cælum, vnde hausisti spiritũ; aspice in terram, quę tibi ante alimoniam ministrauit, aspice ad fratres, qui collegam requirunt, aspi-
E ce ad matrem, quę tibi lac dedit, redde mercedem pij sanguinis, noli à fratribus, noli à matre diuelli, &c.

li.3.hist. Iu. cap.6 ✠ IOSEP. Heb. Ne timeas fili mi, tyrãnum istum, sed morere pro Deo tuo. vtinam fili mi, esses cum fratribus tuis in magnifica gloria eorũ, vt ego vos simul inueniam, adsimque vobis in die desponsationis vestræ, &c.

l.de præscript.c.13. d *Et intelligas quia ex nihilo, &c.* ✠ TERTVL. Regula fidei est illa qua creditur. Vnum omnino Deum esse, nec alium præter mundi conditorem, qui vniuersa de nihilo produxerit, per verbum suum primò omnium emissum, &c.

Epist.56. quæ est de exhortatione martyrii ✠ CYPRIA. Quid in Machabæis beatorum martyrum grauia tormenta, & multiformes septem fratrum pœnę, & confortans filios suos mater in pœnis, & moriens ipsa quoque cum liberis,
F
nõnne

a qualiter te & semen tuum torquebit. Post hunc sextum duce 1 2
b bant, & is mori incipiens sic ait. Noli frustra errare. Nos enim 3
propter nosmetipsos hoc patimur peccantes in Deum no- 4
strum, & digna admiratione facta sunt in nobis. Tu autem ne
existimes tibi impune futurum, quòd contra Deum pugna- 5
re tentaueris. Supra modum autem mater mirabilis & bono- 6
rum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub vnius 7
diei tẽpore conspiciens, bono animo ferebat, propter spem 8
quam in Deo habebat, singulos illorum hortabatur voce pa- 9
tria fortiter repleta sapientia, & fœmineæ cogitationi mascu- 10
linum animum inserens, dixit ad eos, Nescio qualiter in vte- 11 12
ro meo apparuistis. Neque enim ego spiritum & animam do 13
naui vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa cõ- 14
pegi. Sed enim mundi creator qui formauit hominis natiuita 15 16
tem, quíque † omnium inuenit originem, & spiritum vobis ite 17 18
rum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetip- 19
sos despicitis propter leges eius. Antiochus autem contemni 20
se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta, cùm adhuc 21 22
adolescentior superesset, non solum verbis hortabatur, sed & 23
cum iuramento affirmabat diuitem se & beatum facturum, & 24
translatum à patrijs legibus amicum habiturum, & res neces-
sarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adolescẽs nequaquam
c inclinaretur, vocauit rex matrem, & suadebat ei vt adolescen-
ti fieret in salutem. Cùm autem multis eam verbis esset horta 25
tus, promisit se suasuram filio suo. Itaque inclinata ad illum ir- 26
ridens crudelem tyrannum, ait patria voce, Fili mi, miserere
mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio
dedi, & alui, & in ætatem istam perduxi. Peto † nate, vt aspicias
d ad cælum & terram & ad omnia quæ in eis sunt: & intelligas

NICOLAVS DE LYRA.

1 Qualiter &. *idest, imitatores tuos.*
2 Torquebit. *æternaliter in gehenna.*
3 Post. *Hîc consequenter ponitur vexatio sexti. & patet vsque ibi.*
4 Nos enim. *licet enim sancti essent & innocentes, tamen confitentur se pati propter peccata, imputantes sibi aliorum delicta, eo quòd essent de eodem populo. & similiter facit Dan.ix.*
5 Tu au. *eius cultum auferendo, & eius populum crudeliter occidendo.*
6 Supra. *Hæc est pars septima qua interponitur matris constantia, cũ dicitur,* Supra. *Nam antea non legitur fuisse aliqua tantæ constantiæ.*
7 Quę per eum. *quantum ad vitam præsentem, sed saluatos quantum ad futuram, ideo subditur.*
8 Bono. *scilicet, alterius vitæ.*
9 Singulo. *idest, sanctorum patrum doctrinæ consona. ideo subditur.*
10 Repleta. *sanctorum patrum.*
11 Et fœmineę. *quæ est mollicie & remissione.*
12 Masculinum. *Qui tendit ad ardua & difficilia.*
13 Dixit ad. *ex magno feruore.*
14 Nescio quan. *tunc enim apparet puer esse in vtero matris, quando incipit se mouere, motus autem & sensus sunt ab anima quæ est in puero per infusionem. modus autem infusionis est soli Deo cognitus. ideo subditur.*
15 Neque enim. *idest, animã intellectiuam quæ est spiritualis naturæ.*
16 Et animam. *idest: potentiam sensitiuam quæ est ipsius coniuncti.*
17 Et vitam. *idest, operationes vitæ.*
18 Singulorum. *quia virtus formatiua non est à matre, sed à patre, & illa etiam nihil agit nisi in virtute primæ causæ. Ideo subditur.*
19 Sed enim. *& patet ex dictis vsque ibi.*
20 Sicut nunc. *quantum ad vitam corporalem.*
21 Antiochus. *Hæc est octaua pars, in qua ponitur martyrium septimi, præmittitur tamen eius persuasio, secundò ponitur eius vexatio, ibi, Cum hæc illa. Circa primum primò ponitur persuasio à rege: cum dicitur,* Antiochus. *per dictos filios qui dicebant eum scelestum: & incendio gehennæ reseruatum.*
22 Simul, &c. *quia vocem dictorum fratrum reputabat despectam, sicut personas eorum despicabiles reputabat, & sic duplici ratione reputabat se contemptum. s. ratione verborum, & personarum despicabilium.*
23 Cum, &c. *vt saltem illum superaret.*
24 Non solum, *Et patet litera vsque ibi.*
25 Cum autem. *Hic ponitur persuasio iuuenis à matre quæ promisit suasuram se filio suo, & verum dixit, quia promissio absoluta sicut est ista, intelligenda est de bono. Ideo subditur.*
26 Irridens, &c. *Quia persuasio sua erat ad virtutis bonum. & patet litera vsque ibi.*

Neque

A

Rabanus. ex Cypr.

nónne magnæ virtutis ac fidei documenta testantur, & nos ad martyrij triumphum suis passionibus adhortantur.

Cum sex occisis & punitis superesset vnus ex fratribus, cui rex diuitias & potentias & multa pollicebatur vt crudelitas eius ac feritas vel vni⁹ subiecti solatio foueretur, & pateret vt ad filium deijciendum secum deprecaretur, & mater, deprecata est filium, sed vt decebat martyrum matrē, vt decebat legis & Dei memorē, vt dicebat filios suos non delicatè, sed fortiter diligentem. Deprecata est enim sed vt dominum confiteretur, deprecata est ne à fratribus suis, frater in cōsortio laudis & gloriæ separaretur, tunc se septem filiorum cōputans matrem, si sibi contingeret filios septem Deo peperisse, potius nō seculo. Armans itaque eum & corroborās, & fœliciori partu filiū generans, Fili inquit mi serere mei, quę in vtero te nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & ad ætatem istam produxi. Oro fili vt aspicias in cælū & in terram, & omnibus quę in eis sunt aspectis intelligas, quia ex nihilo fecit illas Deus, & hominum genus ita fecit. Ne timeas carnificem istum, sed, dignus fratribus tuis effectus suscipias mortem, vt in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Magna laus est matris in exhortatione virtutis, sed maior in Dei timore, & in fidei veritate, quòd nihil sibi aut filio de sex martyrum honore permisit, nec fratrum precē profuturam credidit abneganti ad salutem, persuasit potius passionis participem fieri, vt in iudicij die possit cum fratribus inueniri. Post hæc autem cum liberis suis commoritur & mater. Neque enim aliud iā licebat, quàm vt quæ martyres pepererat & fecerat, vt consortio illis gloriæ iungeretur, & quos ad Deum præmiserat, ipsa quoque sequeretur.

B

quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus, ita fiet, vt
non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effe- 1
ctus particeps suscipe mortem, vt in illa miseratione cum fra 2
tribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adole 3
scens, Quem sustinetis? Non obedio præcepto regis, sed præ 4 5
cepto legis quæ data est nobis per Moysen. Tu vero qui in-
uentor omnis maliciæ factus es in Hebræos, non effugies ma
num Dei. Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur. Et si 6
nobis propter increpationem & correptionē dominus Deus 7
noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis
suis. Tu autem ô sceleste & omnium hominū flagiciosissime,
a noli frustra extolli vanis spebus in seruos eius inflammatus. 8
Nondum enim omnipotentis Dei & omnia inspicientis iudi 9
cium effugisti. Nam fratres mei modico nūc dolore sustenta-
to sub testamento æternæ vitæ effecti sunt, tu verò iudicio
Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Ego auté sicut & fra- 10 11
tres mei animam & corpus meum trado pro patrijs legibus,
inuocans Deum maturius genti nostræ, propicium fieri, té- 12 13
que cum tormentis & verberibus confiteri, quòd ipse est so-
lus Deus. In me verò & in fratribus meis desinet omnipoten
tis ira, quæ super omne genus nostrum iustè superducta est.
Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desæ-
uit, indignè ferens se derisum. Et hic itaque mūdus obijt, per
b omnia in domino confidens. Nouissimè autem post filios &
mater consumpta est. Igitur de sacrificijs & de nimijs crude-
litatibus satis dictum est.

L. cōtra Cōstant. Augu.

a *Tu autem ô sceleste, & omniū hominum flagitiosissime. &c.* ✠ HILAR. Temerarium me fortè quisquam putabit, quia dicam Cōstantium Antichristum esse. Quisquis petulantiam istud magis quàm constantiam iudicabit, relegat Iohannem dixisse ad Herodem, *Non tib licet facere istud.* Sciat à martyre dictum esse regi Antiocho. Tu quidem iniquus de vita præsenti nos perdes, sed rex mundi defunctos pro suis legibus in æternam vitam suscitabit. Et rursum, Non effugies manum Dei, &c. Non est istud temeritas, sed fides, neque inconsideratio, sed ratio, neque furor, sed fiducia.

Ma 19.6.

C

L. de Iacob c.9.11.&12.

b *Nouissimè autem post filios, &c.* ✠ AMBROS. Quis non beatam dixerit matrem Machabæorum, quæ septem filiorum funeribus octauam se addidit ad laudem cælestis triumphi.

D

✠ IDEM. Quis hanc beatam neget, quæ septem vallata muralibus, inter corpora filiorū nullum sensit mortis incursum? Quis dubitet de eius beatitudine, quæ septem turribus circundata, in paradisi sedem caput extulit, quæ septem filiis cincta, sacratissimum Deo chorum, non solum canorum vocibus, sed etiā passionibus, ad cōcinendas domini laudes, cælestibus inuexit altaribus? Aliæ matres reuocare à martyrio solent filios, non vocare, ista maternum in hoc ponebat affectum, si filiis vitā magis perpetuam, quàm temporalem suaderet. Spectabat pia mater filiorum certamina, & quamuis mater norum viscerum cō passione quateretur, tamē pietatis studio præmebat dolorem, &c.

E

Lib. de Machabæis

✠ IOSEP. Nouissimè filiis singulis cōsumptis, admirabilis tantorum athletarū parens, in cruenta pœnarū carnificia, flexis repente genibus, corporis à Deo dissolutionē efflagitabat. Non enim viuēdi cupiditate, sed filiorum causa tantum tempus protraxisse. Antiochus faucib⁹ stridēs, matrē generosam affligere iubet, tyrannicè rapitur, teneris nudatur artubus, in altum manus illigantur, sæuis illiditur flagellis, lęsis mœret huberibus, ac flammiuomę addicta sartagini, ambustos vltrò filios concomitatur in pœnas, ac oratione protēsis surrectisque manibus, pro grauidis matribus fusa, cœlibem effudit spiritum. O magistra iustitiæ, filios comitata victores? O patientium forma nō mulieribus solùm, sed viris futura, veneranda præsentibus, colenda posteris, admirationi non solùm genti nostræ, sed & seculis futura. Splendoribus tuis luna succumbit, nec se quamuis mundum impleat, cum tuis fulgoribus comparabit, &c.

Orat. de Machabæis

✠ NAZIAN. Hos igitur & sacerdotes, & matres, & filij æmulentur. Sacerdotes quidem, in Eleazari spiritualis parentis honorem, qui non modò sermone, sed etiám opere, quod optimū erat ostendit ac docuit. Matres, in generosę matris honorem, verum amoris erga filios argumentum edentes, ac Christo liberos suos exhibētes, vt per huiusmodi sacrificij genus matrimonio quoque sanctitas comparetur, filij denique, sacrosanctorū filiorum exemplo permoti, atque adolescentiam non in fœdis & obscœnis affectibus, sed in certaminibus aduersus animi vitia susceptis conterētes, strenuèque cū quotidiano nostro Antiocho confligentes, qui membra omnia bello lacessit, varijsque modis persequitur. &c. *Videatur Chrysostomus Tomo 1. Homi. 4. de verbis Isaiæ, & Homilia de natiuitate septem Machabæorum.*

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sed dig. *idest, eorum consortio per palmam martyrij.*
2 Vt in il. *quæ fiet sanctis in resurrectione.*
3 Cum fratribus. *ad augmentum gloriæ vestræ & meæ.*
4 Cum hæc illa, &c. *Hic consequenter ponitur eius vexatio, cum dicitur,* Cum illa adhuc, &c. *Ex magno feruore non expectauit finem verborum matris completæ.*
5 Quem sustinetis. *id est, differtis vexare sub spe vana, quòd debeam regi obedire.*
6 Nos enim pro peccatis nost. &c. *exponatur sicut suprà de sexto fratre.*

Domi-

7 Domin. de. no. mo. est ira. *Nam omnis pœna in præsenti modica est respectu futuræ.*
8 Noli frust. extol. &c. *Sic habent libri correcti, quasi dicat, non pertinges ad illud quod speras Dei iudicio impeditus.*
9 Nam fra. mei, &c. mo. *respectu doloris futuri.*
10 Sub testamen. *id est promissione firma.*
11 Aeternę vitæ effe. sunt. *quam sine dubio consequentur.*
12 Inuocans Deum ma. *id cum pondere affectus.*
13 Tèque cum tor. &c. *In hoc videtur prophericè loqui quia sic fuit impletum de futuro, vt patet infra. ix. ca. Cætera patent.*

✠ CAP.

A

Rabaa.

CAP. VIII.

a *IVdas vero Mac.* Ea quæ de Matathia patre Machabæi & fratrū eius prioris libri narrat historia, scriptor præsentis libri breuitati studendo omittens, ad Iudę actum & prælia narranda se contulit, aliqua de eis narrans, sed plurima more suo omittens. Sed quia iam allegoriam ipsius suprà plurima ex parte exposuim⁹, quod semel dictum est, nō necesse credimus iterari. Si quis autem quæsierit quid sex milia virorū qui Iudę in principio associati sunt significēt? Agnoscat per senarij & millenarij numeri perfectionem, militum Christi in fide & sinceritate perfectam designari deuotionem. Vnde in actibus apostolorum de primitiua ecclesia in Iudæis scriptum est, *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, Nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid esse suum dicebat, sed erant illis omnia cōmunia, & virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri Iesu Christi, gratia magna erat in omnibus illis.*

B

Act. 4. f

l. 9. de victor. verbi Dei. ca. 17.

✠ RVPERTVS. Sicut in fornacem Babylonicam tres pueri missi, in animo contrito & spiritu humilitatis suscepti sunt, ita septem fratres cum matre sua passi, meruere suscipi sacrificium beneplacitum, per quod loco, & omni populo iram Domini placari dignum fuit. Vnde & statim post passiones illorū subiunctum est, Quia Iudas Machabæus & qui cum illo erant, conuocantes cognatos, & eos qui permanserant in Iudaismo, assumentes, & inuocantes dominum vt misereretur templo & ciuitati,

C

CAP. VIII.

IVdas verò Machabæus, & qui cum illo e-
rant, introibant latenter in castella, & cō 1 2
uocantes cognatos & amicos, & eos qui 3
permanserant in Iudaismo assumentes,
adduxerunt ad se sex milia viros, Et inuo 4
cabant dominū, vt respiceret in populū
qui ab omnibus calcabatur, & miserere-
tur templo quod contaminabatur ab impijs. Misereretur e-
tiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico complananda, & vo
cem sanguinis ad se clamantis audiret, memoraretur quoque
iniquissimas mortes innocētum paruulorum, & blasphemias
nomini suo illatas, & indignaretur super his. At Machabæus
congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur. I- 5 6
ra enim domini in misericordiā conuersa est. Et superueniens 7
castellis & ciuitatibus improuisus succendebat eas, & oportu
na loca occupans non paucas hostium strages dabat, maximè 8
autem noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur, & fama
virtutis eius vbique diffundebatur. Videns autem Philippus 9
paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei
cedere prospere, ad Ptolemæum ducem Cœlessyriæ & Phœ-
nicis scripsit, vt auxilium ferret regijs negociis. At ille veloci-
ter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum datis ei 10
de permixtis gentibus armatis, non minus viginti milibus, vt 11 12
vniuersum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia vi

D

& vocem sanguinis ad se clamantis audiret, memoraretúrque inquissimas mortes innocentium paruulorum, & armis vti cœperunt, Deo confortante, & effectum tribuente. Ira enim Domini (inquit) in misericordiam conuersa est.

1. Mac. 3. d Rabanus.

b *Videns autem Phi.* In priori libro scriptum est, quòd Antiochus profecturus in Persidem reliquerit intra regnum Lysiam hominem nobilē de genere regali super negocia regia, & vt nutriret Antiochum filium suum, & quòd ipse Lysias elegerit Ptolemęum filiū Dorimi, & Nicanorē & Gorgiam viros potētes ex amicis regis, & miserit eos cum quadraginta milibus virorum vt disperderēt Iudęos secundū verbum regis. Nunc autē hic refertur, quòd Philippus scripserit ad Ptolemęum ducē, vt auxilium ferret regijs negocijs, ipséq; miserit ad hoc Nicanorem, datis ei viginti milibus armatorū, adiūcto ei & Gorgia viro militari. Hunc enim Philippum memoratus rex Antiochus reuertēs de Perside in Babylonem, preposuit super vniuersum regnum suū, & dedit ei diadema & stolam suam & anulum, vt educaret Antiochum filium suum, & nutriret eum & regnaret. Quem prædictus Lysias simul cum Antiocho iuniore reuertens Antiochiā & inueniens dominantem ciuitati, expugnauit. Vnde quæritur, quomodo dicatur Phippus ordinare per Ptolemęum transitum Nicanoris & Gorgię ad Iudęam, cùm prior historia narret morante Antiocho seniore in Perside, & eundem Gorgiam ducem, simul & Lysiam ordinatorem suum à Iudęis esse superatos, atque

Quæstio

F

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IIII.

Diuisio

IVdas vero, &c. *Descripta Iudæorum tribulatione per regem Antiochum, hîc consequenter describitur liberatio eorum per Iudam Machabæum. circa quam primò ponitur liberatio populi, secundò, purgatio templi. x. capit. Prima in duas. Quia primò ponitur liberatio populi à regis ducibus, secundò, à persona eius, sequenti capitu. Prima adhuc in duas. Quia primò ponitur Iudæ prosperatio, secundò, principum Antiochi debellatio, ibi,* Videns autem Philippus. *Circa primum dicitur.*
1 Iudas vero Machabęus, &c. *ab aduersarijs occupata. Non enim habebant tantum populum, quòd possent patenter committere bellum.*
2 Et conuocantes cognatos. *de quibus magis confidebant & qui ad hoc erant magis periti.*
3 Et eos qui permanserant, &c. *nam ad pugnandum pro lege erant voluntarij.*
4 Et inuocabant dominum, &c. *sine cuius auxilio non poterant resistere tanto aduersariorum numero, Allegantes ad hoc rationes ex parte populi conculcati, & templi contaminati, & ciuitatis electæ ad cultum Dei, & sanguinis innocentis effusi, & nominis sui blasphemati, & patet litera vsque ibi.*
5 Intolerabilis gen. *quia non poterant ipsius impetus sustinere, & subditur causa cum dicitur.*
6 Ira enim domini in, &c. *& sic habebant auxilium Dei.*
7 Et superue. ca. *id est, ab aduersarijs qui non prouiderant sibi contra aduentum ipsius.*
8 Maximè autem. *quia tunc hostes minus poterant sibi prouidere.*

Diuisio

9 Videns au. *Hîc consequenter describitur principum regis debellatio, & primò ponitur belli apparatus. secūdò, conflictus ibi,* Ad hoc etiā, *Prima in duas. Qnia primò describitur apparatus ex parte Gentilium, secundò ex parte* Iudæorum, *ibi,* Iudas autem. *Circa primum dicitur,* Videns au. *quem. s rex Antiochus reliquerat Ierosolimis ad affligendum populum Iudæorum, vt habeeur suprà. v. ca. Et dicunt aliqui quòd iste est Philippus ille de quo dicitur in fine capituli sequen. quòd transferebat corpus Antiochi defuncti. Sed hoc non videtur verum, primò, quia iste erat in Ierusalem, alius autem in Perside cum Antiocho rege quando fuit istud bellum. Secundò quia iste fuit Phryges genere, vt habetur suprà. v. ca. alius verò regis collactaneus, vt habetur in fi. ca. sequentis. Cætera patent vsque ibi.*
10 Misit Ni. *scilicet. filij.*
11 De prim. ami *sic habent libri correcti, Erat enim de principalibus amicis suis.*
12 Datis ei de per. *Erant enim collecti de diuersis locis & ciuitatibus.*

✠ Const.

MORALITER.

1 *Iudas verò & qui cum illo erant.* Sequitur: *Adduxerunt ad se sex mili.* Senarius est numerus perfectus, nam resultat ex suis partibus, vnum enim duo & tria faciunt sex, similiter millenarius est numerus perfectus, quia resultat ex ductu cētenarij per denariū qui est limes numerorum, ideò per istos significatur perfectio apostolorum & aliorum doctorum Ecclesiæ primitiuæ, qui deuotissimè precibus, signis & virtutibus pugnantes contra infidelitatem Gentium & Iudæorum: & ita prosperè contigit eis, quòd in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Christianam: nam viuentibus apostolis hoc fuit impletum, sicut diffusiùs declaraui super illud Psalm. 18. a. *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.*

A que fugatos, & hæc innotuisse Antiocho reuertẽti, ipsúmq; ob hoc incidisse in languorem præ tristitia, quia non est factũ de Iudæis sicut cogitabat. Hoc (nisi fallor) haud aliter soluitur, nisi vt Philippus commendato sibi imperio hoc idem statutum rescripsit ducibus Syriæ faciendum quod Lysias antea iam facere moliendo incipiebat, sed non perficiebat. Nec etiam ita vt disposuit ipse per suã missionem in Iudæis efficere valebat, vt sequens historia demonstrat.

a *Constit. autem. &c.* Hoc in superiori libro breuiter commemoratum est. Tantum quòd mercatores cõuenerunt cum auro & argento, vt coemerent filios Israel sibi in seruos. hic autẽ manifestius narratur, quòd ab Nicanore qui regi promisit de Mancipijs Iudæorum supplere tributum Romanis dandum, inuitati sunt ipsi mercatores ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum.

b *Iud. autem.* De isto Nicanoris aduẽtu in Iudæam qui sub Antiocho factus est, prior liber manifestè nõ dicit, tantũ narrans per Lysiam eum electum esse simul cum Ptolemæo & Gorgia viris e potentibus adiuncta simili comitum turba, vt inuaderent & disperderent Iudæam. Sub Demetrio autem eum esse illuc missum asserit, & per dolũ velle capere Iudam atque inuadere Iudęam, sed non pręualere. Quòd autem ipse Nicanor hypocritarum qui omnia fictè faciunt, typum teneat, iam superius dictum est. Sed Iudas cum septem milibus contra Nicanorem & socios eius confligit ac vicit, quia per septiformis gratiam spiritus populus ecclesiæ cũ rectoribus suis vincit hostes vniuersos, nec de eo vnquam victoriam capit Iudęus, siue Paganus, seu hæreticus, vel schismaticus, siue vllus hypocritarum aut nequã, imo ipse verò rege suo vincẽte tropheũ gloriæ possidebit in æternum.

c *Admonuit autem eos, &c.* ✠ Chryso. (In Ps. 43.) Non pro vxoribus, liberis, & ancillis, patrięque euersione & captiuitate, sed pro lege & patria republica pugnabãt. Eorum autem dux erat Deus. Cùm ergo aciem dirigerẽt, & suas animas prodigerent, fundebant aduersarios, nõ armis fidentes, sed loco omnis armaturæ, pugnę causam sufficere ducentes. Ad bellum autẽ euntes non tragœdias excitabãt, vt fit in alijs castris. sed Dei supernè auxilium inuocabant, vt adesset, opem ferret, pro cuius gloria decertabant.

a ro militari & in bellicis rebus experientissimo. Constituit au 1 2
tem Nicanor regi, vt tributum quod Romanis erat dandum 3
duo milia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret. 4 5
Statímque ad maritimas ciuitates misit, cõuocans ad coemp-
tionem Iudaicorum mancipiorum promittens se nonaginta 6
mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam 7
b quæ eum ab omnipotente esset consecutura. Iudas autem v- 8
bi comperit, indicauit his qui secum erant Iudæis Nicanoris
aduentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credẽtes
Dei iustitiæ in fugam vertebantur. Alij verò si qui de his su- 9 10
pererãt, veniebant simúlque dominum deprecabantur, vt eri 11
peret eos ab impio Nicanore, qui eos priusquã cominus ve- 12 13
niret vendiderat. Et si non propter eos, propter testamẽtum 14
tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem 15
sancti & magnifici nominis eius super ipsos. Conuocatis au- 16 17
tem Machabæus septem milibus qui cum ipso erãt, rogabat 18
ne hostibus reconciliarentur, neque metuerẽt iniquè venien 19 20
tium aduersum se multitudinem hostium, sed fortiter cõten- 21
derent ante oculos habentes contumeliam quæ in loco san- 22
cto ab his iniustè esset illata. Itémque & ludibrio habitæ ciui 23 24
tatis iniuriam, adhuc etiam veterum instituta commissa. Nam 25
illi quidem armis confidunt, ait simul & audacia, nos autem 26 27
in omnipotente domino, qui potest & venientes aduersum 28
nos, & vniuersum mundum delere vno nutu cõfidimus. Ad- 29 30
c monuit autem eos, & de auxilijs Dei quæ facta sunt erga pa 31

Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Const.au.*idest, firmiter promisit.*
2 Nica.re.*idest, locum regis in hoc tenenti, nam rex erat in Perside. vt dictum est.*
3 Vt tribut.*Erat enim rex Antiochus tunc tributarius Romanorum.*
4 De captiuita.Iud.sup.*idest, de precio Iudæorum, quos in seruos & ancillas venderent. Ideo subditur.*
5 Statímque ad mari,&c.*suprà.j lib.ij.ca.non dicitur, miserit, tamen datur intelligi per hoc quod dicitur,* Et audierunt merc.&c.
6 Nonaginta man.ta.*scilicet, vno.*
7 Distractu.*Dicitur autem Mancipium quasi manu captum, quia per bellum capiebantur, & in seruos vendebantur: seu redigebantur.*
8 Iudas au.*Hic consequenter describitur apparatus belli ex parte Iudæorum, & primò ponitur aliquorum pusillanimitas: cum dicitur.*
9 Ex quibus qui.formi.*magnitudinem & fortitudinem exercitus venientis cum Nicanore.*
10 Et non cre.de iusti.*id est minus debito confidentes de auxilio diuino, & sic non credebant diuinæ iustitiæ, quia non credebant quòd Deus faceret iustitiam, idest, vindictam de aduersarijs eorum.*
Diuisio 11 In fugam vertebantur.*subtrahentes se occultè de societate Iudæ.*
12 Alij verò.*Hic consequenter ponitur aliorum animositas, & primò in generali. secundò, ipsius Iudæ in speciali ibi,* Conuocatis autẽ. *Circa primum dicitur.* Alij verò,&c.*accipitur hic si pro quia, quia cum Iuda remanserunt septem milia, vt habetur infrà.*
13 Veniebant,&c.*cum Iuda ad pugnandum.*
14 Simúlque domi.depre.*magis innitentes diuinæ protectioni quàm suæ virtuti.*
15 Qui eos pri.co.ve.*i. priusquam ad bellandum appropinquaret.*
16 Vendide.*vt prædictum est.*
17 Et si non pro.*idest, propter eorum merita eriperet eos à Nicanore, saltem hoc faceret.*
18 Propter te.*idest, propter promissionem factam à Deo patribus sanctis de conseruatione seminis eorum.* *Vel aliter,* Propter testa.*idest, propter legem datam patribus quam volebat destruere totaliter Antiochus, vt patet ex suprà dictis. & similiter volebant hæc facere duces eius.*
19 Et propter inuocat.*quia dicebantur præ gentibus cæteris Dei populus.*
Diuisio 20 Conuoc.au.*Hic consequenter ponitur animositas Iudæ in speciali, & primò suos animando, secundo, exercitum ordinando ibi,* Constituit itaque. *Prima in duas, quia primò Iudas suos animat rationibus, secundò exemplis, ibi,* Admonuit autẽ. *Circa primum dicitur.* Conuocatis au. Ma.*vt existentes prope eum magis intelligerent eius verba.*
21 Septem mil.j.*Mach.iiij.dicitur quòd fuerunt tantum tria milia. dicendum, quòd ibi loquitur de sufficienter armatis, vnde ibidem subditur, quia tegumenta & gladios non habebant. s. ad armandum plures sufficienter, sed multi ex magno desiderio moti ad pugnandum pro patria & lege Dei fuerunt ibi quasi inermes, & maximè, quia dixerat Iudas melius esse mori quàm videre mala gentis & sanctorum, & sic in vniuerso fuerunt septem milia, vt hic dicitur. Et primò allegat rationem sumptam ex parte aduersariorum, cum dicitur.*
22 Rogabat ne hosti.*reddendo se eis sub aliquibus conditionibus.*
23 Neque metu.*q.d. in suis iniquitatibus capientur. secundò adducitur ratio ex parte Dei, cùm dicitur.*
24 Sed fortiter contende.*dimicando.*
25 An.oc.*Mentis.*
26 Haben. *vnde suprà.j.lib.iij.cap. vbi tangitur ista materia dixit Iudas, Melius est nobis mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum.*
27 Itémque & ludibri.*scilicet Ierusalem ad Dei cultum electæ.*
28 Adhuc etiam vet.*Habebant enim Iudæi aliquas ordinationes extra legem Moysi factas à senioribus propter bonum regimen populi. Tertiò ponitur ratio ex parte auxilij, cum dicitur.*
29 Nam illi qui.ar. *id est tãtum in virtute humana quæ est defectiua.*
30 Nos aut.in omnipo.do.*cuius virtus est firmitas infinita.*
31 Admo.au.*Hic consequenter Iudas suos animat exemplis, cum dicitur.*

MORALITER.

1 *Constituit autem Nicanor regi. &c.* Iste qui Iudæos vendidit antequam eos cepisset reputans ante bellum eos quasi captos, significat quemlibet vltra modum de sua potentia præsumentem, qui

A 2 *Et facto sibi adiutore omnipotente, &c.* ✠ Iosep. Heb. (l.3. antiq. iudaic. c. 11.) veniente ergo Nicanore contumaciter contra Iudam, egressus est Iudas de acie fideliũ, & inuocans dominũ ait, Deus excelse, qui à diebus antiquis vsque nunc dominio potitus es, & cõpescis bella, in cuius manu virtus & potentia est ad prosternandum & humiliandũ, deprime & humilia gẽtem istam ante humilem populum tuum, quia tu potes nobis subiicere populos, & sternere nationes sub pedibus nostris. Qua oratione cõpleta, clanxerunt Sacerdotes buccinis sacris, vociferantéque populo, irruit Iudas in prælium, & percussit Nicanorẽ cęde magna &c.

b *Et Philarchẽ qui cum Timotheo erat, &c.* ✠ Iosephus Heb. (Ibidem. c. 12.) Apprehendit Iudas Philippum, quia mala intulerat terrę Iuda. Nã cùm appropinquaaret Iudas, declinauit Philippus ab itinere, & diuertit in domum quandam vicinam. Tunc præcipiente Iuda deiecerũt domum super eum, cõbusserũtq; eũ igni in loco illo, & vlti sunt Eleazarum, & sanguinem aliorũ bonorum virorum, quem effuderat Philippus, reuersique ad cadauera, diripuerunt ea, & miserunt spolia in Ierusalẽ. D

c *Et cum epinichia.* (Rabanus. E) Pro epinichijs legi in alia editiõe dies victoriæ. Superatis ergo hostibus Iudas festum celebrat, quia cum sanctus quilibet per gratiã Christi de hoste antiquo triũphat, gaudio spirituali repletus laudes condignas canere, ac grates multiplices autori suo debet referre, nec decet fieri ingratum, qui se meminit diuina ope esse adiutum. F

rentes, & quòd sub Sennacherib centum octogintaquinque milia pe- 1
rierunt, & de prælio, quod eis aduersus Galathas fuit in Babylonia, vt 2
omnes vbi ad rem ventum est Macedonibus socijs hæsitãtibus, ipsi sex 3
milia soli peremerunt centum viginti milia propter auxiliũ illis datum 4 5
de cælo, & beneficia pro his plurima consecuti sunt. His verbis cõstan- 6
tes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. Constituit itaque 7 8
fratres suos duces vtrique ordini, Simonem, & Iosephum, & Ionathã, 9
subiectis vnicuique millenis, & quingentenis, ad hoc etiam ab Esdra 10
lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux 11 12
a cõmisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente, interfece- 13
runt super nouem milia hominum, maiorem autem partem exercitus 14 15
Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecunijs 16
verò eorum qui ad emptionem ipsorum venerant sublatis, ipsos vsque 17 18
quaque persecuti sunt, sed reuersi sunt ora conclusi. Nam erat ante sab
batum, quam ob causam non perseuerauerunt insequentes. Arma au- 19
tem ipsorum & spolia congregãtes, sabbatum agebãt, benedicẽtes do- 20
minum, qui liberauit eos in isto die, misericordiæ initium stillãs in eos.
Post sabbatum verò debilibus & orphanis & viduis dimiserunt spolia, 21
& residua ipsi cum suis habuere. His itaque gestis, & communiter ab
omnibus facta obsecratione, misericordem dominum postulabant, vt
in finem seruis suis reconciliaretur. Et ex his qui cum Timotheo & Ba- 22
chide erant contra se contendentes, super viginti milia interfecerunt,
& munitiones excelsas obtinuerunt, & plures prædas diuiserunt, æquã
portionem debilibus, pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes. Et
cum arma eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis
b oportunis. Residua verò spolia Ierosolymam detulerunt, & Philarcen
qui cum Timothæo erat interfecerunt, virum scelestum, qui in mul-
c tis Iudæos afflixerat. Et cum epinichia agerent in Ierosolymis 23

Cap.

NICOLAVS DE LYRA.

C *citur,* Admonuit autem eos.*in exitu Israel de Aegypto, Exo.xiiij.cap.*
1 Et quod sub,&c.*Ab angelo Dei percussa, vt habetur.iiij.Regũ.xix.*
2 Et de prælio.*Istud bellum non habetur in scriptura sacra, nec alibi potui reperire, propter quod non possum dicere, nisi illud quod hic est in textu.*
3 Vbi ad rem,&c.*idest, ad pugnandum actu.*
4 Macedonibus socijs.*in eodem exercitu existentibus cum Iudæis.*
5 Hæsitantibus.*idest, formidantibus pugnare.*
6 Ipsi sex milia soli.*scilicet, Iudæi.*
7 Peremerunt cen. vigin.*non propria virtute se diuina.*
8 Et b.&c.con.*s. à rege. Consequenter ponitur admonitionis effectus cum dicitur,* His verbis,&c
9 Consti.itaque.*Hic consequenter ponitur exercitus ordinatio. cum dicitur,* Constituit ita.&c.*quia de eorum fortitudine & fidelitate magis confidebat.*
10 Vtrique or.*s. equitum & peditum, tamen in qualibet etiam acie erant aliqui equites & pedites & hoc secundum doctrinam Vegetij li. de re militari, potissime quando bellum committitur in loco aspero, vbi equites non possunt bene coniungi.*
11 Simonem & Io.&c.*suprà.j.li.ij.ca. vbi ponuntur fratres Iudæ non nominatur ibi aliquis Iosephus. Propter quod dicunt aliqui, quòd iste non fuit frater carnalis Iudæ, sed tantum legalis, vt de eadem lege, vel de eadem cognatione. Sed non est verisimile, quòd inter duos fratres Iudæ carnales. s. Simonem & Ionathan ponatur tanquam frater eius alius, qui tamen sit extraneus. Propter quod videtur melius dicendum, quòd iste fuit fratrer carnalis Iudæ, quia primo lib. nominatur Eleazarus. vnde xij. lib. antiquitatis Iudaicæ dicitur, quòd iste Eleazarus cognominatus est Saphus, & videtur idem nomen quod Iosephus, abbreuiatum tamen, sicut Nicolaus per abbreuiationem aliquando dicitur Colaus.*
12 Suiect.vnicui.mil.&c.*Retinens in acie sua duo millia quingentos.*
13 Ad hoc etiam *Postquam descriptus est belli apparatus, hic consequenter describitur conflictus, & primò ponitur conflictus cum Nicanore, secundò interponitur conflictus cum Timo, & Bachide, ibi,* Et ex his. *Tertiò reuertitur autor ad loquendum de Nicanoris confusione ibi,* Facinerosissimus autẽ &c. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur Nicanoris debellatio, secundò, gratiarum actio, ibi:* Arma autem. *Circa primum dicitur,* Ad hoc.*scilicet, ad bellandum viriliter.* Diuisio
14 Ab Esdra lecto.&c.*Vt præcipitur Deute.xx. Iste Esdras nõ fuit ille qui legem reparauit, nam ille mortuus fuerat diu ante, sed fuit vnus de sacerdotibus, eiusdem tamen nominis tempore Iudæ.*
15 Et dato signo adiutorij Dei.*Non dicitur hic quale fuerit, sed probabiliter potest dici, quòd fuit clangor sacrarũ tubarum in aggressu belli.*
16 In prima acie ipse dux commisit.&c.*Iudas Machabæus.*
17 Interfecerunt super nouem milia hominum. *Sed in 1. lib. iiij.c. dicitur, quòd ceciderunt vsque ad tria milia. Dicendũ, quòd illa tria milia ceciderunt in primo congressu belli. & in persecutione fugientium tot, alij ceciderunt ita quòd in vniuerso fuerunt nouem milia & amplius, vt hic dicitur. Cætera patent vsque ibi.*
18 Sed reuersi sunt hora conclusi.*idest, repressi: nam imminebat hora decima à qua incipiebat obseruatio sabbati. Sed hoc non videbatur impedire. quia. suprà.j. libro.ij.ca. iam erat declaratum, quòd licitum erat eis in sabbato bellare. Dicendum, quòd verum est se defendendo. nam hoc est necessitatis, non autem inuadendo seu persequendo.*
19 Arma autem ipsorum & spolia congregantes,&c.*Hic ob victoriam subditur gratiarum actio. cum subditur.*
20 Sabbatum agebant.*ab operibus seruilibus quiescendo, & diuinis laudibus vacando. ideo subditur,* benedicen.domi.&c.
21 Post sabbatum verò debi.& orpha.diui.sp.&c. *Quia partem prædæ debilibus & pauperibus dederunt. Cætera patent.*
Diuisio 22 Et ex his qui cum Timotheo & Bachi de,&c.*Hic consequenter interponitur de conflictu cum Timotheo & Bachide qui plenius habetur. j. lib. v. ca. Videtur tamen quòd iste Bachides sit alius ab illo quem misit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos: vt habetur. suprà. j. lib. vij. ca. nam plures erant principes & milites eiusdem nominis sicut & modo. Cæterapatent vsque ibi.*
23 Et cum Epinichia agerent in Ierosolymis. *idest, solennitates de victorijs contra Timotheum & Bachidem obtentis. Et dicitur ab epi* quod

MORALITER.

qui victorem se reputat ante belli congressum, cui bene dicitur illud.iij. Regum.xx.b. Non glorietur accinctus scilicet armis pugnaturus est vt discinctus. s. depositis armis post victoriã. Et

A eos qui sacras ianuas incenderunt, id est Cali- 1 2
sthenem, cum in quoddam domicilium refugis- 3 4
sent incęderunt, digna eis mercede pro impie-
tatibus suis reddita. Facinorosissimus autem
Nicanor qui mille negociantes ad Iudæorum 5 6
venditionem adduxerat, humiliatus auxilio do- 7 8
mini, ab his quos nullos existimauerat, deposi- 9 10
ta veste gloriæ per mediterranea fugiens, solus 11
venit Antiochiam, summam infelicitatem de D
interitu sui exercitus consecutus. Et qui pro-
miserat Romanis se tributũ restituere de capti
12 uitate Ierosolymorum, prædicabat nunc prote
ctorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum in-
uulnerabiles esse, eò quòd sequerẽtur leges ab
ipso constitutas.

NICOLAVS DE LYRA.

quod est supra, & Nichos quod est victoria, vnde alia translatio habet, Dies victoriæ, vt dicitur in glo

1 Eos qui sacras ianuas. *scilicet templi.*
2 Incenderunt, id est, Calisthenem. *Inter istos principatem.*
3 Cum in quoddam domicilium refugissent. *pro sui tuitione.*
4 Incenderunt. *& sic pœna correspondet culpæ.*
5 Facinorosissimus autem. *Hic reuertitur autor ad loquendum de supradicti Nicanoris confusione, cum dicitur.*
6 Qui mille, &c. *id est, multos, ita quòd ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato, sicut aliquando fit in scriptura, prout fuit ostensum in Apocalypsi.*
7 Humili. au. do. ab his, &c. *scilicet, Iudæis.*
8 Quos nullos existimauerat. *id est, nullius esse virtutis.*
9 Deposita veste gloriæ. *ne cognosceretur.*
10 Per mediterranea fugiens. *id est, per loca occulta.*
11 Solus venit Antiochiam. *id est, cum valde paucis. Hoc enim modo dicitur princeps solus, quando habet paucos secum.*
12 Prædicabat nunc, &c. *Hoc dicebat magis ad excusationem sui de sua deiectione & exercitus sui debellatione, quàm ad exaltationem diuini nominis & commendationem diuinæ & legis & obseruatorum ipsius.* E

B

MORALITER.

quia sicut dicit beatus Iacob. iiij. b. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Frequẽter autem contingit, quòd tales præsumptores, à paucis de Deo & non de se confidentibus debellantur, sicut contigit in proposito.

CAP. IX.

Raban. a Eodem tem. Anti. inho. Quę in superiori libro de fine Antiochi breuiter annotata sunt, in hoc plenius explicantur. Mysticè (Mysticè) autem ostendit, quòd persecutores Christianorum pro malefactis suis atque iniustitię operibus quæ gesserant, in futuro iustam à domino pœnarum recepturos retributionem. Et qui hic conturbare fidelium corda nõ metuebant, in extrema vltione internis doloribus sera cruciari pœnitentia, de quo in Sapientiæ libro scriptum est (Sap. 5. a.), *Tũc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores illorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij.* (Ibidem.) *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo computati sunt inter filios Dei & inter sanctos sors illorũ est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.* (Ibidem. b.) *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam domini ignorauimus. Quid nobis superbia profuit, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transie. om. il. ve. vm. &c.* C

b *Sed qui vniuersa conspicit, &c.* ✱ IOSEPHVS Heb. (l. 3. hist. Iu. cap. 12. Et lib. 12. antiq. c. 13.) dominus ☞ zelum F

CAP. IX

a Eodem tẽpore Antiochus inhonestè re
uertebatur de Perside. Intrauerat enim 1
in eam quæ dicitur Persepolis & tenta- 2
uit expoliare templum, & ciuitatem op
primere, sed multitudine ad arma con-
currente in fugam versi sunt, & ita conti
git, vt Antiochus post fugam turpiter
rediret, & cum circa Egbathanan venisset, recognouit quæ 3
erga Nicanorem & Timothæum gesta sunt. Elatus autem in
ira, arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugauerant, posse
in Iudęos retorquere. Ideóque iussit agitari currum suum, si-
ne intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, 4
eò quòd ita superbè loquutus est se venturum Ierosolymam,
& congeriem sepulchri Iudæorum eam facturum. † Sed qui 5 († 2. Pa. 12. c.)
b vniuersa conspicit, dominus Deus Israel percussit eum insa- 6
nabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermo-
nem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara
internorum tormenta. Et quidem satis iustè, quippe
qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, 7

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. IX.

Diuisio 1 Eodem tem. *Descripta liberatione populi ab Antiochi ducibus, hic consequenter describitur liberatio populi à persona ipsius: & hoc per diuinam percussionem. Circa quam primò ponitur eius percussionis ratio. secundò ipsa percussio, ibi,* Sed qui vniuersa. *tertiò percussi humiliatio, ibi,* Hic igitur. *quartò, humiliati exterminatio, ibi,* Igitur homicida. *Ratio verò percussionis Antiochi fuit: quia non sufficiebant sibi mala quæ iudæis fecerat, vt patet ex supradictis, sed cum hoc anhelabat ad Gentem Iudæorum totaliter destruendã, & ciuitatem Dei Ierusalem funditus subuertendam, vt sic repulsionem sui de Perside: & debellationẽ ducum suorum in Iudæos vindicaret. Et his dictis patet litera paucis exceptis quæ discurrentur.*
2 Quæ di. &c. *Hæc est illa ciuitas quæ primo li. vj. ca. dicitur Elimaida. & hoc proprio nomine, & hic Persepolis, eo quod erat metropolis Persidis.*
3 Circa Egba. *Hæc est ciuitas quæ vocabatur Egbathanis. j. Esdræ vj. & Iudith. j.*
4 Cæl. iudi. perurgente. *id est impellente. Ad cuius intelligentiã sciẽdum, quòd in hac festinatione duo erant. intentio Antiochi peruersa ad populi deletionem, & ciuitatis subuersionem, Et hoc non erat à Deo impellente, qui non est autor mali culpæ, sed erat ab Antiochi malicia. Aliud erat velocitas, ad quam secutus fuit casus Antiochi, & eius quassatio grauis, & hoc fuit Deo impellente, qui est autor mali pœnæ. de quo dicitur Amos. iij. b.* Non est malum in ciuitate quod non fecerit dominus.
5 Sed qui vniuersa. *Hic consequenter ponitur Antiochi percussio, cum dicitur.*
6 Percussit eum insa. *nam erat intra viscera. & mortuus fuit ex ea.*
7 Qui mul. & no. cru. *vt suprà patuit in septem fratribus.*

☞ Licet

MORALITER.

1 *Eodem temp. Antio. inho.* In hoc capitulo describitur mors Antiochi, qui (vt suprà dictum est) figura fuit Antichristi. Et sicut iste mortuus fuit in montibus miserabiliter, intantum quòd de eius fœtore suus exercitus grauabatur: sic (vt dicunt nostri doctores) Antichristus in monte Olíueti ictu fulminis morietur, qui quidem ictus solet esse valde fœtidus, & ibidem peribit magna pars sui exercitus.

A zelum habuit pro ciuitate & templo suo, & requisiuit sanguinem fidelium hominum de manu Antiochi. Nam percussit eum vlcerẽ pessimo, & dolore intestinorum, tametsi ob istam infirmitatem minimè humiliatus fuerit. Dixit enim: Accelerate currus, & equites, ac militares copias, vt vadam contra Ierusalẽ, & exequar voluntatem meam. Quis poterit stare contra faciem meam? Nonne mare & arida in potestate mea sunt, vt pro arbitrio meo cõmutem creaturas eorum, vertam mare in terram, & terram in mare? Cõtigit autem vt cum desiit loqui, & veheretur, vt currus eius transiret contra elephantem quẽdam, & elephas vociferari inciperet, atque B ex rugitu eius equi terrerentur, calcitrarent, & subuerterent currum, caderétque Antiochus de curru, & cõfringerẽtur ossa eius. Siquidem erat homo grauis, crassus, & corpulentus. Et addidit Dominus plagam super plagam, vt inciperet totum corpus fœtore instar cadaueris proiecti tempore æstatis in superficiem campi, &c.

a *Et cùm nec ipse iam fœtorem, &c.* ✱ CYPRIANVS. (l. 3. ad Quirinum. c. 4.) In nullo gloriãdum est, quando nostrum nihil sit: in euãgelio κατὰ Ioãnem: C Nemo potest quicquam accipere, nisi datum fuerit ei de cælo. De hoc ipso in Machabęis: Iustum est subditum Deo esse, & mortalem non paria Deo sentire. Itẽ illic (1. Mach. 1.): *Et verba viri peccatoris ne timueritis.*

b *Orabat autem hic scelestus Dominum, &c.* ✱ AVGVSTINVS. (Serm. 66. de temp.) Omnes impij amaram habent in tormentis pœnitentiam, sed non proficit eis ad remissionem: sed conscientia torquet ad augmentum pœnarum quas patiuntur. D

✱ IDEM. (l. de vera & falsa pœnit. cap. 9. 10. & 12.) Vtilis erit pœnitentia si fit spontanea, Dominũ quærens quẽ amisisse doleat, ad illum anxians præter quem non est vita. Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruãtes sibi quædã in quibus delectentur, &c. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, & dolorẽ lacrymis ostẽdat, repræsentet vitam suam Deo per Sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionẽ. Laboret pœnitẽs in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatẽ tendere. Nisi enim vnitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua opitulatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. E Ideoque nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitas Ecclesiæ. Iudas pœnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis.

✱ IDEM. (lib. de vita Christiana, cap. 3.) Nos plurimorũ habemus exẽpla, per quæ probare sufficimus sceleratos & impios peccatorũ suorum fine completo, & hoc tempore iudicari, & præsentẽ eis vitam negari, non minus quàm futurã. F *Videatur idem August. lib. de prædestinatione, natura, & gratia, ca. 15. Et Gratianus causa 23. quæstio. quarta, canone Nabuchodonosor: can. Vasis iræ: & can. Ipsa pietas, &c.*

☞ CAP

licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem 1
repletus superbia, ignem spirans animo in Iudæos, & præci-
piens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de 2
curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari.
Isq; qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra 3
humanum modum superbia repletus, & montium altitudi-
nes in stathera appendere, nunc humiliatus ad terram in ge-
statorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso 4
contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac vi- 5
uentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius 6
ac fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante sidera cæli 7
contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter in-
tolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui su- 8
perbia deductus ad agnitionem sui venire diuina admonitus 9
plaga, per momenta singula doloribus suis augmẽta capien-
a tibus. Et cum nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait:
Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo
b sentire. Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non es- 10
set misericordiam consecuturus, & ciuitatem ad quam festi-
nans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum
congestorum faceret, nunc optat liberam reddere, & Iudæos
quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus
ac feris diripiendos traditurum, ac cum paruulis extermina-
turum dixerat, æquales nunc Atheniensibus facturum polli- 11
cetur, templum etiam sanctũ quod prius expoliauerat, opti-
mis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, &
pertinentes ad sacrificia sumptus, de redditibus suis præsta-
turum: super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum
terræ perambulaturum, & prædicaturũ Dei potestatem. Sed 12
non cessantibus doloribus, (superuenerat enim in eum iustũ 13
iudicium Dei) desperans scripsit ad Iudæos in hunc modum
deprecationis epistolam hæc continentem: Optimis ciuibus
Iudæis, plurimam salutem, & bene valere, & esse fœlices, rex
& princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij vestri, & ex sen- 14
tentia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in
infirmitate constitutus, vestri autem benignè memor, reuer-
sus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehensus, neces-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Licet ille nullo modo, &c. *propter dictam plagam, ideo Dominus addidit secundum cum subditur.*
2 Contigit illum impetu euntem. *per versationem currus ex tali festinatione.*
3 Isque qui sibi videbatur, &c. *Hyperbole est, ad designandum superbiæ suæ magnitudinem.*
4 Manifestam Dei virtutem in semetipso. *scilicet, facto ex duplici percussione.*
5 Ita vt de corpore impij vermes scaturirent. *ex putrefactione intestinorum.*
6 Ac viuentes in doloribus carnes. *per saniem apostematum.*
7 Et qui Paulo ante sidera cæli contingere. *Hyperbole est, ad exprimendum eius superbiam.*
8 Hinc igitur. *Hic consequenter describitur percussi humiliatio. & primò coram Deo, secundò coram hominibus, ibi:* Sed non cessantibus. *Circa primum dicitur:* Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus. *ab alto ad infimum.* (Diuisio)
9 Ad agnitionem sui venire. *quia vexatio dat intellectum. Isa. 28. e. Cætera patent vsque ibi.*
10 Orabat autem hic scelestus Dominum, &c. misericordiam consecuturus. *Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo quantum ad relaxationẽ pœnæ corporalis, quæ non semper remittitur orantibus, etiam verè pœnitentibus. Nam aliquando non expedit eis: & sic licet forsitan verè pœnituerit, tamen, quantum ad euasionem mortis corporalis nõ fuit misericordiam consecutus, sed tantum quantum ad veniam peccatorum. Alio modo etiam quantum ad remissionem peccatorũ, quod tenetur communiter dicendo, quòd eius pœnitentia non fuit vera: quia non fuit propter offensam Dei, sed tantum propter euasionem corporalis flagelli: & sic non fuit misericordiam consecutus, quantum ad remissionem culpæ nec pœnæ. Cætera patent vsque ibi.*
11 Æquales nunc Atheniensibus. *qui multas libertates habebant propter sapientiæ studium, quod vigebat ibidem.*
12 Et prædicaturum Dei potestatem. *omnia hæc ad euasionem pœnæ promittebat secundum communem opinionem.*
13 Sed non cessantibus. *Hic consequenter describitur eius humiliatio coram hominibus, scilicet, Iudæis, quos ante supra modum contempserat, scribens eis epistolam deprecatoriam. Et patet vsque ibi.*
14 Et ex sententia vobis cuncta sunt. *id est, ad voluntatem vestram vobis eueniunt.*

A ſarium duxi pro communi vtilitate curam ha-
bere, non deſperans memetipſum, ſed ſpem 1
multam habens effugiendi infirmitatem. Re- 2
ſpiciens autē, quòd & pater meus quibus tem-
poribus in locis ſuperioribus ducebat exerci-
tum, oſtendit qui poſt ſe ſuſciperet principa-
tum, vt ſi quid contrarium accideret aut diffi-
cile nunciaretur, ſcientes hi qui in regionibus
erant cui eſſet ſumma rerum derelicta, non
turbarentur: ad hæc conſiderans de proximo 3
potentes quoſque & vicinos temporibus in- 4
ſidiantes, & euentum expectantes, deſignaui 5
Antiochum filium meum regem, quem ſæpe 6
7 recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum D
8 commēdabam, & ſcripſi ad eum quæ ſubiecta
9 ſunt. Oro itaq; vos, & peto memores benefi-
10 ciorū publicè & priuatim, vt vnuſquiſque cō-
11 ſeruet fidem ad me, & ad filiū meum. Confido
12 enim modeſtè eum & humanè acturum, & ſe-
13 quentem propoſitū meum, cōmunem vobis
14 fore. Igitur homicida & blaſphemus, peſſimè
15 percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregrè
16 in montibus miſerabili obitu vita functus eſt.
17 Transferebat autē corpus Philippus collacta-
18 neus eius, qui metuens filiū Antiochi, ad Pto-
19 lemæum Philometorem in Ægyptum abiit.

B

NICOLAVS DE LYRA.

1 Non deſperans memetipſum. *De infirmitate curari: in hoc videtur manifeſtè mentiri, quia ſuprà dicitur quòd non ceſſantibus doloribus deſperans ſcripſit ad Iudæos, &c. Ex hoc enim videtur verum quod ſupra dictum eſt ſcilicet, quòd eius pœnitentia non fuit vera.*

2 Reſpiciens autem, quòd & pater meus. *adhuc viuens ordinauit de ſuo ſucceſſore, vt in caſibus magnis & dubiis ſcirent homines regni ad quem deberent determinatè recurrere.*

3 Ad hæc conſiderans. *id eſt, iuxta hæc cogitans.*

4 De proximo. *id eſt, quòd principes potētes iuxta regnum noſtrum exiſtentes diligenter attendant opportunitatem temporis, in quo poſſint nocere regno: quod potiſſimè contingit quando homines regni ſunt in dubio ad quem debeant recurrere pro regni defenſione.*

5 Deſignaui Antiochum. *Qui adhuc iuuenis erat.*

6 Quem ſæpe recurrens *ſcilicet, Media & Perſidis.*

7 Multis veſtrum. *Tali modo loquitur, ne mendacium eius percipiatur: quia ſi diceret ſe ſcripſiſſe communitati vel aliquibus perſonis eas nominando, ſtatim poſſet percipi falſitas dicti ſui: ſed quia dicit multis nullum nominando, non poterat ſic percipi, quia poterat quælibet opinari talem comminationem eum feciſſe in ſecreto, & hoc verbo vel ſcripto.*

8 Et ſcripſi ad eum. *ſcilicet, de ſubſtitutione ipſius in regnum, & de eius recommendatione.*

9 Memores beneficiorum. *Tum ex ſuperioribus non apparet aliquod beneficium ab eo Iudæis præſtitum, niſi vnum, ſcilicet, de vindicta mortis Oniæ, ſupra poſita cap 4. & quantum ad hoc ſubditur.*

C

10 Publicè. *Hoc enim fuit publicum.*

11 Et priuatim. *Licet hoc videatur falſum propter magna mala quæ fecit Iudæis, vt patet ex ſupradictis, tamen non poterat percipi in hoc ſuum mendacium, nam beneficia priuata non ſic veniunt ad notitiam aliorum.* E

12 Sequentem propoſitum meum. *id eſt, voluntatem meam erga vos bonam.*

13 Communem vobis. *id eſt, condeſcendentem vobis fore.*

14 Igitur homi. *Hic vltimo ponitur eius exterminatio, cum dicitur:* Igitur homicida. *vt patet ex ſuprà dictis in multis caſibus.*

15 Peſſimè percuſſus. *Nam ex hoc non fuit per veram pœnitētiam emendatus, ideò ſubditur.*

16 Miſerabili. *Si enim emendatus fuiſſet, eius obitus miſerabilis non diceretur.*

17 Transferebat autem. *Eius ad locum ſepulturæ patrum ſuorum.*

18 Philippus collactaneus eius. *id eſt, de eodem lacte nutritus. Hic eſt Philippus cui tradidit diadema & ſtolam ſuam & anulum, vt inſtitueret regem filium ſuum, vt habetur primo lib. 6. cap.*

19 Qui metuens filium. *Tum quia Lyſias qui filium Antiochi nutrierat, eum contra Philippum incitauerat, ne propter eum à negotiis regni elongaretur, & quia Philippus ciuitatem regiam occupauerat, vt habetur ibidem, & infrà 13. cap. quam non potens defendere contra regem, fugit ad Ptolemæum Aegypti regem.*

F

CAP. X.

Machabæus autem & qui cum, &c. Rabbanus.

a *Qua die autem, &c.* Hæc feſtiuitas quæ viceſimaquinta die mēſis Caſleu, qui apud Latinos vocatur December, legitur celebrata, ſimili modo & in priori libro commemoratur. Quod autem tabernaculorum feſtiuitatem eos ante in mōtibus & in ſpeluncis egiſſe narrat, propter quod thyrſos & ramos virides & palmas præferebāt ei qui proſperabat mūdari locum ſuū, oſtendit nobis in præſenti vita, vbi tribulationis & doloris locus eſt peregrinos noſmetipſos agnoſcere debere, & vt ibi certemus flores virtutum & ramos bonorum operum ſemper virentes Deo patri pro æternæ vitæ adeptu, & cæleſti remunerationis mercede offerre. Thyrſus enim generaliter, eſt omniū herbarum vel olerū medius frutex, dictus eo quòd

CAP. X.

Machabæus autem & qui cum illo erant 1
Domino ſe protegente templum qui-
dem & ciuitatem recepit. Aras autem
quas alienigenæ per plateas extruxerāt,
itémque delubra demolitus eſt. Et pur-
gato templo aliud altare fecerunt, & de 2
ignitis lapidibus igne concepto obtule-
runt ſacrificia poſt biennium: & incenſum & lucernas & pa- 3
nes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis rogabant domi-
num proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderēt.
Sed etſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur,
a & non Barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua
die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

1 Machabæus autem, &c. *Deſcripta liberatione populi, hic cōſequenter deſcribitur purgatio templi, quæ diffuſius deſcribitur ſupra primo lib. 4. ca. & ibidem expoſita eſt, propter quid in hac parte reſtat niſi breuiter aliqua vocabula diſcurrere.*

2 Et de ignitis lapidibus igne concepto obtulerunt. *id eſt, aptis ad hoc quòd inde excutiatur ignis.*

3 Poſt biennium. *ſcilicet, in tertio anno à pollutione eius eadem die qua fuerat ante pollutum, vt habetur primo lib. 4. c. & infra parte iſta, & ſic hoc fuit in completione trienij, ſed non poſt triennium. Poteſt etiam aliter dici poſt biennium, non incipiendo à pollutione templi, ſed à principio bellorum Iudæ Machabæi, quibus poſt regis receſſum debellauit aduerſarios Iudæorum.*

Propter

MORALITER. 1 *Machabæus autem & qui cum illo erant, &c.* per iſtos qui recuperauerunt templum de manibus

A quòd à terra ſurſum conſcendit. Sic & ex terrena noſtri corporis materia germen vtile debet aſcendere, vt cultori cordis noſtri qui per ſpiritus ſui donum nos colit fructum acceptabilem ſemper reddamus.

Lib. 12. ant. c. 11. *Qua die autem.* IOSEPHVS. Celebrauit Iudas recepti templi feſtiuitatem, per dies octo ſacrificans, in quibus nullū honeſtæ voluptatis genus omiſſū eſt: ſed populo quidem ſumptuoſum ac ſplendidum epulum eſt exhibitum, in Dei verò laudē hymnis & canticis perſonabant omnia. Tanta verò lætitia ob reductos ritus patrios & priſcam religionē occupauit plebis animos, maximè quòd B ea fœlicitas ex inſperato, obtigerat, vt lex lata ſit ad poſteros, quæ iuberet quotannis hoc feſtum reparari cū ceremoniis templi, per octo dies celebrari. Et ex eo tēpore mos hic apud noſtros obtinuit, vocamúſque hanc feſtiuitatem luminum, opinor, ideo quia ex inſperato nobis illuxerit tanta fœlicitas.

eadem die purgationem fieri viceſima & quinta menſis qui
a fuit Caſleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt in mo
dum tabernaculorum recordantes quòd ante modicum
temporis diem ſolennem tabernaculorum, in montibus
& in ſpeluncis more beſtiarum egerant: propter quod thyr- 1
ſos & ramos virides & palmas præferebant ei, qui proſpera-
uit mundare locum ſuum: & decreuerunt communi præce-
pto & decreto vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis age
re dies feſtos iſtos. Et Antiochi quidem qui appellatus eſt no
bilis vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nunc autem de Euphatore 2
b Antiochi filio impij quæ ſunt geſta narrabimus, breuiantes 3
mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno 4
conſtituit ſuper negocia regni Lyſiam quendam Phœni- 5 6
cis & Syriæ principem militiæ. Nam Ptolemæus qui dice- 7
batur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, & 8 9
præcipue propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & paci 10
ficè agere cum eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eu- 11 12
patorem, cum frequēter proditor audiret, eo quòd Cyprum 13
creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochū no- 14 15 16

L. 10. de verbi Dei cap. 14. a *Et cum lætitia diebus octo egerunt in mo.* RVPERTVS. Manifeſtè dicit, quia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, cauſámque reddit, cur non in modum priſcæ dedicationis quam fecit Salomon. Recordantes, ait, quod ante temporis diem ſolennem tabernaculorum in montibus & ſpeluncis more beſtiarum egerint. Claret igitur quid dicant, *Frequentate dies Scœnophegiæ menſis Caſleu.* Idem enim eſt, ac ſi dicant. in modum Scœnophegiæ, id eſt, feſtiuitatis tabernaculorum, quæ ex cauſa antiqua, menſe ſeptimo celebrabantur, celebrate menſe nono iſtam quoque feſtiuitatem purificationis templi, quæ inde purificatio dicitur, quia contaminatum fuerat ab alienigenis. D C

Rabbanus. b *Et Antiochi quidem.* Prioris libri hiſtoria narrat, quòd Antiochus nobilis profecturus in Perſidem conſtituerit Lyſiam ſuper negocia regia à flumine Euphrate vſq; ad flumen Aegypti, & vt ipſum nutriret Antiochum filium ſuum donec rediret. Nunc autem narratur ipſum Antiochum filiū Antiochi nobilis, hoc eſt, Eupatorem eundem Lyſiam ſuper negocia regia conſtituere. Sed quia dicit ſe breuiaſſe in narratione mala quæ in bellis geſta ſunt, ea quæ Antiochus iunior, bella per ſemetipſum geſſit cōtra Iudæos, quando cum elephantis & multitudine magna tam de ſuis, quàm de aliis nationibus congregata ibidem venit, & quando Eleazar filius Saura maximum elephantorum interfecit, arbitratus in eo regem conſiſtere, oſtendit ſe in ordine hiſtoriæ præteriſſe. E

Gor

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Propter quod thyr. *Eſt autem thyrſus frutex medius quarumcunque herbarum, vnde procedunt rami hinc & inde, & eſt nomen compoſitum à terra & ſurſum, eo quòd à terra ſurſum conſcendit.*

2 Nunc autem de Euphatore Antiochi, &c. *Deſcripta liberatione populi per Iudā tēpore Antiochi nobilis, hic conſequenter ponitur eius liberatio tēpore Antiochi Eupatoris. Et diuiditur in duas partes quia primo præmittitur duplex præambulum, ſecundo acceditur ad propoſitum, ibi:* Gorgias autē. *primum præambulum eſt de modo ſcribendi ea quæ ſequuntur, cum dicitur:*

3 Narrabimus, breuiantes ma. quæ in bel. ge. ſunt. *Per hoc vt dicit glo. Rabani, innuitur, quòd bellum huius Antiochi cōtra Iudæos, quod. j. lib. vj. cap. diffuſe ſcribitur: hic ab ordine hiſtoriæ prætermittitur. Sed ſi Rabanus intelligat quòd in hoc ſecūdo libro prætermittatur ſimpliciter, non videtur verum nam infra. xiij. ca. plenius ponitur, vt ibidem videbitur domino concedente. Si autem intelligat, quòd prætermittatur ſecundum ordinem hiſtoriæ tantum, ſic habet apparentiam dictum ſuum: nam hoc bellum videtur fuiſſe in principio regni ſui: quod tamen ponitur hic in fine.*

4 Hic enim. *Hic ponitur ſecundum præambulum, quod eſt de regni ordinatione: nam principes à rege ordinati mouerunt contra Iudæos, & ex ſequentibus apparebit. Sic ergo dicitur:* Hic enim. *ſcilicet, Antiochus Eupator.*

5 Conſtituit ſuper, &c. *Prius enim à patre eius fuerat conſtitutus ſuper negocia regni in parte, ſcilicet, à flumine Euphrate vſq; ad flumen Aegypti. vt habetur. iij. c primi libri, ſed iſte conſtituit eum procuratorem ſuum ſuper negotia regni generaliter: Et ſubditur cauſa huius inſtitutionis, cùm dicitur.*

6 Nam Ptolemæus. &c. *Iſte enim videtur fuiſſe in eodem officio, ſed fuit depoſitus duplici ratione. Prima eſt, quia erga Iudæos ſe habebat modeſtè contra intentionem Antiochi Epiphanis. Secunda eſt, quia notabatur apud regem de proditione: quòd cùm eſſet primò cum rege Aegypti, relinquendo Cyprum ſibi traditam ad cuſtodiam, & poſteà tranſiens ad Antiochum regem, non fideliter ſe habuiſſet: & ſic dato ſibi veneno perijt, & loco eius Lyſias inſtitutus fuit, & hoc eſt quod dicitur hic:* Nam Ptolemæus, &c. *q. d. ideo Lyſias inſtitutus fuit quia Ptolemæus fuit deſtitutus, & veneno interfectus. Et quia hæc litera intricata eſt & in aliquo detruncata, ideo iungatur ſic, Nam Ptolemæus qui dicebatur Macer: ſic ſcilicet cognominatus, ad differentiam illius Ptolemæi qui ſupra iiij. ca. induxit Antiochum Epiphanem ad dandum ſententiam iniquam.* Quare Ptolemæus fuit depoſitus

7 Iuſti tenax erga Iu. *id eſt, firmus ſeruator iuſtitiæ ad eos. Et ſubditur cauſa cum dicitur:*

8 Et præcipuè propter iniqui. *per Antiochum Epiphanem, vt patet per ſupradicta.*

9 Eſſe conſtituit & præcipue propter. *ſcilicet cum Iudæis iuſtè & modeſtè.*

10 Et pacificè agere cum eis. *in aliquam recompenſationem dictæ maliciæ contra eos factæ.*

11 Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupato. *ſcilicet ab amicis Eupatoris.*

12 Cum ferquenter proditor audiret. *id eſt cum frequenter diceretur. Eupatori: hic Ptolemæus eſt vnus proditor.*

13 Eo quòd Cyprum creditam ſibi. *id eſt, traditam ſuæ cuſtodiæ.*

14 A Philometore. *Aegypti rege.*

15 Deſeruiſſet. *infideliter eam cuſtodiendo.*

16 Et ad Antiochum nobilem tranſlatus. *de eius familia factus.*

Etiam

MORALITER.

nibus aduerſariorum, & ipſum diligenter mundauerunt, ſignificantur verè pœnitentes catholici, qui malignis ſpiritibus viriliter repugnātes, de manibus eorum liberant ſemetipſos, qui ſunt templum Dei. j. Co. iij. d. *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et hoc templum emundāt ab omni pollutione cordis & corporis per veram & puram confeſſionem, & ſic Deo gratias agunt de victoria contra diabolum, & Deo ſatiſfaciunt de commiſſis per multiplicationem bonorum operum quod ſignificatur per palmarum deportationem & thyrſorium & viridium ramorum,

MORAL

a *Gorgias autem.* Hunc Gorgiã vt iam suprà ostendimus prior liber narrat Lysiam simul cum Ptolomæo & Nicanore elegisse ad impugnandam Iudęam, cuius ad impugnationem qualiter fuerit in priore & in presenti libro refertur: sed victoriam ad Iudęos cessisse declaratur. Nam quòd ipse Gorgias qui gentes diuersas prouocabat ad bellandum cõtra Iudęos diaboli typũ teneat, superius iam dictum est, qui incitat infideles contra ecclesiam Christi, & mouet bellũ fidelibus eius. Sed quia ibi quinque milia virorum Gorgiã elegisse in prœliũ scribitur etiam hic secundum quinarij numeri in semetipso multiplicationẽ vigintiquinque milia trucidata referuntur, significat, ꝙ omnes qui quinque sensibus corporis per carnalia desideria diabolo militant, morte condigna mulctentur.

Mysticè

b *Quidam autem, &c.* Machabæo spiritali dimicante compulsi hostes in duas turres confugiunt, cum hi qui fidem Christi expugnare nitebantur (licet nullo modo veritati euangelij resistere valentes, tamen salubriter credentes nesciendo nec iudiciũ domini futurum pertimescẽtes) magis eligunt in superbiæ atque idololatrię turres effugere, quàm pœnitentiæ doloribus cõpuncti errores suos relinquere: cõtra quos Iudas cum Simone & Iosepho milites mittit, sed pecuniarũ amore aliqui eorum detenti bellum commissum peragere neglexerunt, quia sæpe contingit vt hi quibus sacerdoralis dignitas ac spiritualis agonis militia commissa est per cupiditatem terrenã decepti, magis auaritiæ suæ satisfacere velint, quàm contemptis Christi terrenis commodis Christi voluntatem legitimè pugnãdo explere. Sed tales pœnas meritas non euadent: quin potius cum veri doctores spiritu Dei confortati hostes præliando ac superando extinxerint, ipsi eis ab anathematis vltione iustè punientur.

c *Et Timo.* Timothæus iste tenet Typum hæreticorum, sicut in superiori libro demonstrauimus, qui tam per se quàm per aliorum etiam suffragia fidem Christi ac veritatem Euangelij destruere semper nituntur. Sed cõtra istorum nequitiam doctores sancti à domino auxilium petunt, ipsique spe certa de cælesti cõfidentes adiutorio contra hostes fortiter pugnant.

Rabbaus.

Mysticè

Equites autem quinque qui in equis apparuerunt cum frenis aurei decoris, ac Iudæis ducatum præstabant, quinque libros legis signant, quibus ad spiritualem scientiam redactis: ac de typico velamine literæ ad sensum Euangelij spirituali scientia retractis, oportunum solatium suis præbẽt exequutoribus, ac veros cõfessores Christi per duo præcepta charitatis dextra leuaque tuẽtes, in aduersarios ignita sententiarum tela iacente, è quibus cæcitate mentis confusi, & repleti perturbatione sensus cadunt. Ex his autem viginti millia & quingenti prosternuntur, cum omnes qui catholicæ doctrinæ, quæ in duabus testamentis est, & spiritussancti gratiæ contraria sapiunt, veritate vincente superantur atque deiiciuntur. Similiter & equites sexcenti conteruntur cum superbia mentis eorum quæ se præualere catholicis sperabant, superno nutu perfectè destruitur.

Timo

bilem translatus, etiam ab eo recessisset, veneno vitam fini- 1
a uit. Gorgias autem cum esset dux locorum, assumptis adue- 2
nis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebant 3 4
opportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipie- 5
bant, & bellare tentabant. Hi verò qui erant cum Machabęo 6
per orationes dominum rogantes vt esset sibi adiutor, impe- 7 8
tum fecerunt in munitiones Idumæorum: multaque vi in-
sistentes loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt & om
nes simul non minus à vigintiquinque milibus trucidaue-
b runt. Quidam autem cùm confugissent in duas turres valde
munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes, Ma
chabæus ad eorum expugnationem relicto & Simone &
Iosepho itemque Zacchæo eisque qui cum ipsis erant satis
multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebant pugnas con-
uersus est. Hi verò qui cum Simone erant cupiditate ducti, à
quibusdam qui in turribus erãt suasi sunt pecunia, & septua-
ginta milibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effu
gere. Cùm autem Machabæo nunciatum esset quod factum
est, congregatis principibus populi, accusauit, quòd pecunia 9
fratres vendidissent aduersarijs eorũ dimissis. Hos igitur pro 10
ditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. 11
Armis autem ac manibus omnia prosperè agendo in duabus
c munitionibus plusquã viginti milia peremit. Et Timothæus 12
qui prius fuerat à Iudæis superatus, conuocato exercitu pere- 13
grinæ multitudinis, & congregato equitatu Asiano aduenit, 14

NICOLAVS DE LYRA.

1 Etiam ab eo rece. *non exequendo circa Iudæos eius intentionem.*
2 Vene.per. *scilicet iniustè quantum ad causam de Iudæis quidquid sit ad alia.*
3 Gorgias autem. *Hic consequenter acceditur ad propositum, scilicet ad describendum conflictus Iudæ pro liberatione populi tempore Eupatoris. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur hic conflictus cum regis ducibus, secundò cum persona ipsius .xiij. cap. Primò diuiditur in quinque partes: secundum numerum ducum & gentium, cum quibus Iudas & eius socij pugnauerunt. Igitur primò ponitur eius conflictus cum Gorgia, & adhærentibus sibi, cùm dicitur:* Gorgias autem cum esset dux locorum. *propinquorum Iudæ, scilicet, Idumeæ, vt videtur per sequentia, & habetur expressè, xij, ca.*
4 Iu.ve.qui te.op.mu. *inter Iudæam & Idumæam.*
5 Fuga. *Gentiles.*
6 Ab Iero. *Per Iudæos ibidem existentes.*
7 Suscipiebant. *eis viriliter repugnando.*
8 Impe. *moti propter iniurias eorum. Cætera patent vsque ibi.*
9 Accu.quod, &c. *Dimittendo effugere aduersarios Iudæorum, qui postea plures de Iudæis interfecerunt, & plures captiuauerunt.*
10 Hos igi. *scilicet, Iudæos de dicta proditione conuictos.*
11 Interfecit. *sicut meruerant.*
12 Et Timo. *Hæc est secunda pars in qua agitur de conflictu Iudæ cum dicitur.* Et Timo. *vt dictum est suprà .viij. ca.*
13 Conuo.ex.per. *idest, Gentium extraneorum.*
14 Et cong. Asia. *idest, equitibus de Asia.*

4 Iu. Macha.

MORALITER.

3 *Gor. autem.* Iste qui multitudinem Gentium præparabat ad pugnam figura fuit Arrij, qui multitudine populi stipatus disponebat se ad disputandum contra Alexandrum Alexandriæ episcopum, qui tota nocte præcedẽti orationibus deuotis & lachrymis disponebant se ad resistendum propter quod figuratus fuit per Iudam & populum suum, & sicut pars Gorgiæ fuit confusa, ita pars Arrij sicut dicitur in Ecclesiastica historia. Per hoc autem quòd aliqui Iudæi dimiserunt pro pecunia aliquos de socijs Gorgiæ effugere; propter quod Iudas puniuit eos morte, significatur, ꝙ mali Christiani qui fouent infidelibus in sua malignitate, punientur morte gehennæ, secundum illud .iij. Re. xx. g. *Quia dimisisti virum morte dignum erit anima tua pro anima illius.*

12 *Et Timothæus.* In pugna huius Timothæi contra Iudæos apparuerunt de cælo quinque viri in equis frenis aureis decori, quorum duo Iudam Machabæum incolumẽ seruabant, & in aduersarios tela iactabant. Per hoc significatur quod angeli sancti dirigunt homines iustum bellum habentes, & eos adiuuant, & personam principis specialiter conseruant, & nõ solum in campo sed etiam in refugio malorum destruendo. Et per quinque viros in adiutorio exercitus Iudæ apparentes, significantur quinque inferiores ordines angelorum, scilicet, virtutes, potestates, principatus, archangeli, angeli, qui secundum doctores nostros mittuntur ad exequendum circa creaturas domini voluntatem.

MOR

quasi armis Iudæam capturus. Machabęus au- 1
tem & qui cum ipso erant appropiante illo de- 2
precabantur dominum caput terra aspergen- 3
tes, lumbósq; ciliciis præcincti, ad altaris cre- 4
pidinẽ prouoluti, vt sibi propicius, inimicis au 5
tem eorum esset inimicus & aduersariis ad-
uersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationẽ 6
sumptis armis longius de ciuitate proceden- 7 8
tes, proximi hostibus effecti resederunt. Pri- 9
mo autem solis ortu vtrique commiserunt, isti 10
quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem
cum virtute dominum habentes, illi autẽ du-
cem belli animum habebant. Sed cùm vehe-
mens pugna esset, apparuerunt aduersariis de 11
cælo viri quinque in equis, frenis aureis deco-
ri ducatum Iudæis præstantes, ex quibus duo
Machabęum medium habentes armis suis cir-
cumseptum incolumem conseruabant in ad-
uersarios autem tela & fulmina iaciebant, ex
quo & cęcitate confusi & repleti perturbatio-
ne cadebant. Interfecti sunt autem viginti mi-
lia quingenti peditum & equites sexcenti.
a Timothæus autem con-
fugit in Gazaram præsi-
dium munitum cui præ- 12
erat Chereas. Macha-
bæus autem & qui cum
eo erant lætantes, obse-
derunt præsidium diebus
quatuor. At hi qui intus
erant loci firmitate con-
13 fisi, supra modum male-
14 dicebāt, & sermones ne-
15 fandos iactabāt. Sed cùm
dies quinta illucesceret,
viginti iuuenes ex his qui
16 cum Machabæo erant ac
censi animis propter blas
phemiam viriliter acces-
serunt ad murum, & fe-
roci animo incendentes
turres ascendebant, sed
& alij similiter ascenden-
tes turres, portasque suc-
cendere aggressi sunt, at-
que ipsos maledicos vi-
uos concremare. Per cõ-
tinuum autem biduum
præsidio vastato Timo-
thęum occultantem se in
quodam repertum loco
peremerunt, & fratrem
illius Cheream & Apol-
lophanem occiderunt.
17 Quibus gestis in hymnis
& confessionibus bene-
dicebant dominum qui magna fecit in Israël,
& victoriam dedit illis.

Mysticè.

a *Timo. autem.* Quid est quod Timothæus à Iuda superatus, in Gazaræ pręsidium munitum cũ suis confugiens, inde maledictiones confisus loci firmitate iactabat in populum nisi quod hæretici ab vnitate rectæ fidei diuisi ac separati, errorũ suorum latibulis se committentes, confidendo versutiæ suæ munimine, maledictionis verba iactant contra catholicos? Interpretatur enim Timothæus beneficus, siue magis veneficus & Gaza, diuisio siue præcisio. Sed Iudas cũ sociis quatuor diebus præsidium obsidens, tandem per viginti iuuenes animis accensis propter blasphemiam munitionem irrupit, turres portásq; succẽdit atque ipsos maledicos viuos concremauit. Cũ doctores sancti quatuor euangelij libris hostes vndique obcludendo, per eos qui legis mãdata per duo præcepta charitatis custodiunt, illorũ machinas destruũt, atque ipsos igne doloris ac pœnitentiæ viuos cõburunt, sicq; biduo duorum testamẽtorum præsidium cunctorum errorum deuastantes, verum Timothęum, hoc est diabolum, caput omnis erroris, atque autorem totius mali in sua nequitia latitare volentem, gladio verbi Dei interficiũt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Macha. autem, &c. *Videntes quod virtute propria resistere non poterant.*
2 Appro.il.de. *vt ferret eis auxilium.*
3 Caput ter.asper. *s. in signum humiliationis & afflictionis, quia sicut dicitur Ecc, xxxv, c.* Oratio humiliantis se nubes penetrabit.
4 Ad alta. *scilicet holocausti.*
5 Crepi.prouo. *vt eorum oratio esset magis exaudibilis.*
6 Sicut lex di. *Deut. vij. a. vbi dicitur:* Tradétque reges eorum in manus tuas, nullus poterit resistere tibi.
7 Longi. de ciui. *scilicet Ierusalem.*
8 Proce. *non permittentes aduersarios terram intrare.*
9 Resederunt. *ad aliquantulum quiescendum, & ad bellatores ordinandum.*
10 Isti quidem. *id est, Iudæi confidebant de virtute diuina: Gentiles verò de sui ducis animositate, & sic de potestate humana.*
11 Appa.aduer. *id est, angeli in specie virorum. Cætera patent vsque ibi.*
12 Cui præ.Che. *frater Timothæi, vt patet ex litera sequenti.*
13 Sup.mo. *Iudæ & sociis eius.*
14 Et ser.ne. *blasphemias contra Deum.*
15 Iactabant. *id est, superbè pronuntiabant.*
16 Accen.ani. *contra Deum, quas magis horrebant, quàm propriam mortem.*
17 Quibus ge. *fortiter.* In hymnis & confessionibus benedi. do. *attribuendo sibi totaliter victoriam.*

CAP. XI.

a *Sed pa.* In priore huius historiæ libro scriptum est, ꝙ Lysias commendato sibi ab Antiocho qui cognominatus est Epiphanes siue nobilis negocio regni dimicauerit cõtra Iudæos: vbi commisso prælio interfecta sunt in exercitu Lysiæ quinque milia virorum. Vidẽsque Lysias suorum fugam & Iudæorum audaciam, abiit in Antiochiam vt iterum congregaret copias exercitus profecturus rursum in Iudæam, Nunc autem quia refertur, quod iterum sub Antiocho Eupatore veniret in Iudæam, & ibi bello infęliciter gesto fugiens turpiter euaserit, apparet, quod idem Lysias sub vtroque rege Antiocho, hoc est patre & filio contra Iudæos pugnauerit, & in vtraque pu-

gna

CAP. XI.

a Sed paruo post tẽpore Lysias procura- 1
tor regis & propinquus, ac negociorũ 2 3
prępositus, grauiter ferẽs de his quæ ac 4
ciderant cõgregatis octoginta milibus
& equitatu vniuerso veniebat aduer-
sum Iudæos, existimans se ciuitatem 5

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

1 Sed par. *Hæc est tertia pars, in qua ponitur conflictus contra Lysiam. Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur Lysiæ debellatio, secundò, ipsius cum Iudæis fœderatio, ibi:* Et quia non insensatus. *Circa primum dicitur.*
2 Lysias procu.regis. *generaliter in regni negociis, vt habetur capi. præced.*
3 Et propin. *Nam erat de genere regali, vt habetur j. lib. iij. ca.*
4 Graui.ferens de his quæ acci. *s. de debellatione ducum regis.*
5 Existimans se ciuita. *scilicet Ierusalem.*

Gen

MORALITER.

1 *Sed paruo post tem.* In egressu Iudæ & sui exercitus de Ierusalem, vt irent obuiam Lysiæ, qui cum exercitu magno veniebat ad destruendum Iudæam, apparuit præcedens eos quidam eques in veste candida hastam vibrans, per quem significatur Christus, qui describitur Apoc. vj. a. *sedens super equum album, &c.*

Ipse

A gnā à Iudæis victus fuerit, sed tandem sua confusione coactus, ac Philippi irruptione in regnum perterritus (sicut alibi demōstratum est) persuasit regi pacem facere cum Hebræis, quam tamen non conseruauit.

L.12.antiq. c.14. ✠ IOSEPH. His auditis Antiochus puer iratus est, accersitísque amicis & ducibus, iussit eos mercenarium parare militē, & per totam suam ditionēm dilectus habere, ita vt breui confectus sit exercitus peditum circiter cētum milium, equitum verò viginti milium: atque insuper duo & triginta elephanti. Cum his copiis egressus est Antiochiam, commissa Lysiæ administratione vniuersi exercitus:& progressus vsq; B Idumæam, inde ascendit vsque ad oppidum Bethsuram benè munitum, & expugnatu non facile,&c.

Rabban. Bethsura a Et appro. Bethsura ciuitas in tribu Iuda siue Beniamin fuit, & est vsq; hodie Bethsura vicus eūtibus nobis ab Elia Chebron vicesimo lapide, iuxta quem fons ad radicē montis ebulliens, ab eadem in qua gignitur sorbetur humo. Et Act.8.e Apostolorum actus referunt Eunuchum cādacis reginæ in hoc C esse à Philippo baptizatum.

Mysticè. b Vt autem Ma. Quid Lysias Iudæorum hostis sæuissimus, qui Paganorum tenet principatum, qui ecclesiā Dei grauissimis infestant persequutionibus significet: iam dictum est. Is cum confessores Christi grauissimis scādalis persequitur, ac fastu superbiæ suæ innitentes, inani fauore sibi subsequentium extollitur Dei sanctuarium prophanare, & legem Dei conculcare corde molitur, sed in actibus suis secundum dispositam fraudem non D prosperatur: quin potius à militibus Christi, qui humilimis precibus supernum quærunt auxilium fugatur atque prosternitur. Quibus ductor eques in veste candida & armis aureis mittitur, quia ipsis mundissima Dei & hominum incarnatio, ad conterendā vniuersorū hostiū cōtumaciam conceditur, cuius arma aurea, hoc est dicta & exempla clarissima atque preciocissima sunt: nec est potestas in cælo neque in terra neque subtus terram, quæ huic possit resistere. Sed sicut in Daniele prophetica visione præsignatum est, lapis de monte præcisus sine manibus, cōminuit aurum, argentum, æs, ferrum: & factus est mōs magnus, qui implet vniuersam terrā, cuius regnum in æternum non dissipabitur, & regnum eius populo alteri non tradetur: comminuet & consumet vniuersa regna, & ipsum stabit in æternū. Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi, & obtinebunt illud vsque in seculum, & in seculum seculorum. (Dan 2.g) E

c Cúmque pariter prōpro animo procederēt,&c. (Lib 3. hist. Iud.cap.14.) ✠ IOSEPH Heb. Dixit Iudas ad milites suos. Viriliter agite, vt fortiter stemus pro populo Dei, & pro fratribus nostris, moriamúrque fortiter ne videamus mala quæ inueniunt populum nostrum. F Factum itaque est cùm loqueretur verba ista, leuauit oculos suos, & vidit inter cælum & terram virum aurea indutum veste, & sedentem super equum, erátque similitudo equi instar flammei aspectus, in manu autem viri erat hasta,

verte

quidem captam Gentibus habitaculum facturum, templum 1
verò in pecuniæ quæstum sicut cętera delubra Gentium ha- 2
biturum, & per singulos annos venale sacerdotiū: nusquam 3
recogitans Dei potestatem: sed mente effrenatus in multitu- 4
dine peditum, & in milibus equitum, & in octoginta ele-
a phantis confidebat. Ingressus autem Iudæam, & appropians
Bethsuræ, quæ erat in angusto loco ab Ierosolyma interual- 5
b lo quinque stadiorum, illud præsidium expugnabat. Vt au-
tem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expu-
gnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant dominum,
& omnis turba simul, vt bonum angelū mitteret ad salutem
Israël. Et ipse primus Machabæus sumptis armis cæteros ad-
hortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium
c fratribus suis. Cúmque pariter prompto animo procederent
Ierosolymis, apparuit pręcedens eos eques in veste candida, 6
armis aureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixe-
runt misericordem dominum, & conualuerunt animis, non
solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos 7
parati penetrare. Ibant igitur prompti de cælo habentes ad-
iutorem & miserantem super eos dominum. Leonum autem
more impetu irruentes in hostes prostrauerunt ex eis vnde-
cim milia peditum, & equitum mille sexcētos: vniuersos au-
tem in fugam verterunt: plures verò ex eis vulnerati, nudi 8
euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit, & quia 9
non insensatus erat, secum ipse reputās factam erga se dimi- 10
nutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos omnipoten- 11 12
tis Dei auxilio innitentes, misit ad eos, promisitq; se cōsensu- 13
rū omnibus quę iusta sunt, & regē compulsurum amicū fieri. 14
Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ in omnibus vti-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Gentibus habita. *Iudæis interfectis, vel inde eiectis.*
2 Templum verò. *nam oblationes & omnes prouentus intendebat conuertere in lucrum regis.*
3 Nusquam recog. *sed solum humanam.*
4 Sed mente. *id est, sine freno rationis in superbiam eleuatus.*
5 Interuallo quinque sta. *quæ faciunt dimidium miliare, & quartam partem vltrà, nam stadia octo faciunt miliare. Cætera patent vsque ibi.*
6 Apparuit præce. eos. *id est, angelus in specie hominis equitis, per hastæ vibrationem designans eis victoriam affuturam.*
7 Et muros ferre. para. *Hyperbole est: ad exprimendum magnitudinem constantiæ, quam conceperunt ex dicta apparitione.*
8 Plures autem ex eis,&c. *proiicientes arma sua, vt sic velocius currerent.*
9 Et quia. *Hîc consequenter describitur ipsius Lysiæ reconciliatio cum Iudæis. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur hæc reconciliatio, secundò eiusdem confirmatio, ibi:* Lysias. *Circa primum dicitur.* Et quia non. *minus dicendo plus significat, scilicet, quod iste Lysias erat valde sensatus.*
10 Secum ip. re. *id est, in animo suo considerans.*
11 Factam erga se dimi. *sui exercitus in bellatoribus, armis, tentoriis, & similibus, quæ fugientes solent perdere.*
12 Et intelli. inui. *non virtute propria, sed diuina.*
13 Misit ad eos. *pro pace reformanda, nolens pugnare contra Deum.*
14 Et regem compul. *non vi, sed precibus & consilio, nam erat eius nutritius, vt patet primo lib. iij. c. & eius procurator generalis, vt dictum est ca. præcedenti: & ita factum fuit. ideò sequitur.*

Ea

MORALITER.

✝ Ipse enim est qui præbet triumphum suis fidelibus, non solum de inimicis inuisibilibus, cuiusmodi sunt dæmones, sed etiam de visibilibus, cuiusmodi sunt infideles. Per hoc autem quod Lysias considerans virtutem Dei pacem fecit cum Iudæis, significatur quod quando infideles considerant in operibus miraculosis virtutem Dei, ad pacem & fidem catholicam conuertuntur.

✝ MORAL

A vertebátque tergum suum versus aciem Hasmonam, facie autem sua respiciebat castra Græcorum, habebátque manum extentam ad percutiendum castra Græcorum. Et ait Iudas. Benedictus Dominus, qui misit angelum suum ad saluandum populum suum, & ad percutiendum aciem hostium ipsorum,&c.

L.1.de cælesti hierar. c.15. ✠ DIONYSVS. Areop. Quia simplex illa multiformisque sapientia nudans etiā operit, ipsa quoq; cælestium spirituum sacra operimenta atque instrumenta inquantum possumus, explicare pergamus. B Perlucidam nempe atq; igneam vestem signare arbitror diuinam speciem secundum illam quam diximus, ignis imaginem: illuminādi præterea vim, & quod prorsus intelligibiliter illustrat, siue intellectualiter illustratur. Hastas verò atque secures, vim dissimilia diuidendi, discernentiumque virtutum habilitatem, & C efficientiam, atque strenuitatem intelligimus. D

Rabban. a *Anno centesimo quadragesimo,&c.* Mensis ille, qui apud Græcos dicitur Dioscorus, idē est qui & apud Latinos vocatur Iunius. Huic ergo mēsi signa geminorum ascribuntur: Vnde poëta ait: Iunius æquatos cæli videt ire laconas. (Ouidius.) E Nā gemini, id est, Castor & Pollux Græcè Dioscori vocantur, cuius rei testis est vrbs Cholcorum, quæ Amphio & Circio geminorum aurigis facta, ex eorū nomine Dioscori cognominata est. Nam Dioscori plęrique aurigæ interpretantur. Sunt autem gemini vt diximus Castores. Quod autem Lysias timore Iudæorum coactus Antiocho persuasit cum Iudæis pactum inire, F demonstrat hostes ecclesiæ virtute diuina sępè superatos: & licet non voluntate, tamen necessitate, illi cedere: cum id quod volunt ad effectum perducere non possunt.

Anno

litati consulens. Et quæcunque Machabæus scripsit Lysiæ
de Iudæis, ea rex concessit. Nam erant Iudæis epistolæ scri- 1
ptæ à Lysia hunc si quidem modum continentes. Lysias po- 2
pulo Iudæorum salutem. Ioãnes & Abessalon qui missi sunt
à vobis tradentes scripta postulabant, vt ea quæ per illos si-
gnificabantur implerem. Quęcunque igitur regi potuerunt 3
perferri, exposui, & quæ res permittebat, concessi. Si igitur 4 5
in negociis fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum 6
vobis causa esse tentabo. De cæteris autem per singula ver- 7 8
ba mandaui, & istis & his qui à me missi sunt colloqui vobi- 9
a scum. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo 10
Dioscori mensis die vicesima & quarta. Regis autem episto- 11 12
la ista continebat. Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem. Patre 13
nostro inter Deos translato, nos volentes eos qui sunt in re- 14
gno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere dili- 15 16
gentiam, audiuimus Iudæos non consensisse patri meo, vt 17
transferrentur ad ritum Græcorum sed tenere velle suum 18
institutum: ac propterea postulare à nobis cōcedi sibi legiti- 19
ma sua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse,
statuentes iudicauimus templum restitui illis vt agerent se- 20
cundum suorum maiorum consuetudinem. Bene ergo fece-
ris, si miseris ad eos, & dextram dederis, vt cognita nostra vo-
luntate bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiant.
Ad Iudæos verò regis epistola talis erat. Rex Antiochus se- 21
natui Iudæorum & cæteris Iudæis, salutem. Si valetis, sic est 22
vt volumus: sed & ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus 23
dicens, velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos. 24
His ergo qui cōmeant vsque ad diem tricesimū mensis Xā- 25
dici, damus dextras securitatis, vt Iudæi vtātur cibis & legi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ea rex concef. *quæ tamen decens erat concedi pro tempore, vt patet ex litera sequenti.*
2 Lysias. *Hîc consequenter ponitur reconciliationis confirmatio, & hoc per literas. Et diuiditur in quatuor partes secundum literas quadruplices, quæ patebunt prosequendo. Primò igitur ponitur tenor literarum Lysiæ ad Iudæos. Et patet litera vsque ibi.* (Diuisio)
3 Quæcunque igitur re. *bono modo.*
4 Exposui. *per literas vel nuncium, quod patet ex rescripto regis ad Lysiam, quod habetur in parte sequenti: & sic respondit sibi sicut absenti.*
5 Et quæ res permit. *id est, quod decens & iustum erat concessit, scilicet rex. Sic enim habetur in libris correctis.*
6 Si igitur in nego. *scilicet regni.*
7 Fidem concer. *id est, fidelitatem.*
8 Bonorum. *vobiscum: alias:* bonorum vobis causa es. *apud regem pro vobis interpellando. De cæteris verò quæ rex non concessit.*
9 Manda. & istis. *quos ad me misistis.*
10 Et his qui à me missi sunt. *ad vos.*
11 Collo. vo. *Propter commune bonum. Et subditur data epistolæ, cum dicitur.*
12 Anno cente. *regni Græcorum.*
13 Diosco. *id e, in Iunio. qui sic nominatur, eo quod sol in illo mense intrat signum Geminorum, qui Græcè Dioscori nominantur, & ab eis mēsis Iunij Dioscorus appellatur. Sed contra dicta videtur esse quod dicitur primò lib. vj. ca. quod Antiochus Epiphanes mortuus fuit anno centesimo quadragesimo nono. Hæc autem litera data fuit post eius mortem. vnde in responsione filij sui subditur. Patre nostro inter Deos translato,&c. Similiter litera eius ad Iudæos data fuit anno cxlviij. vt habetur infrà eodem ca. dicendum, quod idem annus fuit qui primo libro dicitur centesimus quadragesimusnonus, & hic centesimusquadragesimusoctauus. Nam annus aliter incipit apud diuersos, sicut patet quod renouatio datæ anni, incipit in Italia à natiuitate domini, in Francia verò ab eius resurrectione, propter quod illud quod fit tempore intermedio anno domini M. ccc. xxix. secundum numerationem Franciæ diceretur esse factum anno domini M. cccxxx. secundum numerationem Italiæ. Et si renouatio datæ retardaretur vsque ad festum omnium sanctorum, totum tempus intermedium esset huius conditionis. Sic autem fuit in proposito, nam mortuo Antiocho Epiphane, filius eius Antiochus Eupator statim regnare cœpit: & secundū diuersas inceptiones anni ille annus centesimus quadragesimusnonus, & centesimus quadragesimusoctauus dicitur. Et eodem modo in sequentibus soluatur.*
14 Regis autem. *Hæc est secunda pars, in qua ponitur responsio regis Lysiæ de negocio prædicto, cum dicitur.*
15 Lysiæ fra. sa. *Erat enim de cognatione eius sicut prædictum est: propter quod vocat eum fratrem.*
16 Patre no. *Erat enim opinio Gentilium, quod patres eorum in morte transferebantur ad consortium Deorum, sicut de bonis Christianis dicimus, quod transferuntur ad consortium angelorum.*
17 Sine tu. *id est, in pace viuere.*
18 Et re. *Quod non possunt nisi habeant pacem.*
19 Audi. *Sed magis volebant sustinere martyrium, vt patet per prædicta ca. vj. & vij.*
20 Iudi. *i. cultum templi liberum, nam iam templum habebant. Cætera patent.*
21 Ad Iu. *Hæc est tertia pars, in qua ponitur tenor literæ regis ad Iudæos, cum dicitur.*
22 Rex An. se. *i. collegio seniorum populum regentium. Et dicitur senatus à senes & natus, quia senes ætate & moribus ad hoc eligebantur.*
23 Si vale. *id est, voluntas nostra est, vt bene sit vobis.*
24 Adiit nos. *A vobis missus, & est hic alius à Menelao, qui vsurpauit sibi sacerdotium, vt dictum est suprà ca. iiij.*
25 Dicens vel. *Sicut enim dictum est suprà j. cap. per reges Ægypti & Syriæ multi Iudæi erant dispersi extra Iudæam inter idololatras habitantes, propter quod aliqui periti in lege habitantes in Iudæa volebant eos visitare, ad confirmandum eos in legis obseruantia, petentes ad hoc securitatem à rege quam ipse concessit vsque ad tempus.*

De

MORALITER.

✝ 12 *Anno centesimo quadragesimo,&c.* Hîc ponuntur literæ de confirmatione dictæ pacis, vbi non apparet noua moralitas, ideò pertranseo.

✝ MORAL

A bus suis sicut & prius: & nemo eorum vllo mo-
do molestiam patiatur de his quæ per ignoran- 1
tiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum
qui vos alloquatur. Valete.
a Anno centesimo quadrage- 2
simo octauo Xandici men-
sis quintadecima die. Mise- 3
runt autem etiam Romani
epistolam ita se habentem:
Quintus Mẽmius & Titus
Manilius legati Romano-
rum, populo Iudæorum salutem. De his quæ D
Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos
concessimus: de quibus autem ad regem iu-
dicauit referendum, confestim aliquem mit-
tite diligentius inter vos conferentes, vt de-
cernamus sicut congruit vobis. Nos enim An-
tiochiam accedimus. Ideóque festinate re-
scribere, vt nos quoque sciamus cuius estis
voluntatis. Bene valete. Anno centesimo qua-
dragesimo octauo quinta decima die mensis
Xandici.

Xandicus mensis

a *Anno cente.* Mensis Xandicus apud Athenienses, ipse est qui apud nos Aprilis nuncupatur, & apud Hebræos Nisan: apud quos iuxta legis præceptum idem mensis primus est in mensibus anni, in quo etiam Pascha celebrant.

NICOLAVS DE LYRA.

1 De his quæ. *Hoc dicitur propter bella contra duces suos gesta. Et subditur huius literæ data, cum dicitur.*
2 Anno centesimo quadragesimo octauo. *qui correspondet Aprili, decimaquinta, scilicet die.*
3 Mise.au. *Hîc consequẽter ponitur tenor literæ Romanorum ad Iudæos, & patet litera, & est eiusdem datæ cum litera regis præcedente. Ex istis patet, quod Lysias istas literas regis & Romanorum ad Iudæos procurauit, & postea scripsit Iudæis literam suam suprà positam, quæ data fuit eodem anno xxiiij. die mensis Iunij: & post illas.*

B E

CAP. XII.

Lib. 3. hist. Iud. c. 17.

a *His fa. Ioppi. &c.* ✻ IOSEPHVS Hebr. Viri Iapho & Iabne facientes malum magnum, deceperunt Iudæos qui erant in medio eorum, suadentes vt ingrederentur naues suas cum vxoribus & liberis, abeuntésque luderent cum eis in mari. Porrò illi credentes eis abierunt. Cúmque venissent ad locum profundum, submerserunt ex eis in mari ducentas animas. Quod cùm nunciatum esset Iudæ, fleuit, & prædicans ieiuniũ, abiit ad Iapho & obsedit eam, tradidítque eam Deus in manum eius, &c.

Rabban. Ioppitæ

Ioppitæ verò isti de quibus narrat scriptura, habitatores fuerunt oppidi Palestinæ quod dicitur Ioppe: & est maritimum, in tribu Dan constitutum. C Et vt de Gentilium fabulis aliquid perstringam, ibi vsq; hodie saxa monstrãtur præcelsa in littore maris sita in quibus Andromeda relegata Persæi quondam viri fertur liberata fuisse præsidio. Mysticè. Secundum autem mysticum sensum iidem Ioppitæ qui habitantes iuxta mare Iudæis scandalum fecerant, significant hæreticos prope fluctus turbulenti seculi habitantes, qui Iudæis, hoc est veris confessoribus Christi semper insidiantur, & quoscunque possunt de eorum numero in erroris sui foueam pertrahere satagunt quasi scaphas: ergo Ioppitæ cõstituunt in quibus Iudæos à littore abductos in profundum demergunt, cum hæretici dogmata iniqua cõdẽtes, pulchro sermone ea adornãt. F Quod bene significare potest Ioppitarũ nomen. Interpretatur enim pulchritudo, quatenus facilius simplices quosq; linguæ volubilitate decipiant, quos cum à stabilitate rectæ fidei abstrahentes sibi coadunant, in perditionis baratrum incautos præcipitant. Typicè. Sed Iudas typicus hoc incultum fore non sinit, quin potius homicidas in erroris sui tenebris latitantes reperiens; iustæ vltionis excruciat vindicta: eorúmque fraudes perpetuo igni debitas manifestans, cum ipsis autoribus prauitatis anathematis gladio rectè percutit, nec eorum malitiæ virus vlterius occultatum latere permittit.

☞ Sed

CAP. XII.

a HIs factis pactionibus Lysias pergebat 1
ad regem: *Iudæi autem agriculturæ 2
operam dabant. Sed hi qui resederant 3
Timothæus & Apollonius Gennei fi- 4
lius: sed & Hieronymus & Demophon 5
superbus & Nicanor Cypriaches non 6
sinebant eos in silentio agere & quietè. 7
Ioppitæ verò tale quoddam flagitium pepetrarunt. Roga- 8
uerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas, 9
quas parauerant, cum vxoribus & filiis, quasi nullis inimici- 10 11
tiis inter eos subiacentibus. Secundum commune itaq; de- 12
cretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa ni-
hil suspectum habentibus, cum in altum processissent sub-
merserunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas
in suæ gentis homines factam, vt cognouit, præcepit viris

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

✻ HIs fa. *Hæc est quarta pars in qua describitur conflictus Iudæ cum Timothæo & sociis eius. Et diuiditur in tres partes: quia primò huius conflictus causa ponitur. secundò dilatio interponitur, ibi:* Ioppitæ verò, *tertiò propositum resumitur, ibi:* Inde discesserunt. *Circa primum, ponitur continuatio ad ca. præce. cum dicitur.*
1 His fa. *scriptis ca. præce.*
2 Iu. autem. *Datis treugis & pactionibus prædictis. q. d. ante non poterant vacare propter vrgentia bella. Consequenter subditur occasio conflictus Iudæ cum Timothæo, cum dicitur.*
3 Sed hi. *i. remanserunt in locis circa Iudæam post recessum Lysiæ.*
4 Timo. *Iste est alius ab illo qui. suprà x. ca. legitur occisus. Multi enim duces & milites erant eiusdem nominis, sicut & modo.*
5 Demo. su. *Cognomen eius est,*
Et
6 Et Ni. Cy. *id est, princeps Cypri.*
7 Non sine. *nam insultus faciebant populo in extremitatibus Iudææ in absentia Lysiæ, propter quod Iudas decreuit debellare ipsum.*
8 Ioppitæ ve. *Hîc consequenter ponitur dilatio conflictus Iudæ cum Timothæo propter quædam insurgentia, in quibus Iudas fuit occupatus: & primum fuit flagitium Gentilium in Ioppe habitantium, cum quibus habitabant multi Iudæi, quorum Ioppitæ plures submerserunt proditiose, facientes eos ascendere nauiculas sub specie pacis & amicitiæ, ad videndum ludum quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia vindicare. Et patet litera paucis exceptis.*
9 Ascendere scaph. *id est, paruas nauiculas.*
10 Quas parauerant. *Ioppitæ.*
11 Cum vxoribus & filiis. *Iudæorum.*
12 Secundum commune itaque decr. *Decreuerant enim Ioppitæ latenti dolo Iudæos sic submergere.*

✻ Sed

M O R A L I T E R.

♰ 8 *Ioppitæ verò.* Per Ioppitas, qui pulchri seu decori interpretãtur, quidam hæretici qui magnam sanctitatem exterius prætendunt significantur, qui per verba dulcia incautos ad se trahunt, & sic eos in errorem damnabilem demergunt. Per hoc autem, quòd Iudas eos succendit, significatur, quod isti hæretici igne gehennæ sunt concremandi.

♰ Sed

Mysticè.

A a *Sed cum.* Per Iamniam quæ interpretatur mare schismaticorum conciliabulum, qui semper in tempestate sunt intelligi potest. Scisma ergo (vt quidam volunt) ab scissura animorum est vocatum. Eodem enim cultu, eodem ritu credit vt cæteri, solo congregationis delectatur dissidio. Fit autem schisma cùm dicunt, omnes nos sanctificamus immundos, & cætera similia. Cognoscit Iudas Iamnitas pari modo facere, vt Ioppitæ: machinari insidias Iudæis secum habitantibus, cùm doctores sancti dolum schismaticorum, fraudi hæreticorum similem comperientes, deceptionem ab eis metuunt fidelium, contra quos bellum mouent, & in tenebris superstitionis eos inueniẽtes, B simul cum machinis eorum per ignem excommunicationis exurũt, ita vt incendium eorum appareat Ierosolymis, id est, vt eorum erroris manifestaretur dãnatio omnibus cultoribus veræ religionis. vnde & Paulus scribit ad Timotheum, ac insipiẽtium errores manifestando ait: *Hoc autem scitote, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, timidi, voluptatũ amatores magis quàm Dei: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltrà non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Similiter & princeps apostolorum commonens dolum nefandorum hominum præcauendum, ad fideles ait: *Vos ergo fratres præscientes custodite vos, ne insipientium errore transducti, excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia, & cognitione domini nostri: ipsi gloria & nunc & in die æternitatis. Amen.*

2. Tim. 3. a — C — Ibidem. b — 1. Pet. 3. d

Inde

qui cum ipso erant, & inuocato iusto iudice Deo, venit ad-
uersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte suc-
cendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant
gladio peremit. Et cùm hæc ita egisset, discessit quasi iterum 1
a reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. Sed cùm co-
gnouisset, & eos qui erant Iamniæ velle pari modo facere
habitantibus secum Iudæis, Iamnitis quoque nocte super-
uenit, & portum cum nauibus succendit, ita vt lumen ignis
b appareret Ierosolymis ab stadiis ducentis quadraginta. Inde 2 3
cum iam abissent nouem stadiis, & iter facerent ad Timo-
thæum, commiserunt cum eo Arabes quinque milia viri &
equites quingenti. Cúmque pugna valida fieret, & auxilio †
Dei prosperè cessisset, residui victi Arabes petebant à Iuda
dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæte- 4
ris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis eos vti-
les, promisit pacem, dextrísque acceptis discessere ad taber- 5
c nacula sua. Aggressus est autem ciuitatem quandam firmã, 6
pontibus & muris circumseptam, quæ à turbis habitabatur
Gentiũ promiscuarũ, cui nomen Casphin. Hi verò qui intus
erant cõfidentes in stabilitate murorũ & apparatu alimonia-
rũ, remissius agebãt, maledictis lacessentes Iudã ac blasphe- 7
mãtes, & loquẽtes quę fas nõ est. Machabęus autẽ inuocato 8

D b *Inde cum.* Arabes qui interpretantur humiles siue occidentales, possunt eos significare qui mundanam atque secularem sapientiam diligunt, quæ meritò humilis & occidentalis dicitur, quia veram sapientiam quæ de cælestibus venit, imitari nescit. Huic ergo intenti contra Iudam & socios eius cum quinque milibus virorum & equitibus quingentis confligunt, quia carnis sensibus ac studiis impliciti, omne quod eis per doctores sanctos spiritalis sensus ingeritur, quasi cõtrarium ac prophanum esse videtur: vnde & rebellare eis contendũt. E Sed clarescente veritate deuicti, ac constantia sanctorum prædicatorum superati, sibi dextras dare petunt, ita vt errores suos relinquentes, catholicæ fidei vnitatem appetant, séque confessoribus Christi associare desiderent. F Quibus spiritalis Iudas vidẽs eos in multis vtiles fieri posse, permittit pacẽ, dat dextras, & illæsos abire permittit, quia sæpe tales qui philosophia mũdi imbuti fuerant, cum ad fidẽ Christi cõuertuntur ad destruendam stultitiam atque errorem Gentilium aptiores atq; habiliores fiunt, & cum eis verbum fidei pleniter prædicatum fuerit, vtraque armatura instructi, contra perfidiam fortius pugnãt. Hinc Salomon in ædificationem templi, Hiram regis Tyri ad cædenda ligna de Libano auxilium petit: quia in hac arte doctiores erant serui Hiram seruis suis: sed non per se ipsi soli huic operi instabant, quinetiam †associati seruis Salomonis, strenuè ac decenter illud perficiebant. Cuius rei figura in promptu est: quia nimirum apostoli certius verbum Euangelij quod à domino audire nouerunt. Sed Gentiles ab errore conuersi, atque ad veritatem Euangelij per eosdem apostolos transformati, melius ipsos Gentium errores nouerãt: & quò certius nouerũt, eò artificiosius eos expugnare atque euacuare dedicerunt.

3. Reg. 5. b — † associatis

Mysticè.

c *Aggressus, &c.* Ciuitatẽ hãc sub cuius munitione plurimæ turbæ diuersarũ Gentiũ cõuenientes, habitauerũt, nihil melius quã mundi istius potentatũ significare arbitror, sub cuius dñationẽ

☞ diuersæ

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Sed cum cogno. *Hîc consequenter ponitur vindicta de Iamnitis, qui similem dolum volebant facere. Et patet litera vsque ibi.*
2 Ab stadiis ducentis qua. *Faciunt autem octo stadia vnum miliare, & sedecim vnam leucam.*
3 Inde cùm iam abissent. *Hîc consequenter ponitur aliud impedimentum seu dilatio conflictus Iudæ cum Timothæo per Arabes mouentes in via bellum contra Iudam & socios eius. Et patet vsque ibi.*
4 Promittentes se pascua daturos. *Terra enim illorum erat multum pascualis, & Iudæi prope illam terram habitantes habebant plura animalia: & sic pax cum illis vtilis erat Iudæis.*
5 Discessẽre ad tabernacula sua. *scilicet Arabes qui non habitant in ciuitatibus, sed in tentoriis.*
6 Aggressus est autem, &c. *Hîc ponitur alia dilationis causa ex obsidione cuiusdam ciuitatis nociuæ Iudæis, cuius nomen erat Casphin, & patet vsque ibi.*
7 Remi. age. *Quasi parum curantes de obsidione, reputantes inexpugnabilem ciuitatem.*
8 Et lo. quæ, &c. *s. blasphemias contra Deum Iudæorum.*

✻ Tempo

MORALITER.

♰ 1 *Sed cùm cogno.* Per Iãnitas qui marini interpretantur, schismatici qui sunt in tumultu tanquam in mari, significãtur, & ipsi simulantes quod zelo iustitiæ moueantur incautos ad schisma suum trahere nituntur, & per hoc incauti aliquando decipiuntur.
† *Cúmque pugna va. fieret.* Per istam pugnam inter Arabes & Iudæos, significatur disputatio inter doctos Gentiles, & catholicos, & cum rationibus & scripturis superantur, ad fidem & pacem catholicam conuertuntur, & vtiles ecclesiæ efficiuntur, sicut patet de Augustino, & multis aliis.
6 *Aggressus est autem in ciui. qua.* Per quam figurata fuit Ierusalẽ, quam dux Godefridus cum exercitu Christiano viriliter aggressus fuit, & eam comprehendens magnam stragem Saracenorum fecit, intãtum quod sanguis effusus ferè vsque ad equorum genua attingeret, vt dicitur in historiali speculo Vincentij. sicut in hac ciuitate scribitur hæc effusio magna sanguinis fuisse.

♰ Desi

diuersæ adierunt Gentes, vt sub eorum defensione corporaliter
A tuerentur, carnisq; suæ libitu fruerentur. Huiusmodi ergo conuentus confisus in stabilitate murorum, maledictis lacesserunt Iudam ac blasphemantes loquebantur ea quæ fas non erat: cum diuersæ personæ hominum fauentes adulationi principum, corúmq; beneficiis gaudentes contraria. facere sanctis prædicatoribus, atque idola laudantes, verba blasphemiæ contra ipsam diuinitatem iactauerunt. Iudas ergo inuocato mundi principe, per ipsius adiutorium cepit ciuitatem: quia sancti doctores partim orationibus, partim etiam dogmatibus contra aduersa-
B rios suos confixerũt, donec ipsos Dei verbo per domini voluntatem captauerunt principes: sicque inenarrabiles cædes conficiebant hominum, non vt interitu æterno funditus perirent, † Carnion Act. 10.b sed vt mundo moriẽtes, Christo fœlicius viuerent. Huiusmodi quoque cædes Petro in actibus apostolorum iussum est conficere, quãdo vas illud mysticũ quatuor initiis summiti de cælo in terram in extasi cõspexerat, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ & Ibidem volatilia cæli: & dictũ C est ei: *Surge Petre, occide, & manduca.* Animalia ergo illa omnes Gentes significabant erroribus immundas, sed in nomine sanctæ trinitatis sacro baptismate mundandas, quæ hominis imaginem relinquentes, per imitationem bestiarum & serpentium sumpsere figuras, quas iubet vox illa cælestis Petro occidere & manducare: quia illum occidere in Gentibus id quod fuerant, & facere eos id quod ipse erat præcipiebat. Qui enim manducat cibum foris positum, in suum corpus traiicit. Præcepit ergo vt nationes per incredulitatem ante fores positæ, interfecta præterita vita (societati ecclesiæ quam significat Petrus) inserantur. Iuxta quod de seipso apostolus Paulus Gal. 2. d

Ius ait: *Ego enim per legem Dei mortuus sum, vt domino viuam Christo.* D
Et item. *Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus.* Nec illud Ibidem
etiam sine mysterio est quod adiacens stagnum propter cædes hominum † confectum sanguine fluere videbatur, † confectas
quia sanguinis effusio cruẽtæ vitæ amissionem signat. Quasi sanguine aqua infecta fluere videtur, cum in baptismatis sacramento, vbi peccato fideles moriuntur, sanguinolenta opera, & carnalis vitæ sordes ablui cognoscuntur, quando *exuitur vetus homo cum actibus suis, & inducitur nouus qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.* Col. 3 b

magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis † tem- 1 † Iosue 6.c
poribus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris, & 2
capta ciuitate per domini voluntatem innumerabiles cædes
fecit, ita vt adiacens stagnum stadiorum duorum latitudinis,
sanguine interfectorum fluere videretur. Inde discesserunt 3
a stadia septingenta quinquaginta. Et venerunt in Caracha ad 4 5
eos, qui dicuntur Tibianæi, Iudæos, & Timothæum quidem
in illis locis non comprehenderunt, nullóque negocio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsi- 6
b dio. Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Ma- 7 † Rabban.
chabæo, peremerunt à Timothæo relictos in præsidio decẽ
milia viros. At Machabæus ordinatis circum se sex milibus
& constitutis per cohortes, aduersus Timothæum processit
habentem secum centum viginti milia peditum, equitúmq;
duo milia quingentos. Cognito autem Iudę aduentu Timo- 8
thæus præmisit mulieres & filios, & reliquum apparatum in
præsidium quod † Carmon dicitur. Erat autem inexpugnabile, & accessu difficile propter locorũ angustias. Cúmq; co- 9
hors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est ex
præsentia Dei, qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt
alius ab alio, ita vt magis à suis deiicerentur, & gladiorum 10 Psal. 23.b
c suorũ ictibus debilitarentur. Iudas autẽ vehemẽter instabat 11 F
punies prophanos, & prostrauit ex eis triginta milia virorũ.
Ipse verò Timothæus incidit in partes Dosithei & Sosipa- 12
tris, & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eò 13
q; multorũ ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos mor- 14
strucți, præli dominiũ ritè conficere noscũtur. Hi ergo à Timothæo relictos in præsidio decem milia virorum interimunt, cũ socios hæresiarcharum ad tuendam nequitiam suam, ab ipsis constitutos legi Dei contraria sentientes, per eiusdem legis autoritatem atque seueritatem spiritali gladio iustè interficiunt.
c *Iudas autem vehe.* Quæritur quomodo Timotheus hic narretur ob precum suarum humilitatem à Iudæ ducibus viuus dimissus, eò quòd multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos morte eius decipi contingeret, si ipse esset occisus, & paulò antè narratur, quod ipse fuisset in Gazaræ præsidio à Iu- Quæstio
dæ mili

dæ militibus peremptus? Si enim ibi tunc fuisset occisus, nullo
A modo tunc hic viuus esset dimissus. Quod haud aliter (ni fallor) solui potest, nisi quod aut ibi per anticipationem dicatur occisus, aut alius ille Timothæus intelligatur, qui in Gazaræ præsidio est interfectus, & alius iste, qui per Dositheum, & Sosipatrem legitur dimissus. Quod autem Iudæ duces cõsiderantes fratrum vtilitatẽ, ac suorũ redemptionem, Timothæo pepercerunt, ostendit, quod aliquando cum errantibus mitius est agendum: Non dico, vt eorum consentiatur iniquitati, sed pietate paterna consolatur illorum infirmitati, & maximè in illis locis, vbi fructus aliquis de errantium cõuersione speratur, quatenus mãsuetudine ecclesiastica prouocẽtur à diaboli laqueis effugere, & conuenire ad catholicam
B libertatẽ. Vnde in Aphricano concilio de Donatistis Hæreticis constitutum est, vt leuius cum eis ageretur, vbi ita scriptum est: Pertractatis & consideratis omnibus quę vtilitati ecclesiæ conuenire videbantur, annuente atque admonente spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus quamuis de dominici corporis vnitate inquieta dissensione præcisis, leniter & pacificè agere, vt quantum in nobis est, omnibus, qui eorum communione & societate irretiti sunt, per vniuersas prouincias Aphricanas penitus innotescat, quam miserabili errore deuicti sunt, ne fortè sicut dicit Apostolus, nobis in mãsuetudine corripientibus diuersa sentientes, *det illius Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.* Ephe. 4. a.

Lib. 3. hist. Iud. c. 18. a *Et cùm fidem dedisset, &c.* ✠ Ioseph vs. Heb. Et ab eo tempore Timothæus non adiecit amplius inferre mala Iudæis cunctis diebus vitæ suæ, sed iuramentum à se factum conseruauit. Proficiscens autem Iudas abiit in desertum Arabiæ, & irruens in exercitum regis Macedonum, superueniẽsque vesperi, percussit eos, & in fugam conuertit, prosternens in terram viginti quinque milia, &c.

Mysticè. Rabanus. b *Iudas autem regressus est.* Diximus in prioris libri expositione, vbi de Timothæo tractatum est, quod eius exercitus significaret turbam hæreticorum, similiter & de Ephron vrbis habitatoribus, quod illos figuraliter exprimerent, qui ritum Iudaismi temporibus gratiæ sequi existimauerunt, vt fuerunt ipsi Iudæi & Ebionitæ Hæretici, & cæteri, qui cum Euangelio legis cæremonias seruare volebant. Sed quia isti carnaliter sentientes spiritualem scientiam discere nolebãt, nec intelligere poterant, quod finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti, Iudæo, scilicet, atque Gentili, ideo vigintiquinque milia prostrata in bello Ephronitico leguntur, sicut in illo bello quod in Carmon
C Rom. 1 p.a.

a te eius decipi eueniret. Et cum fidem dedisset restituturum se
eos secundum constitutum, illæsum eum dimiserunt propter
b fratrum salutem. Iudas autem regressus est à † Carmon interfectis viginti quinque milibus. Post horum fugam & necem
mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum Gẽtium habitabat, & robusti iuuenes pro
muris consistentes fortiter repugnabant. In hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed cùm omnipotẽtem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit,
ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant, vigintiquinque
c milia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, 7
quæ ab Ierosolimis sexcentis stadiis aberat. Contestantibus
autem his, qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis, quòd
modestè secum egerint, gratias agẽtes eis, & exhortati etiam
B carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiũt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Iudas enim cum suis vsquequaque hostium turbas strauit, & victoriam habuit, quia doctores sancti veritatis assertores, & vniuersi erroris expugnatores diuina ope adiuti, vbique de hostibus suis trophæum victoriæ capiunt. Vnde dicere cum paulo possunt: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.*
c *Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, &c.* Scythopolitæ, qui Mysticè.
Iudæos benignè tractantes, pro beneficiis suis à Iuda gratiam & laudem promeruerunt, significant eos, qui per doctores sanctos & confessores rectæ fidei recipiunt, & solatiis corporalibus pro viribus adiuuant, quorum merces in vacuum non peribit. maximè cum dominus in Euãgelio de talibus ad Apostolos dicat: *Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit prophetam in nomine* Matt. 10 c.
prophetæ mercedem prophetæ accipiet: & quicunque recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: & quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Vnde & Ioannes scribens ad 3. Ioan. b.
Gaium in epistola sua, ait: *Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres: & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos benefaciens deduci dignè Deo, qui pro nomine eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus, Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritatis.* Sic & Paulus huiusmodi laudauit scribens ad Corinthios: *Obsecro fratres nostis domum Stephanæ & Fortunati, quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt se ipsos, vt & vos subiecti sitis huiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt, refecerunt enim spiritum nostrum & vestrum, Cognoscite ergo, qui huiusmodi sunt.* 1. Cor. 16. c.
F
a *Et post*

Carnis militibus peremptus? Si enim ibi tunc fuisset occisus, nullo modo tunc hic viuus esset dimissus. Quod haud aliter (ni fallor) solui potest, nisi quod aut ibi per anticipationem dicatur occisus, aut alius ille Timothæus intelligatur, qui in Gazaræ præsidio est interfectus, & alius iste, qui per Dositheum, & Sosipatrem legitur dimissus. Quod autem Iudæ duces cõsiderantes fratrum vtilitatẽ, ac suorũ redemptionem, Timothæo pepercerunt, ostendit, quod aliquando cum errantibus mitius est agendum: Non dico, vt eorum consentiatur iniquitati, sed pietate paterna consolatur illorum infirmitati, & maximè in illis locis, vbi fructus aliquis de errantium cõuersione speratur, quatenus mãsuetudine ecclesiastica prouocẽtur à diaboli laqueis effugere, & conuenire ad catholicam libertatẽ. Vnde in Aphricano concilio de Donatistis Hæreticis constitutum est, vt leuius cum eis ageretur, vbi ita scriptum est: Pertractatis & consideratis omnibus quę vtilitati ecclesiæ conuenire videbantur, annuente atque admonente spiritu Dei, elegimus cum memoratis hominibus quamuis de dominici corporis vnitate inquieta dissensione præcisis, leniter & pacificè agere, vt quantum in nobis est, omnibus, qui eorum communione & societate irretiti sunt, per vniuersas prouincias Aphricanas penitus innotescat, quam miserabili errore deuicti sunt, ne fortè sicut dicit Apostolus, nobis in mãsuetudine corripientibus diuersa sentientes, *det illius Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.* Ephe. 4. a.

Lib. 3. hist. Iud. c. 18. a *Et cùm fidem dedisset, &c.* ✠ Ioseph vs. Heb. Et ab eo tempore Timothæus non adiecit amplius inferre mala Iudæis cunctis diebus vitæ suæ, sed iuramentum à se factum conseruauit. Proficiscens autem Iudas abiit in desertum Arabiæ, & irruens in exercitum regis Macedonum, superueniẽsque vesperi, percussit eos, & in fugam conuertit, prosternens in terram viginti quinque milia, &c.

Mysticè. Rabanus. b *Iudas autem regressus est.* Diximus in prioris libri expositione, vbi de Timothæo tractatum est, quod eius exercitus significaret turbam hæreticorum, similiter & de Ephron vrbis habitatoribus, quod illos figuraliter exprimerent, qui ritum Iudaismi temporibus gratiæ sequi existimauerunt, vt fuerunt ipsi Iudæi & Ebionitæ Hæretici, & cæteri, qui cum Euangelio legis cæremonias seruare volebant. Sed quia isti carnaliter sentientes spiritualem scientiam discere nolebãt, nec intelligere poterant, quod finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti, Iudæo, scilicet, atque Gentili, ideo vigintiquinque milia prostrata in bello Ephronitico leguntur, sicut in illo bello quod in Carmon
C Rom. 1 p.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tempo. Iesu. *qui alio nomine dictus est Iesus Naue.*
2 Præci, Ieri. *Vt habetur Iosue vj. Cætera patent.*
Diuisio 3 Inde disce. *Hic resumitur quod suprà propositum fuit de conflictu Iudæ cum Timotheo. Et primo ponitur conflictus contra Timotheum. Secundò debellatio ciuitatis aduersariæ Iudæorum, ibi: Post horum fugam. Circa primum ponitur Timothei insequutio, cum dicitur:* Inde dis. *Iudas & exercitus eius.*
4 Vene. in Ca. *credentes inuenire Timotheum in locis illis.*
5 Ad eos qui di. *Secundum glo. erant quidam populi cum Iudæis fœderati, & inde dicebantur Iudei Tibianei quasi Tubianei. i. aliena tuba vocati seu conducti.*
6 Regre. est. *scilicet Timotheus.*
7 Reli. in quo. *i. multitudine armatorum ad resistendum Iudæis. Cætera patent vsque ibi.*
8 Timothæ. præmi. *Quia de facili ab aduersariis capiuntur.*
9 Timor hosti. in. est, &c. *& non ex magnitudine vel fortitudine exercitus Iudæ Machabei.*
10 Ita vt ma. *Sicut contigit in exercitu Zebee & Salmana, Iud. vij. & viij. & in statuque Philisthinorum. j. Reg. xiiij.*
11 Iudas au, in sta. *fugientes persequendo.*
12 Ipse ve. Ti. in. par. *id est, in illam partem exercitus quam regebant. Et ceperunt eum viuum.* Et multis precibus postulabat, &c. *allegans quod subditur.*
13 Eò quòd mul. ex Iudæis pa. ha. ac fratres. *in suis vinculis detentos.*
14 Quos morte eius. *id est, occidi in vindictam mortis eius. Cætera patent.*

✠ Post

MORALITER.

✠ † *Dositheus autem, &c.* Per istos duos duces significantur ecclesiæ prædicatores, qui charitate combinati magnam stragem faciunt aduersariis Christi eos occidendo à pristina mala vita: de qua occisione dictum fuit Petro Act. x. b. *Surge Petre, occide & manduca*: de conuersione Cornelij & eorum qui cum eo erant à Gentilitate ad fidem Christianam.
12 *Ipse ve. Ti.* Per hoc autem quod iste licet esset idololatra pessimus, tamen fuit viuens dimissus, ne Iudæi quos tenebat captiuos, occiderentur, ostenditur quod mala minora permittenda sunt, vt maiora euitentur.

✠ *Post*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Post horum fugam. *Hic consequenter describitur captio cuiusdam ciuitatis, quæ multa mala fecerat Iudæis.*
c 2 Et robusti iuuenes. *de ciuitate.*
3 Pro muris. *defendẽdis.*
4 Consistentes fortiter repugnabant. *exercitui Iudæ. Et subditur repugnandi facultas, cum dicitur.*
5 In hac autem. *quibus poterant inuadentes repellere.*
6 Sed cum omnipotentem. *Ex quo patet quod ciuitas illa non fuit capta virtute humana, sed diuina.*
7 Inde ad ciuitatem. *cuius habitatores erant benevoli Iudæis, licet essent Gentiles, propter quod Iudas eis regratiando pertranssit, rogando, vt essent benevoli de futuro, sicut fuerant de præterito, & sic patet litera vsque ibi.*

✠ 1 Die

MORALITER.

✠ 1 *Post horum fugam & necem mouit exercitum ad Ephron.* quæ interpretatur puluis mœroris, ideò per ipsam significatur mundana vanitas, quæ, vt puluis euanescit, & ad inferni mœrorem deducit. Hæc tamen ciuitas Dei operatione capitur, quando quis à mundana vanitate ad humilitatem veræ pœnitentiæ conuertitur.
7 *Inde ad ciuitatem Scytarum abierunt, quæ ab Ierosolymis, &c.* Istis qui benevoli Iudæis Iudas & eius socij gratias egerũt, quia sicut ad bonum principem pertinet aduersarios impugnare, sic ad benevolos agere grates, & amicitiam conseruare.

☞ A ✲ Theod. Pauperes quidem sociorum vnum quasi mortuũ efferentes accedũt (ad Epiphanium,) rogantq; dari sibi aliquid, quo illũ possint sepelire. Ille primũ obsecrantibus obsequut⁹, statim ꝓ mortuo Deũ rogat, vt dimissis illi peccatis quę dũ viueret, admisisset, in piorum numerũ asciscere dignaretur. (a Philoth.)

✲ Chrysost. Deflcamus istos (defunctos,) pro viribus iuuemus eos, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuuemus eos. Quomodo? qua ratione? Precantes exhortemur & alios, vt pro ipsis orent: pauperibus indesinenter pro illis eleemosynas dem⁹, &c. Non temerè ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Nouerunt enim illis hinc emolumentum fieri, multumque vtilitatis, &c. (Homil. 3. ad Philippẽses.)

facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare

✲ Idem. Cur post mortem tuorum, pauperes conuocas? Cur presbyteros, vt pro eis velint orare, obsecras? Non ignoro te responsurum, vt defunctus requiem adipiscatur, vt propitium iudicem inueniat, &c. (Hom. 32. in Matth.) B

✲ Nazianzen. Cæsarij laudabile cadauer cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebriq; põpa ad martyrum sedes effertur, matre accensas faces gestante, lacrymis sapientię cedentibus, psalmorum cantu luctum consopiente. Atque alia quidem persoluimus, alia verò daturi sumus, anniuersarios honores & commemorationes offerentes. At tu diuinum caput, vtinam cælos penetres, atq; in Abrahæ sinu conquiescas, & angelorum choream inspectes, & vnà cũ beatis viris exultes, &c. Et nostras, & eorum qui ad hospitiũ prius peruenerunt, animas Deo cõmẽdemus. O Domine, omniũ creator, suscipe nũc quidẽ Cæsariũ, velut primitias quasdã nostræ peregrinationis, &c. (Orat. funebri in laudẽ Cæsarii fratris sui.)

✲ Basilius. Qui in ipso perfectissimo & salutari festo, supplices expiationes pro his, qui in inferis detinentur, suscipere dignatus es, te rogamus, &c. Memento Deus omnium dormientium in spe resurrectionis vitæ æternæ. Refrigera eos, vbi visitat lux vultus tui, &c. (In Liturgia.)

✲ Cyrillus Hierosol. Et nos pro defunctis deprecationes adhibentes, quamuis sint peccatores, nõ quidem coronã plectimus, sed Christũ pro nostris peccatis mactatũ offerimus, vt & nobis, & illis eũ qui est benignissimus, propitiũ reddamus. (Catech. 5. mystag.)

✲ Epiphanius. Prosunt autem & preces, quę pro vita defunctis fiunt, etiã si totã culpã non abscindant, &c. Ecclesia necessariò hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis autẽ poterit statutũ matris dissoluere, aut legẽ patris? &c. In his qui vita defuncti sunt, ex nomine memorias faciunt, orationes ad Deũ perficiẽtes, ac cultus diuinos, & mysteriorũ dispẽsationes. (Contr. hæres. 78.)

✲ Efrem Syrus. Post transitũ meũ Fratres mei, assiduò in vestris orationibus mei memoriam faciatis. Accedentes nunc claudite mihi oculos, super eos manus imponentes: reminiscamini autem mei abiecti in vestris piis & sanctis orationibus. (In testamẽ. 10.) C

✲ Athanas. Nũ sentiunt aliqua beneficia, etiã peccatorũ animæ, cùm super illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operũ, & oblationũ? Responsio. Nisi aliqua beneficia participarent ex illo, non vtiq; in cura & exequiis fieret cõmemoratio. At sicut vitis florescit extra in agro, & odorẽ sentit in vase vinũ reclusum, sicq; conflorescit etiã ipsum: ita quoque peccatorũ animæ piorũ precibus & bonis operibus cõsolantur. (Quæst. 34. ad Antioch.)

✲ Origenes. Ipsa purgatio quæ per pœnam adhibetur, quãtis tẽporibus, quãtisue seculis de peccatoribus exigat cruciatus, sol⁹ scire potest ille, cui pater omne iudiciũ tradidit, &c. (L. 8. c. 10. in epistol. ad Rom.)

✲ Idem. Veniendũ est omnibus ad cõflatoriũ. Si quis plus plũbi illuc attulerit, plus exuritur, vt & si parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. (Homil. 6. in Exod.)

✲ Idem. Sunt peccata quæ si ignoranter admittimus, decernitur nobis credo, & præparatur ex præcepto Dei locus, vbi ad certum tempus habitare debeamus, & ob hoc secernuntur quædam ciuitates ad refugium. (Homil. 8. in Num.)

✲ Dionysius Areopag. Accedens diuinus antistes, sacram deprecationem super defunctũ peragit. Peracta autem solẽni prece, cũ ipse summus sacerdos, tũ cęteri quoque qui vnà adsunt, ipsum consalutant. Precantur autem diuinã clemẽtiã vt defuncto vniuersa peccata, quæ per humanam infirmitatẽ contraxerat, condonet, eũ'nq; in luce viuentiũ regione constituat. (L. eccles. hierar. c. 7.)

✲ Clemens Rom. Sine vlla exceptione conuenite in cœmeteria, sacros libros in his legentes, & psallentes pro his qui dormierũt, proq; e fratribus nostris qui in Domino obierunt; & antitypum regalis corporis Christi, acceptabilémque Eucharistiam offerte. Atque in exitu mortuorum psallentes, eos deducite, si fideles fuerint in Domino. (L. 6. constit. apost. c. 30.) D

✲ Idem. Sanctorum martyrum memoriam colamus, vt digni efficiamur certaminis ipsorum. Pro iis qui in fide quieuerunt, oremus: (L. 8. cap. 28.)

✲ Idem. De his qui quieuerunt in Christo, postquã Diaconus absoluit orationem, hæc addet: Pro quiescentibus in Christo, rogemus, vt Benignus Deus qui ipsius animam suscepit, dimittat ei omne delictum voluntarium & inuoluntarium. Et propitius illi factus, collocet eum in regione piorum, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, vnde abest dolor, tristitia, & suspiriũ. Episcopus dicat. Respice nunc Domine, super hunc seruum tuum, quem recepisti in alteram vitam, & condona ei si quid volens vel inuitus deliquit: & angelos placidos cõstitue ei, & colloca eum in sinu patriarcharũ, prophetarũ, apostolorum, & omniũ qui tibi à seculo placuerũt. (L. 8. c. 47.) (li. 8. c. 48. & 49.)

✲ Idem. Peragatur dies tertius mortuorũ in psalmis, in lectionibus, atque orationibus, propter eum qui tertia die resurrexit. Item nonus in commemorationẽ superstitũ, atque defunctorũ: etiã quadragesimus, secundum veterẽ formã. Mosem enim hoc modo populus luxit. Necnon anniuersarium pro memoria ipsius, detúrq; de illius facultatibus pauperibus in commemorationẽ ipsius. Hæc de piis dicimus, nã de impiis, & si omnes mũdi facultates dares pauperibus, tamẽ nihil eis prodesses. E (Deut. vlt.)

✲ Iacobus Frater Dom. Pro omni anima Christiana, afflicta, & vexata, misericordia & auxilio Dei indigente, vt infirmi conualescant, captiui liberentur, patrésque ac fratres nostri qui ante obierũt, in pace requiescant, Dñm oremus, &c. (In liturgia.)

✲ D. Marcus Euang. Animabus patrum & fratrum nostrorum, qui antea in Christi fide obdormierunt, dona requiem Domine Deus noster. Diaconus deinde legit sacras tabulas, quibus defunctorum catalogus continetur. Sacerdos autem se inclinans precatur. Et horum omnium animabus dona requiem Dominator Domine Deus noster, in sanctis tuis tabernaculis, in regno tuo, largiens eis promissionum tuarum bona quæ oculus non vidit, nec auris audiuit. Eorum inquã, animabus dona requiem, easque regno cælorum dignare, &c. (In diuina liturgia.)

De eisdem, & igne Purgatorio, ex veteribus Hebræorum Rabbinis.

✲ Rabbi Simeon, Ben-Iochai, Deus sanctus & benedictus, vbi à peccatorum sordibus (hominum defunctorum spiritus) purgati sunt, ascendere eos ex eo loco facit, &c. Deus sanctus & benedictus misericordia flectitur, educítque eos, & ascendere facit in locum eis debitum & congruentem. (In 18. c. Gen.)

✲ R. Menachem Cionæus. Defuncti peccatores Israëlis expectãt & eiulãtur, & postquam pœnas debitas luerint, ascendũnt ad ameniorem locum, & delitiis abundantem. F (In 16. c. Leui.)

✲ R. Isaac Alfeci. Tria hominum genera sistuntur in iudicio, perfectè iusti, omnino impij, & mediam sortẽ tenentes. Primi ad vitam futuri seculi scribuntur & obsignantur. Secundi perinde etiam ad Gehennam. Medij quorum paria sunt merita & demerita, descendunt in gehennam, ibíque expectantes, clamant, & ascendunt, sicut scriptum est: *Dominus deducit ad inf. &c.* (Tractatu Ros Hasamah. cap. 1.) (1. Reg. 2.)

✲ R. Isaac Abuhab. His qui libidinis peccauerunt, non est omni moda perditio exitiúmque decretum: sed pœna quædam temporaria, qua eorum peccata purgentur, quoad animus mundetur, & dealbetur, redeátque ad locum suum. Ac de his quidem dicunt Doctores, descendunt in gehennam, ibíq; cruciantur duodecim menses. Quasi hoc dicant magistri. Detineri eorum animos in gehenna, quòd sint praua desideria sectati, vt ibi pœnas luant, debitísque suppliciis expurgentur, & post expurgationem redeant ad mansiones sublimiores. (l. Menorath Ham aor, cõclus. 1. parte 2. cap. 2.)

✲ R. Isaac Haramah. Aliquis reperitur cuius anima magis vel minus adhærescit corpori, quàm alterius. Hæc ægrè à corpore soluitur. Nam ea puritate qua ornatam esse oportuit destituta, moram trahat necesse est, ac minus facilè ac expeditè ad suum domicilium redeat. Ideo ascendere & descendere cogitur per certa temporum interualla, quo ad vltimò tãdem pura ascendit, nec amplius addit vt descendat. (li. Hacidath Isaac.)

✲ R. Rakanati. Redde Deo spiritum tuum talem, qualem eum tibi dedit. Est enim hoc simile Regi, qui pretiosas vestes domesticis diuidit. Cordati eas plicant, & in armariis ☞ collo (Com. in 37. cap. Genes.)

☞ A collocant: stolidi tum cùm sordidæ sunt & inquinatæ hoc faciunt. Post tempus aliquod Rex requirit eas vestes: hi qui producunt eas splendidas & nitentes, hi verò sordidas. De illis lætatur Rex, his verò succenset. De prudentibus dicit: Condantur vestes meæ in thesauris meis. De stolidis verò: Dentur vestes meæ fulloni, ipsi verò sint in vinculis constricti vsque ad tempus, quo inde exeant.

pro mortuis. Et quia considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repositã gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

✲ R. Rabvenachi. Necesse est peccatorem venire in infernum, ad deradendum & expurgandum inquinamenta transgressionum quas fecerit, donec mundetur, & ascendat in locum quietis suæ. (Com. in Psa. 88.)

✲ R. David Kimhi. Quamquam intelligeret Dauid ob peccatum sibi pœnam infligi, eámq; recepisset in hac vita: adhuc tamen de eo anxius erat, esset ne omnino peccatum abstersum atque deletum in hac vita, an ne etiã in futuro seculo pœnam aliquam purgatoriam deberet sustinere. (Com in Psa. Domine, ne in furore tuo, &c.)

✲ Hebr.

✲ Hebraei. Libro Scholiorum Beth Ioseph, ad Iore dehab. Annis singulis anniuersario die mortis patris, ieiunandum est, precesque recitandæ. Quod si annus bissextilis est, primo quidem anno, primo mense Adar, ieiunabitur, & preces recitabuntur: sequentibus verò annis, secundo Adar. Cuius ratio inde sumi videtur, quod finis primi anni pertingit finem duodecim mensium, iuxta illud vulgatũ: Duodecim menses durat supplicium impiorum Israëlitarum in gehenna: & postea ascendunt. D (lib. Schol. beth Iosep.)

✲ Hebraei, lib. Mahzor. Indulge quæso, parce obsecro, tum patribus, tum filiis. Tua enim est ô Domine, propitiatio & misericordia. Congregamini, & præstate vniuersi opera misericordiæ. Animæ vestræ vita sempiterna perfruantur. Requiescat anima ipsius in cubili suo in pace. Iaceat in pace. Dormiat in pace, donec veniat consolator, qui pacem audire faciat, &c. *Videatur totum officium lugentium, &c.* (In officio defunctorũ.)

CAPVT XIII.

B ANNO centesimo quadragesimonono cogno- 1
uit Iudas Antiochum
Eupatorem venire cum
multitudine aduersus Iu
dæam, & cum eo Lysiã
procuratorem & præ-
positum negotiorum, secum habentem pe-
ditum cẽtum decem milia, & equitum quin-
que milia, & elephantos vigintiduos, currus 2
cum falcibus trecentos. Commiscuit autem 3
se illis & Menelaus, & cum multa fallacia de- 4
precabatur Antiochum, non pro patriæ sa- 5
lute, sed sperans se constitui in principatum. 6
Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in 7 8
peccato
9 peccatorem, & suggerente Lysia hunc esse
causam omnium malorum, iussit vt eis est
consuetudo, comprehensum in eodem loco
necari. Erat autem in eodẽ loco turris quin-
quaginta cubitorum, aggestum vndique ha- E
bens cineris. Hæc prospectum habebat in
præceps. Inde in cinerem deiici iussit sacri-
legum omnibus eum propellentibus ad inte-
ritum. Et tali lege præuaricatorem legis con-
tigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et qui-
dem satis iustè: Nam quia multa erga aram
Dei delicta commisit, cuius
ignis & cinis erat sanctus, ip-
se in cineris morte damnatus
10 est. Sed rex mente effrenatus a
11 veniebat nequiorem se patre
12 suo Iudæis † ostẽsurus. Qui-
13 bus Iudas cognitis, præcepit

CAP. XIII.

a *Sed rex.* Historia quæ bellum Antiochi Eupatoris & Lysię procuratoris eius cõtra Iudæos narrat ☞ in prio (Rabban. Historicè.) († ostensurũ.)

C NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT VII.

✲ ANno centesimo quadr. *Descripto conflictu Iudæ cum regis ducibus, hic consequenter ponitur conflictus eiusdem cum persona ipsius. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur belli apparatus, secundò, conflictus, ibi:* Et dato signo: *tertiò regis recessus, ibi:* Vt autem cognouit. *Prima in duas: quia primò ponitur apparatus belli ex parte regis Antiochi: secundò, ex parte Iudæ Machabæi, ibi:* Quibus Iudas cog. *Prima in duas: quia primò ponitur regis apparatus, secundò Menelai interitus, ibi:* Commiscuit autem. *Circa primum autem sciendum, quod iste belli apparatus & etiam conflictus magis diffusè ponitur primo lib. vj. ca. tamen hic aliqua ponuntur quæ videntur dictis ibidem dissonare. Primò quod dicitur, peditum centum & decem milia, & equitum quinque milia, & elephantes vigintiduos: nam ibi habetur:* Centum milia peditum & viginti milia equitum & elephanti trigintaduo. *Potest dici, quod primò fuerunt centum milia peditum tantum, vt dicitur primo libro, & postea fuerunt additi decem milia, quæ cum primis hic numerantur. De equitibus verò dicendum, quod in vniuerso fuerunt viginti milia, sed tamen erant quinque milia electi præ cæteris existentes in acie regis, & illi soli hic numerantur & alij tacentur, &c. Et de elephantis potest dici eodem modo, quod vigintiduo erant præ cæteris fortiores, qui numerantur hic, & residui x. tacentur. in talibus enim frequenter numeratio diuersimodè accipitur.*

2 Currus cum. *Talibus enim antiquitus in prælijs vtebantur. vt habetur in libris Iosue & Iudicum in pluribus locis: tamen de istis curribus non fit mentio in primo libro, sicut etiam in Euangelijs: quod vnus euangelista tacet, alius exprimit.*

3 Commiscuit autem. *Hic consequenter describitur Menelai interitus, qui retorsit in se summum sacerdotium suprà iiij. ca. de quo dicitur hic:* Commiscuit aut. *id est, Iudæorum aduersarijs.* F

4 Deprecabatur Antio. &c. *Pugnare fortiter contra Iudam Machabæum: ideo subditur:*

5 Non pro pa. sa. *Sed pro contrario: ideo subditur:*

6 Sperans se consti. *s. summi sacerdotij per victoriam Antiochi, à quo fuerat amotus per patrem eius suprà iiij. cap.*

7 Sed rex regum. *Qui iudex est cordium.*

8 Suscitauit animos Antiochi in, &c. *Menelaum.*

9 Et sug. Lysia hunc. *Nam propter eius ambitionem & sacrilegia in templo commissa per eius consilium, vt habetur suprà iiij. ca. sequuta est rebellio Iudæorum contra regem. Cætera patent vsque ibi:*

10 Sed rex. *Nam ex morte Menelai posset aliquis credere regem Iudæis pacatum esse, ideo remouetur hoc cum dicitur:* Sed rex mente effrenatus. *i. sine freno rationis in superbiam elatus.*

11 Veniebat. *Contra Iudæam.*

12 Nequiorem se pa. *Sed per rumores contrarios ab hoc fuit impeditus, vt habetur infrà eod. cap.*

13 Quibus Iu. cognitis. *Hic consequenter describitur apparatus* ✲ Iudæ

MORALITER.

1 *Anno centesimo quadr. &c.* Sequitur:

✝ 3 *Commiscuit autem.* Per istum qui se coniunxit cum aduersariis suæ gentis, vt per hoc obtineret summũ sacerdotiũ, significatur quilibet ambitiosus pro sua qui promotione consequẽda flagitia facere non formidat: sed Deo iustè faciente non obtinuit propositum sed magis interitum, quia de turre fuit præcipitatus in cineris aceruum, per quod significatur quòd tales ambitiosi præcipitandi sunt finaliter in cineres inferni.

7 *Sed rex.* Per illum significatur diabolus, qui Iob xlj. d. dicitur rex super omnes filios superbiæ, & quærit quantum potest fideles subuertere, per Iudam verò qui malitiã eius cognoscẽs

A in priori libro commemorata simul & iuxta allegoriam explicata est. Sed illud quod consequenter narratur, quod in castris regis nocte interfecta fuissent per Iudæos xiiij. millia, & maximus elephantorum cum his qui superpositi erant, in priore narratione manifestius exprimitur: vbi refertur, quod Eleazarus filius Saura vidēs vnā de bestiis loricatam loricis regis, & eminentem super cæteras bestias, cum æstimaret, quod in ea esset rex irrumpens in legionem, subtus pedes elephantis cucurrerit, eúmq; interfecerit. Qui cadens super ipsum pondere suo eum oppressit, & mortuus est. Cuius significatio spiritualis ibi explanata est, cū iactātia superborum B proprio nisu contrita monstratur, dicēte scriptura: *Omnis arrogans abominatio est apud Deum.* Et item: *Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.* Et alibi: *Superbis autē resistit Deus, & humilibus dat gratiā.* Et in euangelio dominus dicit: *Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se hu. exal.* Post hæc aut historia explicat qualiter Demetrius filius Seleuci Iudæam veniens, & regno potitus, per Alchimum incitaretur aduersus Iudam & socios eius, vbi ita scriptum est: *Alchim. autem, &c.* D

1. Mach. 6. c. — Prou. 16. a. — Ibidē 18. b. — Iaco. 4. b. — Luc 14 c.

a *Omnibus itaque.* ✠ CHRYSOST. Igitur ieiunium mirare, pronisque mentibus suscipe: quoniam quidē & in camino fert opem, atque in leonū custodit lacu, dæmonesque fugat, & Dei reuocat sententiam, vitiorumq; furorē supprimit, & ad ipsam reducit libertatem plurimamque in nostris cogitationibus quietem insinuat, &c. (Hom. 1. de pœnitent.)

b *Et dato.* ✠ IOSEP. Heb. factúmque est in nocte, & accepit Iudas secum omnes milites Hasmonæos, irruénsque nocte in castra regis, occidit de fortissimis quatuor millia, sed & grādiorem elephantum. E Cúmque manè illuxisset, ordinauit rex aciem contra Iudam, & factum est præliū magnum. Videns autem Iudas vnum ex elephantis nitescentem lorica aurea, qui cæteros magnitudine excellebat, suspicatus est regem insidere ei, idcirco exclamauit dicens: Quis est in vobis, ô pueri? Et assiliens Eleazar frater eius, cucurrit contra elephantem, sternens in terram oēs qui ei obuiam venerūt ex fortissimis regis, percutiens ad dexteram & sinistram, cadentibus ante ipsum interfectis hinc & hinc, immergens itaque sese in mediū profundi belli, venit inter pedes elephanti, & fixo in vmbilicū eius gladio suo, cecidit elephas super eum, mortuúsque est coram Domino, & coram populo suo, relinquens nomen & exemplum fortitudinis, atque luctum apud populum suum, &c. (Lib. 3. hist. Iud. cap. 20.)

populo, vt die ac nocte dominum inuocarent, quod sicut
semper & nunc adiuuaret eos, quippe qui lege & patria san-
ctoque templo priuari vererentur, ac populum qui nuper 1
paululum respirasset, ne sineret rursus blasphemis nationi-
a bus subdi. Omnibus itaque id simul facientibus & petenti-
bus à domino misericordiam cum fletu & ieiuniis per tri- 2
duum continuum prostratis, hortatus est eos Iudas, vt se 3
præpararent. Ipse verò cum senioribus cogitauit priusquā 4
rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuita-
tem, exire, & domini iudicio committere exitum rei. Dans
igitur potestatem omnium Deo mundi creatori, & horta-
tus suos, vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro le-
gibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus, starent, circa
b Modin exercitum constituit. Et dato signo suis Dei victo- 5
riæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam re- 6
giam in castris interfecit viros † quatuordecim milia, & ma- 7 8
ximum elephantorum cum his qui suppositi erant. Sum-
moq; metu ac perturbatione hostium repleuerunt castra,
rebusq; prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die 9
illucescēte, adiuuante eum domini protectione. Sed rex ac- 10
cepto gustu audaciæ Iudæorum † arte difficultatem locorū 11
tentabat, & Bethsuræ quæ erat Iudæorum presidium muni- 12
tum, castra admouebat, sed fugabatur, impingebatur, mino- 13 14
rabatur. His autem qui intus erant, Iudas necessaria mitte- 15
bat. Enunciauit autē mysteria hostibus † Rodochus quidā 16 17
de Iudaico exercitu, qui requisitus, comprehensus est & 18
conclusus. Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant 19

† quatuor milia — † machinis — † Rodochus

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Iudæ Machabæi. Et primò per orationes deuotas: de quibus magis quàm de armis confidebat, & patet vsque ibi:*

1 Ac populū, &c. pau re. *i. consolatus fuisset per ciuitatis & templi recuperationem, & aduersariorum multiplicem repressionem vt pate ex supradictis.*

2 Per tri con. pro. *Horis. s. ad hoc aptis. quia in illo triduo oportuit* C *eos refectionem accipere & somnum tempore competenti. Secundò ponitur apparatus per arma & consimilia, cum dicitur:*

3 Hortatus est, &c. præ. *Et per arma & victualia.*

4 Ipse ve. *Occurrere regi, antequam vastasset terram: Tertiò ponitur apparatus per exhortationes optimas ad confortandum animos bellatorum ad fortiter dimicandum, & patet litera.*

5 Et dato signo. *Hic consequenter ponitur conflictus. Ad cuius intellectum sciendum, quod Iudas cum rege habuit in campo duplicem conflictum. Vnum circa finem noctis, de quo tacetur in primo libro. Alium de clara die & sole refulgente in clypeos aureos & æreos, qui diffusè scribitur primo lib. vj. ca. Hic autem de vtraque conflictu breuiter & commistim fit mentio: nam hic liber secundus est quædam abbreuiatio, vt dictū est suprà ij. cap. Igitur de primo conflictu dicitur:* Et da. si. *i. victoriæ à Deo consequendæ quod autem fuerit hoc signum non dicitur hic, sed videtur fuisse quædam reuelatio facta Iudæ quæ non explicatur propter breuitatem sectandam.*

6 Iuuenib. *Ex hoc videtur quod in isto primo conflictu non fuerunt omnes Iudæ socij, sed aliqui ad hoc specialiter electi. in secundo verò cōflictu fuerunt omnes Iudæ bellatores, vt habetur j. li. vj. ca.*

7 Nocte aggressus, &c. *id est, partem exercitus in qua erant regis tentoria.*

8 Et maximum. *Istud fuit factum in eo conflictu qui fuit clara die, vt scribitur primo li. vj. ca. satis diffusè.*

9 Hoc autem. *Quia hoc fuit completum in fine noctis. s. quantùm ad interfectionem duorum milium de hostibus. Aliqui tamen libri habēt. Duodecim milia: & quantùm ad perturbationem castrorum, non autem quantum ad elephantorum interfectionem, vt dictum est.* F

10 Sed rex ac. *nam per dictam inuasionem habuit experientiam de audacia eorum.*

11 Arte. *id est, prudenter & cautè.*

12 Difficultatem locorum. *id est, fortalitia.*

13 Tentabat. *supple capere: ideo subditur:*

14 Et Bethsuræ quæ erat, &c. *Iudæis armatis.*

15 Castra ad. *id est, applicabat ad ipsum capiendum.*

16 Sed fugabatur. *nam intus existentes aliquando exeuntes subitò repellebant propè existentes, & aliquos occidebant, & redibant ad fortalitium antequam totus exercitus posset armari.*

17 Enunciauit autem, &c. *id est, secreta Iudæ & eorum qui erant Bethsuræ.*

18 Rodochus quidam. *qui captus ab aduersarijs per tormenta ad hoc fuit compulsus.*

19 Iterum rex. *de fortalitio reddendo saluis suis corporibus, qui consenserunt, eò quòd victualia eis deficiebant, vt habetur j. li. vj. ca.*

✠ 1 Abiit

MORALITER.

✠ monuit populum suum orationibus deuotis auxilium quærere diuinum, significatur bonus prælatus, qui monet populum sibi subditum resistere spiritibus malignis per orationum suffragia, procedentium ex fide firma j. Pe. v. b. *Fratres sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide.* Per hoc autē quod Iudas occurrit regi antequam intraret terram Iudę, significatur, quod bonus pugnator contra diabolum non debet permittere, quod ingrediatur terram cordis per delectationem vel consensum, sed in principio tentationis ipsum repellere secundum poëticum dictum: Principiis obsta, sero medicina paratur: Et Iacobi iiij. b. *Resistite diabolo. & fugiet à vobis.*

† *Vt autem.* Per hoc ostenditur quod dominus aliquādo brigam suscitat inter malos, vt per hoc boni pacem habeant. Et sic dicit Aug. quòd guerra dæmonum pax est hominum.

✠ Moral.

in Bethsuris, dexterā
dedit, accepit, abiit, 1
commisit cum Iuda, 2
superatus est. Vt au- 3
tē cognouit rebellasse 4
Philippū Antiochiæ,
qui relictus erat super
negotia, mente con-
sternatus, Iudæos de-
precans, subditúsque
eis, iurat de omnibus
5 quibus iustum visum est, & reconciliatus ob-
tulit sacrificium, honorauit templum & mu-
6 nera posuit, Machabæum amplexatus est, &
fecit eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos
ducem & principem. Vt autem venit Ptole-
maidam, grauiter ferebant Ptolemenses ami-
7 citię conuentionem, qui indignantes ne fortè
8 fœdus irrumperet. Tunc ascēdit Lysias tribu-
nal, & exposuit rationem, & populum seda-
9 uit, regressusq; est Antiochiam. Et hoc modo
regis profectio & reditus processit.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Abiit. *scilicet, rex de Bethsura relicta ibi suorum custodia: vt habetur j. lib. vj. cap.*

2 Commisit cum Iuda. *In hoc tangitur secundus conflictus qui fuit de die clara, & alia die vt videtur, quam primus.*

3 Superatus est. *scilicet, Iudas & eius exercitus: nam videntes virtutem regis & impetum exercitus eius, diuerterunt se ab eis, vt habetur* j. *lib.* vj. *cap.*

4 Vt autem cognouit. *Hic consequenter describitur regis recessus* B *de Iudæa, vt iret contra Philippum, qui occupauerat Antiochiam: ex quo patet, quòd istud bellum Antiochi contra Iudæam est idem cum illo quod scribitur primo lib. 6. ca. nam ibidem ponitur recessus regis propter eādem causam. Aliqua tamen hic ponuntur quæ ibi tacentur, & è conuerso, nam hic tacetur fractio iuramenti regis, quæ ibidem exprimitur in destructione munitionis.*

5 Et reconciliatus obtulit sacrificium. *per sacerdotes tamen. Cætera verò vsque propè finem huius capituli tacentur primo lib.*

6 Machabæum amplexatus. *est in signum reconciliationis. Cætera patent vsque ibi.*

7 Ne fortè fœdus irrum. *scilicet, Iudas, & eos grauaret: quod tamen non fecit: sed magis rex fœdus rupit, vt dictum est.* E

8 Tunc ascendit Lysias tribunal. *id est, locum eminentem ad persuadendum Gentem, & exposuit rationem, dicendo quod propter bonum commune facta est conuentio regis & Iudæ.*

9 Regressúsque. *Hic autem omittitur qualiter indè fugauit Philippum, quia suprà 9. cap. per anticipationem positum fuit.*

MORALITER.

✠ 4 *Vt autem cognouit.* Per hoc ostenditur quod Dominus aliquando brigam suscitat inter malos, vt per hoc boni pacem habeant. Et sic dicit Aug. quòd guerra dæmonū pax est hominum.

CAP. XIIII.

Rabbanus. a *Alchimus autem, &c.* Quod dicitur regi talos simul cum corona aurea & palma Alchimus obtulisse, ostendit quod ei regni dignitatem & victoriam hostium simul cum templi cultu per indicium munerum suorum portando promisit.

Tali. Talos enim dicūt vasa offertoria esse iuxta modum turriū facta cū quibus in præcipuis festiuitatibus offerebant, quorum similitudo hactenus in quibusdam locis habetur. C Assidæi autem dicuntur illi esse Iudæi, qui semper cultui diuino insudabāt, ab assiduitate vocati, dictiq; Assidæi, quasi assidui quales Iudas & sui auxiliatores in cultura Dei & obseruatione legis ipsius fuēre. Alij verò Assidæos ab mūdicia vocatos asserunt quasi mundos Iudæos, eò quòd se ab idololatria & à ritu Gentilium separabant. Demetrius autem audita relatione Alchimi, cui & cæteri qui inimici erant Iudæ in accusatione fauebant, statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudęam, datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet, & eos qui cum illo erant dispergeret, & vt constitueret Alchimum maximi templi summum sacerdotem, qui Iudæam veniens primum pacis se finxit fœdus cū Iudæis habere velle: posteà manifestata inimicitia monstrauit se esse hostem nequissimum, magis quam fidelem amicum. F Sed diuina virtute prostratus, blasphemiæ contra Deum prolatæ, & pertinaciæ suæ pœnas luit quæ omnia in prioris libri historia continentur, licet aliqua quæ ibi propter festinationē narrantis omissa sunt, in huius libri narratione inserta reperiātur. Allego. Allegoriæ autem sensus iuxta modum ingenioli mei de hac eadem re ibi expositus est, nec iterare modo necesse est.

☞ a Razias

CAP. XIIII.

Sed post triennij tēpus cognouit Iudas 1
& qui cum eo erant, Demetriū Seleuci
cum multitudine valida & nauibus per
portum Tripolis ascendisse ad loca op- 2
portuna, & tenuisse regiones aduersus 3
Antiochum & eius ducem Lysiam. Al- 4
a chimus autem quidam qui summus sa- 5
cerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus 6
commixtionis, considerans nullo modo sibi esse salutem ne- 7 8
que accessum ad altare, venit ad Demetrium regem centesi- 9
mo quinquagesimo anno, offerens ei auream coronam & 10
palmam, super hæc & talos qui templi esse videbātur. Et ipsa 11 12

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XIIII.

✠ Sed post. *Descriptio Iudæ conflictu tempore Antiochi nobilis & Eupatoris eius filij, hic tertiò ponitur eius conflictus tempore Demetrij.* Diuisio. *Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur Demetrij sublimatio, secundò Iudæ sociorúmque eius accusatio, ibi:* Alchimus autem: *tertiò eorum exterminij iussio, ibi:* Qui statim. *Circa primum dicitur.*

1 Sed post. *Istud triennium accipitur à morte Antiochi Epiphanis & inthronizatione filij sui Eupatoris. Quod secundum numerationem in hoc libro positam contigit anno centesimo quadragesimooctauo, vt dictum est, suprà 11. ca. Demetrius autem regnum obtinuit anno centesimo quinquagesimo qui est. i. annus 151. quo dicitur Demetrius intrasse regnum secundum computationem positam primo lib. cap. 7. & sic triennium non fuit completum, sed intelligitur per Synecdochen, sicut corpus Christi dicitur fuisse per triduum in sepulchro.*

2 Ascendisse ad loca. *id est, fortia & munita.*

3 Et tenuisse. *qu s ad mandatum Demetrij exercitus interfecit, vt habetur 1. li. 7. ca.* 4 Alchimus autem. *Hic consequenter describitur Iudæ sociorumq; eius accusatio, cùm dicitur:* Alchimus autē. *non de iure, sed de facto intrusus, primò per Antiochum Epiphanem, quia licet esset de genere Aaron, tamen non descenderat ab eo per lineam sacerdotalem, vt dictum fuit suprà 1. lib. cap 7.* 5 Sed voluntariè coin. *cibis & sacrificiis Gentilium.* 6 Temporibus. *i. quando Antiochus illustris cogebat Iudæos ad suscipiendum ritum Gentilium ita quòd inter Iudæos & Gentiles nulla esset distinctio.* 7 Considerans. *corporis.* 8 Neque accessum, &c. *quamdiu Iudas staret in potestate.* 9 Venit ad Dem. *& sic in regni sui principio.* 10 Offerens ei. *in signum victoriæ & dignitatis regiæ.* 11 Super hæc, &c. *i. vasa offertoria in modum turrium facta, quibus vtebantur sacerdotes in solennitatibus magnis.* 12 Et ipsa quidem. *Vt donum suum regi magis esset gratiosum. Cætera patent vsque, ibi.*

✠ 1 Ipsi

MORALITER.

✠ 1 *Sed post triennij tempus.* Per regem Demetrium qui fuit aduersarius fidelium, significatur diabolus qui per portum Tripolis, id est, per concupiscentiā tripertitam, scilicet, carnis, oculorum

A quidem die siluit. Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium: & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudæi niterentur, respondit:
*Hasidæi vocabantur Iudæi illi qui constantes manserant in religione Mosaica: nec minus aut tormentis Antiochi cesserant.
Ipsi qui dicuntur *Asidæi Iudæorum, quibus 1
præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiuntur regnum esse quietum. Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem summo sacerdotio, huc veni primò quidem vtilitatibus regis fidem 2
seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. Nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minimè vexatur. Sed oro his singulis ô rex cognitis, & regioni & generi secundum humanitatem tuam promulgatam 3
omnibus prospice. Nam quamdiu supereſt
B Iudas, impossibile est pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam inflammauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit 4
in Iudæam, datis mandatis vt ipsum quidem Iudam caperet viuum: eos verò qui cum illo erant dispergeret, & constitueret Alchimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc 5
Gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, segregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudæorum prosperitates rerum suarum existimantes. Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conspersi 6
terra rogabant eum qui populum suum constituit, in æternum custodiret, quique suam 7
portionem signis euidentibus protegit. Im- 8
perante autem duce, statim inde mouerunt, 9
conueneruntq; ad castellum Dessau. Simon
C verò frater Iudæ commiserat cum Nicanore, sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum: Nicanor tamen audiens virtutem 10
comitum Iudæ & animi magnitudinẽ quam D
11 pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere meruebat. Quamobrem præmisit Posidonium & Theodotium & Matthiam, vt darent dextras atque acciperent. Et cum diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad multitudinem retulisset omnium vna fuit sententia amicitijs annuere. Itaque diem constituerunt, qua secretò inter se agerent, & singulis sellæ prolatæ sunt & positæ. Præcepit autem Iudas armatos esse locis opportunis, ne fortè ab hostibus repente mali aliquid oriretur, & congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Ierosolymis nihilq;
12 iniquè agebat, gregésque turbarum quæ con-
13 gregatæ fuerant dimisit. Habebat autem Iu-
14 dam semper charum ex animo & erat viro E
inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorem, filiósque procreare. Nuptias fecit, quietè egit,
15 communiterq; viuebant. Alchimus autem videns charitatem illorum adinuicem & con-
16 uentiones, venit ad Demetrium, & dicebat
17 Nicanorem rebus alienis assentire, Iudám-
18 que regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaque rex exasperatus & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori dicens, grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iussitq; Machabæum citius mittere vinctum Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor consternabatur & graF uiter ferebat, si ea quæ conuenerant irrita faceret: nihil læsus à viro, sed quia regi resistere non poterat, opportunitatem obseruabat
19 qua præceptum perficeret. At Machabæus
20 videns austerius secum agere Nicanorem, F
& consuetum concursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeri-
21 tatem istam, paucis suorum congregatis

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsi qui dicuntur Assidæi Iudæorum. *id est, assiduè vacantes diuino cultui temporibus tamen ad hoc aptis.*
2 Primò quidem vtilitatibus regis fidem seruans. *Mentitur sicut homo fallax venerat ad obtinendum summum sacerdotium.*
3 Secundum humanitatem tuam promulgatam. *id est, secũdum benignitatem tuam vbique famosam.*
4 Et cæteri amici. *scilicet, Alchimi.*
5 Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum, &c. *Hic consequenter ponitur iussio regis de exterminio Iudaicæ gentis: Et dividitur in tres partes: nam ad hoc agendum primò Nicanor mittitur, secundò cum Iuda fœdere iungitur, ibi:* Nicanor tamen. *Tertiò fœdus huiusmodi rumpitur, ibi:* Alchimus autem. *Primum patet vsque, ibi.* Divisio
6 Tunc Gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam. *Eò quod erant præuaricatores legis: Cætera patent vsque, ibi.*
7 Et conuentu nationum. *Nam in precibus deuotis magis quàm in armis confidebant.*
8 Qui populum suum constituit. *scilicet, duraturum, nam lex vetus non est amota per Christum, sed magis perfecta, Matt. 5. b.* Non veni soluere legem sed adimplere: *nec per cõsequens populus eius est amotus sed perfectior factus, sicut frequenter ostendi in libris noui ac veteris testamenti.*
9 Quique suam portionem signis euidentibus protegit. *Sicut dictum est pluries in hoc libro. Cætera patent.*
10 Nicanor tamen audiens virtutem. *Hic consequenter ponitur confœderatio Nicanoris & Iudæ, & patet litera paucis exceptis.*
11 Sanguine iudicium. *id est, per effusionem sanguinis Iudæorum: propter quod elegit pacem facere cum eo Et patet vsque ibi.*
12 Gregésque turbarum. *id est, bellatorum.*
13 Quæ congregatæ fuerant. *Ad bellandum contra Iudam & socios eius.*
14 Dimisit. *Ire ad loca sua, eò quod pax esset facta.*
15 Alchimus autem. *Hic consequenter ponitur ruptio dicti fœderis: Et primò ponitur huius ruptionis procuratio, eius secundò manifestatio, ibi:* At Machabæus. *Circa primum dicitur.* Alchimus autem. *Quæsiuit eam rumpere: eò quod haberet Iudam odiosum.*
16 Et dicebat Nicanorem. *scilicet, ab vtilitate regni.*
17 Assentire. *falsò eum notans crimine, asserebat.*
18 Successorem sibi destinasse. *Quod similiter erat falsum. Cætera patent.*
19 At Machabæus. *hic consequenter describitur fœderis violati manifestatio. Et primò signis, cum dicitur.*
20 Videns austerius. *Quia dispositio cordis vix potest celari quin appareat in exterioribus signis vt in gestu, vultu, & aspectu.*
21 Paucis suorum congregatis. *Quibus dixit conceptum sui animi.*

☞ 1 Occultauit

☞ a *Razias.* AVGVSTINVS. Solent in literis gentilium ista laA dari: in his autem Machabæorum libris quamuis homo ipse fuerit laudatus, factum tamen eius narratum est, non laudatum, & iudicandum potius quàm imitandum, quasi ante oculos constitutum, non sanè nostro iudicio iudicandum quòd nos quoque vt homines habere possemus, sed iudicio doctrinæ sobriæ, quæ in ipsis quoque libris veteribus clara est. Longè quippe fuit Razius iste à veribus illis vbi legitur: Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Non fuit ergo iste vir eligendæ mortis sapiens, sed ferendæ humilitatis impatiẽs. Scriptũ est quod voluerit nobiliter & viriliter mori: sed nunquid ideo sapienB ter? Nobiliter scilicet, ne libertatem sui generis captiuus ammitteret. Viriliter autem & tantas vires animi haberet, quib⁹ idoneus esset, vt se ipse perimeret, quod † cõtẽptus gladius cùm implere non posset, de muro se præcipitem dedit, & sic adhuc viuus abruptam cucurrit ad petram, atque ibi exanguis intestina sua produxit, quæ vtraque manu dissipata spergebat in populum, ac deinde postea defessus occubuit. Magna hæc sunt nec tamen bona. Non enim bonum est omne quod magnum est, quo niam sunt magna etiam mala, &c. Videatur Iosephus Hebræus lib. 3. historiarum Iudaicarum, cap. 22.

RAB. Hoc quidem legentes & inuenietis ibi scriptum quod Razias propria manu sibi inferens mortem elegisset nobiliter mori potius quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos C

occultauit se à Nicanore. Quod cum ille cognouit fortiter se 1
à viro præuentum, venit ad maximum & sanctissimum templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit tradi 2
sibi virum. Quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi
esset, qui quærebatur, extendens manum ad templum iura- 3
uit dicens: Nisi mihi Iudam vinctum tradideritis, istud Dei
phanum in planiciem deducam, & altare effodiam, & tem- 4
plum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum inuocabant
Deum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum,
hæc dicentes: Tu domine vniuersorum qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ in nobis fieri. Et
nunc sanctesanctorum omnium domine conserua in æter- 5 6 7
num domum istam impollutam nuper quæ mundata est. 8
a Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis dela- 9
tus est Nicaroni, vir amator ciuitatis & bene † audiẽs qui pro 10
affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus 11
cõtinentiæ propositũ tenuit in Iudaismo, corpusq; & animã
† cõtentus tradere pro persecutione. Volens autem Nicanor
manifestare odium quod habebat in Iudæos, misit milites

Vtrum licet alicui se ipsum interficere.

† audens

quutionem paterentur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatem, potuit admonere, vt sibi manus inferrent, ne in manus persequentium peruenirent. Porrò si hoc ille non iussit, aut monuit: vt eo modo sui ex hac vita emigrarent, quibus emigrantibus se mansiones æternas præparaturum esse promisit, quæMar. 20. c. libet exempla opponant Gentes quæ ignorant Deum, manifestum est hoc non licere colentibus vnum verum Deum. Restat vt de homine intelligamus, quod dictum est: *Non occides:* Ne alterũ, ergo nec te. Neque enim qui se occidit aliud quàm hominẽ occidit. Quasdam verò exceptiones, eadem ipsa diuina fecit Aug. de ciu. Dei c. 20. & 21.

☞ auto

Aug. de ci. Dei. c. 23.

Reſert autem memoratus pater primo suo libro de ciuitate Dei vbi verum alicui liceat seipsum interficere, copioso tractatu disputauit, ita dicens: At enim multi se interemerunt ne in manus hostium peruenirent. Non modo quærimus vtrum sit factum, sed vtrumfuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est, cui quidem exempla concordãt: sed illa quæ tãtò digniora sunt imitatione, quantò excellentiora pietate. Non fecerunt patriarchæ, non prophetæ, non Apostoli: quia & ipse dominus Christus quando eos si perseE

NICOLAVS DE LYRA.

1 Occultauit se, &c. *ne subitè caperetur ab ipso: secundò manifestatur verbis, cum dicitur, Quod cum ille cognouisset, &c. & sequitur.*
2 Iussit tradi, &c. *scilicet, Iudam.*
3 Et tem. *ideſt, Baccho, sicut dictum est. supra ca. vj.*
4 Et his. *Cum indignatione de templo,*
5 Conserua. *contra Nichanoris contaminationem.*
6 Quæ mu. *A sordibus luxuriæ & idololatriæ, vt habetur supra. x. ca.*
7 Razias aut. *Hic consequenter ponitur fœderis violati manifestatio facti, & primò in inuasione Raziæ, secundo in impugnatione Iudæ. cap. vltimo. Circa primum dicitur:* Razias autem quidam de seniori. *ætate scientia & moribus.*
8 Delatus est Nicanori. *id est, accusatus, quòd esset amicus & fautor Iudæ.*
9 Vir amator ciuitatis. *id est, boni communis.*
10 Et bene audiens. *pauperes sicut & diuites ad eos instruendum & dirigendum.*
11 Hic multis tem. *Ex quo patet quod continentia carnis tempore veteris testamenti fuit laudabilis.*

✱ Puta

MORALITER.

✝ & vitæ superbiam, ascendit ad regnandum super mundũ, propter quod huius mundi princeps nominatur Ioh. xij. Per Alchimum verò qui Demetrio coronam auream, & palmam obtulit, vt per hoc summum sacerdotium obtineret, significatur ambitiosus intantũ: quod facit diabolo sacrificium, vt per hoc promoueatur ad dignitatẽ, sicut refert Guillermus in chronica de quodam nomine Gebertus, qui per hoc ascendit ad archiepiscopatum Remensum, & postea ad Reuennensem, & post ad statum papalem. Vnde factus fuit talis versus. Scandit ad. r. Gebertus ad. r. post papa mancus. r. Et per triplicem. r. significatur Remis, Rauenna, & Roma. Et de Theophilo legitur, quod homagium fecit diabolo, vt ad pristinam dignitatem restitueretur. Per hoc autem q̃ iste Alchimus accusauit falso Iudam & socios eius & amiciciam inter

Gebertus promotus in episcopum perdiabolum Theophilus Historiã Theophili recitant Eutychianus,

Iudam & Nicanorem dissolui procurauit, significatur quod promoti per diabolum in ecclesia, cuiusmodi sunt omnes malè promoti, bonos infamant & persequuntur, & per eos pax & concordia inter principes dissipatur.

6 *Raziæ aũ* De isto qui comendari videtur hic, de hoc quod seipsum interfecit, dictum fuit diffusè in expositione literali. Mystícè verò, per istum qui continentiã lõgo tempore seruauit, & pro vita bona & affectu paterno ad populum suum pater Iudæorum vocatus fuit, significatur bonus prælatus habens ad populum sibi commendatum paternæ pietatis affectum & vitam exẽplarem ad opera virtutum inducentem, propter quod occidit seipsum secundum hominem exteriorem per pœnitentiæ asperitatem, vt viuificetur homo interior & populus ædificetur. Et sic dicit Saluator Ioh. xij. d. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam,* per animam intelligens sensualitatem,

✝ MOR.

Metaphrastes, Damianus, & Honorius Anton⁹, &c. Mysticè

A autoritas vt non liceat hominem occidi: Sed his exceptis quos Deus occidi iubet, siue data lege siue ad personam pro tempore expressa iussione: Non autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est vtenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quod dictum est: *Non occides*, qui Deo auctore bella gesserũt, aut personam gerentes publicę potestatis secundum diuinas leges hoc est iustissimę rationis imperiũ sceleratos morte punierunt. Et Abraham nõ solùm non est culpatus crudelitatis crimine, verũ etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filiũ nequaquã scelerate, sed obedienter occidere. Et meritò quæritur B vtrũ pro Dei iussu sit habendũ ꝙ Iephthe filiã quę patri occurrit occidit, cum id se vouisset immolaturũ Deo quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sãson aliter excusatur qui semetipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His ergo exceptis quos vel lex generaliter iusta, vel ipse fons iusticiæ Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel seipsum vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicumq; hoc in seipsis perpetrauerunt, animi magnitudine fortasse mirandi non sapientiæ sanitate laudãdi sunt: quamquam si rationẽ diligentius consulas, nec ipsa quidem animi magnitudo rectè nominatur, vbi quisq; nõ valendo tolerare vel quæq; aspera vel aliena peccata seipsum interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur quæ ferre non potest vel duram sui corporis seruitutẽ, vel stultã vulgi opinionem. Maiorq; animus meritò dicendus est, qui vitã erumnosam magis potest ferre quàm fugere, & humanum iudiciũ, maximéque vulgare, quod plærũque caligine erroris inuoluitur, præ conscientiæ luce ac puritate contemnere.

[Margin: Exo. 20. c. — Gene 22. b. Heb. 11. b. — Iudi. 11. f. An Iephte secũdũ Dei voluntatẽ filiam immolauerit. — Iudi. 16. g. — D — Aug. libr. 1 de ciu. dei ca. 22. — E]

1 quingentos vt eum comprehenderent. Putabat enim si illum 2
decepisset, sese cladem maximam Iudæis illaturum. Turbis
autem irruere in domum eius & ianuam disrumpere, atque 3
ignem admouere cupientibus, cùm iam comprehenderetur 4
gladio se petijt, eligens nobiliter mori potius, quàm subdi- 5 6
tus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniurijs
agi. Sed cùm per festinationem non certo ictu plagam dedis
set, & turbæ intra ostia irrumperent, audacter recurrens ad
murum, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas, quibus
locum velociter dantibus casui eius, venit per mediam cerui
cem. Et cum adhuc spiraret accensus animo surrexit, & cùm
sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneri-
bus esset saucius, cursu turbam pertransijt, & stans supra pe-
tram quandam præruptam, & iam exanguis effectus, com-
plexus intestina sua vtrisque manibus proiecit supra tur-
bas, inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt hæc illi ite-
rum redderet atque ita vita defunctus est.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Putabat enim si illum decepis. *alias deperisset, pertrahendo ad Gentilem ritum.*

2 Sese cladem maximam Iudæis il. *nam eius exemplo multi fuissent ad hoc pertracti.*

3 Cum iam com. *id est, esset prope ad comprehensionem.*

4 Gladio se.pe. *seipsum percutiendo.*

5 Eligens no.po.mo. *Cuius duplex erat causa. Vna, ne fortè vi tormentorum inclinaretur ad Gentilem ritum, quod erat maximum malum. ideo subditur.*

6 Quàm subditus. *ipsum ad idololatriam trahere quærentibus. Alia ne in cõtemptum Dei cæli eius vita in ludibrio haberetur. sicut Samson se* C *interfecit Iudic. xvj. & Saul. j. Reg. vltim. vt dictum fuit ibidem. Et in his duobus casibus dicunt Hebræi, quòd non solùm licitũ est, sed etiam meritorium interficere seipsum: quia talis interfectio ordinatur in Deum. Si autem hoc faciat aliquis propter semetipsum, vt pote ad euadendum longum vel grauem cruciatum, vel infamiam sui & seruorũ si moriatur vtili morte, hoc semper est illicitum. Et vt dicũt aliqui hoc modo intelligendum est dictum Augustini quod habetur hic in glosa quæ talis est: His exceptis quos lex iusta generaliter & ipse fons iusticiæ Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominum vel seipsum vel quemlibet aliũ occiderit, homicidij crimine innectetur. Vnde & scriptura libri huius quæ recepta est ab ecclesia ad legendum pro informatione morum, nõ videtur hîc Raziam arguere, sed magis commendare de suipsius interfectione. Si autem prædicta non sufficiunt ad eius excusationem potest dici quòd fecit hoc per specialem instinctum spiritussancti. Omnes enim homines sunt Deo mortis debitores: quod debitum Deus de quolibet potest repetere, quandocumq; vult, & quomodocunque, vtpote per manum propriam, siue per aliam. Cætera patent in litera.*

[Margin: Quomodo licitum est alicui seipsum interficere. — Aug. de ciu. Dei. c. 21. — F Heb. 9. g.]

CAP. XV.

NIcanor autem vt comperit 1
Iudã esse in locis Samariæ,
cogitauit die sabbati cũ om 2
ni impetu committere bel- 3
lũ, Iudæis verò qui illũ per 4
necessitatem sequebantur,
dicentibus ne ita ferociter
& barbarè feceris, sed honorem tribue diei san
ctificationis, & honora eum qui vniuersa cons-
picit. At ille infœlix interrogauit, & si est po-
tens in cœlo, qui imperauit agi diem sabbato-
rum. Et respondẽtibus illis: est dominus viuus, 5
ipse in cœlo potens, qui iussit agi septimam
diem. At ille ait: Et ego potens sum super ter-
ram, qui impero sumi arma, & negocia regis

NICOLAVS DE LYRA. CAP XV.

1 NIca.au. *Hîc consequenter ponitur manifestatio violati fœderis in impugnatione Iudæ. Circa quod ponitur primò belli apparatus, secundò conflictus, ibi:* Nicanor autem. *tertiò laudabilis terminus ibi:* Cumque cessassent. *Prima in duas, quia primò ponitur apparatus ex parte Nicanoris, secundò ex parte Iudæ Machabæi, ibi:* Machabæus autem: *Circa primum dicitur.*

[Margin: Diuisio.]

2 Co.die sab. *idest, potestate sua.*

3 Com.bel. *credens ꝙ Iudas & socij sui minus se defenderent propter quietem diei sabbati.*

4 Iudæis. *nam ad hoc sub pœna mortis cogebantur:* Dicentibus, &c. *Sequitur:*

5 Est dominus, &c. agi septimam diem. *scilicet celebrem & quietatum, vt habetur Exod. xx.*

Ta-

MORALITER.

1 *Nicanor autem vt com.* Per istum qui contemnens actualiter Dei præceptũ de obseruatione sabbati, præcepit arma sumi, significantur illi qui actualiter & ex certa malicia contemnunt Dei præcepta, vt suam faciant voluntatem. Per Iudam Machabæum qui cum Nicanore pugnaturus armauauit suos optimis sermonibus ostenditur, ꝙ bonus dux tam in spiritualibus quàm in corporalibus debet suos subditos monere, & munire exhortationibus sanctis & bonorum operum exemplis.

Erat

impleri. Tamen non obtinuit, vt consilium perficeret. Et Ni- 1
canor quidem cum summa superbia electus cogitauerat com
mune trophæum statuere de Iuda. Machabæus autem confi- 2
debat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum, & 3 4
hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum, sed 5
in mente haberent adiutoria sibi de cælo facta, & nunc spera-
rent ab omnipotente affuturam sibi victoriam. Et alloquutus 6
eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina, quæ fe- 7
cerant prius, promptiores constituit eos: Et ita animis eorum
erectis simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramẽtorum 8
præuaricationem. Singulos autem eorum armauit non clypei 9
& hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationi-
bus exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætifica-
a uit. Est autem huiusmodi visus. Oniam, qui fuerat summus sa- 10 11
cerdos virum bonum & benignum, verecundum visu, mode- 12
stum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtuti- 13 14
bus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni po- 15 16
pulo Iudæorum. Post hoc apparuisse & alium virum ætate & 17 18
gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illum.
Respondentem verò Oniam dixisse: Hic est fratrum amator 19 20
& populi Israel, hic est, qui multũ orat pro populo, & vniuersa
sancta ciuitate Ieremias propheta Dei. Extendisse autem Iere- 21 22
miam dexteram & dedisse Iudæ gladium aureum dicentem:
Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduer-
sarios populi mei Israel. Exhortati itaque Iudæ sermonibus 23
bonis valdè, de quibus extolli posset impetus, & animi iu-
uenum confortati, statuerunt dimicare & confligere forti- 24
ter, vt virtus de negotiis iudicaret, eò quòd ciuitas san- 25
cta & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus 26
& filiis, & itémque pro fratribus & cognatis minor solici-

A a *Erat autem huiusmodi visus.* ✠ DIONYS. AREOPAGITA. Quod autem & iustorum preces etiam in vita ista, & nedum post mortem, iis solis prosint, qui digni sunt, scripturæ nos edocet sacrosancta traditio, &c.

✠ ORIGENES. Omnes sancti, qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere B salutis eorum, & iuuare eos precibus suis, atque interuentu suo apud Deum, non erit inconueniẽs. Scriptum namq; est in Machabæorum libris ita: Hic est Hieremias propheta Dei, qui semper orat pro populo, &c.

✠ EVSEBIVS CAESARIENSIS. Certè, inquit, Plato, defunctorum animæ virtutem quandam habent, qua vel post mortem rebus humanis auxiliantur. C Vera enim hæc opinio est, sed nisi prolixis rationibus probari non potest. Credere autem oportet huiusmodi sermonibus, quoniam à priscis valdè viris traditi sunt. D Credendum ergo est etiam illis, qui ita hæc se habere, legibus confirmãt. Sic certè de Hieremia traditum fuisse Iudęi cõtendunt, Machabæorũ liber retulit visum ipsum fuisse post mortem orare pro populo.

✠ PETRVS Comestor. Hinc habes authoritatẽ, quòd animas sanctorũ efflagitare debemus, quòd pro nobis orẽt & intercedant. Per quod cõfutantur Iudæi, qui E negant alicuius sanctorum auxilium deposcendum.

✠ CYPRIANVS. Patriam nostram paradisum cõputamus. Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iã de sua incolumitate secura, & adhuc de nostra incolumitate solicita, &c. Siquis autẽ quæsierit vtrũ hæc visio ad mysteriũ aliquod referri F possit? Hoc (ni fallor) in ea sẽtire potest qđ Onias sacerdos sacerdotalẽ significaret ordinẽ, & Ieremias propheta, qui interpretatur excelsus domini, ipsum dominum & caput

[Margin: Rabban Lib. de eccl. hier. c. 7. — Homil. 3. in Cãtic. cãtic. — Lib. 12. præparat. euãg. cap. 1. — Sermo. de mortalitate. — Quæstio.]

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tamen non obtinuit, vt consilium perficeret. Et Nicanor quidam etiam summa, &c. *scilicet, de captione Iudæ & sociorum suorum dispersione, secundum regis mandatum cap. præcedente.*

2 Machabæus autem. *Hîc consequenter ponitur apparatus ex parte Iudæ, & primò per bonam exhortationem, secundò per deuotam orationem, ibi:* Et cum iam omnes. *Prima in duas quia primò ponitur exhortationis actus, secundò effectus, ibi:* Exhortati itaque. *Prima in duas: quia primò ponitur exhortatio generalis, cùm dicitur.*

[Margin: Diuisio.]

3 Confidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo. *scilicet, victoriæ affuturæ, non virtute humana, sed diuina: ideo subditur.*

4 Et hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationum. *Allegans, quòd maius auxilium haberent, scilicet, diuinum.*

5 Sed in mente haberent adiutoria sibi de cælo facta, & nunc sperarent, &c. *Et sic ex beneficijs præstitis sperarent de præstandis.*

6 Et alloquutus eos de lege & prophetis. *Admonentibus pugnare pro patria & legibus diuinis.*

7 Admonens etiam certamina, quæ fecerant prius, &c. *Quorum perderent laudem & meritum, si fugerent, vt effœminati.*

8 Simul ostendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum. *scilicet, Nicanoris & suorum, qui fœdus fregerunt iuramento firmatum.*

9 Singulos autem eorum armauit non clypei & hastæ, &c. *Hîc consequenter ponitur exhortatio specialis per expositionem cuiusdam visionis factæ Iudæ. Cuius series ponitur, cùm dicitur.*

10 Erat autem huiusmodi visus. *id est, visio in somnis Iudæ ostensa.*

11 Oniam qui fuerat summus sacerdos. *vt habetur suprà 3. ca.*

12 Virum bonum. *quantùm ad mentis virtutem.*

13 Et benignum. *Erga pauperes.*

14 Verecundum visu. *id est, horrentem omnem turpitudinem.*

15 Modestum moribus, & eloquio. *id est, in omni actu & gestu.*

16 Manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum. *Supplendum est: hoc videbat Iudas in visione.*

17 Post hoc apparuisse. *Ipsi Iudæ.*

18 Et alium virum ætate & gloria mirabilem, &c. *Ipsi Iudæ. Et propter hanc admirationem subditur.*

19 Respondentem verò Oniam dixisse. *Ipsi Iudæ.*

20 Hic est fratrum amator, &c. *id est, Iudæorum: & subditur nomen suum, cum dicitur.*

21 Ieremias propheta Dei. *Fuit enim vnus de magnis prophetis.*

22 Extendisse autem Ieremiam dexteram, &c. *Videbatur enim Iudæ, quòd Ieremias traderet sibi gladium, promittens quod aduersarios de..inceret per ipsum: & per istam visionem intellexit Iudas affuturam sibi victoriam, & sic exposuit bellatoribus suis, vt præmittitur. Exposito digna fide somnio, id est, reuelatione diuina in somnis facta: ideo istud tacetur primo lib. 7. ca. vbi describitur istud bellum.*

23 Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, &c. *Hîc consequenter ponitur exhortationis effectus, cùm dicitur:* Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis, &c. *Sequitur.*

24 Statuerunt dimicare. *constanter & strenuè.*

25 Vt virtus de negotiis iudicaret, &c. *id est, vt fortitudo bellantium litem inter eos & aduersarios dirimeret.*

26 Erat enim pro vxoribus & filiis, itémque pro fratribus, &c. *Minus enim timebant de morte propria & suorum, quàm de violatione templi in contemptum Dei.*

13 Et — 1 Et

MORALITER.

9 *Erat autem huiusmodi visus.* per hoc quod Onias põtifex apparuit protendens manum in cælum orãdo pro populo Iudæorũ significatur quod quilibet bonus pontifex & curatus in oratione debet esse assiduus orando deuotè pro Christiano. Per Ieremiam prophetã significatur dominus noster Iesus Christus, qui Luc. 8. c. dicitur propheta magnus: & ipse dat Iudæ gladium aureũ. i. prælato vel doctori sacrã scripturã, quæ secundum Apostolũ Ephe. 6. dicitur gladius. *Et gladiũ spiritus quod est verbum Dei.* Dicitur autẽ aureus charitate, quæ finis est totius sacræ scripturæ. 1. Tim. 1. a. *Finis præcepti est charitas.* Et Mat. 22. d. dicitur, quod *in duobus præceptis charitatis tota lex pẽdet & prophetæ.* Charitas autẽ

quæ

caput exprimat prophetarum. De quo

Deut. 18.c. Moyses dicit: *Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris, ipsum tanquam me audietis.* Et Isa. *Quiescere,* inquit, *ab homine cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse.* Sacerdotalis ergo ordo per homines, qui in templo Dei sub veteri testamento diuino officio ritè fungebantur, nō solùm pro populi delictis exorabat, sed etiam incarnationem mediatoris nostri futuram demonstrabat: cuius ope mūdus saluandus erat. De quo

1. Ioan. 2. a. Ioānes Apostolus in epistola sua ait: *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christū iustū, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, & non tantum pro peccatis nostris, sed etiā pro totius mundi.* Hic ergo dedit gladiū aureum Iudę, cùm diuinā scripturam sensu spirituali fulgentē ad munimen totius ecclesiæ, defensionemq; populi sui sanctis concessit doctoribus, quatenus contra hostes vniuersos armatura vterentur tudo; maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi, sed & eos, qui in † ciuitate erant non minima solicitudo habebat pro his, qui congressuri erāt. Et cùm iam omnes sperarēt iudiciū futurum, hostésq; adessent, atq; exercitus esset ordinatus, bestiæ equitesq; opportuno in loco compositi: cōsiderās Machabæus aduentū multitudinis, & apparatum variū armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælū, prodigia facientem dominum inuocauit, qui non secundum armorū potētiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo: † Tu domine, qui misisti angelū tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sēnacherib centum octogintaquinq; milia, & nūc dominator cælorum mitte angelum tuū bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuāt, qui cum blasphemia veniūt aduersus populum sanctū tuū. Et hic quidē ita perorauit. Nicanor autē & qui cū eo erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò & qui cum eo erant, inuocato Deo per orationes congressi sunt, manu quidem pugnantes, sed & dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinque milia, præsentia Dei magnificè delectati. Cúmque cessassent & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaq; clamore & perturbatione excitata, patria voce omnipotentē dominū benedicebāt. Præcepit autē Iudas, qui pēr omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris & manum cum humero abscisam Ierosolymam perferri. Quo cum peruenisset, conuocatis contribulibus & sacerdotibus ad altare, accersiit & eos, qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extēderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. Linguam etiam impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi. Omnes igitur cæli benedixerunt dominum dicentes: Benedictus, qui locum suum incontaminatum conseruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset & manifestum signum auxilij Dei. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire: habere autem celebritatem tertia decima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi die. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. Et siquidem benè, & vt historiæ competit, & hoc ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus: hic ergo erit consummatus.

tur cęlesti & hostium prosterneretur multitudinem.

a *Itaq;*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cum iam omnes sperarent iudiciū futurum, &c. *Hic consequenter ponitur apparatus per orationem deuotam, & primò ponitur orandi necessitas, cùm dicitur:* Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, *id est prælium, contentionem determinans Iudæ & aduersariorum.*

2 Hostésque adessent *de propinquo.*

3 Atque exercitus. *Nicanoris.*

4 Esset ordinatus. *secundum militarem disciplinam.*

5 Considerans Machabæus aduentum multitudinis, &c. *videns se non posse rēsistere virtute humana.*

6 Extendens manus in cælum. *inuocans diuinum auxilium.*

7 Tu domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, &c. *Hæc historia habetur 4. Reg. 19.*

8 Nicanor autem. *Præmisso apparatu, hic consequenter ponitur conflictus, qui erat ex parte Nicanoris proteruus & superbus & pomposus. ideo subditur.*

9 Cum tubis & can. admouebant. *id est, applicabant ad congressum*

ita latanter, ac si Iudam & socios suos iam tenerent comprehensos. ex parte verò Iudæ humilis & deuotus, ideo subditur.

10 Manu, &c. *pugnante in eis dextera, ideo subditur:* Præsentia Dei, &c.

11 Cúmque cessassent. *Hic consequenter ponitur laudabilis terminus. primo in gratiarum actione: secundò, in celebritatis institutione, ibi,* Itaque omnes. *Circa primum primò ponitur laus diuina verbo, & patet. Secundò, facto, cum dicitur.*

12 Præcepit autem Iudas, &c. *Motus enim animi fortis redundat ad membra corporis.*

13 Caput Nicanoris & manum cum humero abscisam Ierosolymam perferri. *sicut Dauid ad Dei laudem ibi portauit caput Goliath Philisthæi, vt habetur 1. Regum 18.*

14 Ad altare. *ad offerendum Deo sacrificium.*

15 Accersiit & eos, qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris. *ad eos deterrendum.*

16 Linguam etiam impij Nicanoris, &c. iussit particulatim auibus dari. *propter blasphemiam ab eo prolatam. Cætera patent.*

1 Itaque

MORALITER.

quæ maior est cæteris virtutibus, per aurum significatur, quod preciosius est aliis metallis. In hoc autem gladio per prælatos & doctores cum auxilio diuinæ grātiæ deiiciuntur aduersarij tam visibiles quàm inuisibiles fidei Christianæ.

† *Sed & eos, qui in ciuitate erant non minima, &c.* Per hoc ostenditur, quod inferiores populi debent sollicitè pro prælatis & doctoribus dominum exorare, qui pugnant fideliter pro sua & populi salute.

12 *Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, &c.* Per hoc autem, quòd lingua Nicanoris fuit præcisa & particulatim auibus data, significatur, quòd anima blasphemi sit à dæmonibus grauiter punienda, qui nominantur aues Matth. 13. a. in parabola seminātis. Per hoc autem, quòd manus Nicanoris cum humero fuit præcisa & contra templum suspensa: significatur, quòd potestas superbi qua impiè vtitur (saltem in morte si nō ante deficit) & eius anima inferni patibulo condemnatur. Per hoc autem, quòd hæc victoria instituta fuit solenniter celebrari, ostenditur, quòd pro victoria contra diabolum habita debent à populo Christiano laudes & gratiæ Christo persolui: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

a *Itaque omnes communi, &c.* Narrat liber Esther, quòd Aman Agagites suadente, rex Assuerus iussit omne Iudæos in regno suo interfici, & ad hanc necem conficiendam decreta fuit dies 13. mensis 12. qui vocatur Adar: bonáque eorum diriperent, sed domini nutu eadem sententia conuersa est in percussores eorum, ita vt memoratus rex mediāte Mardochæo Iudæo pòst veteres conscriptiones nouis epistolis missis mādaret, vt Iudæi ipso die quo sibi ab hostibus suis occisio parabatur illi hostes ac persecutores suos interficerēt. Quod & fecerunt in tertiadecima & quartadecima eiusdē mensis die, de quo in eadem historia scriptū est ita: *Dies tertiusdecimus*

Rabbanus. Esther. 3. b.

cimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & xiiij. die cedere desierunt, quem constituerunt esse solennem, vt in eo deinceps omni tempore vacarent epulis, gaudio atque conuiuijs. Vnde modo scriptum est, quòd interfecto Nicanore & manifestē auxilio Dei ostenso omnes Iudæi communi consilio decreuerunt tertiādecimā diem mēsis Adar qui voce Syriaca pridie Mardochæi dies dicitur omni tempore solennem habere, & ita hæ duæ solennitates inuicem sibi conueniebant. Hæc est ista, quæ in Machabæorum, & illa, quæ in Esther legitur, vt in tertiadecima die & in quartadecima mēsis Adar habitæ pariter iungerentur.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire, &c. *Hic consequenter ponitur celebritatis institutio pro dicta victoria: Et patet litera. Notandum tamen, quòd hic non fit aliqua mentio de imitatione Iudæorum in Aegypto habitantium ad huius solennitatis obseruantiam, similiter nec primo libro cap. 7. vbi de hac solennitate fit mentio. Propter quod non videntur benè dicere illi, qui dicunt, quòd positum est à principio tertij cap. huius secundi libri vsque huc, positum est principaliter ad incitandum Iudæos in Aegypto habitantes ad obseruationem huius solennitatis, propter quod processus quem tenui videtur mihi consonus literæ huius libri.*

Nota.

2 Igitur his erga Nicanorem. *Hic in fine ponitur breuis epilogatio circa prædicta. Et patet litera vsque ibi.*

3 Ita legentibus si semper exactus. *id est, disquisitus vsque ad partes singulas, qualis est sermo historicus cui competit partes singulas diligenter inquirere, vt dictum est supra cap. 2.*

4 Non erit gratus. *propter prolixitatem scripturæ, & vnitatem materiæ, quæ solent fastidium generare. sed sermo abbreuiatus (qualis est in hoc secundo libro, qui est quædam historiarum abbreuiatio, vt ibidem dictum fuit) est magis delectabilis: propter quod ibidem dicitur, vt legentibus sit animi oblectatio, &c.*

5 Hic ergo erit consummatus. *secundum illud Isa. 10. f. Consummationem & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ: quod fecit per impletionem mysterij verbi incarnati. cui cum patre & spiritu sancto sit honor & gloria in secula seculorum, Amen.*

FINIS LIBRI SECVNDI MACHABÆORVM.